John Adams
Library,

IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.

SHELF No
Adams
21.1

THESAURUS TEMPORUM,

EVSEBII PAMPHILI

CÆSAREÆ PALESTINÆ

EPISCOPI.

THESAURUS TEMPORUM,

EVSEBII PAMPHILI

CÆSAREÆ PALÆSTINÆ EPISCOPI,

CHRONICORUM CANONUM

Omnimodæ historiæ libri duo, interprete HIERONYMO: ex fide vetustissimorum Codicum castigati.

Adams. 21-1

ITEM

Autores omnes derelicta ab Eusebio & Hieronymo continuantes.

EJUSDEM EUSEBII

Utriusque partis Chronicorum Canonum reliquiæ Græcæ, quæ colligi potuerunt.

OPERA ac STUDIO

JOSEPHI JUSTI SCALIGERI,

JULII CÆSARIS à BURDEN FILII.

EDITIO ALTERA;

EJUSDEM JOSEPHI SCALIGERI

TERTIA FERE PARTE AUCTIORES

Notæ & Castigationes in Latinam *Hieronymi* interpretationem & Græca *Eusebii*, *suprema Autoris cura emendatæ.*

EJUSDEM JOSEPHI SCALIGERI

Isagogicorum CHRONOLOGIÆ *Canonum libri tres ad Eusebii Chronica & doctrinam de temporibus admodum necessarii:*

CVM

Duobus Indicibus RERUM & AUTORUM.

AMSTELODAMI,

Apud JOANNEM JANSSONIUM.

cIↄ Iↄc LVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Adams
21.1

PRIVILEGE
DU ROY
TRESCHRESTIEN.

LOUIS *par la grace de Dieu Roy de France & de Navarre, a nos amés & feaux les gens tenans nos Cours des Parlements, Mees. des Requestes ordinaires de nostre Hostel, Baillifs, Seneschaux, Prevosts, leurs Lieutenans, & tous autres nos Justiciers & Officiers qu'il apartiendra, Salut.* J. Janson *marchand Libraire de la Ville d'Amsterdam, Nous a fait remonstrer qu'il desireroit faire reimprimer le Livre intitulé,* La Chronique d'Eusebe, avec les Commentaires de Scaliger, beaucoup augmentés depuis la premiere Impression, tres utille au public, & a tous les gens de lettres, *s'il nous plaisoit de luy en accorder la permission, & nos lettres sur ce necessaires, qu'il Nous a treshumblement fait supplier luy vouloir octroyer. A ces Causes nous avons de nos graces speciales permis, & permettons par ces presentes de faire Imprimer, vendre, & distribuer led. livre en tel volume & charactere que bon luy semblera, durant le temps de dix années. Faisant deffences a tous libraires, Imprimeurs & autres nos sujets de quelque condition qu'ils soient d'imprimer ou contrefaire en quelque sorte & maniere que ce soit led. livre pendant lesd. années, apeine de trois mille livres d'amende, confiscation des exemplaires, & de tous despens, dommages, & interests envers l'exposant, a condition de mettre deux exemplaires dud. livre dans nostre bibliotheque, & un en celle de nostre tres cher & feal le Sr. Seguier Chevalier Chancellier de France: Mandons au premier nostre huissier ou sergent sur ce requis, faire pour l'execution des presentes tous exploits necessaires, sans demander autre permission. Car tel est nostre plaisir.*

Donné a Paris le troisieme jour de Juin mil six cens cinqte. & huit, & de nostre Regne le sixieme.

PAR LE ROY,
En son Conseil.

SALMON, & *Seelé.*

IN HOC VOLUMINE HÆC CONTINENTUR

LATINA.

Eusebii Pamphili Cæsareæ Palæstinæ Episcopi ex priori parte Chronicorum Canonum omnimodæ historiæ reliquiæ, quæ colligi potuerunt, interprete Hieronymo, cum appendice Prosperi Tironis Aquitani excipientis derelicta ab Hieronymo.

Eusebii Chronicorum Canonum pars posterior, quæ vocatur Chronicus Canon interprete Hieronymo, cum supplemento ejusdem.

Prosperi Tironis Aquitani Chronicon Consulare excipiens derelicta ab Hieronymo.

Victoris Episcopi Tunuensis in Africa Chronicon Consulare continuans derelicta à Prospero.

Johannis Abbatis monasterii Biclatiensis in Hispania fundatoris Chronicon excipiens ubi desinit Victor Tunuensis.

Idacii Lemicensis in Gallæcia Episcopi Chronicon continuans derelicta ab Hieronymo.

Ex editone JAC. SIRMUNDI, Lutetiâ Paris. Marcellini Comitis Chronicon. Opere ejusdem SIRMUNDI.

Marcelli Comitis V.C. luculentum Chronicon continuans derelicta ab Hieronymo, usque ad annum Christi DLXVI.

Excerpta ex Africani Pentabiblo & Eusebii priore parte Canonum Chronicorum omnimodæ historiæ, homine barbaro collectore & interprete ineptissimo, utilissima alioquin, & bonæ frugis refertissima, nunc primum edita. Ex bibliotheca Putanorum fratrum Claudii V.C. Senatoris Parisiensis filiorum.

GRÆCA.

Χρονικῶν Κανόνων παντοδαπῆς ἱστορίας Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου τὰ σωζόμενα. Eusebii Pamphili Chronicorum Canonum omnimodæ historiæ Græca prioris partis, quæ supersunt, antehac non edita.

Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου χρονικὸς κανών. Eusebii Pamphilii Chronicus Canon.

Ἐπιτομὴ χρόνων ἀπὸ Ἀδὰμ τοῦ πρωτοπλάστου ἀνθρώπου, ἕως τοῦ κ ἔτους τῆς βασιλείας Ἡρακλείου. Compendium temporum auctoris innominati nunquam antea editum, ab Adam primo homine, ad annum XX imperii Heraclii cum Consulibus: opus utilissimum quanquam scriptoris idiotæ. Ex Bibliotheca V.C. Isaacii Casauboni.

Χρονογραφία Νικηφόρου Πατριάρχου. Chronographia Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani nunc primum Græce edita.

Ἱστοριῶν συναγωγή. Collectanea historiarum partim ex iis scriptoribus, qui nondum editi sunt, partim ex iis, qui editi. Penus antiquæ memoriæ locupletissimum, totum ferè Eusebium illustrans.

NOBILISSIMO ET ILLVSTRISSIMO VIRO.

IACOBO AVGVSTO THVANO

IACOBI AUGUSTI F.

COMITI DE MESLAY, &c.

REGI CHRISTIANISSIMO A SANCTIORIBUS CONSILIIS, ET AD PRÆPOTENTES FOEDERATI BELGII PROCERES

LEGATO.

QUod ille dixit olim Cæſari: *Cæſar, qui apud te audent dicere, magnitudinem tuam ignorant, qui non audent, humanitatem;* id ego tibi, VIR MAGNE, ſi dixero, non equidem vereor, ne quis parum ex animi mei ſententia dictum exiſtimet. Ne nunc quidem auderem, quod audeo, niſi animum addidiſſent ea, quæ de Tua in literas, earumque miniſtros omnes propenſiſſima voluntate retulit ſummus ille Tui nominis cultor, ALEXANDER MORUS, poſt VOSSIUM & BLONDELLUM, viros incomparabiles, primarius in hac inclyta civitate Profeſſor, qui ſæpius interpellatus in hujus Operis molitione nunquam ſuam nobis opem operamque denegavit: ac tandem cùm ego incredibili cupiditate arderem, ut EUSEBII, HIERONYMI, SCALIGERI nomina, THUANÆO iterum prælucente illuſtriora redderentur, id ut etiam auderem, quod alioqui pro mea verecundia non erat, autoritate ſua perfecit. Quem enim ſortis noſtræ hominem non deterreat ab affatu, non dicam

dicam ingenii & animi tui magnitudo, Domus ſplendor, & --- *inclyta fama Gloria*, ſed ſublime iſtius qua ſub Regum Maximo ſtatim emines, dignitatis faſtigium? cui ſummum quidem Virtus tua debet ornamentum; ſed majus imputat. Verum enimverò quantum tuæ me Dignitatis fulgor deterruit hactenus, tantum invitat & allicit humanitas, tali potiſſimum præcone. Quod igitur ipſe procul dubio facturus erat SCALIGER, ſi provixiſſet ad hunc uſque diem, aut ſi quem filium ſtudiorum ſuorum hæredem reliquiſſet, id ego multis nominibus mihi faciendum putavi, ut hoc Herculeum Opus à me denuo in lucem editum, nomini Tuo nuncuparem. Primum enim, quis eſt adeò in litteris hoſpes, ut neceſſitudinem ignoret, quæ THUANI, & SCALIGERI nomina jam olim ſanctiori copula devinxit? cum hoc non tam SCALIGERI, quàm ipſius eruditionis: Tuum verò non magis Tuum quàm & eruditionis & ipſius in eruditos munificentiæ nomen eſſe videatur. Ne operas quidem Typographicas latere poteſt, opinor, admiranda ξυνωρίς, quæ tam ſæpe conjunctè in eadem pagina verſatur, ut ſi quis alterum ſciat, idem ambos noverit: quemadmodum olim cui notus erat Horatius aut Maro, fieri vix poterat, ut Mœcenatem ignoraret. Quod Mœcenatis nomen in quem unquam hominem potiori jure quàm in Auguſtum parentem tuum conveniet? qui non modo SCALIGEROS & CASAUBONOS, ſed quicquid eruditorum ævo illo fuit, non præſidio tantum & gratia & conſilio bono, ſed re juvabat & ære ſuo proprio, planè inuſitata & Principe viro digna liberalitate. Quæ profectò in ipſo longè admirabilior extitit, quàm in Mœcenate illo priſco, quod hic quidem Sabinos dabat, ut audiret illud: *atavis edite Regibus*, & iniqua mercede nummorum & villarum immortalitatem nominis ad poſteros redimebat: Parens autem ille tuus & opibus & doctrnæ ivi pollens, qui jam tum omnium laudibus gentium in cœlo erat, & maturis honoribus præſentique gloria

gloria vivus perfruebatur, quando nullius indigebat suffragio vel prædicatione ut inclaresceret, ad succurrendum Eruditis bonæ tantum conscientiæ pretio ducebatur. Neque verò ulla ei Oda vel Ecloga, nec ullum Elogium aut Anathema certius æternitatem, quam propria monumenta conferret. Historias illas dico, melius Historiæ ideam dicerem, in quibus eruditorum, quo quisque floruit tempore, nunquam omittitur justa & benigna laudatio, ut illi vel hoc nomine multo plus eruditionem professi debeant, quam de eo mereri potuerunt. Nec minorum gentium aliquos, ne Typographos quidem solertiores laude frustrari sua passus, nihil ab iis accipere potuit, quod jam non deberent, aut quod non ipse postmodum in eodem genere cumulatius refunderet: ut necesse sit omnino gratuitum fuisse, quicquid ex arcâ depromebat. Ac SCALIGER quidem nihil ei magnificentius, nihil antiquius offerre potuit, quàm hunc THESAURUM temporum, Operum, quibus posteros beavit, longe præstantissimum: quem interim, ut nihil aliud accessisset, elogium illud Scaligerorum quod Historiæ Thuanææ lib. XXI. legitur, nullo æstimandum thesauro, luculentè pensavit. At nos in ea tempora servati sumus, quibus illud scitè quidem non ita verè dictum apparet, quamdiù fuerint Mœcenates, Marones nunquam defore: nostro enim ævo non illi, sed hi planè defecerunt, aut ut dicam simpliciter, fuerunt SCALIGERI, non autem desunt THUANI: *Sunt Mœcenates, & desunt Flacce Marones.* Quis est enim adeò ab omni pudore derelictus, ut in contumeliæ partem interpretetur, quod SCALIGERI defecisse dicuntur, aut non præclarè secum agi putet, si SCALIGERIS *longo sed proximus intervallo* perhibeatur? Quo mihi videor opportunius ultimum tibi Scaligerorum, non unum è multis scriptorem, depositis exuviis novum ac nitidum, & industria mea veluti redivivum hîc sistere. Qui si Lutetiæ nunc esses & il-

lius venerandi Senatus Præses, Justitiæ libram temperares, tamen partium esse mearum crederem, illuc etiam hoc ad te deferre munus: cum ipsa postulet æquitas, ut quod semel Augusto Patri sacrum fuit, ad Augustum Filium, tanquam ad justum & virtutis plane singularis, & ornamentorum omnium hæredem transeat. Jam verò cùm & Legatus Regius in hoc Belgio sis, & præfiscinè dicam, Legatorum splendor, patriamque nostram optima rerum donaveris, constituta Pace, cujus nobiliores Artes, & quotquot illis subserviunt, beneficio resoventur, quid superest quam ut Universæ te Litteræ certatim, quendam veluti Musegeten quibuscunque possunt modis colant & venerentur? Ipsæ, credo, Musæ, domestica tibi Numina, te Præsidem Astrææ, te Legatum huic Belgio invident, & quem sibi datum unicè vellent, certè partientur: cum universis hujus Belgii Proceribus, maximè verò AMSTELODAMENSIBUS Dominis meis in te demerendo certabunt: à te Legato, ut civitates à Consulibus, annos deinceps computabunt suos: tibi ponent aras, tibi statuas dedicabunt, non ex marmore aut saxo, sed ex quantumvis levi, quovis tamen ære perenniori materia, qualem hic vides. Quam profectò nemo Te melius æstimet, qui per universum litterarum orbem cœleste illud, efficax & avidum, doctrinæque rapax ingenium adeò feliciter circumtulisti, nulla ut sit Ars ingenua, de qua non pari cum artificibus & peritia judicare possis, & æquitate soleas. Mirantur, qui te quotidie vident conterentem veterum libros, tot inter & tanta negotia, quæ solus influentia sustines, instar refectionis captans mutationem laboris:

—— —— —— —— animusque vicissim
Aut curam impendit populis, aut otia Musis.

Liceat igitur iisdem mihi te verbis affari quibus Scaliger Patrem Thuanum, cùm ei dixit non habere se aliquid

Eusebio

Eusebio quod mitteret antiquius, nec ipso nosse ullum digniorem ad quem mitteret. Ego verò Scaligero ad Eusebium nec habui præstantius quicquam quod offerrem Tibi: nec ullum vivere te digniorem puto, cui scriptum optimi scriptoris optimum offerretur. Quod judicium meum, nec meum, sed illius quem dixi & in hoc Belgio Eruditorum omnium calculis omnibus approbabunt, sat scio, CAPELANI, MENAGII, PELISSONI, BOCHARTI, DALLÆI, VALESII, OGERII, BIGOTII, HUETII, FABRI, BULLIALDIQUE Tui, totque alia decora Franciæ vestræ ingenia, qui fulgentis in hoc propylæo Augusti nominis illecebra ducti complectentur Editionem meam: quo pacto cæteris ubique gentium similibus eorum, sed ubi similes? ut spero, commendabitur. Eat igitur bonis avibus hoc à me luci redditum Volumen, inferendum illi toto Orbe nobilissimæ Bibliothecæ Tuæ, quam omnibus numeris absolutam ævo suo scripsit CASAUBONUS: quo verò jam nomine diceret innumeris à te coemptis, & nuper octingentis quantivis pretii manuscriptis libris auctiorem? Eat, nec semper apertas apud te pulset Musarum fores; neque verò Senatum illum Eruditionis ac Bonæ mentis nimium pertimescat, qui quotidie in Ædibus tuis etiam absente Præside suo cogitur, florem illum delibatum doctioris Orbis, Concilium illud Sapientum, cui tu sacrarium & Augustale velluti quoddam penates tuos præbere voluisti. Hæc autem omnia, ubi cum animo reputavi meo: præcipuè verò Tuam, & eruditionem & in omnia eruditionis præsidia & instrumenta voluntatem ac studium: paulo mihi videor, quàm eram initio, factus audentior; minimèque vereor illud certè, nequis me rerum arbiter idoneus insimulet quasi proditæ à sapientibus viris sententiæ illius oblitum: in primis in muneribus dandis esse spectandum, ut apta sint quæ donamus. Vale, O & præsidium & dulce decus, utinam meum! sed omnino cunctarum

Pacis Artium : & me meosque, si meremur indefesso Reip. litterariæ, cujus Tu Præses perpetuus, adjuvandæ conatu, in patrocinium tutelamque tuam suscipere ne dedigneris.

EXCELLENTIÆ TVÆ

Deditissimus addictissimusque

J. JANSSONIUS.

E I D E M.

Nobilissimo, Illustrissimoque

L E G A T O.

QVæ Tuus ille Parens se non indigna putavit
Non eadem atque eadem suscipe dona libens,
Rara quidem soboles, Heroïs filius Heros,
Qui, nisi me fallit, sed neque fallit, amor,
Nescio quid majus meliusque Parente minaris,
Dum Tibi se melior Scaliger ipse redit.

ALEXANDER MORUS.

ALEXANDER MORUS

L E C T O R I.

Quantum invidiæ sustinuerit, cum viveret, JOSEPHUS *ille* SCALIGER, *cui & hunc Thesaurum Temporum & tot alia debes, testantur graves querimoniæ, quas identidem scriptis inseruit suis. Testantur & epistolæ jam editæ, nec minus eæ, quæ servantur in Bibliotheca Thuanæa, edi profectò dignissimæ: in quibus, ut apud Amicos, animi sui libenter explicabat æstum. Ac Scioppius quidem, vir Latinæ linguæ peritus ad miraculum, sed maledicendi peritior, nec impune, vivus vivum insectatus est: ut alios innumerabiles omittam, qui viri nobilitate, doctrina, virtute principis nec prosapiæ, nec eruditioni, nec moribus denique pepercerunt. Nam quid de nobis homuncionibus dici tam importunum & immane, tàm dirum horrendumque potest, quod non de Heroê illo dictum sit prius? Tanquam Pharmacum, tanquam infantem, tanquam impurissimum incestissimumque traduxerunt eum, quo nemo tum vixit aut inter eruditos nobilior, aut inter nobiles eruditior, aut inter utrosque sanctior. Illud tamen haud paulò intolerabilius putem, quod post ejus obitum extitere Scioppii Scioppio pejores, quibus aurigantibus ad famam, beati sollicitare manes, & barbam leoni mortuo vellere commodum visum est. O tempora, in quæ dilati sumus, quibus ne supremo quidem fine domatur illa bellua, & in mortuis pascitur! Surdis præcipit Chilon,* τὸν τετελευτηκότα μὴ κακολόγει, ἀλλὰ μακάριζε: *surdis Solon lege lata interdicit* τὸν τεθνηκότα κακῶς ἀγορεύειν: *surdis Plutarchus denuntiat,* ὅσιον τοὺς μεθεστῶτας ἱεροὺς νομίζειν, *tum & illud quàm rectè;* καὶ πολιτικὸν ἀφαιρεῖν τῆς ἔχθρας τὸ ἀΐδιον: *surdis denique Poëta canit:*

——— ——— ——— jam parce sepulto;
Nec Patris Anchisæ cineres manesve revelle.

frustra & alter illud:

——— ——— extinctus amabitur idem.

Nos & incolumes, & sublatos ex oculis odimus. Saltem illud Planci meminissemus, cum diceretur orationes in eum parare Pollio, quæ ab ipso aut liberis post mortem Planci ederentur: Cum mortuis nonnisi larvas luctari: *aut illa Sophoclis non Christiani hominis:*

——— ἄνδρα δ' οὐ δίκαιον, εἰ θάνοι, Βλάπτειν τὸν ἐσθλόν, οὐδ' ἐὰν μισῶν κυρῇς.

Et alibi:

Ἀλλ' εἶκε τῷ θανόντι, μηδ' ὀλωλότα Κέντει· τίς ἀλκὴ τὸν θανόντ' ἐπικτανεῖν;

Tùm alterius illud:

Φοβερὸν ἀνθρώποις τόδε, Κταμένοις ἐπ' αἰζηλοῖσι καυχᾶσθαι μέγα.

Et hoc Euripidis:

Οὐ γὰρ ἐσθλὰ κατθανοῦσι κερτομεῖν ἐπ' ἀνδράσιν. Θάνατος γὰρ ἀνθρώποισι νεικέων τέλος.

Solebant homines, vivos invidia, mortuos veneratione prosequi: dum se præsentibus argui credebant, præteritis erudiri. Nunc nimis multi sævientis in ossa Syllæ ingenium æmulantur, & libentius mordent utique non remorsuros. Illos omitto, qui satis ad famam nominis adipiscendam putant, si præscribere possint illud: contra Scaligerum, *vel* Scaligeri error ostensus: *nec eos præcipuè tango, qui vel nobilitatis ementitæ, vel violatæ Latinitatis ei dicam etiamnum scribunt. Ac Patavii quidem cum essem ante hoc biennium & quod excurrit, amicissimos & præstantes eruditione viros dicere memini, certius nihil aut liquidius nunc esse, quam ex nobilitate Patavina Scaligerum exortum, idque se rationibus gravissimis ex fidei minime dubiæ monumentis compertum & exploratum habere. Benè, primùm, dixi, quod non amplius ad sordidam vulgi fæcem relegatur: deinde quod Livio*

non indignus popularis additur : ac demum quod jam opinor de Scaligeri, ut olim de Homeri patria certabitur. Equidem ut existimo, seu Patavinæ nobilitati, seu Principibus eum Veronensibus attribuis : nec certamen displicet : longius submovebat ingenii fascibus, & nihil tam excelsum erat, quod non animo superaret. Cujus animi magnitudo, in tanta fortunæ iniquitate, virtutis præstantia, sublimis & erecta supra seculi genium conscientia, ipseque adeo dicendi character & ἀξίωμα, confitentibus etiam apud Italos tot illis veræ virtutis intelligentibus ingeniis, longè lateque Principem ostentant. Ut mirum sit, qui status ei controversiam moverunt, ejus sermonem reprehendisse, quia res ipsas non poterant, ut parum Latinum, nec cum artis famelicæ regulis congruentem : cùm nihil sit ignobilius, aut quod degeneres animos magis arguat, quam præstantissimis rebus intentum, sollicitè cavere, ne quid in verbis pecces : aut quasi nota non esset vox illa Plinii secundi de quodam Amico : eo ipso eum peccare quod nihil peccaret. *Certe Critici veteres* τὸ ἀδιάπτωτον, *quod Apollonio Rhodio tribuebatur, inter plebeiæ signa indolis posuerunt. In his Longinus libello* περὶ ὕψους *aureo, qui &* ἁμαρτήματα *quædam* δυσγενῆ *agnoscit : & quædam* ὑπὸ μεγαλοφυΐας ἀνεπιστάτως παρενηνεγμένα. *Non captant muscas Aquilæ : nec ultro sese pistrino Grammaticæ servitutis, tristissimoque pædagogicæ diligentiæ labori mancipant, heroico spiritu & alta quadam mente præditi scriptores. Qui sine venia undique non placebunt : sed quis hanc veniam denegabit illis, qui procul à vulgo remota commentantur & profutura seculis,* Quique sui memores alios fecere merendo ? *Recte Anastasius Sinaita :* ὁ ἔχων νοῦν ἐν τοῖς νοήμασι, περιφρονεῖ τῶν σολοικῶν. *Chrysippus apud Plutarchum & Ellipses & alia orationis flagitia homini Philosopho concedit,* καὶ νὴ Δία σολοικισμούς, *propter quos alii erubescerent. Benè est, quod qui Scaligerum non satis accuratæ Latinitatis insimulant, ejusdem consortio criminis etiam Ciceronem involvunt. Quem ajunt perperam decidisse nobilem quæstionem scilicet, Rectene Pompejus tertiùm Consul an tertiò diceretur, & insimulant quod solœcismi ab Attico postulatus, malè bonam causam suam tantus patronus egerit, quod oppida non putarit esse loca, quod in Attii poetæ verbis syntaxeos rationem ignoraverit, & si quæ talia. Quæ licet non viderem, quî refelli possint, malim ego tamen reus esse talium cum Tulliis & Scaligeris, quàm judex sedere cum istis. Ac Tullius quidem se non ita perfectum linguæ patriæ autorem putavit, ut errorem non ultro suum agnoverit in voce nautica,* inhibendi. *Iam si quis aut Regum* subditos, *pro subjectis, aut* fidem adhibere *pro credere alicui, dixerit, ætatis nostræ more loquutus fuerit, licet forte neutrum, eo certe sensu, Latinum sit. Qualia propemodum infinita nobis, nobis autem! imò doctissimis undecunque viris excidere necesse est, & qui perpetuò in his litteris ærumnosas contriverunt ætates, lingua præcipuè desita utentibus, cum iis quæ hodiè vigent, vix quisquam peregrinus ita feliciter loquatur, aut emendatè scribat, ut non indigenis ludibrio sit. Riserunt nuper Gaudentium Etrusci sua verba conantem, numeris etiam astricta : nostrates Baudium, nostro sermone versus non optimos musinantem : qui tamen Romani leporis antiquiore vena parem vix habuit. Riderent etiam nos opinor, si fortè reviviscerent, Romani tonsores aut coqui, quoties Latinè loquimur seu oratione vincta, seu soluta. Non est igitur cujusvis, nec fortè cujusquam hodiè mortalium asseveranter pronuntiare : hoc aut illud non est Latinum ; cum præsertim injuria temporum tot nobis inviderit autores, &* de Latinitate falsò suspecta *quod extat Volumen, altero tanto auctius facile prodire possit. Non afferam Græcos, non Thucididem, Pindarum, non alios* τῶν ἔξω : *sed præterire non possum Os illud aureum, qui sæpe remiscet auro suo lutum. Nam ut omittam tot anomala, tot malè collocata, quibus vix ulla comparari potest justa defensio, quis tandem illud excusare aut Græcæ consuetudini conciliare possit, quod in omnibus occurrit manuscriptis libris in primum prioris ad Corinthios,* ἵνα καυθήσωμαι, *quod jam barbarum est, ac prope dixi ferreum? Cum Cicerone igitur & Chrysostomo pariter luat Scaliger, nec pariter luat : nam illi quidem in sua propria lingua, hic in aliena peccavit. At peccavit in rebus ipsis, nec in verbis tantum, quod sæpe demonstravit Doctrinæ temporum*

porum

porum Pater. Scio: nec enim Deus fuit, nec humani à se quicquam alienum putavit. Sed qui tàm duriter & acerbe castigat alios Pater, nunquamne castigandus ipse est? Nunquamne ad Epiphanium, nunquamne in Dogmatibus Theologicis dormitat? Nihil dicemus gravius in mortuum; quanquam nec vivum & videntem nimium reveriti sumus iis in libellis, quos contra ipsum à nobis conscriptos in lucem tertia mox editio proferet. Memini cùm viveret, atque ad ipsum invisendi causa itaremus: ne nominari quidem Scaligerum ferre poterat, quin excandesceret, ac stomachum in contumeliosas voces & homine partibus addicto quàm erudito magis dignas erumperet. Nec alius in libris apparet, quos tamen sedatius compositos oportuit. Hæc enim vox, ut inquit ille, reverti nescit. At Scaliger, inquies, annon & ipse paulo intemperantius adversarios insequitur? Fateor: (nam & cœlestes animæ se dignas iras concipiunt, & sua bilis Heroibus inest, & quædam, ut animosus Poeta loquitur, nobilitas dolendi) sed adversarios, sed infra se positos nec summos viros, aut si quid hoc habet invidiæ, non certè mortuos. Cum nemine ipsi putem aliquid acerbitatis accidisse, qui cum Lipsio contendi mereatur. At hunc tamen, postquam rebus humanis exemptus est, eo celebravit elogio, quod orbi universo notum est, nobis autem hyperbolicum videtur. Sed amoris hæc utique fuit hyperbole, qua delere funditus voluit consumptum in iracundia tempus, ὥσπερ ἀπολογούμενος ὑπὲρ τοῦ παρελθόντος χρόνου, οὕτω ταῦτα ἐποίει: *si tamen huc trahere nobis ea verba licet, quibus usi Græci Patres, ubi de hyperbolico fervore Pauli loquuntur. Iam Eusebium, jam Hieronymum quàm crebro, quam non immerito, sed quàm benignè simul & verecundè reprehendit ac emendat? Ut igitur Autor Doctrinæ temporum sæpe non injustè Scaligero repugnaret, semper tamen incommodicè, ne dicam immani, ac hostili more invehitur. Nihil in eo quicquam probat, si Periodum Iulianam exceperis, quod admirabile repertum quia refutare non poterat, ejus laudem ipsi ereptam aliis transcripsit, & quod mireris, hoc facinus candoris nomine venditavit. Utcunque est, nos in Manes eum* τοῦ μακαρίτου *grassari maledictis æquo animo non patimur, aut propter nescio quos nævos tam bonam faciem admirandorum Operum lacerari ac proscindi.* non ego paucis Offendar maculis, quas aut incuria fudit, Aut humana parum cavit natura. *Quid enim? An Salmasium ex illa quam invasit Arce veluti quadam famæ dejiciendum putemus, quod vel in illis Græcis litteris, in quibus profectò longè citra æmulum regnavit, hallucinatus interdum est, aut quia Clementem Alexandrinum pro Constitutionum autore adduxit, aut quia in loco Hieronymi Rhegium quod in Thracia sub Constantinopoli, pro eo quod in Italia sub Roma erat accepit, aut quia verum Cardinalium etymon ignoravit, & quæ plusscula satis alii publicè ventilabunt? An Blondellus ille decessor noster* πολυμαθέστατος, *ætatis suæ Photius, inscitiæ arguetur, si quod hominibus solet, interdum ei contigit? ut cum sub finem vastissimi de Primatu operis Episcopi nomen pro nomine urbis accepit, ubi Photii locum tmemate 52 recitat, in quo tres Episcopi memorantur, cujus numeri minimè constabit ratio, nisi Samus Episcopi nomen, ut Bysa & Maruthas, fuerit: deceptus opinor ab Andrea Schotto, qui vir profectò doctissimus non doctissime Photium reddidit: ne jam ea reponam, quæ cæteri, præ cæteris autem eruditissimus notavit Hammondus. Quid igitur Baronio fiet? cujus Annales is quem dixi Blondellus mille castigavit notis, aliquando prodituris, quibus oram exemplaris sui prætexuit: quod exemplar ære suo redemptum bene Proceres Amstelodamenses Bibliothecæ publicæ inferri curaverunt. Super hæc vero, & ea quæ ab aliis animadversa sunt, quæ subnotavimus etiam nos, justum ferè volumen implerent. Neque tamen sic immensi laboris Annalium pretium elevamus, ut non quantum ejus arti Roma debet ac ingenio, tantum diligentiæ propemodum debere universum Orbem Christianum agnoscamus, ob illa tot ab eo eruta monumenta, (licet in eorum censum non pauca sublestæ nimis fidei relata sint) quæ sine illo fuisset, æternis forte damnata tenebris latuissent. Qui nec ita partium studio ducimur, ut Doctrinæ temporum conditorem laude fraudatum sua velimus: abesset modo succus loliginis & ærugo. Nam quæ tandem ars inchoata simul & perfecta est? Quin eum inter principes Chronologos non illibenter putamus, & ver-*

& versatile hominis ingenium, & eruditionem sanè multijugam, & bene Latinum ac rotundum eloquii genus complectimur, nec arbitramur ei parem tum fuisse, postquam à Sirmundo discesseris, illius ordinis virum: eumque adeò magis interdum quàm Scaligerum sequimur. Sed an ideo majoris quàm Scaligerum facimus? Quasi vero Gigantis invectus humeris pumilio, quia longius prospicit, ipso Gigante major existimandus sit. Ac persimile quidem nobis videtur, licet in alio genere studiorum, quod de Aristotelis & Cartesii Philosophia certamen ævo nostro agitari solet. Nam fuit profecto Cartesio ingenium erectum, & indagandæ veritatis avidum, & suscepto par negotio, nisi viventi præsidia, tandemque vita defuisset: summa fuit Mathematicarum disciplinarum peritia, quarum tam immodico flagrabat studio, cæteras ut omnes sub earum præscripta redactas vellet, id quod optandum sed materiæ conditione vix sperandum permittitur: fuit acre limatumque judicium, & nisi liquidæ ac propè dixi tractabili demonstrationi cedere nescium, sed nimis anxium in rebus præcipuè Metaphysicis & Ethicis, quas Mathematica persequi diligentia ἡ ὑποκειμένη ὕλη non patitur: fuit denique tanta in commentando felicitas, ut Aristotele commodius addo & verius in Physicis permulta docuerit. Et hoc negare non est nisi malignorum. Sed an ideò Aristoteli comparandus? Risum vix tenebam nuper, cum in Aulicos incidissem, qui de Aristotele contemptius quam de discipulo, de Cartesio magnificentius quàm de magistro loquebantur. Et ita judicare sciolorum demum est. Nos laudamus Cartesium, Aristotelem admiramur. Absit invidia dicto: non dicam centum, sed compluria tamen ex summis ætatis nostræ ingeniis in unum conflari oporteret, ut Aristotelem redderent. Quod idem aut simile si quis de Scaligero & illo quem dixi Doctrinæ temporum Patre judicium fecerit, non immeritò fecerit. Nam sive respexeris ad ingenii dotes, & raram illam judicii sapientis cum felici memoria mixturam: sive ad linguarum & scientiarum quas animo comprehenderat varietatem incredibilem, non negabis accuratiorem interdum in nonnullis existere Chronologum, aut subtiliorem Geometram, aut numerosiorem Poetam; at idem raro nasci Scaligeros, & hunc nostrum ultimum fateberis. Sed qui nec Apologiam nec Panegyricum instituerim, finienda hic mihi præfatio est, si te prius, Lector, admonuero, Fratres COMMELINOS, *percelebres typographos Canones jam olim Isagogicos edidisse, quorum exemplaria cuncta cum sibi comparasset* JANSSONIUS *noster & ipse solertissimus, hinc illi factus animus est, ut grande hoc Opus universum typis redderet. Quod usus consilio auxilioque partim nostro, partim per absentiam sæpe nostram eruditorum Lugdunensium, quanta maxima potuit fide ac diligentia, & maximis quidem sumptibus perfecit. Accessio porrò luculenta facta est, adjectis ex ipsius Scaligeri autographo secundis ejus curis: quas tanti facere non dubitem, ut ii etiam penes quos est prior Editio, hanc prætereà si comparaverint, meo certè judicio minimè inepti vel ἀπειρόκαλοι existimandi sint.*

JOSE-

JOSEPHI JUSTI SCALIGERI
JULII CÆSARIS A BURDEN FILII
IN
CHRONICA EUSEBII PAMPHILI
PROLEGOMENA,
AD

Nobilissim. & Amplissim. VIRUM

IACOBUM AUGUST. THUANUM

Regium in Sanctiore Consistorio Consiliarium, & in Amplissima curia Parisiensi Præsidem.

QUanvis ea vis veritatis est, ut etiam ab invitis confessionem exprimere possit, tamen eam semper hæc necessitas sequitur, ut cum odio ad præliandum composita sit, & cum eo quotidie digladietur. Neque enim nota esse potest, quin & statim invisa, neque signa suæ præsentiæ dare, quin eadem opera bellum sibi indici sentiat. Ut enim ex cognitione falsitatis veritas deprehenditur, sic ex caussarum ejus ignoratione odium ejus natum est, quas si quis ea alacritate apprehendere vellet, qua falsum à vero dignoscit, miros veritas amores sui in eo excitaret. Quum autem odium ex contentionibus accendi soleat, in nullis vehementius flagrasse visum, quam in Christianismo nascente: quo tempore non solum veritas odiosa erat, sed etiam homines falsi cassibus irretiti, usque adeo ei hærebant, ut nihil magis metuere viderentur, quam ne à pessimo cultus genere ad optimum traduci cogerentur, in quod pudor tam diuturni erroris transire non sinebat, quem à tot sæculis ad majores suos, & ab illis ad se transmissum animo imbiberant, ita ut veritati victas manus dare, id nihil aliud esse existimarent, quam stuporem suum fateri, & proinde sua interesse, verum odisse potius, quam vero vinci. Hoc est, quod querebantur summi illi pietatis vindices, Justinus, Tertullianus, Lactantius, alii, quod veritas ignorata damnaretur, propterea quod auditam damnare non possent: quum tamen inde sequeretur eos fateri id, quod audire nollent, verum esse, & id falsum, propter quod verum audire eos pigeret. Sane non aliunde, quam ex hac voluntaria veri ignoratione, crudelissimæ illæ persecutiones nascebantur, à quibus quum respiratio daretur, tepescente ad tempus adversariorum sævitia, non tepebant Christianorum studia, qui obnixe in illam curam incumbebant, ut institutum, quod emendatis moribus, & innocentissimo vitæ genere hactenus defenderant, id quoque, quam maxime fieri posset, testimoniis omni exceptione majoribus apud hostes nominis probarent. Sed testimoniis sine auctoritate non credebatur: auctoritas autem in hujuscemodi rebus nulla major esse potest, quam quæ ex summa antiquitate petitur, præsertim quum adversarii Christianismum novellum, & heri atque hodie natum causarentur: cui objectioni nullum præsentius remedium habuerunt, quam ad antiquitatem confugere, & fidem de doctrina temporum asserere: quo telo si adversarios de præsidio, cui maxime fidebant, dejicerent, nihil relinqueretur, quod veritati opponerent. Sed hoc genus de-

fensionis in duo membra scinditur. alterum de doctrina est, alterum de ipsa vetustate doctrinæ. Priore res est cum duobus generibus hostium longe dissimillimi instituti, Judæis & Gentibus. Judæorum pertinaciæ primus, quod meminerim, dialogum suum Tryphonem opposuit Justinus Martyr; ex quo non paucas sententias in suum librum adversus Judæos Tertullianus transcripsit, qui id argumentum longe felicius exequitur. Eusebius Pamphili tam Judæis, quam Gentibus opere ἀποδείξεως obsistit, cum solis autem gentibus, & eorum Theologis, ac Philosophis committit sese luculentis illis Commentariis προπαρασκευῆς. Atque hæc de doctrina. De antiquitate fortasse primi responderint Theophilus tribus libris ad Autolycum, & Tatianus unico pulcherrimo quidem illo, sed qui ἀκέφαλος ad nos pervenit. Certe, qui id argumentum tractaverit, antiquiorem Tatiano habemus neminem, quem non longo intervallo excepit eruditissimus omnium Clemens Alexandrinus, qui non solum exemplum ejus, sed ipsa quoque verba sequitur. Neque vero hic omnes, qui pro Christianis adversus gentes scripserunt, referre consilium est. De iis tantum loquimur, qui sacræ historiæ, ac veri cultus vetustatem opere ei rei privatim dicato asseruerunt: qui quum prope infiniti fuerint post tempora Constantini, qui ante illud tempus eam rem tractaverit, unus tantum impræsentia succurrit, Julius Africanus, & qui eum ipsis vestigiis ita sequitur, Eusebius Pamphili, ut totum ejus fere Chronicum in suum transcripserit: quem, ut eam provinciam susciperet, honesta æmulatio, & aliæ caussæ, quæ postea exponentur, sed ante omnia, amor veri impulit. Non enim se ad hanc scriptionem contulit, ut Gentium duntaxat pertinaciam obtunderet, sed & præcipue ut Christianorum errori succurreret, quibus nulla sacræ historiæ constabat certa ratio, & quantum temporis à primo homine, ad suum ævum, interfluxerat, non magis ipsis exploratum erat, quam quantum à se, ad sæculi συντέλειαν, superesset, quamvis satis expressa intervalla ab Adam, ad Exodum, & hinc ad casum Sedekiæ, vetus LXX interpretum editio suppeditaret. Sed quia ignoratione unius intervalli reliqua ignorari necesse est, quemadmodum uno dephrehenso, cæterorum cognitio expeditissima est, ut in iis rebus, quæ veris demonstrationibus nituntur, contingere solet: Africanus id sibi negotii proposuit, ut uno intervallo ad aliquem certum historiæ exoticæ titulum relato, tam antecedentium, quam consequentium veritatem erueret. Quod igitur apud exoticæ historiæ auctores reperit, quod proposito suo maxime consentaneum esse arbitratus est, id ille pro titulo & termino operis sui arripuit. Legerat itaque apud Josephum ex Polemone, Apione, & Ptolemæo Mendesio, Hebræos ex Ægypto, duce Mose, migrasse circiter initium regni Argivorum, hoc est annis MXX ante primam Olympiadem: quod tempus alii ad Inachum, alii ad Phoroneum referunt: idque tanquam sepem ac fundamentum Chronologiæ suæ sibi constituit, ad quod præterita tempora, & à quo sequentia deduceret, κατὰ πρόσθεσιν καὶ ἀφαίρεσιν, ut ipse loquitur. κατὰ μὲν τὴν ἀφαίρεσιν, εἰς τὰ προηγούμενα. κατὰ δὲ τὴν πρόσθεσιν, εἰς τὰ ἑπόμενα. Fiduciæ cumulus accessit auctoritas Tatiani, & post eum Clementis, qui Mosem plusquam mille annis ante primam Olympiadem fuisse prodiderunt. Hac epocha firmata, quinque libros Chronologicos contexuit, in quibus omnia regnorum, nationum, Rerumpublicarum initia à capite repetita, ad finem deduxit: deinde per certa intervalla, quas ὁμάδας vocant, ea inter se comparavit. Postremo eorum indicem in finem conjecit, quem κανόνα vocavit, in quo, quæ καθ' ὁμάδα in superioribus libris congesta erant, per annos expansos, quæ Græci ἁπλᾶ ἔτη nuncupant, digessit: cujus Canonis instar Eusebius quoque composuit,

posuit, in quo nihil antiquitatis reconditæ est, quod non ab Africano hauserit, nisi ubi ab eo dissentit, præsertim in annis ab Adam, quæ ad annum primum Christi Dionysianum Africanus tot putat, quot ex LXX Seniorum rationibus colliguntur, quinquies mille quingentos, quum tamen aperte ab iisdem dissentiat in altero Kainan, quem ipsi adversus fidem Hebraici codicis tam Judæorum, quam Samaritarum, inter Arphaxad, & Sela, inseruerunt. Hoc igitur insititio Kainan omisso, quum dissimulandi fuerint CXXX anni, quot Septuaginta Seniores illi attribuunt, quum Sela generaret, hanc lacunam ut expleret, placuit eos chronographio Judicum infindere. quæ fuit summa ἀλογιςία. Nam si supervacaneus est ille Cainan, ut certe est, sequitur & annos quoque illos CXXX supervacuos esse, & proinde ab Adam, ad annum primum Christi, minus centum triginta annis intervallum est, quam ex LXX Seniorum editione colligitur. Sed quia in vetustissimis exemplaribus Euangelii secundum Lucam illum Kainan non extare animadverteret, & sciret neque in Judæorum, neque in Samaritarum Hebraico legi, hac in parte consensui veterum, qui illum Kainan non recipiebant, satisfacere voluit. rursus quod omnes uno ore ab Adam, ad Christum, quinquies mille quingentos annos putarent, huic quoque parti deesse noluit: quod non potuit facere, nisi illos CXXX annos Iudicum temporibus infindendo: quum meminisse debuerit, deductis illis CXXX, ab Adam, ad Christum, tantum quinquies mille trecentos septuaginta interesse. Itaque non minore licentia illos annos de loco Kainan depulsos in Judicum tempora distulit, quam ipsi Septuaginta Kainan illum interjecerunt, & annos Patriarcharum παιδοποιΐας singulis annorum centuriis auxerunt. Ex rationibus LXX Seniorum colliguntur anni MMCCLXII, non MMCCXLII, ab Adam ad Diluvium: ubi XX annis amplior est epocha Africani, Chronici Casauboniani, Nicephori patriarchæ, & Honorii Augustodunensis, quam hodiernorum exemplarium editiones LXX. Itaque tam Chronicon illud, quam Nicephorus, ab Adam, ad annū promissionis, ponunt ann. MMMCCCCVII. Africanus autem MMCCVII. Differentia, anni CC. de quibus deductis CXXX Kainan τοῦ δευτέρου, supersunt LXX, quos quomodo, & ubi inserserit, in Notis ex Georgio Syncello retulimus. Sunt aliæ hominis hallucinationes, quas prudentes omittimus. Sed quemadmodum propter excellentiam operis imitatorem nactus est Eusebium, ita eundem propter errores castigatorem habuit, qui primus omnium ostendit majorem quidem vetustatem Mosis esse, quam omnem fere memoriam intervalli Gentium mythici: sed tamen non tantam, quanta Africano visa est. Minorem enim esse annis CCLXXXIIII, quam ipse sciscit, DCLIII autem, quam LXX editio concipit. Deinde ridiculum illum errorem castigavit, qui hactenus in animis hominum radices egerat, quum inter baptismum, & passionem Domini, omnes scriptores unum annum interjicerent, tametsi quatuor Paschata à baptismo, ad resurrectionem, apud Johannem diserte expressa sint. Sed apud Eusebium ea fuit omnium fere opinio de intervallo inter baptismum, & resurrectionem, ut ex Epiphanio in libris de Emend. Temp. olim monuimus. Tertullianus vero æqualis Africano, & eodem tempore, quo ille, scribens παραδοξότερον perhibet, passum XV Tiberii, duob. Geminis, habentem annos quasi XXX, octavo Kalend. April. Secundum hæc, nullum momentum interjectum fuerit inter baptismum, & passionem. Nam ex verbis Euangelistæ constat agentem quasi annum XXX accessisse ad baptismum, quo tempore passum hallucinatur acutissimus & eruditissimus ille Poenus. Sed omnes illi veteres magnum honorem habuerunt diei XXV Aprilis, qui mundum in ea conditum,

 Chri-

Chriſtum conceptum, & paſſum memorant: ab eoque πρωτόκτιστον ἡμέραν eam vocant, quod fuerit, ut quidem ipſi putabant, princeps hebdomadis in conditu rerum; quaſi ſemper in ea hæſerit æquinoctium ex ſententia Soſigenis, qui προήγησιν ἰσημεριῶν ignoravit. Sed anno, quo ambo Gemini Conſules fuerunt, quartadecima Niſan incurrebat in XVI Aprilis. Itaque Africanus ab Adam, ad baptiſmum, putat annos 5530, à baptiſmo, ad paſſionem, 5531. Recte quidem, inquit, Georgius Syncellus, ab Adam, ad baptiſmum, 5530 annos putari. ſed quod erroris de anno uno inter baptiſmum & paſſionem, interjecto autorem facit Africanum, oſtendit ſe ignoraſſe non aliter omnes, qui ante Africanum ſcripſerunt, ſenſiſſe; qui ex illis verbis ἔτος δεκτὸν κηρῦξαι, colligebant ἔτος ἓν μόνον τῆς κηρύξεως Chriſti fuiſſe. Sed quia de hoc abunde alibi à nobis diſputatum eſt, illis contentus lector eſſe poterit. Quod annus natalis Domini ex trigeſimo ejus completo ignorari non potuerit, ideo non multum laborandum fuit illis, qui illum cum XXVIII anno Auguſtorum Actiaco compararunt, cujus Thoth congruit anno Juliano XLIV. Sed tametſi annus XXX à Luca deſignatus non fuiſſet, etiam abſque illo natalis erui potuit. Herodes enim obiit Niſan anni Juliani XLV, ut ex defectione Lunari conſtat, quæ eo anno accidit IX Januarii, qua nocte Herodes legis Doctores interfici juſſit, ut ſcribit Joſephus. Sed Chriſtum bimulum tunc fuiſſe manifeſto colligitur ex Matthæo II, 16, quod Herodes paulo ante obitum ſuum à bimatu, & infra, pueros occidi juſſit, juxta tempus, quod ex Magis exquiſiverat. Chriſtus igitur moriente Herode bimulus erat, ideoque non anno XXVIII Actiaco, ſed XXVII, natus eſt, qui ab anno Juliano XLIII, ad Septembrem anni XLIV, currebat. Itaque ſi ad annum XLIV triginta adjeceris, pervenies ad annum Julianum LXXIV, qui profecto erat XV Tiberii. Itaque ſine mentione trigeſimi anni completi adepti ſumus annum natalis, &, ſi Lucas tantum trigeſimi anni completi meminiſſet ſine adjectione XV Tiberiani, tamen anno natalis ita deprehenſo, neceſſario concluderetur anno XV Tiberii baptiſatum fuiſſe. Rurſus quot annos natus paſſus ſit, etiam ſi trigeſimus completus ignoraretur, ita colligi poterat. Nam ab anno XIII Tiberii, qui erat primus currens procurationis Pilati, Chriſti autem Dionyſianus XXVII, uſque ad exceſſum Tiberii, anno Dionyſiano XXXVII, bis duntaxat neomenia Niſan intra illud decennium fuit Sabbatum. Prior quidem anno Tiberii XIX, Fur. Camillo, Cn. Domitio Ahenobarbo Coſs. cyclo Solis XIV, Lunæ XV, anno Iudaico 3793, Chriſti Dionyſiano XXXIII. Poſterior anno Tiberii XXII, Sex. Papinio, Quintio Plautio Coſs. cyclo Solis XVII, Lunæ XVIII, anno Iudaico 3796, Chriſti Dionyſiano XXXVI. Paſſus autem Chriſtus Pontifice Ioſepho Kaiapha. Atqui anno Tiberii XIII, abdicato Simone Kamithi filio, Gratus Tiberii procurator, antequam ſucceſſorem Pilatum acciperet, ſacerdotium Ioſepho Caiaphæ mandavit, cui Vitellius præſes Syriæ anno ante obitum Philippi Tetrarchæ ſucceſſorem dedit Ionathen filium Anani ejus, qui Annas Euangeliſtæ dicitur, fratrem uxoris Kaiaphæ. Obiit autem Philippus XXI anno Tiberii, teſte Ioſepho. Ergo XX ejuſdem anno Kaiaphas ſacerdotio abdicatus eſt, poſtquam eo VII annos ſolidos potitus eſſet. Proinde intra ſeptennium Kaiaphæ Dominus paſſus eſt. quo intervallo, ut dixi, ſemel contigit, ut neomenia Niſan Sabbatum incurreret, anno Chriſti Dionyſiano XXXIII, qui erat XXXV à natali ejus, ut ex Matthæo colligitur, & ex XXX abſoluto apud Lucam. Vide quomodo eruimus verum annum paſſionis ſine ulla mentione XXX abſoluti. Sed quemadmodum tempus natalis ſine bimatu Chriſti

ex

ex illo loco Matthæi II, 16, ita tempus baptiſmi ſine trigeſimo anno divinari non poterat. Nam ab anno Iuliano XLIII, ad LXXVIII, quo Chriſtus paſſus eſt, annos ſolidos XXXIV interfluxiſſe conſtat, idque intervallum eſſe à natali, ad reſurrectionem, ita tamen, ut in intervallo inter baptiſmum, & paſſionem, unius anni ratio fugere poſſit, quandoquidem ex euangelio ſecundum Iohannem quatuor tantum Paſchata colligi poſſunt, id eſt anni tres abſoluti, quibus deductis de LXXVIII anno Iuliano, remanet annus LXXV Iulianus, quo baptiſatum eſſe Chriſtum neceſſario ſequeretur, ſi non amplius, quam quatuor paſchata inter baptiſmum, & reſurrectionem interceſſiſſe concederetur. Itaque hoc modo baptiſatus fuiſſet anno XVI Tiberii, non XV, adverſus fidem hiſtoriæ. Sed tamen hac ſtandum eſſet, ſi neſciremus baptiſatum annos habentem XXX. Magni igitur fuit illorum veterum hallucinatio de intervallo inter baptiſmum, & reſurrectionem, uſque ad id tempus, quo illud intervallum biennio definierunt, & ex ridiculo argumento priorem annum δεκτὸν, alterum autem ἀντιλογούμενον fuiſſe ſomniarunt. Hunc igitur errorem Africani de illo intervallo, & de epocha Exodi, quam nimis in antecedentia ſummovit, & non pauca item alia ejus commiſſa ut emendaret Euſebius, qui videbat receptam opinionem vulgo pro demonſtratione eſſe, Chronologicum opus & ipſe inſtituit non tam novum, quam ex Africani opere interpolatum. Nihil enim luculentum, vetuſtum, excellens in eo eſt, quod non ex Africano deprompſerit, cujuſmodi præſtantiſſimum illud, & nunquam ſatis laudatum Dynaſtiarum Ægyptiarum monumentum, reges Aſſyriæ, Stadionicæ, reges Sicyonii, Argivorum, Athenienſium, & alia multa, quæ in priorem librum Chronologiæ ſuæ contulit: quæ quum omnia ab Africano habuerit, vix tandem illius meminit, niſi in iis, in quibus ab ejus ſententia diſcedit: ut mirum mihi videatur, tanta ſecuritate ſui ſæculi alienam induſtriam ſibi vindicare, neque revereri judicia eorum, qui Africanum quotidie legebant, utpote cujus opus à centum annis in manibus hominum verſaretur. Fatendum tamen eſt non minorem laudem ſibi ex illo heroico labore peperiſſe, quam ex luculentis libris προπαρασκευῆς. Quemadmodum enim in illis omnes theſauros vetuſtatis expoſuit ad Gentium Deos traducendos, inſanam eorum Theologiam profligandam, verum unius Dei cultum vindicandum: ita in hoc ex omni priſcarum hiſtoriarum cenſu ea collegit, quæ cum ſacris originibus paria facerent, ſi quidem vera ſunt; ſin autem, cum illis collata falſi revincerentur, vel quod vetuſtiora finguntur, quam patiuntur rationes Moſaicæ, vel quod ſequius relata ſunt, quam in ſacris literis concepta extant, cujuſmodi quæ Juſtinus Trogi breviator, Cor. Tacitus, & Apion Grammaticus de Iudæis perperam retulerunt. Multis tamen nominibus hoc commendandum, & imprimis, ut alia taceam, quod veterum errores caſtigarit, in quibus illum Africani de Exodi tempore, qui familiam ducebat. Nam eo tanquam fundamento, Africanus rationes ſuas ſtabilivit. præterea, quia, quod Hippolytus Epiſcopus indicaverat quidem, ſed non demonſtrarat, primus omnium oſtendit intervallum à baptiſmo, ad reſurrectionem, non minus eſſe triennio, quanquam minus quadriennio, quod priores Eccleſiæ auctores, præter Hippolytum, & paucos alios, uno anno, poſteriores biennio terminarunt. Sed neque Euſebius, neque Africanus ad ſcribendum ſe contulerunt, niſi prius inſtructi aliquo geſto Hebraico, quod in tempus certum hiſtoriæ Græcæ inciderit: λαβόμενος, inquit Africanus, μιᾶς πράξεως ἑβραϊκῆς ὁμοχρόνου πράξει ὑφ' Ἑλλήνων ἱστορηθείσῃ. Omnis enim, quæ de temporum ratione inſtituitur, diſputatio munimentum habet tempus certum & definitum, quod Græcis dicitur

 προά-

παράπηγμα, Censorino *Titulus*. Id autem duplex est, ἀφ' οὗ, ἐφ' ὅ. *Unde, & quo.* Hoc est, unde rationes temporum deducuntur, & quo referuntur. Ii sunt termini intervallorum. uno enim tantum posito, nullum est intervallum, non magis quam punctum est linea. Sed quod duo puncta interjacet, id linea est: & quod inter duos terminos, intervallum. Hæc commutantur. τὸ ἀφ' οὗ enim potest fieri τὸ ἐφ' ὅ, quando vetustior epocha antecedit: & contra, τὸ ἐφ' ὅ potest esse τὸ ἀφ' οὗ, si posterior epocha alia ab eo deducatur. A prima Olympiade, exempli gratia, ad hunc annum Christi Dionysianum MDCVI, fluxerunt anni MMCCCLXXXI. Hujus anni prior terminus, sive παράπηγμα τὸ ἀφ' οὗ, est prima Olympias, τὸ ἐφ' ὅ, annus Christi propositus. Africano igitur τὸ ἀφ' οὗ est Exodus, ad quam, ab Adam, rationes suas deducit. τὸ ἐφ' ὅ est primus annus Cyri, Olympiade LV ineunte, à qua, ad se, tempora deduxit. Itaque ut operi suo fundamenta jaceret, primum apprehendendum fuit aliquod intervallum, cujus unus terminus vel demonstrandus esset, vel pro demonstrato assumendus, ut est Exodus, cujus tempus ipse satis demonstratum esse putavit ex eo, quod Apion, Josephus, Ptolemæus Mendesius, & alii veteres, illud in initium Inachi contulerunt. Inachum vero MXX annis ante primam Olympiadem floruisse ex Philochoro didicerat. Sed Eusebio nostro intervallum παραπήγματος sunt anni septuaginta captivitatis. τὸ ἀφ' ὅ statuit in capto Sedekia, τὸ ἐφ' ὅ in secundo anno Darii Hystaspidæ. De initio illius intervalli, à casu Sedekiæ, & templi excidio, multos auctores habuit, quos sequeretur. de fine ipse primus, & solus vaticinatus est: quemadmodum & de laxatione captivitatis jlocaliter hallucinatur, quam trigesimo anno post excidium templi statuit, ut primam Olympiadem in tempus Ioatham conjiceret, auctorem Africanum secutus. Quare alterius intervalli primus annus Ioatham est τὸ ἀφ' οὗ, annus secundus Darii τὸ ἐφ' ὅ, in quo septuagesimum, ut diximus, annum captivitatis statuit, Olympiades LXV anno secundo. Quia igitur intervallum ab Exodo, ad conditum templi, & inde ad Ioatham regem, perspicue conceptum extat in sacra historia, ideo quantum intersit ab Exodo, ad primam Olympiadem, ignorari non potest. Sunt enim anni absoluti, secundum hanc Eusebii hypothesin, DCCXXXVI, non autem MXX, ut Africano visum est. Bene hactenus agebatur cum Eusebio in Africani sententia confutanda, si quam certum est eam falsam esse, tam recte instituta esset ejus disputatio. Quia vero neque prudenti, neque laudabili consilio rem tractavit, Africani quidem caussa melior ideo non fuerit, quia Eusebii non bona est, in Eusebio tamen prudentiam, & fidem desiderabimus. Quemadmodum enim nulla alia ratione motus, quam auctoritate Africani, Olympiadem primam in Ioathami initium contulit, ita ex fide Africani excidium Ilii in Thuoris Ægyptii regnum, ex Diodori autem relatione in Teutami Assyrii tempus conjecit. In hoc prudentiam requirimus: quia magnus ἀναχρονισμὸς hoc modo committitur. Rursus quia à Theutamo Assyrio, item à Thuori Ægyptio, ad Ilii casum, longe majus est intervallum, quam historiæ tempus exigit, is integra Dynastia Ægyptia sublata, ex antecedente duas fecit, ut earum numerum servaret, ex serie autem regum Assyriorum quatuor reges præterivit, aut dissimulavit, ut Thuoris & Theutami tempora in Ilii excidium convenirent: quo facto tantum de existimatione sua & fide deperdidit, quantum veritati detraxit. Neque eo contentus, & sciens & insciens pessime rationibus suis consuluit. Scienter enim, quum Africanus primum annum Achaz regis cum primæ Olympiadis initio comparaverit, ipse eam Olympiadem ab Africano in primum annum Ioatham regis collatam esse comminiscitur,

tur, ut non veritus sit verba ipsius Africani interpolare, atque invertere. Africanus, referente Eusebio: Αἰσχύλος ὁ Ἀγαμήστορος ἦρξεν Ἀθηναίων διὰ βίου ἔτη κγ, ἐφ' οὗ Ἰωαθὰμ ἐβασίλευσεν ἐν Ἱερουσαλήμ. καὶ ὁ ἡμέτερος δὲ κανὼν ἐπὶ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος τὸν Ἰωαθὰμ βασιλέα Ἰούδα συνείληφεν. Atqui Africanus utrobique Ἀχὰζ, non Ἰωαθὰμ, posuerat. Quod manifesto arguit alia χρῆσις Ἀφρικανοῦ ex libro quarto: τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἐνίκα Κόροιβος στάδιον. Τότε ἐβασίλευσεν Ἀχὰζ ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ ἔτος πρῶτον. In eodem libro: ἦν ἄρα τοῦ Ἀχὰζ βασιλείας ἔτος πρῶτον, ᾧ συντρέχειν ἀπεδείξαμεν τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα. Non igitur Ioatham, sed Achaz, scripserat Africanus. Factum hominis magis mirer nescio, an securitatem, qui sibi persuaserit neminem animadversurum fraudem optimo scriptori factam, quæ non magis latere poterat, quam scriptor ipse, quum tot Christianorum manibus tereretur. Sed neque Africano, neque Eusebio de prima Olympiade potest constare ratio, quum initium illius in XXXVII annum Azariæ conveniat, XIII annis citius, quam sciscit Eusebius, XXIX, quam Africanus. Atque hæc quidem prudens & sciens Eusebius. Imprudens autem initium Olympiadum non in primo Ioatham, ut promittebat, sed in quinquagesimo Azariæ statuit; primum autem Ioathami in quartum Olympiadis contulit. quæ summa fuit imprudentia, aut hallucinatio. Sed quum in hoc genere dupliciter peccetur, hallucinatione, aut consilio, prius quidem est ἀλογιστία, aut παρόραμα, alterum vero παρεγχείρημα. prius excusatur: posterius objurgatur. Magnum igitur παρεγχείρημα illud est, quod posito capite Olympiadis in quinquagesimo Azariæ, quum hinc ad casum Sedekiæ putentur anni CLXIII, iis deductis de anno Iphiti CCLVII, hoc est secundo Darii, quo vult septuagesimum annum captivitatis terminari, remanebunt anni LXXXIV, quum tantum LXX esse debuissent. XIV igitur annis minus est illud intervallum, à L anno Azariæ, ad II Darii. qui nisi interjiciantur in illud intervallum, omnes rationes Eusebianæ conturbentur, necesse est. Igitur huic malo occurrit partim insciens, partim sciens. Insciens quidem, quod quum reginæ Athaliæ unum annum plus justo attribuerit, quinquagesimus annus Azariæ est tantum XLIX, imo XLVIII, quia epocha conditus templi uno anno serius posita est. Habemus igitur biennium superfluum. deinde unum annum largitur Sedekiæ extra numerum. Undecim enim annis solidis ejus regnum definit. Hic igitur triennium illi imprudenti excidit. Prudens autem adversus auctoritatem historiæ unum annum Iosiæ dat supra XXXI à scriptura attributos, Ammoni X. Duodecim enim regnasse affirmat, qui biennium tantum in regno explevit. Habemus igitur XIV annos, quibus rationes Eusebianæ veras superant. aliquando etiam XV anni excurrunt, idque accidit propter alias caussas, quas in Notis exposuimus. Quum vero illos decem annos Ammoni Regi largiretur, non puduit eum asserere ita legi in Septuaginta Seniorum editione, in Hebraico autem solum biennium illi attribui. in quo non majorem rationem existimationis suæ, quam judicii lectorum & totius posteritatis habuit; quum tam calido commento latebram ex auctoritate Septuaginta Seniorum petiit. Pari securitate decem annos Servio Tullio detractos Tarquinii Superbi annis adjecit, non aliam ob caussam, opinor, quam quia aliquod gestum à quodam scriptore in Tarquinii initium conferri legerat, quod constare non possit, nisi Tarquinii initium in antecedentia promoveretur: quemadmodum neque Thuoris, neque Theutami tempora in casum Ilii incurrere poterant, nisi una Dynastia loco moveretur, & quatuor reges Assyriorum omitterentur. Accidit igitur, ut propter illos annos Ammonis, & aliorum, insititios,

ſititios, caſu, non conſilio, excidium templi in III annum Olympiadis XLVII contulerit. Itaque totis illis nunc XIV, nunc XV annis προχρονισμῷ peccatur ab Exodo, ad initium Olympiadum. Numerus Euſebianus cum 2697 compoſitus dat annum periodi Iulianæ. Contra anni 2697 de periodo Iuliana detracti exhibent numerum Euſebianum. Detractis igitur per perpetuam regulam 2697 de 3217, qui eſt annus Exodi in periodo Iuliana, ſupereſt numerus Euſebianus DXX, vera Exodi epocha. Atqui Euſebius ponit in DV. Quindecim igitur annis προχρονισμὸς committitur. Rurſus annus fundamentorum templi in periodo Iuliana 3696. Deductus 2697, ſupereſt vera epocha conditus templi in numero Euſebiano DCCCCXCIX. In Canone tamen aſſignatur DCCCCLXXXV. Differentia, anni XIV προχρονισμοῦ. His animadverſis, natalis Abrahami competebat in annum XXXVII Europis Sicyoniorum regis, non in XXII. Quod autem LXX Hebdomadas Danielis à ſecundo Darii Hyſtaſpidæ anno ordiens, ad tempora Herodis deducit, frivolum eſt. Nam ſive CCCCLXXXIII anni, ſive CCCCXC cum MCCCCXCVII componantur, prior numerus deſinit in numero Euſebiano MDCCCCLXXX, triennio ante initium Herodis, alter autem in MDCCCCLXXXVII, in anno Auguſti XIV. Neuter modus efficit quod vult: imo utrumque ridiculum. Urget tamen à cauſſis, quas validas eſſe arbitratur. primo, quod χρῖσμα apud Danielem ſignificat reges & Sacerdotes unctos, in quorum poſſeſſionem Herodes invaſerit: ſecundo quod Herodes ἀλλόφυλος: tertio, quod προσήλυτος: quarto, quod regnum ad ſe non pertinens inſederit. τὸ περὶ χρίσματος per ſe ſatis confutatur, quod extat in editione hodierna, quam ſequitur Euſebius. antiquior habebat χριστὸς convenienter Hebraiſmo. Neque enim verum eſt per χρῖσμα ſummos Sacerdotes intelligi, quamvis inungerentur, neque à templi poſterioris exædificatione ſtatim ſummos Pontifices imperium in Iudæos obtinuiſſe, quum Nehemias, qui ad tempora extremi regni Perſarum vixit, dux fuerit Iudæorum, & ipſe alios duces, qui ante eum à Regibus Perſarum in Iudæam mittebantur, memoret cap. III, 15. nullus vero dux illis præficiebatur, niſi qui ex maſculina ſtirpe Davidis genus deduceret. Quare ad initium Seleucidarum, ſemper duces habuerunt, ut non opus fuerit Sacerdotibus ſubjici. Neque veroſimilius Ambroſius Commentario in III caput Lucæ, *Eo enim (Iechonia) regnante Iudæam Babylonii vaſtaverunt, neque poſtea unquam de ſemine ejus regnum quiſquam in Iudæa potuit obtinere. Poſtea enim populus de captivitate dimiſſus ſub ſacerdotibus & Tetrarchis fuit. Unde etiam, uſque ad Chriſti generationem, manſere Tetrarchæ, ne ipſi quidem, quantum hiſtoria docet, regalis dignitatem generis reſervantes.* Nam quis concedat longo tempore ante Chriſti natalem Tetrarchas imperium in Iudæos obtinuiſſe, quum primi Tetrarchæ inſtituti ſint ex Herodis teſtamento, Chriſto jam bimulo? Tamen quia tantus vir, quantus fuit Ambroſius, hoc perhibet, pauci advertent illum aliud agentem hæc ſcripſiſſe. Quod autem Herodem ἀλλόφυλον, καὶ προσήλυτον toties totieſque vocet Euſebius, ut fidem ſtruat commento ſuo, quia hanc fabulam ab Africano accepit, Africanus ipſe conveniendus eſt. Is igitur Antipatrum Herodis Regis patrem ſcribit ἱεροδούλου τινὸς Ἀπόλλωνος, *cujuſdam æditui Apollinis* filium fuiſſe. Atqui avus Herodis regis non Herodes, ſed Antipater, quomodo & pater ipſe Herodis, vocabatur. Ioſeph. XIV. cap. II. Is fuit vir ornatiſſimus, ſtrenuus dux belli, magnæ non ſolum apud Idumæos populares ſuos, ſed etiam Arabas finitimos, auctoritatis. quo nomine Iannæus Alexander rex, & regina Salome Alexandra cum toti Idumææ præfecerunt ad Idumæos in officio, vicinos autem Arabas in amicitia continendos. tantum abeſt, ut unquam

ædituus

ædituus Apollinis fuerit. Huic filius fuit Antipater cognominis patri, prius Ἀντιπᾶς ὑποκοριστικῶς πρὸς διαστολὴν dictus, quia idem est Ἀντίπατρος καὶ Ἀντιπᾶς; vir strenuus, acerrimus, ditissimus, πολλῶν μὲν εὐπορῶν χρημάτων, δραστήριος δὲ τὴν φύσιν, καὶ στασιαστής. Ioseph. Rursus apud eundem: Ἀντίπατρος εὐσεβείᾳ, καὶ δικαιοσύνῃ διενεγκὼν, καὶ τῇ περὶ τὴν πατρίδα σπουδῇ. Hegesippus: *Antipater. is erat Idumæus genere, majoribus apud suos clarus, non tenuis pecuniæ, & ideo prævalidæ potentiæ, arte mira factus ad contemnendam pecuniam propter conciliandam gratiam.* Sed plura cap. XXV. lib. primi. Quum igitur iste Ἀντιπᾶς, sive Ἀντίπατρος, Herodis regis pater ejusmodi viri, qualem ex Iosepho descripsimus, filius fuerit, quomodo constabit commentum Africani, eum ἱερόδουλον fuisse, item à prædonibus Idumæis captum propter egestatem patris redimi non potuisse, ideoque coactum apud hostes manere Idumæorum ritus imbibisse? Atqui pater ejus Idumæus erat, καὶ Ἰδυμαίων στρατηγός, ut ex Iosepho modo demonstravimus. Præterea quomodo Idumæorum mores imbiberat, qui ipse Idumæus erat? quid est ineptius? Sed qui potuit ejus pater ἱερόδουλος Ἀπόλλωνος esse, qui religione Iudæus erat, ut pote Idumæus, Idumæis progenitus, qui à temporibus Iohannis Hyrcani circuncisionem, legem, atque ritus Mosis acceperant, XC annis ante initium regni Herodiani? Itaque tempore hujus Antipatri nullum discrimen erat inter Iudæos & Idumæos. Nam Idumæi tam Iudæi dicebantur, quam veri, καὶ ἰθαγενεῖς Iudæi, ut in Notis demonstravimus. Quare joculare est, Ἀντίπατρος τοῖς τῶν Ἰδουμαίων ἐντραφεὶς ἤθεσιν. apud Ambrosium, qui hæc vertit, legitur, *imbutus disciplinis & mysteriis Iudæorum.* Error librarius sit, an typographicus, an Ambrosius Ἰουδαίων ἀντὶ τῶν Ἰδουμαίων legerit, nescio. Constat tamen Ἰδουμαίων recte legi apud Africanum. Sed προσήλυτον Herodem quis fuisse concedat, quum, ut jam diximus, nullum discrimen esset Iudæi & Idumæi? Et consequenter ridiculum à patre circuncisum fuisse, quum octavo die ab ortu suo, quemadmodum reliqui Iudæi, circuncisus fuerit. Idumæi sane illi, quos debellavit Hyrcanus, & legem Mosis accipere adegit, vere προσήλυτοι erant. Posteritas eorum προσήλυτοι non potuerunt dici, quia προσηλύτου filius προσήλυτος aut γειώρης nunquam vocatus fuit: quemadmodum Horatius libertino patre natus ingenuus, non libertinus, dicebatur: quanquam non ignoro temporibus Appii cæci filios libertinorum etiam libertinos vocatos fuisse, ut nos docuit Suetonius. Igitur Herodes neque προσήλυτος, neque ἀλλόφυλος fuit. Regnum quidem non ad se pertinens adeptus est, quia reliquiæ adhuc supererant Hasamonææ domus. Sed Regnum Romanorum erat, non Iudæorum, aut Hasamonæorum, ex quo à Pompeio subacti Iudæi Romanis facti sunt tributarii. Quum igitur ab illis regnum acceperit, quorum erat dare, merito pertinere ad eum dicitur, quod ab eis accepit, ad quos pertinebat. Itaque tot lapides movendo Eusebius nihil quam operam & oleum perdidit. Sed quanvis hoc commentum ex Africani Epistola expiscatus est, id non est tamen Africani, sed Hegesippi illius, qui tam aliena ab historiæ fide de passione Jacobi Apostoli prodidit, quanvis Africanus nomen non posuit. Nam auctores ejus commenti cognatos Christi facit, quorum solus ille Hegesippus meminit. τοῦ γοῦν σωτῆρος οἱ κατὰ σάρκα συγγενεῖς εἴτ' οὖν φαντιῶντες, εἴθ' ἁπλῶς ἐκδιδάσκοντες, πάντως δ' ἀληθεύοντες, παρέδοσαν καὶ ταῦτα. Ambrosius hæc vertens τῶν συγγενῶν mentionem prætermisit: *Fertur enim ab his, qui sive argumentati, sive simpliciter docentes, sive vere astruentes tradiderunt nobis, &c.* Quæ autem apud eum sequuntur, prorsus à Græcis

** Africani

Africani abhorrent : *& quia legationis fructu potitus est, per eam gratiam, partem regni affectavit.* Nam nullam partem regni Antipatrus iste affectavit, neque illi ſane Hyrcanus dediſſet : πρεσβεύσας δὲ πρὸς Πομπήιον ὑπὲρ τοῦ Ὑρκανοῦ, καὶ τὴν βασιλείαν ἐλευθερώσας αὐτῷ ὑπὸ Ἀριστοβούλου τοῦ ἀδελφοῦ περικοπτομένην αὐτὸς εὐτύχησεν ἐπιμελητὴς τῆς Παλαιστίνης χρηματίσας (in vulgatis προκόψας.) Itaque multum Ambroſiana à Græcis diſcrepant. Quomodo autem hæc temeraverit & amputaverit more ſuo Rufinus, ex ejus interpretatione exiſtimare licet. Itaque Herodes odium quidem juſtum pro ſævis ſuis factis meruit, non tamen propter odium ea fingenda erant, quæ non ſolum immoderatum animi impetum, ſed etiam hiſtoriæ imperitiam ſummam arguunt. Neque ſane juſti odii tanta vis eſſe debuit, ut ab illis veteribus hæc portenta mendaciorum exprimeret. Quæ vero perperam ab Euſebio prodita ſunt, ut qui dubitaret vera eſſe, ſic qui quatenus vera non ſunt, deprehenderet, neminem, præter Georgium Syncellum, extitiſſe puto, quum tamen omnium interſit eos errores ventilari, oſtendi, refelli, ne ea propter hominis auctoritatem ſimplicioribus ingeniis fraudi ſint. Hodie enim ſunt capitones, pervicaces, contentioſi, qui Chriſtum anno Dionyſiano XXXI paſſum hariolantur, XXIII Martii, reſurrexiſſe XXV, τῇ πρωτοκλήτῳ, ut veteres loquebantur, ἡμέρᾳ. Quæ dementia quanvis à nobis alibi abunde confutata eſt, tamen habet neſcio quid commune cum hallucinatione Euſebii, qui tempus prædicationis Chriſti definit intervallo à ſacerdotio Annæ, ad ſacerdotium Kaiaphæ. Res ita habet. Valerius Gratus quintus Tiberii in Palæſtina procurator, Annii Rufi ſucceſſor, Pontii Pilati deceſſor, anno IX Tiberii, Chriſti Dionyſiano XXIII, Annan, ſive Ananum, Pontificem Max. conſtituit, & paulo poſt Iſmaelem filium Phabi. Triennio ſequenti tres Pontifices ſinguli anni unius ſacerdotium geſſerunt, Eleazarus Annæ filius X anno Tiberiano, Simon Kamithi anno XI, Joſephus Kaiaphas anno XII, qui uſque ad vigeſimum annum Tiberii, ſeptennium ſolidum ſacerdotio functus eſt. Quia igitur quartus eſt Kaiaphas à ſocero ſuo Anna, ideo triennium inter baptiſmum, & reſurrectionem, interceſſiſſe colligit, & conſequenter tantum eſſe tempus κηρύξεως τοῦ κυρίου. In quo peccat dupliciter : primo hallucinatione, deinde inſcitia rerum Iudaicarum. Hallucinatio hæc eſt, quod quum apud Lucam legatur, ἐπ' ἀρχιερέων Ἄννα καὶ Καϊάφα, ipſe, qui putabat, & quidem verum eſt, eodem tempore duos ſummos ſacerdotes ſimul eſſe non poſſe, ideo diverſos annos τῶν ἀρχιερέων Ἄννα, καὶ Καϊάφα, eſſe credidit, quum tamen Lucas eodem tempore Annam cum genero Kaiapha componat. Inde divinavit ex Joſepho, quantum eſt temporis inter Annam & Kaiaphan, tantum fuiſſe intervallum à baptiſmo, ad reſurrectionem. quod ſi verum eſſet, res ridicula inde ſequeretur, Jeſum anno XXIII Dionyſiano, nono Tiberii, baptiſatum, XXVI Dionyſiano, XII Tiberiano, paſſum. quod abſurdiſſimum : ut taceam Kaiapham ſacerdotio functum ad annum uſque Chriſti Dionyſianum XXXIV. Sed Euſebius rationem habuit quatuor Paſchatum, id eſt trium annorum, quot deſignantur à Johanne Euangeliſta. Inſcitia autem rerum Judaicarum hæc eſt; quod tam Annam, quam Kaiapham apud Lucam, putavit eſſe ſummum Pontificem : quum tamen Annas fuerit non ἀρχιερεὺς vere, ſed ut Eccleſia Conſtantinopolitana loquitur, πρωτοσύγκελλος τοῦ ἀρχιερέως, qui Hebraice dicitur מִשְׁנֵה כֹּהֵן הַגָּדוֹל, δεύτερος τοῦ ἀρχιερέως. II Reg. XXV. 18. Talmudice, ſive Judaice, סְגַן כֹּהֵן הַגָּדוֹל, *vicarius ſummi Sacerdotis.* Is ea de cauſſa ſummo ſacerdoti ſocius dabatur, ut ſi per morbum, aut propter aliam cauſſam ſonticam, ille non poſſet obire ea munia, quæ neminem, præter ſolum

ſummum

ſummum ſacerdotem, obire fas eſt, vicarius eam neceſſitatem expleret, præſertim in decima Tiſri, quando Sacerdos in Sancta adyta ingrediebatur, in quæ nulli alii ſacerdoti, præterquam ipſi, ingredi liceret, aut vicario ejus, ſi ille morbo impeditus, aut ὀνειρωγμῷ, quod ipſi vocant קרי pollutus, id præſtare non poſſet, cujus rei meminit Talmud, & exemplum extat apud Joſephum. Ideo tanta auctoritas illius vicarii erat, ut minimo minus alter Pontifex eſſet. Nam qui in Euangelio ἀρχιερεῖς dicuntur, hoc eſt ἄρχοντες τῶν ἐφημεριῶν ἱερατικῶν, ii eo loco erant apud Pontificem maximum, quo σύγκελλοι etiam hodie apud Patriarchas Conſtantinopolitanum, Antiochenum, Alexandrinum. Primicerius autem eorum, hoc eſt, πρωτοσύγκελλος, ſecundum proxime à Patriarcha locum obtinens, & olim ante Turcarum imperium patriarcha deſignatus, eſt inſtar vicarii Pontificis Ieroſolymitani, de cujus auctoritate exiſtimare licet ex illis Targum Ieroſolymitani : חד לכהנא רבא וחד לסגן כהניא ἕνα (θρόνον) τῷ ἀρχιερεῖ, ἕνα δὲ τῷ δευτέρῳ τῶν ἀρχιερέων, vel, τῷ πρωτοσυγκέλλῳ τῶν ἱερέων. Et quidem prope æqualis eorum dignitas erat, ut Auguſti & Cæſaris in imperio Romano. Quia igitur iſtius Ἄννα, ſive Ἀνάνου, qui Pontifex ad paucos dies fuit anno Tiberiano IX, Chriſti Dionyſiano XXIII, duo filii, Eleazarus, & Ionathas, atque ejus gener Kaiaphas, Pontifices fuerunt, non dubium eſt ſummam ejus auctoritatem fuiſſe, præſertim quum ad eum, quanquam non Pontifex, ſed vicarius Pontificis eſſet, prius, quam ad ipſum Pontificem Kaiaphan, Jeſus vinctus adductus fuerit: ut non immerito eum Euangeliſta cum genero Kaiapha compararit. Nam ambos eodem tempore ſummum ſacerdotium gerere non potuiſſe, recte quidem judicavit Euſebius. quod autem intervallo ab Annæ, ad Kaiaphæ ſacerdotium, prædicationis Chriſti tempus terminat, in eo ſane inſigniter hallucinatus eſt : quia, ut jam diximus, oporteret Chriſtum anno XXIII Dionyſiano baptiſatum fuiſſe, paſſum anno XXVI : quæ hallucinatio longe major eſt, quam eorum, qui anno XXXI paſſum volunt. Nam hoc modo annus IX, non XV, Tiberii in tempus baptiſmi incideret. ex eorum autem ſententia, qui XXXI anno Dionyſiano paſſum latrant, baptiſmus incurreret in alium annum Tiberii, quam quintumdecimum. Itaque conjunctionem illam Annæ, & Kaiaphæ apud Lucam ita interpretatur Euſebius, ut intelligendum ſit, quantum ad ſacerdotium, ſeparatos eſſe, quod duo ſummi ſacerdotes ſimul eſſe non poſſint: quantum ad tempus prædicationis, conjunctos, ita ut Annas in annum baptiſmi, Kaiaphas in annum Paſſionis conjiciendus ſit. Atqui (vide inconſtantiam) VIII ἀποδείξ. 248, conjungit illos tempore : ex eoque argumentatur jam violatam legem Moſis fuiſſe, quod duo Pontifices ſimul eſſe non poſſint. δύο γὰρ ὄντι κατὰ τὸ αὐτὸ ἀρχιερεῖς πῶς ἂν ἐγένοντο, ἢ διαλυθείσης τῆς περὶ τῶν ἀρχιερέων νομοθεσίας ; Sed ecquæ finis erit, ſi omnes hallucinationes Euſebii referre velim, & alia omnia, quæ tam ſcienter, quam imprudens commiſit? Si quis plura in unum conſpectum habere velit, adeat indicem in Notas Euſebianas; quanvis non omnia illuc conjecta ſunt. quædam enim conſulto omiſimus: quædam aliud agentib. dilapſa ſunt. Propterea hic tantum ea produximus, quorum admoneri intereſt ſtudioſorum, antequam ad lectionem hujus operis ſeſe conferant, ne ad eos ſcopulos appellant, unde niſi cum naufragio evadere non poſſint. Quæ enim hallucinatio illi conferri poteſt, quod Paſtores, quos vult Joſephi Patriarchæ progeniem eſſe, ante quam Joſephus à fratribus venderetur, in Ægypto regnaſſe ſcribit? Ejuſmodi eſt & illud, quod initio profeſſus ſe Judæorum Hebraicum exemplar ſequi in originib. bibliacis, tamen inſigni hallucinatione LXX interpretes ſequitur, & ab Adam, ad dilu-

vium, non MDCLVI annos, ut concipitur ex rationibus Hebraicis, sed MMCCXLII, ex computatione LXX interpretum, numerat. Non dubium est, quin aliquis computationis Hebraicæ imperitus hoc legens apud Eusebium, credat Judæos tantum annorum ab Adam, ad Diluvium, putare, quantum ex rationibus LXX Seniorum colligitur, idque sola Eusebii auctoritate motus. Rursus aliquis memor ab Eusebio locum Clementis super primo anno captivitatis aliter adduci, ac in excusis legitur, is non errorem Eusebii, sed Typographorum esse putaverit. Hoc dico, quia si quid humanitus à partibus peccatum est, quidam quidvis potius adigentur, quam ut eos errasse fateantur. Præterea ubi per hallucinationem Eusebius à veteribus scriptoribus dissentit, aliquis ex hoc genere ἱερατικῶν aut depravatos codices auctorum, quos citaverit Eusebius, esse jurabit, aut eos, non Eusebium, hallucinatos esse: cujusmodi quod scribit ex Josepho, tempore passionis vocem ex adytis templi auditam, quæ illinc migrandum esse ediceret. quum non solum Josephus quinquennio ante templi excidium, hoc est XXXII annis post tempus passionis, id accidisse scribat, sed etiam ipse Eusebius alibi inter prodigia, quæ urbis cladem antecesserunt, memoret. Conditor Annalium, tanquam de rebus Judaicis melius credendum sit Eusebio, quam Iosepho, ex quo hæc transcribebat Eusebius, non veretur Iosephum postulare falsi. Atqui debebat inconstantiæ Eusebii meminisse, qui libro VIII ἀποδείξεως hunc locum Iosephi adducit, ut per illam vocem, quam tempore passionis exceptam fuisse scribit, ostendat Mosaicos ritus finem cœpisse: deinde non multo post oblitus sui, disserte ait id inter prodigia, quæ urbis casum prænunciarunt, accidisse: &, quod magis mireris, eandem ambulatoriam sententiam in Hieronymo animadvertes, qui Epistola ad Hedybiam eam vocem in tempus passionis confert, in Commentario autem cap. LXVI Esaiæ, ad tempus cladis Ierosolymitanæ retulit. Neque dubium est, quin homini occupatissimo Eusebius imposuerit. Sed conditor annalium Eusebio, qui à Iosepho hæc præpostere didicerat, potius credendum esse putat, quam Iosepho, qui unus auctor extabat tunc, qui hæc certo sciret, utpote vernaculus rerum Iudaicarum scriptor. Huic simile est somnium illud in CIII Novella Iustiniani, Vespasianum Stratonis turrem Cæsaream à se vocasse, quia is in partibus Palæstinæ Cæsar salutatus fuit. quod facile confutatur lib. XV, cap. XIII Iosephi. Et tamen vel idem conditor Annalium, vel alius nescio quis mallet credere Iustiniano Christiano principi, quam Iosepho Iudæo, qui CCCCXXXIIII annis ante imperium Iustiniani scribebat Stratonis turrim Cæsaream in honorem Augusti ab Herode conditore vocatam fuisse. Sed imposuit Triboniano Colonia deducta in eam urbem à Vespasiano, non patre, sed Tito, cujus nummus habet ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ. Itaque τῆς Καισαρείας, cujus episcopus fuit Eusebius noster, Herodes κτίστης, Titus Vespasianus ἀποικιστής. Sed omnino consulatur Iosephus 618, 19. Par & gemina levitas est de Essenis, quos jlocaliter Christianos fuisse hariolatur, deinde alibi meros Iudæos, & meram αἵρεσιν Ἰουδαϊκὴν agnoscit. Hinc Sophistæ, aselli, carcinomata literarum & veritatis, quæ non moliti sunt, ut ex hoc Eusebii somnio antiquitatem μοναχισμοῦ assererent adversus fidem historiæ, & ea, quæ de Paulo primo Eremita prodidit Hieronymus? ex quibus nihil aliud consecuti sunt, quam ut non minus levitatem Eusebii, quam inscitiam suam aperirent. Nam si Esseni fuerunt Christiani, quia μοναστήρια habebant, eodem jure & Pythagorei, & quidem antiquiores monachi fuerint, quorum consortium vocatur κοινόβιον Gellio lib. I. cap. IX. quæ sunt Sophistica, id est, asinina. Rursus ex

præpostera loci cujusdam apud Zachariam prophetam interpretatione Eusebius duos tantum trientes urbis Ierosolymitanæ à Tito eversos fuisse comminiscitur; superiorem autem urbem intactam & incolumem ad Hadriani tempus superfuisse: denique in ea Iudæos inclusos extremam obsidionis fortunam expertos: & multa alia jocularia, quæ in notis confutantur, & quorum piget, tædetque. Nam urbs, ubi Iudæi inclusi obsidionem ad necessitatem expugnationis deduxerunt, ea fuit Bither munitissimum Iudæorum πολέμου ὁρμητήριον, non Ierosolyma, quæ nulla erant, & quorum vix vestigia extabant, antequam ea instauraret Hadrianus: quæ aliquot quidem annis ante expugnationem Bither constructa fuerant, sed tamen, ut à colonis gentilibus, non à Judæis, habitarentur. Quam hallucinationem eo magis mirari subit, quod non meminerit Aristonis Pellæi, cujus de ea re illustre testimonium de expugnatione urbis Bither adduxit in libris Ecclesiasticæ Historiæ. Verum non raro non solum historiam, sed etiam locos καὶ χρήσεις auctorum παραγνοεῖ, ut quum Lysaniam Abilenæ tetrarcham falso Herodis filium esse scribit, idque ut probet, testem Iosephum adducit, qui nullius uspiam filii Herodis meminit, cui nomen fuerit Lysaniæ. Eundem Iosephum rursus testem facit hallucinationis, vel potius commenti sui, quum ait ab eo memoriæ proditum imagines Augusti à Pilato in Urbem Ierosolyma introductas eo anno, quo Christus passus est, item postea seditionum ab eodem Pilato occasionem præbitam fuisse propter thesaurum sacrum in aquæductus reficiendos erogatum. Utrunque enim falsum anno passionis gestum fuisse, quum primo anno procurationis suæ Pilatus id fecerit, ut clare ex Iosepho ostendimus, annis sex solidis ante passionem. Sed non miror de anno istius gesti Eusebium ita pueriliter hallucinatum esse, quia is erat primus annus Kaiaphæ, in quo Christum passum somniavit, ut supra ostendimus. Sed sibi adversatur. Nam supra recte assignavit annum I procurationis Pilati anno XIII Tiberii, in quo seditiones illæ duæ de imaginibus Cæsaris, & de thesauro sacro exhausto contigerunt. Postea oblitus sui confert hoc gestum in annum passionis, quem vult esse primum sacerdotii Kaiaphæ. Neque minus ridiculum, quod Archelao successorem dat Herodem Antipam, quasi ille non eodem momento dominus unius tetrarchiæ ex testamento patris factus sit, quo Archelaus duarum tetrachiarum, quibus quando ab Augusto exutus; & in Galliam relegatus est, tunc Herodes iste Antipas, & Philippus ejus frater jam decimum annum tetrarchiis suis potiebantur. Deinde cur Herodes Antipas potius, quam Philipus, aut cur non ambo simul, Archelao fratri successerunt? Sed quomodo tetrarchiarum Archelai successor ille, aut iste potuerit esse, quæ in fiscum redactæ nunquam in potestatem Herodiadarum venerunt, sed à procuratore Cæsaris administrabantur? Neque aliam ob caussam Agrippam seniorem filium Herodis Antipæ esse putavit, quam quia Herodi Antipæ successit, qui erat ejus patruus, non pater. quod sane perridiculum. Non minus ab historia abhorret, quod de minore Agrippa scribit, ejus regnum una cum Ierosolymis finem cœpisse. ubi duo insignes errores: prior, quod Agrippam putaverit Ierosolymorum regem fuisse: alter, quod ignoraverit Agrippam minorem Ierosolymitano excidio XXXI annos superfuisse. Quod enim Ierosolymorum rex esse non potuit, satis paret ex eo, quod Ierosolymorum urbs erat metropolis patrimonii Archelai, quod jamdudum in fiscum redactum erat. Adde, quod Agrippa à Claudio præfectus fuit templo, & propterea in ejus potestate fuit mandare sacerdotium summum cui vellet, propter id jus, quod illi concessum à Claudio erat, non quod rex Ierosolymorum esset. Ioseph. 621. Quod autem minor Agrippa XXXI superfuerit annos excidio Urbis, expressum est à Photio ex Iusto Tiberia-

Tiberiadensi, qui illum vitam ad III annum Trajani produxisse ait, ad quod tempus, ab urbis clade, anni fluxerunt XXXI: ejusque regnum aliquot accessionibus a Vespasiano amplificatum fuisse scribit Josephus. Omnino sex duntaxat Herodiadæ rerum potiti sunt in Palæstina, quorum tres tetrarchæ, totidem reges fuerunt. Tetrarchæ eodem tempore Archelaus, Herodes Antipas, Philippus. Rex universæ Judææ unicus tantum Herodes magnus: partis Judææ duo Agrippæ, senior, & junior. Sed junioris amplius regnum fuit, quam patris. Nullus tamen tam tetracharum, quam duorum Agripparum, patrimonium Archelai consecutus est, & proinde neque Jerosolymis regnavit, ut pueriliter putavit Eusebius; qui quemadmodum excidio Ierosolymorum regnum Agrippæ minoris finivit, ita etiam fine Chronicorum Africani Olympiadas, & Stadionicas terminavit. Quum enim Olympiadas & Stadionicas ab Africano acceperit, Africanus vero opus suum in CCL Olymp. explicuerit, Eusebius neque ullos Stadionicas, neque ullas Olymp. deinceps fuisse credidit, quum tamen Dexippus CCLXII Olymp. & ejus Stadionicæ meminerit, qua historiam suam conscribebat sub Claudio: & Iulianus Apostata in Olympiadis CCLXXXV ludicrum sumptus contulerit, & non paucis post annis Basilius Seleuciæ episcopus in Olympia Homiliam scripserit, quum videret Christianos tam Olympiorum, quam reliquorum spectaculorum, & Circensium amore non minus, quam paganos, insanire. Sed neque animus est omnia in hoc auctore animadvertenda persequi, neque possim, si velim, & præterea fere omnia in notis Eusebianis passim accuratus lector observare potest; aut sine ullo labore ex indice colligere. Neque vero hæc protuli, ut auctorem, quem initio commendavi, tanquam oblitus mei nunc traducam. Longe aliter sentimus. Quum enim tria objici possint, παροράματα, σφάλματα, καὶ παρεγχειρήματα, hallucinationes, errores, & temerationes, sive interpolationes, sciant omnes, quum aliquem hallucinatum esse dicimus, hoc ad ullam ejus contumeliam minime pertinere. Hallucinationes enim per incogitantiam, errores per inscitiam, reliqua per audaciam committuntur. Hallucinationes excusari debent, errores tolli, temerationes castigari, eo temperamento adhibito, ut contumeliæ suspitio omnis absit. Tria tamen hæc periculosi exempli sunt, si ad magni nominis auctorem referantur. Quos enim admiramur, eorum plerunque vitia virtutes putamus. Nos hallucinationum & erratorum Eusebii aliquot exempla ideo produximus, ut illas excusemus, hæc castigemus, ab utrisque autem ingenia rudiora prohibeamus. Qui enim veterum erratis blandiuntur, invidiam errorum ab illis in se derivant, & severius castigandi sunt, quam ii, quorum culpas defendunt. Tantum verò abest, ut propter illa vitia minor auctoritas doctrinæ Eusebianæ apud nos sit, ut potius eo nomine ea seorsim exposuerimus, ne cætera bona, quæ scriptis Eusebii continentur, contaminarent, sed castigata sic cum reliquis, quæ diligenter ab eo collecta, aut feliciter excogitata sunt, tuto conjungi possint. At omnium non est castigare, quum hujus tractationis nulla hactenus ars, aut certa ratio inita sit. Nam quod hodierni Chronologi tam portentosè à vero discedunt, ex multis caussis, quæ adferri possunt, hæc mihi præcipua videtur esse, quia examen non adhibent, quod ad verum eos manu ducere, aut à falso abducere possit. In omni enim scriptione eam rationem sequi debemus, qua duce à certis & concessis principiis, tanquam à carceribus, ad ipsam metam perveniamus. Contra illi, quia eorum, quæ scribunt, nihil demonstrare possunt, leges potius scribere videntur, quibus nos in sententiam suam adigant, quam demonstrationes adferre, quibus confessionem à nobis eliciant. Non enim magis sine demonstratione hæc tractare possunt, quam cubum aut Cylindrum metiri

tiri

tiri sine geometria. Quod si aliquando rem ipsam tangunt, hoc fortuito fit, non arte: quod quidem Eusebio contigit in casu Sedekiæ ad III annum Olymp. XLVII notando. Nisi enim confidentissimo incepto insititiis XIV annis intervallum à primo anno Iothami, ad excidium templi, extendisset, nunquam eo pervenisset. Itaque quod ante, & post eum nemo cum maxima laboris contentione, aut animi attentione consequi potuit, hoc illi per temerarium παρεγχείρημα feliciter successit. Aliquam vero artem hujus tractationis antiquitus fuisse satis hinc constat, quod vetustissimi auctores Ephorus, & Eratosthenes excidium Ilii non per προσθαφαιρέσεις temporum, quæ in μυθικῷ intervallo incerta sunt, sed per motus cœlestes, & doctrinam annorum Græciæ civilium indagarunt. Nam quod à prima Olympiade ratio temporum constanter perpetuata est, hoc non minus doctrinæ anni civilis acceptum referri debet, quam Olympionicarum memoriæ, certe magis, quam tumultuariæ annorum congestioni, qua sola hodierni Chronologi contenti πᾶσαν τέχνην μακρὰν οἰμώζειν κελεύουσιν. Hinc illa portenta hallucinationum, hinc illa licentia commentorum, hinc mendicabula regum Persidos, hinc illa fanatica septuaginta annorum captivitatis, & septuaginta Hebdomadarum Danielis initia, nunquam ad verum caput suum relata: hinc trigesimi illius anni apud Ezekielem jocularis explicatio, hinc jobeleorum præpostera exordia. Hinc Catharorum & prophetarum hujus ævi temulenta somnia. Nos sane viam monstravimus, quâ licentiæ Chronologorum frenum imponatur, tempora autem intra suos fines contineantur. Qui enim sine hoc velo tam longæ navigationi sese credunt, prius ventus eos destituet, quam navem ad portum appellere possint. Quantum enim ἐν τῇ προσθαφαιρέσει falli eum necesse est, qui characterem non adhibet, in Canonibus passim demonstravimus; idque tum in multis casibus, tum etiam in unius Epochæ initiis, quæ secundum nationes diversa sunt, propter quæ non raro vitium intervenire potest. Palilia Varroniana uno anno priora sunt Catonianis. Nisi character adhibeatur, quando annorum Urbis mentio apud scriptorem fiet, utra intelligantur, quis divinaverit? Rutilius Numatianus in aureolo suo itinerario ait, se Urbe discessisse Sole Chelas ingrediente: hoc est, secundum Sosigenem, & omnium ejus ævi sententiam, XXIV Septembris.

Et jam nocturnis spatium laxaverat horis
Phœbus Chelarum pallidiore polo.

Notatur etiam annus Urbis MCLXIX. Is annus secundum Varronem est CCCCXVI Christi Dionysianus secundum Catonem CCCCXVII. Nisi characterem hujus anni apposuisset, utra Palilia intelligit, nulla conjectura apprehendi posset. Designat igitur commodissime, scribens se expectasse quindecim dies, donec mota Vergiliarum ortu tempestas detumesceret in proximo novilunio.

Explorata fides pelagi ter quinque diebus,
Dum melior Lunæ fideret aura novæ.

Perspicue ait quintodecimo die post XXIIII Septembris fuisse novilunium, qui fuit ultimus quindecim dierum moræ, quam in commodiorum ventorum expectatione fecerant. Sane anno Christi CCCCXVI epacta erat XIIII, eaque è regione IX diei Octobris opposita indicat ibi novilunium eo anno contigisse. Intervallum à XXIIII Septembris, ad IX Octobris, sunt quindecim dies, quot scilicet expectarunt, dum tempus novilunii adventu mitesceret. Intelligendus igitur ille annus Urbis secundum Varronem, non secundum Catonem. En utilitates

litates characteris. Rurſus Calippi periodus Antiochena init novem menſibus ante Atticam, Epoche Seleucidarum Iudaica ſex menſibus ante Antiochenam, illa totidem menſibus ante Chaldaicam, Philadelphenſis ante Gazenſem, Antiochena indictionis Iulianæ ante Laodicenſem, qua etiam aliquando uti Ioſephus videtur. Nam in expugnatione Ieroſolymorum tam ſub Pompeio, quam ſub Herode & Soſio, Tamuz menſem tertium vocat. unde ſequitur primum menſem eſſe Ijar, qui Artemiſius Macedonibus, unde initium anni & Indictionis Iulianæ Antiochenæ, ut in Canonibus, & libris de emend. temporum aperuimus. Sic Actiaca epocha ſecundum Ægyptios init à Thoth, ſecundum Ioſephum à Niſan ſequenti. Diocletianea Ægyptiaca Paſchalis & ipſa quoque à Thoth, ſed Latina à Niſan Chriſtiano. Niſi principiis harum epocharum character adhibeatur, multum peccari neceſſe eſt. quo duce vel ipſum momentum, vel proximum ab eo tempus adipiſcemur: idque ut in exemplo ſuperiore Rutilii, ita & in illo Ovidiano demonſtrare poſſumus:

Iamque dies aderat, qua me diſcedere Cæſar
Finibus extremæ juſſerat Auſoniæ.

Quemadmodum enim in altero exemplo primo annum, deinde anni tempus exploratum eſſe oportebat, antequam dies ipſa deprehendi potuerit: ita & in iſto illa duo antecedere debent, annus, qui, indicante ipſo Ovidio, erat ab ejus ortu quinquageſimus abſolutus, & proinde LII Iulianus: anni autem tempus, menſis, in quo Arcturus matutino occidit.

Tingitur interea cuſtos Erymanthidos Urſæ,
Æquoreaſque ſuo ſidere turbat aquas.

Tertium adjicit characterem, qui ad ipſam diem nos manu deducit, circiter medium noctis lunam culminaſſe.

Iamque quieſcebant voces hominumque canumque
Lunaque nocturnos alta regebat equos.

Quum homines & canes tacent, hoc eſt circa medium noctis, Lunam culminare neceſſe eſt inter πανσέληνον, καὶ διχότομον, & quidem propiorem πανσελήνῳ. Ea vero tempeſtate Arcturus matutino occidebat VIII Idus Novembris, ut diſerte extat in parapegmate incerti auctoris, interprete Nic. Leonico, quod faſtis Ovidianis prætexi ſolet: ſed falſo attribuitur Ptolemæo. Nam aliud Ptolemæi Græcum longe huic diſſimile penes nos habemus. Erat, ut diximus, annus LII à primis Kalendis Ianuarii Iuliani, numero aureo VIII, Epactis XXVI. Novilunium XXVI Octobris. Ideo VIII Novembris erat XII Luna, quæ tunc occidit hor. II. S. ante Solis ortum, & culminat circa noctis medium. Ergo diſceſſus Ovidii ex Urbe contigit VIII, aut VII Idus Novembris non longe à plenilunio. Atque ut ab ipſo tempore diſceſſus proxime abſumus, ita quantum temporis poſtquam Urbe exceſſit, in pedeſtre itiner impenderit, antequam navem conſcenderet, & quando navem conſcendit, ignoramus. Alioquin certum eſt ſolviſſe ex ora Puteolana, & jactatum fuiſſe mari Hadriatico, (hoc eſt prope Corcyram, ut Actorum Apoſtolic. XXVII, 27.) menſe Decembri, ut ipſe ſcribit. Sed omnium non eſt tempora ad characterem ſuum dirigere, quum Mathematicus à municipe Ovidii bono & diligenti viro ſuper hoc tempore diſceſſus Ovidii conſultus non peritiorem ſe harum rerum probaverit, quam in anni reformatione, quæ illi mandata fuit. Is reſpondit, tempore Ovidii in finitore Romano Arcturum IIII Idus Decembris cum XIII parte Sagittarii oriri ſolitum chronice (ita imperiti loquuntur, non, ἀκρονύχως, ut ratio poſtulat.) hodie autem, inquiebat, VII Kal. Decembris. quia eadem XIII pars Sagittarii in finitore Romano ea die oritur. Hæc ſunt

ſummæ

summæ imperitiæ argumenta. Nam neque ulla ἀκρόνυχος δύσις Arcturi in mense Decembri contingebat, quanquam id falso scripserit Columella, neque Ovidius de tempore vespertino, sed matutino, loquebatur. quæ fuit summa Mathematici imprudentia:

Dum loquor, & flemus, cœlo nitidissimus alto
Stella gravis nobis Lucifer ortus erat.

Igitur custos Erymanthidos Ursæ tingebatur Oceano adventu Luciferi, non noctis. & profecto nulla, ut diximus, ἀκρόνυχος δύσις Arcturi tunc fieri potuit. Longe majoris inscitiæ est, putare stellas in iisdem partibus Dodecatemoriorum oriri, quasi per προήγησιν ἰσημερινήν. Imo, si verum erat, tempore Ovidii Arcturum in XIII parte Sagittarii oriri in finitore Romano, X die Decembris, hodie necessario oriretur cum VI parte Dodecatemorii Capricorni in XVII die Decembris Iuliani. Nam ab ævo Ovidii, ad nos, initia Dodecatemoriorum in antecedentia progressum fecerunt gradus XXIII. Multos alios errores, qui hinc propagantur, prætereo. ἑώαν igitur δύσιν Ἀρκτούρου, non ἀκρόνυχον, quæ tunc nulla esse potuit, intelligit Ovidius, cujus ex Urbe discessum ad verum tempus accommodavimus per characterismos, quos qui negligit, in quos errorum nodos sese induat, ex quibus effugium inexplicabile est, satis ex iis, quæ ostendimus, constare potest. In duobus itaque superioribus exemplis docuimus per characterem posse veram diem erui. Nam aliquando non ad ipsam quidem diem pervenire, sed propius tamen ab ea abesse possumus. ut hebdomadam veram, in qua conceptus fuit Iohannes, per methodum orbis ἐφημεριῶν ἱερατικῶν attigimus, diem autem ipsam nulla conjectura consequi possumus. Eodem modo tempus proximum natali Dominico non magnæ molis fuit adipisci. diem ipsam solus Deus scit. Non tamen parum præstat, qui non nisi triduo, aut quatriduo à vero discedit. quod sane possumus promittere de tempore, quo Paulus Apostolus ex naufragio in littus Melitæ expositus est. Hic, ut supra ostendimus, annus primum, deinde anni tempus investigandum. Erat annus primus iniens Porcii Festi procuratoris Iudææ. Decessor ipsius Felix frater Pallantis missus est à Claudio, ineunte XIII anno imperii ejus (Josephus 615, versu penultimo) anno Christi Dionysiano LIII. Explevit biennium in sua procuratione. sub ipsum tempus obitus Claudii. Actor. XXIV, 27. Successit illi Porcius Festus, anno Christi LV. Tempus vero anni, mensis Tisri, in cujus die decima, aut undecima, è portu Cretæ Phœnice solverunt. Actorum XXVII, 8, 9. Neomenia Tisri Septembris XI, feria V, cyclo Solis VIII, Lunari XVIII, anno 3816. Quum ex portu Phœnice solverent, periculosa erat navigatio διὰ τὸ, inquit Euangelista, τὴν νηστείαν ἤδη παρεληλυθέναι. *quod jejunium Iudaicum præterierat.* Sane & σκηνοπηγία, & νηστεία incidunt fere semper in tempus, quo maximæ tempestates cooriuntur, propter æquinoctium. eo autem anno jejunium inciderat in XX Septembris proxime æquinoctium, σκηνοπηγία vero, & consequenter plenilunium, in diem æquinoctii. Inter XX igitur, & XXV Septembris navis soluta est portu Phœnice. XIV dies in mari jactati sunt. Ibid. 33, & sequentib. Omnino circiter V, aut VI Octobris in Melitam à salo ejecti sunt, navi fracta. Huc usque ita prope à vero tempore absumus, ut biduum, aut ad summum, triduum, intersit. Quia vero tres menses in insula transmiserunt, triduum Syracusis, hebdomadam Puteolis, & hinc Romam venerunt, constanter affirmare possumus, Paulum circiter XX Ianuarii plus minus Romam ingressum, anno Dionysiano LVI, numero Eusebiano MMLXXII. Mansit autem Paulus Romæ usque ad annum Dionysianum XLVIII, Neroniani

Imperii tertium. Act. XXVIII, 31. Quum igitur tanta sit characteris utilitas, ut eos, qui eum rationibus suis non adhibent, multum falli contingat, cavendum, ne eo contempto, pro demonstrationibus hallucinationes, pro veris temporum titulis fœdos anachronismos publicemus. Quod quum Africano, Eusebio, & omnibus hactenus acciderit, tam ignoscendum illis, quatenus ignorantia hujus rei lapsi sunt, quam aliis vitio vertendum, qui methodum hanc præstantissimam, ut fabulam, *aut* somnium, rejiciunt. quod quidem verisimile objectum fuisse illis, qui primi elementa geometrica ediderunt, quum Mechanici ægre ferrent artem *ullam* constitui iis, quæ ipsi sola experientia magistra didicerant, atque illis elementis se in ordinem cogi putarent, quasi ea sola nescirent, quæ neminem præter se scire hactenus crediderant. Idem hodie faciunt Chronologi, qui in tam clara luce literarum magis ad hæc caligant, quam olim solebat, quum omnia tenebris inscitiæ obsita essent. Quia vero Eusebio, qui sine arte & delectu scripsit, ut tunc ferebant tempora, magis credetur, quam ei, qui cum arte eadem tractando errores Eusebii & aliorum arguere possit, propterea illas hallucinationes ejus, & errata superius protulimus, ut quum ex methodo, quam præcepimus, deprehendi potuerint, ne in ejusmodi rebus auctoris potius, quam veritatis, delectus habeatur. Alioqui tanta præstantia est horum Chronicorum Eusebii, ut fatendum sit, nullum vetus scriptum extare de ratione temporum, quod cum hoc comparari possit, & quod pluris nostra intersit ad nos salvum pervenisse. imo nullum paulo vetustius est, quod ab hoc derivatum non sit. Taceo auctoris multiplicem eruditionem, indefessum lectionis studium, summam vetustatis peritiam, qui in omnibus priscorum auctorum monimentis peregrinatus illum divinum πολυπραγμοσύνης thesaurum collegit. Quid de ejus historia ecclesiastica loquar? Quid certi aut explorati à tempore Trajani, ad imperium Constantini Magni, Ecclesia haberet, si aut illi luculenti libri intercidissent, aut Eusebius nullos reliquisset? Quemadmodum enim uni Iosepho omnia, quæ ab Hyrcano, ad templi excidium, gesta sunt, debemus, ita uni Eusebio accepta ferenda sunt omnia, quæ historiam ecclesiasticam spectant à Trajani temporibus, ad pacem Ecclesiis à Constantino partam. Nam intervallum illud ab ultimo Capite Actorum Apostolicorum, ad medium Trajani imperium, quo tractu Quadratus & Ignatius florebant, plane cum Varrone ἄδηλον vocari potest, in quo nihil certi de rebus Christianorum ad nos pervenit, præter admodum pauca, quæ hostes pietatis obiter delibant, Suetonius, Corn. Tacitus, Plinius Cæcilianus: quem hiatum ut expleret Eusebius, ἐκ τῶν ὑποθέσεων Clementis nescio cujus (non est enim ille eruditus Alexandrinus ὁ στρωματεὺς) & ἐκ τῆς πενταβίβλου Hegesippi non melioris scriptoris, sine delectu ea deprompsit, ex quibus judicari potest, aliquam quidem jacturam, sed quæ patienter ferri possit, Ecclesiasticam historiam fecisse interitu illorum librorum. de qua historia quum nullus veterum præclarius meruerit, quam hic noster, in nullo certe scriptorum ejus illustrius hoc eminet, quam in hoc opere Chronico, quod mancum ad nos pervenisse dolendum est. Nam prior liber integer desideratur, qui censuales, ut cum Tertulliano loquar, omnium vetustissimarum nationum, & regnorum continebat. posterior, quem κανόνα auctor inscripsit, integer quidem superest, sed est tantum quasi index quidam, & summarium superioris. Utrunque autem Latine Hieronymus convertit. De posteriore nemo dubitat. de priore ipsum testem damus Commentario in Danielis cap. IX. Verba ejus hæc sunt: *Quicquid enim in templo postea factum est, non fuit sacrificium Dei, sed cultus Diaboli, cunctis in com-*

mune

mune clamantibus, SANGUIS EJUS SUPER NOS, ET FILIOS NOSTROS. *Et hoc*, NON HABEMUS REGEM, NISI CÆSAREM. *Quem locum in Chronica Eusebii, quam ante annos plurimos in Latinam linguam vertimus, diligens lector plenius edissertum poterit invenire.* Horum, quæ habebat in animo Hieronymus, fragmentum Græcum extat adhuc. Atque adeo prima verba Hieronymi imitata sunt ex illis Eusebianis ἀποδείξ. 250. ἀρθείσης γοῦν ἐξ ἐκείνου τῆς δυνάμεως, καὶ ἀληθείᾳ καταλυθείσης θυσίας, καὶ σπονδῆς, αἱ μετὰ ταῦτα νομιζόμεναι αὐτόθι ἐπιτελεῖσθαι θυσίαι, ἄσπονδοι καὶ ἀνίεροι ἐν βεβήλῳ τόπῳ, καὶ ὑπὸ βεβήλων καὶ ἀνιέρων ἐπετελοῦντο. Quæ verba proculdubio Eusebius in libro priore Chronicorum repetivit: cujusmodi multa iterata sunt ἐν τῆς ἀποδείξεως, quæ ἐν τῆς προπαρασκευῆς, & in Chronicis habentur: qui mos est solennis illi. Quod autem de Eusebio diximus, idem merito de magno Hieronymo arbitrari possumus, nullum de Latinis scriptoribus extare, cui plus debeant Ecclesiasticæ literæ, tam in iis, quæ ad origines sacras, quam quæ ad interpretationem divinorum librorum pertinent: neque illo sæculo magis idoneum interpretem nostro Eusebio contingere potuisse, quam eum, qui Eusebii studiosissimus, & eorum, quæ ab Eusebio tractantur, peritissimus fuit. Atque utinam per ejus occupationes ista non dictare notario, sed scribere illi vacasset. Quod enim à multis vel invitatus, vel lacessitus respondere cogeretur, neque ulla ei à labore requies daretur, temporis autem jacturam vel minimam facere neque posset, neque vellet; apparet eum, quum hujus Chronici interpretationem dictaret, scriptioni aliarum rerum simul, & notario eodem tempore operam dedisse, ut propterea necesse fuerit, quædam, quod vitari non poterat, tanto viro humanitus excidisse, quæ hodie apud magistellos, & Criticastros non venia, sed jurgiis, & contumeliis non ut hallucinationes, sed ut crimina exciperentur. Ex multis igitur, quæ infinita notari possunt, summa quædam excerpam, ut ex illis lector aliis ignoscere discat, si quid minus recte ab illis aut expositum, aut interpretatum fuerit, quum scierit maximum virum nunc per properantiam, nunc per hallucinationem tot & tanta peccasse: quod sane cuipiam mirum videri possit in eo sæculo, quo sermo Græcus vernaculus erat, nisi prius Hieronymum hæc non scripsisse, sed dictasse sciverit quadragesimo nono ætatis suæ anno. Primum procedant ea, quæ in simplicibus verbis perperam vertendo non parum sententiæ nocuit: deinde sequentur ea, per quæ ex similibus interpretationibus historiæ fraus facta est. Igitur παρὰ Διὸς quod conjunctim legerit, novum auctorem creavit Παράδιον, qui de Minoe scripserit. ἀποδασμὸν putavit esse nomen urbis Iudaicæ, non μέρος populi Iudaici. τὰς καὶ διάδας. *quas & Diadas.* Vertendum erat, quæ & Diades dicuntur. Inepte in editionibus legitur, *quam & Diadas nominavit*, adversus omnium scriptorum codicum fidem: quod retinuit Aquitanica editio. ἐχέγγυος μάρτυς, qui Ciceroni est locuples auctor, ipsi est domesticus testis, quum tamen multum discriminis sit. Nam domesticus est, qui Tertulliano vernaculus: *Iosippus Iudaicarum antiquitatum vernaculus vindex.* στρατεύειν, *dimicare.* atqui est expeditionem facere, & multum differunt: quomodo στρατηγίαν idem putavit esse, quod στρατιάν: quæ tantum inter se discrepant, quantum ars militaris, & exercitus. Hæc certe non ferrent Magistri hodierni. τὸ συνεπιθέσθαι quam aliena sententia interpretatur? quam longe à vera notione τὸ ἐπιδείξασθαι, quod est commissiones fabularum facere? οἱ περὶ Διαγόραν est Diagoras, non *Diagoræ familiares.* ἕως τούτου, *de hoc.* quod tamen est *hactenus.* κατὰ τούτους. horum temporib. At Hieronym. *Secundum quorundam opinio-*

nem. Civitas Arvernorum Cæsari est quicquid sub ditione Arvernorum est. ipse putat urbem esse mœnibus cinctam. Ἑλένου γνώμῃ, *Heleno subsidium ferente.* nihil minus : imo Heleni impulsu, Heleno suadente, ex sententia Heleni. συγκλήτου βουλῆς, *consilio Senatus.* atqui σύγκλητος βουλὴ nihil aliud est, quam Senatus ipse. χειρώσασθαι, est in potestatem redigere : Hieronymo *capere.* Hesychius : ἀχείρωτος, ἀπόρθητος, ἀήττητος, ἀνίκητος. χειρῶσαι γὰρ λέγεται νικᾶσαι. Eadem significatio τοῦ παραστήσασθαι, quod ipse vertit *occupare.* Non parum de sententia detraxit, quum ἐπ' Ἀρχεμόρου male reddidit. νόμοι λυκαικοὶ quid essent, ne minimum quidem odoratus est. ποικιλότεχνος est versutus, Hieronymo *homo artis plumariæ.* Unde adversus historiam Macedonius ex arte plumaria ad ecclesiasticum munus provectus. Quod sit περίπτερος ναὸς, nemo ex ejus interpretatione assequetur. Ἡρώδειον, *Herodionem*, quasi esset Ἡρωδίων. Per hæc & similia, (non enim omnia collegimus) deterior tantum fit sententia, non nihil etiam historia. Sed quum ipse alicubi dixerit *interpretum difficultatem esse, ne vertendo evertant*, cætera ab eo conversa, in quibus fides historiæ læditur, hæc sunt. Εὐαγόρας βασιλεὺς Κύπρου ἐξέστη. Id erat : Euagoras ex Cypro excessit. Hieronymus : *Euagoras rex Cypri in furorem versus est.* Tota historia tam inopina interpretatione dissimulata est. Περὶ τοῦ Πρώτου λεγομένου Φορωνέως, *de Phoroneo, qui Primus dictus est* : hoc est primus hominum. Hieronymus : *de Phoroneo, qui primus hoc nomine apellatus.* quasi intelligendum sit, quum multi Phoronei fuerint, hunc primum hoc nomine nuncupatum fuisse. Atqui Mythologis Phoroneus est primus hominum, non primus Phoroneorum. Διὸς Ξενίου, Jovis Hospitalis. Hieronymo *Iovis peregrini.* Nam & hic quoque in historia peccatur, quum constet tali cognomine Jovem cultum fuisse. Sic Διὸς Ἐπιφανοῦς vertit *Iovis Optimi Maximi.* Ex Græcis Eusebii male conceptis secundam quandam Ægyptum imaginatus est, quum tamen de secundo Io in Ægypto mentio fieret. Ex his verbis Hieronymi nos putavimus aliquando intelligi eam partem Ægypti, quam Græci τὴν κατωχώραν vocant, antequam Græca Eusebii nancisceremur. in quæ si quis Criticaster incidisset, non Hieronymum, qui ansam errandi nobis præbuisset, sed nos, qui eo duce erravissemus, repræhendisset. Ex eadem properantia Dionysum Deucalionis filium facit, qui hoc patre omni Mythologorum priscorum nationi ignotus est. Πυθὼ semper Pythium vertit, quum longe diversa sint, Πύθιον quidem Macedoniæ oppidum, Πυθὼ Δελφῶν μητρόπολις. Hoc sane potius Geographiæ perito imponeret, quam ἀγεωγραφήτῳ. Jam τὸ βασιλειᾶν, quod est regnum affectare, quum ipse verterit *regiam indolem habere*, non parvum momentum attulit historiæ interpolandæ, quæ tota illa pericope continetur. Quod autem Ἡρακλειδῶν κάθοδον, *Heraclidarum descensum*, non autem Heraclidarum reditũ, toties totiesq; vertit, cognitionem historiæ obruit, quæ Heraclidas Peloponneso vi dejectos, armorum virtute reditum eo sibi peperisse docet. Πολέμαρχον reddit *hominem fortem*, quum sit nomen magistratus Athenis, qui Thebis Βοιωτάρχης dicebatur. Is belli tempore exercitui cum imperio præerat. Similis antiquitatis obscuratio Φαινίππου ἄρχοντος, *regnante Athenis Phænippo.* Id erat, Phænippo Athenis Prætore, ut vel pueri sciunt. Nam tunc Athenis nihil odiosius, quam regnum, aut regnare. ὀστρακισμὸν putavit esse nescio quod pœnæ genus ignominiosum, quod testularum suffragiis irrogaretur. Atquin ostracismo pellebantur sine ulla ignominia, aut nota, tantum minuendæ nimiæ potentiæ, aut gratiæ popularis. Ἱερείαν nunquam

quam putavit eſſe Hiſpaniam : & tamen ita vertendum erat, quo tempore tam ἐν Ἰβηρίᾳ ἐπὶ Πόντῳ bellum cum Mithridate gereretur, duce L. Lucullo, quam ἐν Ἰβηρίᾳ, *in Hiſpania*, cum Perperna, ductu Pompeij. Quis tam bono ingenio, quem, ſi hæc Hieronymiana ſine Græcis Euſebii legerit, multum falli non contingat, aut ſaltem ambigere utrum de Iberia ad Pontum, an de Iberia ad Iberum flumen accipienda ſint? ἐκ φυλῆς Ἰούδα, *ex ſtirpe Iuda.* Quis Tribum, non ſtirpem vertendum fuiſſe ignorat? Notum qui ſint λαμπρότατοι, id eſt Clariſſimi in jure, & in Conſtitutionibus, quod nomen dignitatis uſitatiſſimum tempore Hieronymi, ſecundo gradu à Spectabilibus, tertio ab Illuſtribus. Ex interpretatione Hieronymi multum diſſimulatum eſt. Quod ſane mirum, quum, ut jam dixi, nunquam uſitatior Clariſſimatus, καὶ λαμπρότης, Clariſſimorum, καὶ λαμπροτάτων appellatio fuerit, quam illo ævo. ἐποπτεύων Ἐλευσίνια eſt initiatus Eleuſiniis ſacris. Hieronymus *inviſens Eleuſinam.* Nam putavit Ἐλευσίνια, & Ἐλευσῖνα idem eſſe. Unde Hieronymiana vertens Sophronius, ἐν Ἐλευσῖνι γενόμενος reddidit, Hieronymi interpretatione deceptus. Cui ſimillimum, quod ἐπισκόπου, ἀντὶ τοῦ ἐπισκοπῆς legens aliud quidvis extulit, quam quod ſententia exigebat: & ſimiliter non intelligens verba Euſebii de Apollonio, eum & Senatorem urbis fuiſſe, & apologeticum edidiſſe pro Chriſtianis ſcripſit, & inter Scriptores Eccleſiaſticos retulit. Geminum ac germanum illud, quod Græca Euſebii non aſſecutus Euſebium Chronicorum ſuorum ἐπιτομὴν conſcripſiſſe arbitratus eſt. Illud imprimis neque ſatis mirari poſſumus, neque unde accidit, comminiſci, quod quum Euſebius poſteriorem librum ſuum Κανόνα inſcripſerit, ipſe neque hoc advertit, & quid eſſet Κανὼν, non aſſecutus eſt, quum aliquando vertat *ſupputationem*, aliquando *curioſum ordinem*. Itaque illa verba Euſebii, numero MCCCCIV, πῶς συνέδραμον οἱ χρόνοι κατὰ τὸν προκείμενον Κανόνα, ita vertit, *quomodo ad unum tempus uterque conveniret*: quia quid ſit Κανὼν non intellexit, non magis, quam illi libro nomen Κανόνα fuiſſe animadvertit. Vertendum enim erat, *quomodo ſecundum hunc Canonem tempora concurrerunt.* De Triere Aminoclis aliena prorſus à mente Euſebii expreſſit, hiſtoriæ ignoratione, aut oblivione. Longam pericopen de laxatione captivitatis, item de Nehemiæ in Judæam profectione nunc corripiens, nunc laxans, aut licentius vertens, omnia mentis Euſebii veſtigia delevit, in qua periocha non illi vitio vertendum eſt, quod Eſdræ profectionem in Palæſtinam in VII annum Artaxerxis τοῦ μακρόχειρος conjecerit, quum Euſebium ſequatur, qui ne ipſe quidem ſolus in ea culpa ſit, quod non ſolum veteres, ſed & recentiores idem ſenſerunt, & nos in illis aliquando nomen noſtrum profeſſi ſumus. ſed cum illis ſtrenue fallebamur. Nam ille Artaxerxes apud Eſdram cap. VII, eſt ὁ μνήμων, non autem ὁ μακρόχειρ. quod & antecedens caput, quod totum eſt de Dario Notho, ſatis probat, & ſequentia omnia, & cap. IX. cum cap. IX. Nehemiæ comparatum. Caveant igitur ſtudioſi Chronologiæ hunc Artaxerxem alium à Mnemone putare. Cujus rei cognitio ut elegantiſſima eſt, ita totum librum Eſdræ & Nehemiæ à tyrannide ſemidoctorum Chronologorum vindicat, qui ex odio humaniorum literarum voluntariam hiſtoriæ ſacræ ignorationem ſibi conſciverunt. De Trireme Scylla totius pericopes hiſtoriam prorſus interpolavit, idque unius literulæ, vel potius Dativi in Nominativum mutatione. Nam τριήρη legit, quod Euſebius τριήρει ſcripſerat. cui ſimilis error in hiſtoria Triptolemi commiſſus eſt, ubi Græca longe aliter vertit, ac ſententia poſtulat. Sed & non pauca in ipſa hiſtoria delinquit, ut de Thebis Ægypti

à Corn. Gallo, de Alexandria à Romanis eversa. Utrunque confutat historia. Antiochum Magnum cum Antiocho Epiphane confundit, Scipionem Nasicam cum L. Scipione Asiatico, Plinium majorem cum juniore, quod & Serenus Sammonicus fecit. Errores Eusebii non advertit, aut castigat, ut quum ter Ἰωνάθην vocat, qui erat Ἰωάννης Ὑρκανός: quemadmodum ipse Eusebius sine delectu alienos errores profert, ut illa de passione Jacobi ex Hegesippo, ex Polycrate de filiabus Philippi, quem Polycrates ἕνα τῶν δώδεκα Ἀποστόλων vocat, qui tamen erat unus ἐκ τῶν ἑπτά. Act. XXI, 8. Quod certe non est ferendum in homine, qui toties sacra biblia versavit. Quemadmodum enim ejus erat nihil mutare eorum, quæ ex veteribus profert, ita eum errata eorum indicare oportebat, ne ea imperitis imponerent. Rursus idem instar poëseos Pindari Alcaico, Sapphico, & Iambico metro Psalterium constare dicit, quum neque in Pindaro illa genera carminum, neque in Psalterio ullum carmen magis sit, quam in Threnis Jeremiæ, quos idem Hieronymus Sapphico metro contextos esse asserit. Et mirum, hominem Hebraice intelligentem putasse librum Iob ex Syriasmo & Arabismo compositum esse, quum sit purus putus Hebraismus. De Mazaca urbe, de Fenestellæ carminibus, quæ nunquam fuerunt, quod dicit, potest ex Notis nostris castigari. Plurima in vertendo mutat, infulcit, præterit: quod quidem habet commune cum adversario suo Rufino, & multis aliis veteribus, ut & ipse docet in Epistola ad Suniam, & Fretellam, & licet animadvertere in iis, quæ ex procemio τοῦ Κανόνος Latine reddidit, ubi omittit, quæ aut non assequitur, aut commode verti posse desperat. Plura adducere poteramus. sed quia major pars in Indicem conjecta est, eo Lectorem mittimus. Hæc vero pauca protulimus, tum ut querulis quibusdam occurreremus, qui hæc tam manifesta à nobis aut omissa, aut non animadversa objicere possent: tum etiam ut, si fieri posset, κακοήθη ingenia, quibus unum, aut alterum erratum, idque leviculum, materiam immanium voluminum suppeditare solet, ad aliquam humanitatem traduceremus, si possint excusare errores in mediocribus ingeniis, quum in tanto viro, quantus fuit Hieronymus, etiam pueriles culpæ deprehendantur: quæ quanvis illius properantiæ adscribendæ sunt, tamen iniquiores Censores eas in nobis ferre non possent. Si quis enim hodie ἀποδασμὸν pro urbe acciperet, aut παρὰ Διός pro auctore, cui nomen esset Παράδιος, quo nomine nullus unquam fuit, ut ne nomen quidem ipsum Græcum sit: quis insultationem Corybantum Criticorum ferre posset, quibus satis est, in uno errore aliquem deprehendi, ut ex eo concludatur eum omnino nihil scire? Ingrata sunt omnia, quæ quis benefecit, quia in verbulo peccaverit, aut aliquid præpostere verterit, aut aliud pro alio posuerit. Certe non aliunde hodie, quam ex ejusmodi frivolis, examina librorum nascuntur. Ut aliquis se probet doctissimum, sat est, si alium errasse possit ostendere. Peribunt igitur tot egregii labores Hieronymi, tot illustria ejus in Ecclesiam beneficia, quia illi τὸ παρὰ Διός, est Παράδιος, ἀποδασμὸς nomen urbis, ποικιλότεχνος homo plumariæ artis? Plumarium, aut pluma leviorem esse oportet tam eum, qui ita judicaverit, quam qui ita judicantem non flocci fecerit. Sed hæc tamen proponenda fuerunt, ut ne quis exemplo tanti viri, ingenio, aut memoriæ nimis confidat, & quum meminerit magnos etiam viros labi, possit lapsibus minorum ignoscere, non autem Cyclopeorum librorum portentosis titulis nundinas Francofurtenses onerare: ut à Germania, quæ olim lectissimorum ingeniorum altrix fuit, hodie nihil aliud expectandum sit, quam plaustra criminationum, sycophantiarum centones, contumeliarum farraginem, quarum etiam vilissimas meretrices pude-

puderet. Dicamus sane audacter non Libyam, sed Germaniam aliquid novi quotidie parere. Hoc cacoëthes adeo serpsit, ut quemadmodum gangræna non tollitur, nisi membro absciso, ita hæc inhumana scribendi licentia, non nisi ipsa auctorum morte comprimi posse videatur. Neque tamen ideo finis fuerit. Nam succisis hujus Hydræ capitibus, alia suborientur longe deteriora, atque pestilentiora. Sed ad nostros revertamur, Eusebium dico, & Hieronymum: quorum errores notent quidem studiosi, sed prætereant, non imitentur. paucis erroribus Hieronymi mille benefacta ejus, quæ illis opponant, habent. In illis hominem Hieronymum, in istis supra multos homines eum fuisse meminerint: cui uni plus debent Ecclesiasticæ literæ, quam multis aliis, quanvis summis viris. Certe, ut alia taceam, ejus beneficii est, quod hodie hoc præstantissimo Eusebii opere fruimur: quod quidem si ille non vertisset, vix vel nomen ipsius apud nos superesset, quum jamdudum Græci, à quibus profectus est, pene memoriam illius perdiderint. Quia vero nihil neque Græcum, neque Latinum in doctrina temporum habemus, quod cum eo conferri possit, eos, qui in illo illustrando operam suam posuerunt, non solum de Hieronymo & Eusebio, sed etiam de omnibus antiquitatis & historiæ studiosis optime meritos judicamus. Quam male enim acceptus sit quà à Correctoribus, quà ab antiquariis, innumerabilium codicum scriptorum portentosa varietas, & discrepantia ostendit. Nullus enim liber tot mendorum monstris deformatus, tot vitiis oblitus, tam prodigiose contaminatus in manus nostras devenit, quam sunt illi codices hujus Chronici tam editi, quam scripti. Quot, & quorum codicum ope ad eum restituendum usi sumus, in ipso vestibulo Notarum admonuimus: quid præstiterimus, arbitrii lectorum facimus. Quis operis dispositus, & quod auctoris consilium fuerit, tametsi & ibi quoque à nobis abunde demonstratum est, tamen non alienum huic loco existimamus strictim exponere. Hujus excellentis operis partes duas auctor fecit. priorem *κανόνας παντοδαπῆς ἱστορίας*, posteriorem *κανόνα χρονικὸν* inscripsit. In priorem omnium gentium, regnorum, civitatium cunabula, origines, antiquitates contulerat: quod ut plene assequeretur, illi per omnes historias, & literas orbis vagandum fuit, reseranda antiquitatis àdyta, omnium originum monumenta evolvenda, aut eorum, qui illa evolverant, thesauri exhauriendi. Nam & omnia quæ Africanus quoque collegerat libris quinque, in illam priorem partem transfudit, tanta securitate, &, ut Græci loquuntur, adeo *γυμνῇ κεφαλῇ*, ut ore Africani loquatur, verba ipsa Africani observet, nihil denique boni ibi reposuerit, quod lege Atinia ei Africanus condicere non possit. Sed Hieronymus credidit, & diu mihi persuasit, Eusebium illius partis epitomen conscripsisse. Neque minus illius auctoritas mihi imposuit, quam illi locus Eusebii ex prologo Historiæ Ecclesiasticæ præpostere acceptus. *ἤδη μὲν οὖν τούτων καὶ πρότερον, ἐν οἷς διετυπωσάμην χρονικοῖς κανόσιν, ἐπιτομὴν κατεστησάμην. πληρεστάτην δ' οὖν ὅμως αὐτῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος ὡρμήθην τὴν ἀφήγησιν ποιήσασθαι.* Rufinus: *Quanvis jam de his ipsis nonnulla etiam in Chronicis (id est in eo opere, quod de temporum ratione conscripsimus) breviter succincteque perstrinxerim: plenius tamen in præsenti opere singulorum narrationem aperire tentabimus.* Recte Rufinus, nisi quod *ἐπὶ τοῦ παρόντος* vertendum erat, *impræsentiarum*, vel *nunc.* quem errorem sequitur Christophorsonus. Et quidem nulla mentio ibi epitomes illius, de qua sibi & mihi Hieronymus persuaserat. Puduisset sane nos erroris nostri, nisi duce tanto erravissemus, qui locum Eusebii non consulueramus. Eodem enim modo in hoc loco Eusebii lapsus est, ut in illo, in quo agitur de Apollonio, quem ex male intellecta Eusebii sententia Apologeti-

logeticum scripsisse putavit. Eam priorem partem ab Hieronymo conversam fuisse superius indicavimus, cujus interpretationis nihil nobis reliquum fecit putidum antiquariorum fastidium, præter nuda regum, & aliquot Consulum nomina. idque nulla alia de caussa ab iis factum, quam quod major pars in Canonem conjecta esset ab ipso Hieronymo, ut illa iterari superfluum esse putarint. Saltem nobis præclaras illas Dynastiarum, regum, regnorumque Origines reliquissent. non male nobiscum ageretur, neque ita male de posteritate meriti essent, quum, abjecta hujus operis nobiliori parte, solo Canone contenti fuerint. Nos itaque antequam Græcas reliquias illius partis nansisceremur, postquam ex prologo Canonis mentem ac propositum Eusebii assecuti essemus, historias, quæ ἐν χωρίῳ ἱστορικῷ Canonis exponuntur, colligentes καθ' ὁμάδας, aliquod corpus confecimus, quod propius à mente Eusebii abesse putabamus. Postquam autem illis reliquiis Græcis potiti sumus, non aliter ab Eusebio dispositas fuisse animadvertimus, quam quomodo nos Latina antea digesseramus. Itaque si non ipsum corpus, non omnino tamen dissimile ei, quod ab auctore institutum fuit, exhibemus, ne hac parte claudicaret editio Latina. Græca autem, quæcunque nancisci potuimus, majori ex parte à Georgio Tarasii Patriarchæ syncello habemus: quædam etiam à Chronologo innominato, beneficio viri nunquam satis laudati Isaacii Casauboni, quos Fastos Siculos vocant: neque pauca à Georgio Cedreno, qui multa Eusebiana in suum centonem inculcavit, non quidem ab Eusebio petita, sed à Georgio Syncello. Accessit his cumulus comitate ejusdem, quem modo nominavi, præstantissimi viri, σαδιονῖκαι, & alia immortalia monumenta, quæ in calcem Græcorum Eusebianorum conjecimus, quod ea sero accepissemus. Quum autem nihil reliquum diligentiæ fecerimus, non dubito tamen, quin mihi contingat, quod viro optimo & doctissimo ante aliquot annos, qui quum studiose omnes reliquias Irenæi Græcas ex Epiphanio excerpsisset, & ex illis pulcherrimam ejus scriptoris editionem adornasset, tamen quia minuta nescio quæ fragmenta quidam Alastores post eum repererunt, quæ illius diligentiam effugerant, oleum & operam perdidisse videtur. Sed parum est hoc videri, nisi etiam eo nomine ludibrium illis debuisset, & omni genere contumeliarum exceptus fuisset. Itaque si posterioribus editoribus credimus, illi primi omnium Irenæi fragmenta edidisse videri poterant, nisi illius boni & docti viri subinde mentionem facerent, quando illum injuriose accipere volunt, ut, qui nesciverit eum esse primum editorem, ex illis sævidicis contumeliis id discere possit. Itaque quum desperandum non sit, posse adhuc aliquot minuta fragmenta Eusebiana erui, qui unum, aut alterum repererit, is non solum novæ editionis, sed etiam calumniarum occasionem nactus fuerit. Nam huic generi hominum, quoties animum obtrectandi ad lectionem alieni operis adferunt, nunquam deest, quod reprehendant. Minima re contenti sunt ad calumniandum. Non me fallit animus. Hæc effugere non potero. Jam classicum cecinit Sycophantia. Jam sonus ipse aures percutit. Ilicet actum de nobis. De messe nostra ideo nihil percipiemus, quod post illam aliquod spicum famelicis reliquerimus. non cogitabunt unius non esse omnia absolvere. Non illius sententiæ Xenophanis illis in mentem veniet:

Οὔτι ἀπ' ἀρχῆς πάντα θεοὶ θνητοῖς ἀπέδειξαν.
Ἀλλὰ χρόνῳ ζητοῦντες ἐφευρίσκουσιν ἄμεινον.

Hoc tamen nihil nos juverit. Nam si vel minima novæ editionis eis caussa aut occasio præbita fuerit, quia nihil afferre poterunt, quo animos eruditorum morari possint, non male operam se collocasse putabunt, si contumeliis in nos perorando

rando otiosa ingenia oblectare possint. Quæ incommoda quoniam evitare non potest, nisi qui nihil scribit, hodie omnes, qui ad scribendum sese comparant, semper meditatos esse oportet, quomodo contumelias illas nihili faciant: communia hæc scribentibus esse omnia deputent, ne quid imparatis novum accidat. Nam istis non movebitur, qui cogitaverit omnia hæc non aliunde, quam ab æmulatione, invidia, & cæco odio, proficisci: ea vero tela in se excipere, quæ à probis quidem contorta nocere possent, ab improbis autem missa, aut ad se pervenire, aut alte insidere non posse. & quidem æquius hæc feret, si meminerit magno Hieronymo idem accidisse, qui reprehensionibus opportunus fuit non solum maledicorum, quorum magnus numerus, sed etiam æmulorum, in quibus Rufinus, & proborum, in quibus sanctissimus vir Augustinus. Magnam enim injuriam sibi fecerit, qui sese bene aut male audire in improborum arbitrio situm esse putaverit; & non potius hæc prætervehi aures suas, quam in animo suo hærere patiatur. Certe si istis hominibus nihil stimulos subjicit, præter invidiam, nihilque magis eorum animos exulcerat, quam aliquid videre, quod aut præter illorum spem accidit, aut supra illorum captum est, aut cujus se auctores, quam alium quemvis, esse malint, certe hoc opus non parvas faces obtrectationis in nos accendet, quod sciam quanto illis jandudum in odio sim propter alia, quæ antea edidimus, ex quibus invidiam in nos conflatam tantum abest, ut istud extinguat, ut illa cum hoc conjuncta longe majus odii & æmulationis incendium conciratura sint. Sed nos facile ista animos, aures, & oculos nostros præterfluere sinimus, qui in nos iniqui simus, si quos nihili facimus, eorum maledicta ad nos pertinere putemus. Non ita obliti sumus nostri. eoque majore cum fiducia ad hæc nos obfirmamus, quod hos labores nostros tuo nomini, vir summe & amplissime, JAC. AUG. THUANE, dicamus, qui si tibi, & illis probantur, quibus eximiæ virtutes tuæ æque perspectæ sunt, ac mihi, non est, quod eorum judicia reformidem, quorum contumelias jandudum despexi. Satis præsidii mihi in dignitate tua, & in amore, quo nos hactenus prosecutus es, repositum esse sentio. Nam cui justius hoc opus dicare potui, quam tibi, cujus si dotes animi, vitæ integritas, mores lenissimi, singularis moderatio mihi ex aliquo usu, qui inter nos olim intercessit, nota non essent, tamen cogerer scire, quod publica fama ignorari non sinit. Eo enim loco positus es, ubi istæ præstantissimæ dotes latere in tenebris, atque abditæ esse non possunt. Nam de eruditione tua neminem fugere potest, nisi qui literas nescit: & qui eas nescit, tamen ab iis, qui sciunt, id intelligere potuit. Quum autem multæ caussæ sint, quæ homines lucubrationes suas ad insignes viros mittere inducunt, & nullæ earum non aliquo justo argumento nitantur, nullum tamen justius esse judico, quam quo aliquis persuadetur, id dicare, cujus intelligentem sciat esse eum, cui dicatur. Qui enim librum accipit, quem non intelligit, animo offerentis, non libro, obligatur. Doctus vero, & peritus earum rerum, quæ offeruntur, non minus dono, quam donantis animo, capitur. Et quidem plerunque accidere potest, ut cujus statim oblivisceretur, ejus meminisse cogatur, quum ejus librum legerit; aut impensius amare, quem antea diligebat. Eo justius propositum nostrum est: quod sciam non solum quam amico, sed etiam quam erudito viro hoc opus mitto: non utique quod ex ejus lectione ad amorem nostri plus accedere posse sperem, aut optem: sed quia quemadmodum homines judicio deligere, ita libros legere soles, spes est hunc librum commendationem apud eruditos meriturum, magnam quidem quod nomine tuo divulgatus sit, majorem vero, quod dignum eum censueris, quem legeres. Lecturum autem ex eo spero, quod historia ejus præci-

puum argumentum eſt, cujus te tam peritum eſſe, ut ejus pater merito dici poſſis, nemo eſt, qui negare poſſit, qui quidem illud tuum hiſtoriarum luculentiſſimum volumen legerit, cujus ſcripti tanta eſt apud bonos gratia, tanta apud eruditos commendatio, ut, quia duas res hodiernis hiſtoriarum conditoribus raras, nitorem ſermonis cum veritate, conjunxiſti, quarum alterutra ſatis per ſe potens eſt, ut amatores habere poſſit, vix eſt, ut ulla ſcriptio in eo genere plures lectores nacta ſit, præſertim quum τηλαυγοῦς προσώπου κρηπῖδα poſueris, divinum dico illud proœmium, tanquam veſtibulum æterni ſacrarii, quod qui legerit, facere non poterit, quin ad totum opus contento ſpiritu ſeſe conferat, in quo lector neque in Senatore dignitatem, neque in hiſtorico fidem, neque in ſcriptore elegantiam deſideret. Et quia ſcitum eſt illud, orationem, quales ſumus, indicio eſſe, quod tamen in Salluſtio falſum deprehenditur, quem vixiſſe aliter ac ſcripſiſſe, veteres perhibent, non minor laus tuo operi à fide & integritate tua, quam tibi ab ejus nitore & elegantia, contigit. Tanta vero eſt lectorum aviditas, ut libros, quos jam emiſiſti, non juſtum opus, ſed aliorum vades & ſponſores eſſe exiſtiment. Itaque non jam lectores habes, ſed flagitatores, qui à ſe ſperare audeant, quod jure exigere poſſe arbitrantur. Quia non is ego ſum, qui illorum fervori frigidam ſuffundere velim, ut qui non minore deſiderio, quam illi, caleam, mitto tibi hunc librum, tanquam metatorem tuorum: in quo non ſolam hiſtoriam, cujus & amantiſſimus & peritiſſimus es, ſed animam hiſtoriæ damus. Ita enim Chronologiam appellare ſoleo, ſine qua hiſtoria non ſpirat: quæ quanto multis ſcriptis, tanto Chronologia illi præſtat, ut corpori anima. Quod ſi aliquid ponderis tum vetuſtas rerum, tum auctoris meritum commendationi addere poteſt, præſtantiorem Euſebio in hoc genere dare, digniorem vero, ad quem illum mitterem, quam te eligere non potui. VALE. Lugduni Batavorum. Kal. Junii. CIϽ. IϽ. CVI.

ILLUS-

ILLUSTRI VIRO

JOSEPHO SCALIGERO

JULII CÆS. A BURDEN F.

INgens laude virûm, meritis ingentior heros,
Quem super eximium generis decus inclyta clarat
Gloria nobilium studiorum, & pectoris alti
Munera, quæ populos latè diffusa per omnes
Admirans colit orbis, & instar numinis horret.
Sola odiis insurgit atrox, tragicoque tumultu
Gens superis invisa fremit, gens impia quâ non
Tetrior ulla lues, nec detestatius unquam
Prodigii genus horrendis erupit ab Orci
Faucibus, & miseras afflixit sidere gentes.
Illa tuum fumo ac nebulis involvere nomen
Perfurit, atque humili divos afflare veneno
Gestit, & è plaustris sine more opprobria jactat.
Sed quid in adversi radios ac lumina Phœbi
Bubonum sata nocte cohors, Stygiæque volucres,
Turbaque fœda canum latratu posset inermi?
Virtus fixa suis altè radicibus hæret,
Clarescitque malo, viresque à vulnere sumit.
Arbor ut intonsi quæ vertice consita montis
Spernit inulta minas flabrorum, ac turbinis atri,
Quippe solo, molisque suæ stat viribus ingens.
Sic tua laus, generose Heros, nec laudibus ullis
Crescere jam potis est, nec vim furiasque procacis
Invidiæ metuit. viget æternumque vigebit
Scaligerum sublimis honos, nec pulsa recedet
Fama loco, dum sancta fides, dum pectora tanget
Laudis amor. quod si tibi fata Deusque dedissent
Indecores proavos, & priscæ lucis egeres
Tuque parensque tuus, duo maxima lumina secli:
Dignus uterque foret, genus à quo principe ducant
Magnanimi proceres, & sanguinis author Alanus,
Et quicunque viros virtutibus æstimat æquis,
Tales optet avos, nec regum augustius ullum
Nomen in orbe viget, quàm Iulius ille ter-ingens,
Iuliadesque patris tanti nil degener hæres.
Nam veteres titulos, & notis condita fastis
Nomina prisca ducum, longaque ab origine ductas
Majorum effigies etiam gens indiga laudum,
Et veræ virtutis inops, & sordida probris
Ostentare potest. nemo, nisi vel bonus acri
Militia, vel honore togæ sibi nobile fecit
Nominis auspicium, claræque exordia gentis,
Ac fortunatos meruit fundare penates.
Hic labor, hoc virtutis opus, præpandere lumen

Postgenitis, facilesque vias ostendere honorum.
Nasci quippe bonis, & fulgere luce parentum
Non est arbitrii, verùm indulgentia sortis
Has largitur opes, quæ celsi stemmatis ortu
Sæpe malos dignatur, & alta ad culmina tollit.
Nec non imperii curis sublimibus aptas
Progenerant animas obscura mapalia plebis,
Ignotique lares florem eduxere Quiritum.
Nulli etenim propriam se mancipat ardua virtus
Propter avos, & quæ fortunæ munera votis
Optat hians, ac prima putat bona futile vulgus.
Nec tamen est temnenda viris quæ gloria surgit
A splendore domus, si nobilitatis honorem
Æmula posteritas virtutum insignibus ornet.
Verùm ubi luxuries subit, & pertæsa laborum
Desidia, obscœnique invadunt pectora mores:
Vertitur opprobrio sobolis quæsita paratu
Fama patrum. pudor est ignominiosaque labes
Egregium jactare genus, stirpisque vetustæ
Lumina, degeneres fœdant benè nata nepotes.
At tibi magnanimoque patri quum priscus abundet
Sanguis, & augustos procerum complexa penates
Nobilitas, nullique genus vel honore secundum,
Vel spacio, & longi volvendis cursibus ævi:
Vix tamen hæc rerum series, & adorea vestris
Laudibus inscritur, tanta se luce propagat
Majestas operum, geniique uberrima dona,
Divitiæque animi, queis ære perennius omni
Vestra per immensas diduntur nomina gentes,
Æqua polo, supraque hominum mortalia fata.
Quæ non ignis edax, non invidiosa vetustas
Diruere, ac tristi possit consumere casu.
Dum decus ingeniis, & præmia digna manebunt,
Vivet in ore virûm, memorique sacrabitur ævo
Iulius, indigetem sibi quem nunc regia cœli
Vindicat, & tanta solus de gente superstes,
Iuliade, nullis tua laus abolebitur annis.
Quanquam te regnis fera sors orbavit avitis,
Et lare dejecit patrio, tamen indole mentis,
Excelsisque bonis fœcundi pectoris omnem
Fortunam exsuperas quæ regum cunque superbas
Cœlo exæquat opes, fluxoque attollit honore.
Tu modò, si qua piis adspirant numina votis,
Et justas audire preces dignatur ab alto
Ritè vocata Themis, longùm pater optime vivas,
Serus & astra petas, quanquam te maxima tellus
Non capit, & pridem mortalibus invidet ægris
Nobile depositum regio flammantis Olympi,
Quæ tibi certa domus, primævaque gentis origo.
Non etenim mortale genus tam splendida terris

Dona

Dona dedit, superûm favor, & clementia cœli
Iure suo tanti laudem sibi postulat ortus,
Flos hominum seclique jubar, quo sospite nunquam
Horrida barbaries labem inferet undique castis
Moribus, exilioque artes damnabit honestas.
Ne veterum repetam præclara exorsa laborum,
Quos sacrat immortale decus, quos nulla silebit
Posteritas, memoresque ferent in secula fasti:
Ecce recens prodit monumentum in luminis oras,
Magnæ molis opus, fœcundaque laudis & artis
Materies complexa sinu memorabile quidquid
Obtigit à prima nascentis origine mundi.
Tempora quæ tacito lapsu volvuntur in orbem,
Eventusque vehunt varios, æterna Dei mens
Temperat, & fati non eluctabilis ordo.
Mens æterna Dei, non fors rationis egena
Condidit ex nihilo terras, maris æquora vasti,
Cœlorumque orbes. eadem lex servat in ævum
Hoc ingens opus, & non enarrabile textum.
Inde fluunt regnorum ortus obitusque, nec uno
Stat fortuna loco, servatque infida tenorem.
Sic placitum superis, nimio ne turgida fastu
Progenies hominum, sortisque oblita caducæ
Tolleret ingentes animos, si funeris exsors
Mansurum sine fine bonum sortita fuisset.
Ergo etiam tumidis regum cervicibus instat
Parca minax, fatique dies. mors aspera magnis
Vrbibus imperiisque venit, dominasque secures
Proruit, & luctu gaudet turbare triumphos.
Quippe ubi per populos vitiorum examina serpunt
Absque modo, & via nulla potest sanare furores,
Suscitat ultricem Nemesim dolor iraque læsi
Numinis, hunc diræ clades, hinc horrida gentes
Diluvies absumpsit, & ima in tartara misit.
At secreta piis statio, fidique receptus
Exitio caruere; dehinc ubi ferrea rursus
Incubuit terris soboles, succrevit habendi
Sacra fames, bellique furor, tum fortibus ardens
Ambitio incessit, divisaque terra potentes
Accepit dominos. primi fundamina regnis
Assyrii posuere, hinc Media dives, & acer
Persarum populus, quos virtus Graia subegit
Rege sub Æmathio. tum, ceu vis morbida, latè
Grassata est scelerata lues, tandem urbe Quirini
Constitit imperium, & sedem victoria fixit
Læta suam, volucresque diu sibi discidit alas.
Donec ad imbelles dominos, & inertia corda
Pontificum sese mundi fortuna reflexit.
Quid loquar æternis mandata oracula chartis,
Quæ vates cecinere sacris præcordia pulsi

Motibus? utque suo labentibus ordine lustris
Sumpserit humanos moribundi corporis artus
Ipse Deus, salvo quem virginitatis honore
Nulli mixta viro genitrix produxit in auras
Ætheris, infando scelus ut mortale piaret
Supplicio, clausasque fores reseraret Olympi?
Talia quæ variis divina potentia seclis
Edidit, ac totum sparsit miracla per orbem,
Tradis, & antiquis annalibus eruta, luci
Restituis, tenebrasque errorum ac nubila pellis
Exortum terris jubar, & flos aureus ævi.
Sancte Deus, si res humanas adspicis æquus,
Si mentem pietatis honos & gratia tangit,
Te veneror, votisque iterum flagrantibus oro:
Tarda sit illa dies, serisquē nepotibus olim
Cognita, quæ caput hoc natalibus inferet astris.
Floreat, & quoniam solio est exutus avorum,
Fraude mala, magnoque hominum seclique pudore,
Princeps ingenii, virtutis & arbiter altæ,
Regna nec insidiis, nec duræ obnoxia sorti
Possideat rex ipse sui, doctæque cohorti
Præsit, & afflictis victor det jura Camœnis.

D. BAUDIUS.

DANIELIS HEINSII

PANEGYRICUS

IN ILLUSTRISSIMI

JOSEPHI SCALIGERI

JUL. CÆS. A BURDEN F.

Eusebiani Chronici Emendationes: tum Canones quibus ratio temporis demonstratur.

BEnaci proceres, quos virtus addidit astris,
Ejecere suis crudelia numina regnis,
Nec patiens res tanta sui; si tempora recte
Ponimus, & longos sæclorum evolvimus orbes.
Ex quo Romulides Hunnorum terror Alanus
Veronamque suam pariter, terramque suorum,
Fixit, & hostilem Venetos deduxit in urbem
Exitio majore sui; nihil arma nec enses,
Nec tantum trabeæ, nec longi insignia regni
Quam fortuna potest: quæ de victoribus una
Ludit, & ereptis melius vestitur opimis.
Primus ab invictis toties cum certa tulisset
Hostibus, & fausto congressus prœlia Marte
Cæsar, in adversam direxit pectora sortem,
Et regnum Fortuna tuum, totamque parentum
Eripuit seriem poscentibus omnia fatis.

Seu

Seu quia naturæ ſpatium tranſgreſſus, & ævo
Æmulus, anguſto ſubduxit pectora mundo,
Seu nati virtute ſui, qui ſæcula terris
Reddit, & antiquum reſtaurat gentibus ævum;
Antiqui vindexque ſui. Scit Graia vetuſtas,
Jupiter æterno poſtquam ſucceſſit Olympo,
Et terræ profugum Saturnus reddidit aurum,
Ex illo Libyas vicinaque Syrtibus arva,
Et ſi quis dubias Nili ſibi vindicat undas
Nondum certus adhuc: aut qua manifeſtus arenas
Colligit, & raros excuſat fluctibus imbres,
Quæſiviſſe Deum: veteres quæſiſtis Athenæ,
Oraque ſubjecto leviter diſtracta Peloro,
Auſoniis exculta viris, quæ priſca remiſit
Nomina, cum Latiis latuit quæſitus in oris.
Quanvis fatidicæ toties cecinere Sibyllæ,
Et ſacro jacuit toties totieſque ſub antro
Egeriæ conjux: quamvis cum conſule Roma
Viveret, & certum trabeis inſcriberet annum.
Quanvis grata ſuis ventura nepotibus olim
Euſebii donaſſet opus, qui ſæcula cuncta
Conderet, & totum ſervaret gentibus orbem,
Quas diſtinguit humus, quas omnis dividit ætas,
Ignorata ſibi. Nam quanvis ſæpe vetuſtas
Expugnanda fuit, quanvis tot vulnera membris
Duxerit infelix, quoties Theſeïus heros
Pars non una ſui, medio quærendus in agro,
Et rurſum jungendus erat, cum fraude novercæ
Occidit impulſu volucrum diſtractus equorum,
Aut Amphioniis notiſſima fabula Thebis
Infelix juvenis, materni præda furoris.
Plus tamen eſt, quem non populi videre nec urbes
Inveniſſe Deum, totque annum millibus annis
Reddere ſepoſitum, totoque arceſſere cœlo.
Stat Meroe longis qua circumfunditur undis
Accuſata tibi, cœloque intenta Canobus,
Et fruſtra reſono gaviſæ Memnone Thebæ.
Stat Mithræ gens ſacra ſuo: queriturque nec aris
Nec tot cornipedum cæſis reperîſſe ſub extis
Depoſitum Sol magne tuum: ſtat Græcia mater
Temporaque Alpheus Piſæa vinctus oliva,
Victoreſque ſuos, & præmia longa ſuorum
Confeſſus debere tibi, quos cæca vetuſtas
Abſtulerat tenebris, totoque exemerat ævo.
Quanvis vana ſuis indixit tempora faſtis,
Mendax ſæpe ſibi: quanvis annoſque dieſque
Jupiter Eleæ decepit pulvere pugnæ.
Quæ nox, ô ſuperi, cæcæve ignavia mentis,
Hactenus obſeſſos hominum caligine ſenſus,
Involvit, totumque genus? tot ſæcla virorum

Illustresque animas? cur nunquam Delphica rupes,
Aut volucres Dodona tuæ, Clariique vetustas
Numinis, Ismeni vel qui bacchatur ad undas
Responso juvere suo? Xanthique beatæ
Explorata fides, siccæque habitator arenæ
Et frustra genitor Pellæo creditus Ammon?
Cur non ambiguas miserunt numina sortes,
Tantaque tam longis jacuit depressa tenebris
Relligio? nostro, superi, cur redditis ævo
Quod mundus nescivit adhuc? cur sæcula cuncta
Jam tenebris damnata suis, conceditis uni,
Quo nullus virtutis honos? quo tempora desunt
Artibus, & solum faciunt nil scire beatum?
Seu te Triptolemi, seu te Gangetica vexit
Bellua, seu totum Cybele circuntulit orbem,
Aut quo Bellerophon sapientes prodidit undas
Nixus humo: Phœbusque suas tibi flectere soli
Quas male frænarat Phaëton concessit habenas,
Endymioneæ seu te dementia Lunæ
Cepit, & occulto sopitum condidit antro;
Hæremus taciti. virtutis maxima nostræ
Laus angusta tibi: stupor est quo magna coluntur
Numina. Sic tædas cum mystica jactat Eleusis,
Hæret in ambiguo populi pars una tuentis,
Cunctaque miratur. juvat ignorantia veri,
Et satis est horrere Deum: pietasque pavore
Crescit & ignaris majestas mentibus hæret.
Aut ubi quæsitum toties, totiesque repertum
Liniger instanti populo demonstrat Osirin,
Conditaque insani deducunt orgia mystæ;
Plebs credit quod nescit adhuc: stupet inscia turba,
Et pietas cæcos animis instillat honores.
Quæ tibi nam nostræ persolvant præmia Musæ?
Quæ merces sat magna tibi est? quæ carmina curis
Non indigna tuis? aliis diuturna petuntur
Nomina, venturos inter mansura nepotes,
Et longævus honos: quicquid tibi reddere possit,
A te tempus habet. tua mundus sæcula currit,
A te principium venientis ducimus ævi;
Proles vera Deûm. Quicquid mortale tenemus
Eripuit natura tibi. non munus Iacchi,
Non Veneris fregit natam ad cœlestia mentem,
Submisitque tibi pavidus sua tela Cupido,
Indignus virtute tua, nisi Jupiter illic
Esset, & ignavis cessissent fulmina telis,
Quæ cessere tibi. non dulcia monstra puellæ,
Imbelli dubios fregerunt lumine sensus,
Et consanguineæ certissima mortis imago
Somnus iners, vitæ pars ignavissima nostræ.
Sic tibi nec torpor, nec desidiosa voluptas
Propositum suspendit opus, nullumque vacavit

Tem-

Tempus, & infirmis ſapientia venit ab annis,
Dum longum ſucceſſit iter. qua cærula Tethys,
Qua nondum Oceanus diverſo nomine dictus
Incipit infuſus medias diſtinguere terras,
Et rurſus geminis Alcidæ finibus exit,
Quos natura ſecat populos, aut dividit aër,
Aut fluviis diverſa ſuis interfluit unda,
Pectore cuncta tenes; linguæ diſcrimina mille,
Et totidem populorum artes, & nomina rerum.
Nec Phœbus veniens, nec cum ſe condit in undis
Conſpexit plus mente tua: non terminus illi eſt,
Quæ male vicinum Boream pars mittit & Auſtrum:
Nec quæ luminibus ſubtertrahit aëra noſtris
Invidus, & latum finitor dividit axem.
Quod centum populis, quod toti ſufficit orbi,
Laudis ſumma tuæ eſt. pereant diſcrimina rerum;
In te mundus erit: toties mirabimur unum,
Quot Veſper populos, populos quot reſpicit Eos.
Sic tua cum noſtras fugiant præconia laudes,
Accedit tacito furtiva calumnia morſu,
Et ſolus populis qui ſis quantuſque fatetur
Livor iners animi: majores ſolvit honores
Æmula gens tibi laude mea: quos tollere Phœbus
Neſcit, & attonitæ nequeunt perferre Camœnæ.
Namque ubi ſupremo rerum ſtetit ordine virtus
Divitiis innixa ſuis: quam tangere neſcit
Impetit infelix, & deſtruit omnia livor.
Sic ubi cedentem Jovis armiger ire per æthram,
E ſumma conatur humo; primum agmine denſo
Infirmæ comitantur aves: dum nubila ſupra
Fertur, & adverſos eludit fulminis ictus.
Pars infra trepidat, pars ſeſe attollere geſtit,
Pars conata manet; pars æthere fertur ab alto,
Et ſolis miſeras explet clangoribus iras.
Invidia plus laudis habes, quam carmine noſtro,
Nec major virtute tua es: quot deſpicis infra,
Tot teſtes hoſteſque tui ſimul aſpicis ire
Nominis, atque ipſum numero metiris honorem.
Nec tua quæ nullis clauſa eſt ſapientia metis,
Sed virtus generis, generiſque invaditur ordo,
Stirpſque invicta Deum. ſic Guillandina papyrus,
Jam toties convicta tibi, Burdonia monſtra
Eruit è tenebris: regnique everſor aviti
Hadria, de tantis queritur ſupereſſe ruinis,
Quod miretur adhuc: & de tot millibus uni
Majorum titulos, totamque incumbere gentem.
Haud aliter (Divis ſi fas componere Divos)
Veronamque tuam primo deducere cœlo,
Iupiter Idæis cum primum miſſus ab oris,
Curetum chorea, verſoque ad pectora ferro,

Et

Et centum cinctus Corybantibus, æthera summum
Scanderet, & primos libraret fervidus ignes;
Dictæo genitum Cretes finxere sub antro,
Et civem fecere suum: fixitque sepulchrum
Livor, & ingentem tumulo fœdavit Olympum.
Sed neque Saturnus genitor suprema tonanti
Gloria; nec fortes animi laudesque tuorum
Laudibus accessere tuis: nihil addidit illis
Quicquid demit humus, populique ignava libido.
Omnia tollantur sæcli monumenta vetusti,
Si quid Scaligeris asscribunt tempora Divis,
Et quicquid fortuna dedit, reddatur inerti
Invidiæ: tantos proavorum tolle triumphos,
Et pulchræ pereant virtutis præmia lauri,
Regalesque aquilæ, priscæque insignia gentis;
Tanto major eris, quanto plus incipis esse:
Et minimum est in laude tua laudata tuorum
Progenies. à te stirpem numeramus avorum,
Et quicquid fuit ante, tuum est. tu sanguinis auctor,
Et finis virtutis eris. tecum occidet illa,
Et generis series à te ducetur in omnes,
Quos olim Verona tulit. nunquam inclyta virtus
Autores proavos, & nomina longa suorum
Miscet laude sua. Decii fortesque Camilli
Majores generis, solosque habuere parentes
Quos natura dedit (melius sic incipit ordo)
Et pariter proavos pariter junxere nepotes
Nobilitate sua. stet quolibet ordine virtus,
Incipiet debere sibi quod quisque parenti
Imputat, & nullis deducet nomina fastis.
Ipsa sui compos titulis succumbere nescit
Anxia. Sic Peleus minor est collatus Achilli,
Nec tantum genitrix, nec tantum Jupiter illi
Quantum Troja fuit. minor est Cythereïa mater
Quam pater Æneæ medio surreptus ab igne,
Et Thusco toties sudantes sanguine campi.
At vos magnanimi reges regumque parentes,
Hunniadûm soboles: quos inter maximus armis
Cæsar, ovans animi, Phœbo castæque Minervæ
Assidet, & lati miratur limen Olympi:
Quem circum ingentes litui, fractæque secures,
Et detracta suis dependent hostibus arma;
Hoc gaudete die, qui centum vindicat annos
Illustri merito, magno gaudete nepote:
Qui modo, non inter galeas ensesque suorum,
In templis Verona tuis, ubi nubibus æqua
Mausolæa suæ testantur funera gentis;
Sed de tot spolium populis, tot gentibus, ingens
In mundo suspendit opus: cui nulla nocebunt,
Aut nocitura suas evertent tempora leges.

IN

EUSEBIUM
JOSEPHI SCALIGERI
HUGONIS GROTII
EPIGRAMMA.

Quem respiciunt fugituræ protinus artes,
Substitit Aonius quo retinente chorus,
Cujus ad imperium nisi te Fortuna vocasset
Non bene Scaligeras destituisset opes,
Ambigimus merito, tu longius omnia vincas,
Longius an curas ultima cura tuas,
Eusebii lacerum qua tot per sæcula funus
In lucem Genii reddidit aura tui:
Qualis Tantalides mensæ pars ante paternæ
Adstitit, ipse suum cum stupuisset ebur:
Aut qui membra solo monstris disjectus avitis
Acceptum dominæ Virbius esse tulit.
Cum vita censura venit: sordentia purgas,
Quod prope plus etiam quam revocasse fuit.
Quis non invideat liber hoc? quæ charta beatæ
Non cupiat dextræ promeruisse notam?
Si conferre libet, quid tantum Pamphilus illi
Præstitit? apparet non semel ille tuus:
Iure igitur nomen sumit majoris amici,
Et titulo gaudet nobiliore legi.

ALTERUM.

Quod per scripta tuos putamus annos,
Et quod nunc ubi te senem repente,
Qualem credidimus diu, videmus,
Nondum pristina pensa deprecatus,
Libro, Scaliger, explicas in uno
Vnquam quod fuit, & fuit quod usquam,
Hoc pro munere quid tibi precemur,
Ingens gloria maximi parentis,
Quem Verona suum videns nepotem
Iustas sideribus remittit iras?
Vnum difficile est, tibi quod opto,
Tandem tempora digna consequaris,
Et gratos homines, piumque sæclum.
Quod ni flagitiis fugata nostris
Totum gratia demigrasset orbem,
Cantarent populi quibus vetustos
Verax digeris ordinator annos
Laudes quisque sua tuas loquela,

Sed

Sed quam discere te docente debent.
Te gens totius inquilina Mundi
Iudæi colerent , tibi sacrata
Lævis carmina scriberent figuris :
Nino te pariter Semiramique
Præferret Babylon : Pharos superbas
De te Pyramidas loqui juberet
Non ignobilium notis ferarum :
Te cultor Libani , celerque Medus,
Te tortis niger Æthiops capillis
Æternum celebraret , & beatæ
Frugis messor Arabs : magique Persæ
Cum Mithra tua facta compararent.
Nam quid cum Latio loquar Pelasgos
Quos jam demeritus puer fuisti ?
Sed quamvis fidei bonæ tot ista
Fiant nomina , debitorque Mundus
Quærat solvere quicquid imputasti,
Nunquam non remanebit obligatus,
Tantum posteritas nec ulla reddet
Quin acceperit amplius vetustas.

EUSEBII PAMPHILI

CÆSAREÆ PALÆSTINÆ EPISCOPI

CHRONICORUM CANONUM,

OMNIMODÆ

HISTORIÆ LIBRI II.

INTERPRETE HIERONYMO.

TESTIMONIA VETERUM
DE
CHRONICIS EUSEBII.

Hieronymus Comment. in Danielem cap. IX.

Quicquid enim in templo poſtea factum eſt, non fuit ſacrificium Dei, ſed cultus Diaboli, cunctis in commune clamantibus, SANGUIS EJUS SUPER NOS ET FILIOS NOSTROS: & hoc, NON HABEMUS REGEM NISI CÆSAREM. Quem locum in Chronica Euſebii, quam ante annos plurimos in Latinam linguam vertimus, diligens lector plenius ediſſertum poterit invenire.

Ἀποδείξ. 250. ἀρθείσης γοῦν ἐξ ἐκείνου καὶ δυνάμεως καὶ ἀληθείας καταλυθείσης θυσίας, καὶ σπονδῆς, αἱ μετὰ ταῦτα νομιζόμεναι αὐτόθι ἐπιτελεῖσθαι θυσίαι, ἄσπονδοι καὶ ἀνίεροι ἐν βεβήλῳ τόπῳ καὶ ὑπὸ βεβήλων καὶ ἀνιέρων ἐπετελοῦντο.

Idem proœmio in loca Hebraica.

Euſebius, qui à Beato Pamphilo Martyre cognomentum ſortitus eſt, poſt decem hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libros, poſt temporum Canones, quos nos Latina lingua edidimus, &c.

Auguſtinus de Civit. Dei, lib. XVIII, cap. VIII.

Noſtri autem, qui Chronica ſcripſerunt, prius Euſebius, poſt Hieronymus, qui utique precedentes aliquos hiſtoricos in hac opinione ſecuti ſunt; poſt annos amplius, quam trecentos, jam ſecundo Argivorum Phoroneo rege regnante, Ogygii diluvium fuiſſe commemorant.

Eodem, cap. X.

His temporibus, ut Varro ſcripſit, regnante Athenis Cranao ſucceſſore Cecropis, ut autem noſtri, Euſebius & Hieronymus, adhuc eodem Cecrope permanente, diluvium fuit.

Eodem, cap. XXXI.

Tres Prophetæ de minoribus, Abdias, Naum, & Abacuc, nec ſua tempora dicunt ipſi, nec in Chronicis Euſebii & Hieronymi, quando prophetaverint, invenitur, &c.

Item Quæſtionum ſuper Exodum lib. II.

Proinde illa nimirum computatio, quam ſecutus eſt Euſebius in Hiſtoria ſua Chronica, perſpicua veritate ſubnixa eſt. Ab illa enim promiſſione computat quadringentos triginta annos.

Iornandes Gothus Epiſcopus.

Regum ſeriem perſequamur, ſicut Euſebius, & Hieronymus, primum Aſſyriorum, deinde Medorum, &c.

Iſidorus Orig. lib. VI, cap. ultimo.

Dehinc Euſebius Epiſcopus Cæſarienſis, atque ſanctæ memoriæ Hieronymus Presbyter Chronicorum Canonum multiplicem ediderunt hiſtoriam regnis ſimul & temporibus ordinatam.

Nicephorus Calliſtus lib. VI, cap. XXXVII, de Euſebio.

Eſt & aliud ejus volumen, in quo temporum certam accuratamque rationem digeſſit, Chronicorum.

Marcellinus Comes.

Poſt mirandum opus, quod à Mundi fabrica, uſque in Conſtantinum Principem, Euſebius Cæſarienſis hujus ſæculi originem, tempora, annos, regna, virtuteſque mortalium, & variarum artium repertores, omniumque pæne provinciarum monumenta commemorans Græco edidit ſtilo, noſterque Hieronymus tranſtulit in Latinum, & uſque in Valentem Cæſarem, Romano adjecit eloquio. Igitur uterque hujus operis auctor V. M. DLXXXVIII. annorum hunc Mundum tunc fore miro computavit ingenio.

Sidonius epiſtola VI, lib. VIII.

Varronem logiſtoricum, ſicut popoſceras, & Euſebium Chronographum miſi.

PRÆ-

PRÆFATIO
IN
CHRONICA.

EUSEBIUS HIERONYMUS VINCENTIO ET GALLIENO SUIS SALUTEM.

VEtus iste disertorum mos fuit, ut exercendi ingenii caussa Græcos libros Latino sermone absolverent, &, quod plus in se difficultatis habet, poëmata illustrium virorum addita metri necessitate transferrent. Unde & noster Tullius Platonis integros libros ad verbum interpretatus est, & quum Aratum jam Romanum Hexametris versibus edidisset, in Xenophontis Oeconomico lusit. In quo opere ita sæpe aureum illud flumen eloquentiæ scabris & turbulentis obicibus retardatur, ut qui interpretata nesciunt, à Cicerone dicta non credant. Difficile est enim alienas lineas insequentem non alicubi excedere: arduum, ut, quæ in aliena lingua bene dicta sunt, eundem decorem in translatione conservent. Significatum est aliquid unius verbi proprietate? non habeo meum, quo id efferam: &, dum quæro implere sententiam longo ambitu, vix brevis viæ spatia consummo. Accedunt hyperbatorum anfractus, dissimilitudines casuum, varietates figurarum: ipsum postremo suum, &, ut ita dicam, vernaculum linguæ genus. Si ad verbum interpretor, absurde resonat. Si ob necessitatem aliquid in ordine, & in sermone mutavero; ab interpretis videbor officio recessisse. Itaque, mi Vincenti charissime, & tu, Galliene pars animæ meæ, obsecro, ut quicquid hoc tumultuarii operis est, amicorum, non judicum animo relegatis: præsertim quum & notario; ut scitis, velocissime dictaverim, & difficultatem rei etjam divinorum voluminum instrumenta testentur: quæ à Septuaginta interpretibus edita non eundem saporem in Græco sermone custodiunt. Quamobrem Aquila & Symmachus & Teodotion incitati diversum pene opus in eodem opere prodiderunt, alio nitente verbum de verbo exprimere, alio sensum potius sequi, tertio non multum à veteribus discrepare. Quinta autem, & sexta, & septima editio licet quibus censeantur auctoribus ignoretur, tamen ita probabilem sui diversitate tenent, ut auctoritatem sine nominibus meruerint. Inde adeo venit, ut sacræ literæ minus comptæ & durè sonantes videantur: quod diserti homines interpretatas eas de Hebræo nescientes, dum superficiem, non medullam, inspiciunt, ante quasi vestem orationis sordidam perhorrescant, quam pulchrum intrinsecus rerum corpus inveniant. Denique quid Psalterio canorius, quod in morem nostri Flacci, & Græci Pindari nunc jambo currit, nunc Alcaico personat, nunc Sapphico tumet, nunc semipede ingreditur? Quid Deuteronomii & Esaiæ Cantico pulchrius? Quid Salomone gravius? Quid perfectius Job? Quæ omnia Hexametris & Pentametris versibus, ut Josephus & Origenes scribunt, apud suos composita decurrunt. Hæc quum Græce legimus, aliud quiddam sonant: quum Latine, penitus non hærent. Quod si cui non videtur linguæ gratiam interpretatione mutari, Homerum ad verbum exprimat in Latinum. Plus aliquid dicam: Eundem in sua lingua prosæ verbis interpretetur. Videbit ordinem ridiculum, & poëtam eloquentissimum vix loquentem. Quorsum ista? Videlicet, ut non vobis mirum videatur, si alicubi offendimus: si tarda oratio aut consonantibus asperatur, aut vocalibus hiulca sit,

aut rerum ipsarum brevitate constringitur: quum eruditissimi homines in eodem opere sudaverint: & ad communem difficultatem, quam in omni interpretatione caussati sumus, hoc nobis proprium accedat, quod Historia multiplex est, habens barbara nomina, res incognitas Latinis, numeros inextricabiles, virgulas rebus pariter ac numeris intertextas, ut pene difficilius sit legendi ordinem discere, quam ad lectionis notitiam pervenire. Ut autem manifesto cognoscatur indicio ad quem numerum historia quæque pertineat, has distinctiones positas Lector advertat: ut si ad primum numerum regni primitus prænotati historia referenda est primam literam in explanatione historiæ contempletur: & si quidem eam ex minio viderit illi tempori applicandam, vel anno sciat, quem suggesserit numerus similiter eodem minio figuratus. Si vero numerum non puro minio, sed mixto nigro notatum esse perviderit, secundæ lineæ numero debetur historia. Si autem tertio numerorum ordini applicandum est, quod fuerit ascriptum, medium puro minio numerum, & partem reliquam ex solo nigro expressam conspicabitur. Quarto numeri linea nihil habebit ex minio: sed indicio erit, quod sibi historia debeatur cum minio factæ literæ in principio enodationis historiæ. Nihilominus apparebit, nullo superius memoratorum signorum in numeris respondente. Sin vero non minio, sed mixtim nigro rubroque litera fuerit expressa: refulgens ex rubro numerus in quintam numerorum lineam poterit adverti. Et ita sexta linea numeri, ut secunda: septima, ut tertia designabitur, octava quoque, ut quarta, apparente litera bicolori. Quum vero nec in numeris, nec in explanatione historiæ ullum illorum, quæ prædiximus, signorum fuerit, nona linea, quod annotatum fuerit, vindicabit. Non tamen omnes hujusmodi requirendæ sunt necessario, quum minor est numerus linearum. Unde præmonendum puto, prout quæque scripta sunt, etiam colorum diversitates serventur: ne quis irrationabili æstimet voluptate oculis tantum rem esse quæsitam: &, dum scribendi tædium fugit, labyrinthum erroris intexat. Id enim elucubratum est, ut regnorum tramites, qui per vicinitatem nimiam pene mixti erant, distinctione minii separarentur, & eundem locum, quem prior membrana signaverat, ex adverso positi numeri signarent, vel etiam posterior scriptura servaret. Nec ignoro, multos fore, qui solita libidine detrahendi omnibus, quod vitare non potest, nisi qui omnino nihil scribit, huic volumini genuinum dentem infigant. Calumniabuntur tempora, convertent ordinem, res arguent, syllabas ventilabunt, &, quod accidere plerisque solet, negligentiam librariorum ad auctores referent. Quos etsi possem meo jure repercutere, ut, si displicet, non legant, malo breviter placatos dimittere, ut & Græcorum fidem suo auctori assignent, &, quæ nova inseruimus, de aliis probatissimis viris libata cognoscant. Sciendum etenim me esse & interpretis & scriptoris ex parte officio usum, quia & Græca fidelissime expressi, & nonnulla, quæ mihi intermissa videbantur, adjeci, in Romana maxime historia, quam Eusebius hujus conditor libri non tam ignorasse utpote eruditissimus, quam ut Græce scribens parum suis necessariam perstrinxisse mihi videtur. Itaque à Nino & Abraham, usque ad Trojæ captivitatem, pura Græca translatio est. A Troja, usque ad vigesimum Constantini annum, nunc addita, nunc mixta sunt plurima, quæ de Tranquillo, & cæteris illustribus historicis curiosissime excerpsimus. A Constantini autem supradicto anno, usque ad Consulatum Augustorum Valentis sexies, & Valentiniani iterum, totum meum est. Quo fine contentus reliquum tempus Gratiani & Theodosii latioris historiæ stilo reservavi: non quo de viventibus timuerim libere & vere scribere (timor enim Dei hominum timorem expellit) sed quoniam debacchantibus adhuc in terra nostra Barbaris incerta sunt omnia.

EUSE-

EUSEBII PAMPHILI

CÆSAREÆ PALÆSTINÆ EPISCOPI

CHRONICORUM CANONUM

LIBER PRIOR,

QUI CHRONOGRAPHIA DICITUR.

ADJURO te, quicunque hos deſcripſeris libros, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & ejus glorioſum adventum, in quo veniet judicare vivos & mortuos, ut conferas quod ſcripſeris, & emendes ad exemplaria ea, de quibus ſcripſeris, diligenter: & hoc adjurationis genus tranſcribas, & transferas in eum codicem, quem deſcripſeris.

* * *

* *

MULTA DESUNT.

* *

* * *

INCIPIUNT tempora totius ſæculi, regeſque gentium omnium: quibus locis, quibuſque temporibus in ſuis provinciis, & quantum regnaverunt: vel ſi quid memoria dignum per generationes, nativitates, & regna, & ducatus, & per omnem actum Judicum, & omnium Regum Juda, & aliorum, qui non ex eadem tribu regnaverunt: & per regna Aſſyriorum, cæterarumque gentium, & tempora Dictatorum cum Conſulibus ordinariis: ſed & tempora Imperatorum & Cæſarum, & quibus temporibus hiſtoriographi fuiſſe dixerunt: ſed & ſucceſſiones eorundem. quod per ordinem rerum ſuperius declaratum eſt. Quorum univerſa tempora, geſta, ſive apud Hebræos, vel apud Græcos, vel apud Romanos, ſive apud Barbaros, cæteraſque gentes, quæ geſſerunt, vel conſtituerunt, per hiſtorias in hoc libro pleniſſime demonſtrantur. Quod & in libro Hygini hiſtoriæ ſingulæ conſcriptæ declarant. Deorum generationem vel ſingulorum progeniem, ſive his temporibus ipſis antelatis quæ geſſerunt: & tempora Olympiacorum, ex quo primus Agon gymnicus conſtitutus eſt: quod Græci appellant Olympias, & quo tempore fuit adventus Salvatoris noſtri JESU CHRISTI, ſive paſſio ejus, ſimulque & nomina Epiſcoporum Eccleſiarum numero quatuor, hoc eſt Romanorum, Alexandriæ, Jeroſolymorum, & Antiochiæ: qui per eaſdem civitates Metropoles provinciarum Epiſcopi: quantum temporis ſinguli ſederunt: vel qui eorum Epiſcopatus ſui tempore martyrio coronatus ſit: ſive tempora perſecutionum, quibus temporibus Eccleſiæ diſſipatæ ſunt. Sed & tempora Regum Macedonum, Alexandri, & quoto agone Olympiacorum, vel quibus temporibus, ſeu Conſulibus finem Alexander fecerit Judæis, vel Veſpaſianus inſecutionem ſive deſtructionem templi eorum miſerit, & tributa eis conſtituit.

NUMERATIO temporum non ſolum ante hominum genus, ſed etiam ante lumina ipſa atque ſtellas eſſe cognoſcitur. Nam quum primum fecit Deus cælum & terram cum ipſis quoque elementis, quæ in his elementis condita ſunt, id eſt aqua & ſpiritus, abyſſoſque & tenebras nec dum luminibus neque ſideribus conſtitutis, dixit Deus: *Fiat lux: & facta eſt lux.* Et vidit Deus lucem, quia bona eſt. Et ſeparavit Deus inter lucem & tenebras. Et vocavit

Deus lucem Diem, & tenebras Noctem. Et factum est vespere, & factum est mane dies unus. Hic dies primus sæculi, non primus dierum omnium: ideoque non primus, sed unus nominatus est. Secundo autem die factum est firmamentum in medio aquarum; quod & divisit inter aquam & aquam. Tertio autem die congregatæ sunt aquæ; quæ sunt sub cælo, in congregationem unam: & apparuit arida, quam Deus Terram nominavit: atque congregationes aquarum appellavit maria. Herbasque produxit Terra & lignum fructiferum cum semine suo. Quarto die igitur facta sunt luminaria duo in firmamento cæli, ut luceant super terram ad inchoationem diei & noctis, & ut dividant inter diem & noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos, & sint in splendorem in firmamento cæli, & luceant super terram. Quibus ita perfectis, manifestum est luminibus ipsis antecedere lucem tribus diebus. Unde mihi videntur Ægyptii, cæteræque gentes hoc sequentes decretum, quatuor annis inpletis, diem integrum superfluum adjicere: quod etiam Bissextum solent nominare. Nam quum tres dies istos computare qui sint, atque recogitare voluerimus, unius anni centesimam vicesimamque partem istam esse cognoscemus. Centesima autem & vicesima dies invicem computata ista tertia pars esse anni dignoscitur. Tertia igitur addita parte annuali, quadriennio dies integer completur: atque ad partium partes menses atque anni superflui computantur: quos Hebræi quidem Embolismos vocare solent, Ægyptii autem exaltationes siderum atque stabilitates appellant. Imo Bissextum ob rememorationem lucis atque dierum & noctium, quæ luminibus triduum antecesserunt, celebratur ideo, quod tres dies sine auctore Sole processerunt. Nos igitur tempora conscribimus, non quæ sunt sæculi mundi, neque luminum aut siderum, neque fructuum, aut lignorum, aut piscium: sed generationem hominum, cujus primus factus fuit Adam sexto die. Quinto autem die dixit Deus: *Educant aquæ reptilia animarum vivarum, & volatilia athræ tum cæli.* Et factum est sic. Et fecit Deus beluas & cetos, & omnem animam vivam repentem, quas eduxerunt aquæ secundum suum genus: & omnem volatilem secundum suum genus. Et vidit Deus quia bona sunt, & benedixit ea Deus & dixit: *Crescite, & multiplicamini, & replete aquas, quæ sunt in mari; & volatilia multiplicentur super terram.* Et factum est vespere, & factum est mane dies quintus. Sexto autem die dixit Deus: *Educat terra animam vivam secundum suum genus, quadrupedia, & reptilia, & bestias terræ secundum suum genus.* Et vidit Deus, quia bona sunt, & dixit: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: & habeat potestatem piscium maris, & volatilium cæli, & omnium jumentorum & totius terræ, & omnium reptilium, quæ sunt super terram.* Et fecit Deus hominem: secundum imaginem Dei fecit eum: masculum & feminam fecit eos. Et benedixit eos Deus dicens: *Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & dominamini ejus, & habete potestatem piscium maris, & volatilium cæli, & omnium reptilium, quæ sunt super terram.* Quomodo autem Deus eum, & unde fecit, post alia dicit: *Et finxit hominem Deus de limo terræ, & insufflavit in faciem ejus spiritum vitæ, & factus est homo in animam vivam.* Et iterum post alia: *Et dixit Dominus Deus: Non est bonum, hominem solum esse. Faciamus ei adjutorium secundum eum.* Est post alia: *Adæ autem non est inventus adjutor similis illi. Et immisit Deus soporem in Adam: & obdormivit. Et apprehendit unam costam de latere ejus; & replevit locum carne ejus. Et ædificavit Dominus Deus costam, quam sumpsit ab Adam, in mulierem: & adduxit eam ad Adam, videre quid eam vocaret.* Et dixit Adam: *Hoc nunc est os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Hæc vocabitur mulier, quia de viro suo accepta est.* Ex his duobus omnis hominum multitudo procreata est. Unde etiam nos dinumerationem temporum facientes incipimus.

ADAM. EVA. Adam autem vocavit nomen mulieris suæ EVA, quod interpretatur *Vita:* quia ipsa est mater viventium. Adam autem cognovit Evam uxorem suam. Et concipiens peperit Cain, & dixit: *Acquisivi hominem per Deum.* Et adjecit fratrem ipsius parere Abel. Et factus est Abel pastor ovium. Cain autem erat operans terram. [terra] Et factum est post dies, attulit Cain de fructibus terræ hostiam Deo: & Abel obtulit de primitivis ovium suarum, & de adipibus [suarum] Et respexit Deus in Abel, & super dona ipsius. Super Cain autem & super hostiam ejus non respexit. Et mœstus factus est Cain vehementer, & concidit vultus ejus. Et dixit Deus ad Cain: *Ut quid tristis factus es? &, Ut quid concidit vultus tuus? Nonne si recte offeras, recte autem non dividas, peccasti? Quiesce. Ad te adversio illius, & tu dominaberis.* Et dixit Cain ad Abel fratrem suum: *Transeamus in campum.* Et factum est, quum esset in campo, exsurrexit Cain super Abel fratrem suum, & occidit eum. Terra autem exiit Cain à facie Dei, & moratus est in terra Naid contra Eden. Et cognovit Cain uxorem suam, & concipiens peperit Enoch. Et erat ædificans civitatem, & cognominavit eam in nomine filii sui Enoch. Iste Enoch alter est, non qui transpositus est, ut non moriatur. Ille enim filius est Iareth, septimus ab Adam.

HÆ

Hæ sunt ergo generationes Cain. Cain genuit Enoch, Enoch autem genuit Gaidad, & Gaidad genuit Meehel, & Meehel genuit Matusalam,& Matusala genuit Lamech, qui accepit sibi uxores duas Ada, & Sella.Et peperit Ada Ihobel,qui erat pater inhabitantium in tabernaculis pastorum jumentorum. Hunc dicunt Silvanum. & nomen erat fratris ejus Jubal. Hic erat, qui ostendit Psalterium & Citharam. Hunc dicunt aliqui esse Mercurium. Sella autem & ipsa peperit Thobel: & erat malleator æramenti & ferri.Hunc aliqui dicunt esse Vulcanum.Soror autem Thobel Noëma,quam & ipsam aliqui dicunt esse Minervam. Usque hoc generatio Cain.

Adam. autem cognovit uxorem suam Evam, & concipiens peperit filium, & nominavit nomen ejus Seth, dicens: *Suscitavit enim mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain.* Ex isto semine genus humanum juxta scripturas computatur. Vixit autem Adam annos ccxxx. secundum Judæos autem annos cxxx. & genuit secundum similitudinem suam, & nominavit nomen ejus Seth. Et facti sunt omnes dies Adæ, quos vixit, anni dcccccx. & mortuus est. Seth, quum esset annorum ccv, secundum Judæos autem cv, genuit Enos. Et vixit Seth, postquam genuit Enos, annos dccv.& genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Seth, quos vixit, anni dcccccxii. & mortuus est. Enos, quum esset annorum cxc, secundum Judæos autem, annorum xc, genuit Cainan. & vixit Enos, postquam genuit Cainan, annos dccxv: secundum Judæos autem annos dcccxv. & genuit filios & filias. Etfacti sunt omnes dies Enos, quos vixit, anni dcccccv.& mortuus est. Cainan, quum esset annorum clxx, secundum Judæos autem lxx, genuit Maleleel. & vixit Cainan, postquam genuit Maleleel, annos dccxl secundum Judæos autem, dccclx: & genuit filios & filias.Et facti sunt omnes dies Cainan, quos vixit, anni dccccx.& mortuus est. Maleleel, quum esset annorum clxv, secundum Judæos autem lxv, genuit Jareth, & vixit Maleleel, postquam genuit Jaret, annos dccxxx. & genuit filios & filias. Et fuerunt omnes dies Maleleel anni dcccxcv. & mortuus est.Jaret, quum esset annorum clxxii, genuit Enoch. Et vixit Jaret, postquam genuit Enoch, annos dcc. & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Jaret,quos vixit, anni dccclxii.& mortuus est.In hoc nihil distat apud Judæos.Enoch,quum esset annorum clxv, secundum Judæos autem lxv,genuit Matusala.Et supervixit Enoch,postquam genuit Matusalam, annos cc, secundum Judæos autem ccc, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Enoch ccclv. Et placuit Enoch Deo,& non inveniebatur, quia transtulit illum Deus. Matusala, quum esset annorum clxvii, secundum Judæos autem clxxxvii, genuit Lamech. Et vixit Matusala, postquam genuit Lamech, annos dccii, secundum Judæos autem dcclxxxii,& genuit filios & filias.Et facti sunt omnes dies Matusala anni dcccclxix, & mortuus est.Lamech,quum esset annorum clxxxvii,secundum Judæos autem clxxxii, genuit Noë. Et vixit Lamech, postquam genuit Noë, annos dlxv, secundum Judæos autem dxcv. & genuit filios & filias. Vixit autem omnes annos vitæ suæ dccliii. Noë, quum esset annorum d, genuit filios tres, Sem, Cham, Japhet. Anno autem dc Noë factum est Diluvium. & quo tempore factum est, & quemadmodum, divina Scriptura sic dicit: *Noë autem annorum erat* dc, *& diluvium aquæ factum est super terram. Introiit autem Noë,& uxor ejus, & filii ejus, & uxores filiorum ejus cum eo in arcam, propter aquæ diluvium. Et ab volatilibus mundis, & ab omnibus pecoribus mundis, & ab omnibus reptilibus, quæ repunt super terram, bina bina introierunt in arcam ad Noë, masculus & femina: secundum quod præceperat ei Dominus Deus. Et factum est post septem dies: & aquæ diluvium factum est super terram in sexcentesimo anno vitæ Noæ, secundo mense vicesima septima die mensis. In hoc die rupti sunt omnes fontes Abyssi, & cataractæ cæli apertæ sunt, & facta est pluvia super terram* xl *diebus, &* xl *noctibus.* Et post alia: *Et repleta est aqua, & levavit arcam, & exaltata est à terra, & invalescebat aqua, & repleta est valde super terram, & superferebatur arca super aquam, & cooperuit omnes montes altos, qui erant sub cælo, cubitis quindecim. Et exaltata est aqua, & cooperuit montes. Et mortua est omnis caro, quæ movebatur super terram.* Et iterum: *Relictus est solus Noë, & qui cum eo erant, in arca. Et exaltata est aqua super terra diebus* cl. Quomodo autem cessavit, item Scriptura divina sic dicit: *Et memoratus est Deus Noæ, & omnium bestiarum, & omnium pecorum, & omnium volatilium, quæ erant cum eo in arca. Et induxit Dominus Deus spiritum super terram: & cessavit aqua; & adoperti sunt fontes Abyssi, & cataractæ cæli, & cessavit pluvia de loco. Et deficiebat aqua descendens à terra: & diminuebatur aqua post* cl *diis. Et sedit Arca in septimo mense, septima & vicesima die mensis super montes Arath; (isti montes in Armenia superiore sunt secus Persas) Aqua autem deminuebatur magis usque decimum mensem. Decimo autem mense, primo die mensis, visa sunt capita montium. Et factum est post* cxl *dies, aperuit Noë fenestram arcæ, quam fecerat: & dimisit corvum videre si cessasset aqua à facie terræ, & exiens non est reversus ad eum. Et sustinuit, donec siccaretur aqua à terra: & dimisit columbam* *abse,*

ab se, videre si sicca esset aqua à facie terræ: & non inveniens columba requiem pedibus suis, reversa est ad eum in arca: quia aqua erat super omnem faciem terræ. Extendens autem manum Noë accepit eam, & induxit eam apud se in arcam. Et sustinuit adhuc septem dies alios, & iterum dimisit columbam de arca, & reversa est ad eum columba ad vesperum: & habuit folium olivæ cum surculo in ore suo. Et intellexit Noë, quia cessavit aqua à facie terræ. Et sustinuit Noë adhuc septem dies alios: & dimisit columbam: & non est ausa reverti ad eum. Et postea Noë denudavit arcæ tectum post annum integrum. Et hoc ipsum Scriptura significat dicens: *Et factum est in primo & sexcentesimo anno vitæ Noæ, primo die mensis, quum minuisset aqua à facie terræ, denudavit Noë tectum Arcæ, quod fecerat: & vidit, quod defluxisset aqua à facie terræ. In secundo autem mense, septimo & vicesimo die mensis siccata est terra. Et exiit Noë, & uxor ejus, & filii ejus, & uxores filiorum ejus cum eo: & omnes bestiæ & omnia pecora, & omnia reptilia, quæ moventur super terram secundum genus suum, & omnia volatilia secundum genus eorum exierunt de arca.*

AB ADAM, USQUE AD DILUVIUM, ANNI SUNT MMCCXLII.

SECUNDUM HEBRÆORUM NUMERUM. ANN. MDCLVI.

Et facti sunt omnes dies Noæ anni DCCCCL. & mortuus est.

FILII NOÆ.

SEM.	CHAM.	JAPHETH.
FILII SEM	FILII CHAM.	FILII JAPHETH.
ELAM, unde Elamitæ, ASSUR, unde Assyrii, ARPHAXAT, unde Aradii, LUD, unde Lydii, ARAM, unde Syri. Aramæi autem Syriace dicuntur filii Aram. Gentes barbarorum US, EUL, GATER, MOSOCH: quæ sunt sub Persas.	CHUS, unde Æthiopes, MESTRE, unde Ægyptii, PHUTPHUT, unde Æthiops gens. CHANAAN, Chananæi. Filii autem Chus SABA, unde Sabadii. Ab ista terra Regina venit audire sapientiam Salomonis. EVILATH gens Evilea.	GAMER, & MAGOG, & MADI, & JOVAN, & ELISA, & THOBEL, & MOSOCH, & THIRAS. Filii Gamar ASCHANAZ gentes Gothicæ.

Nationes SEM. Arphaxat genuit Sala. Sala autem genuit Eber. Unde Hebræi. Filii autem Eber, Phalec, & Jectan. Jectan autem genuit Elmodad, & Saleph, & Asarmoth, & Jarach, & Odorra, & Eziel, & Decla, & Abimael, & Saba, & Uphir, & Evila, & Jobab. Hi omnes filii Jectan. Et facta est inhabitatio eorum à Masse, usque dum veniatur in Sephara montem orientis. Hi filii Sem in tribus suas, secundum linguas suas, in regiones suas, & nationes suas.

Nationes CHAM Sabbata & Regma, Sebecata. Filii autem Regma, Saba, & Judadan. Chus autem genuit Nebroth. Hic cœpit esse Gigas super terram venator ante Dominum. Et factum est initium regni ejus Babylon, Oreg, & Calchadar, & Jachar, & Calanna in terra Sennar, ubi Nabuchodonosor statuit statuam suam. Et Mestrem genuit Ludim, & Enimbiin, & Labiin, & Nephthalim, & Patrosoniim, & Caslonoim, unde egressus est Philistin, & Tathorioin. Chanaan autem genuit Sidona primogenitum, & Chettæum, & Evæum, & Aruchæum, & Assemæum, & Aradium, & Samaræum, & Amathi. Hi sunt filii Cham in tribus suas secundum linguam suam, in terris suis, & in gentibus eorum.

Nationes JAPHETH. Riphat, & Togarma. Et filii Asson Elisa, & Tarsis, & Citii, & Rhodii. Ex his dispersæ sunt insulæ gentium in terra eorum, unusquisque secundum linguam suam in tribus suas, & in gentibus suis.

Sem filius Noæ, quum esset annorum C. genuit Arphaxat secundo anno post Diluvium. Et vixit Sem, postquam genuit Arphaxat, ann. D. & genuit filios & filias, & mortuus est.

Arpha-

Arphaxat,quum esset annorum cxxxv,genuit Cainan.Et vixit Arphaxat postquam genuit Cainan,ann. cccc xxx: & genuit filios & filias,& mortuus est. Sala quum esset ann. cxxx,genuit Eber. Et vixit Sala, postquam genuit Eber, ann. ccc, & genuit filios & filias: & mortuus est. Eber, quum esset annorum cxxxiv, genuit Phalech: Et vixit Eber, postquam genuit Phalech, ann. ccLxx: & genuit filios & filias, & mortuus est. Ragau, quum esset annorum cxxxii, genuit Seruch. Et vixit Ragau,postquam genuit Seruch,ann. ccvii: & genuit filios & filias:& mortuus est. Seruch,quum esset annorum cxxx,genuit Nachor: Et vixit Seruch, postquam genuit Nachor ann. cc. & genuit filios & filias: & mortuus est: Nachor,quum esset annorum Lxxix, genuit Thara. Et vixit Nachor,postquam genuit Thara, ann. cxxix: & genuit filios & filias,& mortuus est. Thara, quum esset annorum Lxx, genuit Abraham, & Nachor, & Arran. Arran autem ante conspectum patris sui mortuus est: reliquitque filium, qui nominabatur Loth, quem secum habuit Abraham. Ab anno Diluvii, usque ad nativitatem Abrahæ, sunt anni M. Lxxii. Thara iste post mortem filii sui Arran adduxit omnes suos de sua regione & provincia, id est Assyriorum, ubi nati fuerunt, & Abraham,& Nachor,& Arræ mortui filium: & venit in terram Canaan: & habitavit ibi ann. ccv. & mortuus est in Carra, ubi habitavit in regione Cananeorum. Hujus Tharæ anno xxviii Assyriorum rex primus Belus mortuus est, quem Assyrii Deum nominaverunt; & alii dicunt Saturnum;atque filio suo regnum tradiderunt. Vocabatur autem Ninus.Hujus Tharæ anno xLviii Sicyoniorum in Græcia regnavit Europs,defuncto Ægialeo,qui prius Sicyoniorum regnavit: ex quo territorium Peloponnesiorum Ægialea vocabatur.

NACHOR MARITUS

MELCHA UXOR
FILII MELCHÆ
Ox
Baux
Camuel
Cazat
Pheldas
Iedaaph
Batuel.

Iste supra Batuel est, ex quo REBECCA. Hæc est uxor Isaac.

REUMA CONCUBINA
FILII REUMA
Camam
Thabech
Thocos
Mocha

Nascuntur ergo ex Nachor & Melcha uxore filii VIII. atque nepos Rebecca, quæ fuit uxor Isaac. Et ex Reuma concubina nascuntur filii IV. Omnes ergo filii Nachor XII.

ABRAHAM MARITUS

SARA UXOR
Isaac filius
FILII ISAAC
Esau,Jacob.

AGAR CONCUBINA
ANCILLA SARRÆ
Ex Agar
Ismael.
FILII ISMAEL
Nabeoth,
Cedar,
Nabdeel,
Massa, Masma,
Iduma, Masse,
Chodar,
Theman,
Iethur,Naphas,
Cedma.

CETTURA UXOR
FILII ABRAHAM EX CETTURA
FILII CETTURÆ VI.
Zembra, Jeczan,
Madat, Mazian,
Iesboch, Esseu.
FILII IECZAN III.
Saba, Thema,
Dadan.

Nascuntur ergo ex Agar concubina Abrahæ filius Ismael, & Ismaëli nascuntur filii duodecim.

FILII AUTEM MAZIAN V.
Gephar,
Nephar,
Enoch,
Abira,
Ragali.

FILII AUTEM DADAN V.
Raguel,
Nabdeel,
Assurim,
Latusim,
Lomim.

Abraham primam ætatem apud Chaldæos agebat. Postea autem cum patre suo transmigravit in Carram terram Chaldæorum; ubi visus est illi Deus dicens: *exi de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui: & veni in terram, quam tibi ostendam: & faciam te in gentem magnam*, & reliqua. Qua jussione obaudiens, accepto filio Arran fratris sui, exiit cum eo: & venit in terram Chanaan, usque ad locum Sicem, ad arborem excelsam,ubi visus est illi Deus, atque promissionem seminis atque hereditatis dedit. Erat autem tunc annorum Lxxv. omnes autem vixit annos cLxxv. cujus tempora dinumerabimus annis expositis. Sed quia temporibus patris sui.Tharæ insignia regnorum esse cœperunt:jam quidem quo anno fuerunt, exposuimus. Modo autem temporibus Abrahæ annum ad annum comparemus, ut sciamus,quid memoria dignum & quibus annis gestum sit sive apud Hebræos,sive apud Græcos, aut Barbaros, cæterasque gentes, quorum Historiographi memorias fecerunt.

* * * * *Desunt*

* * * * *

Desunt ea, quæ ante Diluvium. Genealogiæ Adam secundum septuaginta, Iudæos, & Samaritas.

* * * * *

Desunt descriptiones regnorum in Chaldæa, Arabia, Ægypto.

* * * * *

Desunt migrationes posteritatis Noæ in diebus Phaleck.

* * * * *

Desunt ea, quæ de Diluvio secundum septuaginta, Iudæos, & Samaritas. Item eadem secundum Berosum, & alios Græcos scriptores.

* * * * *

Desunt quæ post Diluvium.

* * * * *

Desunt genealogiæ Noæ secundum septuaginta, Iudæos, & Samaritas.

* * * * *

Desunt Dynastiæ XXXI *Ægyptiorum, quas Eusebius contraxit in* XXX.

* * * * *

Desunt quatuor Monarchiæ ex Daniele atque initia earum ex Græcis scriptoribus.

* * * * *

Desunt infinita alia præclara.

* * * * *

Abraham nascitur in Chaldæa, regnante Nino apud Assyrios. Primam ætatem apud Chaldæos terit. quum esset LXXV annorum, divino dignus habetur alloquio, & ea repromissione, quæ ad eum facta est: à quo tempore, usque ad regressum gentis Hebræorum ex Ægypto, supputantur anni CCCCXXX: quorum meminit Paulus ita dicens: *Testamentum confirmatum à Domino quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non infirmat ad evacuandam promissionem.* Ipse quoque in Exodo Moyses his congruens loquitur: *Habitatio autem filiorum Israel, qua habitaverunt in Ægypto & in terra Chanaan ipsi, & patres eorum, anni quadringenti triginta.* Ex Agar ancilla genuit Ismaëlem annos natus LXXXVIII: à quo Ismaëlitarum gens, qui postea Agareni, deinde Saraceni dicti. Quum centenarius esset, genuit ex libera filium Isaac, cui supervixit alios annos LXXV. Primo omnium Prophetarum ei Verbum Dei, quum in figura apparuisset humana, vocationem gentium pollicetur, quam in nostrum tempus sermo Christi deduxit ad finem per Euangelicam in omnes gentes prædicationem.

Apud Hebræos, usque ad nativitatem Abrahæ, computantur anni mille nongenti quinquaginta. Usque ad Diluvium enim, ab Adam, habent annos M.DC.LVI. & inde, usque ad Abraham, CCXCIII. & ideo XL Jobelei à nativitate Abraham computantur. Unus enim Jobeleus quinquaginta anni sunt. JOBEL enim apud Hebræos quinquagenarius annus vocatur. Itaque juxta illorum supputationem, ab Adam, usque ad LI annum Abraham, fuerunt anni tria millia CCXXXV.

REGES

REGES ASSYRIORUM.

Primus Assyriorum rex NINUS Beli filius regnavit Asiæ, exceptis Indis, annos LII, cujus XLIII imperii anno natus est Abraham.

Assyriis imperavit secunda SEMIRAMIS uxor Nini annos XLII: de qua innumerabilia narrantur, quæ & Asiam tenuit, & propter inundationem aggeres construxit, plurimas Babyloniæ urbes instaurans.

Assyriis regnavit primus NINUS . ann. LII.

Regnante Nino apud Assyrios, novissimo ejus tempore nascitur Abraham.

Assyriis regnavit secunda SEMIRAMIS uxor Nini ann. XLII.
Assyriis regnavit tertius ZAMEIS, qui & NINYAS, filius Nini & Semiramidis ann. XXXVIII.
Assyriis regnavit quartus ARIUS ann. XXX.
Assyriis regnavit quintus ARALIUS ann. XL.
Assyriis regnavit sextus XERXES, qui & BALEUS, ann. XXX.

REGES SICYONIORUM.

Castoris Chronographia de Sicyoniorum regno: *Exponemus Sicyoniorum reges ab Ægialeo, usque ad Zeuxippum: qui omnes regnaverunt annis nongentis* LXII: *& Sacerdotes Carnii, qui præfuerunt annis* XXXII: *post quos sacerdos constitutus est Charidemus, qui impensas non sustinens fugit.*

Nino regnante apud Assyrios, primus Sicyoniis imperavit Ægialeus annos LII, à quo Ægialea nuncupata est, quæ nunc Peloponnesus vocatur: post quem secundus EUROPS, qui & prælatus est titulo.

Sicyoniis regnavit secundus EUROPS ann. XLV.

In Græcia secundo imperio Sicyoniis imperavit Europs, cujus XXII regni anno natus est Abraham.

Sicyoniis tertius regnavit TELCHIN ann. XX.
Sicyoniis regnavit quartus APIS ann. XXV.
Sicyoniis regnavit quintus THELXION ann. LII.
Sicyoniis regnavit sextus AEGYRUS ann. XXXIV.
Sicyoniis septimus regnavit THURIMACHUS ann. XLV.

Apud Ægyptios XVI potestas erat, quam vocant Dynastiam. Ab hoc tempore regnaverunt eis Thebæi annos CXC.

REGES ARGIVORUM.

Castor Chronographus de Argivorum regno ita loquitur: *Consequenter persequemur reges Argi, ab Inacho, usque in Sthenelantum filium Crotopi: quorum invenitur omne tempus anni* CCC. LXXXIV.

Argivis primus regnavit INACHUS ann. L.

Ninus condidit civitatem Ninum in regione Assyriorum, quam Hebræi vocant Ninivem. Apud Cretam regnavit Cres primus indigena: à quo Creta appellata: quem ajunt unum Curetarum fuisse, à quibus Jupiter absconditus est, & nutritus. Hi Cnosson civitatem in Creta condiderunt, & Cybeles matris templum. Sodoma & Gomorra succensæ. Inachi filia Io, quam Ægyptii mutato nomine Isidem colunt. A patre Inacho Inachus fluvius apud Argos: à filia Ione Bosporos nuncupatur. Apis in Ægypto primus Deus putatur, quem quidam Serapim vocant.

Sexagenario Isaac nascuntur filii gemini: primus Esau, qui & Edom: à quo gens Idumæorum: secundus Jacob, qui postea Israel: à quo Israëlitæ, qui nunc Judæi.

ASSYRIORUM REGES.

Assyriis regnavit septimus ARMAMITRES ann. XXXVIII.
Assyriis regnavit octavus BELOCHUS ann. XXV.
Assyriis regnavit nonus BALEUS ann. LII.

SICYO-

SICYONIORUM REGES.

Sicyoniis regnavit octavus LEUCIPPUS	ann.	LIII.
Sicyoniis regnavit nonus MESAPUS	ann.	XLVII.

ARGIVORUM REGES.

Argivis regnavit secundus PHORONEUS	ann.	LX.

Horum temporum quasi valde antiquorum Plato in Timæo ita meminit: *Aliquando volens eos provocare in sermones de temporibus antiquis, quæ cuique civitati apud veteres accidissent, de Phoroneo, qui primus hoc nomine appellatus, de Niobe, & his, qui post diluvium fuerunt.*

Argivis regnavit tertius APIS	ann.	XXXV.

Hunc ajunt esse Serapim. Siquidem quum fratrem Ægialeum regem præfecisset Achajæ, ipse cum populo ad Ægyptum navigavit.

Apud Ægyptios per decimamseptimam Dynastiam regnaverunt Pastores annis centum tribus. Reges Ægyptiorum Pastores conjicimus nuncupatos propter Ioseph, & fratres ejus, qui in principio pastores descendisse in Ægyptum comprobantur.

Phoroneus Inachi filius & Niobæ primus leges judiciaque constituit. Quidam hujus filiam Nioben arbitrantur. Niobæ omnium primæ mulierum, ut Græci perhibent, mixtus est Jupiter, de quia nascitur Apis, quem Serapim vocant. Thessalus Græci filius regnavit in Thessalia. Telchines & Caryatæ adversum Phoroneum & Parrhasios instituunt bellum. Ogyges in Attica Eleusinam condidit, quæ antiquitus vocabatur Acta, & alias plurimas civitates: cujus temporibus apud lacum Tritonidem virgo apparuit, quam Græci Minervam nuncupaverunt. In Sicilia Messana, quæ & Mamertina, conditur. Telchines victi Rhodum condiderunt, quæ prius Ophiussa vocabatur. Memphis in Ægypto ab Ape condita. Diluvium Ægypti factum, quod fuit sub Ogyge.

Jacob Mesopotamiam venit, & servit apud Laban annis septem: Liam & Rachel in Mesopotamia ducit uxores: Ruben, Symeonem, Levi, Judam generat. Joseph à fratribus venditur annos agens XVI. Centum octaginta annorum Isaac moritur relinquens filium Jacob annorum CXX. Jacob anno secundo famis introivit in Ægyptum cum filiis suis: qui quum interrogaretur à Pharaone, quotum annum ageret, respondit se esse annorum centum triginta. Joseph dux Ægypti anno octagesimo trigesimo ætatis suæ.

REGES ASSYRIORUM.

Assyriis regnavit decimus ALTADAS	ann.	XXXII.
Assyriis regnavit XI MAMITHUS	ann.	XXX.
Assyriis regnavit XII MANCHALEUS	ann.	XXX.
Assyriis regnavit XIII SPHERUS	ann.	XX.
Assyriis regnavit XIIII MAMILUS	ann.	XXX.
Assyriis regnavit XV SPARETUS	ann.	XL.

REGES SICYONIORUM.

Sicyoniis regnavit decimus PERATUS	ann.	XLVI.
Sicyoniis regnavit XI PLEMNÆUS	ann.	XLVIII.
Sicyoniis regnavit XII ORTHOPOLIS	ann.	LXIII.
Sicyoniis regnavit XIII MARATHUS	ann.	XXX.

REGES ARGIVORUM.

Argivis regnavit quartus ARGUS	ann.	LXX.
Argivis regnavit quintus CRIASUS	ann.	LIIII.
Argivis regnavit sextus PHORBAS	ann.	XXV.

Ægyptiorum XVIII Dynastia Regum XVI Diospolitanorum.

REGES ÆGYPTIORUM DYNASTIÆ XVIII.

Ægyptiis regnavit primus AMOSIS	ann.	XXV.

Ægyptiis

Ægyptiis regnavit secundus CHEBRON ann. XIII.
Ægyptiis regnavit tertius AMENOPHIS ann. XXI.
Ægyptiis regnavit quartus MEPHRES ann. XII.
Ægyptiis regnavit quintus MISPHRAGMUTHOSIS ann. XXVI.
Ægyptiis regnavit sextus TUTHMOSIS ann. IX.
Ægyptiis regnavit septimus AMENOPHIS ann. XXXI.

Hic est Amenophis, quem quidam Memnonem putant lapidem loquentem.

Ægyptiis regnavit octavus ORUS ann. XXXVIII.

Jacob centesimo quadragesimo septimo ætatis suæ anno diem obiit, prophetans de Christo & de vocatione Gentium. Joseph centumdecem annorum moritur: post cujus interitum Hebræi Ægyptiis servierunt annis CXLIV. Fiunt autem omnes anni, quos Hebræi in Ægypto fecerunt, CCXV: qui ab eo tempore computantur, quo Jacob cum filiis suis descendit in Ægyptum. Amram, quum esset annorum LXX, genuit Moysem. Moyses Ægyptum derelinquens in eremo philosophatur.

Sparta condita est à Sparto filio Phoronei. His temporibus secundum quosdam Prometheus fuit, à quo homines factos commemorant: &, revera quum sapiens esset, feritatem eorum, & nimiam imperitiam ad humanitatem & scientiam transfigurabat. In Argis prima sacerdotio functa est Callithyia Piranthi filia. Atlas frater Promethei præcipuus astrologus fuit: qui ob eruditionem disciplinæ etiam cælum sustinere dictus est. Euripides autem montem esse altissimum affirmat, qui Atlas vocetur. His temporibus Syrus fuisse perhibetur indigena, ex cujus vocabulo Syria nomen accepit: Æthiopes ab Indo flumine consurgentes juxta Ægyptum consederunt. Epidaurus civitas condita est. Quidam scribunt Prometheum, & Atlantem fratrem Promethei, & Argum cuncta cernentem, & Io filiam Promethei his fuisse temporibus. Alii vero ætate Cecropis. Nonnulli ante Cecropem annis LX, sive XC. Hoc tempore primus regnavit in Thessalia Hæmon. Phorbas Rhodum obtinuit. Trochilus primus fertur junxisse quadrigam. Xanthus Triopa Lesbon condidit. Hercules ptimus fertur Antæum luctæ vicisse certamine.

HEBRÆORUM DUCES, ET JUDICES.

Hebræorum MOSES Dux in deserto. ann. XL.

Tricesimo quinto anno Moysi Cecrops regnabat in Attica: à quo, usque ad Trojæ captivitatem, fiunt anni CCCLXXV.

Hebræorum JESUS Dux ann. XXVII.
Hebræorum GOTHONIEL primus Judex ann. XL.

ASSYRIORUM REGES.

Assyriis regnavit XVI ASTACADES ann. XL.
Assyriis regnavit XVII AMYNTES ann. XLV.
Assyriis regnavit XVIII BOLOCHUS ann. XXV.

Hujus filia Atossa, quæ & Semiramis, regnavit cum patre annos XII.

REGES ARGIVORUM.

Argivis regnavit septimus TRIOPAS ann. XLVI.
Argivis regnavit octavus CROTOPUS ann. XXI.
Argivis regnavit nonus STHENELUS ann. XI.

Post Sthenelum Argis regnavit GELANOR, quem quum Argivi imperio pepulissent, regnum Danao tradiderunt. Argos sibi Danaus vindicavit, expulso fratre Ægypto, & eandem aquis abundare fecit. Danaus per filias quinquaginta, filios Ægypti fratris interfecit, evadente solo Lynceo, qui post eum regnavit. Neque vero multitudo eorum filiorum incredibilis videri in Barbaris debet, quum tam innumerabiles habeant concubinas.

Castor de Argivorum Principibus: *Quum Sthenelum Danaus expulisset, Argos tenuit, minoresque ejus perseveraverunt, usque ad Eurystheum filium Stheneli, nepotem Persei. Post quem Pelopidæ imperium susceperunt.*

Argivis regnavit decimus DANAUS ann. L.
Argivis regnavit XI LYNCEUS ann. XLI.

SICYONIORUM REGES.

Sicyoniis regnavit XIV MARATHUS ann. XX.
Sicyoniis regnavit XV ECHYREUS ann. LV.
Sicyoniis regnavit XVI CORAX ann. XXX.
Sicyoniis regnavit XVII EPOPEUS ann. XXXV.

ATHENIENSIUM REGNI PRINCIPIUM.

In Acta, quæ nunc Attica nuncupatur, primus regnavit CECROPS, qui & DIPHYES, ann. L. A Cecrope, usque ad primam Olympiadem, numerantur Reges XVII. Principes vero, quos mors tantum finiebat, XII. sub quibus apud Græcos multa mira narrantur.

Atheniensibus regnavit primus CECROPS ann. L.

Cecrope regnante primum in Arce oliva orta est: & ex Minervæ nomine, quæ Græce Athena dicitur, Athenæ nuncupatæ. Dicebatur autem Diphyes, sive ob longitudinem corporis, sive idcirco, quod, quum esset Ægyptius, utramque linguam sciebat.

Atheniensibus regnavit secundus CRANAUS ann. IX.
Atheniensibus regnavit tertius AMPHICTYON ann. X.
Atheniensibus regnavit quartus ERECHTHONIUS ann. L.
Atheniensibus regnavit quintus PANDION ann. XL.

Hic Pandion filius Erichthonii, cujus filiæ Procne & Philomela.

REGES ÆGYPTIORUM.

Ægyptiis regnavit IX ACHENCHERRES ann. XII.
Ægyptiis regnavit X ACHORIS ann. VII.
Ægyptiis regnavit XI CENCHERRES ann. XVIII.
Ægyptiis regnavit XII ACHERRES ann. VIII.
Ægyptiis regnavit XIII CHERRES ann. XV.
Ægyptiis regnavit XIV ARMAIS, qui & DANAUS ann. V.
Ægyptiis regnavit XV REMESSES ann. LXVIII.

Moyses octagesimum agens ætatis annum dux itineris ex Ægypto Hebræorum gentis efficitur legem eis in eremo tradens per annos XL. Frater ejus Aaron primus apud Hebræos Pontifex constituitur. Moses in Sina monte divino fruitur aspectu. Moyses in deserto præest genti Judæorum. Apud Hebræos Pontificatum suscepit Eleazar post mortem patris Aaron. Moyses moritur. Huc usque quinque libri Moysi continent MMM.DCC.XXX, secundum Septuaginta Seniorum interpretationem. JESUS successit Moysi, & terram Philistinorum sorte distribuit Judæis, qui dux fuit annis XXVII. Post mortem Jesu subjectos tenuerunt Hebræos Alienigenæ annis octo, qui junguntur temporibus Gothoniel: qui Hebræorum primus judex ex tribu Juda fuit. Apud Hebræos Pontificatum suscepit PHINEES.

Primus Cecrops bovem immolans Iovem appellavit: & Cecropia regio ab eo nuncupata est. Curetes & Corybantes Cnosson condiderunt, & inter se concurrentem in armis saltationem reperere. Deucalion apud eos regnare orsus, qui circa Parnassum morabantur. Deorum judicium Neptuni & Minervæ de contentione regionis apud Cecropem. Io Inachi filiæ Iupiter mixtus est: qua in bovem, ut dicitur, versa, Bosporus appellatus est: & secundum nonnullos in Ægyptum profecta Isis nuncupata, quæ nupta postea Telegono Epaphum genuit. Cecrops in Euboëa Athenas, quas & Diadas, condidit: quam urbem Euboici Orchomenon appellaverunt. Diluvium, quod sub Deucalione in Thessalia, & incendium, quod sub Phaëthonte factum est in Æthiopia, & multæ pestilentiæ locales, ut Plato memorat, fuerunt. A Deucalione, Hellene, & Pyrra hi, qui prius Græci, Hellenes nuncupati sunt, & Acta Attica vocata. Chaldæi contra Phœnices dimicant. Musicus Euctæi & Nymphæ filius agnoscitur. Corinthus condita est, quæ prius Ephyra vocabatur. Apollinis Delii templum ab Erysichthone filio Cecropis fabricatum est. Hercules cognomento Desanaus in Phœnice clarus habetur. Unde & ad nostram usque memoriam à Cappadocibus & Eliensibus Desanaus adhuc dicitur. Hoc tempore Areopagus nomen judicii constitutus. Vitis inventa à Dionysio, sed non Semelæ filio. In Ægypto regnavit Telegonus Oris Pastoris filius septimus ab Inacho. Cranaus indigena: ex cujus filiæ Atthidis nomine

mine Attica vocata. In Creta regnavit Apteras, qui & urbem condidit. Deucalionis filius Dionysius, verum non ille Semelæ filius, quum in Atticam pervenisset, hospitio receptus à Semacho filiæ ejus capreæ pellem largitus est. Templum Deli constructum ab Erysichthone filio Cecropis. Epaphus filius Ius Memphim condidit, quum in secunda Ægypto regnaret. Lacedæmon condita à Lacedæmone Semelæ filio. Erichthonius Vulcani & Minervæ filius, qui ab Homero Erechtheus vocatur, his temporibus fuit. Arcas filius Iovis & Callisto, Pelasgis in ditionem redactis, regionem eorum Arcadiam nuncupavit. Ægyptus, quæ prius Aëria dicebatur, ab Ægypto tunc sibi regnante nomen acepit. Dardanus condidit Dardaniam. Busiris Neptuni & Libyæ Epaphi filiæ filius apud vicina Nilo loca tyrannidem exercet, transeuntes hospites crudeli scelere interficiens. In Creta regnavit Lapis. His temporibus Tat filius Hermetis Trismegisti fuisse dignoscitur. Phœnix & Cadmus de Thebis Ægyptiorum in Syriam profecti apud Tyrum & Sidonem regnaverunt. Templum Delphis à Phlegya incensum. In Creta regnavit Asterius. Europæ filiæ Phœnicis mixtus est Jupiter, quam postea Asterius Cretensium rex uxorem accipiens, Minoëm ex ea & Rhadamanthum, & Sarpedonem procreavit. Rhadamanthus & Sarpedon reges Lyciorum. Rapta Europa Cadmus regnavit Thebis: ex cujus filia Semele natus est Dionysius, id est Liber Pater, sub quo & Linus Thebæus musicus fuit. Melus, & Paphus, & Thasus, & Calliste urbes conditæ. Bithynia condita à Phœnice, quæ primum Mariandyna vocabatur. Linus Thebæus, & Zethus, & Amphion in musica arte clarescunt. Idæi Dactyli his temporibus erant, qui ferrum repererunt. Amphion & Zethus Thebis regnabant.

HEBRÆORUM JUDICES.

Hebræorum judex AOD. ann. LXXX.

ASSYRIORUM REGES.

Assyriis regnavit XIX BELLESPARIS ann. XXX.
Assyriis regnavit XX LAMPRIDES ann. XXXII.

SICYONIORUM REGES.

Sicyoniis regnavit XVIII LAMEDON ann. XL.

ARGIVORUM REGES.

Argivis regnavit XII ABAS ann. XXIII.

ATHENIENSIVM REGES.

Atheniensibus regnavit VI ERECHTHEUS ann. L.
Hic Pandionis filius fuit, sub quo cœpere mysteria.

ÆGYPTIORVM REGES.

Ægyptiis regnavit XVI MENOPHES ann. XL.

Post Gothoniel Hebræos habuere subjectos alienigenæ annis XLVIII, qui copulantur temporibus Aod secundum Judæorum traditiones, qui fuit judex ex tribu Ephraim.

Achaia ab Achæo condita. Erechthei filiam Orithyiam Boreas Astræi filius Thrax rapuit: quem fabula ventum fuisse confingit, & sub hoc mysteria cœperunt. Fabula Proserpinæ, quam rapuit Adoneus, id est Orcus, rex Molossorum: cujus canis ingentis magnitudinis Cerberus nomine Pirithoum devoravit; qui ad raptum uxoris ejus cum Theseo venerat: quem & ipsum jam in mortis periculo constitutum adveniens Hercules liberavit: & ob id quasi ab inferis receptus dicitur. Scribit Philochorus in Atthidis libro secundo. Pelops regnat in Græcia annis LIX: à quo Peloponnesus vocata. Dionysius, qui Latine liber Pater, ex Semele nascitur. Ea, quæ de Perseo dicuntur, tunc gesta fuerunt. Expulso Cadmo Amphion, & Zethus regnaverunt. Secundum quorundam opinionem hac ætate Phrixus cum Hella sorore fugiens insidias novercales visus est per mare vehi ab ariete velleris aurei.

Fuit autem ei navis parata fugienti, cujus in ſigne Aries erat. Porro Palæphatus affirmat Arietem vocatum nutritorem ejus, per quem liberatus fuit.

HEBRÆORVM JVDICES.

Hebræorum Iudices DEBORA & BARAC	ann. XL.
Hebræorum Iudex GEDEON ex tribu Manaſſe	ann. XL.
Hebræorum Iudex ABIMELECH filius Gedeonis	ann. III.
Hebræorum Iudex THOLA	ann. XXII.
Hebræorum Iudex IAIRUS ex tribu Manaſſe	ann. XXII.
Hebræorum Iudex IEPHTE	ann. VI.

Iephte in libro Iudicum ab ætate Moyſi, uſque ad ſemetipſum, ait ſupputari annos CCC.

Hebræorum Iudex ESEBON	ann. VII.

Poſt Eſebon in libro Iudæorum fertur Iudex AELON rexiſſe populum ann. X, qui non habetur apud LXX.

Hebræorum Iudex LABDON	ann. VIII.

ASSYRIORVM REGES.

Aſſyriis regnavit XXI SOSARES	ann. XX.
Aſſyriis regnavit XXII LAMPARES	ann. XXX.
Aſſyriis regnavit XXIII PANYAS	ann. XLV.
Aſſyriis regnavit XXIIII SOSARMUS	ann. XIX.
Aſſyriis regnavit XXV MITREUS	ann. XXVII.
Aſſyriis regnavit XXVI TAUTANES	ann. XXXII.

Sub Tautano rege Troja capta eſt.

SICYONIORVM REGES.

Sicyoniis regnavit XIX SICYON	ann. XLV.
Sicyoniis regnavit XX POLYBUS	ann. XL.
Sicyoniis regnavit XXI INACHUS	ann. XLII.
Sicyoniis regnavit XXII PHAESTUS	ann. VIII.
Sicyoniis regnavit XXIII ADRASTUS	ann. IIII.
Sicyoniis regnavit XXIV POLYPHIDES	ann. XXXI.

ARGIVORVM REGES.

Argivis regnavit XIII PROETUS	ann. XVII.
Argivis regnavit XIIII ACRISIUS	ann. XXXI.

Argivorum regnum defecit, quod ſtetit annis quingentis quadraginta quatuor, uſque ad Pelopem, qui regnavit annis LVIII.

Perſeus Acriſio non ſponte interfecto, migravit ab Argis, atque regnavit poſt Acriſium, in Mycenas imperio tranſlato. Et ibidem reges fuerunt Perſeus, Sthenelus, Euryſtheus, Atreus, Thyeſtes, Agamemnon, Ægiſthus, Oreſtes, & Tiſamenos, & Penthilus, & Cometes, uſque ad Heraclidarum deſcenſum. Rex Sthenelus in Mycenas imperio tranſlato regnavit annis octo.

MYCENARUM REGES.

Mycenis regnavit STHENELUS	ann. VIII.
Mycenis regnarunt ATREUS & THYESTES	ann. LXV.
Mycenis regnavit AGAMEMNON	ann. XV.

ATHENIENSIVM REGES.

Athenienſibus regnavit VII CECROPS alter	ann. XL.
Athenienſibus regnavit VIII PANDION alter	ann. XXV.

Athe-

Athenienſibus regnavit IX	ÆGEUS Pandionis filius	ann. XLVII.
Athenienſibus regnavit X	THESEUS	ann. XXX.
Athenienſibus regnavit XI	MENESTHEUS	ann. XXIII.

DECIMA NONA ÆGYPTIORVM DYNASTIA.

Ægyptii per nonam decimam Dynaſtiam ſuo imperatore uti cœperunt, quorum primus SETHOS.

Ægyptiis regnavit primus	SETHOS	ann. LV.
Ægyptiis regnavit ſecundus	RAMSES	ann. LXVI.
Ægyptiis regnavit tertius	AMENOPHTES	ann. XL.
Ægyptiis regnavit quartus	AMMENEMES	ann. XXVI.
Ægyptiis regnavit quintus	THUORIS	ann. VII.

Thuoris rex Ægypti ab Homero vocatur maritus Alcandræ, cujus meminit in Odyſſea, dicens poſt Trojæ captivitatem Menelaum, & Helenam ad eum divertiſſe repetentes Græciam poſt bellum Trojæ.

Poſt Aod, Hebræos in ditionem redigunt alienigenæ annis XX, qui conjunguntur temporibus Debboræ, & Barach, ſecundum Judæorum traditiones. Poſt Debboram Hebræos in ditionem redigunt alienigenæ annis ſeptem, qui conjuncti ſunt temporibus Gedeon ſecundum Judæorum traditiones. Poſt Jair Hebræos in ditionem redigunt Ammonitæ annos XVIII, qui & temporibus poſteriorum Judicum copulantur, ſecundum Judæorum traditionem.

Bellum, quod ſub Eumolpo dicitur geſtum, hoc tempore fuit. Melampus divinus agnoſcitur. In Dardania regnavit Tros, à quo Trojani nuncupati. Apud Pythium vates prima Phemonoe hexametris verſibus futura ceciniſſe narratur. Phrygas rexit Tantalus, qui prius Mæones vocabantur. Ob raptum Ganymedis Troi patri Ganymedis, & Tantalo bellum exortum eſt, ut ſcribit Phanocles poëta. Fruſtra igitur Jovis fabula, & raptrix aquila confingitur. Tityus convixit Tantalo, & Tityo Latona mater Apollinis, qui cum Hercule ſervivit Admeto. Ea, quæ de Phrixo & Melicerta dicuntur, ſub quo celebrata ſunt Iſthmia, eodem tempore habita ſunt. A Sicyone Sicyonii nuncupati ſunt, qui primum Ægialei vocabantur. Hoc tempore Pelops Hippodamiam duxit uxorem. Et Perſeus adverſus Perſas dimicat, Gorgonæ meretricis capite deſecto, quæ propter eximiam pulchritudinem ita ſpectatores ſuos mentis inopes reddebat, ut vertere eos putaretur in lapides. Didymus ſcribit in peregrina Hiſtoria, & perhibet ſcriptorem ejus. Pegaſus equus velociſſimus cujuſdam mulieris fuit, ſive, ut Palæphatus affirmat, Bellerophontis navis fuit. His temporibus Cyrene civitas condita eſt in Libya. Ion vir fortis ex ſuo vocabulo Athenienſes Iones vocavit. Hoc tempore geſta Perſei ſunt. Dionyſius, qui & Liber Pater, adverſus Indos dimicans, juxta Indum fluvium Nyſam urbem condidit. Amphion Thebis regnavit, quem ferunt cantu citharæ ſaxa moviſſe. Fuerunt autem duro corde, &, ut ita dixerim, ſaxei quidam auditores. Secundum quoſdam Thebis regnavit Cadmus. Europa à Cretenſibus rapta eſt navi, cujus inſigne fuit taurus. Pelops Peloponneſiis regnavit, Olympiis quoque præfuit: qui poſtea adverſus Ilium arma corripiens ſuperatur à Dardano. Ea, quæ de Spartis memorantur, quos Palæphatus ſcribit, quum proximarum eſſent regionum, adverſus Cadmum ſubito extitiſſe, & propter repentinos quaſi de terra contractus, & ex omni parte confluctus, SPARTOS vocatos, tunc geſta ſunt. His temporibus Mida regnavit in Phrygia. Ilium ab Ilo condita. Lajus Chryſippum rapuit. Templum in Eleuſina ædificatum. Quidam his temporibus vindicant geſta Liberi Patris, & ea, quæ de Indis, Lycurgo, Actæone, & Pentheo memorantur: quomodo adverſus Perſen conſiſtens occiditur in prælio. Ait Dinarchus poëta, non Rhetor. Qui autẽ voluerit, poteſt inſpicere ipſius Liberi Patris apud Delphos ſepulchrũ juxta Apollinem aureum. Pingitur vero Liber muliebri & delicato corpore, propter mulieres in ſuo exercitu militantes: Nam pariter ad arma viris fœminas allegebat, ut Philochorus loquitur in ſecundo Atthidis libro. Miletus condita. Europa Agenoris filia, ut in quibuſdam legimus, rapitur: quod iis congruit, quæ de Minoë dicuntur. Pandion fugit à Metionidibus paſſus inſidias. Philammon Delphius nobilis habetur, qui primus apud Pythium chorum conſtituit. Eæ, quę de Dædalo fabulæ feruntur, qui viſus eſt ſimulachra feciſſe moventia. Primus enim omnium pedes ſtatuarum à ſe invicem ſeparavit, aliis conjunctim eos fabricantibus. Palæphatus memorat: nec non quomodo cum filio Icaro Minoëm navi fugerit, & propter inveſtigabilem fugam avolaſſe pennis æſtimatus ſit. Cyzicus hoc tempore condita. Argonautæ his temporibus fuerunt. Tyrus condita ante templum Jeroſolymitanum annis CCCXL, ut ſcribit Joſephus in tertia. Atreus & Thyeſtes poſt Pelopem Peloponneſi imperium diviſerunt. Argonau-

gonautarum navigatio. Orpheus Thrax clarus habetur, cujus discipulus fuit Musæus filius Eumolpi. Linus magister Herculis omnibus notus efficitur. Ea, quæ de Hipsypyle memorantur in Lemno. Ea, quæ de Sphinga, & Oedipode, & Argonautis dicuntur, in qua fuerunt Hercules, Asclepius, & Pollux. Si ergo inter Argonautas fuerunt Castor & Pollux, quomodo potest eorum soror Helena credi, quæ post multos annos virgo rapitur à Theseo? Sphingam vero scribit Palæphatus uxorem Cadmi propter zelum Harmoniæ à viro recedentem contra Cadmum constitisse. Minos mare obtinuit, & Cretensibus leges dedit, ut Paradius memorat: quod Plato falsum esse convincit. Thamyris, Ammonis filius insignis habetur. Hercules consummat certamina: Antæum interficit: Ilium vastat. Dicitur autem Antæus Terræ filius, quia solorum palæstricæ artis certaminum, quæ in terra exercentur, scientissimus erat; & ob id videbatur à Terra matre adjuvari. Hydram autem callidissimam sophistriam fuisse asserit Plato. Bellum Lapitharum & Centaurorum sub hoc tempore. quos scribit Palæphatus libro de incredibilibus nobiles fuisse equites Thessalorum. Priamus regnavit post Laomedontem: ea, quæ de Minotauro dicuntur, hujus sunt temporis. Philochorus in secundo Atthidis libro scribit magistratum Minois fuisse Taurum nomine inhumanum atque crudelem: & quia Minos super morte Androgei agonem statuerat præmii nomine pueros Atticos largiens, ille fortissimus universos in contentione superabat. Tandem factum est, ut à Theseo in palæstrica vinceretur. Ob quod Athenienses pueri tributaria pœna liberati sunt, sicut ipsos quoque Cnossios referre testatur. Medea Colchensis ab Ægeo discedit. Theseus adversum Thebas dimicavit. Septem, qui adversus Thebas, pugnaverunt. Androgeos Athenis dolo interficitur. Theseus Helenam rapuit, quam rursus fratres cœperunt, capta matre Thesei, eo peregrinante. Theseus, quum Athenienses prius per regionem dispersos primus in unam civitatem congregasset, ignominiose ejectus est per signa testarum, eandem legem primus ipse constituens. Minos leges ac jura constituit. Philistus scribit à Zioro & Carthagine hoc tempore Carthaginem conditam. Eosdem autem fuisse Tyrios. Hercules agonem Olympicum constituit: à quo, usque ad primam Olympiadem, supputantur anni ccccxxx. Bellum Amazonum contra Thebas. Apri Calydonii, & Meleagri fabula. Theseus Athenas profugus dereliquit. Minos in Sicilia adversum Dædalum arma capiens à filiabus Cocali occiditur. Atreus Argis regnat. Phædra Hippolytum amat. Hercules in Libya occidit Antæum. Menelaus regnat in Lacedæmone. Interfectorum posteri, qui vocabantur EPIGONI, adversum Thebas bellum movent. Hercules in morbum incidit pestilentem: qui ob remedium doloris se jecit in flammas, & sic morte finitus est, anno ætatis suæ quinquagesimo secundo. Quidam ante triginta annos eum periisse scribunt. Alexander rapuit Helenam: & Trojanum bellum decennale surrexit. Caussa belli, quod trium mulierum de pulchritudine certantium præmium fuit, una earum Helenam pastorali judici pollicente. Memnon & Amazones Priamo tetulere subsidium. Mopsus regnavit in Cilicia, à quo Mopsicrene, & Mopsiistia. Menestheus moritur in Melo regrediens à Troja: post quem Athenis regnavit Demophoon. Troja capitur xv anno Agamemnonis. A captivitate Trojæ, usque ad primam Olympiadem, fiunt anni numero quadringenti sexaginta sex. Colligitur omne tempus à primo anno nativitatis Abrahæ, anni DCCCXXXV.

HEBRÆORUM JUDICES.

Post Labdon, Hebræos in ditionem redigunt alienigenæ annos XL, qui computantur temporibus Judicum posteriorum, secundum Hebræorum traditiones.

Hebræorum judex SAMSON ann. XX.

Hic fortissimus fuit, ita ut à quibusdam facta ejus gestis Herculis comparentur.

Hebræorum judex HELI Sacerdos ann. XL.

In Hebræorum libro inveniuntur XL anni: in LXX autem interpretatione XX. Hebræi hunc tradunt esse Phineem

ASSYRIORUM REGES.

Assyriis regnavit XXVII. TEUTEUS ann. XL.

Assyriis regnavit XXVIII TIMEUS ann. XXX.

SICYONIORUM REGES.

Sicyoniis regnavit XXV PELASGUS. ann. XX.

Sicyoniis regnavit XXVI ZEUXIPPUS ann. XXXII.

Quidam ad hujus memoriam conservandam Balneas Byzantinorum multo post tempore appellatas putant.

Reges Sicyoniorum defecerunt, qui regnaverunt annis DCCCCLXII. Post quos Sacerdotes Carnii constituti sunt. Castoris Chronographia de Sicyoniorum regno: *Exponemus Sicyoniorum reges ab Aegialeo, usque ad Zeuxippum; qui omnes regnaverunt annis nongentis* LXII. Post quos Sacerdos constitutus est Charidemus, qui impensas non sustinens fugit.

ATHENIENSIUM REGES.

Atheniensibus regnavit XII DEMOPHON filius Thesei ann. XXXIII.
Atheniensibus regnavit XIII OXYNTES ann. XII.
Atheniensibus regnavit XIIII APHIDAS ann. I.
Atheniensibus regnavit XV THYMOETES ann. VIII.

Erechthidarum imperio destructo, Atticorum Principium regnum ad aliud genus translatum est, quum Thymoeten provocasset Xanthius Boeotius, & Thymoete recusante, Melanthus Pyliensis Andropompi filius suscepisset singulare certamen, ac deinde regnasset. Hinc & APATURION, id est fallaciarum solennitas celebratur: quia victoria fraude processerat. Castoris de regno Atheniensium: *Exponemus autem & Atheniensium reges cognomento Erechthidas, à Cecrope Diphye, usque ad Thymoeten: quorum omne tempus invenitur annorum* CCCCXXIX. *Post quos suscepit regnum Melanthus Pyliensis Andropompi filius, & filius ejus Codrus: qui imperaverunt simul annis quinquaginta octo.*

LATINORUM REGNUM.

Primus rex Latinorum post captam Trojam Æneas. Ante eum Janus, Saturnus, Picus, Faunus regnaverunt annis circiter CL.

Latinis, qui postea Romani nuncupati sunt, tertio anno captivitatis Trojæ, sive, ut quidam volunt, post annos VIII, regnavit ÆNEAS ann. III.
Latinis regnavit secundus ASCANIUS Æneæ filius ann. XXXVIII.
Latinis regnavit tertius SILVIUS POSTHUMUS ann. XXIX.

Silvius Posthumus, quia post mortem patris editus ruri fuerat educatus, & Silvii & Posthumi nomen accepit: à quo omnes Albanorum Reges SILVII vocati sunt.

De tertio tomo Manetho Ægyptii. Ægyptiorum vicesima Dynastia Diopolitanorum ann. CLXXVIII.

Post Labdon Hebræos in ditionem redigunt alienigenæ ann. XL, qui computantur temporibus Judicum posteriorum, secundum Hebræorum traditiones.

Lydii mare obtinuerunt. Mycenis post necem Ægysthi regnavit Orestes ann. XV. Ea, quæ de Ulysse fabulæ ferunt, quomodo trieri Tyrrhenorum Scyllam fugerit spoliare hospites solitam. Scribit Palæphatus incredibilium libro primo. Sirenas quoque fuisse meretrices, quæ deceperunt navigantes. Pyrrhus Delphis in templo Apollinis ab Oreste occiditur proditione sacerdotis Macarei; quo tempore etiam quidam Homerum fuisse dicunt. Hectoris filii Ilium receperunt, expulsis Antenoris posteris, Heleno sibi subsidium ferente. Secundum quosdam Heraclidarum descensus. Amazones Ephesi templum incenderunt. Agon Lyciorum primus actus.

Ascanius Æneæ filius Albam urbem condidit. Ascanius derelicto novercæ suæ Laviniæ regno Albam condidit: & Silvium Posthumum fratrem suum Æneæ ex Lavinia filium summa pietate educavit. Ascanius Julium filium procreavit: à quo familia Juliorum orta, & propter ætatem parvuli, quia necdum regendis civibus idoneus erat, Silvium Posthumum fratrem suum regni reliquit heredem.

HEBRÆORUM JUDICES.

Hebræorum Judices SAMUEL & SAUL primus rex ann. XL.

REGES HEBRÆORUM.

Hebræis primus regnavit DAVID ex tribu Juda ann. XL.
Hebræis regnavit secundus SALOMON filius David ann. XL.

ASSYRIORUM REGES.

Aſſyriis regnavit xxix DERCYLUS	ann. XL.
Aſſyriis regnavit xxx EUPALES	ann. XXXVIII.
Aſſyris regnavit xxxi LAOSTHENES	ann. XLV.

ATHENIENSIUM REGES.

Athenienſibus regnavit XVI MELANTHUS	ann. XXXVII.
Athenienſibus regnavit XVII CODRUS Melanthi filius	ann. XXI.

Codrus juxta reſponſum ſeipſum morti tradens interimitur bello Peloponneſiaco, in quo Erichthidarum deſtructum imperium eſt, quod CCCCLXXXVII annis perſeveraverat. Poſt Codrum, Principes, quos mors finiebat: quorum primus MEDON regnum in finem vitæ obtinuit Athenis: & poſt eum cæteri Reges.

Athenienſibus regnavit primus MEDON	ann. XX.
Athenienſibus regnavit ſecundus ACASTUS	ann. XXXVI.
Athenienſibus regnavit tertius ARCHIPPUS	ann. XIX.

LATINORUM REGES.

Latinis regnavit quartus ÆNEAS SILVIUS	ann. XXXI.

In alia Hiſtoria reperimus quartum Latinum Silvium regnaſſe Laviniæ, & Melampodis filium uterinum fratrem Poſthumi, & quintum, qui nunc hic quartus ponitur, Silvium Æneam Poſthumi filium.

Latinis regnavit quintus LATINUS SILVIUS	ann. L.
Latinis regnavit ſextus ALBA SILVIUS Silvii Æneæ F.	ann. XXXIX.

LACEDÆMONIORUM REGES.

Lacedæmoniis regnavit primus EURYSTHEUS	ann. XLII.
Lacedæmoniis regnavit ſecundus AGIS	ann. I.
Lacedæmoniis regnavit tertius ECHESTRATUS	ann. XXXV.
Lacedæmoniis regnavit quartus LABOTES	ann. XXXVII.

CORINTHIORUM REGES.

Corinthiis regnavit primus ALETES	ann. XXXV.
Corinthiis regnavit ſecundus IXION	ann. XXXVII.
Corinthiis regnavit tertius AGELAUS	ann. XXX.

Mortuo Eli Sacerdote Arca teſtamenti ab alienigenis poſſidetur, ac deinde in domo Aminadab facit annos XX. Samuel prophetabat. Hebræorum Pontifex Abiathar clarus habetur. Prophetabant Gad, Nathan, Aſaph. Salomon templum ædificare cœpit in Jeroſolymis, conſummavitque annis octo. Colligitur omne tempus à Moyſe, & egreſſu Iſraëlis ex Ægypto, uſque ad Salomonem, & ædificationem Templi in principiis annorum, CCCCLXXX, ut Regnorum liber tertius teſtimonio eſt. A Diluvio, uſque ad Moyſen, anni MCCCCXLVII. Ab Adam, uſque ad Diluvium, anni MMCCXLII. Fiunt omnes ſimul anni MMMMCLXIX. Hebræorum Sacerdos Sadoc octavus ab Aaron. Prophetavit Sadoc, Achias Silonites, Sameas.

Homerus ſecundum quorundam opinionem his fuiſſe temporibus judicatur. Quanta autem de eo apud veteres diſſonantia fuerit, manifeſtum eſſe poterit ex ſequentibus. Quidam eum, ex quibus Crates, ante deſcenſum Heraclidarum ponunt. Eratoſthenes poſt centum annos Trojanæ captivitatis. Ariſtarchus Ionica migratione, ſive poſt annos centum. Philochorus Ionicæ migrationis tempore ſub Archippo Athenienſium magiſtratu, & poſt captam Trojam anno CLXXX. Apollodorus Athenienſis CCLX anno everſionis Ilii. Extiterunt alii, qui modico ante, quam Olympiades inciperent, id eſt CCCC retro annis à Trojana captivitate eum fuiſſe putant: licet Archilochus vigeſimam tertiam Olympiadem, & quingenteſimum Trojanæ everſionis annum ſupputet. Heraclidarum deſcenſus in Peloponneſum. Euryſtheus & Procles Spartam obtinuerunt. Iones profugi Athenas ſe contulerunt. Peloponnenſes contra Athenas dimicant. Pelaſgi mare obtinuerunt. Magneſia in Aſia condita. Myrina condita. Cyme vel Cumæ in Italia condita. Epheſus condita ab Andro-

Andronico. Carthago condita est, ut quidam volunt, à Carchedone Tyrio: ut vero alii, à Didone filia ejus post Trojanum bellum ann. CXLIII. Ionica emigratio, in qua quidam Homerum fuisse scribunt.

REGNA JUDA ET ISRAEL.

Post mortem Salomonis seditione orta in gente Judæa, & regno bifariam diviso, in Samaria decem Tribubus regnavit JEROBOAM: ROBOAM filius Salomonis regnavit in Jerusalem, duabus Tribubus sibi subjectis, quæ vocabantur Juda, ob reges Judæorum, qui ex stirpe Iudæ descenderant, unde & universa gens Iudææ nomen sortita est.

REGES JUDA.

Hebræorum Iuda rex tertius ROBOAM filius Salomonis	ann. XVII.
Hebræorum Iuda rex quartus ABIA	ann. III.
Hebræorum Iuda rex quintus ASA	ann. XLI.

REGES ISRAEL.

Hebræorum Israel rex primus IEROBOAM in Samaria	ann. XXII.
Hebræorum Israel rex secundus NADAB	ann. II.
Hebræorum Israel rex tertius BAASA	ann. XXIV.

ASSYRIORUM REGES.

Assyriis regnavit XXXII PYRITIADES	ann. XXX.

ATHENIENSIUM REGES.

Atheniensibus regnavit quartus THERSIPPUS	ann. XLI.
Atheniensibus regnavit quintus PHORBAS	ann. XXXI.

LATINORUM REGES.

Latinis regnavit septimus AEGIPUS, sive ATTIUS SILVIUS Albæ superioris Regis filius.	ann. XXIV.
Latinus regnavit octavus CAPYS SILVIUS Attii superioris filius	ann. XXVIII.

LACEDÆMONIORUM REGES.

Lacedæmoniis regnavit quintus DORYSSUS	ann. XXIX.
Lacedæmoniis regnavit sextus AGESILAUS	ann. XLIV.

CORINTHIORUM REGES.

Corinthiis regnavit quartus PRYMNIS	ann. XXXV.
Corinthiis regnavit quintus BACCHIS, unde Bacchidæ cognominati,	ann. XXXV.

ÆGYPTIORUM XXI DYNASTIA REGUM TANITANORUM. VII.

Ægyptiis regnavit primus SEMENDIS	ann. XXVI.
Ægyptiis regnavit secundus PSEUSENNES	ann. XLI.

Susakim rex Ægypti contra Judæos dimicans Templum spoliavit. Hebræorum Pontifex Maximus Abimelech illustris habetur. Prophetabant Achias, Sameas, & is, qui fuerat apud altare Samariæ, Ieu, Ioed. Azarias, qui & Addo, Ananias.

Tertio mare obtinuerunt Thraces annos decem & novem. Samus condita, & Smyrna in urbis modum ampliata. Thraces Bebryciam, quæ nunc Bithynia vocatur, à Strymone transeuntes occupaverunt.

REGES

REGES JUDA.

Hebræorum Juda rex sextus IOSAPHAT justus ann. XXV.
Hebræorum Juda rex septimus IORAM ann. VIII.
Hebræorum Juda rex octavus OCHOZIAS ann. I.
Hebræorum Juda nonus GOTHOLIA mater Oziæ ann. VII.
Hebræorum Juda decimus IOAS ann. XL.

REGES ISRAEL.

Hebræorum Israel quartus ELA ann. II.
Hebræorum Israel rex quintus AMRI ann. XII.
Hebræorum Israel rex sextus ACHAB ann. XXII.
Hebræorum Israel rex septimus OCHOZIAS ann. II.
Hebræorum Israel octavus IORAM ann. XII.
Hebræorum Israel nonus IEU ann. XXVIII.

ASSYRIORUM REGES.

Assyriis regnavit XXXIII OPHRACTEUS ann. XX.
Assyriis regnavit XXXIV OPHRATANES ann. L.
Assyriis regnavit XXXV OCRAZAPES ann. XLII.

ATHENIENSIUM REGES.

Atheniensibus regnavit sextus MEGACLES ann. XXX.
Atheniensibus regnavit septimus DIOGENETUS ann. XXVIII.

LATINORUM REGES.

Latinis regnavit IX CALPETUS SILVIUS superioris Regis Capys F. ann. XII
Latinis regnavit X TIBERINUS SILVIUS Calpeti filius, à quo fluvius appellatus est Tiberis, qui prius Albula vocabatur, ann. VIII.
Latinis regnavit XI AGRIPPA SILVIUS Tiberini filius ann. XL.
Latinis regnavit XII AREMULUS SILVIUS Agrippæ superioris F. ann. XIX.

LACEDÆMONIORUM REGES.

Lacedæmoniis regnavit septimus ARCHELAUS ann. LX.

CORINTHIORUM REGES.

Corinthiis regnavit sextus AGELAS ann. XXX.
Corinthiis regnavit septimus EUDEMUS ann. XXV.

ÆGYPTIORUM REGES.

Ægyptiis regnavit tertius NEPHERCHENES ann. IV.
Ægyptiis regnavit quartus AMENOPHTHIS ann. IX.
Ægyptiis regnavit quintus OSOCHOR ann. VI.
Ægyptiis regnavit sextus SPINACHES ann. IX.
Ægyptiis regnavit septimus PSUSENNES ann. XXXV.

Apud Hebræos prophetabant Abdias, Ieu, Ozias, Micheas. Pseudoprophetæ vero erant Sedechias, Eliezer. Prophetabant Elias, & Elisæus. Elias rapitur. Ionadab filius Rechab clarus habetur. Iojadas apud Hebræos insignissimus erat Pontifex, qui solus post Moysem vixit annos CXXX. Hebræorum propheta Zacharias occiditur.

Quarto mare obtinuerunt Rhodii ann. XXIII. Quinto mare obtinuerunt Phryges ann. XXV. Lycurgus insignis habetur.

In

In Latina Historia ad verbum hæc scripta reperimus: *Agrippa apud Latinos regnante, Homerus poëta in Græcia claruit, ut testatur Apollodorus Grammaticus, & Euphorbus historicus, ante urbem conditam ann.* CXXIV, *&, ut ait Cornelius Nepos, ante Olympiadem primam annis* C. Silvius Aremulus Agrippæ Regis filius præsidium Albanorum inter montes, ubi nunc Roma est, posuit: qui ob impietatem fulminatus interiit. Hujus fuit Julius proavus Julii Proculi, qui cum Romulo Romam commigrans fundavit Juliam gentem.

REGES JUDA.

Hebræorum Juda rex XI AMASIAS	ann. XXIX.

REGES ISRAEL.

Hebræorum Israel XI JOAS	ann. XVI.
Hebræorum Israel XII JEROBOAM	ann. XLI.

ASSYRIORUM REGES.

Assyriis regnavit XXXVI TONOS CONCOLEROS, qui vocatur Græce SARDANAPALUS	ann. XX.

ATHENIENSIUM REGES.

Atheniensibus regnavit VIII PHERECLUS	ann. XIX.
Atheniensibus regnavit IX ARIPHRON	ann. XX.

Sub Ariphrone Assyriorum regnum destructum, & Sardanapalus, ut nonnulli scriptitant.

LATINORUM REGES.

Latinis regnavit XIII AVENTINUS SILVIUS.	ann. XXXVII.

LACEDÆMONIORUM REGES.

Lacedæmoniis regnavit octavus TELECLUS.	ann. XL.

CORINTHIORUM REGES.

Corinthiis regnavit octavus ARISTODEMUS	ann. XXV.
Corinthiis regnavit nonus AGEMON	ann. XVI.

ÆGYPTIORUM XXII DYNASTIA BUBASTITARUM REGUM III.

Ægyptiis regnavit primus SESONCHOSIS	ann. XXI.
Ægyptiis regnavit secundus OSORTHON	ann. XV.
Ægyptiis regnavit tertius TACELLOTHIS	ann. XIII.

Hebræorum Propheta Zacharias occiditur. Elisæus propheta moritur. Zacharias propheta interficitur à Rege Joas.

Lycurgus insignis habetur. Carthaginem quidam hac ætate conditam putant. Alii ut supra memoravimus. Sardanapalus eodem tempore Tarsum, atque Anchialem condidit, & in prælio victus ab Arbace Medo semet incendio concremavit.

Aventinus Aremuli superioris Regis filius in eo monte, qui nunc pars Urbis est, mortuus ac sepultus æternum loco vocabulum dedit.

REGES JUDA.

Hebræorum Juda rex XII AZARIAS, qui & OZIAS	ann. LII.

REGES

REGES ISRAEL.

Hebræorum Israel XIII ZACHARIAS menses VI. post quem XIII SELLUM dies III. Hic annos consumitur per diversos.
Hebræorum Israel XV rex MANAHEM ann. X.
Hebræorum Israel XVI rex PHACEAS ann. X.

REGNUM MEDORUM.

Usque ad id tempus fuisse reges Assyriorum Historia refert. Et fiunt simul anni MCXCVII. Omnes autem anni regni Assyriorum à primo anno Nini, supputantur MCCXL. Arbaces Medus, Assyriorum imperio destructo, regnum in Medos transtulit: & interim sine Principibus res agebatur, usque ad Deïocem regem Medorum. In medio autem tempore Chaldæi proprie prævalebant: quorum separatæ quædam Regum successiones feruntur. Reliquæ autem gentes propriis Regibus utebantur.
Medis primus regnavit ARBACES ann. XXVIII.
Medis regnavit secundus SOSARMUS ann. XXX.

REGES ATHENIENSIUM.

Atheniensibus regnavit decimus THESPIEUS ann. XXVII.
Atheniensibus regnavit XI AGAMESTOR ann. XX.

LATINORUM REGES.

Latinis regnavit XIV PROCAS SILVIUS Aventini superioris fil. ann. XXIII.
Latinis regnavit XV AMULIUS SILVIUS ann. XLIV.

LACEDÆMONIORUM REGES.

Lacedæmoniis regnavit nonus ALCAMENES ann. XXVII.

MACEDONUM REGES.

Macedonibus regnavit primus CORANUS ann. XXVIII.
Macedonibus regnavit secundus COENUS ann. XII.

CORINTHIORUM REGES.

Corinthiis regnavit decimus ALEXANDER ann. XXV.
Corinthiis regnavit XI TELESTES ann. XII.
Corinthiis regnavit XII AUTOMENES ann. I.
Corinthiorum reges defecerunt. Post hos constituti sunt in Corintho annui Prytanis.

ÆGYPTIORUM DYNASTIA XXIII TANITARUM. REGUM III.

Ægyptiis regnavit primus PETUBASTES ann. XXV.
Ægyptiis regnavit secundus OSORTHON, quem Herculem Ægyptii cognominarunt, ann. IX.
Ægyptiis regnavit tertius PSAMMUS ann. X.
Prophetabant apud Hebræos Osee, Amos, Isaias, Jonas.
Septimo Phœnices mare obtinuerunt. Lycurgus Lacedæmoniis jura componit. Lycurgi leges à Lacedæmone juxta sententiam Apollodori hac ætate susceptæ. Trieres prima navigat in Corinthum. Ægyptii post Phœnices mare obtinuerunt. Phidon Argivus mensuras, & pondera primus instituit.
Numitor Procæ superioris Regis filius major à fratre Amulio regno pulsus in agro suo vixit. Filia ejus adimendi partus gratia Virgo Vestalis electa: quæ quum septimo patrui anno geminos

minos edidisset infantes, juxta legem in terra viva defossa est. Verum parvulos juxta ripam Tiberis expositos Faustulus regii pastor armenti ad Accam Laurentiam uxorem suam detulit; quæ propter pulchritudinem, & rapacitatem corporis quæstuosi Lupa à vicinis appellabatur. Vnde ad nostram memoriam meretricum cellulæ Lupanaria dicuntur. Pueri, quum adolevissent, collecta pastorum & latronum manu, interfecto apud Albam Amulio, avum Numitorem in regnum restituunt.

REGES JVDA.

Hebræorum Iuda rex XIII IOATHAM ann. XVI.
Hebræorum Iuda rex XIV ACHAZ ann. XVI.

REGES ISRAEL.

Hebræorum Israel rex XVII PHACEE ann. XX.
Sub hoc Teglath Phalassar Rex Assyrius magnam partem populi Iudæorum in Assyrios transtulit.
Hebræorum XVIII rex OSEE ann. IX.

REGES MEDORUM.

Medis regnavit tertius MEDIDUS ann. XL.

ATHENIENSIUM REGES.

Atheniensibus regnavit XII AESCHYLUS ann. XXIII.
Atheniensibus regnavit XIII ALCMAEON ann. II.
Athenis Principes, qui usque ad mortem suam reipublicæ præerant, desierunt, & in decem annos magistratuum consuetudo conversa est: regnavitq; primus CHAROPS ann. X.

ATHENIENSIUM PRINCIPES DECENNALES.

Atheniensibus regnavit XIV CHAROPS ann. X.

MACEDONUM REGES.

Macedonibus regnavit tertius TYRIMMAS ann. XXXVIII.

LYDORUM REGNUM.

Lydis regnavit primus ARDYSUS ann. XXXVI.

ÆGYPTIORUM DYNASTIA XXIV.

Ægyptiis regnavit BOCCHORIS Saites ann. XLVI.
Prophetabat Osee, Joël, Isaias, Oded.
Bocchoris Ægyptiis jura constituit, sub quo & agnus locutus est. Constituitur Olympias prima secundo anno Æschyli Atheniensium Judicis: in qua Corœbus Eliensis extitit victor. Hanc Africanus temporibus Joatham regis Hebræorum fuisse scribit. Nostra quoque supputatio iisdem temporibus eam exhibuit. Scribit autem Africanus, ut verba ejus ponam, ad hunc modum: *Æschylus Agamestoris filius apud Athenienses obtinuit principatum annis viginti tribus, qua ætate Ioatham regnabat in Ierusalem.* Elii quinquennale certamen agunt, quatuor annis in medio expletis, in quibus Principes annui constituuntur: quam Olympiadem Iphitus filius Praxonidis filii Aemonis primus constituit. Ab hoc tempore Græca de temporibus historia vera creditur. Nam ante hæc, ut cuique visum est, diversas sententias protulerunt. A captivitate Trojæ, usque ad primam Olympiadem, anni CCCCVI. Lacedæmoniorum reges defecerunt. Hoc tempore Teglath Phalassar rex Assyriorum magnam partem Iudæorum populi in Assyrios transtulit, Rege Phacee: quo tempore Arctinus Milesius versificator prope omni metro & opere clarus habetur. Remus & Romulus gene-

generantur à Marte & Ilia. Hesiodus secundum quosdam clarus habetur. Athenis primum Trieres navigavit, Aminocleo primum cursum dirigente. Eumelus Poëta, qui Bugoniam, & Europiam: & Arctinus, qui Æthiopidam composuit, & Ilii Persin, agnoscuntur. In Lacedæmone primus Ephoros, quod magistratus nomen est, constituitur. Fuit autem sub Regibus Lacedæmoniorum ann. CCCL. Cinæthon Lacedæmonius Poëta, qui Telegoniam scripsit, agnoscitur. Theræi Cyrenem condiderunt, oraculo sic jubente. Conditor urbis Battus, cujus proprium nomen Aristoteles. Aradus insula condita. Mare obtinent Milesii. Nonnulli Romanorum scriptores Romam conditam ferunt.

REGES JUDA.

Hebræorum Juda rex XV EZECHIAS	ann. XXIX.
Hebræorum Juda rex XVI MANASSE	ann. LV.

REGES MEDORUM.

Medis regnavit quartus CARDICEAS	ann. XIII.
Medis regnavit quintus DEIOCES	ann. LIV.

REGES ATHENIENSIUM.

Atheniensibus regnavit XV ÆSIMEDES	ann. X.
Atheniensibus regnavit XVI CLIDICUS	ann. X.
Atheniensibus regnavit XVII HIPPOMENES	ann. X.
Atheniensibus regnavit XVIII LEOCRATES	ann. X.
Atheniensibus regnavit XIX APSANDER	ann. X.
Atheniensibus regnavit XX ERYXIAS	ann. X.

ROMANORUM REGES.

Romanis primus regnavit ROMULUS	ann. XXXVIII.

Interregnum anni unius.

Romanis secundus regnavit NUMA, qui & POMPILIUS	ann. XL.

MACEDONUM REGES.

Macedonibus regnavit quartus PERDICCA	ann. LI.

LYDORUM REGNUM.

Lydis regnavit secundus ALYATTES	ann. XIV.
Lydis regnavit tertius MELES	ann. XII.
Lydis regnavit quartus CANDAULES	ann. XVII.
Lydis regnavit quintus GYGES	ann. XXXVI.

ÆGYPTIORUM DYNASTIA XXV. ÆTHIOPUM, REGUM III.

Ægyptiis regnavit primus SABACON	ann. XII.
Ægyptiis regnavit secundus SEVICHUS	ann. XII.
Ægyptiis regnavit tertius TARACOS	ann. XX.

Decem Tribus, quæ vocabantur Israel, & erant in parte Samariæ, victæ à Sennacherib, qui & Salmanassar, rege Chaldæorum, translatæ sunt inter montes Medorum: regnatumque est in Samaria ann. CCL. Sennacherib rex Chaldæorum ad custodiendam regionem Judæam accolas misit Assyrios, qui æmulatores legis Judææ facti Samaritæ nuncupati sunt: quod Latina lingua exprimitur custodes.

Thales Milesius Physicus Philosophus agnoscitur. Cyzicus condita. Lacedæmonii contra Messenios vicennale bellum habebant. Eumelus Corinthius versificator agnoscitur, & Sibylla Erythræa. Mida regnavit in Phrygia. Naxus condita in Sicilia. Syracusæ in Sicilia condi-

conditæ. Mare obtinent Cares. Catina in Sicilia condita. Messena à Lacedæmoniis capitur. Bellum, quod in Thyrea inter Lacedæmonios & Argivos gestum est, hoc tempore fuit. In Sicilia Chersonesus condita. Sibylla, quæ & Herophila, in Samo insignis habetur. Nicomedia condita, quæ prius Astacos vocabatur. Deioces Ecbataniam condit. Hi, qui Partheniæ vocabantur, Tarentum condiderunt: tunc & Corinthii Corcyram. Croton, & Parion, & Sybaris conditæ. Mida, quum apud Phrygas regnaret, sanguine tauri potato extinctus est.

Romæ Palilibus, qui nunc dies festus est, Remus rutro pastorali à Fabio Romuli duce occisus est ob transmissum saltu vallum. Ob Asyli impunitatem magna Romulo multitudo conjungitur. Romulus primus milites sumpsit ex populo, & nobilissimos c senes ob ætatem Senatores, ob similitudinem curæ Patres appellavit. Circensibus Consualibus ludis adornatis Sabinæ raptæ anno ab Urbe condita tertio: & una virginum pulcherrima cunctarum acclamatione rapientum Talasio duci Romuli decernitur. Unde in nuptiarum solennitatibus TALASIO vulgo clamitant: quod scilicet talis nupta sit, quæ Talasium habere mereatur. Ceninenses, Antennates, Crustumenii, Fidenates, Veientes, qui ob raptum Sabinarum bellum moverant, vincuntur à Romulo. Tarpeia clipeis Sabinorum obruta. Unde mons Tarpejus, in quo nunc Capitolium. Romani, Tatio Sabinorum rege regnante cum Romulo, à Curibus QUIRITES appellantur. Romulus apud Capreæ paludem nusquam comparuit: & suadente Julio Proculo, QUIRINI nomine consecratus est. Mortuo Romulo, per quinos dies Senatores Rempublicam rexerunt: atque ita unus annus expletus est: quod tempus Interregnum appellatum est. Numa Pompilius secundus Romæ regnat: nullum cum finitimis bellum gessit: duos menses anno addidit Januarium & Februarium, quum antehac decem tantum menses apud Romanos fuissent. Capitolium quoque à fundamentis ædificavit: & congiarium dedit asses ligneos, & scorteos.

REGES JUDA.

Hebræorum Juda XVII AMON — ann. XII.

Amon secundum LXX Seniorum interpretationem XII annis regnavit: secundum Hebræos annis duobus.

Hebræorum Juda XVIII Rex JOSIAS — ann. XXXII.

MEDORUM REGES.

Medis regnavit sextus PHRAORTES — ann. XXIV.
Medis regnavit septimus CYAXARES — ann. XXXII.

ROMANORUM REGES.

Romanis regnavit tertius TULLUS HOSTILIUS — ann. XXXII.
Romanis regnavit quartus ANCUS MARTIUS — ann. XXIII.
Romanis regnavit quintus TARQUINIUS PRISCUS — ann. XXXVII.

MACEDONUM REGES.

Macedonibus regnavit quintus ARGAEUS — ann. XXXVIII.
Macedonibns regnavit sextus PHILIPPUS — ann. XXXVIII.

LYDORUM REGES.

Lydis regnavit sextus ARDYS — ann. XXXVII.
Lydis regnavit septimus SADYATTES — ann. XV.

ÆGYPTIORVM DYNASTIA XXVI SAITARVM. REGVM IX.

Ægyptiis regnavit primus AMMERRES Æthiops — ann. XII.
Ægyptiis regnavit secundus STEPHINATIS — ann. VII.
Ægyptiis regnavit tertius NECHEPSOS — ann. VI.

Ægyptiis regnavit quartus NECHAO ann. VIII.
Ægyptiis regnavit quintus PSAMMITICHUS ann. XLIV.

Hebræorum Pontifex Maximus Helcias habetur. Jeremias prophetare orsus est hoc tempore. Apud Hebræos prophetabat Olda mulier. Prophetabant Sophonias & Hieremias. Josias rex Judæorum cum Nechaone rege Ægyptiorum congressus occiditur. At mihi miraculo est, quomodo ad unum tempus uterque convenerit, quum Scriptura divina hunc Pharaonem Nechaonem appellet.

Hipponax notissimus redditur. Athenis annui Principes constituti sunt, cessantibus Regibus. Novem Principes ex nobilibus urbis electi præfuerunt annuo imperio Reipublicæ. Cyzicus condita & Locri in Italia. Glaucus Chius primus ferri inter se glutinum excogitavit & junxit. In Sicilia Gela, in Pamphylia Phaselis conditæ. Post Caras mare obtinuerunt Lesbii ann. LXIX. Chalcedon condita. Nudipedalia primum acta in Lacedæmone. Sibylla, quæ & Herophila, in Samo nobilis habetur. Archilochus, & Simonides, & Aristoxenus insignes habentur. Zaleucus legum lator apud Locros frequentibus præconiis celebratur. Cypselus in Corintho tyrannidem exercuit annis XXII. Byzantium condita. Alcmæon clarus habetur, & Lesches Lesbius, qui parvam fecit Iliadem. Acanthus condita, & Stagira. Istrus civitas in Ponto condita, & Abdera. In Ponto Borysthenes condita est. Phalaris apud Agrigentinos tyrannidem exercuit. Lampsacus condita & Abdera. Terpander insignis habetur. Oraculo Dodonæo primum Græcia usa est. Thales Milesius Examii filius primus Physicus philosophus agnoscitur: quem ajunt vixisse usque ad quinquagesimam octavam Olympiadem. Myrthæus Atheniensis poëta agnoscitur. Sinope condita. Lipara condita. Battus condidit Cyrenem. Scythæ usque ad Palæstinam penetraverunt. Prusias condita. Apud Corinthios tyrannidem exercuit Periander. Epidaurus condita, quæ postea vocata Dyrrachium. Phalaris tyrannis destructa. Draco legumlator, ut quibusdam videtur, agnoscitur. Cyaxares adversus Assyrios dimicans, Ninum capit. Arion Methymnæus clarus habetur, qui à Delphino in Tænarum dicitur transportatus. Panætius in Sicilia primus arripuit tyrannidem.

Tullus Hostilius primus Regum Romanorum purpura & fascibus usus est: ac deinde cum sua doma fulmine conflagravit. Idem Tullus Hostilius post longam pacem bella reparavit. Albanos, Vejentes, Fidenates vicit: & adjecto monte Cœlio Urbem valli ambitu ampliavit. Ancus Martius Numæ ex filia nepos Aventinum montem & Janiculum Vrbi addidit: & supra mare tertiodecimo ab Vrbe miliario Ostiam condidit civitatem. Ad extremum morbo periit. Tarquinius Priscus Capitolium construxit, & Jovi dedicavit: Circum Romæ ædificavit, numerum Senatorum auxit: Romanos ludos instituit: muros & cloacas ædificavit. Ad extremum ab Anci filiis occisus est Regis ejus, cui ipse successerat.

REGES JUDA.

Hebræorum Juda XIX JOACHAZ menses III.
Hebræorum Juda XX rex ELIAKIM, qui & JOAKIM, ann. XI.
Hebræorum Juda XXI rex JOACHIM mens. III.
Hebræorum Juda XXII SEDECHIAS ann. XXII.

MEDORUM REGES.

Medis regnavit octavus ASTYAGES ann. XXXVIII.

IMPERIUM PERSARUM.

Cyrus Medorum destruxit imperium, & regnavit Persis, subverso rege Medorum Astyage.
Persis regnavit primus CYRUS ann. XXX.
Persis regnavit secundus CAMBYSES ann. VIII.
Cambysen ajunt secundum Nabuchodonosor vocari, sub quo Judith historia conscribitur.

ROMANORUM REGES.

Romanis regnavit sextus SERVIUS ann. XXXIV.
Romanis regnavit septimus TARQUINIUS SUPERBUS ann. XXXV.

REGES

REGES MACEDONUM.

Macedonibus regnavit ſeptimus AEROPAS	ann. XXVI.
Macedonibus regnavit octavus ALCETAS	ann. XXIX.
Macedonibus regnavit nonus AMYNTAS	ann. L.

REGES LYDORUM.

Lydis regnavit octavus ALYATES	ann. XLIX.
Lydis regnavit nonus CROESUS	ann. XV.

Crœſus à Cyro captus eſt: & Lydorum regnum deſtructum eſt, quod ſtetit ann. CCXXX.

REGES ÆGYPTIORUM.

Ægyptiis regnavit VI NECHAO ſecundus	ann. VI.
Ægyptiis regnavit VII PSAMMITICHUS alter, qui & PSAMMUS,	ann. XII.
Ægyptiis regnavit VIII VAPHRES	ann. XXX.

Hujus quoque Vaphris Jeremias Propheta meminit.

Ægyptiis regnavit IX AMASIS	ann. XLII.

Anno tertio Eliakim Nabuchodonoſor rex Babyloniæ Judæam capit: & in ditionem ſuam redactis plurimis Judæorum, quum etiam partem vaſorum Templi invaſiſſet, tributario Eliakim facto, victor ad ſuos rediit. In Babylone Daniel, Ananias, Azarias, Miſaël clari habentur. Joachim rex Babylonius captum ſecum pertrahit ſecundo veniens ad Judæam. Prophetabant Jeremias & Baruch. In Babylone prophetabant Daniel & Ezechiel. Hebræorum captivitas, & exterminium Templi, quod fuit in Jeruſalem, annis LXX, qui ſupputantur uſque in ſecundum annum Darii. Nabuchodonoſor rex Chaldæorum, Jeroſolymis captis, Templum incendit, quod ab initio ædificationis ſuæ permanſerat annis CCCCXLII. Sententiæ autem noſtræ etiam Clemens congruit in primo Stromate, XLVII Olympiade captivitatem Iudæorum factam eſſe conteſtans, regnante apud Ægyptios Vaphre, apud Athenas Phænippo: & ſupputari LXX annos deſolationis Templi, uſque ad ſecundum annum Darii. Capta Ieroſolyma ab Aſſyriis, ad Vaphrem regem Ægypti Iudæorum reliqui transfugerunt. Mortuo Nabuchodonoſor rege Chaldæorum, ſuſcepit imperium Evilmerodach: cui ſucceſſit frater ejus Baltaſar, cui Daniel eam ſcripturam, quæ in pariete apparuerat, interpretatus eſt ſignificantem imperium Chaldæorum in Medos & Perſas transferendum. In Babylone prophetabant Daniel & Ezechiel. Cyrus Hebræorum captivitate laxata quinquaginta fere hominum millia regredi fecit in Iudæam: qui conſtructo altari, Templi fundamenta jecerunt. Sed quum à vicinis gentibus fabricatio impediretur, imperfectum opus uſque ad Darium permanſit, ſolo tantum altari conſiſtente. Colligitur omne tempus captivitatis Iudæorum anni LXX, qui ſecundum quoſdam à tertio anno Eliakim uſque ad viceſimum annum Cyri regis Perſarum computantur. Porro ſecundum alios, à Ioſiæ Iudæorum anno XIII, ſub quo Ieremias prophetare cœpit, uſque ad primum annum ſupradicti Regis, deſolationis vero templi ſub Dario rege, complentur anni LXX. Prophetabant Aggæus & Zacharias. Eo tempore Ieſus filius Ioſedech, & Zerobabel regii generis filius Salathiel clari habentur, qui & principes fuerunt eorum, qui regreſſi ſunt in Iudæam.

Steſichorus Poëta clarus habetur. Alcman, ut quibuſdam videtur, clarus habetur. Cyaxares Medus ſubvertit Ninum. Pittacus Mitylenæus, qui de ſeptem Sapientibus fuit, cum Phrynone Athenienſi Olympionice congreſſus, eundem interfecit. Camerina urbs condita. Sappho & Alcæus Poëtæ clari habentur. Perinthus condita. Maſſilia condita. Solon Draconis legibus antiquatis, extra eas, quæ ad ſanguinem pertinebant, nova genti, cui præerat, jura conſtituit. Epimenides Athenas emundavit. His temporibus, certantibus in agone Tragos, id eſt hircus, in præmio dabatur: unde ajunt Tragœdos nuncupatos. Corinthiorum monarchia deſtructa eſt. Solis facta defectio, quum futuram eam Thales ante dixiſſet. Alyates & Aſtyages dimicaverunt. Hoc tempore ſeptem Sapientes appellati. Iſthmia poſt Melicertem, & Pythia primum acta. Aſtyages contra Lydos pugnat. Anaximander Mileſius Phyſicus agnoſcitur. Agon Nemeacus primum ab Argivis actus poſt eum, qui ſub Archemoro fuit. Phalaris tyrannidem exercuit ann. XVI. Æſopus interimitur à Delphis. Abaris de Scythia venit in Græciam. Eugammon Cyrenæus, qui Tele-

goniam

goniam scripsit, agnoscitur. Stesichorus moritur. Anaximenes Physicus Philosophus agnoscitur. Simonides clarus habetur. Pisistratus Atheniensium tyrannus in Italiam transgreditur. Chilo, qui de septem Sapientibus fuit, Ephorus Lacedæmone constituitur dispositione communis gentis. Xenophanes Colophonius clarus habetur. Ea, quæ de Crœso memorantur, quomodo tentaret oracula, his fuere temporibus. Crœsus adversum Cyrum bellum init. Cyrus Sardes capit. Templum Apollinis secunda vice incenderunt. Thales moritur. Harpagus, qui apud Cyrum primi loci habebatur, adversus Ioniam dimicat. Crœsus à Cyro captus est. Pisistratus secunda vice Athenis regnat. Theognis Poëta clarus habetur. Hippicus carminum scriptor agnoscitur. Pherecydes historicus clarus habetur. Simonides Lyricus, & Phocylides clari habentur, & Xenophanes Physicus scriptor Tragœdiarum. Anacreon Lyricus poëta cognoscitur. Tomyris regina Massagetarum Cyrum interfecit. Apud Samum tyrannidem exercent tres fratres, Polycrates, Syloson, & Pantagnotus.
Servius ancillæ, sed nobilis captivæ, filius tres montes Urbi addidit, Quirinalem, Viminalem, Esquilinum. Fossas circum muros duxit: censum Romanorum civium primus instituit: & ad extremum Tarquinii Superbi generi sui superioris regis filii scelere occisus est. Tarquinius Superbus socero Servio occiso arripuit imperium: Volscos, Gabios, Vejos, Suessam Pometiam subegit: &, quum oppugnaret Ardeam, caussa Tarquinii junioris filii sui, qui Lucretiam corruperat, regno exclusus est. Tarquinius Superbus excogitavit vincula, taureas, fustes, lautumias, carceres, exilia, metalla, compedes, & catenas.

PERSARUM REGES.

Ægypti XXVII Dynastia, Persarum. Obtinuit quippe Ægyptum Cambyses in anno quinto regni sui, usque ad Darium filium Xerxis, ann. CXI. Post Cambysen duo fratres Magi regnaverunt mensibus VII. Post quos Darius annos XXXVI.

Persis regnavit tertius DARIUS filius Hystaspis	ann. XXXVI.
Persis regnavit quartus XERXES filius Darii	ann. XX.

MACEDONUM REGES.

Macedonibus regnavit decimus ALEXANDER	ann. XLIII.

INITIUM CONSULUM ROMANOR.

Romanorum reges septem à Romulo, usque ad Tarquinium Superbum, imperaverunt ann. CCXL, sive, ut quibusdam placet, CCXLIII.
Romæ post exactos reges primum Consules à Bruto esse cœperunt: deinde Tribuni plebis, ac Dictatores: & rursum Consules Rempublicam obtinuerunt per annos ferme CCCCXLIV. usque ad Julium Cæsarem, qui primus singulare arripuit imperium Olympiade CLXXXIII.

CONSULES ROMANORUM.

BRUTUS primus Consul.
LUCIUS Consul.
LARGIUS Dictator primus.
TITUS.
PUBLIUS.
MARCUS.
CNEJUS.

Prophetabant apud Hebræos novissimi Aggæus, Zacharias, & Malachias. Secundo anno Darii Regis Persarum Templum in Jerosolymis extruitur ab Zorobabele: consummaturque opus anno quarto. Remissio quidem captivitatis Judæorum, & venia Templi ædificandi sub Cyro exordium habuit: sed consummatur Templum sub Dario: quia vicinæ gentes assiduis incursionibus ædificationem Templi impedierunt. Clemens quoque congruit in primo Stromate ita scribens: *Et perseveravit captivitas annis septuaginta, usque ad secundum annum Darii filii Hystaspis, qui Persis, Assyriis, & Ægypto regnavit: sub quo Aggæus, & Zacharias, & unus ex duodecim, qui vocatur Angelus, prophetaverunt: sacerdotioque functus est Iesus filius Iosedech.* Hæc supradictus vir. Quod autem septuagesimus annus desolationis Templi

pli altero anno Darii fuerit expletus, domesticus est testis Zacharias Propheta secundo anno Darii ita dicens: *Domine omnipotens, quousque misereberis Ierusalem, & civitatibus Iuda, quas despexisti hic septuagesimus annus est?* Templum Jerosolymis consummatur, prophetantibus apud Judæos Aggæo, & Zacharia.

Olympias LXV, in qua Persarum regis Darii filii Hystaspis fuit annus secundus. Pythagoras Physicus Philosophus clarus habetur. Hipparchus & Hippias Athenis tyrannidem exercent. Harmodius & Aristogiton Hipparchum tyrannum interfecerunt: & Leæna meretrix amica eorum, quum tormentis cogeretur, ut socios proderet, linguam suam mordicus amputavit. Mare obtinuerunt Æginetæ ann. XX, usque ad transitum Xerxis. Hellanicus historiographus, & Democritus philosophus, & Heraclitus cognomento Tenebrosus, & Anaxagoras Physici clari habentur. Pythagoras philosophus moritur. Æschylus Tragœdiarum scriptor agnoscitur. Bellum, quod in Marathone gestum est, & ea, quæ de Miltiade scribuntur, & Aristide, qui cognominabatur Justus. Panyasis Poëta habetur illustris. Ægyptus recessit à Dario. Gelo obtinuit Syracusas. Pindarus & Simonides Lyrici Poëtæ insignes habentur. Xerxes Ægyptum capit. Aristides cum ignominia ejicitur. Choerilus & Phrynichus illustres habentur. Diagoras agnoscitur, & sectatores ejus Physici Philosophi. Xerxes, quum Athenas venisset, incendit urbem sub Principe Callia. Bellum, quod in Thermopylis gestum est, & apud Salamina navale certamen. Athenienses Piræeum muro vallant. Hieron Syracusis regnat. Æschylus Tragœdiarum scriptor agnoscitur. Bellum in Platæis & in Mycale. Hieron post Gelonem Syracusis tyrannidem exercet. Pindarus clarus habetur. Themistocles in Persas fugit. Sophocles Tragœdiarum scriptor primum ingenii sui opera publicavit. Sophocles & Euripides clari habentur. Herodotus historiarum scriptor agnoscitur. Bacchylides & Diagoras Atheus plurimo sermone celebrantur. Zeuxis præclarus pictor agnoscitur, ex cujus nonnullis imaginibus, quas plurimas apud diversas civitates fecerat, lavacrum Byzantinorum, arbitramur appellatum. Themistocles hausto tauri sanguine moritur. Socrates nascitur.

Pulsis ad Urbe Regibus, vix usque ad XV lapidem Roma tenebat imperium. Valerius Bruti collega adeo pauper mortuus est, ut sumptu publico sepeliretur. Censu Romæ agitato, inventa sunt hominum CXX millia. Nono anno post exactos Reges nova dignitas est creata, Dictatura scilicet, & Magister Equitum, qui Dictatori obsequeretur. Dictator primus LARGIUS: Magister Equitum SPURIUS CASSIUS fuit. Volsci Coriolos perdiderunt. Latini contra Romanos rebellaverunt. Romæ populus à Patribus facta seditione discedit. Marcius, qui Coriolos ceperat, interventu matris Veturiæ & uxoris Tolumniæ ab oppugnatione urbis removit exercitum. CCC Nobiles Fabiæ familiæ à Vejentibus cæsi. Quum in Algido monte Romani milites obsiderentur, à Dictatore Quintio Cincinnato liberati sunt. Romæ virgo Pompilia deprehensa in stupro viva defossa est. Romæ virgo Sunia deprehensa in stupro viva defossa est.

PERSARUM REGES.

Persis regnavit sextus ARTABANUS mens. VII, qui menses in ordine annorum reputantur.
Persis regnavit septimus ARTAXERXES, qui LONGIMANUS cognominabatur, ann. XL.
Persis regnavit octavus XERXES secundus menses II. post quem SOGDIANUS nonus menses VII.
Persis regnavit decimus DARIUS cognomento NOTHUS ann. XIX.

MACEDONUM REGES.

Macedonibus regnavit XI PERDICCA ann. XXVIII.
Macedonibus regnavit XII ARCHELAUS ann. XXIV.

ROMANORUM.

TRIBUNI.
DECEMVIRI.

Ea, quæ de Esther & Mardochæo scripta sunt, quidam affirmant sub Artaxerxe gesta: quod ego non puto. nunquam enim Esdras de Esther siluisset: qui scripsit hoc tempore Esram, & Ne-

& Nehemiam reversos ex Babylone, & ea deinceps consecuta, quæ ab his gesta referuntur. Esdras Sacerdos apud Hebræos insignis cognoscitur: cujus ætate Pontifex Maximus habitus est Eliasib filius Joachin filii Jesu filii Josedech. Fuit autem Esdras eruditissimus legis divinæ, & clarus omnium Judæorum magister, qui de captivitate regressi fuerant in Judæam. Nehemias Hebræus minister vinarius Artaxerxis Regis, concedente sibi Domino suo, vicesimo ejus anno de Babylone venit in Judæam: & tricesimo secundo anno muros urbemque restituit. Scribit Esdras sub Pontifice Iojade filio Ioasib, cui successit Joannes filius suus, qui tempore Alexandri Macedonis fuit, opus fuisse completum. Nehemiam, qui muros Jerusalem construxerat, consummasse opus tricesimo anno Artaxerxis regis Persarum Esdras memorat. Si quis autem ab hoc tempore LXX hebdomadas à Daniele scriptas numeret, quæ faciunt anns CCCCXC, reperiet eas in regno Neronis expletas: sub quo obsideri Ierusalem cœpta secundo postea Vespasiani anno capitur. Huc usque divinæ scripturæ Hebræorum annalia tempora continent. Ea vero, quæ post hæc apud eos gesta sunt, exhibeo de libro Maccabæorum, & Iosephi, & Africani scriptis: qui deinceps universam historiam usque ad Romana tempora persecuti sunt.

Lapis in Ægis fluvio de cœlo ruit. Sicilia à populo regebatur. Cimon juxta Eurymedontem Persas navali pedestrique certamine superat: & Medicum bellum conquiescit. Solis facta defectio. Anaxagoras moritur. Heraclitus clarus habetur. Empedocles & Parmenides Physici Philosophi notissimi habentur. Zeno & Heraclitus Tenebrosus agnoscitur. Pherecydes secundus historiarum scriptor agnoscitur. Cratinus & Plato Comœdiarum scriptores clari habentur. Aristarchus Tragœdiographus agnoscitur. Crates Comicus, & Telesilla, ac Bacchylides Lyricus clari habentur. Praxilla quoque & Cleobulina sunt celebres. Templum Iunonis, quod in Argis fuerat, incensum. Abaris Hyperboranus hariolus agnoscitur: Athenienses & Lacedæmonii fœdus triginta annorum ineunt. Herodotus, quum Athenis libros suos in consilio legisset, honoratus est. Melissus Physicus agnoscitur. Euripides Tragœdiarum scriptor clarus habetur, & Protagoras Sophista, cujus libros decreto publico Athenienses combusserunt. Phidias eburneam Minervam facit. Theætetus Mathematicus cognoscitur. Aristophanes clarus habetur, & Sophocles poëta Tragicus. Democritus Abderites, & Empedocles, & Hippocrates medicus, Gorgias, Hippiasque & Prodicus, & Zeno, & Parmenides Philosophi insignes habentur. Socrates plurimo sermone celebratur. Initium belli Peloponnesiaci. Bacchylides carminum scriptor agnoscitur. Athenienses pestilentia laborant. Thucydides agnoscitur. Pericles moritur. Eupolis & Aristophanes scriptores Comœdiarum agnoscuntur. Ex Ætna monte ignis erumpit. Terra motu apud Locros scissa, Atalante facta est insula. Plato nascitur. Lacedæmonii & Athenienses fœdus percutiunt. Eudoxus Cnidius clarus habetur. Lacedæmonii ver sacrum Heracliam destinantes urbem condunt. Clades, quæ Atheniensibus accidit in Sicilia. Alcibiades profugus abiit ad Tisaphernem. Ægyptus à Persis discessit.

Romæ Clariorum agon centenarius primus actus. Trecentesimo anno ab Urbe condita X viri creati, & post annum ejecti sunt propter Appium Claudium, qui Virginii cujusdam filiam contra Latinos in Algido militantis voluit abducere. Romani per legatos ab Atheniensibus jura petiverunt: ex quibus duodecim Tabulæ conscriptæ. Tribuni plebis & Ædiles Romæ facti, Consulibus ejectis. Romæ rursum Consules creati. Fidenates contra Romanos rebellant. Gens Campanorum in Italia constituta.

PERSARUM REGES.

Persis regnavit XI ARTAXERXES, qui nominatus est MNEMON,	ann. XL.
Persis regnavit XII ARTAXERXES, qui & OCHUS,	ann. XXVI.

MACEDONUM REGES.

Macedonibus regnavit XIII ORESTES	ann. III.
Macedonibus regnavit XIV ARCHELAUS	ann. IV.
Macedonibus regnavit XV AMYNTAS	ann. I.
Macedonibus regnavit XVI PAUSANIAS	ann. I.
Macedonibus regnavit XVII AMYNTAS	ann. VI.
Macedonibus regnavit XVIII ARGAEUS	ann. II.
Macedonibus regnavit XIX AMYNTAS	ann. XVIII.

Mace-

Macedonibus regnavit XX ALEXANDER ann. I.
Macedonibus regnavit XXI PTOLEMÆUS ALORITES ann. IV.
Macedonibus regnavit XXII PERDICCA ann. VI.

Rursus Ægyptiorum renascitur XXVIII Dynastia.

ÆGYPTIORVM DYNASTIA XXVIII.

Ægyptiis regnavit AMYRTÆUS SAITES ann. VI.

ÆGYPTIORVM DYNASTIA XXIX MENDESIORVM. REGVM IV.

Ægyptiis regnavit primus NEPHERITES ann. VI.
Ægyptiis regnavit secundus ACHORIS ann. XII.
Ægyptiis regnavit tertius PSAMMUTHIS ann. I.
Ægyptiis regnavit quartus NEPHERITES menses IV.

ÆGYPTIORVM DYNASTIA XXX SEBENNITARVM. REGVM III.

Ægyptiis regnavit primus NECTANEBIS ann. XVIII.
Ægyptiis regnavit secundus TEOS ann. II.
Ægyptiis regnavit tertius NECTANEBOS ann. XVIII.

ROMANORVM.

CAMILLUS Dictator.
TITUS QUINTIUS Dictator.

Sub Artaxerxe mihi videtur historia, quæ in Ester libro continetur, expleta. Ipse quippe est, qui ab Hebræis Assuerus, à Septuaginta interpretibus Artaxerxes cognominatur.

Eubœa à societate Atheniensium discedit. Dionysius Syracusis tyrannidem exercet. Athenienses sustinent tyrannidem. Isocrates rhetor agnoscitur. Democritus moritur. Alcibiadem Pharnabazes interficit. Cyri regis ascensus, de quo scribit Xenophon. Tyranni Athenis oppressi. Athenienses XXIV literis uti cœperunt, quum ante XVI tantum literas haberent. Xenophon filius Grylli, & Ctesias clari habentur. Socrates venenum bibit. Templum rursum Ephesi incensum. Socratici clari habentur. Diogenes Cynicus agnoscitur. Speusippus insignis habetur. Dionysius in tyrannide perseverat. Eudoxus astrologus agnoscitur. Plato Philosophus agnoscitur. Evagoras in furorem versus, quum regnaret Cypri. Magno terræmotu facto, Elica & Bura Peloponnenses urbes absorptæ sunt. Athenienses Principes Græciæ facti. Isocrates rhetor agnoscitur. Plato, & Xenophon, nec non & alii Socratici clari habentur. Dionysius rex Siciliæ decimo nono anno moritur: post quem junior Dionysius regnum invadit. Theo rex Ægypti fugit in Arabiam. Aristoteles XVIII ætatis annum gerens Platonis auditor est. Alexander Pheræus agnoscitur.

Carthaginiensium bellum famosum. Galli Senones Romam invaserunt, excepto Capitolio. Tribuni militares pro Consulibus esse cœperunt. Prænestini à Romanis victi per Quintium Cincinatum apud flumen Alliam. Camillus Gallos, qui Romanis bellum intulerant, superat.

PERSARVM REGES.

Persis regnavit XIII ARSES Ochi fil. ann. IV.
Persis regnavit XIV DARIUS Arsami fil. ann. VI.

MACEDONVM REGES.

Macedonibus regnavit XXIII PHILIPPUS ann. XXVI.
Macedonibus regnavit XXXIV ALEXANDER Philippi Fil. ann. XII. mens. VII.
Macedonibus regnavit XXV PHILIPPUS ARIDÆUS Alexandri frater ann. VII.
Macedonibus regnavit XXVI CASSANDER ann. XXX.
Macedonibus regnavit XXVII ANTIGONUS & ALEXANDER ann. IV.

Mace-

Macedonibus regnavit XXVIII DEMETRIUS	ann. VI.
Macedonibus regnavit XXIX PYRRHUS menſ. VII.	
Macedonibus regnavit XXX LYSIMACHUS	ann. VI.

ALEXANDRINORUM REGNI INITIUM.

Alexandriæ & Ægypto regnavit primus PTOLEMÆUS Lagi F. ann. XL.

ASIÆ REGNUM.

Aſiæ regnavit primus ANTIGONUS	ann. XVIII.
Aſiæ regnavit ſecundus DEMETRIUS, qui & POLIORCETES,	ann. XVII.

REGNUM SYRIÆ, BABYLONIS, ET SUPERIORUM LOCORUM.

Syriæ regnavit primus SELEUCUS NICANOR ann. XXXI.

ROMANORUM CONSULES.

CAMILLUS Dictator.
TITUS QVINTIUS Dictator.
CAJUS MARCIUS.
MARCUS VALERIUS.
MANLIUS.
DECIUS.
PAPIRIUS.
FABIUS QVINTUS.
DECIUS Conſul.
DOLABELLA.
DOMITIUS.
AIMILIUS Conſul.

Ochus Apodaſmo Judæorum capta in Hyrcaniam accolas tranſlatos juxta mare Caſpium collocavit. Judæorum Pontifex maximus Iaddus clarus habetur. Manaſſes frater Iaddi Pontificis Judæorum templum in monte Garizim conſtruxit. Alexander capta Tyro Judæam invadit, à qua favorabiliter exceptus Deo victimas immolavit, Pontificem Templi honoribus plurimis proſequitur, Andromacho locorum cuſtode dimiſſo, quem poſtea Samaritani interficiunt: ob quæ ab Ægypto reverſus Alexander magnis eos ſuppliciis afficit, & urbem eorum captam Macedonibus ad inhabitandum tradidit. Ptolemæus Lagi filius, Ieroſolymis & Judæa in ditionem ſuam dolo redactis, plurimos captivorum in Ægyptum tranſtulit. Judæorum Pontifex Maximus Onias Iaddi filius clarus habetur. Judæorum Pontifex Maximus Simon Oniæ filius clarus habetur, cui cognomentum fuit Juſto propter ſolicitam in Deum religionem, & in cives ſuos pronam clementiam. Judæorum Pontifex Eleazarus frater Simonis ſuſcipit Templi miniſterium, filio Simonis Onia parvo admodum derelicto.

Demoſthenes orator agnoſcitur. Dionyſius Sicilia pellitur. Alexander Philippi & Olympiados filius naſcitur. Dion Syracuſis interimitur. Hipparinus Dionyſii filius Syracuſis tyrannidem exercet. Erinna Poëtria agnoſcitur. Ægyptiorum regnum deſtructum. Ochus Ægyptum tenuit, Nectanebo in Æthiopiam pulſo, in quo Ægyptiorum regnum deſtructum eſt. Huc uſque Manethos. Ochus Sidonem ſubvertit, & Ægyptum ſuo ſubjunxit imperio. Demoſthenes orator omnium ore celebratur. Dionyſius Corinthum ſub fœdere navigavit. Plato moritur. Poſt quem Academiam Speuſippus tenuit. Dionyſius Corintho expulſus. Speuſippus moritur: cui ſuccedit Xenocrates. Alexander adverſum Illyrios & Thraces feliciter dimicans, ſubverſis Thebis, in Perſas arma corripuit, & apud Granicum flumen regiis ducibus oppreſſis, urbem Sardis capit. Alexandria in Ægypto condita VII anno regis Alexandri: quo tempore etiam Latini à Romanis perdomiti ſunt. Perſarum regnum concidit. Alexander obtinuit Babylonem interfecto Dario: in quo regnum Perſarum deſtructum eſt. Alexander regnavit Aſiæ ab anno regni ſui ſeptimo, uſque in duodecimum: & tenet omnia. Alexander Hyrcanos & Medos capit: revertenſque in Ammone condidit Paratonium. Alexander Aornim Petram capit, & Indum amnem tranſgreditur. Bellum Alexandri in India adverſum

adversum Porum & Taxilem. Harpalus fugit in Asiam. Anaximenes & Epicurus clari habentur. Alexander XXXII ætatis suæ anno moritur apud Babylonem. Post quem translato in multos imperio, diversi regnaverunt. Hinc Alexandrinorum nascitur regnum, quod est Ægypti: & per diversas gentes, quas Alexander tenuerat, diversi regnaverunt. Lydiam & Thraciam, & Hellespontum Lysimachus tenuit. Macedonum duces in seditionem versi. Agathocles Syracusis tyrannidem exercet. Lamiacum motum bellum. Perdicca adversus Ægyptios dimicat. Menander primam fabulam cognomento ὀργὴν docens superat. Theophrastus Philosophus agnoscitur, qui à divinitate loquendi, ut ait Cicero, nomen accepit. Theodorus Atheos agnoscitur. Demetrius Phalereus habetur illustris. Asiæ regnum nascitur, & mox Syriæ. Menedemus & Speusippus Philosophi insignes habentur. Regnum Syriæ & Babylonis, & superiorum locorum nascitur: à quo loco Edesseni sua tempora computant. Maccabæorum historia hinc Græcorum supputat regnum. Verum hi libri inter divinas scripturas non recipiuntur. Demetrius Phalereus ad Ptolemæum veniens impetravit, ut Atheniensibus democratia redderetur. Seleucus Antiochiam, Laodiciam, Seleuciam, Apamiam, Edessam, Beroëam, & Pellam urbes condidit: quarum Antiochiam XII anno regni sui extruxit. Seleucus Babylonem obtinuit. Demetrius rex Asiæ cognomento Polyorcetes Samaritarum urbem vastat, quam Perdicca ante construxerat. Menander Comicus moritur. Seleucus in eas urbes, quas extruxerat, Judæos transfert, jus eis civium, municipalem ordinem cum Græcis æquali honore concedens. Demetrius semetipsum Seleuco tradidit. Seleucus in Cilicia capto Demetrio, Syriæ & Asiæ simul imperavit, & ex utroque regno unum fecit imperium. Serapis ingressus est Alexandriam.

Romani Gallos superant. Romani quum Samnitas duobus præliis cecidissent, universos confines, qui à sua societate discesserant, in ditionem pristinam redigunt. Romanorum Consul Manlius Torquatus filium suum, quod contra imperium in hostes pugnaverat, virgis cæsum securi percussit. Appius Claudius Cæcus Romæ clarus habetur, qui aquam Claudiam induxit, & viam Appiam stravit. Romani Samnites diutissime contra se præliantes ad extremam servitutem sui redigunt. Romani Marsos, & Umbros, & Pelignos superant. Romani colonias deducunt. Censu Romæ agitato, inventa sunt civium Romanorum CCLXX millia. Legati Alexandrini à Ptolemæo primum Romam missi amicitias impetraverunt. Romani Gallos Tyrrhenosque superant: & Sabinorum terra sorte dividitur. Conditæ à Romanis Ariminum, & Beneventum.

MACEDONUM REGES.

Macedonibus regnavit XXXI PTOLEMÆUS CERAUNOS menses IX. post quem XXXII MELEAGRUS mens. II. post quem XXXIII ANTIPATER dieb. XLV.

Macedonibus regnavit XXXIV SOSTHENES	ann. II.
Macedonibus regnavit XXXV ANTIGONUS GONATAS	ann. XXXVI.
Macedonibus regnavit XXXVI. DEMETRIUS	ann. X.
Macedonibus regnavit XXXVII ANTIGONUS	ann. XV.
Macedonibus regnavit XXXVIII PHILIPPUS	ann. XLII.
Macedonibus regnavit XXXIX PERSES	ann. X.

REGES ALEXANDRINI.

Alexandriæ & Ægypto regnavit secundus PTOLEMÆUS PHILADELPHUS	ann. XXXVIII.
Alexandriæ & Ægypto regnavit III PTOLEMÆUS EVERGETES	ann. XXVI.
Alexandriæ & Ægypto regnavit IV PTOLEMÆUS PHILOPATOR	ann. XVII.

Ea, quæ in tertio Maccabæorum libro scripta sunt, sub hoc principe gesta sunt.

Alexandriæ & Ægypto regnavit V PTOLEMÆUS EPIPHANES	ann. XXIV.
Alexandriæ & Ægypto regnavit VI PTOLEMÆUS PHILOMETOR	ann. XXXV.

SYRIÆ REGES.

Syriæ & Asiæ regnavit secundus ANTIOCHUS SOTER	ann. XIX.
Syriæ & Asiæ regnavit tertius ANTIOCHUS THEOS	ann. XV.
Syriæ & Asiæ regnavit quartus SELEUCUS CALLINICUS	ann. XX.

Syriæ

Syriæ & Asiæ regnavit quintus SELEUCUS CERAUNOS ann. III.
Syriæ & Asiæ regnavit sextus ANTIOCHUS MAGNUS ann. XXXVI.
Syriæ & Asiæ regnavit septimus SELEUCUS PHILOPATOR ann. XII.
Secundus liber Maccabæorum apud Judæos hujus temporis gesta continet.
Syriæ & Asiæ regnavit octavus ANTIOCHUS EPIPHANES ann. XI.

ROMANORUM CONSULES.

MARCUS CURIUS Consul.
GENUCIUS Consul.
APPIUS CLAUDIUS.
CNEIUS.
CAJUS.
ATILIUS REGULUS.
MANLIUS.
FABIUS.
LUTATIUS Consul.
SEMPRONIUS.
VALERIUS.
FULVIUS.
LUCIUS.
CAJUS.
SCIPIO.
FLAMINIUS.
PAULUS.
TERENTIUS.
SCIPIO AFRICANUS.
QUINTUS FLAMINIUS.
MARCUS CATO.
TIBERIUS GRACCHUS.
POPILIUS.
LICINIUS.
LONGINUS.
LUCIUS PAULUS ÆMILIUS.
LICINIUS.

Judæorum Pontificatum post Eleazarum avunculus ejus Manasses accepit. Judæorum Pontifex Onias Simonis Justi filius clarus habetur: qui consueta Ptolemæo Regi tributa non reddens ad iram eum impulit. Verum Josephus vir inter suos nobilis legatus à Judæis ad Ptolemæum missus, quum familiaritatem Regis ob plurima in eum meruisset obsequia, dux Judææ, & regionum finitimarum constituitur. Judæorum Pontifex Maximus Simon Oniæ filius clarus habetur: sub quo Jesus filius Sirach Sapientiæ librum componens, quem vocant Panareton, etiam Symeonis in eo fecit mentionem. Victi Judæi: & LX millia armatorum ex numero eorum cæsa. Judæorum Pontifex Maximus Onias filius Simonis insignis habetur: ad quem Lacedæmoniorum rex Arius legatos misit. Antiochus Judæorum erga se cognita voluntate magnis eos muneribus donat, & per epistolas crebris laudibus prosequitur. Simon præpositus templi Jerosolymarum ad Apollonium Phœnices ducem confugiens, multis ei muneribus repromissis, sacerdotium sibi vindicare cœpit: quo Seleucus audito Heliodorum mittit ad negotium pervidendum, qui quum in Judæam venisset, & inique judicasset, multa perperam gerens, divinis adversum se signis deterretur, & ad Seleucum revertitur. Onias autem Sacerdos curaverat, ut Simon profugus fieret. Hyrcanus Josephi Judææ ducis filius, quum ad Ptolemæum perrexisset, honorifice ab eo susceptus est. Verum fratres ejus, seditione contra eum mota, magnarum calamitatum Judææ genti caussa extiterunt. Aristobulus natione Judæus Peripateticus Philosophus cognoscitur: qui ad Philometorem Ptolemæum Explanationum in Moysen commentarios scripsit. Antiochus Epiphanes quum de regione Ptolemæorum, quam subito invaserat, Senatus præcepto recessisset, Judæam venit, ibique Jesu (qui & Iason) fratri Oniæ Pontificatum tradidit. Quo expulso deinde Oniam cognomento Menelaum successorem ei dedit. Itaque ob sacerdotii dignitatem orta seditione inter Principes ingentium mise-

miseriarum semina pullularunt. Antiochus Iudæorum legem impugnat. Ac primum quidem omnem eorum provinciam ad idololatriam compellens, qui parere noluerat, necat. Postea vero Jerosolymam ascendens Templum & vasa Dei, quæ in ministerio fuerant consecrata, vastat, & in Templo Jovis Olympii simulachrum ponit: in Samaria super verticem montis Garizim Jovis Peregrini delubrum ædificavit, ipsis Samaritanis, ut hoc faceret, precantibus. Verum hoc in tempore Mattathias quidam ex Sacerdotibus filius Asamonæi, ex vico Moddim adversum Antiochi duces arma corripiens, fultus etiam auxilio filiorum leges patrias vindicavit, Olympiade CLIII.

Sostratus Cnidius Pharum in Alexandria construxit. Ptolemæus Philadelphus Judæos, qui in Ægypto erant, liberos esse permisit, & vasa Eleazaro Pontifici Ierosolyma votiva transmittens divinas scripturas in Græcam vocem ex Hebræa lingua per LXX interpretes transferre curavit: quas in Alexandriæ Bibliotheca habuit, quam sibi ex omni genere literaturæ comparaverat. Antigonus cognomento Gonatas Lacedæmonem obtinuit. Aratus cognoscitur. Polemo Philosophus moritur: post quem Arcesilas & Crates clari habentur. Zeno Stoicus moritur: post quem Cleanthes. Nicomedes rex Bithyniæ Astacum urbem amplians Nicomediam nuncupavit. Erasistratus medicus agnoscitur. Antigonus Atheniensibus reddidit libertatem. Parthis à Macedonum imperio recedentibus, primus regnavit Arsaces: unde Arsacidæ dicti. Caria & Rhodos ita terræ motu concussæ sunt, ut Colossus magnus ruerit. Eratosthenes agnoscitur. Antiochus rex Syriæ victo Philopatore Ptolemæo Judæam sibi sociat. Ptolemæus Epiphanes, Scopa principe militiæ destinato, Judæam capit, & plurimas Syriæ civitates. Juxta Theram apparuit Insula, quæ vocatur Hiera. Antiochus Scopam superavit, Syriæ urbes recepit, & Judæis voluntate conjungitur. Antiochus in amicitiam Ptolemæi regressus pacem cum eo facit, & Cleopatra filia sua uxore ei tradita, dotis nomine Syriam, Phœnicen, Samariam, Judæamque concedit. Eumenes frater Regis Attali, qui Eumeniam in Phrygia condidit, clarus habetur.

Una virginum Romanarum in corruptione deprehensa percutitur. Milo Romanis Tarentum tradidit. Romani Calabriam Messanamque tenuerunt. Argenteus nummus primum in urbe figuratur. Romani Colonias deduxerunt, multæque urbes in Sicilia ei junctæ. Romæ virgo Vestalis in stupro detecta laqueo vitam explet. Romani Syracusas capiunt. Romani Carthaginienses navali certamine superant, & centum Libyæ urbes capiunt. Carthaginienses XC Romanorum naves in Sicilia capiunt, Metello Consule verso in fugam. Censu Romæ agitato, inventa sunt hominum CCLX millia. Romæ templum Vestæ incensum. Q. Ennius Poëta Tarenti nascitur: qui à Catone Quæstore Romam translatus habitavit in monte Aventino parco admodum sumptu contentus, & unius ancillæ ministerio. Virgo Vestalis Romæ à servo corrupta propria se manu interemit. XL. ferme millia Gallorum à Romanis cæsa. Romæ virgines Vestæ ob stupri reatum terra obrutæ sunt. Romani Marcello Consule Syracusas capiunt. Romani subigunt Capuam & Siciliam. Lævinus cum rege Asiæ Attalo amicitiam facit. Scipio Iberiæ multas urbes recipit. Nævius Comicus Uticæ moritur pulsus Roma factione nobilium, ac præcipue Metelli. Plautus ex Umbria Sarsinas Romæ moritur, qui propter annonæ difficultatem ad molas manuarias pistorem se locaverat, ibi, quoties ab opere vacasset, scribere fabulas solitus, ac vendere. Romani Græcos liberos esse jusserunt, & universa Iberia imperia fecit. Post prælium, quo in Thermopylis victus Antiochus, hoc inter Romanos & eum convenit, ut mille talenta per annos singulos vectigalis nomine eis solveret. Titus Livius Tragœdiarum scriptor clarus habetur: qui ob ingenii meritum à Livio Salinatore, cujus liberos erudiebat, libertate donatus est. Quum ab Antiocho per legatos Annibal reposceretur, cui se à Scipione victus sociaverat, ad Prusiam regem Bithyniæ transfugit: quem quum rursus per Flaminium etiam ab eo Senatus repeteret, quum tradendus esset, venenum bibit, & apud Libyssam Bithyniæ sepultus est. Statius Cæcilius Comœdiarum scriptor clarus habetur, natione Insuber Gallus, & Ennii primum contubernalis. Quidam Mediolanensem ferunt. Mortuus est anno post mortem Ennii, & juxta Janiculum sepultus. Ennius Poëta septuagenario major articulari morbo periit: sepultusque in Scipionis monumento via Appia, intra primum ab Urbe milliarium. Quidam ossa ejus Rudiam ex Janiculo translata affirmant. Romani interfecto Perse, Macedonas, Illyricos, & Galatas liberos esse jusserunt.

ALEXANDRINI REGES.

Alexandriæ & Ægypto regnavit septimus PTOLEMÆUS EVERGETES secundus ann. XXIX.

Alexan-

Alexandriæ & Ægypto regnavit octavus PTOLEMÆUS PHYSCON, qui & SOTER,	ann. XVII.
Alexandriæ & Ægypto regnavit nonus PTOLEMÆUS ALEXANDER	ann. X.

SYRIÆ REGES.

Syriæ & Asiæ regnavit nonus ANTIOCHUS EUPATOR	ann. II.
Syriæ & Asiæ regnavit decimus DEMETRIUS SOTER	ann. XII.
Syriæ & Asiæ regnavit XI ALEXANDER	ann. X.
Syriæ & Asiæ regnavit XII DEMETRIUS	ann. III.
Syriæ & Asiæ regnavit XIII ANTIOCHUS SIDETES	ann. IX.

Primus liber Maccabæorum hujus temporis historiam continet.

Syriæ & Asiæ regnavit XIV DEMETRIUS	ann. IV.
Syriæ & Asiæ regnavit XV ANTIOCHUS GRYPUS	ann. XII.
Syriæ & Asiæ regnavit XVI ANTIOCHUS CYZICENUS	ann. XVIII.
Syriæ & Asiæ regnavit XVII PHILIPPUS	ann. II.

Huc usque Syria possessa per Reges in Romanorum ditionem cessit.

JUDÆORUM DUCES.

Iudæorum IUDAS MACCABÆUS	ann. III.
Iudæorum IONATHAS	ann. XIX.
Iudæorum SIMON	ann. VIII.
Iudæorum IOHANNES HYRCANUS	ann. XXVI.
Iudæorum ARISTOBULUS Rex	ann. I.
Iudæorum IANNÆUS ALEXANDER Rex	ann. XXVII.

ROMANORUM CONSULES.

LUCIUS CENSORINUS MARCIUS.
SERVIUS FLACCUS FULVIUS.
QUINTUS.
LUCIUS CÆCILIUS METELLUS.
QUINTUS MUCIUS.
FABIUS QUINTUS.
PUBLIUS.
LUCIUS CALPURNIUS.
CAJUS.
QUINTUS CAEPIO.
MANLIUS.
IULIUS.
LUCIUS MARCIUS.

Iudæorum dux Iuda, qui & Maccabæus, filius Mattathiæ Antiochi duces ab Iudæa expellens, & Templum ab idolorum imaginibus emundans patrias leges post triennium suis civibus reddidit Olympiade CLIV. Menelao Pontifice Iudæorum à juniore Antiocho occiso, qui prius Iudæam Epiphani Antiocho prodiderat, Alcimus alienus à genere sacerdotali ambitione pontificatum invadit. Ob quod Onias filius Pontificis Oniæ Ægyptum transmigrans in Heliopolitano pago civitatem nominis sui condidit, templo ad similitudinem patrii Templi constructo. Alcimus vero adversum Iudam Maccabæum inimitias gerens, post non multum temporis Dei ira percussus interiit. Ac sic cum omnium Iudæorum favore Iudæ Maccabæo sacerdotium decernitur: qui dignitate suscepta legatos Romam dirigit. Decrevitq; Senatus Iudæos amicos & auxiliatores Romanorum habendos. Iuda adversum Demetrii duces inito prælio occiditur, tribus annis pontificatu gesto. Iudæorum dux Ionatha frater Iudæ, Bacchide duce Demetrii Iudæa expulso, pontificatum suscepit. Alexander Antiochi, qui Epiphanes cognominatus est, filius, Syriæ & Asiæ imperans Ionatham corona & multis insignibus donis prosequitur. Samaritani & Iudæi Alexandriæ, Ptolemæo judicante, contendunt de honoribus ex utraq; parte Templo suo deferendis. Et superant Iudæi. Ionatha

tha dux Judæorum pariter & Pontifex cum Romanis & Spartiatis amicitias facit. Tryphon Jonatham Pontificem Judæorum interfecit, & in sacerdotium frater Jonathæ Simon assumitur. Simoni Judæorum Pontifici pariter & Principi Romani, & Spartiatæ, legatione ejus libenter excepta, amicalia misere scripta. Antiochus Sidetes rex Syriæ adversum Judæâ arma corripiens, & Jerosolymam vallo circundans; quum ad conditiones Pontificem Simonem compulisset, recedit Olympiade CLXII. Simon Judæorum Pontifex interficitur, cui succedit filius suus Johannes Hyrcanus. Iohannes dux Iudæorum & Pontifex adversum Hyrcanos bellum gerens Hyrcani nomen accepit, & à Romanis jus amicitiæ postulans decreto Senatus inter amicos relatus est. Hyrcanus Pontifex Iudæorum Samariam, quæ nostro tempore *Sebaste* vocatur, obsidione captam solo coæquavit, quam postea Herodes restaurans Sebasten in honorem Augusti vocari voluit. Ionatha gloriose apud Iudæos principatum gerit. Aristobulus filius Ionathæ Rex pariter & Pontifex primus apud Iudæos diadematis sumpsit insigne post CCCCLXXXIV annos Babylonicæ captivitatis. Post quem regnavit Iannæus cognomēto Alexander, qui Pontificatū quoque administrans crudelissime civibus præfuit.

Aristarchus Grammaticus agnoscitur. Pseudophilippus regnat in Macedonia anno uno. Alexandro filio Balæ Regis Syriæ Ptolemæus filiam suam tradidit uxorem. Trypho Antiochum occidit Alexandri filium. Ptolemæus Demetrio filiam suam tradidit uxorem cum regno, quod abstulerat Alexandro. Tryphon Syriæ regnum conatus invadere Antiocho filio Alexandri interfecto, ad extremum & ipse supermoritur. Post Demetrium regnavit universæ Syriæ frater ejus Antiochus, qui cognominatus est Sidetes. Arsaces Parthus Antiochum interfecit. Juxta Aeoli insulas, igne ex flatu suscitato, apparuit Insula, quæ nunc Hiera vocatur. Antiochus Cyzicenus Grypo ejecto Syriam obtinuit, ac rursum Grypus superato Cyziceno eandem recepit. Ita ex successione regnabant adversum se invicem dimicantes. Rhodo terræmotu concussâ, Colossus ruit. Expulso de regno Physcone Ptolemæo per matrem Cleopatram & in Cyprum secedente, Ptolemæus, qui & Alexander, succedit. Seleucus ab Antiocho filio Cyziceni vivus exuritur. Antiochus in Parthos fugiens Pompejo se deinceps tradidit. Post quem Philippus captus est à Gabinio.

Publius Terentius Carthaginiensis Comœdiarum scriptor ob ingenium & formam libertate donatus in Arcadia moritur: qui primam Andriam, antequam Ædilibus venderet, Cæcilio multum se miranti legit. Pacuvius Brundusinus Tragœdiarum scriptor clarus habetur: vixitque Romæ quoad picturam exercuit, ac fabulas vendidit. Deinde Tarentum transgressus prope nonagenarius diem obiit. Romani interfecto Pseudophilippo Macedonas tributarios faciunt. Lucilius poëta nascitur. Descriptione Romæ facta, inventa sunt hominum CCCXXII millia. Oppius Gallos capit, & Carthago in ditionem Romanam per Scipionem redigitur, habens à conditione sui annos DCLXVIII: ut vero alii affirmant, DCCLVIII. Scipio Numantinos subvertit. Brutus Iberiam usque ad Oceanum subegit. Lucius Accius Tragœdiarum scriptor clarus habetur, natus Mancino & Serrano Consulibus, parentibus libertinis: & seni jam Pacuvio Tarenti sua scripta recitavit: à quo & fundus Accianus juxta Pisaurum dicitur, quia illuc inter colonos fuerat ex Urbe deductus. Bellum servile ortum in Sicilia. Attalus moriens regni sui populum Romanum instituit heredem. Servi, qui in Sicilia rebellabant, obsidionis necessitate compulsi ad sua invicem cadavera devoranda conversi sunt. Arverni nobilissima Galliarum urbs capta, & Rex Vituitus. Narbonam coloniæ deductæ. M. Terentius Varro Philosophus & Poëta nascitur. Jugurtha contra Romanos dimicans capitur. Cicero Arpini nascitur matre Helvia, patre equestris ordinis & regio Volscorum genere. Turpilius Comicus senex admodum Sinuessæ moritur. C. Lucilius Satyrarum scriptor Neapoli moritur, ac publico funere effertur, anno ætatis XLVI. M. Furius Poëta cognomento Bibaculus Cremonæ nascitur. CC millia Cimborum cæsa. LXXX millia capta per Marium cum duce Teutomodo. C. Marius quinquies Consul juxta Eridanum Cimbros superat, & de his cum Catulo triumphat. Thraces à Romanis victi. Rursum in Sicilia bellum civile consurgit. Aquilius in Sicilia bellum servile compescuit. Ptolemæus rex Cyrenæ moriens Romanos testamento dimisit heredes. T. Lucretius Poëta nascitur: qui postea amatorio poculo in furorem versus, quū aliquot libros per intervalla insaniæ conscripsisset, quos postea Cicero emendavit, propria se manu interfecit anno ætatis XLIV.

ALEXANDRINORUM REGES.

Alexandriæ & Ægypto regnavit X PTOLEMÆUS Cleopatræ filius	ann.	VIII.
Alexandriæ & Ægypto regnavit XI PTOLEMÆUS DIONYSUS	ann.	XXX.
Alexandriæ & Ægypto regnavit XII CLEOPATRA	ann.	XXII.

JUDÆORUM REGES.

Judæis regnavit ALEXANDRA, quæ & SALINA, ann. IX.
Judæis regnavit HYRCANUS Pontifex ann. XXXIV.

ROMANORUM CONSULES.

SULLA.
MARIUS CAJUS.
POMPEJUS.
MARCELLUS.

Ex hoc loco continua Romanis nascuntur imperia in diem vitæ Principalis: & regnat apud Romanos primus omnium Cajus Julius Cæsar: qui primus apud Romanos singulare arripuit imperium. à quo Cæsares Romanorum Principes appellati.

Jannæus plurimas civitates capit. Alexandra, quæ & Salina, uxor Alexandri Jerosolymis regnavit: ex cujus ætate Judæos rerum confusio & variæ clades oppresserunt. Judæi Romanorum per Pompejum vectigales facti: & Pontificatum apud eos suscepit Hyrcanus annis XXXIV. Aristobulus & Hyrcanus filii Alexandræ contra se de imperio dimicantes occasionem præbuere Romanis, ut Judæam invaderent. Itaque Pompejus Ierosolymam veniens, capta urbe & Templo reserato, usque ad Sancta Sanctorum accedit: Aristobulum vinctum secum abducit: Pontificatum confirmat Hyrcano: deinde Antipatrum Herodis Ascalonitæ filium procuratorem Palæstinæ facit. Pompejus captis Ierosolymis tributarios Iudæos facit.

Ptolemæus, qui à matre fuit ejectus, regressus de fuga regnum obtinuit, quia Alexandrum, qui ante eum fuerat, ob interfectionem matris cives pepulerant. Templum tertio apud Delphos à Thracibus incensum, & Romæ Capitolium. Apollodorus Pergamenus Græcus orator, præceptor Callidii & Augusti clarus habetur. Simulacrum Olympii Iovis tactum fulmine. Diodorus Siculus Græcæ scriptor historiæ clarus habetur.

Bellum adversum Romanos Picentes, Marsi, Pelignique moverunt. L. Pomponius Bononiensis Atellanarum scriptor clarus habetur. Plotius Gallus primus, Romæ Latinam Rhetoricam docuit: de quo Cicero sic refert: *Memoria teneo pueris nobis primum Latine docere cœpisse Plotium quendam.* C. Valerius Catullus scriptor Lyricus Veronæ nascitur. Sallustius Crispus scriptor historicus in Sabinis Amiterni nascitur. Sulla Athenienses vastat. Descriptione Romæ facta, inventa sunt hominum CCCCLXIII millia. P. Terentius Varro vico Atace in provincia Narbonensi nascitur: qui postea XXXV annum agens Græcas literas cum summo studio didicit. Vultacilius Plotus Latinus Rhetor CN. Pompei libertus & doctor scholam Romæ aperuit. Vicesimo sexto anno ætatis Cicero Quintium defendit. Sulla Romam obtinuit, & post biennium moritur. Roscio contra Chrysogonum defenso, Cicero Athenas secedit, & inde post triennium Romam regreditur. Pompejus gloriosissime triumphat. Lepidus publicus hostis judicatur. Titus Quintius Atta scriptor Togatarum Romæ moritur: sepultusque via Prænestina ad miliarium secundum. Bellum gladiatorium in Campania. L. Lucullus primus impetator appellatus est victa Armenia, Mesopotamia, & Nesibi cum fratre Regis capta. Pompejus universam Iberiam subjugavit. M. Lucullus de Bessis triumphavit, capta Cabyle, & Tomis, & cæteris vicinis urbibus. Crassus triumphavit. Virgilius Maro in pago, qui Andes dicitur, haud procul à Mantua nascitur, Pompejo & Crasso Consulibus. M. Porcius Cato Stoicus Philosophus agnoscitur. Antiochia Syriæ capta à Romanis. Creticum bellum motum: unde Metellus Creticus. Lucus Daphnensium juxta Antiochiam à Pompejo Appollini consecratur. Libya per testamentum Apionis Regis Romanis relicta. Horatius Flaccus Satyricus & Lyricus Poëta libertino patre Venusi nascitur. Ea quæ de Catilina, Cethego, Lentulo, & Consule Cicerone Sallustius scribit, & Livius, hoc gesta sunt tempore. Cicero in exilio annum fecit honorifice susceptus à Plancio. Pompejus imperator appellatus. Cæsar Lusitaniam, & quasdam insulas in Oceano capit. Messala Corvinus orator nascitur, & Titus Livius Patavinus scriptor historicus. Virgilius Cremonæ studiis eruditur. Catullus tricesimo ætatis anno Romæ moritur. M. Callidius orator clarus habetur: qui bello postea civili Cæsarianas partes secutus, quum Togatam Galliam regeret, Placentiæ obiit. Cæsar Rhenum transiens Germanos vastat. Crassus Consul cum filio suo apud Carras captus. Ventidius primus Romanorum Parthos superat. Curio promptus & popularis orator Romæ habetur insignis, qui deinceps in Africa pudore amissi exercitus mori maluit, quam evadere. Virgilius sumpta virili toga Mediolanum trans-

transgreditur, & post breve tempus Romam pergit. Cæsar Germanos & Gallos capit. Principium belli civilis Cæsaris, & Pompeji. Diodorus Siculus Græcæ scriptor historiæ clarus habetur. Pompejus prælio victus & fugiens à spadonibus Alexandrini regis occiditur. M. Cælius prætor & T. Annius Milo exules oppressi sunt, res novas in Thuriano Brutioque agro simul molientes.

ROMANORUM MONARCHIA.

Romanis regnavit primus C. JULIUS CÆSAR ann. IV. mens. VII.

Ab hoc loco Antiocheni sua tempora computant.

Romanis regnavit secundus OCTAVIANUS CÆSAR ann. LVI. mens. VI. à quo AUGUSTI Reges Romanorum.

JUDÆORUM REGES ALIENIGENÆ.

Deficiente Pontificum principatu Judæis regnavit Herodes alienigena.

Judæis regnavit primus HERODES Antipatri Ascalonitæ Fil. ann. XXXVII.

Judæis regnavit secundus ARCHELAUS Herodis Fil. ann. IX.

Decretum Senatus & Atheniensium ad Judæos mittitur, qui per legationem amicitiam postularant. Cassius capta Judæa Templum spoliat. Antigonus contra Judæos dimicans tandem occiditur: à quo, usque in præsens tempus, Jerosolymarum regnum destructum est. Si quidem Herodes post eum à Romanis constitutus est Princeps alienigena, & nihil omnino pertinens ad Judæam. Herodes Antipatri Ascalonitæ, & matris Cypridis Arabissæ filius à Romanis Judæorum suscepit principatum : cujus tempore Christi nativitate vicina, Regnum & Sacerdotium Judææ, quod prius per successiones minorum tenebatur, destructum est, completa prophetia, quæ ita per Moysen loquitur: *Non deficiet Princeps ex Iuda, neque dux de femoribus ejus, donec veniat cui repositum est. & ipse est expectatio gentium.* In hoc etiam loco Christus, quem Danielis scriptura significat, accepit finem. Nam usque ad Herodem, Christi, id est Sacerdotes, erant reges Judæorum: qui imperare cœperunt à sexagesima quinta Olympiade, & ab instauratione Templi sub Dario, usque ad Hyrcanum, & centesimam sextam Olympiadem, annis CCCCLXXXIII in medio transactis: quos Daniel quoque significat dicens: *Et scies & intelliges: Ab initio sermonis restaurandi, & ædificandi Ierusalem, usque ad Christi principatum, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ:* quæ Hebdomades LXIX faciunt annos CCCCLXXXIII: in quibus Christi, id est Sacerdotes per unctionem consecrati regnaverunt, usque ad Hyrcanum: quo extremo omnium à Parthis capto, Herodes Antipatri filius nihil ad se pertinentem Iudæam ab Augusto & Senatu accepit: filiique ejus post eum regnaverunt usque ad novissimam Ierosolymarum captivitatem, nequicquam ex successione sacerdotalis generis Pontificibus constitutis, neque perpetuitate vitæ secundum legem Moysi servientibus Deo. Ignobiles vero quidam, & alio tempore alii, & nonnulli unius anni, sive modico amplius à Romanis Imperatoribus Sacerdotium emebant. Quæ omnia etiam Propheta Daniel vaticinatur dicens: *Et post hebdomadas VII, & LXII interibit Chrisma, & judicium non erit in eo: & Templum & Sanctum corrumpet populus duce veniente: & cædentur in cataclysmo belli.* Et in consequentibus: *Et super Templum*, inquit, *abominatio desolationum: & usque ad consummationem temporum consummatio dabitur super desolationem.* Herodes Ananielum quendam Babylonia accitum Pontificem Judæorum constituit: & post exiguum temporis Aristobulum fratrem uxoris suæ, nepotem Hyrcani successorem ei dedit: quo post annum interfecto, rursum Ananiëlo reddidit sacerdotium. Herodes apud Jerosolymam multas & magnas ædes construit. Herodes Samariam olim jam in cineribus sedentem à fundamentis suscitans, in honorem Augusti Augustam, id est Sebasten appellavit: & in Paneade hoc templum, quod vocavit Panion, extruxit. Herodes Cæsaream in nomine Cæsaris condidit, quæ prius Turris Stratonis vocabatur. Herodes Anthedonam condidit: & Antipatridam atque Herodion in honorem patris Antipatri & suum extruxit. Innumerabilia quoque opera in singulis Syriarum urbibus, quas regebat, solertissime ædificavit. Herodes Hyrcanum, qui olim sacerdos Judæorum fuerat, de captivitate Parthica regressum, & filium ejus, qui sacerdotio patris successerat, interficit. Sororem quoque ejus uxorem suam cum duobus propriis filiis jam adolescentibus, & matrem uxoris occisæ socrum suam crudelissime necat. Herodes ad ea, quæ supra crudelissime gesserat, etjam hoc addidit. Virum sororis suæ Salomæ interfecit: & quum eam alii tradidisset uxorem, etiam hunc necat. Scribas quoque & interpretes divinæ leges simili scelere occidit. Quirinus

nus ex consilio Senatus in Iudæam missus censum domuum possessionumque describit. Iesus Christus filius Dei in Bethleem Juda nascitur. Tertullianus in eo libro, quem contra Iudæos scripsit, affirmat Christum quadragesimo anno Augusti natum, & quintodecimo Tiberii esse passum. Colliguntur omnes ab Abraham, usque ad nativitatem Christi, anni duo millia quindecim. Iudas Galilæus ad rebellandum Iudæos cohortatur. Herodes, quum Christi nativitatem Magorum indicio cognovisset, universos in Bethleem pueros jussit interfici. Herodes morbo intercutis aquæ, scatentibus toto corpore vermibus, miserabiliter & digne moritur. In Herodis locum Archelaus ab Augusto substituitur: & Tetrarchæ fiunt quatuor fratres ejus, Herodes, Antipater, Lysias, & Philippus. Archelaus nono anno regni sui in Viennam urbem Galliæ relegatur.

Ptolemæi cadaver cum lorica aurea in Nilo inventum. Cæsar in Ægypto regnum Cleopatræ confirmat ob stupri gratiam. Romæ basilica Iulia dedicata. Prohibitæ lecticis margaritisque uti quæ nec viros, nec liberos haberent, & minores essent annis quinquaginta quinque. Nigidius Figulus Pythagoricus & Magus in exilio moritur. Antonius decernit Quintilem mensem Iulium debere dici, quia in eo fuisset natus Iulius. Cassius Iudæa capta templum spoliat. Idibus Martiis C. Iulius Cæsar in curia occiditur: & fasces statim suscepit P. Dolabella. C. Cæsaris corpus in Rostris ob honorem concrematum. Servius Sulpitius Iurisconsultus, & P. Servilius Isauricus publico funere elati. Romæ tres simul Soles exorti paulatim in eundem orbem coaluerunt. Inter cætera portenta, quæ toto orbe facta sunt, bos in suburbano Romæ ad arantem locutus est, *Frustra se urgeri. Non enim frumenta, sed homines brevi defuturos*. Antonius adversum Cæsarem Augustum bellum movet. Laberius Mimorum scriptor decimo mense post C. Cæsaris interitum Puteolis moritur. Publius Mimographus natione Syrus Romæ scenam tenet. Cicero in Formiano suo ab Herennio & Popilio occiditur LXIV ætatis suæ anno; cujus caput cum manu dextra pro Rostris positum: juxtaque coronata imago Popilii militis, qui eum occidirat. Ovidius Naso nascitur in Pelignis. C. Falcidius Tribunus plebis legem tulit, ne quis plus testamento legaret, quam ut quarta pars hæredibus superesset. Curtius Salassus in insula Arada cum quatuor cohortibus vivus combustus est, quod tributa gravius exigeret. Vibium Maximum designatum Quæstorem agnovit dominus suus, & abduxit. E taberna meritoria trans Tiberim oleum terra erupit, fluxitque toto die sine intermissione, significans Christi gratiam ex gentibus. Antonium superat Augustus, & interveniente Senatu in amicitiam cum eo regreditur. Cornificius poëta à militibus destitutus interiit, quos sæpe fugientes *galeatos lepores* appellaverat. Hujus soror Cornificia, cujus extant insignia epigrammata. Templa Rhodiorum depopulatus est Cassius. Secunda secessio Augusti & Antonii. Cornelius Nepos scriptor historicus clarus habetur. Furnii, pater & filius, clari oratores habentur: quorum filius Consularis ante patrem moritur. Sallustius diem obiit quadriennio ante Actiacum bellum. M. Bavius poëta, quem Virgilius in Bucolicis notat, in Cappadocia moritur. Antonii, & Augusti fœdus. Colonias deduxere Romani. Augustus triumphavit pedestris certaminis triumpho. Antonius Cleopatræ Arabiam tradidit. Augusti & Antonii tertiæ dissensionis exordium: quod repudiata sorore Cæsaris Cleopatram duxisset uxorem. Nicetes, & Hybreas, & Theodorus, & Plutio nobilissimi artis rhetoricæ Græci præceptores habentur. Cleopatra & Antonius semet interficiunt, & Ægyptus fit Romana provincia: quam primum tenuit Cornelius Gallus, de quo Virgilius scribit in Bucolicis. Usque ad Cleopatram, qui vocabantur Lagidæ in Ægypto, regnaverunt annis ducentis nonaginta quinque. Hinc quidam primum annum Augusti monarchiæ supputant. Artorius medicus Augusti post Actiacam victoriam naufragio periit. Cæsar Augustus appellatus: à quo Sextilis mensis Augusti nomen accepit. Cum ingenti triumphorum pompa Augustus Romam ingressus: & Cleopatræ liberi Sol & Luna ante currum ejus ducti. Nicopolis juxta Actiacum condita, & *Agon Actiacus* constitutis. Augustus Romanis plurimas leges statuit. Censu Romæ agitato inventa sunt civium Romanorum centena & LXIV millia. Anaxilaus Larissæus Pythagoricus & Magus ab Augusto urbe Italiaque pellitur. M. Terentius Varro Philosophus prope nonagenarius moritur. Thebæ Ægypti usque ad solum dirutæ. Cornelius Gallus Forojuliensis, poëta, à quo primum Ægyptum rectam supra diximus, quadragesimo ætatis suæ anno propria se manu interfecit. Tralles terræ motu consederunt. Indi ab Augusto per legatos amicitiam postularunt. Messala Corvinus primus præfectus Urbis factus sexto die magistratu se abdicavit incivilem potestatem esse contestans. Augustus Calabriam & Gallos vectigales facit. Munacius Plancius Ciceronis discipulus, orator, habetur insignis:

gnis: qui quum Galliam comatam regeret, Lugdunum condidit. M. Lollius Galatiam Romanam provinciam facit. Augustus, quum ei monarchia deferretur, renuit. Quintilius Cremonensis Virgilii & Horatii familiaris moritur. Augustus Cyzicenos libertate privavit. Pylades Cilix Pantomimus, quum veteres ipsi canerent & saltarent, primus Romæ chorum & fistulam sibi præcinere fecit. Tiberius ab Augusto missus occupavit Armeniam. Atratinus, qui septemdecim natus annos Cœlium accusaverat, clarus inter oratores habetur: & ad extremum morborum tædio in balneo voluntate exanimatus heredem dereliquit Augustum. Cantabri res novas molientes opprimuntur. Virgilius Brundusii moritur Sentio Augurino & Lucretio Cinna Coss. Ossa ejus Neapolim translata in secundo ab urbe miliario sepeliuntur, titulo istiusmodi supra scripto, quem moriens ipse dictaverat:

MANTUA ME GENUIT. CALABRI RAPUERE. TENET NUNC PARTHENOPE. CECINI PASCUA, RURA, DUCES.

Germanos in arma versos M. Lollius superat. Varius & Tucca Virgilii & Horatii contubernales, Poëtæ, habentur illustres: qui Æneidum postea libros emendarunt sub ea lege, ut nihil adderent. Augustus Cajum Agrippam adoptavit in filium. Æmilius Macer Veronensis Poëta in Asia moritur. Tiberius Vindelicos, & eos, qui Thraciarum confines erant, Romanas provincias fecit. Bosphorum Agrippa capit. Augustus à Senatu Pontifex Maximus appellatur. Tiberius Cæsar de captis Pannoniis triumphat. Horatius quinquagesimo ætatis suæ anno Romæ moritur. Passienus pater declamator insignis diem obiit. Tiberius vastata Germania imperator appellatur. Tiberius de Retis, Vindelicis, Armeniis & Pannoniis triumphavit. Albucius Silo Novariensis clarus rhetor agnoscitur. Augustus filiam suam Juliam in adulterio deprehensam damnat exilio. M. Tullius Tiro Ciceronis libertus, qui primus notas commentus est, in Puteolano prædio, usque ad centesimum annum consenescit. Augustus gladiatorum ludum & navale certamen exhibuit. M. Melissus Spoletinus Grammaticus agnoscitur. M. Porcius Latro Latinus declamator tædio duplicis quartanæ semet interficit. C. Cæsar amicitiam cum Parthis facit. Augustus Tiberium & Agrippam in filios adoptavit. Asinius Pollio orator & Consularis, qui de Dalmatiis triumpharat, LXXX ætatis suæ anno in villa Tusculana moritur. Fames Romæ ita ingens facta, ut quinque modii venderentur denariis XXVII semis. Tiberius Cæsar Dalmatas Sarmatasque in Romanam redigit potestatem. Messala Corvinus orator ante biennium, quam moreretur, ita memoriam ac sensum amisit, ut vix pauca verba conjungeret: & ad extremum ulcere sibi circa sacram spinam nato, inedia se confecit anno ætatis LXXII. Augustus cum Tiberio filio suo censum Romæ agitans invenit hominum nonagesies tercentena & septuaginta millia. Defectio Solis facta: & Augustus LXXVII ætatis suæ anno Atellæ in Campania moritur, sepeliturque Romæ in Campo Martio.

TIBERIUS CÆSAR tertius Romanorum imperator regnavit ann. XXIII. Hic multos reges ad se per blanditias evocatos nunquam remisit: in quibus & Archelaum Cappadocem: cujus regno in provinciam verso, Mazacam nobilissimam civitatem Cæsaream appellari jussit. Drusum consortem regni facit: qui veneno periit. XV ejus anno JOHANNES filius Zachariæ in deserto juxta Jordanem fluvium prædicat, & hinc ipse quoque Dominus JESUS CHRISTUS in populo salutarem viam annunciat. XVIII anno ejus JESUS CHRISTUS secundum prophetias ad passionem venit. XIX anno Ecclesiæ Jerosolymitanæ primus Episcopus ab Apostolis ordinatur JACOBUS frater. Ex quo loco considerandum, quantæ deinceps calamitates Judæorum gentem oppresserint. Sejanus Præfectus Tiberii, qui apud eum plurimum poterat, instantissime cohortatur, ut gentem Judæorum deleat. Philo meminit in libro legationis secundo. Pilato de Christianorum dogmate ad Tiberium referente, Tiberius retulit ad Senatum, ut inter cætera sacra reciperetur. Verum quum ex consulto Patrum Christianos eliminari Urbe placuisset, Tiberius per edictum accusatoribus Christianorum comminatus est mortem. Philippus Tetrarcha Paneadem, in qua plurimas ædes extruxerat, Cæsaream Philippi vocavit, & Iuliadem civitatem aliam. Tiberius in Campania moritur.

CAJUS CÆSAR cognomento CALIGULA quartus Romanorum imperator regnavit ann. III. mens. X. Hic semetipsum in Deos retulit. Memmii Reguli uxorem duxit, impellens eum, ut uxoris suæ patrem esse se scriberet. Petronio præfecto Syriæ præcepit, ut in Ierosolymis statuam suam sub nomine Iovis Optimi Maximi poneret. Itaque toto orbe Romano, sicuti Philo scribit, & Iosephus, in Synagogis Iudæorum statuæ, & imagines, & aræ Cajo Cæsari consecratæ. Plurimi nobilium ab eo interfecti. Sorores suas, quibus stuprum intulerat,

 insu-

insularum exilio condemnat. Omnes exules jubet interfici. A protectoribus suis occiditur in Palatio, anno ætatis suæ vicesimo nono.

Claudius Romanorum quintus imperator regnavit ann. xiii. mens. ix. dieb. xxviii. Iste est Claudius patruus Drusi, qui apud Moguntiacum monumentum habet. Hujus anno secundo Petrus Apostolus, quum primus Antiochenam Ecclesiam fundasset, Romam mittitur, ubi Euangelium prædicans xxv annis ejusdem Urbis Episcopus perseverat: & primus Antiochiæ Episcopus ordinatur Evodius. Marcus autem Euangelista interpres Petri in Ægypto & Alexandriæ Christum annunciat. Claudius de Britannis triumphavit: Orcadas insulas Romano adjecit imperio. Sub eodem descriptione Romæ facta, inventa sunt civium Romanorum lxviii centena xliv. millia: & Thracia huc usque regnata in provinciam redigitur. Hujus anno ix fames facta in Græcia: Modius sex drachmis venumdatus est. Moritur Claudius in Palatio anno ætatis lxiv.

Nero Romanorum sextus imperator regnavit ann. xiii. mens. vii. dies xxviii. Hujus avunculus fuit Cajus Caligula. Hic Agrippinam matrem suam, & sororem patris interficit. Tantę luxurię fuit, ut frigidis & calidis lavaretur unguentis: retibusq; aureis piscaretur, quę purpureis funibus extrahebat. Thermas ædificat, quas Neronianas appellavit. Romæ in citharistarum agone contendens omnes superat. In Olympiade coronatur Cerycas, citharistas, Tragœdos, aurigas vario certamine superans. Rursus Isthmia, Pythia, Actia celebrans inter cerycas, Tragœdos, & citharistas coronatur. Huic in expensas centies centena milia decreto Senatus annua subministrantur. Ut similitudinem Trojæ ardentis inspiceret, plurimã partẽ Romanæ urbis incendit. Multi nobilium Romæ ab eo interfecti. Cum cæteris viris insignibus & Octaviam uxorem suam interfecit: Cornutumq; Philosophum præceptorem Persii; in exilium fugat. Supra omnia scelera sua persecutionem in Christianos facit: in qua Petrus & Paulus gloriose Romæ occubuerunt. Quum à Senatu quæreretur ad poenam, è Palatio fugiens ad quartum Urbis miliarium in suburbano liberti sui, inter Salariam & Nomentanã viam semet interficit, anno ætatis xxxii. Atq; in eo omnis Augusti familia consumpta est.

Post Neronem Galba in Iberia, Vitellius in Germania, Otho Romæ imperium arripuerunt. Galba septimo mense imperii sui in medio Romanæ urbis foro capite truncatur. Otho tertio regni sui mense apud Vebriacum propria manu occubuit. Vitellius à Vespasiani ducibus occisus in Tiberim projicitur.

Vespasianus Romanorum septimus imperator regnavit ann. ix. mens. ix. dieb. xxii. Hic apud Judæam imperator ab exercitu appellatus, bellum Tito filio commendans Romam per Alexandriam proficiscitur. Hujus anno secundo Titus Judæa capta, & Jerosolymis subversis dc virorum milia interfecit. Vespasianus Capitolium incensum ædificare orsus est. Achajam, Lyciam, Rhodum, Byzantium, Samum, Thraciam, Ciliciam, Commagenam, quæ liberæ antea, & sub Regibus amicis erant, in provinciam redegit. Colonias deduxit: & mortuus est profluvio ventris in villa propria circa Sabinos, anno ætatis lxiv.

Titus octavus Romanorum imperator regnavit ann. ii. mens. ii. Hic filius Vespasiani in utraque lingua disertissimus fuit, & tantæ bonitatis, ut, quum quadam die recordatus fuisset in cæna, nihil se in illo die cuiquam præstitisse, dixerit: Amici, hodie diem perdidi. Amphitheatrum Romæ ædificavit: & in dedicatione ejus quinque milia ferarum occidit. Morbo periit in ea villa, in qua pater ejus, anno ætatis xlii.

Domitianus nonus Romanorum imperator regnavit ann. xv. mens. v. Hic Titi frater junior eunuchos fieri prohibuit: plurimos Senatorum in exilium misit: multos nobilium perdidit: eos, qui de genere David erant, interfici præcepit, ut nullus Judæorum regni reliquus foret. Et scribit Bruttius plurimos Christianorum sub hoc fecisse martyrium: inter quos & Flaviam Domitillam Flavii Clementis Consulis ex sorore neptem in insulam Pontiam relegatam, quia se Christianam testata sit. Tantæ superbiæ fuit, ut aureas & argenteas statuas sibi in Capitolio poni jusserit. Primus Dominum se & Deum appellari jussit. Duos menses aliter appellavit, Septembrem Germanicum, & Octobrem Domitianum. De Dacis & Germanis triumphavit. Multa opera Romæ fecit. Templum sine lignorum admixtione construxit. Vites in urbibus seri prohibuit. Philosophos & Mathematicos Roma per edictum extrudit. Secundus post Neronem Christianos persequitur. Et sub eo Johannes Apostolus in Pathmum relegatus Apocalypsim vidit, quam Irenæus interpretatur. Domitianus occiditur in Palatio, & per vespilliones ignobiliter exportatur anno ætatis xxxv.

Nerva Romanorum decimus imperator regnavit anno uno, mens. iv. Senatus decrevit, ut omnia, quæ Domitianus statuerat, in irritum deducerentur. Itaque multi, quos injuste ejecerat, de exilio reversi. Nonnulli propria bona receperunt. Ajunt & Apostolum Johannem

nem hoc tempore exilio solutum Ephesum secessisse: in qua urbe & hospitiolum & amicos amantissimos sui habebat. Nerva morbo periit in hortis Sallustianis anno ætatis LXXII, quum jam Trajanum adoptasset in filium. Decreto Senatus in Deos relatus est.

TRAJANUS undecimus Romanorum imperator regnavit ann. XIX. mens. VI. Hic natus Italicæ in Hispania Agrippinæ in Galliis imperator factus est. De Dacis & Scythis triumphavit. Victo Decebalo Rege Daciam fecit provinciam: Iberos, Sauromatas, Osroenos, Arabas, Bosporanos, Colchos in fidem accipit. Seleuciam, Ctesiphontem, Babylonem occupavit, & tenuit. in mari rubro classem instituit, ut per eam Indiæ fines vastaret. Tertiam persecutionem in Christianos movet. Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam fecit provincias. Judæis Mesopotamiæ rebellantibus præcepit Lysiæ Quiero, ut eos provincia exterminaret. Adversum quos Quietus aciem instruens infinita milia eorum interfecit: & ob hoc procurator Judææ ab imperatore decernitur. Morbo in Selinunte periit, sive, ut alibi scriptum reperimus, apud Seleuciam Isauriæ profluvio ventris extinctus est, anno ætatis LXIII, mense nono, die quarto. Ossa ejus in urnam auream conlata, & in foro sub columna posita. Solusque omnium intra Urbem in foro sepultus. Senatus eum in Deos retulit.

HADRIANUS duodecimus Romanorum imperator regnavit ann. XXI. Hic Italicæ in Hispania natus consobrinæ Trajani filius, eruditissimus in utraque lingua, sed in puerorum amore parum continens fuit. Alexandriam à Romanis subversam publicis instauravit impensis. Trajani invidens gloriæ de Assyria & Mesopotamia, & Armenia, quas ille provincias fecerat, revocavit exercitum. Judæos capit secundo contra Romanos rebellantes. Reliqua tributorum Urbis relaxavit, chartis publice incensis. Plurimos etiam ipsis tributis liberos præstitit. Ad Nicomediæ, & vicinarum urbium instaurationem, quæ terræ motu facto eversæ sunt, de publico est largitus inpensas. In Lybiam, quæ à Judæis vastata fuerat, colonias deducit. Atheniensibus leges petentibus ex Draconis, & Solonis reliquorumque libris jura componit. Cephisum fluvium, qui Eleusinam inundavit, ponte conjungens Athenis hiemem exegit, & sacris Eleusinæ initiatus Atheniensibus multa dona largitur: & quum Athenis insignes & plurimas ædes fecisset, Agonem edidit: bibliothecamq; miri operis extruxit. Huic Quadratus discipulus Apostolorum, & Aristides Atheniensis noster Philosophus libros pro Christiana religione dedere compositos. Et Serenus Grannius legatus vir apprime nobilis literas ad eum misit, iniquum esse dicens clamoribus vulgi innocentum hominum sanguinem concedi, & sine ullo crimine nominis tantum & sectæ reos fieri. Quibus commotus Hadrianus Minutio Fundano Proconsuli Asiæ scribit, non sine objectu criminum Christianos condemnandos. Cujus Epistolæ usq; ad nostram memoriam durat exemplum. Judæis in arma versis, & Palæstinam depopulantibus Tenio Rufo provinciam tenenti ad opprimendos rebelles misit exercitum. Antinoum puerum eximiæ pulchritudinis in Ægypto mortuum vehementer deperiens in Deos refert: ex cujus nomine etiam urbs appellata est. Rebus Judæorum penitus oppressis AELIA condita, & in fronte ejus portæ, qua à Bethleheem egredimur, Sus scalptus in marmore prominens, significans Romanæ potestati subjacere Judæos. Hadrianus morbo intercutis aquæ apud Bajas moritur. major LX annis.

ANTONINUS Pius tertius decimus Romanorum imperator regnavit ann. XXII. menses III. Huic Justinus Philosophus nostri dogmatis librum pro nostra religione conscriptum reddidit, cui Crescens Cynicus, quia segulosum & prævaricatorem Philosophiæ coarguebat, persecutionem suscitavit: in qua ille gloriose pro Christo sanguinem fudit. Antonius autem apud Lorium villam suam duodecimo ab urbe miliario moritur, ann. Vitæ suæ LXXVII.

MARCUS ANTONINUS Romanorum quartus decimus imperator regnavit ann. XIX. mense uno. Iste & Lucius AURELIUS COMMODUS primiæ quo jure imperium administraverunt: quum usque ad hoc tempus singuli Augusti fuissent. Lucius cum fratre de Parthis triumphavit, & anno regni nono, sive, ut alii putant, undecimo, inter Concordiam & Altinum apoplexi à extinctus est sedens cum fratre in vehiculo. Persecutione orta, in Asia Polycarpus & Pionius fecere martyrium: quorum scriptæ quoq; passiones feruntur. Plurimi vero in Gallia gloriose ob nomen interfecti: quorum usque in præsentem diem condita libris certamina perseverant. Unde Antonino Imperatori Melito Asianus Sardiensis Episcopus Apologeticum pro Christianis tradidit. Imperator autē Antonnius multis adversum se nascentibus bellis ipsis intererat. Sæpe duces nobilissimos destinabat, in quibus semel, Pertinaci, & exercitui, qui cum eo in Quadorum regione pugnabat, siti oppresso, pluvia divinitus missa est: quum è contrario Germanos & Sarmatas fulmina persequerentur, & plurimos eorum interficerent. Extant literę M. Aurelii gravissimi Imperatoris, quibus illam Germanicam sitim Christianorum forte militum precationibus imperato imbri discussam contestatur. Antonius

ninus Commodum filium suum consortem regni fecit, & cum eo de hostibus triumphavit, quos per triennium, apud Carnuntum habens stativa castra, vexaverat. Ambo imperatores multis multa largiti sunt: & pecuniam, quæ fisco debebatur, provinciis concedētes, tabulas debitorū in medio Romanæ urbis foro incendi fecerunt. Ac ne quid bonitati deesset, duras quasq; leges novis cōstitutionibus tēperarunt. Antoninus vero post victoriā adeo in editione munerū magnificus fuit, ut centum simul leones exhibuerit. In Pannonia morbo periit.

COMMODUS Romanorum quintus decimus imperator regnavit ann. XIII. Hic de Germanis triumphavit: Thermas Commodianas Romæ fecit: Septembrem mensem nomine suo appellavit. Colossi capite sublato, suæ imaginis caput jussit ei imponi: multos nobilium interfecit, & spectacula populo Romano præbuit insignia. Strangulatur in domo Vestiliani.

HELVIUS PERTINAX Romanorum decimus sextus imperator imperavit mens. VI. Hic septuagenario major, quum Præfecturam urbis ageret, ex Senatusconsulto imperare jussus est. Obsecrante Senatu, ut sororem suam Augustam, & filium suum Cæsarem appellaret, contradixit, sufficere testatus, quod ipse regnaret invitus. Occiditur in Palatio Juliani jurisperiti scelere, quem postea Severus apud Mulvium pontem interfecit.

SEVERUS septimus decimus Romanorum imperator regnavit ann. XVIII. Hic provincia Tripolitana, oppido Lepti solus ex Africa, usque in præsentem diem, Romanus imperator fuit: & in honorem Pertinacis, quem Iulianus occiderat, Pertinacem se cognominari jussit. Parthos & Adiabenos superavit, Arabasq; interiores ita cecidit, ut regiones eorum Romanam provinciam fecerit. Ob quæ PARTHICUS & ARABICUS ADIABENICUS cognominatus est. Clodio Albino, qui se in Gallia Cæsarem fecerat, interfecto apud Lugdunum, in Britannos bellum transfert, ubi, ut receptas provincias ab incursione barbarica faceret securiores, vallum per CXXXII passuum milia à mari ad mare duxit. Moritur Eboraci in Britannia.

ANTONINUS cognomento CARACALLA Severi filius decimus octavus Romanorum imperator regnavit ann. VI. ita vocatus propter genus vestis, quod Romæ erogaverat: & è contrario Caracallæ ex hujus nomine Antoninianæ dictæ. Romæ Thermas sui nominis ædificavit. Tam impatiens libidinis fuit, ut novercam suam Iuliam uxorem duxerit. Interficitur inter Edessam, & Carras anno ætatis XLIII.

MACRINUS decimus nonus Romanorum imperator regnavit annum unum. Hic præfecturam Prætorii gerens imperator factus. Occiditur in Archelaide.

AURELIUS ANTONINUS ELIOGABALUS Romanorum vicesimus imperator regnavit ann. IV. Hic Antonini Caracallæ, ut putabatur, filius, & sacerdos Eliogabali templi adeo impudice in imperio suo vixit, ut nullum genus obscœnitatis omiserit. Romæ occiditur tumultu militari cum matre Symiasera.

ALEXANDER MAMAEAE Romanorum vicesimus primus imperator regnavit ann. XIII. Hic Xerxem Regem Persarum gloriosissime vicit, & disciplinæ militaris tam severus corrector fuit, ut quasdam tumultuantes legiones integras exauctoraverit. Thermas Alexandrinas Romæ ædificavit. In matrem Mamæam unice pius fuit: & ob id omnibus amabilis. Occiditur Mogontiaci tumultu militari.

MAXIMINUS vicesimus secundus Romanorum imperator regnavit ann. III. Hic primus ex corpore militari sine Senatus auctoritate ab exercitu imperator electus est. Adversus Ecclesiarum sacerdotes persecutionem facit. Aquilejæ à Pupieno occiditur.

GORDIANUS Romanorum vicesimus tertius imperator regnavit ann. VI. Hoc Romam ingresso, Pupienus & Albinus, qui imperium arripuerant, in Palatio occisi. Ipse vero adhuc admodum adolescens, Parthorum natione superata, quum victor reverteretur in patriam, fraude Philippi præfecti prætorio haud longe à Romano solo interfectus est. Cui milites tumulum ædificant, qui Euphrati imminet, ossibus ejus Romam revectis.

PHILIPPUS vicesimus quartus Romanorum imperator regnavit ann. VII. Hic Philippum filium suum consortem regni fecit: primusq; omnium ex Romanis imperatoribus Christianus fuit. Hoc regnante cum filio millesimus annus Romanæ urbis expletus est: ob quam solennitatem innumerabiles bestiæ in Circo magno interfectæ: ludique in Campo Martio theatrales tribus diebus, & tribus noctibus populo pervigilante celebrati. Atlas mons natali Romanæ urbis cucurrit: & Agon mille annorum actus. Philippus senior Veronæ, Romæ junior occiditur.

DECIUS vicesimus quintus Romanorum imperator regnavit ann. I. mens. III. Hic è Pannonia inferiore Budaliæ natus fuit. Quum Philippos patrem & filium interfecisset, ob odium eorum, in Christianos persecutionem movet, qua Laurentius Diaconus Romæ martyrium dixit. Cum filio in Abritto occiditur.

GALLUS vicesimus sextus Romanorum imperator cum VOLUSIANO filio regnavit ann. II. mens. IV. Sub hoc pestilens morbus multas totius orbis provincias occupavit, maximéque Alexandriam & Ægyptum, ut scribit Dionysius, & Cypriani de mortalitate testis est liber. Gallus & Volusianus, quum adversum Æmilianum, qui in Mœsia res novas moliebatur, ex urbe profecti essent, in foro Flaminii, sive, ut alii putant, Interamnæ interfecti sunt. Æmilianus autem tertio mense invasæ tyrannidis extinctus est.

VALERIANUS vicesimus septimus Romanorum imperator cum GALLIENO imperavit ann. XV. Valerianus in Rhetia ab exercitu Augustus, Gallienus Romæ à Senatu Cæsar appellatus. Sed Valerianus, in Christianos persecutione commota, statim à Sapore Persarum rege capitur: ibique servitute miserabili consenescit. Quo in Persas abducto, Gallienus nostris pacem reddidit. Gallieno autem in omnem lasciviam dissoluto, Germani Ravennam usque venerunt: Alamanni vastatis Galliis in Italiam transiere. Græcia, Macedonia, Pontus, Asiæ depopulatæ per Gothos. Quadi & Sarmatæ Pannonias occupaverunt. Germanis Hispanias obtinentibus Tarracon expugnata est: Parthi Mesopotamiam tenentes Syriam incursaverunt, Odenathus Decurio Palmyrenus collecta agrestium manu ita Persas cecîdit, ut ad Ctesiphontem castra poneret. Galliæ verò per Posthumum & Victorinum & Tetricum receptæ. Gallienus Mediolani occiditur.

CLAUDIUS vicesimus octavus Romanorum imperator regnavit ann. I. mens. IX. Sub hoc Alexandriæ Bruchium, quod per multos annos fuerat obsessum, tandem destruitur. Claudius Gothos Illyricum, & Macedoniam vastantes superat. Ob quæ in Curia Clipeus illi aureus, & in Capitolio statua aurea collocata est. Moritur Sirmii. QUINTILLUS Claudii frater à Senatu Augustus appellatus decimo septimo imperii die Aquilejæ occiditur.

AURELIANUS vicesimus nonus Romanorum imperator regnavit ann. V. mens. VI. Hic Tetrico apud Catalaunos prodente exercitum suum Gallias recepit. Zenobiam apud Timas haud longe ab Antiochia vincit: quæ, occiso Odenatho marito, Orientis tenebat imperium. Romæ trimphantem Tetricus & Zenobia præcesserunt. E quibus Tetricus Corrector postea Lucaniæ fuit: & Zenobia in urbe summo honore consenuit: à qua hodieque Romæ Zenobia nuncupatur familia. Aurelianus Templum Soli ædificat, & primum Agonem Solis instituit: Romam firmioribus muris vallat. Quum adversum nos persecutionem movisset, fulmen juxta eum, comitesque ejus ruit. Ac non multo post inter Constantinopolim, & Heracliam in Cænophrurio viæ veteris occiditur.

TACITUS Romanorum tricesimus imperator regnavit mens. VI. quo apud Pontum occiso, obtinuit FLORIANUS imperium diebus LXXXIX. Hoc quoque apud Tarsum interfecto.

PROBUS Romanorum tricesimus primus imperator regnavit ann. VI. mens. III. Hic Gallias à Barbaris occupatas ingenti virtute restituit: Gallos, & Pannonios vineas habere permisit, Almamque & Aureum montem militari manu consitos Provincialibus colendos dedit. Tumultu militari apud Sirmium in turre, quæ dicitur Ferrata, occiditur.

CARUS Romanorum tricesimus secundus imperator cum filiis NUMERIANO & CARINO regnavit ann. II. Hic Narbonensis, quum omni Parthorum regione vastata Cochen & Ctesiphontem nobilissimas hostium urbes cepisset, super Tigridem castra ponens fulmine ictus interiit. Numerianus, quum ob oculorum dolorem lecticula veheretur, insidiis Apri soceri sui occisus est, vix fœtore cadaveris post aliquot dies scelere comperto. Carinus prælio victus apud Margum occiditur.

DIOCLETIANUS Romanorum tricesimus tertius imperator regnavit ann. XX. Hic Dalmata Scribæ filius imperator electus statim Aprum in militum concione percussit, jurans sine suo scelere Numerianum interfectum. Primus adorari se ut Deum, & gemmas vestibus calceamentisque inseri jussit: quum ante eum omnes imperatores in modum judicum salutarentur, chlamydem purpuream à privato habitu plus haberent. In consortium regni sui Herculium Maximianum assumit: qui rusticorum multitudine oppressa, quæ factioni suæ BACAUDARUM nomen indiderat, pacem Gallis reddidit. Tunc Carausius sumpta purpura Britannias occupavit. Narseus Orienti bellum intulit, Quinquegentiani Africam infestaverunt: ob quæ Constantius & Galerius Maximianus Cæsares assumuntur in regnum. Quorum Constantius Claudii ex filia nepos fuit: Galerius in Dacia haud longe à Serdica natus. Atque ut eos Diocletianus etiam affinitate conjungeret, Constantius privignam Herculii Theodoram accepit: ex qua postea sex liberos Constantini fratres habuit. Galerius filiam Diocletiani duxit Valeriam. Ambo uxores, quas habuerant, repudiare compulsi. Ægyptum Achilleus obtinuit. Busiris & Coptos contrà Romanos rebellantes ad solum usque subversæ sunt. Carporum & Basternarum gentes in Romanum solum translatæ. Alexandria

xandria cum omni Ægypto per Achilleum ducem à Romana potestate desciscens octavo obsidionis mense à Diocletiano capta est. Itaque plurimi per totam Ægyptum gravibus proscriptionibus exiliisque vexati, interfectis his, qui auctores perduellionis extiterant. Post decem annos per Asclepiodotum præfectum prætorio Britanniæ receptæ. Galerius Maximianus superato Narseo, & uxoribus ac liberis, sororibusque ejus captis à Diocletiano ingenti honore suscipitur. Diocletianus & Maximianus Augusti insigni pompa Romæ triumpharunt, antecedentibus currum eorum Narsei conjuge, sororibus, liberis, & omni præda, qua Parthos spoliaverant. Decimo nono anno Diocletiani, mense Martio, in diebus Paschæ, Ecclesiæ subversæ sunt. Vicesimo autem anno, qui erat secundus persecutionis, Diocletianus Nicomediæ, Maximianus Mediolani purpuram deposuerunt.

Galerius tricesimus quartus Romanorum imperator regnavit solus biennio. Hic cum Constantio regnavit ann. XVI. qui sextodecimo imperii anno obiit in Britannia Eboraci.

Constantinus Romanorum tricesimus quintus imperator regnavit annos XXX. mens. X. Hic Constantii filius ex concubina Helena procreatus regnum invadit, quarto persecutionis anno regnare orsus. Ab hoc Maxentius juxta pontem Mulvium superatus occiditur. Crispum, & Constantinum filios, & Licinium adolescentem Licinii Augusti filium Constantini ex sorore nepotem Cæsares appellat. Pacem nostris reddit. Eo tempore Arius Presbyter de Ecclesia dejectus multos suæ impietati sociat. Ad quorum perfidiam coarguendam Synodus CCCXVIII Episcoporum in Nicæam urbem Bithyniæ congregata omnes Hæreticorum machinas HOMOUSI oppositione dejecit. Vicesimo anno Vicennalia Constantini Nicomediæ facta, & sequenti anno Romæ edita.

HUC USQUE HISTORIAM SCRIBIT EUSEBIUS PAMPHILI, CUI HIERONYMUS PRESBYTER ISTA SUBJECIT.

DRepanum Bithyniæ civitatem in honorem martyris Luciani ibi conditi Constantinus instaurans ex vocabulo matris suæ HELENOPOLIM nuncupavit. Constantinus uxorem suam Faustam interfecit. Constantinopolim dedicat pene omnium urbium nuditate. Edicto ejus gentilium templa eversa sunt. Constantium filium provehit ad regnum. Tricennalibus suis Dalmatium Cæsarem appellat. Extremo vitæ suæ tempore ab Eusebio Nicomediensi Episcopo baptizatus in Arrianum dogma declinat: à quo, usque in præsens tempus, Ecclesiarum rapinæ, & totius orbis est secuta discordia. Quum bellum pararet in Persas, in Achyrone villa publica juxta Nicomediam moritur, anno ætatis LXVI: post quem liberi ejus tres ex Cæsaribus Augusti appellantur.

Constantius tricesimus sextus Romanorum imperator cum Constantio & Constantino fratribus regnavit ann. XXIV. mens. V. dieb. XII. Sub hoc Sapor rex Persarum, Mesopotamia vastata, duobus ferme mensibus Nisibin obsedit. Dalmatius Cæsar, quem patruus Constantinus consortem regni reliquerat filiis, factione Constantii patruelis, & tumultu militari, anno imperii sui tertio interimitur. Constantinus bellum fratri inferens juxta Aquilejam Alsæ occiditur. Vario autem eventu adversum Francos à Constante pugnatur: à quo perdomiti: & pax cum eis facta. Bello Persico nocturno apud Singaram haud dubiam victoriam militum stoliditate perdidimus. Neque vero ullum Constantio ex novem gravissimis præliis contra Persas gravius bellum fuit. Nam, ut alia omittam, Nisibin obsessa, Bisabdæ & Amida captæ sunt. Magnentio apud Augustodunum arripiente imperium, Constans haud longe ab Hispania, anno ætatis suæ tricesimo, imperii sui tertiodecimo, in castro, cui Helene nomen est, interficitur. Quamobrem turbata Republica Vetranio Mursæ, Nepotianus Romæ imperatores facti. Gallus Cæsar solicitatus à Constantio patrueli, cui in suspitionem ob regiam indolem venerat, Istriæ occiditur. Julianus autem frater Galli Mediolani Cæsar appellatur: à quo magnæ Alamannorum copiæ apud Argentoratum oppidum Galliarum oppressæ. Et Constantius Mopsocrenis inter Ciliciam Cappadociamque moritur anno ætatis suæ XLV.

Julianus Romanorum tricesimus septimus imperator regnavit anno uno, mensibus octo. Hoc ad idolorum cultum converso, blanda persecutio fuit, illiciens magis, quam impellens ad sacrificandum: in qua multi ex nostris voluntate propria corruerunt. In Persas profectus nostrum post victoriam Diis sanguinem voverat: ubi à quodam simulato perfuga ad deserta perductus, quum fame & siti Apostata perdidisset exercitum & inconsultius à suorum erraret agminibus, ab obvio forte hostium equite conto ilia perfossus interiit anno ætatis suæ XXXII.

Jovianus Romanorum tricesimus octavus imperator regnavit mensibus octo. Hic ex primicerio Domesticorum imperator factus est: & rerum necessitate compulsus Nisibin, & magnam Mesopotamiæ partem Sapori Persarum regi tradidit. Cruditate, sive odore prunarum, quas nimias adoleri jusserat, Dadastanæ moritur, anno ætatis XXXIII].

Valentinianus Romanorum tricesimus nonus imperator regnavit annis XIII, mensibus quinque. Hic Tribunus Scutariorum è Pannonia Cibalensis apud Nicæam Augustus appellatus fratrem Valentem Constantinopoli in communionem regni assumit, egregius aliàs Imperator, & Aureliano moribus similis, nisi quod severitatem ejus nimiam, & parcitatem quidam crudelitatem & avaritiam interpretabantur. Subita sanguinis eruptione, quod Græce Apoplexis vocatur, Brigitione moritur. Postquem Gratianus assumpto in imperium Valentiniano fratre cum patruo Valente regnat. Valens autem ab Eudoxio Arrianorum Episcopo baptizatus nostros persequitur: legemque dedit, ut Monachi militarent. De Antiochia exire compulsus sera pœnitentia nostros de exiliis revocat. Lacrymabili bello in Thracia, deserente equitum præsidio, Romanæ legiones à Gothis cinctæ usque ad internecionem cæsæ sunt. Ipse autem imperator Valens, quum sagitta saucius fugeret, & ob dolorem nimium sæpe equo laberetur, ad cujusdam viduæ casam deportatus est: quo persequentibus Barbaris, & incensa domo, sepultura quoq; caruit.

HUC USQUE HIERONYMUS PRESBYTER ORDINEM PRÆCEDENTIUM DIGESSIT ANNORUM. QUÆ SEQUUNTUR PROSPER DIGESSIT.

Gratianus. Igitur Valente à Gothis in Thracia concremato, Gratianus cum fratre Valentiniano regnat annis sex.

I. Gratianus parvulum fratrem habens, regni consortem probatæ ætatis virum Theodosium in societatem regni adsciscit.

Gratianus valde religioni favens Ecclesiis per omnia promptus fuit.

Martinus Turonensium Episcopus Apostolicis virtutibus insignis habetur.

II. Theodosius in Orientis partibus lassam Rempublicam reparavit.

III. Maximus Tyrannus in Britannia à militibus imperator constituitur.

IV. Incursantes Pictos & Scotos Maximus strenue superavit.

Priamus quidam regnat in Francia, quantum altius colligere potuimus.

V. Ambrosius libros contra Arrianorum perfidiam luculentissimos ad Gratianum Augustum scribit.

VI. Maximus in Gallias transfretavit: & conflictu contra Gratianum habito, eundem fugitantem Lugduni interfecit.

Theodosius annis undecim.

I. Maximus timens Oriētalis imperii principem Theodosium cum Valentiniano fœdus iniit.

Apud Treveros Manichæi deprehensi summo Maximi studio exterminati.

II. Justina mater Valentiniani Arrianis favens in Ambrosium & omnem Mediolanensem Ecclesiam diversa injuriarum genera congerit.

Reliquiæ Gervasii & Protasii Martyrum ab Ambrosio primum Mediolani repertæ.

Hymni Ambrosii compositi, qui nunquam ante in Ecclesiis Latinis modulis canebantur.

III. Maximus indignum ducens contra Ecclesiæ statum agi, locum irrumpendi quod cum Valentiniano junxerat fœdus, invenit. Valentinianus veritus imminentem jam cervicibus suis Tyrannum, ad Theodosium confugit.

Honorius & Arcadius XXX. II. CCCC.

Theodosius & Johannes. XXV. & XX. III.

Valentinianus & Martianus. III. CCCC. XXV.

Augustinus Mediolani Rhetoricam apprime docens, omissis scholis ad fidem rectam convertitur, quum ante Manichæus fuisset.

IV. Theodosius cum exercitu ad Italiam transgrediens, Maximum interfecit, & Valentinianum proprio regno reddidit.

Justina, quæ Ecclesias vexaverat, ne regnum cum filio reciperet, morte præventa est.

Immane Thessalonicæ gestum facinus extincti populi egregio pœnitentiæ exemplo Imperator religiosus eluit.

V. Hæresis Apollinaristarum ab Apollinare cæpta.

Arriani, qui totum pæne Orientem atque Occidentem commaculaverant, edicto gloriosi Principis Ecclesiis spoliantur, quæ Catholicis deputatæ sunt.
VI. Iohannes Ægyptius Monachus, qui ob vitæ puritatem prophetiæ gratiam à Domino meruit, insignis habetur.
VII. Post Damasum Romanæ Ecclesiæ regimen tricesimus sextus Syricius suscepit.
Apud Alexandriam defuncto Petro, Timotheus, & post hunc Theophilus Episcopi constituuntur.
Ierosolymis post Cyrillum Iohannes Ecclesiam recipit.
Apud Antiochiam defuncto Meletio substituitur Flavianus.
Ingens inter nostros contentio oborta: quod scilicet Episcopi, qui ab Hæreticis depulsi fuerant, nollent his ab Imperatore dejectis, alios, quam se, substitui Sacerdotes.
Terribile in cœlo signum columnæ per omnia simile apparuit.
VIII. Apud Alexandriam templa destructa: in quibus Serapis antiquissimum & notissimum templum, quod quasi quædam columna ruentem sustinebat idololatriam.
IX. Valentinianus Viennæ ab Arbogaste Comite suo extinguitur: in cujus locum tyrannidem Eugenius invadit.
X. Ad vindicandum Valentiniani interitum, & opprimendam Eugenii tyrannidem Theodosius in Italiam transgreditur, aperto Dei favore conspirantibus in id elementis.
XI. Eugenio superato Theodosius undecimo regni sui anno diem obiit.
ARCADIUS & HONORIUS annos XXXII.
I. Constantinopolis eminentem Dei iram, igne super nubem terribiliter fulgente, formidans toto ad pœnitentiam animo conversa subterfugit.
Rufinus Bosporitanus, quum ad summam militiæ pervenisset, præferri sibi Stiliconem non ferens ab eodem interficitur, Hunnorum, quo fulciebatur, præsidio superato.
II. Claudianus Poëta admiratione dignus habetur.
Gildo Africanus in rebellione commota, consueta Romanis stipendia subtraxit.
Prudentius Lyricus Poëta noster, Hispanus genere, illustre ingenii sui robur exeruit.
III. Stilico Magister militiæ Gildonẽ Mauritaniæ interfecit, Africa ad pristinum jus radacta.
Romanæ Ecclesiæ Cathedram tricesimus septimus Innocentius tenet.
IV. Toto orbe Romano antiquæ superstitionis templa destructa.
Paulinus, Nolanus postmodum Episcopus, admirabili exemplo venditis omnibus, quum esset dominus innumerabilium prædiorum, religionem expeditus elegit.
V. Johannes Constantinopolites Episcopus dictis factisque clarescit.
Martinus post egregie actam vitam corpore exuitur.
VI. Pelagius vesanus doctrina execrabili Ecclesias commaculare conatur.
VII. Contentio ex doctrina Origenis synodum apud Alexandriam movit, cujus extitit sententia, ut extra Ecclesiam fieret quicunque supradicti viri opera probavisset.
VIII. Solis facta defectio.
Augustinus plurima libris innumerabilibus disserit.
IX. Severus ex disciplina Sancti Martini ejus vitam tribus explicat libris.
X. Sæva Italiæ barbarici motus tempestas incubuit. Siquidem Radagajus Rex Gotorum Italiæ limitem vastaturus transgreditur. Ex hoc Arriani, qui Romano procul fuerant orbe fugati, Barbararum nationum, ad quas se contulere, præsidio erigi cœpere.
XI. Multis ante vastatis urbibus, Radagajus occubuit: cujus in tres partes per diversos Principes divisus exercitus aliquam repugnandi Romanis aperuit facultatem. Insigni triumpho exercitum tertiæ partis hostium, circumactis Hunnorum auxiliaribus, Stilico usque ad internecionem delevit.
XII. Arcadius Orientis imperium gubernans vitam explet, parvum admodum Theodosium filium Imperii successorem relinquens.
Cælestinus tricesimus octavus Romanam Ecclesiam gubernavit.
XIII. Diversarum gentium rabies Gallias dilacerare exorsa, immissu quam maxime Stiliconis indigne ferentis filio suo regnum negatum.
XIV. Uticæ in foro Trajani terra diebus septem mugitum dedit.
Inter alia multum Reipublicæ Stiliconis morte consultum est, qui saluti Imperatoris tendebat insidias.
Nestorius Constantinopolites Episcopus ad hæresim, quæ in Christo Deum ab homine separat, vertitur.
XV. Johannes Comes Africæ occisus est à populo.

Proculus

Proculus Massiliensis Episcopus clarus habetur, quo annuente, magna de suspecto adulterio Remedii Episcopi quæstio agitatur.
XVI. Hac tempestate præ valetudine Romanorum vires funditus attenuatæ Britanniæ.
Saxonum incursione devastatam Galliarum partem Vandali atque Alani vastavere. Quod reliquum fuerat; Constantius Tyrannus obsidebat.
Hispaniæ partem maximam Suevi occupavere. Ipsa denique orbis caput Roma deprædationi Gothorum fœdissime patuit.
XVII. Constantinus Tyrannus occiditur.
XVIII. Rursum alia prædatio Galliarum, Gothis, qui Alarico duce Romam ceperant, Alpes transgredientibus.
XIX. Jovinus tyrannidem post Constantinum invadit. Industria viri strenui, qui solus tyranno non cessit, Dardani, Atavulfus, qui post Alaricum Gothis imperitabat, à societate Jovini avertitur. Sallustius quoque & Sebastianus occisi.
Valentia nobilissima Galliarum civitas à Gothis effringitur, ad quam fugiens se Jovinus contulerat.
XX. Ingens in Gallia fames.
Aquitania Gothis tradita.
Patroclus Arelatensis Episcopus infami mercatu sacerdotia venditare ausus.
Heraclius Comes Africæ, qui in Romanæ Urbis reparationem strenuum exhibuerat ministerium, nova quædam molitus interimitur.
XXI. Placidia soror Imperatoris diu captiva, postea etiam Regis uxor, Rege fraude sublato, Constantis connubio copulatur.
XXII. Gothi, quum se iterum, Atavulfo perempto, movissent, Constantis repelluntur occursu.
XXIII. Prædestinatorum hæresis, quæ ab Augustini libris male intellectis accepisse dicitur initium, his temporibus serpere exorsa.
XXIV. Tricesimus nonus Xystus Romanam Ecclesiam regit.
XXV. FARAMUNDUS regnat in Francia.
XXVI. Solis facta defectio hoc anno.
XXVII. Signum in cælo mirabile apparuit.
Maximus Tyrannus Hispaniarum dominatum vi obtinet.
XXVIII. Honoratus, Minervius, Castor, Jovianus singulorum monasteriorum Patres in Galliis florent.
XXIX. Constantio dignitas imperii ab Honorio sponte delata, qua vix octo mensibus usus interiit, Valentiniano octo annorum filio derelicto.
XXX. Maximus Tyrannus de regno dejicitur, ac Ravennam perductus sublimem spectaculorum pompam tricennalibus Honorii præbuit.
XXXI. Placidia, quum insidias fratri tenderet, deprehensa est, & Romam exilio relegata.
XXXII. Honorius Ravennæ defunctus est.
Nullo jure debitum Johannes ex Primicerio Notariorum regnum sumit: qui vulneratum multis cladibus reliquit imperium.
THEODOSIUS annos XXVII.
I. Placidia ad Theodosium auxilia precatum misit.
Sigisvuldus ad Africam contra Bonifacium properavit.
II. In Galliis Exuperantius Præfectus à militibus interficitur.
Muro Carthago circundata, quæ ex tempore, quo vetus illa destructa est, sanctione Romanorum, ne rebellioni esset, munimento murorum non est permissa vallari.
Johanne ab exercitu Orientis victo & perempto, Ravenna deprædatione vastata est.
Aëtius Gaudentii Comitis in Galliis à militibus occisi filius cum Chunnis Johanni opem laturus Italiam ingreditur.
III. Valentinianus Romæ imperator factus.
IV. Arelas à Gothis per Aëtium liberatur.
V. Placidia tandem optato illata regno.
Chlodius regnat in Francia.
VI. Cassianus compertas in Ægypto vitas Patrum doctrinasque & regulas libris ad plurimos datis exponit.
VII. Aëtius Ihutungorum gentem delere intendit.
VIII. Viginti ferme milia militum in Hispaniis contra Vandalos pugnantium cæsa.

Vandali in Africa transfretantes ingentem, lacerata omni provincia, Romanis cladem dedere.

IX. Consulatu Aëtius dedito, Bonifacium, qui ab Regina accitus ex Africa fuerat, declinans ad munitiora conscendit.

Asperitas nimii frigoris etiam saluti plurimorum pernicies extitit.

Bonifacius certamine contra Aëtium habito percussus, victor quidem, sed moriturus abscedit.

X. Quum ad Chunnorum gentem, cui tunc Rugula præerat, post prælium se Aëtius contulisset, impetrato auxilio ad Romanum solum regreditur.

Gothi ad ferendum auxilium à Romanis acciti.

Germanus Episcopus Autisiodori virtutibus & vitæ districtione clarescit.

XI. Aëtius in gratiam receptus.

Rugula rex Chunnorum, cum quo pax firmata, moritur: cui Bleda succedit.

XII. Gallia ulterior Tibatonem principem rebellionis secuta à Romana societate discessit: à quo tracto initio, omnia pene Galliarum servitia in Bagaudam conspiravere.

XIII. Bellum contra Burgundionem gentem memorabile exarsit, quo universa pene gens cum Rege Peretio deleta.

XIV. Capto Tibatone & cæteris seditionis partim principibus vinctis, partim necatis, Bagaudarum commotio conquiescit.

XV. Theodosianus liber omnium legum legitimorum Principum in unum collatarum hoc primum anno editus.

Silvius turbatæ admodum mentis, post militiæ in Palatio exactæ munera, aliqua de religione conscribit.

XVI. Ecclesiæ Romanæ quadragesimus Leo suscepit principatum.

XVII. Pacatis motibus Galliarum Aëtius ad Italiam egreditur.

Deserta Valentinæ urbis rura, Alanis, quibus Sambida præerat, partienda traduntur.

XVIII. Britanniæ usque ad hoc tempus variis cladibus, eventibusque latæ in ditionem Saxonum rediguntur.

XIX. Alani, quibus terræ Galliæ ulterioris cũ incolis dividendæ à Patricio Aëtio traditæ fuerant, resistentes armis subigunt: & expulsis dominis terræ possessionem vi adipiscuntur.

XX. Sabaudia Burgundionum reliquiis datur cum indigenis dividenda.

XXI. Carthago à Vandalis cum omni simul Africa lachrymabili clade & damno imperii Romani potentiam dejecit. ex hoc quippe à Vandalis possidetur.

XXII. Thracia Chunnorum incursione concutitur.

XXIII. Bleda Chunnorum Rex Attilæ fratris fraude percutitur, cui ipse succedit.

XXIV. Nova iterum Orienti consurgit ruina, qua septuaginta non minus civitates Chunnorum deprædatione vastatæ, quum nulla ab Occidentalibus ferrentur auxilia.

XXV. Meroveus regnat in Francia.

Eudoxius arte medicus, pravi sed exercitati ingenii, in Bagauda id temporis mota delatus, ad Chunnos confugit.

XXVI. Eucherius Lugdunensis Episcopus & Hilarius Arelatensis egregiam vitam morte consummant.

XXVII. Hæresis nefaria à quodam Archimandrita commota, cui favorem præbens Theodosius obiit, septem super viginti annis in imperio exactis. Cui Martianus substituitur.

Placidia quoque post irreprehensibilem conversationem hoc anno vitam explevit, filio vicesimum quintum annum in ipso consummante.

VALENTINIANUS ET MARTIANUS.

I. Hac tempestate valde miserabilis Reipublicæ status apparuit, quum ne una quidem sit absque barbaro cultore Provincia: & infanda Arrianorum hæresis, quæ se nationibus barbaris miscuit, catholicæ nomen fidei toto orbe diffusa præsumat.

Attila Gallias ingressus quasi jure debitam poscit uxorem: ubi gravi clade inflicta & accepta, ad propria recedit.

II. Plurima hoc anno signa apparuerunt.

Insperata in Galliis clade accepta furiatus Attila Italiam petit, quem incolæ metu solo territi præsidio nudavere.

III. Synodus Chalcedonẽsis. ubi Eutyche Dioscoroq; dãnatis, omnes, qui se ab eis retraxerunt, in communionẽ recepti, confirmata universaliter fide, quæ de incarnatione Verbi secundum Euangelicam, & Apostolicam doctrinã per sanctum Papam Leonẽ prædicabatur.

Attila

Attila in sedibus suis mortuo, magna primum inter filios ipsius certamina de obtinendo regno exorta sunt. Deinde aliquot gentium, quæ Hunnis parebant, defectus secuti caussas & occasiones bellis dederunt, quibus ferocissimi populi mutuis incursibus contererentur.

IV. Inter Valentinianum Augustum & Aetium Patricium post promissæ invicem fidei sacramenta, post pactum de conjunctione filiorum, diræ inimicitiæ convaluerunt: & unde fuit gratia charitatis augenda, inde exarsit fomes odiorum, incentore, ut credium est, Heraclio Spadone: qui ita sibi imperatoris animum insincero famulatu adstrinxerat, ut eum facile in quæ vellet, impelleret. Quum ergo Aetius placita instantius repetit, & caussam *Filocomonus agit, imperatoris manu & circunstantium gladiis crudeliter confectus est, Boetio præfecto prætorii simul perempto, qui ei multa amicitia copulatus erat.

Mortem Aetii mors Valentiniani non longo post tempore consecuta est. Tam imprudenter enim declinata, ut interfecti Aetii amicos armigerosque ejus sibimet sociaret, qui concepti facinoris opportunitatem dissimulanter aucupantes egressum extra Urbem Principem, & ludo gestationis intentum inopinatis ictibus confoderunt, Heraclio simul, ut erat proximus, interempto, & nullo ex multitudine regia ad ultionem tanti sceleris accenso. Ut autem hoc parricidium perpetratum est, Maximus vir gemini Consulatus & Patritiæ dignitatis sumpsit imperium. Qui quum periclitanti Reipublicæ profuturus per omnia crederetur, non sero documento quid animi haberet probavit: sic quidem, ut interfectores Valentiniani non solum non plecteret, sed etiam in amicitiam reciperet: uxoremque ejus Augusti amissionem viri lugere prohibitam intra paucissimos dies in conjugium suum transire cogeret. Sed hac incontinentia non diu potitus est. Nam post alterum mensem nunciato ex Africa Genserici Regis adventu, multisque nobilibus, ac popularibus ex urbe fugientibus, quum ipse quoque, data cunctis abeundi licentia, trepide vellet abscedere, à famulis Reginæ dilaniatus & membratim dejectus in Tiberim sepultura quoque caruit. Post hunc Maximi exitum confestim secuta est multis digna lacrimis Romana captivitas, & Urbem omni præsidio vacuam Gensericus obtinuit, occurrente sibi extra portas sancto Leone Episcopo: cujus supplicatio ita eum, Deo agente, lenivit, ut, quum omnia in potestate ejus essent, tradita sibi civitate, ab igne tamen, & cæde, atque suppliciis abstineret. Per quatuordecim igitur dies secura & libera scrutatione omnibus opibus suis Roma vacuata est: multaque milia captivorum, prout quique aut ætate, aut arte placuerunt, cum Regina & filiabus ejus Carthaginem abducti sunt.

FINIS.

DE
PROSPERI CHRONICO
TESTIMONIA.

Cassiodorus De Divinis Lectionibus cap. XVII.

Sanctus quoque Prosper Chronica ab Adam ad Genserici tempora & Urbis deprædationem usque perduxit.

Gennadius in Catalogo Illustr. Viror.

Prosper homo Aquitanicæ regionis, sermone scholasticus, & assertionibus nervosus, multa composuisse dicitur: ex quibus ego Chronica nominis illius prætitulata legi continentia à primi hominis conditione juxta divinarum scripturarum fidem, usque ad obitum Valentiniani Augusti & captivitatem Urbis Romæ à Genserico Wandalorum rege factam.

In Consilio Vasionensi:

Prosper Aquitanicus Episcopus subscripsi.

Regio Lepidi in æde Carmelitarum:

Hic situs est Prosper, quo sancto præsule gaudet
Regium, & hic cineres ossaque sacra jacent.
Marmoreo Monachi condunt pia busta sepulchro.
Namque vetus turris fregerat alta cadens.

EUSEBII PAMPHILI

CÆSAREÆ PALÆSTINÆ EPISCOPI

CHRONICORUM CANONUM

LIBER POSTERIOR,

QUI CHRONICUS CANON DICITUR.

PROOEMIUM.

MOYSEM gentis Hebrææ, qui primus omnium Prophetarum ante adventum Domini Salvatoris divinas leges sacris literis explicavit, Inachi fuisse temporibus eruditissimi viri tradiderunt, ex nostris Clemens, & Africanus, & Tatianus: ex Judæis Josephus & Justus veteris historiæ monumenta replicantes. Porro Inachus quingentis annis Trojanum bellum antecedit. Ex Ethnicis vero impius ille Porphyrius in quarto Operis sui libro, quod adversum nos casso labore contexuit, post Moysem Semiramim fuisse adfirmat: quæ apud Assyrios CL ante Inachum regnavit annos. Itaque juxta eum DCCC pene & L annis Trojano bello Moyses senior invenitur. Quum hæc ita se habeant, necessarium duxi veritatem diligentius persequi. Et ob id in priori libello quasi quandam materiam futuro operi omnium Regum mihi tempora prænotavi, Chaldæorum, Assyriorum, Medorum, Persarum, Lydorum, Hebræorum, Ægyptiorum, Atheniensium, Argivorum, Sicyoniorum, Lacedæmoniorum, Corinthiorum, Thessalorum, Macedonum, Latinorum, qui postea Romani nuncupati sunt. In præsenti autem stilo eadem tempora contra se invicem ponens, & singularum gentium annos dinumerans, ut quid cuique coætaneum fuit, ita curioso ordine coaptavi. Neque me fugit, in Hebræis codicibus dissonantes ætatum annos inveniri, plusque vel minus, prout interpretibus visum est, lectitari: sequendumque illud potius, quod exemplariorum multitudo in fidem traxit. Verum utcunque quis volet, computet, & reperiet Inachi temporibus, quem primum Argis regnasse ajunt, Patriarcham Hebræorum fuisse Israëlem: à quo duodecim Iudæorum tribus Israëlis vocabulum sortitæ sunt. Semiramim autem & Abraham contemporales fuisse manifestum est. Namque Moyses, junior licet supradictis sit, ab omnibus tamen, quos Græci antiquissimos putant, senior deprehenditur, Homero scilicet, & Hesiodo, Trojanoque bello, ac multo superius Hercule, Musæo, Lino, Chirone, Orpheo, Castore, Polluce, Æsculapio, Libero, Mercurio, Apolline, cæterisque Diis gentium, sacrisque, vel vatibus, ipsius quoque Iovis gestis, quem Græcia in arce divinitatis collocavit. Hos, inquam, omnes, quos enumeravimus, etiam post Cecropem Diphyem primum Atticæ Regem fuisse convincimus. Cecropem autem præsens Historia Moysi coætaneum ostendet, & antecedere Trojanum bellum annis trecentis quinquaginta. Quod ne cui dubium videatur, sequens ratio sic probabit. Quadragesimo secundo anno imperii Augusti CHRISTUS natus, quintodecimo Tiberii prædicare orsus est. Si quis igitur retrorsum annorum supputans numerum alterum Darii regis Persarum quærat annum, sub quo templum Ierosolymarum, quod à Babyloniis destructum fuerat, instauratum est, reperiet à Tiberio, usque ad Darium, annos quingentos quadraginta octo. Darii quippe secundus annus sexagesimæ quintæ Olympiadis anno primo fuit: & Tiberii quintusdecimus in ducentesimam priman Olympiadem incurrit. Fiunt ergo inter Darium & Tiberium Olympiades centum triginta septem: anni DXLVIII, quadriennio in una Olympiade supputato. Deinde secundo Darii anno, LXX desolationis templi annus expletur. à quo, usque ad primam Olympiadem, retrorsum numerantur Olympiades LXIIII, anni

anni ducenti, quinquaginta sex : qui similiter supputantur à supradicto desolationis templi anno, usque ad quinquagesimum annum Oziæ Regis Iudæorum : sub quo Esaias, & Osee fuerunt. Itaque prima Olympias in Esaiæ & reliquorum incurrit ætatem, qui cum eo prophetaverunt. Rursum si à prima Olympiade, ad superiora tempora, & usque ad captivitatem Trojæ proveharis, invenies annos CCCCVI. quos & nos in priore opusculo digessimus, & curiosissima Græcorum Historia conscribit. Item apud Hebræos à supradicto Oziæ anno, & temporibus Esaiæ prophetæ, usque ad Samson, & tertium annum Labdon Iudicis, supputabis annos CCCCVI. Samson autem est, quem in corporis robore Herculi similem ferunt posteri Iudæorum : & mihi videntur non multum inter se distare tempore. Siquidem ambo circa Trojæ captivitatem fuerunt. Post hoc iterum ad priora convertere. Et quum CCC tibi & XXIX annos pes retroactus impleverit, Græcorum Cecropem Diphyem, & Moysem invenies Hebræorum. Nam à XLV Cecropis anno, usque ad captivitatem Trojæ, & ab LXXX ætatis Moysi anno, in quo populum Israëliticum de Ægypto eduxit, usque ad Labdon & Samson Judices, computantur anni CCCXXIX. Itaque sine ulla ambiguitate Moyses & Cecrops, qui primus Athenienfium rex fuit, iisdem fuere temporibus. Porro iste est Cecrops Diphyes indigena, sub quo primum in arce oliva orta est, & Athenienfium urbs ex Minervæ appellatione sortita nomen. Hic primus omnium Jovem appellavit; simulacra reperit; aram statuit; victimas immolavit, nequaquam istiusmodi rebus in Græcia usquam visis. Cætera quoque, quæ apud Græcos mira tractantur, posteriora Cecropis annis deprehenduntur. Si autem Cecropis, consequenter & Moysi, qui cum Cecrope fuit. Post hunc enim scribitur diluvium sub Deucalione, incendium sub Phaëthonte, Erichthonius Vulcani & Terræ filius, Dardanus, qui Dardaniam condidit: de quo Homerus:

Quem primum genuit cælesti Iupiter arce.

Liberæ quoque raptus, & Europæ: sacra Cereris atque Isidis: delubrum in Eleusina: frumenta Triptolemi: regnum Trois:

Cujus Dii natum Ganymedem ad sidera raptum:
Vina Iovis magni voluerunt fundere mensis.

Quo tempore quoque Tantalus & Tityus fuerunt, & Apollo natus est. Nam Latona Jovis conjux tempore Tityi fuit.

Latonæ autem & Jovis Apollo filius. Post quos Cadmus Thebas venit:

Qui Semelem genuit, de qua pulcherrima proles
Liber condignam partu tulit edita frugem.

Porro Liber, & reliqui, quos mox inferemus, post centesimum annum Cecropis fuerunt: Linus scilicet, Zethus, & Amphion, Musæus, & Orpheus, Minos, Perseus, Æsculapius, gemini Castor & Pollux, Hercules, cum quo Apollo servivit Admeto: post quos facta est Trojanæ urbis eversio : quam Homerus longo sequitur intervallo. Homerus autem Solone, & Thalete Milesio, ceterisque, qui cum his septem Sapientes appellati sunt, multo prior reperitur. Deinde Pythagoras extitit, qui se non Sapientem, ut priores, sed Philosophum, id est amatorem sapientiæ dici voluit. Quem secutus Socrates Platonem erudivit: à quo famosa in partes Philosophia divisa est. Horum singulos juxta ordinem sequentis historiæ suis locis inferemus. Igitur Moyses cunctos, quos supra memoravimus, antecedit: quia ætate Cecropis fuisse monstratus est. Ab octagesimo autem anno Moysi, & egressu Israël ab Ægypto, rursus ad superiora conversus, usque ad primum annum Abrahæ reperies annos DV. quos similiter à quadragesimo quinto anno Cecropis, usque ad Ninum & Semiramim Assyriorum principes, supputabis. Primus quippe omni Asiæ, exceptis Indis, Ninus Beli filius regnavit. Itaque manifestum est, Abraham Nini ætate generatum, juxta eum tamen numerum, quem contractiorem editione vulgata sermo præbet Hebræus. Verum in curiositate ne cesses: & quum divinam scripturam diligenter evolveris, à nativitate Abrahæ, usque ad totius orbis Diluvium, invenies retrorsum annos DCCCCXLII. Item à Diluvio, usque ad Adam, MM.CC.XLII. in quibus nulla penitus nec Græca, nec Barbara, &, ut loquar in commune, gentilis reperitur historia. Quamobrem præsens opusculum ab Abraham omnino, usque ad nostram ætatem, inferiora tempora persequetur : & statim in principio sui Hebræorum Abraham : Assyriorum Ninum & Semiramim proponet : quia neque Athenarum adhuc urbs, neque Argivorum regnum nomen acceperat, solis Sicyoniis in Græcia florentibus, apud quos temporibus Abrahæ & Nini, Europem secundem regnasse ferunt. Quod cur etiam nos putemus, ex sequentibus demonstrabitur. Si enim diligenter enumeres ab ultima ætate Nini, usque ad Trojæ captivitatem, invenies annos DCCCXXXIV.

Item in Sicyone à vicesimo secundo anno regis Europis, usque ad supradictum tempus, eosdem annos invenies DCCCXXXIV. Apud Hebræos quoque à nativitate Abraham, usque ad Labdon & Samson, Iudices Hebræorum, qui Trojanis temporibus populo præfuerunt, æque supputabis annos DCCCXXXIV. Item apud Ægyptios ab ætate Nini & Semiramidis, quo tempore jam sextadecima Dynastia Thebæi Ægyptiis imperabant, usque ad vicesimam Dynastiam, & regem Ægypti Thuorin, qui ab Homero Polybus vocatur, sub quo Troja capta est, colliguntur etiam supradicti anni DCCCXXXIV. Igitur consequenter in libelli fronte ponimus uno eodemque tempore Abraham, Ninum, Semiramim, Europem, Ægyptiorum Thebæos. Et hæc quidem ita se habere, ut præfati sumus, posterior textus ostendet. Nunc illud in cura est, ut etiam Hebræorum annos in quatuor tempora dividamus: ab Abraham, usque ad Moysem: à Moyse, usque ad primam ædificationem templi: à prima ædificatione templi, usque ad secundam instaurationem ejus: ab instauratione ejus, usque ad adventum Domini. A nativitate quippe Abrahæ, usque ad Moysem, & egressu Israël ex Ægypto, computantur anni DV. A Moyse, usque ad Salomonem, & primam ædificationem templi, anni CCCCLXXIX, secundum minorem tamen numerum, quem tertius liber Regnorum continet. Nam juxta volumen Iudicum supputantur anni DC. A Salomone vero, usque ad instaurationem templi, quæ sub Dario Persarum rege facta est, colliguntur anni DXII. Porro à Dario, usque ad prædicationem Domini nostri JESU CHRISTI, & usque ad quintumdecimum annum Tiberii principis Romanorum, explentur anni DXLVIII. Itaque simul fiunt ab Abraham, usque ad quintum decimum Tiberii annum, anni MM.XLIV. Similiter à Nino & Semiramide, usque ad Moysem & Ceropem, anni DV. A Cecrope, usque ad captivitatem Trojæ, anni CCCXXIX. A captivitate Trojæ, usque ad primam Olympiadem, anni CCCCVI. A prima Olympiade, usque ad secundum Darii annum & instaurationem templi, anni CCLVI. A secundo Darii anno, & instauratione templi, usque ad XV annum Tiberii Cæsaris, anni DXLVIII. Fiunt simul à Nino & Semiramide, usque ad XV Tiberii annum, anni MM.XLIV: quos & ab Abraham, usque ad Tiberium ostendimus supputatos. A Tiberii autem XV anno, usque ad XIV annum Valentis, quo interiit, numerantur anni CCCLI. Itaque fiunt anni istius historiæ MM.CCC.XCV. Et ne longus ordo numerorum aliquid forte turbationis afferat, omnem annorum congeriem in Decadas decidimus: quas ex singularum gentium historiis congregantes sibi invicem fecimus esse contrarias, ut facilis præbeatur inventio cujus Græci ætate vel Barbari, Prophetæ, & Reges, & Sacerdotes fuerunt Hebræorum: item qui diversarum gentium falso crediti Dii: qui Heroës: quæ, quando urbs condita: qui de illustribus viris Philosophi, Poëtæ, Principes, scriptoresque variorum operum extiterunt: & si qua alia digna memoriâ putavit Antiquitas. Quæ universa in suis locis cum summa brevitate ponemus.

EUSE-

EUSEBII PAMPHILI

CÆSAREÆ PALÆSTINÆ EPISCOPI

CHRONICORVM CANONVM

LIBER POSTERIOR,

QUI CHRONICUS CANON DICITUR.

PRimus Assyriorum rex NINUS Beli filius regnavit omni Asiæ, exceptis Indis, annos LII: cujus XLIII imperii anno natus est Abraham. In Græcia verò secundo imperio Sicyoniis imperavit EVROPS annis XLV: cujus XXII regni anno natus est Abraham. Porrò apud Ægyptios XVI potestas erat, quam vocant Dynastiam. Ab hoc tempore regnabant eis Thebæi annos CXC.

HEBR.	*ASSYR.*	*SICYON.*	*ÆGYPT.*
ABRAHAM.	NINVS.	EVROPS	THEBÆI.
I.	XLIII.	XXII.	I.

Ninus condidit civitatem Ninum in regione Assyriorum, quam Hebræi vocant Niniven. Nino regnante apud Assyrios, primus Sicyoniis imperavit Aegialeus annos LII, à quo Aegialea nuncupata est, quæ nunc Peloponnesus vocatur. Post quem secundus EVROPS, qui & prælatus est titulo. Nino regnante apud Assyrios, Ægyptiis THEBÆI imperabant.

II.	XLIV.	XXIII.	II.
III.	XLV.	XXIV.	III.
IV.	XLVI.	XXV.	IV.
V.	XLVII.	XXVI.	V.
VI.	XLVIII.	XXVII.	VI.
VII.	XLIX.	XXVIII.	VII.

Regnante Nino apud Assyrios, novissimo ejus tempore nascitur Abraham. Abraham natione Chaldæus primam ætatem apud Chaldæos terit.

Apud Hebræos, usque ad nativitatem Abrahæ, computantur anni mille nongenti quinquaginta. Vsque ad Diluvium enim, ab Adam, habent annos M.DC.LVI. & inde usque ad Abraham, CC.XC.III. Et ideo XL Jobelei à nativitate Abraham computantur. Vnus enim Jobeleus quinquaginta anni sunt.

Zoroastres magus rex Bactrianorum clarus habetur: adversum quem Ninus dimicavit.

VIII.	L.	XXIX.	VIII.
IX.	LI.	XXX.	IX.
X.	LII.	XXXI.	X.

HEBR.

HEBR. ASSYR. SICYON. ÆGYPT.

SEMIRAMIS uxor Nini Assyriis imperavit annos XLII.: de qua innumerabilia narrantur: quæ & Asiam tenuit, & propter inundationem aggeres construxit, plurimas Babyloniæ urbes instaurans.

		SEMIRAMIS.			Assyriorum secunda SEMIRAMIS ann. XLII.
	XI.	I.	XXXII.	XI.	
	XII.	II.	XXXIII.	XII.	
	XIII.	III.	XXXIV.	XIII.	
	XIV.	IV.	XXXV.	XIV.	
	XV.	V.	XXXVI.	XV.	
	XVI.	VI.	XXXVII.	XVI.	
	XVII.	VII.	XXXVIII.	XVII.	
	XVIII.	VIII.	XXXIX.	XVIII.	
	XIX.	IX.	XL.	XIX.	
XX.	XX.	X.	XLI.	XX.	
	XXI.	XI.	XLII.	XXI.	
	XXII.	XII.	XLIII.	XXII.	
	XXIII.	XIII.	XLIV.	XXIII.	
	XXIV.	XIV.	XLV.	XXIV.	
			TELCHINUS.		Sicyoniis tertius imperavit TELCHINUS ann. XX.
	XXV.	XV.	I.	XXV.	
	XXVI.	XVI.	II.	XXVI.	
	XXVII.	XVII.	III.	XXVII.	
	XXVIII.	XVIII.	IV.	XXVIII.	
	XXIX.	XIX.	V.	XXIX.	
XXX.	XXX.	XX.	VI.	XXX.	
	XXXI.	XXI.	VII.	XXXI.	
	XXXII.	XXII.	VIII.	XXXII.	
	XXXIII.	XXIII.	IX.	XXXIII.	
	XXXIV.	XXIV.	X.	XXXIV.	
	XXXV.	XXV.	XI.	XXXV.	
	XXXVI.	XXVI.	XII.	XXXVI.	
	XXXVII.	XXVII.	XIII.	XXXVII.	
	XXXVIII.	XXVIII.	XIV.	XXXVIII.	

HEBR.	*ASSYR.*	*SICYON.*	*ÆGYPT.*	
XXXIX.	XXIX.	XV.	XXXIX.	
XL.	XXX.	XVI.	XL.	
XLI.	XXXI.	XVII.	XLI.	
XLII.	XXXII.	XVIII.	XLII.	
XLIII.	XXXIII.	XIX.	XLIII.	
XLIV.	XXXIV.	XX.	XLIV.	
		APIS.		Sicyoniorum quartus APIS ann. XXV. A quo Apia, nunc Peloponnesus, prius Ægialea nuncupata.
XLV.	XXXV.	I.	XLV.	
XLVI.	XXXVI.	II.	XLVI.	
XLVII.	XXXVII.	III.	XLVII.	
XLVIII.	XXXVIII.	IV.	XLVIII.	
XLIX.	XXXIX.	V.	XLIX.	
L.	XL.	VI.	L.	
LI.	XLI.	VII.	LI.	

Principium XLI Jobelei secundum Hebræos. JOBEL autem apud Hebræos quinquagenarius annus vocatur. Itaque juxta supputationem illorum, ab Adam, usque ad annum præsentem, fuerunt anni duo millia.

LII.	XLII.	VIII.	LII.	
	ZAMEIS.			Assyriorum tertius ZAMEIS, qui & NINYAS, filius Nini & Semiramidis ann. XXXVIII.
LIII.	I.	IX.	LIII.	
LIV.	II.	X.	LIV.	
LV.	III.	XI.	LV.	
LVI.	IV.	XII.	LVI.	Apud Cretam regnavit primus CRES indigena: à quo CRETA appellata: quem ajunt unum Curetarum fuisse, à quibus Jupiter absconditus est, & nutritus. Hi Cnosson civitatem in Creta condiderunt, & Cybeles Matris templum.
LVII.	V.	XIII.	LVII.	
LVIII.	VI.	XIV.	LVIII.	
LIX.	VII.	XV.	LIX.	
LX.	VIII.	XVI.	LX.	
LXI.	IX.	XVII.	LXI.	
LXII.	X.	XVIII.	LXII.	
LXIII.	XI.	XIX.	LXIII.	
LXIV.	XII.	XX.	LXIV.	
LXV.	XIII.	XXI.	LXV.	
LXVI.	XIV.	XXII.	LXVI.	

HEBR.

	HEBR.	*ASSYR.*	*SICYON.*	*ÆGYPT.*	
	LXVII.	XV.	XXIII.	LXVII.	
	LXVIII.	XVI.	XXIV.	LXVIII.	
	LXIX.	XVII.	XXV.	LXIX.	
			THEL-XION.		Sicyoniorum quintus THELXION ann. LII.
LXX.	LXX.	XVIII.	I.	LXX.	
	LXXI.	XIX.	II.	LXXI.	
	LXXII.	XX.	III.	LXXII.	
	LXXIII.	XXI.	IV.	LXXIII.	
	LXXIV.	XXII.	V.	LXXIV.	
	LXXV.	XXIII.	VI.	LXXV.	PRIMUS ANNUS REPROMISSIONIS DEI AD ABRAHAM.

Abraham, quum LXXV eſſet annorum, divino dignus habetur alloquio, & ea repromiſſione, quod ad eum facta eſt.

Primus annus repromiſſionis Dei ad Abraham: à quo, uſque ad Moyſen, & egreſſum gentis Hebræorum ex Ægypto, ſupputantur anni CCCCXXX: quorum meminit Paulus ita dicens: *Teſtamentum confirmatum à Domino, quæ poſt quadringintos & trigenta annos facta eſt lex, non infirmat ad evacuandam promiſſionem.* Ipſe quoque in Exodo Moyſes his congruens loquitur: *Habitatio autem filiorum Iſrael, qua habitaverunt in Ægypto, & in terra Chanaan, ipſi & pates eorum, anni quadringenti triginta.*

	LXXVI.	XXIV.	VII.	LXXVI.	
	LXXVII.	XXV.	VIII.	LXXVII.	
	LXXVIII.	XXVI.	IX.	LXXVIII.	
	LXXIX.	XXVII.	X.	LXXIX.	
LXXX.	LXXX.	XXVIII.	XI.	LXXX.	
	LXXXI.	XXIX.	XII.	LXXXI.	
	LXXXII.	XXX.	XIII.	LXXXII.	
	LXXXIII.	XXXI.	XIV.	LXXXIII.	
	LXXXIV.	XXXII.	XV.	LXXXIV.	
	LXXXV.	XXXIII.	XVI.	LXXXV.	DECIMUS ANNUS REPROMISSIONIS.
	LXXXVI.	XXXIV.	XVII.	LXXXVI.	
	LXXXVII.	XXXV.	XVIII.	LXXXVII.	
	LXXXVIII.	XXXVI.	XIX.	LXXXVIII.	ABRAHAM ex ancilla Agar genuit Iſmaelem: à quo Iſmaelitarum gens, qui poſtea Agareni, deinde Sarraceni dicti.
	LXXXIX.	XXXVII.	XX.	LXXXIX.	
XC.	XC.	XXXVIII.	XXI.	XC.	
	XCI.	ARIUS. I.	XXII.	XCI.	Aſſyriorum quartus ARIUS ann. XXX.

HEBR.

	HEBR.	*ASSYR.*	*SICYON.*	*ÆGYPT.*	
	XCII.	II.	XXIII.	XCII.	
	XCIII.	III.	XXIV.	XCIII.	
	XCIV.	IV.	XXV.	XCIV.	
	XCV.	V.	XXVI.	XCV.	VICESIMUS ANNUS REPROMISSIONIS.
	XCVI.	VI.	XXVII.	XCVI.	
	XCVII.	VII.	XXVIII.	XCVII.	
	XCVIII.	VIII.	XXIX.	XCVIII.	
	XCIX.	XI.	XXX.	XCIX.	Sodoma & Gomorra ſuccenſæ.
c.	C.	X.	XXXI.	C.	

Abraham, quum centenarius eſſet, genuit ex libera filium Iſaac: cui ſupervixit alios annos LXXXV. Primo omnium Prophetarum Abrahæ verbum Dei quum in figura apparuiſſet humana, vocationem gentium pollicetur, quam in noſtrum tempus ſermo Chriſti deduxit ad finem per euangelicam in omnes gentes prædicationem.

	ISAAC FIL. ABRAHAM.				
	I.	XI.	XXXII.	CI.	INITIUM QUADRAGESIMI SECUNDI JOBELEI SECUNDUM JUDÆOS.
	II.	XII.	XXXIII.	CII.	
	III.	XIII.	XXXIV.	CIII.	
	IV.	XIV.	XXXV.	CIV.	
	V.	XV.	XXXVI.	CV.	TRICESIMUS ANNUS REPROMISSIONIS.
	VI.	XVI.	XXXVII.	CVI.	
	VII.	XVII.	XXXVIII.	CVII.	
	VIII.	XVIII.	XXXIX.	CVIII.	
	IX.	XIX.	XL.	CIX.	
cx.	X.	XX.	XLI.	CX.	CENTESIMUS DECIMUS ANNUS ABRAHÆ.
	XI.	XXI.	XLII.	CXI.	
	XII.	XXII.	XLIII.	CXII.	
	XIII.	XXIII.	XLIV.	CXIII.	
	XIV.	XXIV.	XLV.	CXIV.	
	XV.	XXV.	XLVI.	XV.	QUADRAGESIMUS ANNUS REPROMISSIONIS.
	XVI.	XXVI.	XLVII.	CXVI.	
	XVII.	XXVII.	XLVIII.	CXVII.	
	XVIII.	XXVIII.	XLIX.	CXVIII.	
	XIX.	XXIX.	L.	CXIX.	

	HEBR.	*ASSYR.*	*SICYON.*	*ÆGYPT.*	
CXX.	XX.	XXX.	LI.	CXX.	CENTESIMUS VICESIMUS ANNUS ABRAHÆ.
		ARALIUS.			Assyriorum quintus ARALIUS ann. XL.
	XXI.	I.	LII.	CXXI.	
			AEGYDRUS.		Sicyoniis sextus AEGYDRUS ann. XXXIV.
	XXII.	II.	I.	CXXII.	
	XXIII.	III.	II.	CXXIII.	
	XXIV.	IV.	III.	CXXIV.	
	XXV.	V.	IV.	CXXV.	QUINQUAGESIMUS ANNUS REPROMISSIONIS.
	XXVI.	VI.	V.	CXXVI.	
	XXVII.	VII.	VI.	CXXVII.	
	XXVIII.	VIII.	VII.	CXXVIII.	In Creta regnavit primus CRES indigena. Alii vero ſupraſcriptum tempus vindicant.
	XXIX.	IX.	VIII.	CXXIX.	
CXXX.	XXX.	X.	IX.	CXXX.	CENTESIMUS TRICESIMUS ANNUS ABRAHÆ.
	XXXI.	XI.	X.	CXXXI.	
	XXXII.	XII.	XI.	CXXXII.	
	XXXIII.	XIII.	XII.	CXXXIII.	
	XXXIV.	XIV.	XIII.	CXXXIV.	
	XXXV.	XV.	XIV.	CXXXV.	SEXAGESIMUS ANNUS REPROMISSIONIS.
	XXXVI.	XVI.	XV.	CXXXVI.	
	XXXVII.	XVII.	XVI.	CXXXVII.	
	XXXVIII.	XVIII.	XVII.	CXXXVIII.	
	XXXIX.	XIX.	XVIII.	CXXXIX.	
CLX.	XL.	XX.	XIX.	CXL.	CENTESIMUS QUADRAGESIMUS ANNUS ABRAHÆ.
	XLI.	XXI.	XX.	CXLI.	
	XLII.	XXII.	XXI.	CXLII.	
	XLIII.	XXIII.	XXII.	CXLIII.	
	XLIV.	XXIV.	XXIII.	CXLIV.	
	XLV.	XXV.	XXIV.	CXLV.	SEPTUAGESIMUS ANNUS REPROMISSIONIS.
	XLVI.	XXVI.	XXV.	CXLVI.	
	XLVII.	XXVII.	XXVI.	CXLVII.	
	XLVIII.	XXVIII.	XXVII.	CXLVIII.	
	XLIX.	XXIX.	XXVIII.	CXLIX.	

	HEBR.	ASSYR.	SICYON.	ÆGYPT.	
CL.	L.	XXX.	XXIX.	CL.	CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS ANNUS ABRAHAM.
	LI.	XXXI.	XXX.	CLI.	PRINCIPIUM JOBELEI QUADRAGESIMI TERTII.
	LII.	XXXII.	XXXI.	CLII.	
	LIII.	XXXIII.	XXXII.	CLIII.	
	LIV.	XXXIV.	XXXIII.	CLIV.	
	LV.	XXXV.	XXXIV.	CLV.	OCTUAGESIMUS ANNUS REPROMISSIONIS.
			THURI-MACHUS.		Apud Sicyonios septimus THURIMACHUS ann. XLV.
	LVI.	XXXVI.	I.	CLVI.	
	LVII.	XXXVII.	II.	CLVII.	
	LVIII.	XXXVIII.	III.	CLVIII.	
	LIX.	XXXIX.	IV.	CLIX.	
CLX.	LX.	XL.	V.	CLX.	

Sexagenario Isaac nascuntur filii gemini: primus ESAU, qui & EDOM: à quo gens Idumæorum. Secundus JACOB, qui postea Israel, à quo Israelitæ, qui nunc Iudæi. Initium etiam regni Argivorum his temporibus.
Apud Hebræos JACOB filius Isaac, qui prænotatur, usque ad JOSEPH, ann. CXXI.
Apud Assyrios sextus XERXES, qui & BALEUS, ann. XXX.
Apud Argos primus regnavit INACHUS ann. L.
Inachi filia Io, quam Ægyptii mutato nomine Isidem colunt. A patre Inacho Inachus fluvius apud Argos. A filia Ione Bosporus nuncupatur.

	HEBR.	ASSYR.	SICYON.	ARGIV.	ÆGYPT.	
	IACOB.	XERXES		INACHUS.		Castor Chronographus de Argivorum regno ita loquitur: *Consequentur persequemur reges Argi ab Inacho, usque in Sthenelantum filium Crotopi: quorum invenitur omne tempus anni* CCC.LXXXIV.
	I.	I.	VI.	I.	CLXI.	
	II.	II.	VII.	II.	CLXII.	
	III.	III.	VIII.	III.	CLXIII.	
	IV.	IV.	IX.	IV.	CLXIV.	
	V.	V.	X.	V.	CLXV.	NONAGESIMUS ANNUS REPROMISSIONIS.
	VI.	VI.	XI.	VI.	CLXVI.	
	VII.	VII.	XII.	VII.	CLXVII.	
	VIII.	VIII.	XIII.	VIII.	CLXVIII.	
	IX.	IX.	XIV.	IX.	CLXIX.	
CLXX.	X.	X.	XV.	X.	CLXX.	CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS ANNUS ABRAHÆ. ET ISAAC SEPTUAGESIMUS.
	XI.	XI.	XVI.	XI.	CLXXI.	
	XII.	XII.	XVII.	XII.	CLXXII.	
	XIII.	XIII.	XVIII.	XIII.	CLXIII.	

	HEBR.	ASSYR.	SICYON.	ARGIV.	ÆGYPT.	
	XIV.	XIV.	XIX.	XIV.	CLXXIV.	
	XV.	XV.	XX.	XV.	CLXXV.	CENTESIMUS ANNUS REPROMISSIONIS, IN QUO MORITUR ABRAHAM ANNORUM CLXXV.
	XVI.	XVI.	XXI.	XVI.	CLXXVI.	
	XVII.	XVII.	XXII.	XVII.	CLXXVII.	
	XVIII.	XVIII.	XXIII.	XVIII.	CLXXVIII.	
	XIX.	XIX.	XXIV.	XIX.	CLXXIX.	
CLXXX.	XX.	XX.	XXV.	XX.	CLXXX.	OCTAGESIMUS ANNUS ISAAC.
	XXI.	XXI.	XXVI.	XXI.	CLXXXI.	
	XXII.	XXII.	XXVII.	XXII.	CLXXXII.	Apis in Ægypto primus Deus putatur, quem quidam Serapim vocant.
	XXIII.	XXIII.	XXVIII.	XXIII.	CLXXXIII.	
	XXIV.	XXIV.	XXIX.	XXIV.	CLXXXIV.	
	XXV.	XXV.	XXX.	XXV.	CLXXXV.	CENTESIMUS DECIMUS ANNUS REPROMISSIONIS.
	XXVI.	XXVI.	XXXI.	XXVI.	CLXXXVI.	
	XXVII.	XXVII.	XXXII.	XXVII.	CLXXXVII.	
	XXVIII.	XXVIII.	XXXIII.	XXVIII.	CLXXXVIII.	
ANCUS MARCIUS Numæ ex filia nepos Aventinum montem & Janiculum Urbi addidit: & ſupra mare ſextodecimo ab Urbe miliario Oſtiam condidit civitatem. Ad extremum morbo periit.

			ANCVS MARCIUS.				Romanorum quartus ANCUS MARCIUS ann. XXIII.
	V.	XIV.	I.	VI.	XXIII.	XIX.	
OL. XXXV.	VI.	XV.	II.	VII.	XXIV.	XX.	

Thales Mileſius Examii filius primus Phyſicus Philoſophus agnoſcitur: quem aiunt vixiſſe uſque ad quinquageſimam octavam Olympiadem.

	VII.	XVI.	III.	VIII.	XXV.	XXI.	
	VIII.	XVII.	IV.	IX.	XXVI.	XXII.	Meſſena à Lacedæmoniorum ſocietate diſcedit.
MCCCLXXX.	IX.	XVIII.	V.	X.	XXVII.	XXIII.	
OL. XXXVI.	X.	XIX.	VI.	XI.	XXVIII.	XXIV.	
	XI.	XX.	VII.	XII.	XXIX.	XXV.	
	XII.	XXI.	VIII.	XIII.	XXX.	XXVI.	Myrthæus Athenienſis Poëta agnoſcitur.
	XIII.	XXII.	IX.	XIV.	XXXI.	XXVII.	Jeremias prophetare orſus eſt hoc tempore.
	XIV.	XXIII.	X.	XV.	XXXII.	XXVIII.	
OL. XXXVII.	XV.	XXIV.	XI.	XVI.	XXXIII.	XXIX.	Sinope condita. Lipara condita.

Apud Hebræos prophetabat Olda mulier.

		CYAXARES.					Medorum ſeptimus CYAXARES ann. XXXII.
	XVI.	I.	XII.	XVII.	XXXIV.	XXX.	Battus condidit Cyrenem. Scythæ uſque ad Palæſtinam penetraverunt.

IVD.

	IVD.	*MED.*	*ROM.*	*MAC.*	*LYD.*	*ÆG.*	
	XVII.	II.	XIII.	XVIII.	XXXV.	XXXI.	Pruſias condita.
OL. XXXVIII.	XVIII.	III.	XIV.	XIX.	XXXVI.	XXXII.	Apud Corinthios tyrannidem exercuit Periander.
MCCCXC.	XIX.	IV.	XV.	XX.	XXXVII.	XXXIII.	Prophetabant Sophonias & Ieremias.

Epidammus condita, quæ poſtea vocata Dyrrachium.

Phalaridis tyrannis deſtructa.

					SADYATTES		Lydorum ſeptimus SADYATTES ann. XV.
	XX.	V.	XVI.	XXI.	I.	XXXIV.	
	XXI.	VI.	XVII.	XXII.	II.	XXXV.	
OL. XXXIX.	XXII.	VII.	XVIII.	XXIII.	III.	XXXVI.	Draco legumlator, ut quibuſdam videtur, agnoſcitur.
	XXIII.	VIII.	XIX.	XXIV.	IV.	XXXVII.	
	XXIV.	IX.	XX.	XXV.	V.	XXXVIII.	
	XXV.	X.	XXI.	XXVI.	VI.	XXXIX.	
OL. XL.	XXVI.	XI.	XXII.	XXVII.	VII.	XL.	
	XXVII.	XII.	XXIII.	XXVIII.	VIII.	XLI.	Cyaxares adverſus Aſſyrios dimicans Ninum capit.

Arion Methymnæus clarus habetur, qui à delphino in Tænarum dicitur tranſportatus.

			TARQVINIVS PRISCVS.				Romanorum qnintus TARQVINIVS PRISCVS ann. XXXVII.
	XXVIII.	XIII.	I.	XXIX.	IX.	XLII.	Tarquinius Priſcus Capitolium conſtruxit, & Jovi dedicavit.
MCCCC.	XXIX.	XIV.	II.	XXX.	X.	XLIII.	

Tarquinius Priſcus Circum Romæ ædificavit, numerum Senatorum auxit, Romanos ludos inſtituit, muros & cloacas ædificavit. Ad extremum ab Anci filiis occiſus eſt Regis ejus, cui ipſe ſucceſſerat.

OL. XLI.	XXX.	XV.	III.	XXXI.	XI.	XLIV.	
						NECHAO II.	Ægyptiorum NECHAO ſecundus, qui & NECEPSOS, ann. VI.
	XXXI.	XVI.	IV.	XXXII.	XII.	I.	
	XXXII.	XVII.	V.	XXXIII.	XIII.	II.	Panætius in Sicilia primus arripuit tyrannidem.

Joſias rex Judæorum cum Nechaone rege Ægyptiorum congreſſus occiditur. At mihi miraculo eſt, quomodo ad unum tempus uterque convenerit, quum Scriptura divina hunc Pharaonem Nechaonem appellet.

	ELIAKIM.	Hebræorum Juda decimus nonus IOACHAZ menſes tres. Poſt quem ELIAKIM, qui & IOAKIM, ann. XI.					
	I.	XVIII.	VI.	XXXIV.	XIV.	III.	
OL. XLII.	II.	XIX.	VII.	XXXV.	XV.	IV.	Steſichorus Poëta clarus habetur.

	IVD.	MED.	ROM.	MAC.	LYD.	ÆG.	
					ALYATTES		Lydorum octavus ALYATTES ann. XLIX.
	III.	XX.	VIII.	XXXVI.	I.	V.	

Anno tertio Eliakim Nabuchodonoſor rex Babyloniæ Judæam capit: & in ditionem ſuam redactis plurimis Judæorum, quum etiam partem vaſorum Templi invaſiſſet, tributario Eliakim facto, victor ad ſuos rediit.

	IV.	XXI.	IX.	XXXVII.	II.	VI.	
						PSAMMETICHUS.	Ægyptiorum PSAMMITES, qui & PSAMMETICHUS, XII.
	V.	XXII.	X.	XXXVIII.	III.	I.	In Babylonia Daniel, Ananias, Azarias, Miſael, clari habentur.

Alcman, ut quibuſdam videtur, clarus habetur.

				ÆROPAS.			Macedonum ſeptimus ÆROPAS ann. XXVI.
OL. XLIII.	VI.	XXIII.	XI.	I.	IV.	II.	
MCCCCX.	VII.	XXIV.	XII.	II.	V.	III.	Cyaxares Medus ſubvertit Ninum.

Pittacus Mitylenæus, qui de ſeptem Sapientibus fuit, cum Phrynone Athenienſi Olympionice congreſſus eundem interfecit.

	VIII.	XXV.	XIII.	III.	VI.	IV.	
	IX.	XXVI.	XIV.	IV.	VII.	V.	
OL. XLIV.	X.	XXVII.	XV.	V.	VIII.	VI.	
	XI.	XXVIII.	XVI.	VI.	IX.	VII.	Sappho & Alcæus Poëtæ clari habentur.

JOACHIM. Hebræorum Juda viceſimus primus JOACHIM, qui & JECHONIAS, menſes tres, Hunc JOACHIM rex Babylonius captum ſecum pertrahit ſecundo veniens ad Judæam.

	I.	XXIX.	XVII.	VII.	X.	VIII.	HIC ANNUS PER DIVERSOS IMPLETUR.
	SEDECHIAS. I.	XXX.	XVIII.	VIII.	XI.	IX.	Hebræorum Juda viceſimus ſecundus SEDECHIAS ann. XI.
OL. XLV.	II.	XXXI.	XIX.	IX.	XII.	X.	Perinthus condita. Camarina condita.
	III.	XXXII.	XX.	X.	XIII.	XI.	Maſſilia condita. Prophetabant Ieremias & Baruch.
		ASTYAGES.					Medorum octavus ASTYAGES ann. XXXVIII.
	IV.	I.	XXI.	XI.	XIV.	XII.	
						VAPHRES.	Ægyptiorum VAPHRES ann. XXX.
MCCCCXX.	V.	II.	XXII.	XII.	XV.	I.	

	IVD.	MED.	ROM.	MAC.	LYD.	ÆG.	
OL. XLVI.	VI.	III.	XXIII.	XIII.	XVI.	II.	In Babylone prophetabant Daniel, & Ezechiel.
	VII.	IV.	XXIV.	XIV.	XVII.	III.	Solon, Draconis legibus antiquatis; extra eas, quæ ad sanguinem pertinebant, sua jura constituit.
	VIII.	V.	XXV.	XV.	XVIII.	IV.	
	IX.	VI.	XXVI.	XVI.	XIX.	V.	
OL. XLVII.	X.	VII.	XXVII.	XVII.	XX.	VI.	Epimenides Athenas emundavit.
	XI.	VIII.	XXVIII.	XVIII.	XXI.	VII.	

His temporibus certantibus in agone Tragos, id est hircus, in præmio dabatur. Unde aiunt Tragœdos nuncupatos.

Hebræorum captivitas, & exterminium Templi, quod fuit in Jerusalem, annis LXX, qui supputantur usque in secundum annum Darii.

Nabuchodonosor rex Chaldæorum, Ierosolymis captis, Templum incendit, quod ab initio ædificationis suæ permanserat ann. CCCCXLII. Sententiæ autem nostræ etiam Clemens congruit in primo Stromate, XLVIII Olympiade captivitatem Judæorum factam esse contestans, regnante apud Ægyptios Vaphre, apud Athenas Phænippo: & supputari LXX annos desolationis Templi, usque ad secundum annum Darii.

Capta Ierosolyma ab Assyriis, ad Vaphrem Regem Ægypti Judæorum reliqui transfugerunt. Hujus Vaphris Jeremias quoque propheta certo loco meminit.

PRIMUS ANNUS CAPTIVITATIS IERUSALEM.

	I.	IX.	XXIX.	XIX.	XXII.	VIII.	JUDÆA GENS CAPITUR.
	II.	X.	XXX.	XX.	XXIII.	IX.	
OL. XLVIII.	III.	XI.	XXXI.	XXI.	XXIV.	X.	Corinthiorum monarchia destructa est.
MCCCCXXX.	IV.	XII.	XXXII.	XXII.	XXV.	XI.	Solis facta defectio, quum futuram eam Thales prædixisset.

In Babylone prophetabant Daniel, & Iezechiel.

	V.	XIII.	XXXIII.	XXIII.	XXVI.	XII.	Alyattes, & Astyages dimicaverunt.
	VI.	XIV.	XXXIV.	XXIV.	XXVII.	XIII.	
OL. XLIX.	VII.	XV.	XXXV.	XXV.	XXVIII.	XIV.	
	VIII.	XVI.	XXXVI.	XXVI.	XXIX.	XV.	
				ALCETAS.			Macedonum octavus ALCETAS ann. XXIX.
	IX.	XVII.	XXXVII.	I.	XXX.	XVI.	Hoc tempore septem Sapientes appellati.

Isthmia post Melicerten, & Pythia primum acta.

			SERVIVS.				
	X.	XVIII.	I.	II.	XXXI.	XVII.	Romanorum sextus SERVIUS ann. XXXIV.

Servius ancillæ, sed nobilis, captivæ filius tres montes Vrbi addidit, Quirinalem, Viminalem, Esquilinum: fossas circum muros duxit: censum Romanorum civium primus instituit: & ad extremum Tarquinii Superbi generi sui superioris Regis filii scelere occisus est.

	IVD.	MED.	ROM.	MAC.	LYD.	ÆG.	
OL. L.	XI.	XIX.	II.	III.	XXXII.	XVIII.	
	XII.	XX.	III.	IV.	XXXIII.	XIX.	
	XIII.	XXI.	IV.	V.	XXXIV.	XX.	
MCCCCXL.	XIV.	XXII.	V.	VI.	XXXV.	XXI.	Aſtyages contra Lydos pugnat.
OL. LI.	XV.	XXIII.	VI.	VII.	XXXVI.	XXII.	
	XVI.	XXIV.	VII.	VIII.	XXXVII.	XXIII.	Anaximander Mileſius Phyſicus agnoſcitur.
	XVII.	XXV.	VIII.	IX.	XXXVIII.	XXIV.	
	XVIII.	XXVI.	IX.	X.	XXXIX.	XXV.	

Mortuo Nabuchodonoſor rege Chaldæorum, ſuſcepit imperium EVILMERODACH, cui ſucceſſit frater ejus BALTAZAR, cui Daniel eam ſcripturam, quæ in pariete apparuerat, interpretatus eſt ſignificantem imperium Chaldæorum in Medos & Perſas transferendum.

OL. LII.	XIX.	XXVII.	X.	XI.	XL.	XXVI.	
	XX.	XXVIII.	XI.	XII.	XLI.	XXVII.	
	XXI.	XXIX.	XII.	XIII.	XLII.	XXVIII.	
	XXII.	XXX.	XIII.	XIV.	XLIII.	XXIX.	
OL. LIII.	XXIII.	XXXI.	XIV.	XV.	XLIV.	XXX. AMASIS.	Agon Nemeacus primum ab Argivis actus poſt eum, qui ſub Archemoro fuit. Ægyptiorum AMASIS ann. XLII.
MCCCCL.	XXIV.	XXXII.	XV.	XVI.	XLV.	I.	
	XXV.	XXXIII.	XVI.	XVII.	XLVI.	II.	

Eugamon Cyrenæus, qui Telegoniam ſcripſit, agnoſcitur.
Agon Gymnicus, quem Panathæon vocant, actus.

	XXVI.	XXXIV.	XVII.	XVIII.	XLVII.	III.	Phalaris tyrannidem exercuit ann. XVI.
OL. LIV.	XXVII.	XXXV.	XVIII.	XIX.	XLVIII.	IV.	Æſopus interimitur à Delphis.
	XXVIII.	XXXVI.	XIX.	XX.	XLIX. CROESUS.	V.	Abaris de Scythia venit in Græciam. Lydorum nonus CROESUS ann. XV.
	XXIX.	XXXVII.	XX.	XXI.	I.	VI.	

Piſiſtratus Athenienſium tyrannus in Italiam tranſgreditur.

XXX.	XXXVIII.	XXI.	XXII.	II.	VII.	

Cyrus Medorum deſtruxit imperium, & regnavit Perſis, ſubverſo Rege Medorum Aſtyage.
Cyrus Hebræorum captivitate laxata quinquaginta fere hominum millia regredi fecit in Iudæam: qui deſtructo altari, Templi fundamenta jecerunt. Sed quum à vicinis gentibus fabricatio impediretur, imperfectum opus uſque ad Darium permanſit, ſolo tantum altari conſiſtente.

IVD.

	IVD.	PERS.	ROM.	MAC.	LYD.	ÆG.	
		CYRUS					Primus Persis regnavit CYRVS ann. XXX.
OL. LV.	XXXI.	I.	XXII.	XXIII.	III.	VIII.	Stesichorus moritur.
	XXXII.	II.	XXIII.	XXIV.	IV.	IX.	Simonides clarus habetur.
	XXXIII.	III.	XXIV.	XXV.	V.	X.	Chilo, qui de septem Sapientibus fuit, Ephorus Lacedæmone constituitur, dispositione communis gentis.
MCCCCLX.	XXXIV.	IV.	XXV.	XXVI.	VI.	XI.	
OL. LVI.	XXXV.	V.	XXVI.	XXVII.	VII.	XII.	Prophetabant Aggæus & Zacharias.
	XXXVI.	VI.	XXVII.	XXIII.	VIII.	XIII.	Anaximenes Physicus Philosophus agnoscitur.
	XXXVII.	VII.	XXVIII.	XXIX.	IX.	XIV.	
				AMYNTAS.			Macedonum nonus AMYNTAS ann. L.
	XXXVIII.	VIII.	XXIX.	I.	X.	XV.	Xenophanes Colophonius clarus habetur.
OL. LVII.	XXXIX.	IX.	XXX.	II.	XI.	XVI.	Ea, quæ de Crœso memorantur, quomodo tentaret oracula, his fuere temporibus.
	XL.	X.	XXXI.	III.	XII.	XVII.	
	Crœsus adversus Cyrum bellum init.						
	XLI.	XI.	XXXII.	IV.	XIII.	XVIII.	Thales moritur.

Eo tempore JESUS filius Josedech, & ZEROBABEL regii generis, filius Salathiel clari habentur, qui & principes fuerunt eorum, qui regressi sunt in Judæam.

	IVD.	PERS.	ROM.	MAC.	LYD.	ÆG.	
	XLII.	XII.	XXXIII.	V.	XIV.	XIX.	Templum Apollinis Delphici secunda vice incenderunt.
OL. LVIII.	XLIII.	XIII.	XXXIV.	VI.	XV.	XX.	

Crœsus à Cyro captus est, & Lydorum regnum destructum est, quod stetit ann. CCXXX.
Pisistratus secunda vice Athenis regnat.

IVD. | PERS. | ROM. | MAC. | ÆG.

Tarquinius Superbus socero Servio occiso arripuit imperium: Volscos, Gabios, Vejos, Suessam Pometiam subegit: &, quum oppugnaret Ardeam, caussâ Tarquinii junioris filii sui, qui Lucretiam corruperat, regno exclusus est.

Tarquinius Superbus excogitavit vincula, taureas, fustes, lautumias, carceres, exilia, metalla, compedes, & catenas.

	IVD.	PERS.	ROM.	MAC.	ÆG.	
			TARQUINIUS SUPERBUS.			Romanorum septimus TARQVINIVS SVPERBVS ann. XXXV.
MCCCCLXX.	XLIV.	XIV.	I.	VII.	XXI.	Theognis Poëta clarus habetur.
	XLV.	XV.	II.	VIII.	XXII.	Cyrus Sardes capit.
	XLVI.	XVI.	III.	IX.	XXIII.	
OL. LIX.	XLVII.	XVII.	IV.	X.	XXIV.	

	IVD.	PERS.	ROM.	MAC.	ÆG.	
	XLVIII.	XVIII.	V.	XI.	XXV.	Harpagus, qui apud Cyrum primi loci habebatur, adverſus Joniam dimicat.
	XLIX.	XIX.	VI.	XII.	XXVI.	
	L.	XX.	VII.	XIII.	XXVII.	

Colligitur omne tempus captivitatis Judæorum anni LXX, qui ſecundum quoſdam à tertio anno Eliakim; uſque ad viceſimum annum Cyri Regis Perſarum, computantur: porro ſecundum alios, à Joſiæ Judæorum anno XIII, ſub quo Jeremias prophetare cœpit, uſque ad primum annum ſupradicti Regis. Deſolationis vero Templi ſub Dario Rege complentur anni LXX.

OL. LX.	LI.	XXI.	VIII.	XIV.	XXVIII.	Hippicus carminum ſcriptor agnoſcitur.
	LII.	XXII.	IX.	XV.	XXIX.	Pherecydes Hiſtoricus clarus habetur.
	LIII.	XXIII.	X.	XVI.	XXX.	
MCCCCLXXX.	LIV.	XXIV.	XI.	XVII.	XXXI.	Simonides Lyricus & Phocylides clari habentur, & Xenophanes Phyſicus ſcriptor Tragœdiarum.
OL. LXI.	LV.	XXV.	XII.	XVIII.	XXXII.	
	LVI.	XXVI.	XIII.	XIX.	XXXIII.	
	LVII.	XXVII.	XIV.	XX.	XXXIV.	
	LVIII.	XXVIII.	XV.	XXI.	XXXV.	
OL. LXII.	LIX.	XXIX.	XVI.	XXII.	XXXVI.	Anacreon Lyricus Poëta cognoſcitur.
	LX.	XXX.	XVII.	XXIII.	XXXVII.	Tomyris Regina Maſſagetarum Cyrum interfecit.
		CAMBYSES.				Perſarum ſecundus CAMBYSES ann. VIII.
	LXI.	I.	XIX.	XXIV.	XXXVIII.	

CAMBYSEN aiunt ab Hebræis ſecundum Nabuchodonoſor vocari: ſub quo Judith hiſtoria conſcribitur.

Apud Hebræos Pontifex Maximus Jeſus filius Joſedech, & princeps gentis Zorobabel clari habentur.

	LXII.	II.	XIX.	XXV.	XXXIX.	
OL. LXIII.	LXIII.	III.	XX.	XXVI.	XL.	
MCCCCXC.	LXIV.	IV.	XXI.	XXVII.	XLI.	Apud Samum tyrannidem exercent tres fratres, Polycrates, Syloſon, & Pantagnotus.
	LXV.	V.	XXII.	XXVIII.	XLII.	

Ægypti XXVII Dynaſtia Perſarum. Obtinuit quippe Ægyptum Cambyſes in anno quinto regni ſui, uſque ad Darium filium Xerxis annis CXI.

	LXVI.	VI.	XXII.	XXIX.	
OL. LXIV.	LXVII.	VII.	XXIII.	XXX.	
	LXVIII.	VIII.	XXIV.	XXXI.	Poſt Cambyſen duo fratres Magi regnaverunt menſibus VII.
	LXIX.	IX.	XXV.	XXXII.	

	IVD.	*PERS.*	*ROM.*	*MAC.*	
		DARIUS.			Post quos DARIUS ann. XXXVI.
	LXX.	I.	XXVII.	XXXIII.	Samii Dicæarchiam condiderunt, quam nunc Puteolos vocant.

	PERS.	*ROM.*	*MAC.*
OL. LXV.	II.	XXVIII.	XXXIV.

OLYMPIAS LXV, in qua Persarum regis Darii filii Hystaspis fuit annus secundus.
Pythagoras Physicus Philosophus clarus habetur.
Hipparchus & Hippias Athenis tyrannidem exercent.
Prophetabant apud Hebræos novissimi Aggæus, Zacharias, & Malachias.
Secundo anno Darii Regis Persarum Templum in Ierosolymis exstruitur ab Zorobabele: consummaturque opus anno quarto. Remissio quidem captivitatis Judæorum & venia templi ædificandi sub Cyro exordium habuit: sed consummatur templum sub Dario: quia vicinæ gentes assiduis incursionibus ædificationem templi impedierunt. Clemens quoque congruit in primo Stromate ita scribens: *Et perseveravit captivitas annis septuaginta, usque ad secundum annum Darii filii Hystaspis, qui Persis, Assyriis, & Ægypto regnavit: sub quo Aggæus & Zacharias, & unus ex duodecim, qui vocatur Angelus, prophetaverunt, sacerdotioque functus est Iesus filius Iosedech.* Hæc supradictus vir. Quod autem septuagesimus annus desolationis templi altero anno Darii fuerit expletus, domesticus est testis Zacharias propheta secundo anno Darii ita dicens: *Domine Omnipotens, quousque misereberis Ierusalem, & civitatibus Iuda, quas despexisti? hic septuagesimus annus est.*

	III.	XXIX.	XXXV.	Harmodius & Aristogiton Hipparchum tyrannum interfecerunt: & Leæna meretrix amica eorum, quum tormentis cogeretur, ut socios proderet, linguam suam mordicus amputavit.
	IV.	XXX.	XXXVI.	
MD.	V.	XXXI.	XXXVII.	
OL. LXVI.	VI.	XXXII.	XXXVIII.	Templum Ierosolymis consummatur prophetantibus apud Judæos Aggæo & Zacharia.
	VII.	XXXIII.	XXXIX.	
	VIII.	XXXIV.	XL.	
	IX.	XXXV.	XLI.	

INITIUM CONSULUM.

Pulsis ab Urbe Regibus vix usque ad XV lapidem Roma tenebat imperium.
Romanorum Reges septem à Romulo, usque ad Tarquinium Superbum, imperaverunt ann. CXCL, sive, ut quibusdam placet, CCXLIII.

	PERSAR.	*MACED.*	CONSULUM.
OL. LXVII.	X.	XLII.	
	XI.	XLIII.	Romæ post exactos Reges primum Consules à Bruto esse cœperunt: deinde Tribuni plebis ac Dictatores: & rursum Consules Rempublicam obtinuerunt per annos ferme CCCCLXIV, usque ad Julium Cæsarem, qui primus singulare arripuit imperium Olympiade CLXXXIII.
	XII.	XLIV.	
	XIII.	XLV.	
OL. LXVIII.	XIV.	XLVI.	Mare obtinuerunt Æginetæ ann. XX, usque ad transitum Xerxis.
MDX.	XV.	XLVII.	Valerius Bruti collega adeo pauper mortuus est, ut sumptu publico sepeliretur.
	XVI.	XLVIII.	

PER-

	PERSAR.	*MACED.*	CONSULUM.
	XVII.	XLIX.	
OL. LXIX.	XVIII.	L.	Cenſu Romæ agitato, inventa ſunt hominum CXX milia. Nono anno poſt exactos Reges nova dignitas eſt creata, Dictatura ſcilicet, & Magiſter equitum, qui Dictatori obſequeretur. Dictator primus LARGIVS. Magiſter equitum SPVRIVS CASSIVS fuit.
		ALEXANDER.	Macedonum decimus ALEXANDER ann. XLIII.
	XIX.	I.	
	XX.	II.	
	XXI.	III.	
OL. LXX.	XXII.	IV.	Hellanicus Hiſtoriographus, & Democritus Philoſophus, & Heraclitus cognomento Tenebroſus, & Anaxagoras Phyſici clari habentur.
	XXIII.	V.	
	XXIV.	VI.	
MDXX.	XXV.	VII.	Pythagoras Philoſophus moritur. Volſci Coriolos perdiderunt.
OL. LXXI.	XXVI.	VIII.	Æſchylus Tragœdiarum ſcriptor agnoſcitur.
	XXVII.	IX.	Latini contra Romanos rebellaverunt.
	XXVIII.	X.	Romæ Populus à Patribus facta ſeditione diſcedit.
	XXIX.	XI.	Marcius, qui Coriolos cœperat, interventu matris Veturiæ, & uxoris Tolumniæ ab oppugnatione Vrbis removit exercitum.
OL. LXXII.	XXX.	XII.	Bellum, quod in Marathone geſtum eſt, & ea, quæ de Miltiade ſcribuntur, & Ariſtide, qui cognominabatur Juſtus.
	XXXI.	XIII.	
	XXXII.	XIV.	
	XXXIII.	XV.	Panyaſis Poëta habetur illuſtris. CCC Nobilis Fabiæ familiæ à Veientibus cæſi. Quum in Algido monte Romani milites obſiderentur, à Dictatore Quintio Cincinnato liberati ſunt.
OL. LXXIII.	XXXIV.	XVI.	Ægyptus receſſit à Dario.
MDXXX.	XXXV.	XVII.	Gelo obtinuit Syracuſas.
	XXXVI.	XVIII.	Pindarus & Simonides Lyrici Poëtæ inſignes habentur.
	XERXES.		Perſarum quintus XERXES filius Darii ann. XX.
	I.	XIX.	Romæ virgo Pompilia deprehenſa in ſtupro viva defoſſa eſt.
OL. LXXIV.	II.	XX.	Xerxes Ægyptum capit. Ariſtides cum ignominia ejicitur.
	III.	XXI.	Chœrilus & Phrynichus illuſtres habentur.
	IV.	XXII.	Diagoras agnoſcitur, & ſectatores ejus Phyſici Philoſophi.
	V.	XXIII.	Xerxes, quum Athenas veniſſet, incendit urbem ſub Principe Callia.
OL. LXXV.	VI.	XXIV.	Bellum, quod in Thermopylis geſtum eſt, & apud Salamina navale certamen.

PER-

	PERSAR.	*MACED.*	CONSULUM.
	VII.	XXV.	Athenienses Piræeum muro vallant. Hieron Syracusis regnat.
	VIII.	XXVI.	Æschylus Tragœdiarum scriptor agnoscitur.
MDXL.	IX.	XXVII.	
OL. LXXVI.	X.	XXVIII.	Bellum in Platæis & in Mycale.
	XI.	XXIX.	Hieron post Gelonem Syracusis tyrannidem exercet.
	XII.	XXX.	
	XIII.	XXXI.	Pindarus clarus habetur. Themistocles in Persas fugit.
OL. LXXVII.	XIV.	XXXII.	Sophocles Tragœdiarum scriptor primum ingenii sui opera publicavit.
	XV.	XXXIII.	Romæ Virgo Sunia deprehensa in stupro viva defossa est.
	XVI.	XXXIV.	Sophocles & Euripides clari habentur.
	XVII.	XXXV.	Herodotus historiarum scriptor agnoscitur.
OL. LXXVIII.	XVIII.	XXXVI.	Bacchylides & Diagoras Atheus plurimo sermone celebrantur. Zeuxis præclarus pictor agnoscitur, ex cujus nonnullis imaginibus, quas plurimas apud diversas civitates fecerat, lavacrum Byzantinorum arbitrantur appellatum.
MDL.	XIX.	XXXVII.	Themistocles hausto tauri sanguine moritur.
	XX.	XXXVIII.	Socrates nascitur.
	ARTABANUS.		Persarum sextus ARTABANUS mensibus VII: qui menses in ordine annorum reputantur.
	I.	XXXIX.	Lapis in Ægis fluvio de cælo ruit.
	ARTAXERXES.		Persarum septimus ARTAXERXES, qui LONGIMANUS cognominabatur, ann. XL.
OL. LXXIX.	I.	XL.	Ea, quæ de Esther, & Mordochæo scripta sunt, quidam affirmant sub hoc Rege gesta: quod ego non puto. Nunquam enim Esdras de Esther siluisset: qui scripsit hoc tempore Ezram & Nehemiam reversos ex Babylone, & ea deinceps consecuta, quæ ab his gesta referuntur.
	II.	XLI.	
	III.	XLII.	Sicilia à populo regebatur.
	IV.	XLIII.	Cimon juxta Eurymedontem Persas navali pedestrique certamine superat: & Medicum bellum conquiescit. Solis factis defectio.
		PERDICCA.	Anaxagoras moritur. Macedonum undecimus PERDICCA ann. XXVIII.
OL. LXXX.	V.	I.	Heraclitus clarus habetur. Esdras Sacerdos apud Hebræos insignis cognoscitur: cujus ætate Pontifex Maximus habitus est Eliasib filius Joachim filii Jesu filii Josedech. Fuit autem Esdras eruditissimus legis divinæ, & clarus omnium Judæorum magister; qui de captivitate egressi fuerant in Judæam.
	VI.	II.	
	VII.	III.	
MDLX.	VIII.	IV.	Empedocles & Parmenides Physici Philosophi notissimi habentur.
OL. LXXXI.	IX.	V.	Zeno & Heraclitus tenebrosus agnoscitur. Pherecydes secundus historiarum scriptor agnoscitur.
	X.	VI.	Cratinus & Plato Comœdiarum scriptores clari habentur.

PER-

	PERSAR.	MACED.	CONSULUM.
	XI.	VII.	Ariſtarchus Tragœdiographus agnoſcitur.
	XII.	VIII.	Romæ Clarior. agon centenarius primus actus. Trecenteſimo anno ab urbe condita Decemviri creati, & poſt annum ejecti ſunt propter Appium Claudium, qui Virginii cujuſdam filiam contra Latinos in Algido militantis voluit abducere.
OL. LXXXII.	XIII.	IX.	Romani per legatos ab Athenienſibus jura petiverunt: ex quibus Duodecim Tabulæ conſcriptæ.
	XIV.	X.	Crates Comicus, & Teleſilla, ac Bacchylides Lyricus clari habentur. Praxilla quoque & Cleobulina ſunt celebres.
	XV.	XI.	Templum Iunonis, quod in Argis fuerat, incenſum.
	XVI.	XII.	Abaris Hyperboranus hariolus agnoſcitur.
OL. LXXXIII.	XVII.	XIII.	Tribuni plebis & Ædiles Romæ facti, conſulibus ejectis.
MDLXX.	XVIII.	XIV.	
	XIX.	XV.	
	XX.	XVI.	Athenienſes & Lacedæmonii fœdus triginta annorum ineunt.
OL. LXXXIV.	XXI.	XVII.	Herodotus, quum Athenis libros ſuos in concilio legiſſet, honoratus eſt.
	XXII.	XVIII.	Meliſſus Phyſicus agnoſcitur. Euripides Tragœdiarum ſcriptor clarus habetur, & Protagoras Sophiſta, cujus libros decreto publico Athenienſes conbuſſerunt.
	XXIII.	XIX.	
	XXIV.	XX.	
OL. LXXXV.	XXV.	XXI.	Romæ rurſum Conſules creati.
	XXVI.	XXII.	Phidias eburneam Minervam facit. Fidenates contra Romanos rebellant. Theætetus Mathematicus cognoſcitur.
	XXVII.	XXIII.	
MDLXXX.	XXVIII.	XXIV.	Ariſtophanes clarus habetur, & Sophocles Poëta Tragicus. Gens Campanorum in Italia conſtituta.
OL. LXXXVI.	XXIX.	XXV.	Democritus Abderites, & Empedocles, & Hipocrates medicus, Gorgias, Hippiaſque, & Prodicus, & Zeno, & Parmenides Philoſophi inſignes habentur.
	XXX.	XXVI.	Socrates plurimo ſermone celebratur.
	XXXI.	XXVII.	
	XXXII.	XXVIII.	

Nehemias Hebræus miniſter vinarius Artaxerxis Regis Perſarum, concedente ſibi domino ſuo, viceſimo ejus anno de Babylone venit in Iudæam: & triceſimo ſecundo anno muros urbemque reſtituit. Scribit Eſdras ſub Pontifice Ioiade filio Ioaſib, cui ſucceſſit Iohannes filius ſuus, qui tempore Alexandri Macedonis fuit, opus fuiſſe completum.

Nehemiam, qui muros Ieruſalem conſtruxerat, conſummaſſe opus triceſimo anno Artaxerxis Regis Eſdras memorat. Si quis autem ab hoc tempore LXX hebdomadas à Daniele ſcriptas numeret, quæ faciunt annos CCCCXC, reperiet eas in regno Neronis expletas: ſub quo obſideri Ieruſalem cæpta ſecundo poſtea Veſpaſiani anno capitur.

Huc uſque divinæ ſcripturæ Hebræorum annales temporum continent. Ea vero, quæ poſt hæc apud eos geſta ſunt, exhibeo de libro Macabæorum, & Joſephi, & Africani ſcriptis: qui deinceps univerſam hiſtoriam uſque ad Romana tempora proſecuti ſunt.

PER-

	PERSAR.	*MACED.*	CONSULUM.
		ARCHELAUS.	Macedonum duodecimus ARCHELAUS ann. xxiv.
OL.LXXXVII	XXXIII.	I.	Initium belli Peloponnesiaci.
	XXXIV.	II.	Bacchylides carminum scriptor agnoscitur.
	XXXV.	III.	Athenienses pestilentia laborant.
	XXXVI.	IV.	Thucydides agnoscitur. Pericles moritur.
OL.LXXXVIII	XXXVII.	V.	Eupolis & Aristophanes scriptores Comœdiarum agnoscuntur.
MDXC.	XXXVIII.	VI.	Ex Ætna monte ignis erupit.
	XXXIX.	VII.	Terra motu apud Locros scissa, Atlante facta est insula.
	XL.	VIII.	Plato nascitur.
	DARIUS NOTHUS.		Persarum octavus XERXES secundus menses ii. Post quem nonus SOGDIANUS menses vii. Cui succedit decimus DARIUS cognomento NOTHUS ann. xix.
OL. LXXXIX.	I.	IX.	Lacedæmonii & Athenienses fœdus percutiunt.
	II.	X.	
	III.	XI.	Eudoxus Cnidius clarus habetur.
	IV.	XII.	Lacedæmonii ver sacrum Heracliam destinantes urbem condunt.
OL. XC.	V.	XIII.	
	VI.	XIV.	Clades, quæ Atheniensibus accidit in Sicilia.
	VII.	XV.	
MDC.	VIII.	XVI.	
OL.XCI.	IX.	XVII.	
	X.	XVIII.	Alcibiades profugus abiit ad Tisaphernem.
	XI.	XIX.	Ægyptus à Persis discessit.

Rursus Ægyptiorum renascitur Dynastia xxviii, & regnavit AMYRTÆUS Saites ann. vi.

	PERSAR.	*MACED.*	*ÆGYPT.*	CONSULUM.
	XII.	XX.	I.	
OL.XCII.	XIII.	XXI.	II.	Euboea societate Atheniensium discedit.
	XIV.	XXII.	III.	
	XV.	XXIII.	IV.	
	XVI.	XXIV.	V.	
		ORESTES.		Macedonum tertiusdecimus ORESTES ann. iii.
OL. XCIII.	XVII.	I.	VI.	Euripides apud Archelaum, & Sophocles Athenis moritur. Dionysius in Sicilia tyrannidem exercet.

	PERSAR.	MAC.	ÆG.	CONSULUM.
			NEPHERITES.	Ægypti XXVIII Dynastiæ NEPHERITES ann. VI.
MDCX	XVIII.	II.	I.	
	XIX.	III.	II.	
	ARTAXERXES MNEMON.	ARCHELAUS.		Persarum undecimus ARTAXERXES, qui cognominatus est MNEMON, Darii & Parysatidis filius ann. XL. Macedonum quartusdecimus ARCHELAUS ann. IV.

Sub hoc Rege mihi videtur historia, quæ in Ester libro continetur, expleta. Ipse quippe est, qui ab Hebræis Assuerus, à Septuaginta interpretibus Artaxerxes cognominatur.

	PERSAR.	MAC.	ÆG.	CONSULUM.
	I.	I.	III.	
OL. XCIV.	II.	II.	IV.	
	III.	III.	V.	
	IV.	IV.	VI.	Dionysius Syracusis tyrannidem exercet. Athenienses sustinent tyrannidem.
		AMYNTAS.	ACHORIS.	Macedonum quintus decimus AMYNTAS anno uno. Ægyptii XXIX Dynastiæ Mendesiorum ACHORIS ann. XII. Isocrates rhetor agnoscitur. Democritus moritur.
	V.	I.	I.	Alcibiadem Pharnabazus interficit. Cyri regis ascensus, de quo scribit Xenophon.
		PAVSANIAS.		Macedonum sextus decimus PAUSANIAS anno uno. Tyranni Athenis oppressi.
OL. XCV.	VI.	I.	II.	Athenienses XXIV litteris uti cœperunt, quum ante XVI tantum litteras haberent. Xenophon filius Grylli & Ctesias clari habentur.
		AMYNTAS.		Macedonum decimus septimus AMYNTAS ann. VI.
	VII.	I.	III.	Socrates venenum bibit.
	VIII.	II.	IV.	Templum rursum Ephesi incensum.
MDCXX.	IX.	III.	V.	Socratici clari habentur.
OL. XCVI.	X.	IV.	VI.	Diogenes Cynicus agnoscitur.
	XI.	V.	VII.	Speusippus insignis habetur.
	XII.	VI.	VIII.	Dionysius in tyrannide perseverat. Carthaginensium bellum famosum.
		ARGEUS.		Macedonum decimus octavus ARGEUS ann. II.
	XIII.	I.	IX.	
OL. XCVII.	XIV.	II.	X.	Eudoxus Astrologus agnoscitur. Galli Senones Romam invaserunt, excepto Capitolio.
		AMYNTAS.		Macedonum decimus nonus AMYNTAS ann. XVIII.
	XV.	I.	XI.	

	PERS.	*MAC.*	*ÆG.*	CONSULUM.
	XVI.	II.	XII.	
			PSAMMITES.	Ægyptiorum PSAMMITES anno uno. Post quem NEPHERITES menses IV.
	XVII.	III.	I.	Plato Philosophus agnoscitur. Tribuni militares pro Consulibus esse cœperunt.
OL. XCVIII.	XVIII.	IV.		
			NECTENEBIS.	Ægyptiorum XXX Dynastiæ Sebennitarum NECTENEBIS ann. XVIII.
MDCCXXX.	XIX.	V.	I.	Evagoras in furorem versus, quum regnaret Cypri.
	XX.	VI.	II.	
	XXI.	VII.	III.	
OL. XCIX.	XXII.	VIII.	IV.	
	XXIII.	IX.	V.	
	XXIV.	X.	VI.	
	XXV.	XI.	VII.	
OL. C.	XXVI.	XII.	VIII.	Magno terræmotu facto Elica & Bura Peloponenses urbes absorptæ sunt.
	XXVII.	XIII.	IX.	
	XXVIII.	XIV.	X.	
MDCXL.	XXIX.	XV.	XI.	Prænestini à Romanis victi per Quintium Cincinnatum apud flumen Alliam. Athenienses Principes Græciæ facti.
OL. CI.	XXX.	XVI.	XII.	Isocrates Rhetor agnoscitur.
	XXXI.	XVII.	XIII.	
	XXXII.	XVIII.	XIV.	Plato & Xenophon, nec non & alii Socratici clari habentur.
		ALEXANDER.		Macedonum vicesimus ALEXANDER anno uno.
	XXXIII.	I.	XV.	
		PTOLEMÆVS ALORITES.		Macedonum vicesimus primus PTOLEMÆVS ALORITES ann. IV.
OL. CII.	XXXIV.	I.	XVI.	
	XXXV.	II.	XVII.	
	XXXVI.	III.	XVIII.	
			THEO.	Ægypti THEO annis duobus.
	XXXVII.	IV.	I.	Theo rex Ægypti fugit in Arabiam.

	PERS.	MAC.	ÆG.	CONSULUM.
		PERDICCA.		Macedonum viceſimus ſecundus PERDICCA ann. VI.
OL. CIII.	XXXVIII.	I.	II.	Dionyſius rex Siciliæ decimo octavo anno moritur: poſt quem junior Dionyſius regnum invadit.
			NECTANEBUS.	Ægyptiorum XXXI. Dynaſtiæ NECTANEBUS ann. XVIII.
MDCL.	XXXIX.	II.	I.	Ariſtoteles XVIII ætatis annum gerens Platonis auditor eſt.
	XL.	III.	II.	
	ARTAXERXES OCHUS.			Perſarum ARTAXERXES, qui & OCHUS, ann. XXVI.
	I.	IV.	III.	
OL. CIV.	II.	V.	IV.	Alexander Pheræus agnoſcitur.
	III.	VI.	V.	Camillus Gallos, qui bellum Romanis intulerant, ſuperat.
		PHILIPPUS.		Macedonum viceſimus tertius PHILIPPUS ann. XXVI.
	IV.	I.	VI.	
	V.	II.	VII.	
OL. CV.	VI.	III.	VIII.	Demoſthenes orator agnoſcitur.
	VII.	IV.	IX.	Ochus Apodaſmo Judæorum capta in Hyrcaniam accolas tranſlatos juxta mare Caſpium collocavit.
	VIII.	V.	X.	
MDCLX.	IX.	VI.	XI.	
OL. CVI.	X.	VII.	XII.	Dionyſius Sicilia pellitur.
	XI.	VIII.	XIII.	Alexander Philippi & Olympiados filius naſcitur.
	XII.	IX.	XIV.	Dion Syracuſis interimitur.
	XIII.	X.	XV.	Hipparinus Dionyſii filius Syracuſis tyrannidem exercet. Erynna poëtria agnoſcitur.
OL. CVII.	XIV.	XI.	XVI.	
	XV.	XII.	XVII.	
	XVI.	XIII.	XVIII.	ÆGYPTIORUM REGNUM DESTRUCTUM.

Ochus Ægyptum tenuit, Nectanebo in Æthiopiam pulſo: in quo Ægyptiorum regnum deſtructum eſt.

HUC USQUE MANETHOS.

	XVII.	XIV.	
OL. CVIII.	XVIII.	XV.	Ochus Sidonem ſubvertit, & Ægyptum ſuo junxit imperio.

PERS.

	PERS.	*MAC.*	CONSULUM.
MDCLXX.	XIX.	XVI.	Demosthenes orator omnium ore celebratur.
	XX.	XVII.	Romani Gallos superant.
	XXI.	XVIII.	Dionysius Corinthum sub fœdere navigavit. Plato moritur. Post quem Academiam Speusippus tenuit.
OL. CIX.	XXII.	XIX.	Romani, quum Samnitas duobus præliis cecidissent, universos confines, qui à sua societate discesserant, in ditionem pristinam redigunt.
	XXIII.	XX.	
	XXIV.	XXI.	
	XXV.	XXII.	Dionysius Corintho expulsus.
OL. CX.	XXVI.	XXIII.	
	ARSES.		Persarum tertius decimus ARSES Ochi filius ann. IV.
	I.	XXIV.	Descriptione facta Romæ inventa sunt civium centum sexaginta millia. Judæorum Pontifex Maximus Iaddus clarus habetur.
	II.	XXV.	Speusippus moritur: cui succedit Xenocrates.
MDCLXXX.	III.	XXVI.	
		ALEXANDER.	Macedonum vicesimus quartus ALEXANDER Philippi filius ann. XII. menses VII.
OL. CXI.	IV.	I.	Manasses frater Iaddu Pontificis Iudæorum templum in monte Garizim construxit.
	DARIVS.		Persarum quartus decimus DARIVS Arsami filius ann. VI.
	I.	II.	
	II.	III.	Alexander adversum Illyrios & Thraces feliciter dimicans, subversis Thebis, in Persas arma corripuit, & apud Granicum flumen regiis ducibus oppressis urbem Sardis capit.
	III.	IV.	Romanorum Consul Manlius Torquatus filium suum, quod contra imperium in hostes pugnaverat, virgis cæsum securi percussit.
OL. CXII.	IV.	V.	Alexander capta Tyro Iudæam invadit, à quo favorabiliter exceptus Deo victimas immolavit, Pontificem Templi honoribus plurimis prosequitur, Andromacho locorum custode dimisso, quem postea Samaritani interficiunt: ob quæ ab Ægypto reversus Alexander magnis eos suppliciis afficit, & urbem eorum captam Macedonibus ad inhabitandum tradit.
	V.	VI.	
	VI.	VII.	Alexandria in Ægypto condita VII anno Regis Alexandri: quo tempore etiam Latini à Romanis perdomiti sunt.

PERSARUM REGNUM CONCIDIT.

Alexander obtinuit Babylonem interfecto Dario: in quo regnum Persarum destructum est. Alexander regnavit Asiæ ab anno regni sui septimo, usque ad duodecimum: & tenuit omnia.

	MAC.	
	VIII.	Alexander Hyrcanos & Mardos capit: revertensque in Ammone condidit Parætonium.
OL. CXIII.	IX.	Alexander Aornin Petram capit, & Indum amnem transgreditur.
MDCXC.	X.	Bellum Alexandri in India adversum Porum & Taxilem. Harpalus fugit in Asiam.
	XI.	Romani Samnitas subigunt, & colonias deducunt.

MAC.	CONSULUM.
XII.	Anaximenes & Epicurus clari habentur.

Alexander XXXII ætatis ſuæ anno moritur apud Babylonem. Poſt quem tranſlato in multos imperio, diverſi regnaverunt. Hinc Alexandrinorum naſcitur Regnum, quod eſt Ægypti: & per diverſas gentes, quas Alexander tenuerat, diverſi regnaverunt.

REGES GENTIUM.

	ALEX.	*MAC.*	CONSULUM.
	PTOLEMÆVS LAGI.	PHILIPPUS ARIDÆVS.	Ægypto primus regnavit PTOLEMÆVS Lagi filius ann. XL.
OL. CXIV.	I.	I.	Macedonum viceſimus quintus PHILIPPPVS, qui & ARIDÆVS, frater Alexandri ann. VII. Appius Claudius Cæcus Romæ clarus habetur, qui aquam Claudiam induxit, & viam Appiam ſtravit. Lydiam, & Thraciam, & Helleſpontum Lyſimachus tenuit. Macedonum duces in ſeditionem verſi.
	II.	II.	Agathocles Syracuſis tyrannidem exercet. Lamiacum motum bellum. Perdicca adverſus Ægyptios dimicat.
	III.	III.	Ptolemæus Lagi filius Jeroſolymis & Judæa in deditionem ſuam dolo redactis plurimos captivorum in Ægyptum tranſtulit. Judæorum Pontifex magnus Onias Jaddi filius clarus habetur.
	IV.	IV.	Menander primam fabulam cognomento Ὀργήν docens ſuperat. Theophraſtus Philoſophus agnoſcitur, qui à divinitate loquendi, ut ait Cicero, nomen accepit.
OL. CXV.	V.	V.	Theodorus Atheos agnoſcitur. Demetrius Phalereus habetur illuſtris. Romani Samnites diutiſſime contra ſe præliantes ad extremam ſervitutem ſui redigunt.

HINC ASIÆ REGNUM NASCITUR. ET MOX SYRIÆ.

	ALEX.	*MAC.*	*ASIÆ.*	
			ANTIGONVS	Aſiæ primus ANTIGONVS ann. XVIII.
	VI.	VI.	I.	
	VII.	VII.	II.	
		CASSANDER.		Macedonum viceſimus ſextus CASSANDER ann. XIX.
MDCC.	VIII.	I.	III.	
OL. CXVI.	IX.	II.	IV.	Menedemus & Speuſippus Philoſophi inſignes habentur.
	X.	III.	V.	
	XI.	IV.	VI.	
	XII.	V.	VII.	

ALEX.

REGNUM SYRIÆ ET BABYLONIS ET SUPERIORUM LOCORUM NASCITUR.

	ALEX.	*SYR.*	*MAC.*	*ASIÆ.*	CONSULUM.
		SELEVCVS.			Syriæ primus SELEVCVS NICANOR ann. XXXII. Romani Marsos & Vmbros & Pelignos superant. AB HOC LOCO EDESSENI SUA TEMPORA COMPUTANT.
OL. CXVII.	XIII.	I.	VI.	VIII.	Maccabæorum Hebræa historia hinc Græcorum supputat Regnum. Verum hi libri inter divinas scripturas non recipiuntur.
	XIV.	II.	VII.	IX.	
	XV.	III.	VIII.	X.	Romani colonias deducunt. Lysimachia in Thracia condita.
	XVI.	IV.	IX.	XI.	Cyprum Ptolemæus invasit. Theodorum Atheos agnoscitur.
OL. CXVIII.	XVII.	V.	X.	XII.	Demetrius Phalereus ad Ptolemæum veniens, impetravit, ut Atheniensibus democratia redderetur.
MDCCX.	XVIII.	VI.	XI.	XIII.	
	XIX.	VII.	XII.	XIV.	
	XX.	VIII.	XIII.	XV.	
OL. CXIX.	XXI.	IX.	XIV.	XVI.	Seleucus Antiochiam, Laodiciam, Seleuciam, Apamiam, Edessam, Berœam, & Pellam urbes condididit: quarum Antiochiam XII anno regni extruxit.
	XXII.	X.	XV.	XVII.	
	XXIII.	XI.	XVI.	XVIII.	Seleucus Babylonem obtinuit.
				DEMETRIVS.	Asiæ secundus DEMETRIVS, qui & POLIORCETES, ann. XVII.
	XXIV.	XII.	XVII.	I.	
OL. CXX.	XXV.	XIII.	XVIII.	II.	Judæorum Pontifex Maximus Simon Oniæ filius clarus habetur, cui cognomentum fuit Justo propter solicitam in Deum religionem, & in cives suos pronam clementiam.
	XXVI.	XIV.	XIX.	III.	
			ANTIGONVS ET ALEXANDER.		Macedonum vicesimus septimus ANTIGONVS & ALEXANDER Cassandri filii ann. IV.
	XXVII.	XV.	I.	IV.	
MDCCXX.	XXVIII.	XVI.	II.	V.	
OL. CXXI.	XXIX.	XVII.	III.	VI.	Demetrius rex Asiæ cognomento Poliorcetes Samaritarum urbem vastat, quam Perdicca ante construxerat.
	XXX.	XVIII.	IV.	VII.	
			DEMETRIVS.		Macedonum vicesimus octavus DEMETRIVS ann. VI. Censu Romæ agitato, inventa sunt civium Romanorum CCLXX milia.
	XXXI.	XIX.	I.	VIII.	Legati Alexandrini à Ptolemæo primum Romam missi amicitias impetraverunt.
	XXXII.	XX.	II.	IX.	Menander Comicus moritur.
OL. CXXII.	XXXIII.	XXI.	III.	IX.	Romani Gallos Tyrrhenosque superant, & Sabinorum terra sorte dividitur.

	ALEX.	*SYR.*	*MAC.*	*ASIÆ.*	CONSULUM.
	XXXIV.	XXII.	IV.	XI.	Seleucus in eas urbes, quas extruxerat, Judæos transfert, jus eis civium & municipalem ordinem cum Græcis æquali honore concedens.
	XXXV.	XXIII.	V.	XII.	
	XXXVI.	XXIV.	VI.	XIII.	
			PYRRHUS.		Macedonum vicesimus nonus PYRRHUS menses VII.
OL. CXXIII.	XXXVII.	XXV.		XIV.	Judæorum Pontifex Eleazarus frater Simonis suscipit templi ministerium, filio Simonis Onia paruo admodum derelicto.
			LYSIMACHUS.		Macedonum post PYRRHVM LYSIMACHVS ann. V.
MDCCXXX.	XXXVIII.	XXVI.	I.	XV.	Serapis ingressus est Alexandriam. Conditæ à Romanis Ariminum, & Beneventum.
	XXXIX.	XXVII.	II.	XVI.	Demetrius semetipsum Seleuco tradidit.
	XL.	XXVIII.	III.	XVII.	Seleucus in Cicilia capto Demetrio, Syriæ & Asiæ pariter imperavit: & ex utroque regno unum fecit imperium.
	PTOLEMÆVS PHILADELPHUS.				Ægypti secundus PTOLEMÆVS PHILADELPHVS ann. XXXVIII.
OL. CXXIV.	I.	XXIX.	IV.		Sostratus Cnidius Pharum in Alexandria construxit. Romani Crotonem capiunt.
	II.	XXX.	V.		Ptolemæus Philadelphus Judæos, qui in Ægypto erant, liberos esse permisit, & vasa Eleazaro Pontifici Jerosolymarum votiva transmittens divinas scripturas in Græcam vocem ex Hebræa lingua per LXX interpretes transferre curavit: quas in Alexandrina Bibliotheca habuit, quam sibi ex omni genere literaturæ comparaverat.
			PTOLEMÆVS CERAVNOS.		Macedonum tricesimus primus PTOLEMÆVS, qui & CERAVNOS, menses IX. Post quem tricesimus secundus MELEARGVS menses duos. ANTIPATER dieb. XLV.
	III.	XXXI.	I.		
			SOSTHENES.		Macedonum tricesimus quartus SOSTHENES ann. II.
	IV.	XXXII.	I.		
		ANTIOCHVS SOTER.			Post Seleucum in Syria & Asia regnavit ANTIOCHVS, qui & SOTER, ann. XIX.
OL. CXXV.	V.	I.	II.		
			ANTIGONVS GONATAS.		Macedonum tricesimus quintus ANTIGONVS GONATAS ann. XXXVI.
	VI.	II.	I.		Antigonus cognomento Gonatas Lacedæmonem obtinuit.
	VII.	III.	II.		

ALEX.

	ALEX.	*SYR.*	*MAC.*	CONSULUM.
MDCCXL.	VIII.	IV.	III.	
OL. CXXVI.	IX.	V.	IV.	Vna Virginum Romanarum in corruptione deprehensa percutitur.
	X.	VI.	V.	Milo Romanis Tarentum tradidit.
	XI.	VII.	VI.	Romani Calabriam Messanamque tenuerunt.
	XII.	VIII.	VII.	
OL. CXXVII.	XIII.	IX.	VIII.	Aratus cognoscitur.
	XIV.	X.	IX.	Argenteus nummus primum in Vrbe figuratur.
	XV.	XI.	X.	Polemo Philosophus moritur: post quem Arcesilas & Crates clari habentur.
	XVI.	XII.	XI.	
OL. CXXVIII.	XVII.	XIII.	XII.	Romani colonias deduxerunt, multæque urbes in Sicilia eis junctæ.
MDCCL.	XVIII.	XIV.	XIII.	
	XIX.	XV.	XIV.	Romæ Virgo Vestalis in stupro detecta laqueo vitam explet.
	XX.	XVI.	XV.	
OL. CXXIX.	XXI.	XVII.	XVI.	Zeno Stoicus moritur: post quem Cleanthes.
	XXII.	XVIII.	XVII.	Romani Syracusas capiunt.
	XXIII.	XIX.	XVIII.	Nicomedes rex Bithymiæ Astacum urbem amplians Nicomediam nuncupavit.
		ANTIOCHUS THEOS		Syriæ tertius ANTIOCHVS, qui vocabatur THEOS, ann. XV.
	XXIV.	I.	XIX.	Romani Carthaginienses navali certamine superant, & centum Libyæ urbes capiunt.
OL. CXXX.	XXV.	II.	XX.	
	XXVI.	III.	XXI.	
	XXVII.	IV.	XXII.	Erasistratus medicus agnoscitur.
MDCCLX.	XXVIII.	V.	XXIII.	
OL. CXXXI.	XXIX.	VI.	XXIV.	Antigonus Atheniensibus reddidit libertatem.
	XXX.	VII.	XXV.	Judæorum Pontificatum post Eleazarum avunculus ejus Manasses accepit.
	XXXI.	VIII.	XXVI.	
	XXXII.	IX.	XXVII.	
OL. CXXXII.	XXXIII.	X.	XXVIII.	Carthaginienses XC Romanorum naves in Sicilia capiunt Metello Consule verso in fugam.
	XXXIV.	XI.	XXIX.	
	XXXV.	XII.	XXX.	
	XXXVI.	XIII.	XXXI.	
OL. CXXXIII.	XXXVII.	XIV.	XXXII.	Parthis à Macedonum imperio recedentibus, primus regnavit ARSACES, unde ARSACIDÆ dicti.

ALEX.

	ALEX.	*STR.*	*MAC.*	CONSULUM.
MDCCLXX.	XXXVIII.	XV.	XXXIII.	
	PTOLEMÆVS EVERGETES.	SELEVCUS CALLINICUS.		Ægypti tertius PTOLEMÆVS EVERGETES ann. XXVI. Syriæ SELEVCVS CALLINICVS ann. XX.
	I.	I.	XXXIV.	

Judæorum Pontifex Onias Simonis Justi filius clarus habetur, qui consueta Ptolemæo Regi tributa non reddens ad iram eum impulit. Verum Josephus vir inter suos nobilis legatus à Judæis ad Ptolemæum missus, quum familiaritatem Regis ob plurima in eum meruisset obsequia, dux Judææ & regionum finitimarum constituitur.

	II.	II.	XXXV.	
OL.CXXXIV.	III.	III.	XXXVI.	Censu Romæ agitato inventa sunt hominum CCLX milia.
			DEMETRIVS.	Macedonum tricesimus sextus DEMETRIVS ann. X.
	IV.	IV.	I.	
	V.	V.	II.	Romæ templum Vestæ incensum.
	VI.	VI.	III.	
OL. CXXXV.	VII.	VII.	IV.	
	VIII.	VIII.	V.	Quintus Ennius Poëta Tarenti nascitur: qui à Catone Quæstore Romam translatus habitavit in monte Aventino, parco admodum sumptu contentus, & unius ancillæ ministerio.
	IX.	IX.	VI.	
MDCCLXXX.	X.	X.	VII.	
OL.CXXXVI.	XI.	XI.	VIII.	Virgo Vestalis Romæ à servo corrupta propriâ se manu interimit.
	XII.	XII.	IX.	
	XIII.	XIII.	X.	
			ANTIGONVS	Macedonum tricesimus septimus ANTIGONVS ann. XV.
	XIV.	XIV.	I.	
OL.CXXXVII	XV.	XV.	II.	Judæorum Pontifex Maximus Simon Oniæ filius clarus habetur: sub quo Jesus filius Syrach Sapientiæ librum componens, quem vocant PANARETON, etiam Symeonis in eo fecit mentionem.
	XVI.	XVI.	III.	
	XVII.	XVII.	IV.	
	XVIII.	XVIII.	V.	
OL.CXXXVIII	XIX.	XIX.	VI.	XL ferme millia Gallorum à Romanis cæsa.
MDCCXC.	XX.	XX.	VII.	
		SELEVCVS CERAVNOS.		Syriæ SELEVCVS CERAVNOS ann. III.
	XXI.	I.	VIII.	

ALEX.

	ALEX.	*SYR.*	*MAC.*	CONSULUM.
	XXII..	II.	IX.	
OL. CXXXIX	XXIII.	III.	X.	
		ANTIOCHVS MAGNVS.		Syriæ ANTIOCHVS MAGNVS ann. XXXVI.
	XXIV.	I.	XI.	Caria & Rhodus ita terræ motu concuſſæ ſunt, ut Coloſſus magnus ruerit.
	XXV.	II.	XII.	
	XXVI.	III.	XIII.	
	PTOLEMÆVS PHILOPATOR			Ægypti quartus PTOLEMÆVS PHILOPATOR ann. XVII. Ea, quæ in tertio Maccabæorum libro ſcripta, ſunt, ſub hoc Principe geſta ſunt.
OL. CXL.	I.	IV.	XIV.	
	II.	V.	XV.	
			PHILIPPVS.	Macedonum triceſimus octavus PHILIPPVS ann. XLII.
	III.	VI.	I.	
MDCCC.	IV.	VII.	II.	
OL. CXLI.	V.	VIII.	III.	Victi Judæi: & LX millia armatorum ex numero eorum cæſa.
	VI.	IX.	IV.	Romæ Virgines Veſtæ ob ſtupri reatum terra obrutæ ſunt.
	VII.	X.	V.	Eratoſthenes agnoſcitur.
	VIII.	XI.	VI.	Romani Marcello conſule Syracuſas capiunt.
OL. CXLII.	IX.	XII.	VII.	Romani ſubigunt Capuam & Siciliam.
	X.	XIII.	VIII.	Antiochus rex Syriæ victo Philopatore Ptolemæo Judæam ſibi ſociat.
	XI.	XIV.	IX.	
	XII.	XV.	X.	Levinus cum rege Aſiæ Attalo amicitiam facit.
OL. CXLIII.	XIII.	XVI.	XI.	Judæorum Pontifex Maximus Onias filius Simonis inſignis habetur : ad quem Lacedæmoniorum rex Arius legatos miſit.
MDCCCX.	XIV.	XVII.	XII.	
	XV.	XVIII.	XIII.	
	XVI.	XIX.	XIV.	
OL. CXLIV.	XVII.	XX.	XV.	Scipio Iberiæ multas urbes recipit.
	PTOLEMÆVS EPIPHANES.			Ægypti quintus PTOLEMÆVS EPIPHANES ann. XXIV.
	I.	XXI.	XVI.	Ptolemæus Epiphanes Scopa principe militiæ deſtinato, Judæam capit, & plurimas Syriæ civitates.

	ALEX.	*SYR.*	*MAC.*	CONSULUM.
	II.	XXII.	XVII.	Nævius Comicus Uticæ moritur pulsus Roma factione nobilium, ac præcipue Metelli.
	III.	XXIII.	XVIII.	
OL. CXLV.	IV.	XXIV.	XIX.	Plautus ex Vmbria Sarsinas Romæ moritur, qui propter annonæ difficultatem ad molas manuaris pistorem se locaverat, ibi, quoties ab opere vacasset, scribere fabulas solitus, ac vendere.
	V.	XXV.	XX.	
	VI.	XXVI.	XXI.	Juxta Theram apparuit insula, quæ vocatur Hiera.
MDCCCXX.	VII.	XXVII.	XXII.	Antiochus Scopam superavit, Syriæ urbes recepit, & Judæis voluntate conjungitur.
OL. CXLVI.	VIII.	XXVIII.	XXIII.	Romani Græcos liberos esse jusserunt : & universa Iberia imperata fecit.
	IX.	XXIX.	XXIV.	
	X.	XXX.	XXV.	Antiochus Iudæorum erga se cognita voluntate magnis eos muneribus donat, & per epistolas crebris laudibus prosequitur.
	XI.	XXXI.	XXVI.	
OL. CXLVII.	XII.	XXXII.	XXVII.	Post prælium, quo in Thermopylis victus Antiochus, hoc inter Romanos & eum convenit, ut mille talenta per annos singulos vectigalis nomine eis solveret.
	XIII.	XXXIII.	XXVIII.	Romani multas colonias deduxerunt.
	XIV.	XXXIV.	XXIX.	Antiochus in Amicitiam Ptolemæi egressus pacem cum eo facit; & Cleopatra filia sua uxore ei tradita, dotis nomine Syriam, Phœnicen, Samariam, Iudæamque concedit.
	XV.	XXXV.	XXX.	Eumenes frater Regis Attali, qui Eumeniam in Phrygia condidit, clarus habetur.
OL. CXLVIII.	XVI.	XXXVI.	XXXI.	Secundus liber Maccabæorum apud Iudæos hujus temporis gesta continet.
		SELEVCHVS. PHILOPATOR		Syriæ SELEUCUS PHILOPATOR ann. XII.
MDCCCXXX.	XVII.	I.	XXXII.	

Titus Livius Tragœdiarum scriptor clarus habetur, qui ob ingenii meritum à Livio Salinatore, cujus liberos erudiebat, libertate donatus est.

	XVIII.	II.	XXXIII.	Quum ab Antiocho per legatos Annibal reposceretur, cui se à Scipione victus sociaverat, ad Prusiam regem Bithyniæ transfugit : quem quum rursus per Flaminium etiam ab eo Senatus repeteret, quum tradendus esset, venenum bibit, & apud Libyssam Bithyniæ sepultus est.
	XIX.	III.	XXXIV.	
OL. CXLIX.	XX.	IV.	XXXV.	

Simon præpositus Templi Ierosolymarum ad Apollonium Phœnices ducem confugiens multis ei muenribus promissis sacerdotium sibi vindicare cœpit; quo Seleucus audito Heliodorum mittit ad negotium pervidendum. Qui quum in Iudæam venisset, inique judicans, & multa perperam gerens divinis adversum se signis deterretur, & ad Seleucum revertitur. Onias autem Sacerdos curaverat, ut Simon profugus fieret.

XXI.	V.	XXXVI.
XXII.	VI.	XXXVII.
XXIII.	VII.	XXXVIII.

ALEX.

	ALEX.	*SYR.*	*MAC.*	CONSULUM.
				Hyrcanus Iosephi Iudææ ducis filius, quum ad Ptolemæum perrexisset, honorifice ab eo susceptus est. Verum fratres ejus, seditione contra eum mota, magnarum calamitatum Iudææ genti caussa extiterunt.
OL. CL.	XXIV.	VIII.	XXXIX.	
	PTOLEMÆVS PHILOMETOR.			Ægypti sextus PTOLEMÆVS PHILOMETOR ann. XXXV.
	I.	IX.	XL.	Statius Cæcilius Comœdiarum scriptor clarus habetur, natione Insuber Gallus, & Ennii primum contubernalis. Quidam Mediolanensem ferunt. Mortuus est anno post mortem Ennii, & juxta Ianiculum sepultus.
	II.	X.	XLI.	
MDCCCXL.	III.	XI.	XLII.	
			PERSES	Macedonum tricesimus nonus PERSES ann. X.
OL. CLI.	IV.	XII.	I.	Aristobulus natione Iudæus Peripateticus Philosophus cognoscitur, qui ad Philometorem Ptolemæum Explanationum in Moysen commentarios scripsit.
		ANTIOCHVS EPIPHANES.		Syriæ ANTIOCHVS EPIPHANES ann. XI.
	V.	I.	II.	
	VI.	II.	III.	
	VII.	III.	IV.	
OL. CLII.	VIII.	IV.	V.	Antiochus Epiphanes, quum de regione Ptolemæorum, quam subito invaserat, Senatus præcepto recessisset, Iudæam venit, ibique Iesu, qui & Iason, fratri Oniæ Pontificatum tradidit. Quo expulso deinde Oniam cognomento Menelaum successorem ei dedit. Itaque ob sacerdotii dignitatem orta seditione inter Principes ingentium miseriarum semina pullularunt.
	IX.	V.	VI.	
	X.	VI.	VII.	
	XI.	VII.	VIII.	
OL. CLIII.	XII.	VIII.	IX.	

Antiochus Iudæorum legem impugnat: ac primum quidem omnem eorum provinciam ad idololatriam compellens, qui parere noluerat, necat. Postea vero Ierosolymam ascendens, templum & vasa Dei, quæ in ministerio fuerant consecrata, vastat, & in templo Iovis Olympii simulachrum ponit: in Samaria super verticem montis Garizim Iovis Peregrini delubrum ædificavit, ipsis Samaritanis, ut hoc faceret, precantibus. Verum hoc in tempore Matathias quidam ex Sacerdotibus filius Asamonei ex vico Moddim adversum Antiochi duces arma corripiens, fultus etiam auxilio filiorum, leges patrias vindicavit Olympiade CLIII.

Ennius Poëta septuagenario major articulari morbo periit: sepultusque in Scipionis monumento, via Appia, intra primum ab Vrbe miliarium. Quidam ossa ejus Rudiam ex Ianiculo translata affirmant.

MDCCCL.	XIII.	IX.	X.	
	ALEX.	*SYR.*		CONSVLVM.
				MACEDONVM REGNVM DEFECIT.
	XIV.	X.		

	ALEX.	STR.	CONSULUM.
	XV.	IX.	Romani interfecto Perse, Macedonas, Illyricos, & Galatas liberos esse jusserunt.
		ANTIOCHUS EUPATOR.	Syriæ & Asiæ ANTIOCHUS EUPATOR ann. II.
OL. CLIV.	XVI.	I.	Judæorum dux Juda, qui & Maccabæus, filius Mattathiæ Antiochi duces de Judæa expellens, & Templum ab Idolorum imaginibus emundans patrias leges post triennium suis civibus reddidit Olympiade CLIV.
	XVII.	II.	
		DEMETRIVS SOTER	Syriæ & Asiæ DEMETRIUS SOTER ann. XII.
	XVIII.	I.	
	XIX.	II.	

Menelao Pontifice Judæorum à juniore Antiocho occiso, qui prius Judæam Epiphani Antiocho prodiderat, Alcimus alienus à genere sacerdotali ambitione pontificatum invadit. Ob quod Onias filius Pontificis Oniæ Ægyptum transmigrans in Heliopolitano pago civitatem nominis sui condidit, templo ad similitudinem templi patrii constructo. Alcimus vero adversum Judam Maccabæum inimicitias gerens post non multum temporis Dei ira percussus interiit. Ac sic cum omnium Judæorum favore Judæ Maccabæo sacerdotium decernitur. Qui dignitate suscepta legatos Romam dirigit. Decrevitque Senatus Judæos amicos & auxiliatores Romanorum habendos.

	ALEX.	STR.	IVD.	CONSULUM.
			IUDA.	Judæorum dux JUDA ann. III.
OL. CLV.	XX.	III.	I.	
	XXI.	IV.	II.	
	XXII.	V.	III.	

Publius Terentius Carthaginiensis Comœdiarum scriptor ob ingenium & formam libertate donatus in Arcadia moritur, qui primam Andriam, antequam Ædilibus venderet, Cæcilio multum se miranti legit.

			IONATHAS.	Juda adversum Demetrii duces inito prælio occiditur, tribus annis pontificatu gesto.
MDCCCLX.	XXIII.	VI.	I.	Judæorum dux JONATHAS ann. XIX.
OL. CLVI.	XXIV.	VII.	II.	Aristarchus Grammaticus agnoscitur.
	XXV.	VIII.	III.	Judæorum dux Jonatha frater Judæ, Bacchide duce Demetrii Judæa expulso, Pontificatum suscepit.
	XXVI.	IX.	VI.	

Pacuvius Brundusinus Tragœdiarum scriptor clarus habetur: vixitque Romæ quoad picturam exercuit, ac fabulas vendidit. Deinde Tarentum transgressus, prope nonagenarius diem obiit.

	XXVII.	X.	V.	
OL. CLVII.	XXVIII.	XI.	VI.	Pseudo-Philippus regnat in Macedonia anno uno.
	XXIX.	XII.	VII.	Romani interfecto Pseudo-Philippo Macedonas tributarios faciunt.

ALEX.

	ALEX.	STR.	IVD.	CONSULUM.
		ALEXANDER.		Asiæ & Syriæ ALEXANDER ann. x. mens. vii.
	XXX.	I.	VIII.	Alexander Antiochi, qui Epiphanes cognominatus est, filius Syriæ & Asiæ imperans Ionatham corona & multis insignibus donis prosequitur.
	XXXI.	II.	IX.	
OL. CLVIII.	XXXII.	III.	X.	Samaritani & Judæi Alexandriæ, Ptolemæo judicante, contendunt de honoribus ex utraque parte templo suo deferendis. Et superant Judæi. Lucilius Poeta nascitur.
MDCCCLXX.	XXXIII.	IV.	XI.	Descriptione Romæ facta, inventa sunt hominum cccxxii milia.
	XXXIV.	V.	XII.	Oppius Gallos capit: & Carthago in ditionem Romanam per Scipionem redigitur habens à conditione sui ann. dclxviii: ut vero alii affirmant, dccxlviii.
	XXXV.	VI.	XIII.	
	PTOLEMÆVS EVERGETES.			Ægypti septimus PTOLEMÆUS EVERGETES ann. xxix.
OL. CLIX.	I.	VII.	XIV.	Jonatha dux Judæorum pariter & Pontifex cum Romanis & Spartiatis amicitias facit.
	II.	VIII.	XV.	Alexandro filio Balæ Regis Syriæ Ptolemæus filiam suam tradidit uxorem.
	III.	IX.	XVI.	Scipio Numantinos subvertit.
	IV.	X.	XVII.	Brutus Iberiam usque ad Oceanum subegit. Trypho Antiochum occidit Alexandri filium.
		DEMETRIVS.		Syriæ & Asiæ DEMETRIUS ann. iii.
OL. CLX.	V.	I.	XVIII.	Ptolemæus Demetrio filiam suam tradidit uxorem cum regno, quod abstulerat Alexandro.
	VI.	II.	XIX.	

Lucius Accius Tragœdiarum scriptor clarus habetur natus Mancino & Serrano Consulibus parentibus libertinis: & seni jam Pacuvio Tarenti sua scripta recitavit; à quo & fundus Accianus juxta Pisaurum dicitur, quia illuc inter colonos fuerat ex Urbe deductus.

Tryphon Jonatham Pontificem Judæorum interfecit, & in sacerdotium frater Jonathæ Simon assumitur.

			SIMON	Judæorum dux SIMON ann. viii.
	VII.	III.	I.	Tryphon Syriæ regnum conatus invadere, Antiocho filio Alexandri interfecto, ad extremum & ipse supermoritur. Post Demetrium regnavit universæ Syriæ frater ejus ANTIOCHVS, qui cognominatus est SIDETES, ann. ix.
		ANTIOCHVS SIDETES.		
MDCCCLXXX.	VIII.	I.	II.	
OL. CLXI.	IX.	II.	III.	Simoni Iudæorum Pontifici pariter & Principi Romani & Spartiatæ, legatione ejus libenter excepta, amicalia misere scripta.
	X.	III.	IV.	
	XI.	IV.	V.	Bellum servile ortum in Sicilia.

	ALEX.	*SYR.*	*IVD.*	CONSULUM.
	XII.	V.	VI.	Primus liber Macchabæorum hujus temporis hiſtoriam continet.
OL. CLXII.	XIII.	VI.	VII.	
				Antiochus Sidetes rex Syriæ adverſum Judæam arma corripiens & Jeroſolymam circundans, quum ad conditiones Pontificem Simonem compuliſſet, recedit Olympiade CLXII.
	XIV.	VII.	VIII.	Attalus moriens regni ſui populum Romanum inſtituit heredem.
				Simon Judæorum Pontifex interficitur. Cui ſuccedit filius ſuus JOHANNES.
			HYRCANVS JOHANNES.	Judæorum rex HYRCANVS, qui & JOHANNES ann. XXVI.
	XV.	VIII.	I.	
	XVI.	IX.	II.	
		DEMETRIUS.		Arſaces Parthus Antiochum interfecit. Poſt quem DEMETRIVS ann. IV.
OL. CLXIII.	XVII.	I.	III.	Servi, qui in Sicilia rebellabant, obſidionis neceſſitate compulſi ad ſua invicem cadavera devoranda converſi ſunt.
MDCCCXC.	XVIII.	II.	IV.	Arverni nobiliſſima Galliarum urbs capta, & Rex Vituitus.
	XIX.	III.	V.	Juxta Æoli inſulas igne ex flatu ſuſcitato, apparuit inſula, quæ nunc HIERA vocatur.
	XX.	IV.	VI.	Johannes dux Judæorum & Pontifex adverſum Hyrcanos bellum gerens Hyrcani nomen accepit, & à Romanis jus amicitiæ poſtulans decreto Senatus inter amicos relatus eſt.
		ANTIOCHVS GRYPVS.		Syriæ & Aſiæ ANTIOCHVS GRYPVS ann. XII.
OL. CLXIV.	XXI.	I.	VII.	
	XXII.	II.	VIII.	
	XXIII.	III.	IX.	
	XXIV.	IV.	X.	Narbonam coloniæ deductæ.
OL. CLXV.	XXV.	V.	XI.	Hyrcanus Pontifex Judæorum Samariam, quæ noſtro tempore Sebaſte vocatur, obſidione captam ſolo coæquavit: quam poſtea Herodes reſtaurans SEBASTEN in honorem Auguſti vocari voluit.
	XXVI.	VI.	XII.	
	XXVII.	VII.	XIII.	
MDCCCC.	XXVIII.	VIII.	XIV.	
OL. CLXVI.	XXIX.	IX.	XV.	Marcus Terentius Varro Philoſophus & Poëta naſcitur.
	PTOLEMÆVS PHYSCON.			Ægypti octavus PTOLEMÆVS PHYSCON, qui & SOTER, ann. XVII.
	I.	X.	XVI.	Antiochus Cyzicenus Grypo ejecto Syriam obtinuit: ac rurſum Grypus ſuperato Cyziceno eandem recepit. Ita ex ſucceſſione regnabant adverſum ſe invicem dimicantes.

ALEX.

	ALEX.	*SYR.*	*IVD.*	CONSULUM.
	II.	XI.	XVII.	
	III.	XII.	XVIII.	
		ANTIOCHVS CYZICENVS.		Syriæ & Asiæ ANTIOCHVS CYZICENVS ann. XVIII.
OL.CLXVII.	IV.	I.	XIX.	
	V.	II.	XX.	
	VI.	III.	XXI.	
	VII.	IV.	XXII.	
OL.CLXVIII	VIII.	V.	XXIII.	Jugurtha contra Romanos dimicans capitur.
MDCCCCX.	IX.	VI.	XXIV.	Rhodo terræmotu concussa, Colossus ruit.
	X.	VII.	XXV.	Jonatha gloriose apud Judæos principatum gerit. Cicero Arpini nascitur, matre Helvia, patre equestris ordinis ex regio Volscorum genere.
	XI.	VIII.	XXVI.	Cn. Pompejus Magnus oritur.
			ARISTOBVLVS.	Judæorum ARISTOBVLVS anno uno.
OL. CLXIX.	XII.	IX.	I.	

Aristobulus filius Jonathæ Rex pariter & Pontifex primus apud Judæos diadematis sumpsit insigne post CCCCLXXXIV annos Babylonicæ captivitatis. Post quem regnavit IANNÆVS cognomento ALEXANDER, qui pontificatum quoque administrans crudelissime civibus præfuit.

			IANNÆVS.	Iudæorum IANNÆVS, qui ALEXANDER, ann. XXVII.
	XIII.	X.	I.	Turpilius Comicus senex admodum Sinuessæ moritur. Cajus Lucillus Satyrarum scriptor Neapoli moritur, ac publico funere effertur, anno ætatis XLVI.
	XIV.	XI.	II.	M. Furius Poëta cognomento Bibaculus Cremonæ nascitur.
	XV.	XII.	III.	CC milia Cimbrorum cæsa: LXXX milia capta per Marium cum duce Teutomodo.
OL. CLXX.	XVI.	XIII.	IV.	C. Marius quinquies Consul juxta Eridanum Cimbros superat, & de his cum Catulo triumphat.
	XVII.	XIV.	V.	Thraces à Romanis victi. Rursum in Sicilia bellum servile consurgit. Expulso de regno Physcone Ptolemæo per matrem Cleopatram & in Cyprum secedente, PTOLEMÆVS, qui & ALEXANDER, succedit.
	PTOLEMÆVS ALEXANDER.			Ægypti nonus PTOLEMÆVS ALEXANDER ann. X.
	I.	XV.	VI.	
MDCCCCXX	II.	XVI.	VII.	Aquilius in Sicilia bellum servile compescuit.
OL. CLXXI.	III.	XVII.	VIII.	

ALEX.	SYR.	IVD.	CONSULUM.
			Ptolemæus rex Cyrenæ moriens Romanos testamento dimisit heredes.
IV.	XVIII.	IX.	Seleucus ab Antiocho filio Cyziceni vivus exuritur.
			Titus Lucretius Poëta nascitur : qui postea amatorio poculo in furorem versus, quum aliquot libros per intervalla insaniæ conscripsisset, quos postea Cicero emendavit, propria se manu interfecit anno ætatis quadragesimo quarto.
	PHILIPPVS.		
V.	I.	X.	Syriæ & Asiæ PHILIPPVS ann. II.
VI.	II.	XI.	Antiochus in Parthos fugiens Pompejo se deinceps tradidit: post quem Philippus captus est à Gabinio.

HUC USQUE SYRIA POSSESSA PER REGES IN ROMANAM DITIONEM CESSIT.

	ALEX.	IVD.	CONSULUM.
OL.CLXXII.	VII.	XII.	Bellum adversum Romanos Picentes, Marsi, Pelignique moverunt.
	VIII.	XIII.	L. Pomponius Bononiensis Attellanarum scriptor clarus habetur.
	IX.	XIV.	Ptolemæus, qui à matre fuerat ejectus, regressus de fuga regnum obtinuit, quia Alexandrum, qui ante eum fuerat, ob interfectionem matris cives pepulerant.
	X.	XV.	
	PTOLEMÆVS CLEOPATRÆ FILIVS.		Ægypti decimus PTOLEMÆVS Cleopatræ filius ann. VIII.
OL.CLXXIII.	I.	XVI.	

Plotius Gallus primus Romæ Latinam Rhetoricam docuit: de quo Cicero sic refert: *Memoria teneo pueris nobis primum Latine docere cœpisse Plotium quendam.*

MDCCCCXXX.	II.	XVII.	C. Valerius Catullus scriptor Lyricus Veronæ nascitur.
	III.	XVIII.	Sallustius Crispus scriptor historicus in Sabinis Amiterni nascitur.
	IV.	XIX.	Sulla Athenienses vastat. Descriptione Romæ facta, inventa sunt hominum CCCCLXIII milia.
OL.CLXXIV.	V.	XX.	Templum tertio apud Delphos à Thracibus incensum, & Romæ Capitolium.
	VI.	XXI.	Jannæus plurimas civitates capit.
	VII.	XXII.	P. Terentius Varro vico Atace in Provincia Narbonensi nascitur: qui postea XXXV annum agens Græcas literas cum summo studio didicit.
	VIII.	XXIII.	Vultacilius Plotus Latinus Rhetor, Cn. Pompei libertus & doctor scholam Romæ aperuit. Vicesimo sexto annis ætatis Cicero Quintium defendit.
	PTOLEMÆVS DIONYSIVS.		Ægypti undecimus PTOLEMÆUS DIONYSIVS ann. XXX.
OL. CLXXV.	I.	XXIV.	Sulla Romam obtinuit, & post biennium moritur. Roscio contra Chrysogonum defenso, Cicero Athenas secedit, & inde post triennium Romam regreditur. Pompejus gloriosissime triumphat.
	II.	XXV.	Lepidus publicus hostis judicatur.
	III.	XXVI.	Titus Quintius Atta scriptor Togatarum Romæ moritur : sepultusque via Prænestina ad miliarium secundum.

ALEX.

	ALEX.	*IVD.*	CONSULUM.
MDCCCCXL.	IV.	XXVII.	

ALEXANDRA, quæ & SALINA, uxor Alexandri Jerosolymis regnavit: ex cujus ætate Judæos rerum confusio, & variæ clades oppresserunt.

		ALEXANDRA.	Judæorum ALEXANDRA, quæ & SALINA, ann. IX.
OL.CLXXVI.	V.	I.	Bellum gladiatorium in Campania.
	VI.	II.	
	VII.	III.	L. Lucullus primus imperator appellatus est victa Armenia, Mesopotamia, & Nesibi cum fratre Regis capta.
	VIII.	IV.	Pompejus universam Iberiam subjugavit.
OL.CLXXVII	IX.	V.	M. Lucullus de Bessis triumphavit, capta Cabyle, & Tomis, & cæteris vicinis urbibus.
	X.	VI.	Crassus triumphavit.
	XI.	VII.	Virgilius Maro in pago, qui Andes dicitur, haud procul à Mantua nascitur, Pompejo & Crasso Consulibus.
	XII.	VIII.	M. Porcius Cato Stoicus Philosophus agnoscitur.
OL.CLXXVIII	XIII.	IX.	Antiochia Syriæ capta à Romanis. Creticum bellum motum. Unde Metellus Creticus. Lucus Daphnensium juxta Antiochiam à Pompejo Apollini consecratur.

Judæi Romanorum per Pompejum vectigales facti, & Pontificatum apud eos suscepit HYRCANVS annis XXXIV.

		HYRCANVS	
MDCCCCL.	XIV.	I.	

Aristobulus & Hyrcanus filii Alexandræ contra se de imperio dimicantes occasionem præbuere Romanis, ut Judæam invaderent. Itaque Pompejus Jerosolymam veniens, capta urbe & Templo reserato, usque ad sancta sanctorum accedit: Aristobulum vinctum secum abducit: Pontificatum confirmat Hyrcano. Deinde Herodis Ascalonitæ filium procuratorem Palæstinæ facit.

	XV.	II.	
	XVI.	III.	Libya per testamentum Apionis Regis Romanorum relicta.
OL.CLXXIX	XVII.	IV.	Horatius Flaccus Satyricus, & Lyricus Poëta libertino patre Venusi nascitur.
	XVIII.	V.	Apollodorus Pergamenus Græcus orator præceptor Callidii & Augusti clarus habetur.
	XIX.	VI.	Pompejus captis Jerosolymis tributarios Judæos facit.
	XX.	VII.	Ea, quæ de Catilina, Cethego, Lentulo, & Consule Cicerone Sallustius scribit, & Livius, hoc gesta sunt tempore.
OL. CLXXX.	XXI.	VIII.	Cicero in exilio annum fecit, honorifice susceptus à Plancio. Pompejus Imperator appellatus.
	XXII.	IX.	Cæsar Lusitaniam & quasdam insulas in Oceano capit. Messala Corvinus orator nascitur, & Titus Livius Patavinus scriptor Historicus.
	XXIII.	X.	Virgilius Cremonæ studiis eruditur.
MDCCCCLX.	XXIV.	XI.	Catullus tricesimo ætatis anno Romæ moritur.

M. Callidius orator clarus habetur: qui bello postea civili Cæsarianas partes secutus, quum togatam Galliam regeret, Placentiæ obiit.

	ALEX.	*IVD.*	CONSULUM.
OL.CLXXXI	XXV.	XII.	Cæſar Rhenum tranſiens Germanos vaſtat.
	XXVI.	XIII.	Craſſus Conſul cum filio ſuo apud Carras captus.
	XXVII.	XIV.	Ventidius primus Romanorum Parthos ſuperat.
	XXVIII.	XV.	

Curio promptus & popularis orator Romæ habetur inſignis, qui deinceps in Africa pudore amiſſi exercitus mori maluit, quam evadere.
Virgilius ſumpta toga Mediolanum tranſgreditur: & poſt breve tempus Romam pergit.

OL.CLXXXII	XXIX.	XVI.	Simulacrum Olympii Jovis tactum fulmine.
	XXX.	XVII.	Cæſar Germanos & Gallos capit.
	CLEOPATRA		Ægypti duodecima CLEOPATRA ann. XXII.
	I.	XVIII.	Principium belli civilis Cæſaris & Pompeii.
	II.	XIX.	Diodorus Siculus Græcæ ſcriptor hiſtoriæ clarus habetur.

CAIVS IVLIVS CÆSAR primus apud Romanos ſingulare arripuit imperium: à quo CÆSARES Romanorum Principes appellati.

	ROM.	*ALEX.*	*IVD.*	
	CAIVS CÆSAR.			Romanorum primus regnavit C. IVLIVS CÆSAR ann. IV. menſ. VII.
OL.CLXXVIII	I.	III.	XX.	Pompejus prælio victus & fugiens à ſpadonibus Alexandrini Regis occiditur.

AB HOC LOCO ANTIOCHENI SUA TEMPORA COMPUTANT.

				M. Cœlius Prætor, & T. Annius Milo exules oppreſſi ſunt, res novas in Thuriano Brutioque agro ſimul molientes.
MDCCCCLXX.	II.	IV.	XXI.	Ptolemæi cadaver cum lorica aurea in Nilo inventum.
	III.	V.	XXII.	Cæſar in Ægypto regnum Cleopatræ confirmat ob ſtupri gratiam.
				Romæ Baſilica Iulia dedicata.

Decretum Senatus & Athenienſium ad Iudæos mittitur: qui per legationem amicitiam poſtularant.

IV. | VI. | XXIII. Cleopatra regio comitatu Urbem ingreſſa.

Prohibitæ lecticis margaritiſque uti, quæ nec viros nec liberos haberent, & minores eſſent annis quinquaginta quinque.
Nigidius Figulus Pythagoricus & Magus in exilio moritur.

OL.CLXXXIV V. | VII. | XXIV.

Antonius decernit Quintilem menſem Iulium debere dici, quia in eo fuiſſet natus Iulius.
Caſſius Iudæa capta Templum ſpoliat.
Idibus Martiis C. Julius Cæſar in curia occiditur: & faſces ſtatim ſuſcepit P. Dolabella.
C. Cæſaris corpus in Roſtris ob honorem concrematum.
Servius Sulpicius Iuriſconſultus, & P. Servilius Iſauricus publico funere elati.
Romæ tres ſimul Soles exorti paulatim in eundem orbem coaluerunt.
Inter cætera portenta, quæ toto orbe facta ſunt, bos in ſuburbano Romæ ad arantem locutus eſt; *Fruſtra ſe urgeri. Non enim frumenta, ſed homines brevi defuturos.*

ROM.

ROM.	ALEX.	IVD.	CONSULUM.
OCTAVIANUS CÆSAR.			Romanorum ſecundus regnavit OCTAVIANUS CÆSAR ann. LVI. menſ. VI. A quo AUGUSTI Reges Romanorum.
I.	VIII.	XXV.	Antonius adverſum Cæſarem Auguſtum bellum movet.

Laberius Mimorum ſcriptor decimo menſe poſt C. Julii Cæſaris interitum Puteolis moritur.
Publius Mimographus natione Syrus Romæ ſcenam tenet.
Cicero in Formiano ſuo ab Herennio & Popilio occiditur LXIV ætatis ſuæ anno.
Ciceronis caput cum manu dextra pro Roſtris poſitum: juxtaque coronata imago Popilii militis, qui eum occiderat.

II.	IX.	XXVI.	Ovidius Naſo naſcitur in Pelignis.
III.	X.	XXVII.	C. Falcidius Tribunus plebis legem tulit, ne quis plus teſtamento legaret, quam ut quarta pars heredibus ſupereſſet.

Curtius Salaſſus in inſula Arado cum quatuor cohortibus vivus combuſtus eſt, quod tributa gravius exigeret.
Vibium Maximum deſignatum Quæſtorem agnovit dominus ſuus, & abduxit.
E taberna meritoria trans Tiberim oleum terra erupit, fluxitque toto die ſine intermiſſione, ſignificans Chriſti gratiam ex gentibus.
Cicero, ut quibuſdam placet, in Cajetis interficitur.
Antonium ſuperat Auguſtus: & interveniente Senatu in amicitiam cum eo regreditur.
Cornificius Poëta à militibus deſtitutus interiit, quos ſæpe fugientes *galeatos lepores* appellaverat. Hujus ſoror Cornificia, cujus extant inſignia epigrammata.
Templa Rhodiorum depopulatus eſt Caſſius.
Secunda ſeceſſio Auguſti & Antonii.

OL.CLXXXV	IV.	XI.	XXVIII.	Cornelius Nepos ſcriptor hiſtoricus clarus habetur.
	V.	XII.	XXXIX.	Antigonus contra Judæos dimicans tandem occiditur: à quo uſque in præſens tempus Ieroſolymarum regnum deſtructum eſt. Siquidem Herodes poſt eum à Romanis conſtiſtitutus eſt Princeps alienigena, & nihil omnino pertinens ad Iudæam.
	VI.	XIII.	XXX.	
MDCCCCLXXX	VII.	XIV.	XXXI.	
OL.CLXXXIX	VIII.	XV.	XXXII.	Furnii Pater & Filius clari Oratores habentur: quorum filius Conſularis ante Patrem moritur.
	IX.	XVI.	XXXIII.	Salluſtius diem obiit quadriennio ante Actiacum bellum.
	X.	XVII.	XXXIV.	M. Bavius Poëta, quem Virgilius Bucolicis notat, in Cappadocia moritur.

HERODES Antipatri Aſcalonitæ & matris Cypridis Arabicæ filius à Romanis Judæorum ſuſcepit principatum: cujus tempore Chriſti nativitate vicina, Regnum & Sacerdotium Judææ, quod prius per ſucceſſiones minorum tenebatur, deſtructum eſt, completa prophetia, quæ ita per Moyſen loquitur: *Non deficiet Princeps ex Iuda, neque dux de femoribus ejus, donec veniat cui repoſitum eſt. Et ipſe eſt exſpectatio gentium.* In hoc etiam loco Chriſtus, quem Danielis ſcriptura ſignificat, accepit finem. Nam uſque ad Herodem, Chriſti, id eſt Sacerdotes, erant reges Iudæorum: qui imperare cœperunt à ſexageſima quinta Olympiade. & ab inſtauratione Templi ſub Dario, uſque ad Hyrcanum & centeſimam octageſimam ſextam Olympiadem, annis CCCCLXXXIII in medio tranſactis: quos Daniel quoque ſignificat dicens: *Et ſcies & intelliges ab initio ſermonis reſtaurandi & ædificandi Ieruſalem, uſque ad Chriſti principatum, hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duæ.* quæ hebdomades LXIX faciunt

ROM.

ROM. | ALEX. | IVD. CONSULUM.

annos CCCCLXXXIII: in quibus Christi, id est Sacerdotes, per unctionem consecrati regnaverunt usque ad Hyrcanum: quo extremo omnium à Parthis capto, Herodes Antipatri filius nihil ad se pertinentem Judæam ab Augusto & Senatu accepit: filiique ejus post eum regnaverunt, usque ad novissimam Ierosolymarum captivitatem, necquicquam ex successione sacerdotalis generis Pontificibus constitutis, neque perpetuitate vitæ secundum legem Moysi servientibus Deo. Ignobiles vero quidam, & alio tempore alii, & nonnulli unius anni, sive modico amplius à Romanis Imperatoribus Sacerdotium emebant. Quæ omnia etiam Propheta Daniel vaticinatur dicens. *Et post Hebdomades* VII, *&* LXII, *interibit Chrisma, & judicium non erit in eo: & templum & sanctum corrumpet populus duce veniente: & cædentur in cataclysmo belli.* Et in consequentibus: *Et super Templum,* inquit, *abominatio desolationum: & usque ad consummationem temporum consummatio dabitur super desolationem.*

Lunæ secundum Romanos cursus inventus.

IX. | XVIII. | HERODES. I. Deficiente Pontificum principatu sub Romanis regnat HERODES ex alienigenis ann. XXXVII.

Herodes Ananielum quendam Babylonia accitum Pontificem Judæorum constituit: & post exiguum temporis, Aristobulum fratrem uxoris suæ, nepotem Hyrcani, successorem ei dedit: quo post annum interfecto, rursum Ananielo reddit Sacerdotium.

Antonii & Augusti fœdus. Colonias deduxere Romani.

Augustus triumphavit pedestris certaminis triumpho.

OL.CLXXXVII XII. | XIX. | II. Antonius Clopatræ Arabiam tradidit.

XIII. | XX. | III. Augusti & Antonii tertiæ dissensionis exordium: quod repudiata sorore Cæsaris Cleopatram duxisset uxorem.

Nicetes & Hybreas & Theodorus, & Plutio nobilissimi artis Rhetoricæ Græci præceptores habentur.

XIV. | XXI. | IV. Cleopatra & Antonius semet interficiunt, & Ægyptus fit Romana Provincia: quam primum tenuit Cornelius Gallus, de quo Virgilius scribit in Bucolicis.

XV. | XXII. | V. Usque ad Cleopatram, qui vocabantur Lagidæ in Ægypto, regnaverunt ann. ducentis nonaginta quinque.

Artorius medicus Augusti post Actiacam victoriam naufragio periit.

Quidam ab hoc loco primum annum Augusti monarchiæ supputant.

Cæsar AUGUSTUS appellatus: à quo Sextilis mensis Augusti nomen accepit.

Cum ingenti triumphorum pompa Augustus Romam ingressus: & Cleopatræ liberi Sol & Luna ante currum ejus ducti.

Nicopolis juxta Actium condita, & AGON ACTIACUS constitutus.

Augustus Romanis plurimas leges statuit.

ÆGYPTI REGNUM, QUOD FUIT IN ALEXANDRIA, DESTRUCTUM EST.

ROM. | IVD. CONSULUM.

OL.CLXXXVIII XVI. | VI. Censu Romæ agitato, inventa sunt civium Romanorum XLI, centena & LXIV milia.

Anaxilaus Larissæus Pythagoricus & magus ab Augusto urbe Italiaque pellitur.

M. Terentius Varro Philosophus prope nonagenarius moritur.

Thebæ Ægypti usque ad solum dirutæ.

MDCCCCXC XVII. | VII. Cornelius Gallus Forojuliensis Poëta, à quo primum Ægyptum rectam supra diximus, quadragesimo ætatis suæ anno propria se manu interfecit.

Tralles terræ motu consederunt.

XVIII. | VIII. Indi ab Augusto legatos amicitiam postularunt.

ROM.

Messala Corvinus primus Præfectis Urbis factus sexto die magistratu se abdicavit, incivilem potestatem esse contestans.

XIX. | IX. Augustus Calabriam & Gallos vectigales facit.

Munacius Plancus Ciceronis discipulus, Orator, habetur insignis: qui quum Galliam Comatam regeret, Lugdunum condidit.
M. Lollius Galatiam Romanam provinciam facit.
Augustus, quum ei monarchia deferretur, renuit.

OL. CLXXXIX XX. | X. Quintilius Cremonensis Virgilii & Horatii familiaris moritur.

XXI. | XI.

XXII. | XII. Augustus Cyzicenos libertate privavit.

Pylades Cilix Pantomimus, quum veteres ipsi canerent & saltarent, primus Romæ chorum & fistulam sibi præcinere fecit.

XXIII. | XIII. Tiberius ab Augusto missus occupavit Armeniam.

Atratinus, qui septemdecim natus annos Cœlium accusaverat, Clarus inter Oratores habetur: & ad extremum morborum tædio in balneo voluntate exanimatus heredem dereliquit Augustum.
Cantabri res novas molientes opprimuntur.

OL. CXC. XXIV. | XIV. Herodes apud Jerosolymam multas & magnas ædes construit.

XXV. | XV.

Virgilius Brundusii moritur, Sentio Saturnino, & Lucretio Cinna Consulibus. Ossa ejus Neapolim translata in secundo ab Urbe miliario sepeliuntur, titulo istiusmodi suprascripto, quem moriens ipse dictaverat.

MANTUA ME GENUIT. CALABRI RAPUERE. TENET NUNC
PAHTHENOPE. CECINI PASCUA, RURA, DUCES.

XXVI. | XVI.

Herodes Samariam olim jam in cineribus sedentem à fundamentis suscitans, in honore Augusti Augustam, id est SEBASTEN appellavit: & in Paneade, id, quod vocatur Panion, exstruxit.
Augustus Samiis libertatem dedit.

MM. XXVII. | XVII. In Cypro plurimæ civitatum parte terræmotu conciderunt.
Germanos in arma versos M. Lollius superat.

Varius & Tucca Virgilii & Horatii contubernales Poetæ habentur illustres: qui Æneidum postea libros emendarunt sub ea lege, ut nihil adderent.
Augustus Cajum Agrippam adoptavit in filium.

OL. CXCI. XXVIII. | XVIII. Æmilius Macer Veronensis Poëta in Asia moritur.

XXIX. | XIX. Tiberius Vindelicos, & eos, qui Thraciarum confines erant, Romanas provincias facit.

XXX. | XX. Coloniæ Berytum & Patras deductæ.
Bosphorum Agrippa capit.

XXXI. | XXI. Cestius Smyrnæus Rhetor Latine Romæ docuit.

Augustus à Senatu Pontifex Maximus appellatur.
Herodes Cæsaream in nomine Cæsaris condidit, quæ prius Turris Stratonis vocabatur.

OL. CXCII. XXXII. | XXII. Herodes Anthedonam condidit, & Antipatridam atque Herodion in honorem patris Antipatri & suum extruxit. Innumerabilia quoque opera in singulis Syriarum urbibus, quas regebat, solertissime ædificavit.

	ROM.	IVD.	CONSULUM.
	XXXIII.	XXIII.	Tiberius Cæſar de captis Pannoniis triumphavit.
			Horatius quinquageſimo ætatis ſuæ anno Romæ moritur.
	XXXIV.	XXIV.	Paſſienus pater Declamator inſignis diem obiit.
	XXXV.	XXV.	C. Julius Hyginus cognomento Polyhiſtor inſignis Grammaticus habebetur illuſtris.
			Tiberius vaſtata Germania imperator appellatur.
OL. CXCIII.	XXXVI.	XXVI.	Herodes Hyrcanum, qui olim Sacerdos Judæorum fuerat, de captivitate Parthica regreſſum, & filium ejus, qui ſacerdotio patris ſucceſſerat,
MMX.	XXXVII.	XXVII.	interficit. Sororem quoque ejus uxorem ſuam cum duobus propriis filiis jam adoleſcentibus, & matrem uxoris occiſæ ſocrum ſuam crudeliſſime necat.
	XXXVIII.	XXVIII.	

Tiberius de Rhetis, Vindelicis, Armeniis, & Pannoniis triumphavit.
Albucius Silo Novarienſis clarus Rhetor agnoſcitur.
In inſula Coo terræmotu plurima conciderunt.

	XXXIX.	XXIX.	Auguſtus filiam ſuam Juliam in adulterio deprehenſam damnat exilio.
			M. Tullius Tiro Ciceronis libertus, qui primus notas commentus eſt, in Puteolano prædio uſque ad centeſimum annum conſeneſcit.
OL. CXCIV.	XL.	XXX.	Auguſtus gladiatorum ludum & navale certamen exhibuit.
			M. Meliſſus Spoletinus Grammaticus agnoſcitur.
			M. Porcius Latro Latinus Declamator tædio duplicis quartanæ ſemet interficit.
	XLI.	XXXI.	

Herodes ad ea, quæ ſupra crudeliter geſſerat, etiam hoc addidit: Virum ſororis ſuæ Salomæ interfecit: & quum eam alii tradidiſſet, uxorem, etiam hunc necat. Scribas quoque & interpretes divinæ legis ſimili ſcelere occidit.
Tertullianus in eo libro, quem contra Judæos ſcripſit, affirmat Chriſtum quadrageſimo primo anno Auguſti natum, & quintodecimo Tiberii eſſe paſſum.

XLII. | XXXII.

IESUS CHRISTUS FILIUS DEI IN BETHLEEM IUDA NASCITUR.

Colliguntur omnes ab Abraham, uſque ad nativitatem Chriſti, anni duo milia quindecim.
Quirinus ex conſilio Senatus in Iudæam miſſus cenſum hominum poſſeſſionumque deſcribit.

	ROM.	IVD.	DOMIN.	
	XLIII.	XXXIII.	I.	C. Cæſar amicitiam cum Parthis facit. Sextus Philoſophus Pythagoricus agnoſcitur.
OL. CXCV.	XLIV.	XXXIV.	II.	Auguſtus Tiberium & Agrippam in filios adoptavit. Judas Galilæus ad rebellandum Judæos cohortatur.
	XLV.	XXXV.	III.	Herodes, quum Chriſti nativitatem Magorum indicio cognoviſſet, univerſos in Bethleem pueros juſſit interfici. Herodes morbo intercutis aquæ, ſcatentibus toto corpore
	XLVI.	XXXVI.	IV.	vermibus, miſerabiliter & digne moritur.
MMXX.	XLVII.	XXXVII.	V.	Aſinius Pollio Orator & Conſularis, qui de Dalmatiis triumpharat, LXXX ætatis ſuæ anno in villa Tuſculana moritur.
		ARCHELAVS.		Judæorum ARCHELAVS ann. IX. In Herodis locum Archelaus ab Auguſto ſubſtituitur, & Tetrarchæ fiunt IV fratres ejus, Herodes, Antipater, Lyſias, & Philippus.
OL. CXCVI.	XLVIII.	I.	VI.	Fames Romæ ita ingens facta, ut quinque modii venderentur
	XLIX.	II.	VII	denariis XXVII ſemis.

	ROM.	IVD.	DOMIN.	CONSULUM.
	L.	III.	VIII.	Philistio Mimographus natione Magnesianus Romæ clarus habetur.
	LI.	IV.	IX.	Tiberius Cæsar Dalmatas Sarmatasque redigit in Romanam potestatem.
OL. CXCVII	LII.	V.	X.	Athenodorus Tarsensis Stoicus Philosophus, & M. Verrius Flaccus Grammaticus insignes habentur.
	LIII.	VI.	XI.	Athenienses res novas contra Romanos molientes opprimuntur, auctoribus seditionis occisis.
	LIV.	VII.	XII.	Messala Corvinus Orator ante biennium, quam moreretur, ita memoriam ac sensum amisit, ut vix pauca verba conjungeret, & ad extremum ulcere sibi circa sacram spinam nato, inedia se confecit, anno ætatis LXXII.
	LV.	VIII.	XIII.	

Augustus cum Tiberio filio suo censum Romæ agitans invenit hominum nonagesies ter centena milia.
Sotio Philosophus Alexandrinus præceptor Senecæ clarus habetur.

OL. CXCVIII	LVI.	IX.	XIV.	

Archelaus nono anno regni sui in Viennam urbem Galliæ relegatur.
Defectio Solis facta: & Augustus LXXVII ætatis suæ anno Atellæ in Campania moritur, sepeliturque Romæ in Campo Martio.

	TIBERIUS.	HERODES TETRARCHA.		Romanorum tertius regnavit TIBERIVS ann. XXIII. Judæorum Tetrarcha HERODES ann. XXIV.
MMXXX.	I	I.	XV.	Cajus Asinius Gallus Orator Asinii Pollionis filius, cujus etiam Virgilius meminit, diris à Tiberio suppliciis enecatur.
	II.	II.	XVI.	
	III.	III.	XVII.	
OL. CXCIX.	IV.	IV.	XVIII.	Livius Historicus Patavii moritur. Ovidius Poëta in exilio diem obiit, & juxta oppidum Tomos sepelitur. Germanicus Cæsar de Parthis triumphavit.
	V.	V.	XIX.	

Tredecim urbes terræmotu ceciderunt, Ephesus, Magnesia, Sardis, Mosthene, Ægæ, Hierocæsarea, Philadelphia, Tmolus, Temnus, Cyme, Myrina, Apollonia, Dia, Hyrcania.

	VI.	VI.	XX.	Fenestella historiarum scriptor & carminum septuagenarius moritur, sepeliturque Cumis.
	VII.	VII.	XXI.	

Tiberius multos Reges ad se per blanditias evocatos nunquam remisit: in quibus & Archelaum Cappadocem: cujus regno in Provinciam verso, Mazacam nobilissimam civitatem Cæsaream appellari jussit.

OL. CC.	VIII.	VIII.	XXII.	Pompei Theatrum incensum.
	IX.	IX.	XXIII.	Tiberius Drusum consortem regni facit.
	X.	X.	XXIV.	Drusus Cæsar veneno periit.
MMXL.	XI.	XI.	XXV.	

Q. Haterius promptus & popularis Orator usque ad nonagesimum prope annum in summo honore consenescit. Sevius Plautus corrupti filii reus in judicio semet interficit.

ROM.	IVD.	DOM.	CONSULUM.
OL. CCI. XII.	XII.	XXVI.	

Philippus Tetrarcha Paneadem, in qua plurimas ædes construxerat, Cæsaream Philippi vocavit, & Juliadem aliam civitatem.

XIII.	XIII.	XXVII.	Pilatus procurator Judææ à Tiberio mittitur.
XIV.	XIV.	XXVIII.	Votienus Montanus Narbonensis Orator in Balearibus moritur illuc à Tiberio relegatus. Herodes Tiberiadem condidit, & Liviadem.
V.	XV.	XXIX.	

Johannes filius Zachariæ in deserto juxta Jordanem fluvium prædicans Christum filium Dei in medio eorum adesse testatur. Ipse quoque Dominus JESVS CHRISTVS hinc populo salutarem viam annunciat, signis atque virtutibus vera comprobans esse, quæ diceret.

COMPUTANTUR IN PRÆSENTEM ANNUM, ID EST QUINTUM DECIMUM TIBERII CÆSARIS.

A secundo anno instaurationis Templi, quæ facta est sub altero anno Darii Regis Persarum, anni DXLVIII.
A Salomone autem, & ædificatione Templi, anni mille LX.
A Moyse & egressu Israelis ex Ægypto, anni MDXXXVIII.
Ab Abraham & Regno Nini & Semiramidis, anni MMXLIV.
A Diluvio, usque ad Abraham, anni DCCCCXLII.
Ab Adam, usque ad Diluvium, anni MMCCXLII.

OL. CCII. XVI.	XVI.	XXX.	JESVS CHRISTVS FILIVS DEI salutarem cunctis prædicans viam, miracula, quæ in Euangeliis scripta sunt, facit.
XVII.	XVII.	XXXI.	JESVS CHRISTVS Filius Dei discipulos suos divinis imbuens sacramentis, ut universis gentibus conversionem ad Deum nuncient, imperat.
XVIII.	XVIII.	XXXII.	PRINCIPIUM LXXXI JOBELEI SECUNDUM HEBRÆOS.

JESVS CHRISTVS secundum Prophetias, quæ de eo fuerant prolocutæ, ad passionem venit anno Tiberii XVIII: quo tempore etiam in aliis Ethnicorum commentariis hæc ad verbum scripta reperimus: *Solis facta defectio: Bithynia terræmotu concussa, & in urbe Nicæa ædes plurimæ corruerunt.* Quæ omnia his congruunt, quæ in passione Salvatoris acciderant. Scribit vero super his & Phlego, qui Olympiadarum egregius supputator est, in tertiodecimo libro ita dicens: *Quarto autem anno* CCII *Olympiadis magna & excellens inter omnes, quæ ante eam acciderant, defectio Solis facta: dies hora sexta in tenebrosam noctem versus, ut stellæ in cælo visæ sint, terræque motus in Bithynia Nicææ urbis multas ædes subverterit.* Hæc supradictus vir.

Argumentum autem hujus rei, quod Salvator isto anno passus sit, Euangelium præbet Johannis: in quo scribitur, post XV annum Tiberii tribus annis Dominum prædicasse. Josephus etiam vernaculus Judæorum scriptor circa hæc tempora die Pentecostes Sacerdotes primum commotiones locorum & quosdam sonitus sensisse testatur: deinde ex adyto Templi repentinam subito erupisse vocem dicentium, TRANSMIGREMUS EX HIS SEDIBUS. Scribit autem supradictus vir, quod eodem anno Pilatus Præses secreto noctis imagines Cæsaris in templo statuerit. Hæc prima seditionis & turbarum Judæis caussa extitit.

XIX.	XIX.	XXXIII.

Ecclesiæ Jerosolymitanæ primus Episcopus ab Apostolis ordinatur JACOBVS frater Domini. Ex hoc loco considerandum, quantæ deinceps calamitates Judæorum gentem oppresserint. Cassius Severus Orator egregius, qui Quintianum illud proverbium luserat, XXV exilii sui anno in summa inopia moritur vix panno verenda contectus.

ROM. | *IVD.* | *DOM.* CONSULUM.

OL. CCIII. XX. | XX. | XXXIV.

Pilatus post supradictam seditionem, quæ ob Cæsaris imagines fuerat concitata, sacrum thesaurum, quem Corban Judæi vocant, in aquæ ductum Ierosolymarum expendens secundæ seditionis præbuit semina.

MML. XXI. | XXI. | XXXV.

Sejanus Præfectus Tiberii, qui apud eum plurimum poterat, instantissime cohortatur, ut gentem Iudæorum deleat. Philo meminit in libro legationis secundo.
Persius Flaccus Satyricus Poëta Volaterris nascitur.

XXII. | XXII. | XXXVI.

Agrippa filius Herodis Regis accusator Herodis Tetrarchæ Romam profectus à Tiberio in vincula conjicitur.
Pilato de Christianorum dogmate ad Tiberium referente, Tiberius retulit ad Senatum, ut inter cætera sacra reciperetur. Verum quum ex consulto patrum Christianos eliminari Urbe placuisset, Tiberius per edictum accusatoribus Christianorum comminatus est mortem.

XXIII. | XXIII. | XXXVII. Tiberius in Campania moritur.

CAJUS CALIGULA. Romanorum quartus regnavit CAJUS ann. III. mens. X.

OL. CCIV. I. | XXIV. | XXXVIII. C. Cæsar cognomento Caligula Agrippam vinculis liberatum regem Iudææ facit.

Cajus semetipsum in Deos refert.
Flaccus Avilius Præfectus Ægypti multis Iudæos calamitatibus premit, consentiente Alexandriæ populo, & crebris adversum eos clamoribus personante. Synagogas quoque eorum imaginibus, statuis, aris, & victimis polluit. Refert Philo in eo libro, qui Flaccus inscribitur, hæc omnia se præsente gesta: ob quæ etiam legationem ad Cajum Cæsarem ipse susceperit.

AGRIPPA. Iudæorum AGRIPPA ann. VII.

II. | I. | XXXIX. Passienus filius fraude heredis suæ necatur.

III. | II. | XL.

Cajus Memmii Reguli uxorem duxit impellens eum, ut uxoris suæ patrem esse se scriberet.
Pontius Pilatus incidens in multas calamitates propria se manu interfecit. Scribunt Romanorum Historici.
Cajus Petronio præfecto Syriæ præcepit, ut in Ierosolymis statuam suam sub nomine Iovis Optimi Maximi poneret.
Toto orbe Romano, sicuti Philo scribit, & Iosephus, in Synagogis Iudæorum statuæ & imagines & aræ C. Cæsari consecratæ.
Plurimi nobilium à Cajo interfecti.
Cajus sorores suas, quibus stuprum intulerat, insularum exilio condemnat.

IV. | III. | XLI. Cajus omnes exules jussit interfici.

Cajus à protectoribus suis occiditur in Palatio, anno ætatis suæ vigesimo nono.

CLAVDIVS. Romanorum quintus regnavit CLAVDIVS ann. XIII. mens. IX. dies XXVIII.

OL. CCV. I. | IV. | XLII. Iste est Claudius patruus Drusi, qui apud Magontiacum monumentum habet.

	ROM.	IVD.	DOMIN.	CONSULUM.
	II.	V.	XLIII.	

PETRUS Apostolus, quum primus Antiochenam Ecclesiam fundasset, Romam mittitur ubi Euangelium prædicans xxv annis ejusdem Urbis episcopus perseverat.
MARCUS Euangelista interpres Petri in Ægypto & Alexandriæ Christum annunciat.

	III.	VI.	XLIV.	Primus Antiochiæ Episcopns ordinatur EVODIVS.
MMLX.	IV.	VII.	XLV.	

Agrippa Rex Judæorum annos septem imperans moritur. Post quem filius suus Agrippa substituitur à Claudio in regnum.
Prophetia Agabi, quæ in Actibus Apostolorum famem in toto orbe futuram dixerat, sub Claudio expletur.
Claudius de Britanniis triumphavit, & Orcadas insulas Romano adjecit imperio.
Domitius Afer Nemausensis clarus Orator habetur, qui postea Nerone regnante ex cibi redundantia in cœna moritur.
Clodius Quirinalis Rhetor Arelatensis Romæ insignissime docet.
Inter Theram & Therasiam exorta est insula habens stadia xxx.

		AGRIPPA.		Judæorum AGRIPPA superioris Agrippæ filius ann. xxvi.
OL. CCVI.	V.	I.	XLVI.	Descriptione Romæ facta sub Claudio, inventa sunt civium Romanorum lxviii centena xliv milia.
	VI.	II.	XLVII.	Thracia huc usque regnata in provinciam redigitur.
	VII.	III.	XLVIII.	

Sub Procuratore Judææ Cumano in diebus Azymorum tanta est Jerosolymis orta seditio, ut in portarum exitu populo corruente triginta milia Judæorum perierint.

	VIII.	IV.	XLIX.	

M. Antonius Liberalis Latinus Rhetor gravissimas inimicitias cum Palæmone exercet.
Palæmon Vicetinus insignis Grammaticus Romæ habetur: qui quondam interrogatus, quid inter stillam & guttam interesset, *Gutta*, inquit, *stat: Stilla cadit.*

OL. CCVII.	IX.	V.	L.	Fames facta in Græcia. Modius sex drachmis venundatus est.
	X.	VI.	LI.	Magna fames Romæ.
	XI.	VII.	LII.	Claudius Felicem procuratorem Iudææ mittit, apud quem Paulus Apostolus accusatus in defensionem sui perorat.
	XII.	VIII.	LIII.	
OL. CCVIII	XIII.	IX.	LIV.	

Sub Felice procuratore Iudææ extitere multi, qui populum sua persuasione deciperent: in quibus & Ægyptius quidam Pseudopropheta fuit: qui plurimos sibi associans in ipso magnarum rerum conatu per exercitum Felicis opprimitur. Scribit Iosephus consentanee Apostolorum Actibus, in quibus Paulo dicitur: *Nonne tu es Ægyptius, qui ante hosdies concitasti & eduxisti in desertum quatuor milia virorum?*

MMLXV.	IV.	X.	LV.	Claudius moritur in Palatio anno ætatis lxiv. Romanorum sextus regnavit NERO ann. xiii, mens. vii, dies xxviii. Hujus avunculus fuit Cajus Caligula.
	NERO.			
	I.	XI.	LVI.	Felice regente Iudæam seditio in Cæsarea Palæstina orta magnam Iudæorum multitudinem perdidit.

ROM.

ROM.	*IVD.*	*DOM.*	CONSULUM.
II.	XII.	LV.	

Festus succedit Felici, apud quem, præsente Agrippa rege, Paulus Apostolus religionis suæ rationem exponens vinctus Romam mittitur.
Probus Berytius eruditissimus Grammaticorum Romæ agnoscitur.

OL. CCIX. III.	XIII.	LVIII.	Statius Surculus Tolosensis in Galliis celeberrime Rhetoricam docet.
IV.	XIV.	LIX.	Terræ motus Romæ, & Solis defectio.
V.	XV.	LX.	Nero Agrippinam matrem suam, & sororem patris interficit.
VI.	XVI.	LXI.	

Nero tantæ luxuriæ fuit, ut frigidis & calidis lavaretur unguentis, retibusque aureis piscaretur, quæ pupureis funibus extrahebat.

Nero Romæ cithara contendens superat.

Festo magistratui Judææ succedit Albinus.

OL.CCX. VII. | XVII. | LXII.

JACOBUS frater Domini, quem omnes Justum appellabant, à Judæis lapidibus opprimitur, in cujus thronum SYMEON, qui & SIMON, secundus assumitur.

VIII. | XVIII. | LXIII. Ante mensam Neronis fulmen cecidit.

Post Marcum euangelistam primus Alexandrinæ Ecclesiæ ordinatur Episcopus ANNIANUS, qui præfuit annis XXII.
Persius moritur anno ætatis suæ XXIX.
Thermæ à Nerone ædificatæ, quas Neronianas appellavit.

IX.	XIX.	LXIV.	Nero Romæ in citharistarum agone contendens omnes superat.
MMLXXX. X.	XX.	LXV.	

M. Annæus Lucanus Cordubensis Poëta in Pisoniana conjuratione deprehensus, brachium ad secandas venas medico præbuit.
Nero, ut similitudinem Troje ardentis inspiceret, plurimam partem Romanæ urbis incendit.
In Asia tres urbes terræ motu conciderunt, Laodicea, Hierapolis, Colossæ.
Albino Florus succedit: sub quo Judæi contra Romanos rebellaverunt.
Junius Gallio, frater Senecæ, egregius Declamator propria se manu interficit.

OL. CCXI. XI. | XXI. | LXVI. Non est actu, Nerone in suam præsentiam differente.

Duæ tautum provinciæ sub Nerone factæ, Pontus Polemoniacus, & Alpes Cottiæ, Cottio Rege defuncto.
Multi nobilium Romæ à Nerone interfecti.
Nero in Olympiade coronatur cerycas, citharistas, Tragœdos, aurigas vario certamine superans.
L. Annæus Seneca Cordubensis præceptor Neronis, & patruus Lucani poëtæ, incisione venarum, & veneno hausto periit.

XII. | XXII. | LXVII.

Rursum Nero Isthmia, Pythia, Actia celebrans inter cerycas, Tragœdos, & citharistas coronatur.
Neroni in expensas centies centena milia decreto Senatus annua subministrantur.

ROM.	*IUD.*	*DOMIN.*	CONSULUM.
XIII.	XXIII.	LXVIII	

Nero cum cæteris viris insignibus & Octaviam uxorem suam interfecit, Cornutumque Philosophum præceptorem Persii in exilium fugat.

XIV. XXIV. LXIX. Musonius & Plutarchus Philosophi insignes habentur.

L. Annæus Melas Senecæ frater & Gallionis bona Lucani Poëtæ filii sui à Nerone promeretur.

Primus Nero super omnia scelera sua etiam persecutionem inter Christianos facit, in qua PETRUS & PAULUS gloriose Romæ occubuerunt.

PRIMA PERSECUTIO.

Contra Judæos, qui Cesti Flori avaritiam non ferentes rebellabant, Vespasianus magister militiæ à Nerone transmittitur.

Vespasianus plurimas urbes Judææ capit.

Flavius Josephus scriptor Historicus dux belli Judæorum, quum à Romanis interficiendus esset, Vespasiano pronunciat de morte Neronis, & ejus imperio.

Post Petrum primus Romanam ecclesiam tenuit LINUS ann. XI.

Nero, quum à Senatu quæreretur ad pœnam, è Palatio fugiens, ad quartum Urbis miliarium in suburbano liberti sui inter Salariam & Nomentanam viam semet interficit, anno ætatis XXXII. atque in eo omnis Augusti familia consumpta est.

Post Neronem Galba in Iberia, Vitellius in Germania, Otho Romæ imperium arripuerunt.

Marcus Fabius Quintilianus Romam à Galba perducitur.

GALBA septimo mense imperii sui in medio Romanæ urbis foro capite truncatur.

Vespasianus duobus prœliis superatos Judæos ad muros compulit.

OTHO tertio regni sui mense apud Vetriacum propria manu occubuit.

Antiochiæ secundus episcopus ordinatur IGNATIUS.

VITELLLIUS à Vespasiani ducibus occisus in Tiberim projicitur.

VESPASIANUS. Romanorum septimus regnavit VESPASIANUS ann. IX. mens. XI, dieb. XXII.

OL. CCXII. I. XXV. LXX.

Vespasianus apud Iudæam imperator ab exercitu appellatus: & bellum Tito filio commendans Romam per Alexandriam proficiscitur.

II. XXVI. LXXI. Capitolium Romæ incensum.

REGNUM IUDÆORUM DEFICIT.

TITUS Iudæa capta, & Ierosolymis subversis, DC milia virorum interfecit. Iosephus vero scribit undecies centena milia fame & gladio periisse, & alia centum milia captivorum publice venundata. Ut autem tanta multitudo Ierosolymis reperiretur, caussam Azymorum fuisse refert: ob quam ex omni genere Iudæi ad Templum confluentes urbe quasi carcere sunt reclusi. Oportuit enim in iisdem diebus eos interfici, in quibus Salvatorem crucifixerunt.

Colligitur omne tempus in secundum annum Vespasiani, & novissimam Ierosolymarum eversionem, à quinto decimo anno Tiberii Cæsaris, & ab exordio euangelicæ prædicationis, anni XLII: à captivitate autem; quam ab Antiocho perpessi sunt, anni CCXXXIX. Porro à Darii secundo anno, sub quo rursum Templum ædificatum est, anni DXC. A prima autem ædificatione Templi sub Salamone, usque ad novissimam ejus ruinam, quæ sub Vespasiano facta est, anni MCII.

ROM.

ROM. | DOM. CONSULUM.

III. | LXXII.

IV. | LXXIII. Vespasianus Capitolium ædificare orsus.
In Alexandria facta seditio.

OL. CCXIII. V. | LXXIV. Achaja, Lycia, Rhodus, Byzantium, Samus, Thrachea Cilicia, Commagene, quæ liberæ antea, & sub Regibus amicis erant, in provinciam redactæ.

MMXC. VI. | LXXV.

VII. | LXXVI. Colossus erectus habens altitudinis pedes CVII.

Q. Asconius Pedianus scriptor historicus clarus habetur: qui LXXIII ætatis suæ anno captus luminibus XII postea annis in summo omnium honore consenescit.

VIII. | LXXVII. Gabinianus celeberrimi nominis Rhetor in Gallia docuit.

OL. CCXIV. IX. | LXXVIII. Tres civitates Cypri terræ motu ceciderunt.

Lues ingens Romæ facta: ut per multos dies in Ephemeridem decem milia ferme mortuorum hominum referrentur.

X. | LXXIX. Vespasianus colonias deduxit, & mortuus est profluvio ventris in villa propria circa Sabinos, anno ætatis LXIX.

TITVS. Romanorum octavus regnavit TITVS ann. II, mens. II.

I. | LXXX.

Titus filius Vespasiani in utraque lingua disertissimus fuit, & tantæ bonitatis, ut, quum quadam die recordatus fuisset in cœna, nihil se in illo die cuiquam præstitisse, dixerit, AMICI, HODIE DIEM PERDIDI.

Mons Vesuvius ruptus in vertice tantum ex se jecit incendii, ut regiones vicinas, & urbes cum hominibus exureret.

II. | LXXXI. Titus Musonium Rufum Philosophum de exilio revocat.

Titus Amphitheatrum Romæ ædificavit: & in dedicatione ejus quinque milia ferarum occidit.
Romanæ Ecclesiæ secundus constituitur ANACLETVS.
Romæ plurimæ ædes incendio concremantur.
Titus morbo periit in ea villa, qua pater ejus, anno ætatis XLII.

DOMITIANVS. Romanorum nonus regnavit DOMITIANVS Titi frater junior ann. XV, mens. V.

OL. CCXV. I. | LXXXII.

II. | LXXXIII. Domitiani uxor Augusta appellatur.
Decreto Senatus Titus inter Deos refertur.

III. | LXXXIV. Domitianus eunuchos fieri prohibuit.
Tres Virgines Vestæ ob stuprum damnatæ.

MMC. IV. | LXXXV. Plurimos Senatorum Domitianus in exilium mittit.

Secundus Alexandrinæ Ecclesiæ constituitur Episcopus ABILIVS, qui præfuit annis XIII.

OL. CCXVI. V. | LXXXVI. Domitianus templum sine lignorum admixtione construxit.

VI. | LXXXVII. Primus Domitianus *Dominum* se & *Deum* appellari jussit.
Nasomontes & Daci dimicantes adversum Romanos victi.

VII. | LXXXVIII.

Duo menses aliter appellati, September Germanicus, & October Domitianus.

ROM. | DOM. CONSULUM.

VIII. | LXXXIX. Quintilianus ex Hiſpania Calagorritanus primus Romæ publicam ſcholam : & ſalarium è fiſco accepit & claruit.

Domitianus plurimos nobilium in exilium mittit, atque occidit.
Domitianus Mathematicos & Philoſophos Romana urbe pepulit.

OL.CCXVII. IX. | XC. Multa opera Romæ facta, in quibus Capitolium, Forum tranſitorium, Divorum porticus, Iſium, ac Sarapium, Stadium; Horrea piperataria, Veſpaſiani templum, Minerva Chalcidica; Odium, Forum Trajani, Thermæ Trajanæ, & Titianæ, Senatus, Ludus matutinus, Mica aurea, Meta ſudans, & Pantheum.

X. | XCI.

XI. | XCII. Domitianus de Dacis & Germanis triumphavit.

Domitianus tantæ ſuperbiæ fuit, ut aureas & argenteas ſtatuas ſibi in Capitolio poni juſſerit.
Maxima Virginum Veſtalium Cornelia convicta ſtupri juxta legem viva defoſſa eſt.

XII. | XCIII. Domitianus prohibuit vites in urbibus ſeri.

OL.CCXVIII XIII. | XCIV. Tertius Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus præfuit CLEMENS ann. VIII.
Flavius Joſephus viceſimum librum antiquitatum hujus temporis ſcribit.

MMCX. XIV. | XCV. Domitianus multos nobilium perdidit: quoſdam etiam in exilium miſit.

Secundus poſt Neronem Domitianus Chriſtianos perſequitur: & ſub eo Apoſtolus Johannes in Patmum inſulam relegatus Apocalypſim vidit, quam Irenæus interpretatur.

SECUNDA PERSECUTIO.

XV. | XCVI. Domitianus rurſum Philoſophos & Mathematicos Roma per edictum extrudit.
Apollonius Tyaneus & Euphrates inſignes Philoſophi habentur.

XVI. | XCVII.

Domitianus eos, qui de genere David erant, interfici præcepit, ut nullus Judæorum regni reliquus foret: & ſcribit Brutius plurimos Chriſtianorum ſub Domitiano feciſſe martyrium: inter quos & Flaviam Domitillam Flavii Clementis Conſulis ex ſorore neptem in inſulam Pontiam relegatam, quia ſe Chriſtianam teſtata ſit.

Multa ſigna atque portenta Romæ & toto orbe facta.

Domitianus occiſus in Palatio, & per veſpilliones ignobiliter exportatus anno ætatis XXXV.

NERVA. | Romanorum decimus regnavit NERVA anno uno, menſ. IV.

OL. CCXIX. I. | XCVIII. Alexandrinæ Eccleſiæ tertius Epiſcopus præfuit CERDO ann. XI.

Senatus decrevit, ut omnia, quæ Domitianus ſtatuerat, in irritum deducerentur. Itaque multi, quos injuſte ejecerat, de exilio reverſi. nonnulli bona propria receperunt. Ajunt Apoſtolum Johannem hoc tempore exilio ſolutum Epheſum ſeceſſiſſe: in qua urbe & hoſpitiolum & amicos amantiſſimo ſui habebat.

Juſtus à Tiberiade Judæorum ſcriptor agnoſcitur.

Nerva morbo periit in hortis Salluſtianis anno ætatis LXXII, quum jam Trajanum adoptaſſet in filium.
Trajanus Agrippinæ in Galliis imperator factus natus Italicæ in Hiſpania.

ROM. | DOM. CONSULUM.

TRAJANUS. Romanorum undecimus regnavit TRAJANUS ann. XIX. menf. IX.

I. XCIX. Decreto Senatus Nerva in Deos relatus eft.

II. C. Romanæ Ecclefiæ epifcopatum quartus fufcepit EVARISTVS ann. IX.

III. CI. Johannem Apoftolum, ufque ad Trajani tempora Irenæus Epifcopus permanfiffe fcribit: poft quem auditores ejus infignes fuerunt Papias Hierapolitanus epifcopus, & Polycarpus Zmyrnæus, & Ignatius An-

OL. CCXX. IV. CII. tiochenus.

V. CIII. Trajanus de Dacis & Scythis triumphavit.

Trajanus victo Rege Decebalo Daciam fecit Provinciam: Iberos, Sauromatas, Ofroenos, Arabas, Bofporanos, Colchos in fidem accepit: Seleuciam, Ctefiphontem, Babylonem occupavit, & tenuit. In mari rubro claffem inftituit, ut per eam Indiæ fines vaftaret.

VI. CIV.

MMCXX. VII. CV. Romæ aurea dumus incenfio conflagravit.

OL. CCXXI. VIII. CVI. Terræ motu quatuor urbes Afiæ fubverfæ, Elea, Myrina, Pitane, Cyme: & Græciæ duæ, Opuntiorum, & Oritorum.

IX. CVII. Alexandrinæ Ecclefiæ quartus Epifcopus ordinatur nomine PRIMVS

X. CVIII. ann. XII.

TERTIA PERSECUTIO.

Trajano adverfus Chriftianos perfecutionem movente, Simon filius Cleopæ, qui in Jerofolymis Epifcopatum tenebat, crucifigitur, cui fuccedit JUSTUS. Ignatius quoque Antiochenæ Ecclefiæ epifcopus Romam perductus beftiis traditur. Poft quem tertius conftituitur epifcopus HERO.

Plinius fecundus, quum quandam provinciam regeret, & in magiftratu fuo plurimos Chriftianorum interfeciffet, multitudine eorum perterritus quæfivit de Trajano quid facto opus effet, nuncians ei, præter obftinationem non facrificandi, & anrelucanos cœtus ad canendum cuidam Chrifto ut Deo, nihil apud eos reperiri. præterea ad confœderandam difciplinam vetari ab his homicidia, furta, adulteria, latrocinia, & his fimilia. Ad quæ commotus Trajanus refcripfit, hoc genus quidem inquirendos non effe, oblatos vero puniri oportere. Tertullianus refert in Apologetico.

Quintus Romanæ Ecclefiæ epifcopatum tenet ALEXANDER ann. X.

XI. CIX.

OL. CCXXII. XII. CX. Plinius fecundus Novocomenfis Orator & Hiftoricus infignis habetur, cujus plurima ingenii monumenta extant. [*Periit, dum invifit Vefuvium.*]

XIII. CXI. Tres Galatiæ civitates terræ motu dirutæ.

Pantheum Romæ fulmine concrematum.

XIV. CXII. Poft Juftum, Ecclefiæ Jerofolymitanæ epifcopatum quartum fufcepit ZACCHÆUS. Poft quem quintus TOBIAS. Cui fuccedit fextus BENJAMIN: ac deinde feptimus JOHANNES. Octavus MATTHIAS. in cujus locum nonus conftituitur PHILIPPUS.

XV. CXIII. Trajanus Armeniam, Affyriam, Mefopotamiam fecit provincias.

OL. CCXXIII XVI. CXIV. Terræmotus in Antiochia pene totam fubruit civitatem.

MMCXXX. XVII. CXV. Judæi, qui in Libya erant, adverfum cohabitatores fuos alienigenas dimicant. Similiter im Ægypto & Alexandria. Apud Cyrenem quoque & in Thebaide magna feditione contendunt. Verum gentilium pars fuperat in Alexandria.

ROM.

ROM.	DOM.	CONSULUM.
XVIII.	CXVI.	
XIX.	CXVII.	

Judæis Mesopotamiæ rebellantibus, præcepit imperator Trajanus Lysiæ Quieto, ut eos provincia exterminaret. Adversum quos Quietus aciem instruens infinita milia eorum interfecit: & ab hoc procurator Judææ ab imperatore decernitur.
Salaminam Cypri, interfectis in ea gentilibus, subvertere Judæi.
Trajanus morbo in Selinunte periit, sive, ut alibi scriptum reperimus, apud Seleuciam Isauriæ, profluvio ventris extinctus est anno ætatis LXIII, mense nono, die quarto. Ossa ejus in urnam auream conlata, & in foro sub columna posita. Solusque omnium intra Urbem in foro sepultus.

HADRIANUS.		Romanorum duodecimus regnavit HADRIANUS ann. XXI.
OL. CCXXIV. I.	CXVIII.	Hadrianus Italicæ in Hispania natus consobrinæ Trajani filius fuit.

Hadrianus Alexandriam à Romanis subversam publicis instauravit impensis.
Hadrianus Trajani invidens gloriæ de Assyria, Mesopotamia, & Armenia, quas ille Provincias fecerat, revocavit exercitum.

II. | CXIX. Hadrianus Judæos capit secundo contra Romanos rebellantes.

Senatus Trajanum in Deos refert.
Hadrianus eruditissimus in utraque lingua: sed in puerorum amore parum continens fuit.
Hadrianus reliqua tributorum Urbis relaxavit, chartis publice incensis. Plurimos etiam ipsis tributis liberos præstitit.

III. | CXX.

Plutarchus Chæroneus, & Sextus, & Agathobulus, & Oenomaus Philosophus insignes habentur.
Romanæ Ecclesiæ sextus Episcopatum tenet XYSTUS ann. X.
Bellum contra Sauromatas gestum.

IV. | CXXI.

Terræmotu facto Nicomedia ruit: & vicinæ urbes plurimæ eversæ sunt. Ad quarum instaurationem Hadrianus de publico est largitus impensas.

OL. CCXXV. V. | CXXII. Euphrates Stoicus Philosophus moritur.

Hadrianus in Lybiam, quæ à Judæis vastata fuerat, Colonias deducit.

VI. | CXXIII.

Hadrianus Atheniensibus leges petentibus ex Draconis & Solonis reliquorumque libris jura composuit.

VII. | CXXIV.

Cephisus fluvius Eleusinam inundavit: quem Hadrianus ponte conjungens, Athenis hiemem exegit.

MMCXL. VIII. | CXXV.

Jerosolymis decimus post Philippum constituitur Episcopus SENECA. Post quem undecimus JUSTUS: cui succedit duodecimus LEVI. Post quem tertiusdecimus EPHRES. Quartusdecimus JOSES. Quintusdecimus JUDAS. Hi omnes, usque ad eversionem, quam ab Hadriano perpessa est Jerusalem, ex circumcisione Episcopi præfuerunt.

ROM. | *DOM.* CONSULUM.

OL.CCXXVI. IX. | CXXVI. Hadrianus ſacris Eleuſinæ initiatus multa Athenienſibus dona largitur.

X. | CXXVII.

Quadratus diſcipulus Apoſtolorum & Ariſtides Athenienſis noſter Philoſophus libros pro Chriſtiana religione Hadriano dedere compoſitos. & Serenus Grannius legatus vir apprime nobilis literas ad Imperatorem miſit, iniquum eſſe dicens clamoribus vulgi innocentium hominum ſanguinem concedi, & ſine ullo crimine, nominis tantum & ſectæ reos fieri. Quibus commotus Hadrianus Minutio Fundano Proconſuli Aſiæ ſcribit, non ſine objectu criminum Chriſtianos condemnandos. cujus epiſtolæ uſque ad noſtram memoriam durat exemplum.

Imperator Hadrianus *Pater Patriæ* appellatur, & uxor ejus *Auguſta*.

XI. | CXXVIII.

XII. | CXXIX. Romanæ Eccleſiæ epiſcopatum ſuſcepit ſeptimus TELESPHORUS ann. XI.

Antiochiæ conſtituitur quartus Epiſcopus CORNELIVS.

OL.CCXXVII XIII. | CXXX. Nicopolis & Cæſarea terræmotu conciderunt.

Antinous puer regius eximiæ pulchritudinis in Ægypto moritur : quem Hadrianus vehementer deperiens (nam in delitiis habuerat) in Deos refert : ex cujus nomine etiam urbs appellata eſt.

XIV. | CXXXI. Alexandrinæ Eccleſiæ ſextus Epiſcopus præfuit HYMENÆVS an. XIII.

Templum Romæ & Veneris in Urbe factum.

XV. | CXXXII. Salvius Julianus perpetuum compoſuit Edictum.

Hadrianus Athenis hiemem exigens Eleuſinam inviſit.

XVI. | CXXXIII.

Hadrianus cum inſignes plurimas ædes Athenis feciſſet, Agonem edidit, Bibliothecamque miri operis exſtruxit.

Judæi in arma verſi Palæſtinam depopulati ſunt, tenente Provinciam Tenio Rufo, cui ad opprimendos rebelles Hadrianus miſit exercitum.

Phavorinus & Polemo Rhetor illuſtres habentur.

OL. CCXXVIII XVII. | CXXXIV. Baſilides Hæreſiarches in Alexandria commoratur : à quo GNOTSICI.

COCHEBAS dux Iudaicæ factionis nolentes ſibi Chriſtianos adverſum Romanum militem ferre ſubſidium omnimodis cruciatibus necat.

MMCL. XVIII. | CXXXV.

Bellum Iudaicum, quod in Palæſtina gerebatur, finem accipit, rebus Judæorum penitus oppreſſis : ex quo tempore etiam introeundi eis Jeroſolymam licentia ablata, primum Dei nutu, ſicut Prophetæ vaticinati ſunt, deinde Romanis interdictionibus.

XIX. | CXXXVI.

Jeroſolymæ primus ex gentibus conſtituitur MARCUS, ceſſantibus his, qui fuerant ex Iudæis.

XX. | CXXXVII.

ROM.

ROM. | DOM. CONSULUM.

ÆLIA ab Ælio Hadriano condita: & in fronte ejus portæ, qua Bethleheem egredimur, Sus ſcalptus in marmore prominens, ſignificans Romanæ poteſtati ſubjacere Judæos. Judæorumque nonnulli à Tito Ælio filio Veſpaſiani extructam arbitrantur.

OL. CCXXIX. XXI. | CXXXVIII. Hadrianus morbo intercutis aquæ apud Bajas moritur major LX annis.

ANTONINVS PIVS. Romanorum tertiuſdecimus regnavit Titus ANTONINVS cognomento PIVS cum liberis ſuis AVRELIO & LVCIO ann. XXII, menſ. III.

I. | CXXXIX.

II. | CXL. Romanæ Eccleſiæ epiſcopatum octavus ſuſcepit HYGINVS an. VIII.

Antoninus Pater Patriæ appellatur.

III. | CXLI.

Sub Hygino Romanæ Urbis Epiſcopo Valentinus Hereſiarches & Cerdo magiſter Marcionis Romam venerunt.

OL. CCXXX. IV. | CXLII. Juſtinus Philoſophus librum pro noſtra religione conſcriptum Antonino reddidit.

V. | CXLIII. Romæ nonus Epiſcopus ordinatur PIVS ann. XV.

Antiochiæ quintus conſtituitur Epiſcopus HEROS ann. XXIV.

VI. | CXLIV. Alexandriæ ſeptimus epiſcopatum ſuſcepit MARCVS ann. X.

Valentinus Hæreticus agnoſcitur: & permanet uſque ad Anicetum.

MMCLX. VII. | CXLV. Meſomedes Cretenſis citharicorum carminum Muſicus Poëta agnoſcitur,

OL. CCXXXI. VIII. | CXLVI. Taurus Berytius Platonicæ ſectæ Philoſophus clarus habetur.

IX. | CXLVII.

Arrianus Philoſophus Nicomedienſis agnoſcitur, & Maximus Tyrius.

Apollonius Stoicus natione Chalcidicus & Baſilides Scythopolitanus Philoſophi illuſtres habentur: qui Veriſſimi quoque Cæſaris præceptores fuerunt.

X. | CXLVIII.

XI. | CXLIX.

OL. CCXXXII XII. | CL. Alexandrinæ Eccleſiæ octavus Epiſcopus præfuit CELADION ann. XIV.

XIII. | CLI. Creſcens Cynicus agnoſcitur: qui Juſtino noſtri dogmatis Philoſopho, quia ſeguloſum, & prævaricatorem Philoſophiæ coarguebat, perſecutionem ſuſcitavit, in qua ille glorioſe pro Chriſto ſanguinem fudit.

XIV. | CLII.

XV. | CLIII.

OL. CCXXXIII XVI. | CLIV. Romanæ Eccleſiæ Epiſcopatum tenet ANICETVS ann. XI: Sub quo Polycarpus Romam veniens multos ab hæretico errore correxit.

MMCLXX. XVII. | CLV.

XVIII. | CLVI.

XIX. | CLVII.

ROM. | DOM. CONSULUM.

Jeroſolymæ Epiſcopatum poſt Marcum ſeptimuſdecimus ſuſcepit CASSIANVS. Poſt quem octavuſdecimus PVBLIVS. Cui ſuccedit nonuſdecimus MAXIMVS. Viceſimus JVLIANVS. Viceſimus primus GAJANVS. Viceſimus ſecundus SYMMACHVS. Viceſimus tertius GAJVS. Viceſimus quartus JVLIANVS. Viceſimus quintus CAPITO.

OL.CCXXXIV. XX. | CLVIII.

XXI. | CLIX.

XXII. | CLX.

XXIII. | CLXI. Antoninus Pius apud Lorium villam ſuam duodecimo ab urbe miliario moritur anno ætatis ſuæ LXXVII.

MARCVS ANTONINVS. | LVCIVS AVRELIVS COMMODVS. Romanorum quartuſdecimus regnavit MARCVS ANTONINVS, qui & VERVS, & LVCIVS AVRELIVS COMMODVS ann. XIX. menſe uno.

Hi primum æquo jure imperium adminiſtraverunt: quum uſque ad hoc tempus ſinguli Auguſti fuerint.

OL. CCXXXV. I. | CLXII. Lucio Cæſars Athenis ſacrificanti ignis de cælo ab oriente in occidentem ferri viſus.

II. | CLXIII. Vologeſius Rex Parthorum vicinas ſibi Romanas Provincias depopulatus eſt.

III. | CLXIV.

Fronte Orator inſignis habetur, qui Marcum Antoninum Verum Latinis literis erudivit.

MMCLXXX. IV. | CLXV. Seleucia Aſſyriæ urbs cum trecentis milibus hominum à Romanis capta.

OL.CCXXXVI. V. | CLXVI. Lucius Cæſar de Parthis cum fratre triumphavit.

VI. | CLXVII. Apud Piſas Peregrinus Philoſophus rogo, quem ex lignis compoſuerat, incenſo, ſemetipſum ſuperinjecit.

Alexandrinæ Eccleſiæ nonus Epiſcopus præfuit AGRIPPINVS ann. XII.

VII. | CLXVIII.

Perſecutione orta in Aſia, Polycarpus & Pionius fecere martyrium: quorum ſcriptæ quoque paſſiones feruntur.

QUARTA PERSECUTIO.

Plurimi in Gallia glorioſè ob nomen interfecti: quorum uſque in præſentem diem condita libris certamina perſeverant.

VIII. | CLXIX. Lues multas provincias occupavit, Roma ex parte vexata.

Romani contra Germanos, Marcomannos, Quados, Sarmatas, Dacos dimicant.
Romanæ Eccleſiæ Epiſcopatum ſuſcepit undecimus SOTER ann. VII.
Antiochiæ ſextus Epiſcopus ordinatur THEOPHILVS: cujus plurima ingenii opera extant.

OL.CCXXXVII. IX. | CLXX.

Lucius Imperator anno Regni nono, ſive, ut quidam putant, undecimo, inter Concordiam, & Altinum apoplexi extinctus eſt ſedens cum fratre in vehiculo.

X. | CLXXI. Antonino Imperatori Melito Aſianus Sardienſis Epiſcopus Apologeticum pro Chriſtianis tradidit.

XI. | CLXXII. Apollinaris Aſianus Hieropolitanus Epiſcopus inſignis habetur.

ROM. | DOM. CONSULUM.

Dionysius Episcopus Corinthiorum clarus habetur, & Pinytus Cretensis vir eloquentissimus.

Pseudoprophetia, quæ CATAPHRYGAS nominatur, accepit exordium auctore Montano, & Priscilla, Maximillaque insanis vatibus.

XII. | CLXXIII. Tatianus hæreticus agnoscitur: à quo ENCRATITÆ.

Bardesanes alterius hæreseos princeps notus efficitur.

Oppianus Cilix Poëta cognoscitur, qui Halieutica miro splendore conscripsit.

Tanta per totam urbem pestilentia fuit, ut pene usque ad internecionem Romanus exercitus deletus sit.

OL. CCXXXVIII XIII. | CLXXIV.

Imperator Antoninus multis adversum se nascentibus bellis sæpe ipse intererat, sæpe duces nobilissimos destinabat, in quibus semel Pertinaci, & exercitui, qui cum eo in Quadorum regione pugnabat, siti oppresso, pluvia divinitus missa est: quum è contrario Germanos & Sarmatas fulmina persequerentur, & plurimos eorum interficerent. Extant literæ M. Aurelii gravissimi Imperatoris, quibus illam Germanicam sitim Christianorum forte militum precationibus impetrato imbri discussam contestatur.

MMCXC. XIV. | CLXXV.

XV. | CLXXVI.

XVI. | CLXXVII. Atticus Platonicæ sectæ Philosophus agnoscitur.

OL. CCXXXIX XVII. | CLXXVIII. Romanæ Ecclesiæ duodecimus Episcopatum suscepit ELEVTHERUS ann. xv.

Antiochiæ septimus Episcopus constituitur MAXIMINUS.

ANTONINUS COMMODUM FILIUM SUUM CONSORTEM REGNI FACIT.

XVIII. | CLXXIX. Antoninus cum filio de hostibus triumphavit, quos per triennium apud Carnuntum habens stativa castra, vexaverat.

Imperatores multis multa largiti sunt: & pecuniam, quæ fisco debebatur, provinciis concedentes tabulas debitorum in medio Romanæ urbis foro incendi fecerunt: ac quid bonitati deesset, duras quasque leges novis constitutionibus temperarunt.

XIX. | CLXXX.

Antoninus post victoriam adeo in editione munerum magnificus fuit, ut centum simul leones exhibuerit.

Commodus à Senatu Augustus appellatus.

Smyrna urbs Asiæ terræ motu ruit: ad cujus instaurationem decem annis tributorum immunitas data est.

Antoninus in Pannonia morbo periit.

Alexandrinæ Ecclesiæ decimus episcopatum sortitur JULIANUS ann. x.

COMMODUS. | Romanorum quintusdecimus regnavit COMMODUS ann. xii.

I. | CLXXXI. Commodus de Germanis triumphavit.

OL. CCXL. II. | CLXXXII. Templum Serapidis Alexandriæ incensum.

III. | CLXXXIII. Irenæus Episcopus Lugdunensis insignis habetur.

IV. | CLXXXIV. Thermæ Commodianæ Romæ factæ.

MMCC. V. | CLXXXV. Commodus Septembrem mensem nomine suo appellavit.

ROM.

ROM. | DOM. CONSULUM.

OL. CCXLI. VI. | CLXXXVI.

Jerosolymis vicesimus sextus ordinatur Episcopus MAXIMUS. Post quem vicesimus septimus ANTONINUS. Vicesimus octavus VALENS. Vicesimus nonus DOLICHIANUS. Tricesimus NARCISSUS. Tricesimus primus DIUS. Tricesimus secundus GERMANIO. Tricesimus tertius GORDIUS. Tricesimus quartus rursum NARCISSUS. Tantis apud Jerosolymam constitutis Episcopis, non potuimus discernere tempora singulorum, eo quod in præsentem diem Episcopatus eorum anni minime servarentur.

VII. | CLXXXVII.

VIII. | CLXXXVIII.

IX. | CLXXXIX. In Capitolio fulmen ruit, & magna inflammatione facta, Bibliothecæ & vicinæ quoque ædes concrematæ.

OL. CCXLII. X. | CXC. Alexandriæ undecimus constituitur Episcopus DEMETRIVS ann. XLIII.

Commodus imperator Colossi capite sublato, suæ imaginis caput ei jussit imponi. SERAPIO octavus Antiochiæ Episcopus ordinatur.

XI. | CXCI. Commodus multos nobilium interfecit, & spectacula Populo Romano præbuit insignia.

XII. | CXCII. Incendio Romæ facto, Palatium & ædes Vestæ, plurimaque Vrbis pars solo coæquatur.

XIII. | CXCIII. Commodus strangulatur in domo Vestiliani.

PERTINAX. | Romanorum sextusdecimus regnavit HELVIVS PERTINAX mens. VI.

PERTINAX septuagenario major, quum Præfecturam Urbis ageret, ex Senatusconsulto imperare jussus est.

Romæ Episcopatum suscepit tertius decimus VICTOR ann. X. cujus mediocria de religione extant volumina.

Pertinax obsecrante Senatu, ut uxorem suam Augustam, & filium suum Cæsarem appellaret, contradixit, sufficere testatus, quod ipse regnaret invictus.

Pertinax occiditur in Palatio Juliani jurisperiti scelere, quem postea Severus apud Mulvium pontem interfecit.

SEVERUS. | Romanorum decimus septimus regnavit SEVERVS ann. XVIII.

OL. CCXLIII. I. | CXCIV.

Severus provincia Tripolitana, oppido Lepti solus ex Africa, usque in præsentem diem, Romanus imperator fuit: & in honorem Pertinacis, quem Julianus occiderat, Pertinacem se cognominari jussit.

MMCCX. II. | CXCV.

Clemens Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, & Pantænus Stoicus Philosophus in disputatione dogmatis nostri disertissimi habentur.

III. | CXCVI.

Narcissus Jerosolymarum Episcopus & Theophilus Cæsariensis, Polycrates quoque, & Bacchylus Asianæ provinciæ Episcopi insignes habentur.

IV. | CXCVII.

Quæstione orta in Asia inter Episcopos, an secundum legem Moysi quartadecima die mensis Pascha observandum esset, Victor Romanæ Urbis Episcopus, & Narcissus Jerosolymarum, Polycrates quoque, & Irenæus, & Bacchylus plurimique Ecclesiarum pastores, quod eis probabile visum fuerat, literis ediderunt: quarum memoria ad nos usque perdurat.

OL. CCXLIV. V. | CXCVIII. Judaicum & Samariticum bellum motum.
VI. | CXCIX.
VII. | CC.

Severus Parthos, & Adiabenos superavit, Arabasque interiores ita cecidit, ut regiones eorum Romanam provinciam fecerit. Ob quæ Parthicus & Arabicus, & Adiabenicus cognominatus est.

VIII. | CCI. Severo imperante, Thermæ Severianæ apud Antiochiam & Romæ factæ, & Septizonium extructum.
OL. CCXLV. IX. | CCII. Romanæ Ecclesiæ quartusdecimus episcopatum suscepit ZEPHYRINUS.
X. | CCIII. Persecutione inter Christianos facta Leonides Origenis pater gloriosa martyrii morte transfertur.

QUINTA PERSECUTIO.

XI. | CCIV.
MMCCXX. XII. | CCV. Alexander ob confessionem Dominici nominis insignis habetur.

Clemens multa & varia conscripsit.
Musanus nostræ Philosophiæ scriptor agnoscitur.

IN HOC ANNO JOBELEUM A MAJORIBUS INVENIMUS OBSERVATUM, ID EST DUODECIMO ANNO SEVERI, ET CCLII ANTIOCHENÆ URBIS.

OL. CCXLVI. XIII. | CCVI.
XIV. | CCVII.

Clodio Albino, qui se in Gallia Cæsarem fecerat, interfecto apud Lugdunum, Severus in Britannos bellum transfert, ubi, ut receptas Provincias ab incursione barbarica faceret securiores, vallum per CXXXII passuum milia à mari ad mare duxit.

XV. | CCVIII. Tertullianus Afer Centurionis Proconsularis filius omnium ecclesiarum sermone celebratur.
XVI. | CCIX. Origenes Alexandriæ studiis eruditur.
OL. CCXLVII. XVII. | CCX.
XVIII. | CCXI. Severus moritur Eburaci in Britannia.
CARACALLA | Romanorum decimus octavus regnavit ANTONINUS cognomento CARACALLA Severi filius ann. VI.
I. | CCXII. Antiochiæ nonus Episcopus constituitur ASCLEPIADES.
II. | CCXIII. ALEXANDER tricesimus quintus Jerosolymarum Episcopus ordinatur adhuc vivente Narcisso, & cum eo pariter Ecclesiam regit.
OL. CCXLVIII. III. | CCXIV.

Antoninus CARACALLA cognominatus propter genus vestis, quod Romæ erogaverat: & è contrario Caracallæ ex hujus nomine Antoninianæ dictæ.

	ROM.	DOM.	CONSULUM.
MMCCXXX.	IV.	CCXV.	
	V.	CCXVI.	Antoninus Romæ Thermas sui nominis ædificavit.
	VI.	CCXVII.	

Antoninus tam impatiens libidinis fuit, ut novercam suam Juliam uxorem duxerit.
Antoninus interficitur inter Edessam & Carras anno ætatis XLIII.

MACRINVS. Romanorum decimusnonus regnavit MACRINVS anno uno.

OL. CCXLIX. I. CCXVIII. Macrinus Præfecturam prætorio gerens Imperator factus.

Antiochiæ Episcopus decimus constituitur PHILETVS.
Circensibus Vulcanaliorum Romæ Amphitheatrum incensum.
Abgarus vir sanctus regnavit Edessæ, ut vult Africanus.
Macrinus occiditur in Archelaide.

AVRELIVS ANTONINVS ELIOGABALVS. Romanorum vicesimus regnavit MARCVS AVRELIVS ANTONINVS ann. IV.

I. CCXIX.

Marcus Aurelius Antoninus Antonini Caracallæ, ut putabatur, filius, & sacerdos ELIOGABALI templi adeo impudice in imperio suo vixit, ut nullum genus obscœnitatis omiserit.

	II.	CCXX.	Romanæ Ecclesiæ episcopatum suscepit quintusdecimus CALLISTVS ann. V.
	III.	CCXXI.	Eliogabalum Templum Romæ ædificatum.
OL. CCL.	IV.	CCXXII.	

In Palæstina Nicopolis, quæ prius Emmaus vocabatur, urbs condita est, legationis industriam pro ea suscipiente Julio Africano scriptore temporum.
Antoninus Romæ occiditur tumultu militari cum matre Symiasera.

ALEXANDER MAMÆÆ. Romanorum vicesimus primus regnavit ALEXANDER MAMÆÆ filius ann. XIII.

	I.	CCXXIII.	Alexander Xerxem Regem Persarum gloriosissime vicit, & disciplinæ militaris tam severus corrector fuit, ut quasdam tumultuantes legiones integras exauctoraverit.
	II.	CCXXIV.	
MMCCXL.	III.	CCXXV.	Romanæ Ecclesiæ sextusdecimus ordinatur Episcopus VRBANVS ann. IX.
OL. CCLI.	IV.	CCXXVI.	Ulpianus Jurisconsultus assessor Alexandri insignissimus habetur.
	V.	CCXXVII.	Thermæ Alexandrinæ Romæ ædificatæ.
	VI.	CCXXVIII.	Geminianus Presbyter Antiochenus, & Hippolytus, & Beryllus episcopus Arabiæ Bostrenus clari scriptores habentur.
	VII.	CCXXIX.	Antiochiæ undecimus ordinatur episcopus ZEBENNVS.
OL. CCLII.	VIII.	CCXXX.	Origenes Alexandriæ clarus habetur.

	ROM.	DOM.	CONSULUM.
	IX.	CCXXXI.	Alexandrinæ Ecclesiæ duodecimus Episcopus ordinatur HERACLAS ann. XVI.
	X.	CCXXXII.	Alexander in matrem Mamæam unice pius fuit, & ob id omnibus amabilis.
	XI.	CCXXXIII.	Origenes de Alexandria ad Cæsaream Palæstinæ transit.
OL. CCLIII.	XII.	CCXXXIV.	Romanæ Ecclesiæ decimusseptimus Episcopatum suscipit PONTIANVS ann. V.
MMCCL.	XIII.	CCXXXV.	Alexander occiditur Mogontiaci tumultu militari.
	MAXIMINVS.		Romanorum vicesimus secundus regnavit MAXIMINVS ann. III.
	I.	CCXXXVI.	Maximinus primus ex corpore militari sine Senatus auctoritate ab exercitu imperator electus est.
	II.	CCXXXVII.	Maximinus adversum Ecclesiarum sacerdotes persecutionem facit.
			SEXTA PERSECUTIO.
OL. CCLIV.	III.	CCXXXVIII.	Maximinus Aquileiæ à Pupieno occiditur.
	GORDIANVS.		Romanorum vicesimus tertius GORDIANVS ann. VI.
	I.	CCXXXIX.	Romæ octavus decimus ordinatur Episcopus ANTEROS mense uno. Post quem decimus nonus FABIANVS ann. XIII.
	II.	CCXL.	Gordiano Romam ingresso Pupienus & Albinus, qui imperium arripuerunt, in Palatio occisi.
	III.	CCXLI.	
OL. CCLV.	IV.	CCXLII.	
	V.	CCXLIII.	
	VI.	CCXLIV.	

Gordianus admodum adolescens, Parthorum natione superata, quum victor reverteretur in patriam, fraude Philippi præfecti prætorio haud longe à Romano solo interfectus est. Gordiano milites tumulum ædificant, qui Euphrati imminet, ossibus ejus Romam revectis.

	ROM.	DOM.	CONSULUM.
	PHILIPPVS.		Romanorum vicesimus quartus PHILIPPVS ann. VII.
MMCCLX.	I.	CCXLVI.	

Philippus Philippum filium suum consortem regni fecit: primusque omnium ex Romanis imperatoribus Christianus fuit.

	ROM.	DOM.	CONSULUM.
OL. CCLVI.	II.	CCXLVI.	

Regnantibus Philippis millesimus annus Romanæ Urbis expletus est: ob quam solennitatem innumerabiles bestiæ in Circo magno interfectæ: ludique in campo Martio theatrales tribus diebus & tribus noctibus populo pervigilante celebrati.
Theatrum Pompei incensum, & Hecatostylon.

	ROM.	DOM.	CONSULUM.
	III.	CCXLVII.	Atlas mons Natali Romanæ Urbis cucurrit: & Agon mille annorum actus.
	IV.	CCXLVIII.	Philippus urbem nominis sui in Thracia construxit.
	V.	CCXLIX.	Alexandrinam Ecclesiam tertius decimus Episcopus tenuit DIONYSIVS ann. XVII.
OL. CCLVII.	VI.	CCL.	

ROM.

ROM. | *DOM.* | CONSULUM.

VII. CCLI. Philippus ſenior Veronæ, Romæ junior occiditur.

DECIVS. Romanorum viceſimus quintus regnavit DECIVS anno uno menſ. III.

I. CCLII. Decius è Pannonia inferiore Budaliæ natus fuit.

Decius quum Philippum Patrem & filium interfeciſſet, ob odium eorum in Chriſtianos perſecutionem movet, qua Laurentius Diaconus Romæ martyrium dixit.

SEPTIMA PERSECUTIO.

Antonius monachus in Ægypto naſcitur.
Romæ Amphitheatrum incenſum.
Alexandro Jeroſolymarum Epiſcopo apud Cæſaream Palæſtinæ ob martyrium interfecto, & Antiochiæ Babyla, MAZABANVS & FABIVS Epiſcopi conſtituuntur.
Decius cum filio in Abritto occiditur.

GALLVS ET VOLVSIANVS. Romanorum viceſimus ſextus regnavit GALLVS & VOLVSIANVS Galli filius ann. II. menſ. IV.

Romanæ Eccleſiæ epiſcopatum poſt Fabiani glorioſam mortem viceſimus ſuſcipit CORNELIVS ann. II. qui & ipſe martyrio coronatus eſt. Extant ad eum Cypriani octo Epiſtolæ.

I. CCLIII.

Peſtilens morbus multas totius orbis provincias occupavit, maximeque Alexandriam & Ægyptum, ut ſcribit Dionyſius, & Cypriani de Mortalitate teſtis eſt liber.
Novatus Presbyter Cypriani Romam veniens Novatianum & cæteros Confeſſores ſibi ſociat, eo quod Cornelius pœnitentes Apoſtatas recepiſſet.
Antiochiæ quartusdecimus conſtituitur epiſcopus DEMETRIANVS.

JOBELEUS JUXTA MAJORES NOSTROS.

OL.CCLVIII II. CCLIV.

Romanæ Eccleſiæ epiſcopatum tenet viceſimus primus LVCIVS menſes VIII. Poſt quem viceſimus ſecundus STEPHANVS annos II. Extant ad utrumque Cypriani Epiſtolæ.
Gallus & Voluſianus, quum adverſum Æmilianum, qui in Mœſia res novas moliebatur, ex Urbe profecti eſſent, in foro Flaminii, ſive, ut alii putant, Interamnæ interfecti ſunt. Æmilianus tertio menſe invaſæ tyrannidis extinctus eſt.

VALERIANVS ET GALLIENVS. Romanorum viceſimus ſeptimus regnavit VALERIANVS & GALLIENVS ann. XV.

MMCCLXX. I. CCLV.

Valerianus in Rhetia ab exercitu Auguſtus, Gallienus Romæ à Senatu Cæſar appellatus.

II. CCLVI. Romanæ Eccleſiæ Epiſcopatum tenet viceſimus tertius XYSTVS ann. VIII.
III. CCLVII.

Cyprianus primum Rhetor, deinde Presbyter, ad extremum Carthaginienſis Epiſcopus martyrio coronatur.

ROM. DOM. CONSULUM.

OCTAVA PERSECUTIO.

OL. CCLIX. IV. |CCLVIII.

Valerianus in Christianos persecutione commota statim à Sapore Persarum Rege capitur, ibique servitute miserabili consenescit.

V. |CCLIX. Sapor Rex Persarum Syriam, Ciliciam, Cappadociam depopulatur.

VI. |CCLX. Valeriano in Persas ducto, Gallienus nostris pacem reddidit.

VII. |CCLXI. Antiochiæ quintusdecimus constituitur Episcopus PAVLVS SAMOSATENVS.

Gallieno in omnem lasciviam dissoluto, Germani Ravennam usque venerunt.

OL. CCLX. VIII. |CCLXII. Alamanni vastatis Galliis in Italiam transiere Græcia, Macedonia, Pontus, Asiæ depopulatæ per Gothos.

IX. |CCLXIII. Quadi & Sarmatæ Pannonias occupaverunt.

X. |CCLXIV. Germanis Hispanias obtinentibus Tarracon expugnata est. Parthi Mesopotamiam tenentes Syriam incursaverunt.

MMCCLXXX XI. |CCLXV. Alexandrinæ Ecclesiæ quartusdecimus Episcopus ordinatur MAXIMVS ann. XVIII.

OL. CCLXI. XII. |CCLXVI. Romanæ Ecclesiæ vicesimus quartus Episcopus constituitur DIONYSIUS ann. XII.

Odenathus Decurio Palmyrenus collecta agrestium manu ita Persas cecidit, ut ad Ctesiphontem castra poneret.

XIII. |CCLXVII. Jerosolymarum episcopatum tenet HYMENÆVS.

Paulus Samosatenus à cunctorum prædicatione descifcens Artemonis hæresim suscitavit. In cujus locum Antiochenæ Ecclesiæ sextusdecimus ordinatur Episcopus DOMNVS.

XIV. |CCLXVIII. Galliæ per Postumum & Victorinum & Tetricum receptæ.

XV. |CCLXIX. Gallienus Mediolani occiditur.

CLAUDIUS. | Romanorum vicesimus octavus regnavit CLAUDIUS ann. uno mens. IX.

OL. CCLXII. I. |CCLXX. Alexandriæ Bruchium, quod per multos annos fuerat obsessum, tandem destruitur.

II. |CCLXXI.

Claudius Gothos, Illyricum, & Macedoniam vastantes superat. Ob quæ in curia clypeus ei aureus, & in Capitolio statua aurea collocata est.
Claudius Sirmii moritur.
QUINTILIUS Claudii frater à Senatu Augustus appellatus decimoseptimo imperii die Aquilejæ occiditur.

AURELIANUS. | Romanorum vicesimus nonus AURELIANUS ann. V. mens. VI.

I. |CCLXXII. Antiochenæ Ecclesiæ decimus septimus ordinatur Episcopus TIMÆVS.

Aurelianus, Tetrico apud Catalaunos prodente exercitum suum, Gallias recepit.

II. |CCLXXIII.

ROM. | *DOM.* CONSULUM.

Zenobia apud Timas haud longe ab Antiochia vincitur: quæ occiso Odenatho marito Orientis tenebat imperium: in qua pugna strenuissime adversum eam dimicavit Pompejanus dux cognomento Francus, cujus familia hodieque apud Antiochiam perseverat. ex cujus Euagrius Presbyter carissimus nobis stirpe descendit.
Eusebius Laodicenus insignis habetur.

OL.CCLXIII III. | CCLXXIV.

Aurelianum Romæ triumphantem TETRICVS & ZENOBIA præcesserunt. E quibus Tetricus Corrector postea Lucaniæ fuit: & Zenobia in Urbe summo honore consenuit: à quo hodieque Romæ Zenobia nuncupatur familia.

MMCCXC. IV. | CCLXXV.

Aurelianus Templum Soli ædificat, & Romam firmioribus muris vallat.
Primus Agon Solis ab Aureliano institutus.

NONA PERSECUTIO.

V. | CCLXXVI.

Aurelianus quum adversum nos persecutionem movisset, fulmen juxta eum comitesque ejus ruit: ac non multo post inter Constantinopolim, & Heracliam in Cænophrurio viæ veteris occiditur.
Romanorum tricesimus regnavit TACITVS mens. VI. quo apud Pontum occiso, obtinuit FLORIANVS imperium diebus LXXXIX. Hoc quoque apud Tarsum interfecto.

PROBVS. | Romanorum tricesimus primus regnavit PROBVS an. VI, mens. III.

I. | CCLXXVII. Romanæ Ecclesiæ Episcopatum vicesimus quintus suscipit FELIX. ann. V.

OL.CCLXIV. II. | CCLXXVIII. Probus Gallias à Barbaris occupatas ingenti virtute restituit.

Secundo anno PROBI, juxta Antiochenos CCCXXV anno, juxta Tyrios CCCCII, juxta Laodicenos CCCXXIV, juxta Edessenos DLXXXVIII, juxta Ascalonitas CCCLXXX, insana Manichæorum hæresis in commune humani generis malum exorta.

III. | CCLXXIX. Anatolius Laodicenus Episcopus Philosophorum disciplinis eruditus plurimo sermone celebratur.
IV. | CCLXXX.

Probus Gallos & Pannonios vineas habere permisit, Almamque & Aureum montem militari manu consitos Provincialibus colendos dedit.
Antiochiæ decimus octavus constituitur Episcopus CYRILLVS.
Saturninus magister exercitus novam civitatem Antiochiæ exorsus est condere: qui postea imperium molitus invadere Apamiæ occiditur.

V. | CCLXXXI.

Romanæ Ecclesiæ episcopatum suscepit vicesimus sextus EVTYCHIANVS mens. VIII. Post quem vicesimus septimus GAJANVS ann. XV.

OL. CCLXV. VI. | CCLXXXII.

Probus tumultu militari apud Sirmium in turre, quæ dicitur Ferrata, occiditur.
Alexandrinæ Ecclesiæ quintusdecimus Episcopus præfuit THEONAS ann. XIX.

ROM.

ROM. | *DOM.* | CONSULUM.

CARVS CARINVS. NVMERIANVS. — Romanorum tricesimus secundus regnavit CARVS cum filiis CARINO & NVMERIANO ann. duobus.

I. CCLXXXIII.

CARVS Narbonensis, quum omni Parthorum regione vastata Conchen & Ctesiphontem nobilissimas hostium urbes cepisset, super Tigridem castra ponens fulmine ictus interiit.

II. CCLXXXIV.

NVMERIANVS, quum ob oculorum dolorem lecticula veheretur, insidiis Apri soceri sui occisus est, vix foetore cadaveris post aliquot dies scelere comperto.

MMCCC. III. CCLXXXV. CARINVS prælio victus apud Margum occiditur.

DIOCLETIANVS. — Romanorum tricesimus tertius DIOCLETIANVS regnavit ann. XX.

OL. CCLXVI. I. CCLXXXVI.

Diocletianus Dalmata Scribæ filius imperator electus statim Aprum in militum concione percussit, jurans sine suo scelere Numerianum interfectum.

II. CCLXXXVII.

III. CCLXXXVIII.

Diocletianus in consortem regni Herculium Maximianum assumit: qui rusticorum multitudine oppressa, quæ factioni suæ BACAUDARUM nomen indiderat, pacem Gallis reddidit.
CARAUSIUS sumpta purpura Britannias occupavit.
Narseus Orienti bellum intulit.

IV. CCLXXXIX. Quinquegentiani Africam infestaverunt.

Ægyptum Achilleus obtinuit. Ob quæ CONSTANTIUS & GALERIUS MAXIMIANUS Cæsares assumuntur in regnum. Quorum Constantius Claudii ex filia nepos fuit: Galerius in Dacia haud longe à Serdica natus. Atque ut eos Diocletianus etiam affinitate conjungeret, Constantius privignam Herculii Theodoram accepit: ex qua postea sex liberos Constantini fratres habuit. Galerius filiam Diocletiani duxit Valeriam. Ambo uxores, quas habuerant, repudiare compulsi.

OL. CCLXVII V. CCXC.

VI. CCXCI.

VII. CCXCII.

VIII. CCXCIII. Busiris & Coptos contra Romanos rebellantes ad solum usque subversæ sunt.

OL. CCLXVIII IX. CCXCIV. Carporum & Basternarum gentes in Romanum solum translatæ.

MMCCCX. X. CCXCV.

Primus Diocletianus adorari se ut Deum, & gemmas vestibus calceamentisque inseri jussit: quum ante eum omnes Imperatores in modum Judicum salutarentur, & chlamydem purpuream à privato habitu plus haberent.

ROM.

ROM. | *DOM.* CONSULUM.

XI. CCXCVI.

XII. CCXCVII. Romanæ Ecclesiæ vicesimus octavus Episcopatum suscipit MARCELLINUS ann. IX.

L.CCLXIX. XIII. CCXCVIII.

Alexandria cum omni Ægypto per Achilleum ducem à Romana potestate desciscens octavo obsidionis mense à Diocletiano capta est. Itaque plurimi per totam Ægyptum gravibus proscriptionibus exiliisque vexati, interfectis his, qui auctores perduellionis extiterant.

XIV. CCXCIX. Ecclesiæ Jerosolymarum vicesimus septimus ordinatur Episcopus ZABDAS.

XV. CCC. Post decem annos per Asclepiodotum præfectum Prætorio Britanniæ receptæ.

XVI. CCCI. Juxta Lingonas à Constantio Cæsare LX milia Alamanorum cæsa.

Galerius Maximianus victus à Narseo ante carpentum Diocletiani purpuratus cucurrit.

L. CCLXX. XVII. CCCII.

Veturius magister militiæ Christianos milites persequitur, paulatim ex illo jam tempore persecutione adversum nos incipiente.

XVIII. CCCIII.

Galerius Maximianus, superato Narseo, & uxoribus ac liberis, sororibusque ejus captis, à Diocletiano ingenti honore suscipitur.
Thermæ Romæ Diocletianæ factæ, & Maximianæ Carthagini.
Ecclesiæ Jerosolymarum vicesimus octavus præfuit HERMON.
Antiochiæ decimus nonus constituitur Episcopus TYRANNUS.

JOBELEUS SECUNDUM MAJORES.

Alexandrinæ Ecclesiæ sextusdecimus post Theonam Episcopus ordinatur PETRVS, qui postea nono persecutionis anno gloriose martyrium perpetravit.
Diocletianus & Maximianus Augusti insigni pompa Romæ triumpharunt, antecedentibus currum eorum Narsei conjuge, sororibus, liberis, & omni præda, qua Parthos spoliaverant.
Terræmotu horribili apud Tyrum & Sidonem multa opera conciderunt: & populus innumerabilis oppressus.

DECIMA PERSECUTIO.

XIX. CCCIV.

DECIMO NONO ANNO DIOCLETIANI, MENSE MARTIO IN DIEBVS PASCHÆ ECCLESIÆ SVBVERSÆ SVNT. SECVNDVM ANTIOCHENOS ANNVS CCCLI.

MMCCCXX. XX. CCCV.

Secundo anno persecutionis Diocletianus Nicomediæ, Maximianus Mediolani purpuram deposuerunt.
Romæ vicesimus nonus Episcopus constituitur EVSEBIVS mens. VII. Post quem tricesimus Ecclesiam tenet MILTIADES ann. III.

GALERIVS. GALERIVS solus biennio Augustus imperium tenuit.

OL.CCLXXI. I. CCCVI. MAXIMINVS & SEVERVS à Galerio Maximiano Cæsares facti.

ROM.

ROM. | *DOMIN.* CONSULUM.

II. | CCCVII.

CONSTANTINVS sextodecimo imperii anno diem obiit in Britannia Eboraci. Post quem filius ejus CONSTANTINVS ex concubina Helena procreatus regnum invadit. Quarto persecutionis anno CONSTANTINVS regnare orsus.

CONSTANTINVS. Romanorum tricesimus quartus regnavit CONSTANTINVS ann. xxx, mens. x.

I. | CCCVIII. MAXENTIUS Herculii Maximiani filius à Prætorianis militibus Romæ Augustus appellatur.

II. | CCCIX.

Severus Cæsar à Galerio Maximiano contra Maxentium missus Ravennæ secundo anno imrii sui interficitur.

LICINIVS à Galerio Carnunti Imperator factus.

OL.CCLXXII III. | CCCX.

Herculius Maximianus à filia Fausta detectus, quod dolum Constantino viro suo pararet, Massiliæ fugiens occiditur.

Quirinus Episcopus Siscianus pro Christo gloriose interficitur. Nam manuali mola ad collum ligata è ponte præcipitatus in fluvium diutissime supernatavit, & cum spectantibus collocutus, ne suo terrerentur exemplo, vix, orans ut mergeretur, obtinuit.

IV. | CCCXI. Galerius Maximianus vicesimo ptimo imperii sui anno moritur.

V. | CCCXII. Romanæ Ecclesiæ SILVESTER tricesimus primus ann. xxiii.

Maximinus persecutione in Christianos facta, quum jam à Licinio puniendus esset, apud Tarsum moritur.

Alexandrinæ Ecclesiæ decimus septimus ordinatur Episcopus ACHILLAS.

IV. | CCCXIII. Maxentius juxta pontem Mulvium à Constantino superatus occiditur.

PAX NOSTRIS A CONSTANTINO REDDITA.

OL.CCLXXIII VII. | CCCXIV. Bellum Cibalense adversus Licinius.

MMCCCXXX. VIII. | CCCXV. Jerosolymarum trigesimus nonus constituitur Episcopus Macarius.

IX. | CCCXVI.

X. | CCCXVII.

Diocletianus haud procul à Salonis in villa sua Spalato moritur, & solus omnium privatus inter Deos refertnr.

OL.CCLXXIV IX. | CCCXVIII.

CRISPVS & CONSTANTINVS filii Constantini, & LICINIVS adolescens Licinii Augusti filius, Constantini ex sorore nepos, Cæsares appellantur. Quorum Crispum Lactantius Latinis literis erudivit, vir omnium suo tempore eruditissimus, sed adeo in hac vita pauper, ut plerunque etiam necessariis indiguerit.

XII. | CCCXIX.

XIII. | CCCXX.

XIV. | CCCXX. Licinius Christianos de Palatio suo pellit.

ROM.

Basileus Amasiæ Ponticæ Episcopus sub Licinio martyrio coronatur.

OL.CCLXXV. XV. | CCCXXII.

Alexandriæ decimus octavus Episcopus ordinatur ALEXANDER, à quo ARRIUS Presbyter de Ecclesia dejectus multos suæ impietati sociat: ad quorum perfidiam coarguendam Synodus trecentorum decemocto Episcoporum in Nicæam urbem Bithyniæ congregata omnes Hæreticorum machinas HOMOUSII oppositione dejecit.

XVI. | CCCXXIII.

XVII. | CCCXXIV. CONSTANTIUS filius Constantini Cæsar factus.

Licinius Thessalonicæ contra jus sacramenti privatus occiditur.

MMCCCXL. XVIII. | CCCXXV. Nazarius Rhetor insignis habetur.

OL.CCLXXVI XIX. | CCCXXVI.

Crispus filius Constantini, & Licinius junior Constantiæ Constantini sororis & Licinii filius crudelissime interficiuntur anno imperii sui nono.

XX. | CCCXXVII. Vicennalia Constantini Nicomediæ facta, & sequenti anno Romæ edita.

HUC USQUE HISTORIAM SCRIBIT EUSEBIUS PAMPHILI MARTYRIS CONTUBERNALIS. CUI NOS ISTA SUBJECIMUS.

ARNOBIUS Rhetor clarus in Africa habetur: qui quum in civitate Siccæ ad declamandum juvenes erudiret, & adhuc Ethnicus ad credulitatem somniis compelleretur, neque ab Episcopo impetraret fidem, quam semper impugnaverat, elucubravit adversus pristinam religionem luculentissimos libros: & tandem velut quibusdam obsidibus pietatis fœdus impetravit.

XXI. | CCCXXVIII. Drepanum Bithyniæ civitatem in honorem martyris Lucani ibi conditi Constantinus instaurans ex vocabulo matris suæ Helenopolim nuncupavit.

XXII. CCCXXIX. In Antiochia Dominicum, quod vocatur Aureum, ædificari cœptum.

Constantinus uxorem suam Faustam interfecit.
Donatus agnoscitur: à quo per Africam DONATIANI.
Antiochiæ post Tyrannum vicesimus ordinatur Episcopus VITALIS. Post quem vicesimus primus PHILOGONVS. Cui succedit vicesimus secundus PAVLINVS. Post quem vicesimus tertius EVSTATHIVS. Quo in exilium ob fidem truso, usque in præsentem diem, Arriani Ecclesiam occupaverunt, id est, Eulalius, Eusebius, Euphronius, Placillus, Stephanus, Leontius, Eudoxius, Meletius, Euzojus, Dorotheus: rursum Meletius. Quorum iccirco tempora non digessi, quod eos hostes potius, quam Episcopos Christi, judicavi.

OL.CCLXXVII XXIII. | CCCXXX. Juvencus Presbyter natione Hispanus Euangelia heroïcis versibus explicat.

Pophyrius misso ad Constantinum insigni volumine exilio liberatur.
XXIV. | CCCXXXI. Alexandrinæ Ecclesiæ nonus decimus ordinatur Episcopus ATHANASIVS.

Constantinopolis dedicatur pene omnium urbium nuditate.
Metrodorus Philosopus agnoscitur.
Romæ tricesimus secundus ordinatur Episcopus MARCVS menses octo. Post quem tricesimus tertius ordinatus est JVLIVS annos sedecim, menses quatuor.
XXV. | CCCXXXII. Edicto Constantini gentilium templa eversa sunt.
Romani Gothos in Sarmatarum regione vicerunt.

ROM.	DOM.	CONSULUM.
XXVI.	CCCXXXIII.	
OL.CCLXXVIII XXVII.	CCCXXXIV.	CONSTANTIVS filius Conſtantini provehitur ad regnum.

Peſtilentia & fame innumerabilis multitudo in Syria Ciliciaque periit.

MMCCCL. XXVIII. CCCXXXV.

Sarmatæ Limigantes dominos ſuos, qui nunc ARCARAGANTES vocantur, facta manu, in Romanum ſolum expulerunt.

XXIX.	CCCXXXVI.	Calocærus in Cypro res novas molitus opprimitur.
XXX.	CCCXXXVII.	Conſtantinus cum liberis ſuis honorificas ad Antonium literas mittit.

Tricennalibus Conſtantini Dalmatius Cæſar appellatur.
Patera Rhetor Romæ glorioſiſſime docet.
Nazarii Rhetoris filia in eloquentia patri coæquatur.
Tiberianus vir diſertus præfectus prætorio Gallias regit.
Euſtathius Conſtantinopolitanus presbyter agnoſcitur: cujus induſtria in Jeroſolymis Martyrium conſtructum eſt.

OL.CCLXXIX XXXI. CCCXXXVIII.

Conſtantinus extremo vitæ ſuæ tempore ab Euſebio Nicomedienſi Epiſcopo baptizatus, in Arrianum dogma declinat: à quo, uſque in præſens tempus, Eccleſiarum rapinæ, & totius orbis eſt ſecuta diſcordia.
Conſtantinus, quum bellum pararet in Perſas, in Achyrone villa publica juxta Nicomediam moritur, anno ætatis LXVI: poſt quem liberi ejus tres ex Cæſaribus Auguſti appellantur.

CONSTANTIVS, CONSTANTINVS, CONSTANS. Romanorum triceſimus quintus regnavit CONSTANTIVS, CONSTANTINVS & CONSTANS ann. XXIV. menſ. V, dieb. XII.

I.	CCCXXXIX.	Ablabius præfectus prætorio, & multi nobilium occiſi.

Sapor rex Perſarum, Meſopotamia vaſtata, duobus ferme menſibus Niſibin obſedit.
Dalmatius Cæſar, quem patruus Conſtantinus conſortem regni reliquerat filiis, factione Conſtantii patruelis & tumultu militari, anno imperii ſui tertio interimitur.
Jacob Niſibenus agnoſcitur: ad cujus preces ſæpe urbs diſcrimine liberata eſt.

II. CCCXL.

Ex hoc loco impietas Arriana Conſtantii imperatoris fulta præſidio exiliis, carceribus, & variis afflictionum modis primum Athanaſium, deinde omnes non ſuæ partis Epiſcopos perſecuta eſt.

III.	CCCXLI.	Conſtantinus bellum fratri inferens juxta Aquilejam Alſæ occiditur.
		Vario eventu adverſum Francos à Conſtante pugnatur.
OL.CCLXXX IV.	CCCXLII.	Multæ Orientis urbes terræ motu horribili conciderunt.

Audæus in Syria clarus habetur. à quo hæreſis AUDIANA.
Franci à Conſtante perdomiti: & pax cum eis facta.
Hermogenes magiſter militiæ Conſtantinopoli tractus à populo ob Epiſcopum Paulum: quem Regis imperio & Arrianorum factione pellebat.

V.	CCCXLIII.	Antiochiæ Dominicum aureum dedicatur.

ROM.

Macedonius artis plumariæ in locum Pauli ab Arrianis Episcopis subrogatur: à quo nunc hæresis MACEDONIANA.
Paulus crudelitate Præfecti Philippi (nam fautor Macedonii partium erat) & Arrianorum insidiis strangulatur.

VI. | CCCXLIV.

Maximinus Treverorum Episcopus clarus habetur: à quo Athanasius Alexandriæ Episcopus, quum à Constantio quæreretur ad pœnam, honorifice susceptus est.

MMCCCLX. VII. | CCCXLV. Sapor Rex Persarum Christianos persequitur.

Neocæsaria in Ponto subversa, excepta Ecclesia, & Episcopo, cæterisque, qui ibi reperti sunt.

OL.CCLXXXI. VIII. | CCCXLVI.

Titianus vir eloquens Præfecturam prætorio apud Gallias administrat.
Athanasius ad Constantis literas Alexandriam regreditur.
Dyrrachium corruit terræmotu: & tribus noctibus ac diebus Roma nutavit: plurimæque Campaniæ urbes vexatæ.

IX. | CCCXLVII. Magnis Reipublicæ expensis in Seleucia Syriæ portus effectus.

X. | CCCXLVIII. Rursus Sapor tribus mensibus obsedit Nisibin.

Eusebius Episcopus Emisenus Arrianæ signifer factionis multa & varia describit.
Solis facta defectio.

XI. | CCCXLIX.

Bellum Persicum nocturnum apud Singaram, in quo haud dubiam victoriam militum stolidirate perdidimus. Neque vero ullum Constantio ex novem gravissimis præliis contra Persas gravius bellum fuit. Nam, ut alia omittam, Nisibin obsessa, Bizabdæ, & Amida captæ sunt.
Quadragesimus MAXIMUS post Macarium Jerosolymarum Episcopus moritur. Post quem Ecclesiam Arriani invadunt: id est Cyrillus, Eutychius: rursum Cyrillus, Irenæus: tertio Cyrillus, Hilarius: quarto Cyrillus. quorum Cyrillus, quum à Maximo fuisset presbyter ordinatus, & post mortem ejus ita ei ab Acacio Episcopo Cæsariensi, & cæteris episcopis Arrianis episcopatus permitteretur, si ordinationem Maximi repudiasset, Diaconus in Ecclesia administravit: ob quam impietatem sacerdotii mercede pensatus Heraclium, quem moriens Maximus in suum locum substituerat, varia fraude solicitatus, de Episcopo in Presbyterum regradavit.

OL.CCLXXXII XII. | CCCL.

Romanæ Ecclesiæ tricesimus quartus ordinatur LIBERIUS. quo in exilium ob fidem truso, omnes Clerici juraverunt, ut nullum alium susciperent. Verum quum FELIX ab Arrianis fuisset in sacerdotium substitutus, plurimi pejeraverunt: & post annum cum Felice ejecti sunt; quia Liberius tædio victus exilii, & in hæretica pravitate subscribens Romam quasi victor intraverat.

JOBELEUS SECUNDUM HEBRÆOS.

XIII. CCCLI.

MAGNENTIO apud Augustodunum arripiente imperium, Constans haud longe ab Hispania, anno ætatis suæ tricesimo, imperii sui tertiodecimo, in castro, cui Helene nomen est, interficitur. Quamobrem turbata Republica VETRANIO Mursæ, NEPOTIANUS Romæ Imperatores facti.
Romæ populus adversus Magnentianos rebellans ab Heraclida Senatore proditur.

ROM. | *DOM.* CONSULUM.

Nepotiani caput pilo per Urbem circumlatum, multæque proscriptiones nobilium & cædes factæ.
Vetranioni apud Naissum à Constantio regium insigne detractum.
Magnentius Mursæ victus: in quo prælio Romanæ vires conciderunt.
GALLUS Constantii patruelis Cæsar factus.

XIV. | CCCLII.

XV. | CCCLIII.

Gallus Judæos, qui interfectis per noctum militibus arma ad rebellandum invaserant; oppressit, cæsis multis hominum milibus, usque ad innoxiam ætatem: & civitates eorum Diocæsaream, Tiberiadem, & Diospolim, plurimaque oppida igni tradidit.
Nonnulli nobilium Antiochiæ à Gallo interfecti.

OL.CCLXXXIII XVI. | CCCLIV.

Magnentius Lugduni in Palatio propria se manu interfecit: & DECENTIUS frater ejus, quem ad tuendas Gallias Cæsarem miserat, apud Senonas laqueo vitam explet.
Gennadius forensis Orator Romæ insignis habetur.
Minervius Burdigalensis Rhetor Romæ insignissime docet.

MMCCCLXX. XVII. | CCCLV.

Gallus Cæsar solicitatus à Constantio patrueli, cui in suspicionem ob regiam indolem venerat, Istriæ occiditur.
SILVANUS in Gallia res novas molitus vicesimo octavo extinctus est die.
Victorinus Rhetor & Donatus Grammaticus meus Romæ insignes habentur: è quibus Victorinus etiam statuam in foro Trajani meruit.

XVIII. | CCCLVI. Paulinus & Rhodanus Galliarum Episcopi in exilium ob fidem trusi.

Alcimus & Delphidius Rhetores in Aquitania florentissime docent.
Petrus Cæsaraugustæ Orator insignis docet.
Donatus, à quo supra Donatianos dici memoravimus, Carthagine pellitur. Quidam sectatores ejus etiam MONTENSES vocant, eo quod ecclesiam Romæ primum in monte habere cœperunt.
Eusebius Vercellensis Episcopus, & Lucifer, & Dionysius Caralitanæ, & Mediolunensis Ecclesiæ Episcopi: Pancratius quoque Romanus Presbyter, & Hilarius Diaconus distantibus inter se ab Arrianis & à Constantio damnantur exiliis.

XIX. | CCCLVII.

Antonius monachus centesimo & quinto ætatis anno in eremo moritur, solitus multis ad se venientibus de Paulo quodam Thebæo miræ beatitudinis viro referre complura: cujus exitum brevi libello explicavimus.
Hilarius Episcopus Pictaviensis factione Saturnini Arelatensis Episcopi, reliquorumque, qui cum eo erant, Arrianorum, ante triennium in Phrygiam pulsus libros de nostra religione componit.
Reliquiæ Apostoli Timothei Constantinopolim invectæ.
Sarmata, Amathas, & Macarius discipuli Antonii insignes habentur.
Liberius Episcopus Romanus in exilium mittitur.

OL.CCLXXXIV XX. | CCCLVIII. Magnæ Alamanorum copiæ apud Argentoratum oppidum Galliarum à Cæsare Juliano oppressæ.

Sarraceni in monasterium beati Antonii irruentes Sarmatam interfecerunt.

ROM.

ROM. | DOM. CONSULUM.

XXI. |CCCLIX.

Constantio Romam ingresso, ossa Andreæ Apostoli; & Lucæ Euangelistæ à Constantinopolitanis miro favore suscepta.
Nicomedia terræ motu funditus eversa, vicinis urbibus ex parte vexatis.
Paulinus Trevirorum Episcopus in Phrygia exulans moritur.

XXII. |CCCLX. GRATIANVS, qui nunc Imperator est, nascitur.

Euanthius eruditissimus Grammaticorum Constantinopoli diem obiit: in cujus locum ex Africa Chrestus adducitur.
Synodus apud Ariminum & Seleuciam Isauriæ facta: in qua antiqua Patrum fides, decem primum legatorum, dehinc omnium proditione damnata est.
Honoratus ex Præfecto Prætorii Galliarum primus Constantinopoli præfectus Vrbis factus.

XXIII. |CCCLXI.

Hilarius, quum apud Constantinopolim librum ipse Constantio porrexisset, ad Gallias rediit.
Macedonius Constantinopoli pellitur.
Omnes toto orbe pene Ecclesiæ sub nomine pacis & Regis Arrianorum consortio polluuntur.
Constantinopoli Ecclesiarum maxima dedicatur.
Meletius Sebastiæ Armeniorum Episcopus ab Acacio, & Georgio Arrianis Episcopis Antiochiam transfertur: & post non grande temporis intervallum, quum Presbyteros, qui ab Eudoxio antecessore suo depositi fuerant, suscepisset, exilii justissimam caussam subita fidei demutatione delusit.
Gallia per Hilarium Arminiensis perfidiæ dolos damnat.

OL.CCLXXXV XXIV. |CCCXLII. Constantius Mopsocrenis inter Ciliciam Cappadociamque moritur, anno ætatis suæ XLV.

JVLIANVS. Romanorum tricesimus sextus regnavit JVLIANVS anno uno, mensibus octo.

I. |CCCLXIII.

Juliano ad idolorum cultum converso, blanda persecutio fuit illiciens magis, quam impellens ad sacrificandum: in qua multi ex nostris voluntate propria corruerunt.
Georgio per seditionem populi incenso, qui in loco Athanasii ab Arrianis fuerat ordinatus, Athanasius Alexandriam rediit.
Eusebius & Lucifer de exilio revertuntur: è quibus Lucifer adscitis aliis duobus Confessoribus, Paulinum Eustathii Episcopi Presbyterum, qui se nunquam hæreticorum communione polluerat, in parte Catholica Antiochiæ Episcopum facit.
Proæresius Sophista Atheniensis, lege data, ne Christiani liberalium artium doctores essent, & sibi specialiter Julianus concederet, ut Christianos doceret, scholam sponte deseruit.
Æmilianus ob ararum subversionem Dorostori à vicario incenditur.

II. CCCLXIV.

Ecclesia secundo Antiochiæ clausa, & gravissima imminentis persecutionis procella Dei voluntate sopita est. Nam Iulianus in Persas profectus nostrum post victoriam Diis sanguinem voverat: ubi à quodam simulato perfuga ad deserta perductus, quum fame & siti Apostata perdidisset exercitum, & inconsultius à suorum erraret agminibus, ab obvio forte hostium equite conto ilia perfossus interiit, anno ætatis XXXII.

IOVIANVS. Romanorum tricesimus septimus regnavit IOVIANVS mens. octo.
Iovianus ex primicerio Domesticorum Imperator factus est.

MMCCCLXXX I. |CCCLXV Iovianus rerum necessitate compulsus Nisibin & magnam Mesopotamiæ partem Sapori Persarum Regi tradidit.

Synodus Antiochiæ à Meletio & ſuis facta, in qua HOMOUSIO ANOMOEOQUE rejecto, medium inter hæc HOMOEOUSION Macedonianum dogma vindicaverunt.

Jovianus cruditate, ſive odore prunarum, quas nimias adoleri juſſerat, Dadaſtanæ moritur, anno ætatis XXXIV. Poſt quem VALENTINIANUS Tribunus Scutariorum è Pannonia Cibalenſis apud Nicæam Auguſtus appellatus fratrem VALENTEM Conſtantinopoli in communionem regni aſſumit.

VALENTINIANUS, ET VALENS — Romanorum triceſimus octavus regnat VALENTINIANUS, & VALENS annis XIII, menſibus quinque.

OL. CCLXXXVI I. | CCCLXVI.

Valentinianus egregius alias Imperator & Aureliano moribus ſimilis, niſi quod ſeveritatem ejus nimiam, & parcitatem quidam crudelitatem & avaritiam interpretabantur.

II. | CCCLXVII. Apollinaris Laodicenus Epiſcopus multimoda religionis noſtræ ſcripta componit.

Terræ motu per totum orbem facto, mare litus egreditur, & Siciliæ multarumque urbium innumerabiles populos oppreſſere.

PROCOPIUS, qui apud Conſtantinopolim tyrannidem invaſerat, apud Phrygiam Salutarem extinctus eſt: & plurimi Procopianæ partis cæſi atque proſcripti.

Romanæ Eccleſiæ triceſimus quintus ordinatur Epiſcopus DAMASUS. Et non poſt multum temporis intervallum URSINUS à quibuſdam Epiſcopus conſtitutus Sicinnium cum ſuis invadit: quo Damaſianæ partis populo confluente, crudeliſſimæ interfectiones diverſi ſexus perpetratæ.

III. | CCCLXVIII. Valens ab Eudoxio Arrianorum Epiſcopo baptizatus noſtros perſequitur.

GRATIANUS Valentiniani filius Ambianis Imperator factus.

Tanta Conſtantinopoli eſt orta tempeſtas, ut miræ magnitudinis decidens grando nonnullos hominum interfecerit.

Apud Atrebatas lana è cælo pluviæ mixta defluxit.

Hilarius Epiſcopus Pictaviis moritur.

IV. | CCCLXIX. Nicæa, quæ ſæpe corruerat, terræ motu funditus everſa. Libanius Antiochenus Rhetor inſignis habetur.

Agon Conſtantinopoli è Valente redditus.

OL. CCLXXXVII V. | CCCLXX.

Atanaricus Rex Gothorum in Chriſtianos perſecutione commota plurimos interfecit: & de propriis ſedibus in Romanum ſolum expulit.

VI. | CCCLXXI. Euſebius Vercellenſis Epiſcopus moritur. Conſtantinopoli Apoſtolorum Martyrium dedicatur.

Magna fames in Phrygia.

Lucifer Caralitanus Epiſcopus moritur, qui cum Gregorio Epiſcopo Hiſpaniarum, & Philone Libyæ nunquam ſe Arrianæ miſcuit pravitati.

Maximus Præfectus annonæ maleficos ab Imperatore inveſtigare juſſus plurimos Romæ nobilium occidit.

VII. | CCCLXXII. Valentinianus in Britannia, antequam tyrannidem invaderet, oppreſſus.

ROM. | *DOM.* CONSULUM.

Presbyter Sirmii nequissime decollatur, quod Octavianum ex proconsule apud se latitantem prodere noluisset.

VIII. | CCCLXXIII.

Didymus Alexandrinus multa de nostro dogmate per Notarios commentatur: qui post quintum nativitatis suæ annum luminibus orbatus elementorum quoque ignarus fuit.
Equitius Comes Illyrici iniquissimis tributorum exactionibus ante provincias, quas regebat, quam à Barbaris vastarentur, erasit.
Eunomius discipulus Aëtii Constantinopolitani agnoscitur. à quo Hæresis EUNOMIANA.

OL.CCLXXX III. IX. | CCCLXXIV. Saxones cæsi Deusone in regione Francorum.

Burgundionum octaginta ferme milia, quod nunquam ante, ad Rhenum descenderunt.
Clearchus Præfectus Urbis Constantinopolis agnoscitur: à quo necessaria & diu expectata votis aqua inducitur civitati.
Alexandriæ ordinatur Episcopus PETRUS: qui post Valentis interitum tam affabilis in recipiendis hæreticis fuit, ut nonnullis suspicionem acceptæ pecuniæ intulerit.

MMCCCXC. X. | CCCLXXV.

Melania nobilissima mulierum Romanarum & Marcelli quondam Consulis filia, unico Prætore tunc urbano filio derelicto, Jerosolymam navigavit: ubi tanto virtutum præcipueque humilitatis miraculo fuit, ut Teclæ nomen acceperit.

XI. | CCCLXXVI.

Post Auxentii seram mortem, Mediolani Ambrosio Episcopo constituto, omnis ad fidem rectam Italia convertitur.
Aquilejenses Clerici, quasi chorus beatorum habentur.
Theodulus miserabilis Presbyter, dum adversus conscientiam furoris sui sacrificia Deo offerre audet, in mediis precibus eliditur.

QUIA SUPERIORI ANNO SARMATÆ PANNONIAS VASTAVERANT IIDEM CONSULES PERMANSERE.

Valentinianus subita sanguinis eruptione, quod Græce APOPLEXIS vocatur, Brigitione moritur. GRATIANUS assumpto in imperium VALENTINIANO fratre, cum patruo Valente regnat.
Multi Monachorum Nitriæ per Tribunos & milites cæsi.
Valens legem dedit, ut Monachi militarent.

XII. | CCCLXXVII. Theodosius Theodosii postea imperatoris pater, & plurimi nobilium occisi.

Photinus in Galatia moritur: à quo PHOTINIANORUM Dogma inductum.
Basilius Cæsariensis Episcopus Cappadociæ clarus habetur.

OL. CCLXXXIX. XIII. | CCCLXXVIII. Alamanorum triginta circiter milia apud Argentariam oppidum Galliarum ab exercitu Gratiani strata.

Florentinus & Bonosus, & Rufinus insignes Monachi habentur: è quibus Florentinus tam misericors in egenos fuit, ut vulgo pater pauperum nominatus sit.
Gens Hunorum Gothos vastat: qui à Romanis sine depositione armorum suscepti per avaritiam Maximi ducis ad rebellandum fame coacti sunt.

XIV. | CCCLXXIX. Superatis in congressione Romanis Gothi funduntur in Thraciam.

Valens de Antiochia exire compulsus sera pœnitentia nostros de exiliis revocat.
Lacrimabile bellum in Thracia: in quo, deserente equitum præsidio Romanæ legiones à Gothis cinctæ usque ad internecionem cæsæ sunt. Ipse imperator Valens, quum sagitta saucius fugeret, & ob dolorem nimium sæpe equo laberetur, ad cujusdam villulæ casam deportatus est. Quo persequentibus Barbaris, & incensa domo, sepultura quoque caruit.

AB URBE CONDITA, USQUE AD EXTREMUM HUJUS OPERIS ANNUM, FIUNT ANNI MCXXXI: hoc modo,

Sub Regibus anni CCXL.
Sub Consulibus CCCCLXIV.
Sub Augustis & Cæsaribus anni CCCCXXIV.

PROSPER AQUITANUS:
HUC USQUE HIERONYMUS PRESBYTER ORDINEM PRÆCEDENTIUM DIGESSIT ANNORUM.
NOS QUÆ CONSEQUUTA SUNT, ADJICERE CURAVIMUS.

Igitur Valente à Gothis in Thracia concremato GRATIANVS cum fratre VALENTINIANO quadragesimus primus regnavit ann. VI.

I. | CCCLXXX. AUSONIO & OLIBRIO.

Gratianus post mortem patrui Theodosium Theodosii filium in consortium adsumit imperii, eique regnum tradidit Orientis.
Theodosius summa felicitate multis atque ingentibus præliis Gothos superat, & è Thracia pellit.
Longobardi ab extremis Germaniæ finibus, Oceanique protinus litore, Scandiaque insula magna egressi, & novarum sedium avidi, Iborea & Ajone ducibus, Vandalos primum vicerunt.
Sempronius vir apprime eruditus agnoscitur.
Ea tempestate Priscillianus Episcopus de Gallæcia ex Manichæorum & Gnosticorum dogmate hæresim nominis sui condidit.

II. | CCCLXXXI. GRATIANO V, & THEODOSIO.

Pro Catholica fide multa sublimiter Ambrosius Episcopus scripsit.
Theodosius, quum Thessalonicæ ægrotaret, à Basilio ejusdem civitatis Episcopo baptisma suscepit.
Procurante Gratiano, eo quod Theodosius ægrotaret, pax firmatur cum Gothis.
Synodus Patrum CLXXX apud Constantinopolim celebrata est contra Macedonium, Spiritum sanctum Deum esse negantem.

OL. CCXC. III. | CCCLXXXII. SYAGRIO, & EUCHERIO.

Martinus Episcopus Turonorum Galliæ civitatis multis clarus habetur.
Gregorius Nazianzenus vir sua ætate eloquentissimus & Hieronymi præceptor obiit.

IV. | CCCLXXXIII. ANTONINO, & SYAGRIO.

Ahitanaricus rex Gothorum apud Constantinopolim, quintodecimo die, quam fuerat susceptus, occiditur.

V. | CCCLXXXIV. MEROBAUDE II, & SATURNINO.

Arcadius Theodosii imperatoris filius Augustus appellatur.
Petronius Bononiensis Episcopus, vir studiis & sanctitate clarus moritur.

MMCCCC. VI. | CCCLXXXV. RECIMERE, & CLEARCHO.

HONORIVS Theodosii filius nascitur.
Romanæ Ecclesiæ post Damasum tricesimus sextus SERICVS præfuit ann. XVI.

ROM. | *DOM.* C O N S U L U M.

In Britannia per ſeditionem militum MAXIMUS imperator eſt factus: quo mox ad Gallias transfretante Gratianus Pariſiis Merobaudis Magiſtri militum proditione ſuperatus effugiens Lugduni captus atque occiſus eſt.

Maximus VICTOREM filium ſuum conſortem regni facit.

VALENTINIANUS. Romanorum quadrageſimus ſecundus VALENTINIANUS regnavit cum Theodoſio ann. VII.

OL. CCXCI. VII. | CCCLXXXVI. ARCADIO & BAUTONE.

Hoc tempore Hieronymus presbyter in Bethleem toto jam mundo clarus habitabat, egregio ingenio & ſtudio univerſali Eccleſiæ ſerviens.

Samnites duobus præliis ſubigunt. MDCLXXIII. MDCXCVII.
Gallos & Tyrrhenos vincunt. MDCCXXV.
Crotonem capiunt. MDCCXXXIII.
Carthaginienſes ſuperant. MDCCLVI.
Capuam & Siciliam capiunt. MDCCCV.
Græcos liberant. MDCCCXXI.
XL milia Gallorum cædunt. MDCCLXXXIX.
Syracuſas Marcello Conſule capiunt. MDCCCIV.
Macedonas, Illyricos, & Galatas liberos eſſe jubent. MDCCCLII.
Gothos in Sarmatarum regione vincunt. MMCCCXLVIII.
Calabriam, Meſſanamque tenent. MDCCXLIII.
Syracuſas capiunt. MDCCLIV.
Leges petunt. MDLXV.
Colonias mittunt. MDCCVI. MDCCXLIX. MDCCCXXVI. MDCCCCLXXXIV. MMXCIV. MMCCXXXVII.
Romulus Senatores inſtituit. MCCLXV.
Cenienſes, Antemnates, Cruſtumenos, Fidenates, Vientes vincit. MCCLXX.
Ad Capreæ paludem nuſquam comparuit. MCCCII.
Quirinus vocatur. Ibid.
Ruben naſcitur. CCXXXVIII.
Rufinus monachus. MMCCCXCIII.
Rufinus Conſul. MMCCCCVIII.
Rumoridus Conſul. MMCCCCXIX.

S.

Sabachon Rex Ægypti. MCCLXXXII.
Sabinæ raptæ. MCCLXVII.
Sabinorum terra ſorte dividitur. MDCCXXV.
Sadoch Hebr. ſacerdos. DCCCCLXXXV.
Sadoch propheta. DCCCCXCVII.
Sadyattes Rex Lydorum. MCCCXC.
Salamin Cypri à Judæis ſubverſa. MMCXXXII.
Salluſtius Criſpus naſcitur. MDCCCCXXXI.
Moritur. MDCCCCLXXXI.
Salomon. DCCCCLXXXI.
Salvius Julianus perpetuum edictum componit. MMCXLVI.
Salmanaſſar. MCCLXX.
Samaria ab Herode inſtaurata vocatur Sebaſte. MDCCCCXCIX.
Samaritæ unde dicti. MCCLXX.
Samaritas variis ſuppliciis afficit Alexander Magnus. MDCLXXXV.
Eorum urbs à Perdicca inſtaurata. MDCCXXI.
A Joh. Hyrcano deleta. MDCCCXCVI.
Samaritarum & Judæorum contentio de eorum templis. MDCCCLXVIII.
Sameas propheta. MXLIV.
Samiis libertas reſtituitur. MDCCCCXCIX.
Samnites duobus præliis à Romanis ſuperantur. MDCLXXIII.
Sampſon fortiſſimus. DCXL. DCCCXLI.
Samuel Hebræos regit. DCCCC.
Samus urbs condita. MXXX.
Sapor Rex Perſarum Valerianum Imp. capit. MMCCLXXIII.
Ciliciam, Cappadociam, Syriam depopulatur. MMCCLXXIV.
Sapor alius à ſuperiore Niſibin obſidet. MMCCCLIV. MMCCCLXIII.
Chriſtianos perſequitur. MMCCCLX.
Sappho poetria. MCCCCXIV.
Sarapium. MMCV.
Sardes à Cyro captæ. MCCCCLXXI.
Sardanapalus Rex Aſſyr. MCLXXVII
Interitus ejus. MCXCVII.
Sarmata monachus Antonii diſcipulus. MMCCCLXXII.
A Sarracenis interficitur. MMCCCLXXIII.
Sarmatæ Arcaragantas expellunt. MMCCCL.
Pannonias vaſtant. MMCCLXXVIII
Sarpedon Europæ filius. DLXXII.
Sarraceni, qui & Agareni. LXXXVIII.
Saturninus imperium invadens occiditur. MMCCXCV.
Saturninus Arelatenſis Epiſcopus Arrianus. MMCCCLXXII.
Saturninus Conſul. MMCCCXCIX.
Saturnus Rex Latinorum. DCCCXXXVIII.
Saul Rex Hebræorum. DCCCC.
Sauromatæ debellati. MMCXXXV.
Saxones cæſi. MMCCCLXXXIX.
Scandia inſula. MMCCCXCV.
Scipio multas Iberiæ urbes recipit. MDCCCXIII.
Scipio Numantiam ſubvertit. MDCCCLXXV.
Scopa Judæam capit. MDCCCXIV.
Superatur ab Antiocho. MDCCCXIX
Scoti ad fidem per Palladium converſi. MMCCCCXLVII.
Scylla Tyrrhenorum. DCCCXLIII.
Scythæ in Palæſtinam excurrunt. MCCCLXXXVII.
Sebaſtianus in Gallia imperio arrepto opprimitur. MMCCCCXXIX.
Sebichus Ægypt. Rex. MCCXCIV.
Sedechias Pſeudopropheta. MLXXXVII.
Sedechias Rex Juda. MCCCCXV.
Seditio Romæ. MDXXIII.
Alexandriæ. MMLXXXIX.
Cæſareæ Palæſtinæ. MMLXXI.
In Gallia ruſticorum Bacaudæ nomine. MMCCCIII.
In Judæa. MXX. MMLXIII.
Inter duces Macedones. MDCXCIII.
Inter Judæos. MMXLVII. MMXLIX. MMLXIII.
Judæorum univerſalis. MMCXXX
Sejanus Judaicæ gentis interitum procurat. MML.
Seleucia à Seleuco condita. MDCCXIII.
Capitur à Ro. cum CCC milibus hominum. MMCLXXIX.
Seleucia Iſauriæ. MMCXXXII.
Seleucus Nicanor. MDCCIV.
Babylonem obtinuit. MDCCXV.
Ex duobus regnis Aſiæ & Syriæ unum facit, capto Demetrio. MDCCXXXII.
Seleucus Callinicus. MDCCLXX.
Seleucus Ceraunos. MDCCXC.
Seleucus Philopator. MDCCCXXIX.
Seleucus ab Antiocho filio Cyziceni vivus exuritur. MDCCCCXXI.
Selinus urbs. MCCCLXII.
Selinus alia. MMCXXXII.
Sellum Rex Iſrael. MCCXX.
Semachus Dionyſium Deucalionis filium hoſpitio excipit. DXX.
Semendis Rex Ægypt. MXIII.
Semiramis uxor Nini. I.
Aſſyriorum Regina. X.
Sempronius vir eruditus. MMCCCXCV
Senator Conſul. MMCCCCLII.
Senatores multi à Domitiano in exilium miſſi. MMC.
Seneca. vide Annæus.
Seneca Jeroſol. Epiſcop. MMCXL.
Sennacherib Rex Aſſyr. MCCLXX.
Septem adverſus Thebas. DCCLXXXIII.
Septem Sapientes. MCCCCXXXIV.
September Commodi nomine tranſnominatus. MMCC.
Septizodium. MMCCXVI.
Serapio Antiochiæ Epiſc. MMCCV.
Serapis, qui & Apis CXXXII. CCXI.
Serapis ingreſſus Alexandriam. MDCCXXX.
Serapium. vide Sarapium.
Serenus Granius. MMCXLII.
Sericus urbis Romæ Epiſcopus. MMCCCC.

Servile

Servile bellum. MDCCCLXXXIX.
P. Servilius Isauricus. MDCCCCLXIII.
Servius Plautus. MMXL.
Servius Tullius Rex Romæ. MCCCCXXXV.
Servius Sulpitius. MDCCCCLXXIII.
Sethos Rex Ægypti. DCXLI.
Severianus Episcopus Pelagianus. MMCCCCXLV.
Severns Imperator. MMCCVIII.
Moritur. MMCCXXV.
Severus Cæsar fit à Galerio. MMCCCXXI.
Occiditur. MMCCCXXII.
Sextilis mensis. MDCCCCLXXXVIII.
Sextus Pythagoricus. MMXV.
Sextus Philosophus. MMCXXXV.
Sibylla Erythræa. MCCLXXV.
Sibylla Samia Herophila. MCCCV. MCCCXLIX.
Sicca patria Arnobii. MMCCCXLII.
Sicilia terræ motu vastata. MMCCCLXXXII.
Sicinnium locus Romæ. MMCCCLXXXII.
Sicyon Rex Sicyonior. DCLXVII.
Sicyonii prius Ægialei. DCLXVII.
Sicyonii regni finis. DCCCLXXXIX.
Side condita. DCXI.
Sigisvultus Consul. MMCCCCLIII.
Signum in cælo quasi columna pendens. MMCCCCVI.
Silvanus res novas moliens extinguitur. MMCCCLXXX.
Silvester urbis Romæ Episcopus. MMCCCXXVII.
Silvii omnes Latinorum reges vocati. DCCCLXXIX.
Simeon nascitur Jacobo. CCXXXIX.
Simon Oniæ filius Justus Pont. Maximus. MDCCXVII.
Simon præpositus templi Jerosolymarum. MDCCCXXXIII.
Simon Oniæ fil. Simonis Justi nepos. MDCCLXXXV.
Simon Judæ Maccabæi frater. MDCCCLXXVIII.
Interficitur. MDCCCLXXXVI.
Simon Cleopæ, qui & Symeon, ii Episcopus Jerosolymarum. MMLXXVII.
Crucifigitur. MMCXXIII.
Simonides Poëta. MCCCLIII. MCCCCLX. MCCCCLXXX. MDXXXI.
Simulachra Dædali. DCCXXXVI.
Simulacrum Jovis Olympii tactum fulmine. MDCCCCLXV.
Singara urbs. MMCCCLIV.
Sinope condita. MCCCLXXXVI.
Sirenes. MCCCXLIII.
Smyrna urbs Asiæ in urbis modum ampliata. MXXX.
Terræmotu ruit. MMCXCV.
Socrates nascitur. MDLI.
Claret. MDLXXXII.
Venenum bibit. MDCXVIII.
Sodoma, & Gomorrha succensa. XCIX.
Sol filius Cleopatræ. MDCCCCLXXXVIII.
Soles tres Romæ visi. MDCCCCLXIII.
Solis defectio. MCCCCXXX. MDLV. MMXXIX. MMLXXIV. MMCCCLXIII.
Passione Christi. MMXLVII.
Solon leges Draconis antiquat. MCCCCXXII.
Sophocles Tragicus. MDXLV. MDXLVII. MDLXXX.
Moritur. MDCIX.
Sophonias Propheta. MCCCXC.
Sosares Assyriorum Rex. DCLXIX.
Sosarmus Assyriorum Rex. DCCLXIV.
Sosarmus Medorum Rex. MCCXXV.
Soter urbis Rom. Episcop. MMCLXXXIV.
Sosthenes Rex Maced. MDCCXXXIV.
Sostratus Cnidius Pharon condit. MDCCXXXIII.
Sparetus Assyr. Rex. CCCCLVII.
Sparta à Sparto Phoronei F. CCC.
Sparti Thebanorum. DCXCV.
Speusippus. MDCXXII.
Academiam tenet post Platonem. MDCLXXII. MDCCI.
Moritur. MDCLXXIX.
Spherus Rex Assyr. CCCCVII.
Sphinx. DCCLVI.
Spurius Cassius primus Magister Equitum. MDXV.
Stadium locus Romæ. MMCV.
Stagira conditur. MCCCLX.
Statius Cæcilius Comœdiarum scriptor. MDCCCXXXVIII.
Statius Surculus Rhetor. MMLXXIII
Statuæ aureæ & argenteæ Domitiani. MMCVII.
Statua Eudoxiæ Aug. MMCCCCXIX.
Stephanus urbis Rom. Episcopus. MMCCLXIX.
Stephinates Ægyptiorum Rex. MCCCXXXVIII.
Stesichorus. MCCCCV.
Moritur. MCCCCLX.
Sthenelus Argivor. Rex. DXXXI.
Sthenelus Rex Mycenar. DCCV.
Stilico Consul. MMCCCCXVI. MMCCCCXXI.
Stilla & gutta quid differunt. MMLXIV.
Suessa Pometia à Tarquinio Superbo capta. MCCCCLXIX.
Sulla Athenienses vastat. MDCCCCXXXII.
Moritur. MDCCCCXXXVII.
Sunia virgo viva defossa MDXLVI.
Sus scalptus in porta Æliæ. MMCLII.
Susakim Rex Ægyptiorum. MXXV.
Syagrius Consul. MMCCCXCVII. MMCCCXCVIII.
Sybaris condita. MCCCXIV.
Sylofon tyrannus Sami. MCCCCXC.
Symeon. vide Simeon.
Symiasera mater Eliogabali. MMCCXXXVII.
Symmachus Jerosolym. Episcop. MMCLXXII.
Symmachus Conf. MMCCCCVII.
Synodus Antiochiæ à Meletio convocata. MMCCCLXXX.
Constantinopol. MMCCCXCVI.
Carthagin. MMCCCCXXXIII.
Ephesina. MMCCCCXLVII.
Nicena. MMCCCXXV.
Syracusæ conditæ. MMCCLXXXIV.
Captæ à Rom. MDCCLIV.
Iterum Marcello Cos. MDCCIV.
Syriæ regni exordium. MDCCIV.
Finis. MDCCCCXXIV.
Syria à Syro. CCCXCIX.
Sysonchosis Rex Ægypti. MCXLIII.

T.

Tabulæ duodecim legum. MDLXV.
Tabulæ debitorum crematæ. MMCXXXIV. MMCXCIV.
Tachelotes Rex Ægypti. MCLXXIX.
Tacitus Ro. Imp. MMCCXCI.
Talasio acclamatio in nuptiis. MCCLXVII.
Tantalus Phrygum Rex. DCLII.
Tarachus Æthiops Rex Ægypti. MCCCVI.
Tarentum à Partheniis conditum. MCCCIX.
A Milone Romanis proditur. MDCCXLII.
Tarpeja clipeis obruta. MCCLXX.
Tarpejus mons à Tarpeja. Ibid.
Tarquinius Priscus. MCCCXCIX.
Tarquinius Superbus. MCCCCLXIX.
Tarraco à Germanis expugnata. MMCCLXXIX.
Tarsus condita à Sardanapalo. MCLXXXIV.
Tat filius Hermetis. DLVI.
Tatius Sabinorum Rex. MCCLXX.
Taurus Berytius Philosophus. MMCLXI.
Taurus Consul. MCCCCXLIV.
Taurus insigne navis. DCXCIII.
Taurus Magister Minois. DCCLXXVI.
Tautanus Assyr. Rex. DCCCX.
Taxiles Rex Indiæ. MDCXC.
Telchin Sicyoniorum Rex. XXIV.
Telchines & Caryatæ bellum adversus Phoroneum movent. CCXXVIII.
Telchines Rhodum condiderunt. CCLXXVI.
Teleclus Rex Lacedæm. MCLXIII.
Telegonia Poësis Cinæthonis. MCCLIX.
Telegonus Ægyptius. CCCCLXXXI. DXI.
Telesilla. MDLXVI.
Telesphorus urbis Rom. Episcop. MMCXLIV.
Telestes Corinthius. MCCXXV.
Templa Gentilium Constantini edicto eversa. MMCCCXLVIII.

Templum

Templum Apollinis Delii ab Erysichthone fabricatum. cccxcvi. dxiii.
Templum à Salomone construitur. dcccclxxxiiii.
Evertitur à Nabuchodonosoro. mccccxxvi.
Templum Delphis à Phlegya incensum. dlxvi.
Iterum incensum. mcccclxviii.
Tertio à Thracibus incensum. mdccccxxxiii.
Templum in Eleusina conditur. dccxiv.
Templum ab Onia in Heliopolitano pago constructum. mdccclvi.
Templum construitur à Zorobabel Jerosolymis. mccccxcvii. mdxi.
Evertitur à Vespasiano. mmlxxxvi.
Templum in monte Garizim construitur. mdclxxxi.
Templum Rhodiorum depopulatur Cassius. mdcccclxxvi.
Templum Romæ & Veneris ædificatum. mmcxlvi.
Templum Serapidis incensum. mmcxcvii.
Templum Soli ab Aureliano constructum. mmccxc.
Templum Junonis Argivæ incensum. mdlxvii.
Templum Ephesi incensum. dccclxx. mdcxix.
Templum Vestæ incensum. mdcclxxv.
Iterum. mmccvi.
Templum Vespasiani. mmcv.
Templum sine lignorum admixtione à Domitiano constructum. mmci.
Templum Heliogabali. mmccxxxiv. mmccxxxvi.
Tenebræ medio die. mmxlvii. mmcccix.
Tenius Rufus Præfectus Palæstinæ. mmcxlviii.
P. Terentius Comicus. mdccclix.
P. Terentius Varro Atacinus nascitur. mdcccxxxv.
M. Terentius Varro nascitur. mdcccci.
Moritur. mdcccclxxxix.
Terpander Musicus. mccclxx.
Terræmotus in Peloponneso. mdcxxxvii.
In Caria & Rhodo. mdccxciv. mdcccx.
In Thebis Ægyptiis. mdcccclxxxix.
In Cypro. mm.
In Co insula. mmx,
Trallibus. mdccccxc.
In tredecim urbibus. mmxxxiv.
Romæ. mmlxxiv. mmccclxi.
In tribus civitatibus. mmlxxx.
In sex urbibus mmcxxi.
In trib. civitatib. Cypri. mmxcii.
In Nicena urbe, passione Dom. mmxlvii. mmccclxxxiv.
Colassis. mmlxxx.
Nicomediæ, & in vicinis urbibus. mmcxxxvi. mmccclxxiv.
In tribus Galatiæ civitatibus. mmcxxv.
Antiochiæ. mmcxxix.
Nicopoleos, & Cæsareæ. mmcxliv.
Smyrnæ. mmcxcv.
In Campaniæ urbibus. mmccclxi.
Neocæsariæ Ponti. mmccclx.
Dyrrachii. mmccclxi.
Multarum urbium in Oriente. mmccclvii.
Tyri & Sidonis. mmcccxviii.
Per universum orbem. mmccclxxxii.
Per dies plurimos. mmccccxii.
Tertullianus Afer. mmccxxiii.
Tetricus. mmcclxxxii.
Prodit exercitum suum. mmcclxxxvi.
In triumpho ductus. mmcclxxxviii.
Corrector Lucaniæ fit. Ibid.
Teuteus Assyrior. Rex. dccclxii.
Thales Milesius. mcclxv. mccclxxvii.
Defectionem Solis prædicit. mccccxxx.
Moritur. mcccclxvi.
Thamyris Ammonis filius. dcclxvii.
Thasus condita. dlxxxix.
Theætetus Mathematicus. mdlxxviii.
Theatrum Pompei incensum. mmxxxvii. mmcclxi.
Thebæ Ægyptiæ diruuntur. mdcccclxxxix.
Thebæorum Dynastia. i.
Thelxion Sicyoniorum Rex. lxix.
Themistocles in Persas fugit. mdxliv.
Moritur. mdl.
Theo Ægyptiorum Rex. xvi.
Theo alius. mdcxlviii.
Theodora Herculii filia Constantii uxor. mmccciv.
Theodorus Atheos. mdcxcvii. mdccviii.
Theodorus Rhetor. mdcccclxxxvi
Theodosius Theodosii Imp. pater occiditur. mmccxcii.
Theodosius senior Imp. mmccccxcv
Baptizatur. mmccccxcvi.
Moritur. mmcccccxi.
Theodosius junior Imp. mmccccxxiv.
Theodulus Presbyter. mmccccxci.
Theognis poeta. mcccclxx.
Theonas Alexandriæ Episcopus. mmccxcvii.
Theophilus Antiochiæ Episcop. mmclxxxiv.
Theophilus Cæsareæ Episcop. mmccxi.
Theophilus Alexandriæ Episcop. mmccccxvii.
Theophrastus. mdcxcvi.
Theræi Cyrenas condunt. mcclix
Thermæ Neronianæ. mmlxxix.
Trajanæ. mmcv.
Titianæ. Ibid.
Commodianæ. mmcxcix.
Severianæ. mmccxvi.
Antoninianæ. mmccxxxi.
Alexandrinæ. mmccxlii.
Maximianæ Carthagine. mmcccxviii.
Diocletianæ. Ibid.
Thersippus Atheniensium Rex. mxxii.
Theseus Rex Atheniens. dcclxxxii.
Helenam rapit. dcclxxxvi.
Ejicitur ignominiose. dcclxxxix. dccccxii.
Thessalus Græci filius, Rex Thessaliæ. ccxxvi.
Thineus Assyr. Rex. dccclxxxiii.
Thola judex Hebræor. dcclxxv.
Thomosis Rex Ægypti. cccxc.
Thraces mare obtinent. mxiv.
Bithyniam occupant. mxlv.
A Romanis vincuntur. mdcccxviii.
Thracia in provinciam redacta. mmlxii.
Thucydides. mdlxxxvii.
Thuoris Rex Ægypti. dccxxviii.
Idem Polybus Homero. dccxxxv.
Thurimachus Sicyon. Rex. clv.
Thurimas Rex Macedoniæ. mccxliii.
Thyestes Rex Peloponnesi. dccxlv.
Thymœtes Athenien. Rex. dccclxxx.
Thyreaticum bellum. mccxcv.
Tiberianus præf. præt. Galliarum. mmccclii.
Tiberias ab Herode Tetrarcha condita. mmxliii.
Incensa. mmccclxviii.
Tiberinus Silvius. mxciii.
Tiberius occupat Armeniam. mdcccxcvi.
Vindelicos Ro. provinc. facit. mmii.
De Pannoniis triumphat. mmvi.
Vastata Germania Imperator appellatur. mmviii.
De Rhetis, Vindelicis, Pannoniis triumphat. mmxi.
Adoptatur ab Aug. mmxvi.
Sarmatas, Dalmatas in Ro. potestatem redigit. mmxxiii.
Imperator Ro. mmxxix.
Christum colendum decernit. mmli.
Moritur. mmlii.
Timæus Antiochiæ Episcopus. mmcclxxxvi.
Timasius Consul. mmccccv.
Timothei Apostoli reliquiæ. mmccclxxii.

Tisamenos

Tisamenos filius Orestis Rex Mycenarum. DCCCLVI.
Titianus præfect. præt. Galliarum. MMCCCLXI.
Titianus Consul. MMCCCCVII.
Titus Diaconus. MMCCCCXLII.
Titus Livius. vide Livius.
Titus Vespasianus Romanor. Imp. MMXCIV.
Moritur MMXCVI.
Inter Deos refertur. MMXCVIII.
Tityus convixit Tantalo. DCLIV.
Tobias Jeros. Episcopus. MMCXXVII.
Tola. vide Thola.
Tolumnia uxor Marcii Coriolani. MDXXIV.
Tomyris Massagetarum Regina. MCCCCLXXXVI.
Tonos concoleros Sardanapalus Rex Assyriorum ultimus. MCLXXVII.
Tragœdi unde dicti. MCCCCXXVI.
Trajanus Imp. MMCXIII.
Obit. MMCXXXII.
In Deos relatus. MMCXXXIV.
Trecenti Fabii cæsi. MDXXVIII.
Tribuni plebis creantur. MDLXVIII.
Tribuni militum creantur. MDCXXIX.
Tricennalia Constantini. MMCCCLII.
Trieris primæ navigatio. MCCXXX. MCCLV.
Triopas Rex Argiv. CCCCLXIV.
Triptolemus Rex Atheniensium. DCXI.
Tritonis lacus. CCXXXVI.
Triumphus Crassi. MDCCCCXLV.
Pompei. MDCCCCXXXVIII.
M. Luculli de Bessis. MDCCCCXLIV.
Augusti pedestris. MDCCCCLXXXIV.
Ejusdem de Cleopatra. MDCCCCLXXXVIII.
Tiberii de Pannoniis. MMVI.
Ejusdem de Rhetis, Vindelicis, Armeniis. MMXI.
Cæsaris Germanici. MMXXXIII.
Claudi Aug. de Britannis. MMLX.
Domitiani de Dacis. MMCVII.
Trajani de Dacis. MMCXVII.
L. Veri, & M. Aur. Antonini de Parthis. MMCLXXXII.
M. Aur. Antonini & Commodi. MMCXCIV.
Commodi de Germanis. MMCXCVI.
Aureliani de Galliis & Oriente. MMCCLXXXIX.
Diocletiani & Maximiani de Narseo & Parthis. MMCCCXVIII.
Honorii de Attalo tyranno. MMCCCCXXXIII.
Trochilus primus quadrigas jungit. CCCCXLVII.
Troja capta. DCCCXXXV.
Tros Rex Dardaniorum. DCXLIX.
Trypho Antiochum occidit. MDCCCLXXVI.
Jonatham Pontificem. MDCCCLXXVIII.
Occiditur. MDCCCLXXIX.
M. Tullius Tiro Ciceronis libertus. MMXII.
Tullus Hostilius Rex Ro. MCCCXLIII
Urbem ampliavit. Ibid.
Turpilius Comicus moritur. MDCCCXIV.
Turris ferrata Sirmii. MMCCXCVII
Turris Straton. Cæsarea appellata. MMIV.
Tyranni apud Samum. MCCCCXC.
Tyranni Athenis opprimuntur. MDCXVI.
Tyrannus Episcopus Antiochenus. MMCCCXVIII.
Tyriorum æra. MMCCXCIII.
Tyrum condita. DCCXLIV.

V.

Valens Imp. Arrianus orthodoxos persequitur. MMCCCLXXXIII.
Sera pœnitentia orthodoxos de exiliis revocat. MMCCCXCIV.
Occiditur. Ibid.
Valens Episcop. Jerosolym. MMCCI.
Valentinianus Tyrannus in Britannia. MMCCCLXXXVII.
Valentinianus senior imperator Ro. MMCCCLXXX.
Moritur. MMCCCXCI.
Valentinianus senioris F. Ro. Imp. MMCCCC.
Strangulatur. MMCCCCVII.
Valentinianus Placidiæ & Constantii F. nascitur. MMCCCCXXXV.
Cæsar appellatur. MMCCCCXL.
Augustus MMCCCCXLI.
Regnum Occidentis recuperat, cæso Johanne tyranno. Ibid.
Filiam Theodosii junioris uxorem ducit. MMCCCCLIII.
Valentinus Hæresiarches. MMCLVI. MMCLIX.
Valeria Diocletiani filia Galerii uxor. MMCCCIV.
Valerianus Imp. Ro. MMCCLXIX
Capitur à Sapore Persarum Rege. MMCCLXXIII.
Valerius Bruti collega moritur. MDX.
C. Valerius Catullus nascitur. MDCCCCXXX.
Moritur. MDCCCCLX.
Vallia Rex Gothorum. MMCCCCXXXI.
Vallum Severi in Britannia. MMCCXXI.
Vandali Gallias ingrediuntur. MMCCCCXXII.
Hispanias occupant. MMCCCCXXV.
Africam petunt. MMCCCCXLIII.
Vaphres Ægyptiorum Rex. MCCCCXXI. MCCCCXXVI.
Varius Poëta agnoscitur. MM.
Vei à Tarquinio Superbo debellati. MCCCCLXIX.
Vejentes à Ro. victi. MCCLXX.
Ventidius primus Ro. Parthos superat. MDCCCCLXIII.
M. Verrius Flaccus. MMXXIV.
Vespasianus magister militiæ sub Nerone. MMLXXXIV.
Plurimas urbes Judææ capit: Ibid.
Imperator Romanus. Ibid.
Romam per Alexandriam proficiscitur. MMLXXXV.
Capitolium instaurat. MMLXXXVIII.
Colonias deducit. MMXCIV.
Moritur. Ibid.
Vestiliani domus. MMCCVIII.
Vesuvii montis incendium. MMXCV.
Vetranio Imperator factus. MMCCCLXVI.
Verriacus. MMLXXXIV.
Veturia Marcii Coriolani mater. MDXXIV.
Veturius magister militiæ Christianos milites persequitur. MMCCCXVII.
Vibius Maximus Quæstor à domino agnitus in servitutem asseritur. MDCCCCLXXVI.
Vicennalia Constantini. MMCCCXLII.
Victor Augustus Maximi Aug. F. MMCCCC.
Interficitur. MMCCCCIV.
Victor Consul. MMCCCCXL.
Victor urbis Ro. Episcop. MCCVIII.
Victorinus Rhetor in foro Trajani statuam meruit. MMCCCVII.
Viminalis collis Urbi adjectus à Servio Rege. MCCCCXXXV.
Vincentius Consul. MMCCCCXVII.
Vineas habere Gallis & Pannoniis permittit Probus Imperator. MMCCXCV.
P. Virgilius Maro nascitur. MDCCCCXLVI.
Sumpta virili toga Mediolanum petit. MDCCCCLXIV.
Moritur. MDCCCCXCVII.
Virgines Vestæ ob stuprum vivæ defossæ. MDCCCII. MMXCIX.
Virgo Vestalis Pompilia viva defossa. MDXXXII.
Sunia. MDXLVI.
Virgo Vestalis laqueo vitam explet. MDCCLI.
Alia percutitur. MDCCXLI.
Virgo Vestalis Maxima Cornelia viva defossa. MMCVII.
Vitalis Episcopus Antiochenus. MMCCCXLIV.
Vitellius Imperator Romanus. MMLXXXIV.
Vites in Urbe seri prohibet Domitianus. MMCVIII.
Vitis à Dionysio inventa. DV.
Ulfula dux Honorii Imperatoris. MMCCCCXXVII.
Ulpianus Jurisconsultus. MMCCXLI.
Vologæsus Rex Parth. Ro. Prov. depopulatur. MMCLXXIX.
Volsci à Tarquinio Superbo victi. MCCCCLXIX.

Volusianus

Volusianus Imp. MMCCLXVII.
Votienus Montanus Orator. MMXLIII.
Vrbanus Ro. Episcopus. MMCCXL.
Vrbica Priscilliani discipula lapidibus à plebe obruta. MMCCCCI.
Vrsacius Episcopus à communione Ecclesiæ privatur. MMCCCCV.
Vrsinus urbis Rom. Episcopus. MMCCCLXXXII.
Voltacilius Plotus Rhetor. MDCCCCXXXVI.

X.

Xanthus Triopa Lesbon condit. CCCCXLIX.
Xenocrates successor Speusippi. MDCLXXIX.
Xenophanes Colophonius Physicus. MCCCCLXV. MCCCCLXXX.
Xenophon. MDCXVII. MDCXLIII.
Xerxes Darii F. MDXXXI.
Ægyptum capit. MDXXXIII.
Athenas incendit. MDXXXVI.
Xerxes II Persarum Rex. MDXCII.
Xerxes Persar. Rex ab Alexandro. Mammææ victus. MMCCXXXVIII.
Xerxes Assyrior. Rex. CLX.
Xystus urbis Ro. Episc. MMCXXXV.
Xystus alius. MMCCLXXI.
Xystus alius. MMCCCCXLVIII.

Z.

Zabdas Jerosolymarum Episcop. MMCCCXIV.
Zachæus Jerosolymarum Episc. MMCXXVII.
Zacharias Rex Israel. MCCXX.
Zacharias Propheta occiditur à Rege Joas. MCXXX. MCLVIII.
Zacharias Propheta. MCCCCLX. MCCCCXCVII.
Zaleucus Locrorum legislator. MCCCLIV.
Zameis Assyriorum Rex. LII.
Zebennus Antiochenus Episcop. MMCCXLIV.
Zeno. MDLX. MDLXXXI.
Moritur. MDCCLIII.
Zenobia Odenati Palmyreni uxor vincitur ab Aureliano. MMCCLXXXVII.
Triumphata. MMCCLXXXVIII.
Zenobia familia Romæ. MMCCLXXXVIII.
Zephyrinus urbis Romæ Episcop. MMCCXVII.
Zetus & Amphion. DXCVII.
Thebis regnant. DC. DCXXXI.
Zeuxippus Rex Sicyoniorum. DCCCLVII.
Zeuxis pictor. MDXLIX.
Zorobabel Hebræorum dux. MCCCCLXVII. MCCCCLXXXVII.
Zoroastes Bactrianus. VII.
Zosimus urbis Rom. Episcopus. MMCCCCXXXII.

NOMENCLATOR AUCTORUM,
QUORUM SCRIPTA ADDUCUNTUR IN HIS CHRONICIS.

Africanus. MCCXL. MDLXXXIV. MMCCXXX.
Apollodorus Atheniensis. DCCCCVIII. MCI. MCCXVIII.
Archilochus. DCCCCVIII.
Aristarchus. DCCCCVIII.
Bruttius. MMCXII.
Castor *de Regno Argivorum*. CLXI. DXLII.
De Regno Assyriorum. DCCCLXXXIX.
De Regno Atheniensium. DCCCLXXXIX.
Cicero. MDCXCVI. MDCCCCXXIX.
Clemens Alexandrinus *in primo Stromate*. MCCCCXXVI. MCCCCXCVIII.
Cornelius Nepos. MCI.
Crates. DCCCCVIII.
Cyprianus *de mortalitate*. MMCCLXVIII.
Daniel Propheta. MDCCCCLXXXIII. & Ibid.
Didymus *in peregrina historia*. DCLXXI.
Dinarchus Poëta. DCCXX.
Dionysius Episcopus *de pestilentia*. MMCCLXVIII.
Eratosthenes. DCCCCVIII.
Esdras. MDLXXXIV.
Ethnicorum commentarii. MMXLVII.
Euphorbius. MCI.
Euripides. CCCLXXIX.
Flavius Josephus Hebræus. DCCXLIV. MDLXXXIV. MMXLVII. MMLIV. MMLXIX. MMLXXXV.
Vicesimo libro Antiquitatum. MMCVIII.
Homerus. DCCCXXXV.
Ieremias. MCCCCXXVI.
Iesus Fil. Sirach *in Panareto*. MDCCLXXV.
Iohannes Euangelista. MMXLVII.
Irenæus Episcopus Lugdunensis. MMCXVI.
Latina Historia. MCI.
Lucas *in Actis Apostolicis*. MMLXIX.
Macchabæorum liber. MDLXXXIV.
Primus liber. MDCCIV. MDCCCLXXXIV.
Secundus liber. MDCCCXXIX.
Tertius liber. MDCCXCVI.
Manetho Ægyptius. DCCCXXXV. MDCLXVII.
Moses in Genesi. MDCCCCLXXXIII.
In Exodo. LXXV.
Palæphatus *libro de incredibilibus*. DCXXXIV. DCLXXV. DCXCV. DCCXXXVI. DCCLVI. DCCLXXII. DCCCXLIII.
Paradius. DCCCLXV.
Paulus Apostolus *ad Galatas*. LXXV.
Phanocles Poëta. DCLIV.
Phlego Olympiadarum supputator. MMXLVII.
Philistus. DCCCIV.
Philo Judæus *libro legationis secundo*. MML.
Libro, qui Flaccus *inscribitur*: MMLIII. MMLIV.
Philochorus. DCXI. DCXX. DCCCCVIII.
Secundo Atthidos libro. DCCXX. DCCLXXVI.
Plato. CCCCXC. DCCLXV. DCCLXVIII.
In Timæo. CCXII.
Plinius Secundus. MMCXXIII.
Porphyrius. MCCX.
Tertullianus *contra Judæos*. MMXIV.
Apologetico. MMCXXIII.
Virgilius *in Bucolicis*. MDCCCCLXXXII. MDCCCCLXXXVII. MMXXX.
In Epithaphio suo. MDCCCCXCVII.
Xenophon *in Anabasi*. MDCXVI.
Zacharias Propheta. MCCCCXCVII.

INDICIS ET NOMENCLATORIS FINIS.

VICTORIS
EPISCOPI TUNUNENSIS
CHRONICON
CONTINUANS
UBI PROSPER DESINIT.

Isidorus de viris illustribus cap. XXXVIII.

Victor Tununensis Ecclesiæ Africanæ Episcopus. Hic à principio Mundi, usque ad primum Justini junioris imperium, brevem per Consules annuos bellicarum, ecclesiasticarumque rerum nobilissimam promulgavit historiam laude, & notatione illustrem, ac memoria dignissimam. Hic pro defensione trium Capitulorum à Justiniano Aug. exilio in Ægyptum transportatur. Inde rursus Constantinopolim vocatus, dum Justiniano Imperatori, & Eutychio Constantinopolitanæ Urbis Episcopo obtrectatoribus eorundem trium Capitulorum resisteret, rursus in monasterio ejusdem civitatis custodiendus mittitur, atque in eadem damnatione, ut dicunt, permanens moritur.

Idem Originum lib. V. *cap. ultimo.*

Dehinc Eusebius Episcopus Cæsariensis atque sanctæ memoriæ Hieronymus Presbyter Chronicorum Canonum multiplicem ediderunt historiam regnis simul & temporibus ordinatam: dehinc alii, atque alii: inter quos præcipue Victor Tununensis Ecclesiæ Episcopus recensitis priorum historiis, gesta sequentium ætatum usque ad Consulatum Justini junioris Imperatoris explevit.

Meminerunt etiam Victoris hujus Ado Viennensis in principio Chronici, & Otho Frisingensis lib. V. *Historiæ cap.* IV.

Descripsimus ex Chirographo una cum Joanne Abbate Biclariensi, triennio ante editionem Ingolstadiensem.

A XVIII Consulatu Theodosii junioris, Victor Episc. Tununensis Ecclesiæ Africæ historiam prosequitur, ubi Prosper reliquit.

Igitur THEODOSIO XVIII & ALBINO Coss. Antiochenæ Ecclesiæ episcopatum post Johannem Diaconus suscepit.

AETIO III, & SYMMACHO Coss.

CALIPPIO & ARDABURE Coss. Eutyches Presbyter & Archimandrita cujusdam monasterii Constantinopolitani apparuit: qui sui nominis hæresim condidit. Hic etenim Dominum nostrum Jesum Christum sic asserebat natum ex Maria semper virgine matre, ut nihil in eo confiteretur humanæ naturæ. qui synodali invitatus colloquio Constantinopoli congregato, cui sanctus præfuit Flavianus ejusdem urbis Episcopus, dum nollet Christum in duabus confiteri naturis post nativitatem ex Virgine, & nobis secundum carnem * substantialem esse, damnationem cum proprio errore suscepit: quam sanctus Romanus antistes Apostolica auctoritate firmavit: Pro quo, imperatore Theodosio patrocinante, Leone Romano, Dioscoro Alexandrino, Diacono Antiocheno, Juvenale Jerosolymitano, & Flaviano Constantinopolitano præsulibus sedium.

POSTHUMIANO & ZENONE Coss. Synodus generalis II congregatur in Epheso, in qua Dioscorus Alexandrinus sibi principatum usurpans imperiali favore Eutychen post legitimam damnationem absolvit, & ejus obtrectatores duarum in Christo naturarum doctores, Flavianum Constantinopolitanum, Eusebium Dorylei, Theodoretum Cyri, Ibam Edessenum Antistites cæterosque alios impia auctoritate, contradicentibus etiam legatis sedis apostolicæ, condemnavit, totamque Synodum sibi favore Monachorum, seditione, militariq; violentia inclinavit.

ASTURIO, & PROTOGENE Coss. Attila Rex Hunnorum, postquam est Valentiniani Augusti ducis prælio superatus, & in fugam conversus, vires recepit, & ad Italiam importabiliter pergit, cujus mala Romana Respublica pacis fœdere sopiit. Qui Attila Leonis Papæ legatione susceptanon solum à Reip. vastatione quievit, sed & trans Danubium pace data recessit.

His diebus Gothæ cum Hunis dimicant in campis Catalaunicis, in quo prælio Theodoredus rex occubuit, & Gothæ victores extiterunt, dimicante Thurismundo Rege. Attila rex Hunorum nusquam comparuit.

VALENTINIANO VII, & * ATTIENO Coss. Theodosius Imperator anno vitæ suæ LXII Constantinopoli moritur. Chrysaphius Præpositus, Imperatoris, amicitiis Eutychetis male usus occiditur: & Martianus totius Reip. consensu Imp. efficitur.

* AVIENO.

ROMANORUM XLVII regnat annis V, mensibus

ſibus VI. qui in ipſo regni ſui exordio Eccleſiarum paci proſpiciens Chalcedone fieri ſynodum imperiali auctoritate denunciat.

Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ præſulatum poſt Flavianum Anatolius ſuſcepit.

Poſt Theodoredum Tuiſmundus filius ejus Gothorum Regiam regit ann. X.

CONSULATU MARTIANI Auguſti VIII Cal. Octobris, Leone Romano, Dioſcoro Alexandrino, Maximo Antiocheno, Juvenale Hieroſolymitano, & Anatolio Conſtantinopolitano Præſulibus, Synodus generalis Chalcedone colligitur Epiſcoporum DCXXXII. ubi Epheſina II nec dicenda Synodus abdicatur. Eutyches cum Dioſcoro patrono ſuo Alexandrino Epiſcopo, atq; Neſtorio condemnatur: Antiſtiteſque catholici injuſte damnati ab eodem Dioſcoro in Synodo præfata Epheſina II ſolvuntur, fideſque ſanctorum Patrum, qui in Nicena, Conſtantinopolitana, & Epheſina prima convenerunt, ſanctis Synodis explanatur. His itaq; diffinitis, & ſubſcriprionibus totius Synodi roboratis, Euſebio Doriclei, Theodoreto Cyri, & Iba Edeſſeno propriis reſtitutis eccleſiis, iis, quos pro eis Dioſcorus hæreticus ſubſtituerat, pulſis, omnia, quæ ad ſtatum Eccleſiæ pertinent, diſpoſita ſunt, ratumque terminum ſuſceperunt.

OPILIONE & VINCOMALO COSS. Dioſcoro Gangra exilio relegato, Proterius Alexandrinæ Eccleſiæ ſuſcepit præſulatum.

Eo tempore Attila moritur: de cujus regno dum filii dimicant, Huni vaſtantur, ac deinde minorantur.

AETIO & STUDIO COSS. Aëtius Patritius Valentiniani Auguſti manu intra Palatium primo percuſſus circumſtantium gladiis crudeli morte extinguitur. Boëthiuſque Præfectus nihilominus occiditur.

VALENTINIANO VIII, & ANTHEMIO COSS. Valentinianus Imper. Romæ in Campo Martio dolis Maximi Patritii, & Heraclii Præpoſiti perimitur: idemque Maximus ex conſule & Patritio ejus ſumit imperium diebus LXVII. Hic itaque malum, quod latebat, apparuit. Mox relictam Valentiniani Auguſtam viri exitum ſui lugere non permittens in matrimonio ſumit. Sed his malis pejora ſuccedunt, dum adventum Genſerici Vandalorum Regis formidat: & cunctis volentibus Urbe recedere licentiam tribuit, priuſquam fugam, quam cogitabat, aſſumeret, occiſus, membratimque conciſus in Tiberium fluvium projectus eſt.

AETIO & STUDIO COSS. & Præfectis, tertia die poſtquam maximus occiditur, Genſericus Vandalorũ rex Romanam urbem ingreditur, & per XIV dies cunctis opibus nudat, ſecumque inde Valentiniani filias, & uxorem, ac captivorum multa milia tollit. Ut autem ab incendio, tormentis, & gladio abſtineret, Papæ Leonis interceſſio facit. Hujus quoque captivitatis LXXV die * Anitius vir totius ſimplicitatis in Galliis imperium ſumit. * Avitus.

JOHANNE & VARANE COSS. Ricimirus Patririus Avitum ſuperat, cujus innocentiæ parcens Placentiæ civitatis epiſcopum facit.

CONSTANTINO & RUFO COSS. Martianus Imperator Orientis Conſtantinopoli moritur, & pro eo Leo imperator efficitur Romanorum XLVIII. Leo regnat annis XVI.

His temporibus Theodoricus frater Thuriſmundi Gothos regit ann. IX.

Alexandria & Ægyptus errore Dioſcori languens decreta Chalcedonenſis Synodi non recepit. Proterium Antiſtitem Dioſcori ſucceſſorem, & Synodi Chalcedonenſis decretorum cuſtodem populus Dioſcoritanus, ſeditione facta Timotheo auctore cognomento * Herulo, interfecit * VI Kal. Aprilis, VI feria, ultimæ jejuniorum Hebdomadæ, die, qua noſter Salvator & Dominus à Iudæis eſt crucifixus. Tunc enim Paſcha Domini * cum quarto eſt Kal. April. celebratum. Proterio itaque interempto, Timothæus præfatus cognomento * Herulus Chalcedonenſis Synodi obtrectator ejus epiſcopatum eccleſiamque pervadit.

alias Æluro leg. VI. anno CCCCLVII. * IV. * Ælurus.

His diebus Gothi contra Suevos dimicant in campo Paramo juxta flumen Orbicum, in quo prælio Gothi extitere victores.

LEONE AUG. COSS. Majoranus Romæ Imperium ſumit. Timotheus Alexandrinæ Eccleſiæ incubator defenſores Synodi Chalcedonenſis inſequitur.

PATRICIO & RICIMERO COSS. Juvenalis Hieroſolymarum Epiſcopus literis Leonis Romani Antiſtitis adverſus errorem Eutychis Dioſcorique armatur.

His diebus Majoranus Imp. Cæſar-Auguſtam venit.

MAGNO & APOLLONIO COSS. Timotheus Epiſcopus interfector Proterii Epiſcopi, Leonis Principes præcepto, vi à ſede Alexandrinæ raptus Eccleſiæ Cherſona exilio relegatur: & poſt menſes V eidem Alexandrinæ Eccleſiæ alius pro eo Timotheus cognomento * Salafratatus Synodi Chalcedonenſis defenſor Epiſcopus ordinatur.

* Salafaciarim.

*GADALAIFO & SEVERINO. *DAGALAIFO.

*LEONE AVG. II, VIVIANO V.C. COSS. Carthaginienſis Eccleſiæ poſt Capreolum, quod vult Deus Eugenius Epiſcopus ordinatur.

*LEONE AUG. II. & SEVERO. AUG. COSS. BASILIO & VIVIANO. COSS.

OLYBRIO & RVSTICO COSS. Genſerico

His Coss. Majoranus Imper. à Ricimero interfectus est. * Hunericus

ſericus Vandalorum Rex poſt multarum provinciarum clades & Chriſtiani apud Africam populi ſpolia atque neces, moritur anno regni XL. Poſt quem * Ugnericus filius ejus regnat annos VII, menſes V. Huic Ugnerico Pater Genſericus Valentiniani filiam, quam ex Roma captivam abduxerat, in conjugium tradidit.

* HERMINERICHO.

* HERMIA & BASILISCO COSS. Antiochenæ Eccleſiæ epiſcopatum poſt Maximum cœpit Alexander. Hieroſolymitanæ vero Eccleſiæ poſt Iuvenalem præeſt Anaſtaſius.

His diebus Theodoricus Rex Gothorum à ſuis gladio interfectus eſt: & Euricus frater ejus Gothorum Rex efficitur. Regnat annos XVI.

LEONE AVG. III COSS. Ugnericus Vandalorum Rex Arriano ſuſcitatus furore Catholicos per Africam plus patre perſequitur: Chriſtianorum Eccleſias tollit, & Catholicos Sacerdotes exilio mittit.

BUSEO & JOHANNE COSS. Signum in cælo ex nube velut contum apparuit per dies X. * Antherius Romæ Imperium ſumpſit.

* Anthemius.

LEONE IV & ANTHEMIO II COSS. Leo Aug. ſupplicationibus Ægyptiorum permotus, ut Synodus fieret, quæ de geſtis Synodi Chalcedonenſis judicum ferret, ad cognoſcendam ſingulorum fidem, Eccleſiarum præſulibus unicuique ſemotim ſcripſit: ſingulis epiſtolas tanquam ex una collatione conſonas ſuſcepit, id fieri nullatenus poſſe: ſed magis ac magis in ſua perpetuitate Synodi geſta Chalcedonenſis manere. Extant quæ ἐγκύκλια Græco eloquio vocitantur.

ZENONE & MARTIANO COSS. Romanæ Eccleſiæ epiſcopatum poſt Leonem Hilarius ſuſcepit.

* JORDANE. His Coss. Arelatum & Maſſilia à Gothis occupata ſunt.

* IOHANNE & SEVERO COSS. Leo Aug. Patritium Aſparis filium Cæſarem facit.

LEONE AVG. V & PROBINO COSS. Aſpar & duo filii ejus Patritius Cæſar, & Ardaburius Conſtantinopoli, præcepto Leonis Aug. occiduntur.

LEONE VI & PROBINO COSS. Leo Aug. Leonem nepotem ſuum Zenonis & uxoris ſuæ filiæ filium Cæſarem facit: & imperat ann II. Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus poſt Hilarium Simplicius ordinatur, & poſt Simplicium Felix.

Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Gennadius Anatolio ſuccedit in epiſcopatu, & Gennadio Acatius.

Antiochenæ Eccleſiæ poſt Alexandrum Martyrius, & poſt Martyrium Julianus ordinatur Epiſcopus. Hieroſolymitanæ vero Eccleſiæ Martyrius poſt Anaſtaſium Epiſcopus ordinatur. His Coss. Olybrius Romam venit, & imperium factione Ricimeri Patritii, regnante Anthemio, ſumit. Quo agnito Anthemius in fugam converſus occiſus eſt, & poſt certos dies Herculanus Oreſtis filius arripiens imperium cum patre ſuo occiditur: & ejus regnum nepos aſſumit.

LEONE MINORE AVG. COSS. Leo major Aug. Conſtantinopoli moritur. Zenon à Leone Aug. F. in Septimo contra conſuetudinem coronatur.

ROMANORUM XLIX ZENON regnat annis XVII. Poſt Conſulatum Leonis junioris Aug. Zenon Imp. quærens Leonem Aug. proprium filium ſuum occidere, & ejus imperium pervadere, alium pro eo ejus uxor Ariadne Auguſta ſimilem puerum ad mortem obtulit, & Leonem eundem Auguſtum occulte totondit, eumque clericum unius Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ fecit. Qui Leo uſque ad Juſtiniani tempora Principis vixit.

Eodem Conſulatu Baſiliſcus cum filio Marco imperium quam tyrannice Conſtantinopoli ſumit.

Zenon Aug. in Iſauriam, unde exortus fuerat, fugit: & cum Ariadne Auguſta ſub hiemis diſcrimine navali itinere ſubſecuta.

His Coss. Baſiliſcus Tyrannus lege data Chalcedonenſem Synodum damnari, & Epheſinam II præcepit abſolvi & ſuſcipi.

Timotheus Epiſcopus cognomento * Hellurus Proterii ſucceſſor pariter & peremptor ab exilio Cherſona rediit: & fugato alio Epiſcopo Timotheo Salafatiatio cognomento defenſore Synodi Chalcedonenſis, Alexandrinam Eccleſiam etiam pervadit. * Ælurus.

BASILISCO TYRANNO & * ARMATO COSS. Zenon Aug. viceſimo menſe, donato ſibi exercitu, Conſtantinopolim ab Iſauria redit: imperium reſumit, & Baſiliſcum cum filiis & uxore exilio in Saſemis Cappadociæ mittit: finemque vitæ ibi miſere facit. * HARMATIO.

Inter hæc, quæ geſta ſunt, quia nullus Coſ. acceſſit, & Baſiliſcus Tyrannus à Conſulatu receſſit, * Armatus præſenti anno Conſul remanſit. * Harmatius

Poſt Conſulatum * Armati V. C. Timotheus. * Hellurus Chalcedonenſis Synodi obtrectator, & Proterii Epiſcopi interfector moritur: & Alexandrinæ Eccleſiæ præſulatum alius Timotheus Salafatiatius Chalcedonenſis Synodi defenſor reſumit. Hieroſolymitanæ itaque Eccleſiæ Salluſtius Martyrio ſuccedit * Harmatii. * Ælurus.

V Epiſco-

Episcopus: Antiochenæ vero Petrus cognomento Fullo post Julianum, qui Martyrio successerat, ordinatur Episcopus.

ZENONE AUG. COS. Hunericus Vandalorum Rex persecutioni per totam Africam nimis insistens, Tubunnis, Macri Nippis, aliisque Eremi partibus Catholicos jam non solum Sacerdotes & cuncti ordinis Clericos, sed & Monachos, atque Laicos quatuor circiter millia exiliis durioribus relegat, & Confessores ac Martyres facit, Confessoribusque linguas abscidit. Quos Confessores, quod linguis abscissis perfecte finem adusque locuti sunt, Urbs Regia adtestatur, vbi eorum corpora jacent. Tunc Lætus Neptensis Ecclesiæ Episcopus martyrio coronatur IIX Kal. Octob. & Eugenius Episcopus Carthaginensis Ecclesiæ, post dira Eremi exilia plurimis afflictionibus, pœnisque clarus habetur. Hic itaque Hunericus inter innumerabiles suarum impietatum strages, quas in Catholicos exercebat, octavo regni sui anno interioribus cunctis effusis, ut Arrius pater ejus, misere vitam finivit: cui succedit Guntamundus: regnat annis XII: qui nostros protinus de exilio revocavit.

Post Consulatum Zenonis III. Timotheus cognomento Salafatiatius Synodi Chalcedonensis defensor moritur: & pro eo Alexandrinæ Ecclesiæ Johannes Tabenesiota Presbyter & Oeconomus, Synodi Chalcedonensis defensor Episc. ordinatur. Quem Zenonis præcepto Principis, Petrus, qui superstite Timotheo Salafatiatio Episcopo ab hæreticis fuerat ordinatus, ejiciens Alexandrinam Eccles. pervadit. Qui confestim favore Zenonis Principis Synodum Chalcedonensem de pulpito coram populis damnat: nomina Proterii & Salafatiatii de Ecclesiasticis Diptychis tollit, & Dioscori, & Helluri, qui Proterium interfecit, scribit: corpusq; præfati T. Salafatiatii de Ecclesia ejiciens in loco deserto foris civitatem projecit.

TRICUNDIO V. C. COS. Zenon Imperator Eutychiani poculo erroris sopitus Acatium Constantinopolit. Episcopum damnatoribus Synodi Chalcedonensis Petro Alexandrino, & Petro Antiocheno Episcopis per Henoticum à se prolatum socians eorum communione polluitur, & cum eis à Catholica fide recedit.

Post Consulatum Tricundii v. c. Leontius Tyrannus Hylli Patritii factione imperium in Isauria cum tyrannide sumit.

THEODORITO V. C. COS. Felix Romanæ Ecclesiæ Præsul Monachis & Clericis per Orientem, Ægyptum, & Bithyniam commorantibus scribit, ut Petrum Alexandrinum Episcopum Chalcedonensis Synodi obtrectatorem & ejus communicatores tanquam Hæreticos vitent.

Post Consulatum Theodoreti v. c. Orientales Episcopi, præter paucos, per Henoticum Zenonis communione atque consensu polluti, Petri Alexandrini, Petri Antiocheni, & Acatii Constantinopolitani Episcoporum Synodo Chalcedonensi renunciant. His dieb. Euricus Rex moritur, & Alaricus filius ejus pro eo Rex efficitur. Regnat annis XXIII.

LONGINO V. C. COSS. Acatius Constantinopolitanus Episcopus literis Felicis Romanæ Ecclesiæ Præsulis admonitus, ut à damnatorum Synodi Chalcedonensis communione atque societate abstineat, legatos ejus custodiæ mancipat.

Post Consulatum Longini v. c. Acatius Constantinopolitanus, Petrus Alexandrinus, Petrus Antiochenus Episcopi Chalcedonensis Synodi inimici à Felice R. E. Præsule & Synodo in Italia facta damnantur: & ipsa damnatio Acatio Constantinopolim legatis missis per Monachos monasteriorum Achimitentium Basiani atque Dii ingeritur.

Post Consulatum II Longini v. c. Corpus Sancti Barnabæ Apostoli in Cypro, & Euangelium secundum Matthæum ejus manu scriptum, ipso eodem revelante, inventum est, Leontius tyrannus & Patritius proditione castelli capti morte turpissima pereunt. Petrus Antiochenus sub damnatione moritur: & in ejus loco Calendionem ordinat. Orientales autem Episcopi tanquam nescientes Johannem cognomento Codonatum eidem Antiochenæ Ecclesiæ consecrant Episcopum: cui Petrus successit hæreticus.

EUSEBIO V. C. COSS. Acatius Constantinopolitanus Episcopus sub damnatione moritur: & pro eo Flavianus Episcopus ordinatur: cui tertio promotionis suæ mense mortuo Euphemius Synodi Chalcedonensis decretorum custos in Episcopatu succedit.

Post Consulatum III Longini v. c. Petrus Alexandrinæ incubator Eccl. sub damnatione moritur: cujus episcopatum simul & errorem suscepit Anastasius. Calendio Antiochenus Episc. reliquias prædecessoris sui Eustochii Episcopi & Confessoris ex * Philippis populi Macedoniæ colligit, & Antiochiam summo cum honore producit. Hoc tempore Annianus super Euphratem fluvium oratione podagros curat.

* Philippopoli.

curat. Auxentius dæmones fugat. Daniel & Anastasius, Vindemiolus, Manasse, Severus, & cæteri alii per diversa Eremi loca virtutibus variis, ac præscientia claruerunt.

OLYBRIO V. C. COSS. Zenon Imperator Constantinopoli moritur anno vitæ suæ XLII. Ariadne Augusta Zenonis relicta Anastasium Silentiarium Illyricianum, Patre Dyrrhacheno, Matre Arriana, Imperatorem designat. Anastasii autem fide, imo perfidia, procul jam * patre nota, coactus est Euphemio Constantinopolitano Episcopo insistente, scripto promittere, nihil sinistrum contra Apostolicam fidem, & Synodum Chalcedonensem agere. Chirographum Euphemius Episcopus suscipit, & in Archivo Ecclesiæ reponit.

ROMANORUM L regnat Anastasius annis XXVII: qui imperium sumens violenter Chirographum suum ab Euphemio Episcopo recolligit, & adversus Synodi Chalcedonensis defensores Episcopos atrociter sævit: inter quos mortuo Petro Antiocheno Episcopo, qui Calendione Synodi Chalcedonensis defensore superstite fuerat ab hæreticis Zenonis temporibus Principis ordinatus, sententiam mutat in pejus, ut Calendio quidem de malis ad pejora ducatur, & pro eo Palladius ordinetur.

ANASTASIO & RUFO COSS. Romanæ Ecclesiæ Felici succedit Gelasius, & Gelasio Anastasius. Alexandrinæ verò Athanasius præerat hæreticus. Antiochenæ etiam Ecclesiæ Palladius Calendione superstite factus, & Hierosolymorum Sallustius. Euphemius Constantinopoleos Episcopus Anastasii Imperatoris calliditate prævisa Synodum congregat: Synodi Chalcedonensis decreta confirmat.

His Coss. Saci in Hispanias ingressi.

ASTERIO & PRÆSIDIO COSS. Johannes Episcopus Alexandrinus à Romana Ecclesia veniens Anastasio Imperatori supplicat, ut eum throno suo pro antiqua amicitia reddat. Sed hoc pro defensione Chalcedonensis Synodi dum non impetrat, Romam furtim, unde venerat, remeavit.

VICTORE V.C. COSS. Bellum Isauricum cum exardescit. Athenodorus & Longinus tyranni occiduntur. Athanasio Alexandrino mortuo, Johannes cognomento Hemula succedit: quo occumbente, post paucos dies ei Iohannes alius cognomento Niceta succedit Episcopus.

PAULO V.C. COSS. Anastasius Imperator Hæreticorum Synodum faciens Henoticum Zenonis confirmat, & Euphemium Episcopum Constantinopolitanum Chalcedonensis Synodi defensorem deponit, quem Euchaida in exilium mittens pro eo Macedonium facit.

His Coss. Burdimolus in Hispania tyrannidem assumit.

ANASTASIO AUG. COSS. Macedonius Constantinopolitanus Episcopus, Synodo facta, condemnat eos, qui Chalcedonensis decreta Synodi suscipiunt, & eos, qui Nestoris & Eutychis defendunt. Anastasio Romano Episcopo mortuo succedit Symmachus, & ex alia parte Laurentius ordinatur. qui dum Nuceriæ civitatis * episcopus nollet esse contentus, Synodo Romæ facta, à coetu est sacerdotali projectus. Palladius Antiochenus moritur: & pro eo Flavianus ordinatur Episcopus. Alexandrinæ Ecclesiæ Johannes cognomento Niceta adhuc præsidebat. Hierosolymæ verò post Sallustium Elias suscepit præsulatum.

His Coss. Gothi intra Hispanias sedes acceperunt, & Burdimelus à suis traditus, & Tolosam directus, in Tauro æneo impositus igne crematus est.

* Episcopatu.

Gunthamundo Vandalorum rege Carthagine mortuo, Thrasamundus regnat ann. XXVII, menses IV. Et hic Arriana insania plenus Catholicos insectatur. Catholicorum Ecclesias claudit: & in Sardiniam exilio ex omni Africana Ecclesia CXX Episcopos mittit. Eo tempore Fulgentius Ruspensis civitatis Episcopus in nostro dogmate claruit.

JOHANNES SCYTHA & PAULO COSS. Olympius quidam Arrianus in balneis, quæ Helianæ vocantur, ad Regiam Vrbem, sanctam & consubstantialem Trinitatem blasphemans, tribus * ignis siclis, Angelo ministrante, invisibiliter in piscina frigidæ aquæ perfusus vitam impie simulque prodigiose finivit.

GIBBO V.C. COSS. Anastasius Imperator Flaviano Antiocheno, & Philoxeno Hieropolitano præsulibus Constantinopolim Synodum congregat: & contra Diodorum Tarsensem, Theodorum Mopsuestenum cum scriptis, Theodoritum Cyri, Ibam Edessenum, Andream, Eucherium, Quirum, & Iohannem Episcopos, cæterosque alios, qui in Christo duas prædicabant naturas, duasque formas, & qui non confitentur unum de Trinitate crucifixum, una cum Leone Episcopo Romano, & ejus Tomo, atque Chalcedonensi Synodo inferre anathema persuasit.

PATRITIO & HYPATIO COSS. Barbas quidam Arriani erroris Episcopus, dum præsumit contra Regulam supra bapti-

zandum dicere, Baptizat te Barbas in nomine Patris per Filium in Spiritu sancto: protenus aqua, ex qua futurus erat baptizare hominem, nusquam comparuit: vas vero ipsum, in quo aqua erat, confractum est. Quod considerans qui baptizandus erat, protinus ad Catholicum currit, & baptismum regulariter sumit.

Abieno & Pompejo Coss. Anastasius Imperator Macedonium Constantinopolitanum Episcopum cum quibusdam Clericis nolentem Synodi Chalcedonensis decreta damnare ab Ecclesia rapit, & in exilium mittit: atque pro eo Timotheum presbyterum Episcopum facit: qui continuo damnatores Synodi Chalcedonensis in communionem suscepit.

Abieno Juniore Coss. Ingens terræmotus cum coruscationibus magnis atque grandine, & totius cæli ac terræ commotione factus.

Cethego v. c. Coss. Flavianus Antiochenus Episcopus sera pœnitentia Anastasium Imperatorem deserit, & in possessione Platani vocabulo, relicto throno suo, secedit. Huic Anastasius Imperator Severum Chalcedonensis Synodi inimicum subrogat: Ecclesiæ Orientis scandala magna subministrat.

His Coss. Cæsaraugustæ Circus expectatus est.

Theodoro v. c. Coss. Eugenius Carthaginensis Episcopus Confessor moritur. Julianus Bostrenus & Iohannes Paltensis Episcopi ab Ecclesiis propriis ultro recedunt. & alii eis subrogantur.

Messalla v.c. Coss. Constantinopoli, jubente Anastasio Imperatore, sancta Euangelia tanquam ab idiotis Euangelistis composita reprehenduntur, & emendantur.

His Coss. Dertosa à Gothis ingressa est. Pe tyrannaus interfectus est: & caput ejus Cæsaraugustam deportatum est.

His diebus pugna Gothorum & Francorum Boglodoreta. Alaricus Rex in prælio à Francis interfectus est. Regnum Tolosanum destructum est.

Venantio & Celere Coss. Populos Alexandrinos & totius Ægypti simul pusillos, & magnos, liberos ac servos, clericos, atque monachos, præter peregrinos, immundi spiritus occupant: & humana locutione privati latrare cunctis diebus ac noctibus, ut canes, cœperunt, ita ut vinculis ferreis vincti ad Ecclesias postea, ut sanitatem perciperent, traherentur. Comedebant enim suas manus, simulque & brachia pariter omnes. His evenientibus Angelus in viri specie quibusdam ex populo apparuit, dicens hoc eis pro eo, quod anathema Synodo Chalcedonensi dederint, evenisse, comminatus deinceps nihil eos tale aliquid præsumere.

Venantio Juniore v. c. Coss. Cawades rex Persarum Zumdaber castellum plurimis thesauris ab initio suæ conditionis plenum & Dæmonum leonibus mancipatum custodiaque munitum, ubi nullus unquam ingredi potuit, Christianorum orationibus capit: & ingressus universos ex eo thesauros tulit.

Importuno Juniore v.c. Coss. Helias Episcopus Hierosolymitanus Synodi Chalcedonensis defensor nolens Severum Antiochenum Apostolicæ fidei inimicum in communionem præcipiente Anastasio Imperatore suscipere, exilio Paraxenensi Castello truditur: & pro eo Joannes crucis custos Episcopus ordinatur. qui confestim & Severum Antiochenum in communionem suscepit, & Synodum Chalcedonensem damnavit.

Boetio v. c. Coss. Vitalianus Patritioli F. fidei Catholicæ subversionem, & Synodi Chalcedonensis damnationem, remotionesque Orthodoxorum Episcoporum, atque successiones hæreticorum cognoscens virorum fortium validam manum congregat, & Anastasii imperio rebellat.

His Coss. Gesalicus Hœricum Barcinone in Palatio interfecit: quo anno idem Gesalicus ab Helbane Theodorici Italiæ Regis duce ab Hispania fugatus Africam petit. Comes vero Veilici Barcinone occiditur.

Felice v.c. Coss. Vitalianus Comes in Patritium nepotem Anastasii Principis, magistrum Romanæ militiæ, congressione facta, LXVII viris ex militia Romana peremptis, vivum capit, & vinculis æreis vinctum in custodiam caveæ ferreæ tradit, & postea distrahit.

Paulo & Muschiano Coss. Alamundarus Saracenorum rexa defensoribus Synodi Chalcedonensis baptizatus, Theopaschitas Episcopos à Severo Antiocheno Episcopo ad se cum literis missos, barbaram mirabiliter propositionem concludens atque superans Deum immortalem ostendit.

Probo v. c. Coss. Anastasii Imperatoris præcepto Plato civitatis præfectus & Maximus pulpitum Ecclesiæ sancti Theodori ascendentes, & hymno, quem Græci Trisagion dicunt, τὸ σταυρωθὲν δι' ἡμᾶς noviter apponentes, dum per forum Constantini id psallentes ad majorem Ecclesiam pergunt, nubes ex improviso cinerem super eos pro pluvia emiserũt, totãq; civitatem atq; Provinciam contexerunt: pro qua novitate Canstantinopolitanæ multa mala obvenerunt civitati, multiq; sunt male interempti. Prasinorum siquidem, simulque & Venetorum turbæ adversus Anastasim Imper. unitæ inter mille injurias atque mala incendium in urbem

Post Alaricum Theodoricus Italiæ Rex Gothorum regit in Hispania, ann XV. Amalarici parvuli tutelam gerens.

urbem miserunt combustaque est Civitas ἀπὸ τῆς ΧΑΛΚΗΣ, usque ad Constantini forum supra longitudinem plateæ columnarum XCIV.

SENATORE v. c. Coss. Vitalianus Comes cum manu valida barbarorum Constantinopolim veniens in Sosthene sedit: qui non aliter postulatus pacem Anastasio Imperatori promittit, nisi prius defensores Synodi Chalcedonensis relegatos exilio sedibus propriis reddat, & Romanæ Ecclesiæ cunctas Orientis Ecclesias uniat.

FLORENTIO v.c. Coss. Ugni Armeniam, Cappadociam, & Galatiam, Pontumque atrociter vexavere. Eo tempore Euphemius Constantinopolitanus Episcopus apud Ancyram Galatiæ, & Ariadne Augusta in regia Urbe de hac vita transiere.

PETRO v.c. Coss. Universi Archimandritę & monachi Eremi trans Palęstinam & Iordanem fluvium Anastasio Imperatori scribunt pro statu Chalcedonensis Synodi, & adversum impietates Severi Antiocheni Episcopi.

AGAPITO v.c. Coss. Ioannes Alexandrinus Episcopus moritur: & pro eo Dioscorus ordinatur. Timotheus Constantinopolitanus Episcopus obtrectator Synodi Chalcedonensis V die mensis Aprilis occubuit, & Ioannes Cappadox in cella propria, atque Presbytero episcopatum tradidit. Hunc Anastasius ante ordinationem suam, ut Synodum Chalcedonensem prædamnaret, coegit.

AGAPITO II & MAGNO Coss. Anastasius Imperator intra Palatium suum tonitruorum terrore fugatus & coruscationis jaculo percussus, in cubiculo, quo absconsus fuerat, moritur: & cum ignominia absque consuetis exequiis ad tumulum ducitur anno vitæ suæ XXCIIX.

ROMANORUM LI JUSTINUS regnat an. IIX. mens. IX.

Illyricianus Catholicus Synodi Chalcedonensis amator simulque defensor, cujus conjunx Lupicina nomine dicebatur, quam Constantinopolitani Euphemiam postea vocaverunt, cui nepos Justinianus vocabulo fuit Candidati militia functus. * * * *

JUSTINO AVG. & HERACLIO Coss. Amantius Præpositus seditiones in populo suscitans Imperator alius postulatur: qui Justini præcepto Principis una cum Andrea cubiculario occiditur, & in rheuma jactatur.

RUSTITIONE v. c. Coss. Ioannes, qui ante Iustinum ad Imperium erat electus, Heracliæ Thraciæ Episcopus ordinatur. & Iustinianus nepos Iustini Aug. ex candidato Magister militũ ordinarius constituitur.

VALERIO & IUSTINIANO Coss. Alexandrinæ Eccles. Dioscoro Episcopo mortuo Timotheus succedit. Antiochenæ vero Ecclesiæ Severus Princeps heres fit; & Hierosolymitanæ Ecclesiæ Ioannes.

Justinus Imperator orientales, præter parvos Pontifices, Acatium quondam Constantinopolitanum, Petrum Antiochenum, & Petrum Alexandrinum Episcopos pristino errore implicitos occidentalibus Antistitibus sub digna satisfactione conjungit, redivivaque facit Synodi Chalcedonensis decreta Zenonis & Anastasii Principum temporibus abdicata.

SYMMACHO & BOETIO Coss. Vitalianus sacramento suscepto Constantinopolim redit: quem Justinus Aug. grate suscipiens Magistrum militum facit, & Consulatum dari permittit.

MAXIMO v. c. Coss. Trasamundus Vandalorum Rex Carthagine moritur: cujus uxor Amalafrida fugiens ad Barbaros, congressione facta, Capsæ juxta Eremum capitur, & in custodia privata moritur.

Hilderic, qui ex Valentiniani Imp. filia à Giserico captivata & Ugnerico juncta natus est, regnavit annis VII, mens. III. Hic ergo sacramento à decessore suo Trasamundo obstrictus, ne Catholicis in regno suo aut Ecclesias aperiret, aut privilegia restitueret, priusquam regnaret, ne sacramenti terminos præteriret, præcepit & Sacerdotes Catholicos ab exilio redire, & Ecclesias aperire, & Bonifacium cum dogmatibus divinis satis strenuum ad postulationem totius urbis Carthaginiensis Ecclesiæ Episcopum consecravit.

Vitalianus Constantinopoli intra Palatium, loco, quem Delphicum Græco vocabulo dicunt, Iustiniani Patritii factione dicitur interfectus fuisse.

IUSTINO AVG. & APIONE COSS. Romanæ Ecclesiæ in Episcopatu, mortuo Symmacho, succedit Hormisda. Alexandrinæ Ecclesiæ adhuc Timotheus superfuit. Antiochenæ Ecclesiæ Severus Chalcedonensis Synodi obtrectator, quum à Iustino Imperatore quæreretur ad pœnas, fugit: & in ejus loco substituitur Paulus. Hierosolymitanæ Ecclesiæ Ioannes præfuit. Constantinopolitanæ vero Ecclesiæ Ioanni Epiphanius succedit Episcopus.

Post Consulatum II Justini, & Apionis, Justinus Augustus Justinianum nepotem suum ad Senatorum supplicationem invitus Cæsarem facit.

PHILOXENO & PROBO Coss.

MABBOTIO Cos. Justinus Imp. moritur.

ROMANORUM LII JUSTINIANUS regnat annis XXXIX mens. VII. Huic erat uxor vocabulo Theodora.

JUSTINIANO AUG. Cos. Orientales Ecclesiæ ejusdem Principis jussione IV Synodos, Constantinopolitanam, Ephesinam I, & Chalcedonensem, atque Sanctorum CL Patrum fidem præsentibus sacrificiis, publica voce suscipiunt.

His diebus Stephanus præfectus Hispaniarum efficitur: qui tertio anno præfecturæ suæ in civitate Gerundensi in consilio discinctus est.

DECIO V. C. Cos. Theodoræ Augustæ factione unum de Trinitate passum non asserens secundum quid, sed absolute suscipiendum cunctis generali lege imponit: & à Clericis atque Monachis subscriptiones violenter exegit. Qua de caussa plurimi se ab Ecclesia subtraxerunt, & Monachi à propriis monasteriis recesserunt, asserentes sibi sufficere fidem eorum, qui in præfatas sanctas IV Synodos convenerunt.

* Hypatius.

LAMPADIO & ORESTE Coss. *Epatius Anastasii Principis nepos tyrannidem Constantinopoli assumens, multis hominum millibus in Circensi spectaculo militari gladio cæsis, capitur, & nocte cum Pompejo occiditur, atque in rheuma jactatur.

His Coss. Amalaricus rex cum Ziliberto Francorum rege in Gallia superatus Narbonensi in prælio Barcinonem fugiens venit, ibique à Franco angone percussus interiit.

Post Consulatum Lampadii & Orestis Geilimer apud Africam regnum cum tyrannide sumit, & Carthaginem ingressus Hildericum regno privat, & cum filiis custodiæ mancipat, atque Oamerdigum, multosque nobilium perimit.

* superatum.

Post Consulatum Lampadii & Orestis anno tertio. Belisarius magister Romanæ militiæ duobus *superatis præliis Tracium mirabiliter Persicum prælio superavit.

JUSTINIANO AUG. III Cos. Geilimer Tyrannus multos nobilium Africæ provinciæ crudeliter extinguit, multorumque substantias per Bonifacium tollit.

JUSTINIANO IV Cos. Justinianus Imp. visitatione Læti Episcopi ab Hunerico Vandalorum rege martyre facto exercitum in Africam, Belisario Magistro militum duce, contra Vandalos mittit: quos idem Belisarius prælio superans, Gunthimer, & Gebamundum Gadinges Regis fratres perimit, ipsoque Gelimer Rege in fugam converso, Africam capit, nonagesimo septimo Vandalorum ingressionis anno. In ipso etiam Belisarii ingressu, priusquam congressio fieret, Geilimer Tyrannus Hildericum Regem cum quibusdam generis ejus affinib. occidit. Belisarius Magister militum ac Patritius Geilimer Tyrannum capit, & eum cum divitiis ex rapinis Africæ conquisitis Constantinopolim Justiniano Imperatori adducit.

BELISARIO V. C. Cos. Reparatus Carthaginiensis Ecclesiæ episcopatum post Bonifacium suscipit. Hierosolymitanæ vero Ecclesiæ præsulatum Petrus Joanni mortuo succedit.

Post Consulatum Belisarii anno secundo. Justinianus Imperator libros de incarnatione Dominica edidit, & Illyricianos Episcopos ad subscribendum coëgit.

Post Consulatum Belisarii anno III. Epiphanio Episcopo Constantinopolitanæ Ecclesiæ mortuo, qui Joanni successerat, Anthemius Episcopus *Eutychia Justa Trapezontensis, factione Theodoræ Augustæ, Constantinopolitanam pervadit Ecclesiam.

JOANNE V. C. Cos. Romanæ Ecclesiæ post Ormisdam Joannes, post Joannem Felix, post Felicem Bonifacius, post Bonifacium alius Joannes, & post Joannem Agapitus Episcopus ordinantur. Alexandrinæ Ecclesiæ Timotheo mortuo, qui Dioscoro minori successerat, duo, populi electione, perversi ordinantur uno die Episcopi, Theodosius scilicet & Gaianus. Quibus ordinatis Alexandria in utrisque est Christi inimicis divisa. A Theodosio enim Theodosiani, & à Gajano Gajanitæ voluerunt appellari: quanvis æqualiter Synodum Chalcedonensem non suscipiant, & erroris Eutychetis & Dioscori proprios faciant.

APIONE V. C. Cos. Severus Antiochenus hæresis princeps, à quo Severiani vocantur, & Julianus Halicarnassensis Episcopi, Apostolicæ fidei, & Chalcedonensis Synodi impugnatores exilio Alexandriâ Iustiniani jussione mittuntur, ubi adversus sequaces Chalcedonensis Synodi scribentes ex duabus unam in Christo naturam esse dixerunt, quam dudum Severus corruptam, & Iulianus adstruit incorruptam. Alexandria, Ægyptus, & Libya in utrisque est Christi inimicis divisa. Theodosiani enim Severum, & Gajanitæ Iulianum secuti sunt. Sed à Theodosianis aliæ duæ hæreses exierunt: una Agnoitarum, & altera Tritheitarum. Agnoitæ siquidem perversitati, à qua exierunt, id adjiciunt,

adjiciunt, quod Christi divinitas ignoret futura, quæ sunt scripta de die, & hora novissima. Tritheitæ vero sicut tres personas in Trinitate, ita quoque tres adstruunt Deos esse contra illud, quod scriptum est: Audi Israel: Dominus Deus tuus unus est. Et rursum: Nullus Deus, nisi unus: &, Ego sum Deus, & non est alius præter me.

JUSTINO v. c. Cos. Agapitus Archiepiscopus Romanus Constantinopolim venit, & Anthemium Episcopum Constantinopolitanum Ecclesiæ perversorem, Chalcedonensis Synodi inimicum deponit, Theodoram Augustam ejus patronam communione privat, & Menam protinus Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcopum facit.

Theodosius & Gaianus Alexandrini Episcopi cum suo errore damnati exilio transportantur. Sed Theodosius Constantinopoli Sycas relegatus totum pene Palatium, & maximam regiæ urbis partem sua perfidia maculavit. Quæ occasio cunctis pene hæresibus licentiam tribuit: ita ut non solum Theodosianitæ, sed & Gaianitæ monasteria atq; oratoria apud urbem regiam construxissent. Vixit enim Theodosius præfatus hæreticus usque ad primum Justini junioris Augusti Consulatum. Eo anno, Paulo Antiocheno Episcopo superstite, subrogatur Euphrasius.

BASILIO v. c. Cos. Agapito Archiepiscopo Romano Constantinopoli mortuo, Silverius pro eo Episcopus ordinatur: Alexandrinæ vero Ecclesiæ Theodosio atq; Gajano exulatis, * Paulus prior pro eis Zabinnensiotarum Dioscori hæretici prædecessoris sui depositionem celebrans Palæstino concilio deponitur: & pro illo Zoilus ordinatur Episcopus.

* Paulus præstor pro eis Tabennensiotarum monachorum à defensoribus Synodi Chalced. ordinatur Episcopus, qui Dioscori.

Consulatu præfato Stuzas apud Africam regnum in Eremi partibus cum Tyrannide assumit.

Hoc anno Francorum Reges v. per Pampalonam Hispanias ingressi Cæsaraugustam venerunt; quam obsessam per tres dies omnem seu Tarraconensem Provinciam depopulatione attriverunt. His diebus inguinalis plaga totam pene contrivit Hispaniam.

Post Consulatum Basilii v. c. anno secundo. Theodoræ factione Augustæ, quæ occulta esse Synodi Chalcedonensis nunquam destitit inimica, ex quo regnare cœpit, proscriptionum insidiæ præparantur. Silverius Romanus Episcopus exilio mittitur, & pro eo Vigilius ordinatur: à quo Theodora memorata Augusta, priusquam ordinaretur, occulto chirographo elicuit, ut Papa effectus in proscriptione Synodi Chalcedonensis tria capitula condemnaret, id est Epistolam Ibæ Edesseni ad Murim Persam, quæ judicio Synodi Chalcedonensis approbata, & orthodoxa judicata est, & gestis Synodalibus sociata. Theodorum dein Mopsuestanum Episcopum synodaliter similiter gestis apud Antiochian sub Ioanne Episcopo ejusdem Ecclesiæ, & Chalcedone laudatum: & Theodoreti Cyri Episcopi dicta cum eodem Theodoreto Synodi Chalcedonensis vocibus collaudata. Hic itaque Papa effectus ab Antonia Patritia Belisarii uxore compellitur, ut Theodosio Alexandrino, Anthemio Constantinopolitano, & Severo Antiocheno jampridem ab Apostolica sede damnatis, tanquam Catholicis scriberet: & ita de fide, quemadmodum & illi, sentiret. Cujus epistolæ illius tenor ita se habere probatur: DOMINIS, *& in Christi Dei Salvatoris nostri charitate conjunctis fratribus, Theodosio, Anthemio, & Severo Episcopis Vigilius Episcopus: Scio quidem quæ ad sanctitatem vestram ante fidei meæ credulitas, Deo juvante, pervenit. Sed quia modo gloriosa Domina & filia mea Patritia Christianissima desideria mea facit impleri, ut fraternitati vestræ præsentia scripta transmitterem: salutans ego gratia, qua nos in Christo D. N. Salvatore conjungimur, eam fidem, quam tenetis, Deo jubente, & tenuisse me & tenere significo: scientes illud inter nos, quod prædicamus, & legimus, quia anima una, & cor nobis sit unum in Deo, profectus mei, qui est vester, Deo juvante, nunciare vobis gaudia maturavi, ex meo animo fraternitatem vestram, quæ optat, libenter amplectitur. Oportet ergo, ut hæc, quæ vobis scribo, agnoscat: sed magis tanquam suspectum me sapientia vestra ante alios æstimet se habere, ut facilius possit Deus, quæ cœpit operari, perficere. Et subscriptio:* ORATE PRO ME DOMINI MEI FRATRES IN CHRISTI DOMINI NOSTRI SERVATORIS CHARITATE CONNEXI.

Horum exordia malorum generalis orbis terrarum mortalitas sequitur, & inguinum percussione major pars populorum necatur.

Tiudi mortuo Thiudisolus Gothos regit ann. v. mens. VII.

Post Consulatum Basilii v. c. anno III, Stuzas Tyrannus gentium multitudine ordinata Solomoni Magistro militiæ & Patritio Africæ Æduciq; Romanæ militiæ ducibus Cilio occurrit: ubi congressione facta, peccatis Africæ, Romanæ Reipub. militia superatur, Solomon utriusque.

. . . .

Post Consulatum Basilii v. c. anno IV. Iustinianus Imperator Acephalorum subreptionibus instigatus Vigilium Roma-

num Episcopum subtiliter compellit, ut ad urbem Regiam properaret,& sub speciem congregationis eorum, qui ab Ecclesiæ sunt societate divisi, tria Capitula condemnaret.

Tudiso mortuo Agila Gothos regit. ann. v. mens. vi.

Hierosolymitanæ Ecclesiæ præsulatum post Petrum Macarius suscipit.

Post Consulatum Basilii v. c. anno v. Stuza Tyrannus apud Africam, portu Taccæ congressione facta, Ioannis Romanæ militiæ ducis jaculo percussus est: pariq; vice & Ioannes Stuzæ: qui confestim alterutro utrique gladio ceciderunt: & Dominico die, quo pugna facta est, moriuntur.

Post Consulatum Basilii v. c. anno vi. Ferrandus Charthaginis Ecclesiæ Diaconus clarus habetur. Guntarith Magister militum Ariobindam Patritium Principemq; Romanæ apud Africam militiæ eo tempore ab Imp. missum Charthagine intra Palatium nocte perimit, & regnum cum tyrannide assumit. Hunc Charthaginis dux Artabanus trigesimo sexto regni sui die prandentem interfecit.

Post Consulatum Basilii v. c. anno iix. Iustinianus Imp. per diversas Provincias in regni sui finibus constitutas instantissime scribit: & Antistites cunctos præfata iii capitula damnare compellit. Euphemio Antiocheno Episcopo succedit Donninus.

Post Consulatum Basilii v. c. anno ix. Illyriciana Synodus in defensionem iii Capitum Iustiniano Aug. scribit: & Benenatum primæ Iustinianæ Civitatis Episcopum obtrectatorem eorundem iii Capitum condemnat.

Theodora Augusta Chalcedonensis Synodi inimica canceris plaga corpore toto perfusa vitam prodigiose finivit.

Post Consulatum Basilii v. c. anno x. Africani Antistites Vigilium Romanum Episcopum damnatorem iii Capitulorum synodaliter à Catholica communione, reservato ei pœnitentiæ loco, recludunt, & pro defensione memoratorum trium Capitulorum literas satis idoneas Iustiniano Principi per Olympium Magistranum mittunt. Eo tempore vii Facundi Hermianensis Ecclesiæ Episcopi refulsere: quibus evidentissime declaravit tria sæpefata Capitula in præscriptione fidei Catholicæ & Apostolicæ Chalcedonensis Concilii fuisse damnata.

Post Consulatum Basilii v. c. anno xi. Reparatus Archiepiscopus Carthaginensis Ecclesiæ, Firmus Numidarum Episcoporum Primates, & Primasius, & Verecundus Concilii * Binzanteni Episcopi pro fidei causa ad urbem Regiam ejusdem præcepto Principis evocantur. Apollinarius Zoilo iii memorata capitula damnare nolenti Episcopus Alexandrinæ Ecclesiæ subrogatur.

* Byzaceni.

Post Consulatum Basilii v. c. anno xii. Reparatus Archiepiscopus plurimis calumniis impetitus pro eo, quod damnationi trium capitulorum memoratorum assensum non præbuit, officio sumptibusque privatus, Eucayda exilio relegatur: & Primasius Diaconus Apocrisiarius eius, postquam damnavit quæ sunt synodaliter atque universaliter defensata, eo superstite contra vota Cleri simulque & populi Episcopus Carthaginensis Ecclesiæ ordinatur.

Firmus Concilii Numidiæ primas donis Principis corruptus damnationi eorundem capitulorum assensum præbuit. Sed ad propria remeans in navi morte turpissima periit. Primasius quoque Aquimetensis monasterio relegatus. Sed Boëtio Primate Byzanceni concilii morte prævento, ut ei succederet, memoratæ damnationi protinus assensit, reversusque ad sua, quæ prius defendebat, validissimis persecutionibus impugnavit, fidelibusq; calumnias generando, eorumq; substantias auferendo. Sed in quibus peccavit, latere non potuit. Siquidem postquam à Catholicis sui Concilii Antistitibus pro suis prævaricationibus condemnatus infelici morte exstinguitur: & quæ conquisierat fraude, fideliter à Iudicibus aufceruntur Verecundus vero Ecclesiæ Nicensis Episcopus in defensione memoratorum perdurans Capitulorum Chalcedone urbe, ubi refugium fecerat, in diversorio gloriosæ matris Euphemiæ de hac vita migravit ad Dominum. Macarius Hierosolymitanus Episcopus ejicitur, & eo superstite Eustochius ordinatur.

Post Consulatum Basilii v. c. an. xiii. Constantinopolim Synodus Iustiniani Principis præcepto colligitur: cui præsules sedium aderant. Vigilius Romanus Episcopus, superstite Silverio, ordinatur: Apollinarius Alexandrinus, Zoilo vivente: Promotus Antiochenus * Dominus: * Eustochius, Macario remoto Hierosolymitano Episcopo, Episcopus factus: & Eutychius Constantinopolitanus, qui Menæ fuerat subrogatus. Ibi tria sæpefata Capitula cum defendentibus ea damnationi subjiciunt, sibique ipsis pœnitentiæ regres-

* Domnus alias Domninus.
* Eutocius.

regressum pœnaliter intercludunt, tali se perpetuo anathemate obstringentes, si aliquando absolvere tentaverint, quæ damnationis sententiæ subdiderunt. Quorum decretis Rusticus Romanæ Ecclesiæ Diaconus, & Felix Guillensis Monasterii Provinciæ Africanæ Hegumenos contradicentes scripto Thebaida in exilium cum suis sociis transmittuntur. His itaq; gestis terræmotus Vrbem Regiam à fundamentis concutiens ædificia plurima porticusque dejecit, & Basilicis consistentibus altaria pene cuncta prostravit.

Post Consulatum Basilii v. c. annor. XIV. Frontinus Episcopus ad Vrbem Regiam evocatus pro defensione trium eorundem Capitulorum *Antiochensi primæ Thebaidæ Civitatis exilio deputatur: & pro eo ab hæreticis Petrus Salonensi Ecclesiæ ordinatur.

* Antinoensi.

Proconsularis concilii Provinciæ Africanæ sacerdotes Rufini & Vini Episcoporum Reparati Archiepiscopi obtrectatorum arte delusi tanquam defensoribus fidei occurrunt, & Primasii Prævaricatoris Carthaginis Ecclesiæ communione, præter paucissimos, polluunt.

Dacius Mediolanensis Episcopus Constantinopolim venit, & damnationi eorundem trium Capitulorum consentiens eo die percussus occubuit.

Narses Eunuchus ex Præposito Patritius Totilam Gothorum regem prælio apud Italiam mirabiliter superat, ac perimit, & omnes ejus divitias tollit.

Post Consulatum Basilii v. c. anno XV. Concilii Numidiæ Episcopi ad instar Proconsularium Sacerdotum collecti Cartaginem veniunt, & Primasii ejusdem Ecclesiæ incubatoris communione polluti, prævaricatoresque effecti ad propria redeunt.

Victor Turunensis Ecclesiæ Episcopus hujus auctor operis post custodias simulque & plagas, quas Sala & Valericis perpessus, nec non in Monasterio de Mandra primo ac secundo exilio Egi Mauritaniæ insulæ, tertio Alexandrinæ una cum Theodoro Cebarsusitanæ Ecclesiæ Episcopo pro præfatorum trium Capitulorum defensione exilio mittitur: & carceri Castelli Dioclesiani post prætorianum carcerem truditur. Antiochenæ Anastasius Domnino succedit Episcopus.

Post Consulatum Basilii v. c. anno XVI. Primosus Carthaginensis incubator Ecclesiæ sibi nolentes assensum præbere nunc fustibus, nunc custodiis, nunc quoque exiliis affligit.

Victor & Theodosius antefati Episcopi Africani de carcere ejiciuntur: & post disputationes in Prætorio continuas dierum XV, ad aliam custodiam Monasterii Tabenensiotarum, quod est apud Canopum XII millibus ab urbe Alexandrina, mittuntur.

Post Consulatum Basilii v. c. anno XVII. Vigilius Romanus in insula Sicilia moritur. Eo tempore Felix Hegumenus Monasterii Gallitani exilio apud Sinopen de hac vita migravit ad Dominum.

Post Consulatum Basilii v. c. anno XIIX. Pelagius Romanus Archidiaconus trium præfatorum defensor Capitulorum Iustiniani Principis persuasione de exilio redit: & condemnans ea, quæ dudum constantissime defendebat, Romanæ Ecclesiæ Episcopus à prævaricatoribus ordinatur: qui fuit annis V.

Post Consulatum Basilii v. c. anno. XIX. Illyriciani Episcopi, præter parva monasteria paruosque fideles persecutiones passi consentiunt pristinam fidem in irritum deducentes. Eo tempore Ugni Armeniam gravissime vexaverunt.

Post Consulatum Basilii v. c. anno XX. Bulgares Thraciam invadunt, & usque ad Sucas Constantinopolim veniunt. Sergium Patritium, qui dudum Africanæ fuerat dux militiæ, capiunt: simulque distrahunt. Sed patritii Belisarii armis fortiter debellati, pariterque fugati Danubium transierunt.

Post Consulatum Basilii v. c. anno XXI. corpus Sancti Antonii Eremitæ repertum cum maximo honore Alexandriam perducitur, & in Basilica Sancti Ioannis Baptistæ honorifice collocatur.

Post Consulatum Basilii v. c. anno XXII. Frontinianus Salonensis Episcop. de exilio Antinoensi Ancyram Galatiæ transmutatur. Petrus ejus incubator Ecclesiæ moritur: & pro eo Prodinus substituitur.

Post Consulatum Basilii v. c. anno XXIII. Reparatus Archiepiscopus Carthaginensis Ecclesiæ exilio apud Euchaidam gloriosa confessione transit ad Dominum die VII Idus Ianuarii.

Eo anno Iustinianus Princeps legatos gentis * Abarorum, unde venerant facit *.

* Avarum.

Anno XXXVII imperii præfati Principis Justiniani, Pelagius Romanus Episcopus ordinatur: præfuit ann. XI.

Eustochius Hierosolymitanus Episcopus, qui fuerat Macario superstite ordinatus, ejicitur: & rursum Macarius reformatur.

Anno

Anno XXXVIII Imperatoris ejuſdem Muſicus, Brumaſius, Donatus, & Chryſonius Epiſcopi de Africa, & Victor, ac Theodorus Epiſcopus ſimiliter ex Ægypto ad Vrbem Regiam imperiali præcepto evocantur. Qui dum eidem Iuſtiniano Principi præſentes præſenti, & poſtea Eutychio Regiæ Vrbis Epiſcopo altercanti novæ ſuperſtitioni reſiſtunt, abinuicem ſegregati per monaſteria ejuſdem Vrbis cuſtodiæ mittuntur.

Anno XXXIX Imperii ſui Juſtinianus Eutychium Conſtantinopolitanum Epiſcopum damnatorem trium Capitulorum, & Euagrii Eremitæ Diaconi, ac Didymi Monachi & Confeſſoris Alexandrini, quorum laudes ſupra illuſtrium virorum ex auctoritate protulimus, exilio dirigit, & pro eo Iohannem ejuſdem erroris conſimilem Epiſcopum facit.

Eo anno Praſini apud Regiam Vrbem civile bellum faciunt, multoſque Reip. viros gladio frequenti congreſſione proſternunt. Sed eorum atroces plurimi poſtea à Juliano Præfecto extincti ſunt.

XL Imperii ſui anno Juſtinianus vitæ ſuſcepit finem indictione XV.

Theodorus Cabarſuſſitanus Epiſcopus defenſor trium Capitulorum exilio ad Vrbem Regiam eo menſe & die, quo Iuſtinianus, moritur: & juxta Confeſſores, quibus Vgnericus Vandalorum Rex linguas abſciderat, ſepelitur.

Iuſtinus junior Vigilantiæ ſororis Iuſtiniani Auguſti filius, patre Dulciſſimo natus cum tranquillitate populi magna Imperii ſumit ſceptra. Hujus conjunx Sophia Theodoræ Auguſtæ neptis aſſcritur.

Colliguntur omnes anni ab Adam primo homine, uſque ad navititatem D. N. Ieſu Chriſti ſecundum carnem, quæ facta eſt VMCXCIX. A navitate vero D. N. Ieſu Chriſti, quæ facta eſt XLIII Auguſti Octaviani Cæſaris imperii anno, uſque in annum Iuſtini primum Principis Rom. qui Iuſtiniano imperio ſucceſſit, anni DXXVII. Fiunt ſimul ab Adam, uſque in annum primum memorati Principis Rom. anni VMDCCLXVI.

HACTENUS VICTOR TUNUNENSIS
AB HINC HISTORIAM DUCIT VENERABILIS
PATER NOSTER
IOANNES ABBAS
MONASTERII BICLARIENSIS FUNDATOR.

Iſidorus de Viris illuſtribus cap. XLIV.

Joannes Gerundinenſis Eccleſiæ Epiſcopus nativitate Gothus, Provinciæ Luſitaniæ Scalabi natus. Hic quum eſſet adoleſcens, Conſtantinopolim perrexit, ibique Græca & Latina eruditione munitus, poſt decem & ſeptem annos in Hiſpaniam reverſus eſt eodem tempore, quo, incitante Leovigildo Rege, Arriana fervebat inſania. Hunc ſupradictus Rex, quum ad nefandæ hæreſis crudelitatem compelleret, & hic omnino reſiſteret, exilio truſus, & Barcinonem relegatus, per decem annos multas inſidias, & perſecutiones ab Arrianis perpeſſus eſt. Qui poſtea condidit Monaſterium, quod nomine BICLARO dicitur: ubi congregata Monachorum ſocietate ſcripſit regulam ipſi Monaſterio profuturam, ſed & cunctis Deum timentibus ſatis neceſſariam. Addidit in libro Chronicorum ab anno primo Juſtini junioris principatus, uſque in annum octavum Mauricii Principis Romanorum, & quartum Reccaredi regis annum hiſtorico, compoſitoque ſermone valde utilem hiſtoriam: & multa alia ſcribere dicitur, quæ ad noſtram notitiam non pervenerunt.

POST Euſebium Cæſarienſis Eccleſiæ Epiſcopum, Hieronymum toto orbe notum Presbyterũ, nec non & Proſperum virum religioſum, atq; Victorem Tununenſis Eccleſiæ Africanæ Epiſcopum, qui hiſtoriam omnium pene gentium ſumma brevitate & diligentia contexere viſi ſunt, & uſq; ad noſtram ætatem congeriem perduxerunt annorũ, & quæ acta ſunt in mundo, ad agnitionem noſtram tranſmiſerunt: nos ergo in adjutorio D. N. Ieſu Chriſti, quæ temporibus noſtris acta ſunt, ex parte quod oculata fide pervidimus, & ex parte quæ ex relatu fidelium didicimus, ſtuduimus ad poſteros noteſcenda brevi ſtilo tranſmittere.

Quintadecima ergo Indictione, ut dictũ eſt, Iuſtiniano mortuo, Iuſtinus junior nepos ejus Romanorum efficitur imperator.

ROMA-

ROMANORUM LIII regnat Justinus junior annis XI, qui Justinus anno primo regni sui ea, quæ contra Synodum Chalcedonensem fuerant commentata, destruxit, symbolumque sanctorum CL Patrum Constantinopoli congregatorum, & in Synodo Chalcedonensi laudabiliter receptum, in omni Catholica Ecclesia à populo concinendum intromisit, priusquam Dominica dicatur oratio.

Armeniorum gens, & Iberorum, qui à prædicatione Apostolorum Christi susceperunt fidem, dum à Cosdra Persarum Imperatore ad culturam idolorum compellerentur, renuentes tam impiam jussionem, Romanis se cum provinciis suis tradiderunt: quæ res inter Romanos & Persas pacis fœdera rupit.

Anno II memorati Principis, in Regia Urbe Ætherius & Additus Patritii, dum Iustino mortem vellent veneno potius, quam ferro per medicos inferre, detecti capitali sententia puniri jussi, prior à feris devoratus, secundus incendiis concrematus interiit. Justinus filius Germani Patritii, consobrinus Justini Imperatoris, factione Sophiæ Augustæ in Alexandria occiditur. His temporibus Athanaildus rex Gothorum in Hispania vitæ finem suscepit: & Luiba pro eo in regnum provehitur.

Anno III Justini Imp. Garamantes per legatos paci R. P. & fidei Christianæ sociari desiderantes poscunt: qui statim utrunque impetrant. Theodorus præfectus Africæ à Mauris interfectus est. Mauritarum gens his temporibus fidem recipit. Hujus imperii anno III Leovigildus germanus Luibani Regis, superstite fratre, in regnum citerioris Hispaniæ constituitur: Gosuintham relictam Athanaildi in conjugium accipit: & provinciam Gothorum, quæ jam pro rebellione diversorum fuerat diminuta, mirabiliter ad pristinos revocat terminos.

Anno IV Justini Imp. qui est Leovegildi Regis secundus annus, Theoctistus Magister militum provinciæ Africanæ à Mauris bello superatus interiit.

Leovegildus Rex loca Bastaniç & Malacitanæ urbis, repulsis militibus, vastat: & victor solio redit. Justinus Imper. per Tiberium excubitorum comitem in Thracia bellum genti Barbarorum ingerit, & victor Tiberius Constantinopolim redit, In provincia Gallæciæ, Miro post Theodomirum Suevorum Rex efficitur.

Anno V Iustini Imp. qui est III Leovegildi Regis annus, Iustinus Imperator Armeniam & Iberiam, repulsis Persis, Romanas provincias facit: & bellum Persarum Imp. per duces *parcit. Amabilis Magister militiæ Africanæ à Mauris occiditur. Leovegildus Rex Asinodam fortissimam civitatem proditione cujusdam Frainidanei nocte occupat: & militibus interfectis memoratam urbem ad Gothorum revocat jura. Donatus Abbas monasterii Pernitani mirabilium operator clarus habetur.

* Peragit.

Anno VI Iustini Imp. qui est Leovegildi Regis IV annus, Gepidarum regnum finem accepit, qui à Longobardis prælio superati, Cunicmundus Rex campo occubuit: & thesauri ejus per Trasaricum Arrianæ sectæ Episcopum, & Reptilanem Cunicmundi nepotem Iustino Imp. Constantinopolim ad integrum perducti sunt. Leovegildus Rex Cordubam civitatem diu Gothis rebellem nocte occupat, & cæsis hostibus propriam facit: multasque urbes & castella, interfecta rusticorum multitudine, in Gothorum dominium revocat. Miro Suevorum Rex bellum contra Aragones movet. Domnus Helenensis Ecclesiæ Episcopus clarus habetur.

Anno VII Iustini Imp. qui est Leovegildi V annus, Alboinus Longobardorum Rex factione conjugis suæ à suis nocte interficitur. Thesauri vero ejus cum ipsa Regina in Reip. Romanæ ditionem obveniunt: & Longobardi sine Rege & thesauro remansere. His diebus Luiba Rex vitæ finem accepit: & Hispania omnis in regno & potestate Leovegildi Regis Galliaque Narbonensis concurrit. Iustinus Imperator gravi infirmitate concutitur: quæ infirmitas ab aliis quidem cerebri motio, ab aliis Dæmonum vexatio putabatur. In Regia Urbe mortalitas inguinalis plagæ exardescit: in qua multa millia hominum vidimus defuisse. Leovegildus Rex Sabariam ingressus Sapos vastat, & provinciam ipsam in suam redigit ditionem: duosque filios suos ex amissa conjuge Ermenegildum & Recaredum consortes regni facit. Legati gentis Macuritarum Constantinopolim veniunt: dentes elephantinos, & camelopardalim Justino Principi munera afferentes sibi cum Romanis amicitias collocant. Post Johannem Romanæ Ecclesiæ Benedictus ordinatur Episcopus. Præfuit annis IV. Mausona Emeritensis Ecclesiæ Episc. in nostro dogmate clarus habetur.

Anno

Anno IIX Justini, qui est Leovegildi VI annus, Persæ cum Romanis pacis fœdera rumpunt: & congressione facta Daras civitatem fortissimam bello superant, & cæsa multitudine Romanorum memoratam urbem ingressi depopulati sunt.

His diebus Leovigildus Rex Cantabriam ingressus provinciæ pervasores interficit: Amaya occupat: opes eorum pervadit, & provinciam in suam revocat ditionem.

Justinus Imp. Tiberium, quem superius Excubitorum Comitem diximus, Cæsarem facit, & non multo post imperiali fastigio provehit, & Reip. principem designat. Hujus Tiberii Cæsaris die prima in Regia Urbe inguinalis plaga sedata est.

Anno IX Justini Imperatoris, qui est Leovevildi Regis VII annus, Cosdroes Persarum Imperator cum nimia multitudine exercitus ad vastandos Romanorum terminos promovet: cui Justinianus Dux Romanæ militiæ, & Magister militum Orientis à Tiberio destinatus bellum parat: & in campos, qui inter Daras & *Nezinios ponuntur, forti pugna congressus, habens secum gentes fortissimas, quæ barbaro sermone Hermam nuncupantur, memoratum Imperatorem bello superat. Quo cum suo exercitu in fugam verso, castra ejus pervadit: & provinciæ Persidæ fines victor Iustinianus vastat, exuviasque eorum pro triumpho Constantinopolim dirigit, XXIV Elephantos inter cætera, qui magnum spectaculum Romanis in Urbe Regia exhibuerunt. Prædam vero de manubiis Romanorum . . . . Persarum multitudo ob nimiam vilitatem nummo publico venundata sunt. Leovegildus Rex * Aregenses * montibus ingreditur. Aspidium loci Seniorem cum uxore & filiis captivos ducit, opesque ejus ac loca in suam redegit potestatem. Aramundarus Saracenorum Rex Constantinopolim venit, & cum stemate suo, & donis Barbariæ Tiberio Principi occurrit. Qui à Tiberio benigne exceptus, & donis opimis exornatus ad patriam abire permissus est.

* Neziuios.

*Aragonenses.
*montes.

Anno X Iustini Imp. qui est Leovegildi Regis VIII annus, Bandarius gener Justini Principis à Longobardis prælio vincitur: & non multò post vitæ finem accipit. Romanus filius Anagasti Patritii, Magister militiæ genti Suevorum Regem vivum cœpit: quem cum suo thesauro, uxore, & filiis Constantinopolim adducit, & provinciam ejus in Romanorum dominium redigit. Leovegildus Rex in Gallæcia Suevorum fines conturbat. & à Rege Mirone per legatos rogatus pacem eis pro parvo tempore tribuit. Sclavini in Thracia multas urbes Romanorum pervadunt: quas depopulatas vacuas reliquere. Abares litora maris captiose obsident, & navibus litora Thraciæ navigantibus satis infesti sunt. Post Benedictum Romanæ Ecclesiæ Pelagius junior ordinatur Episcopus. Præest ann. XI.

Anno XI regni sui Justinus diem clausit extremum, & Tiberius singulare obtinuit imperium.

ROMANORUM LIV Tiberius regnat annis VI.

Anno ergo primo imperii Tiberii, qui est Leovigildi annus IX, Abares Thracias vastant, & Regiam urbem à muro longe obsident. Leovigildus Rex Orospedam ingreditur, & civitates atque castella ejusdem provinciæ occupat, & suam provinciam facit: & non multo post inibi Rustici rebellantes à Gothis opprimuntur: & post hæc integra à Gothis possidetur Orospeda.

Anno II Tiberii Imperatoris, qui est Leovigildi annus X, Gennadius Magister militum in Africa Mauros vastat: Gasmulem fortissimum Regem, qui jam tres Duces superius nominatos Romani exercitus interfecerat, bello superat, & ipsum Regem gladio interficit. Tiberius Mauricium Excubitorum Comitem Magistrum militiæ Orientis instituit, & ad repugnandum Persis direxit. Romani contra Longobardos in Italia lacrymabile bellum gerunt.

Leovegildus Rex extinctis undique tyrannis, & pervasoribus Hispaniæ superatis sortitus requiem propria cum plebe resedit, & civitatem in Celtiberia ex nomine filii condidit, quæ Recopolis nuncupatur: quam miro opere, & mœnibus, & suburbanis adornans privilegia populo novæ urbis instituit. Joannes Presbyter Ecclesiæ Emeritensis clarus habetur.

Anno III Tiberii Imp. qui est Leovigildi XI annus, Abares a finibus Thraciæ pelluntur, & partes Græciæ, atque Pannonis occupant. Leovegildus Rex Hermengildo filio suo filiam Sisberti Regis Francorum in matrimonium tradit: & provinciæ partem ad regnandum tribuit. Leovigildo ergo quieta pace regnante adversariorum domestica rixa conturbat. Nam eodem anno filius ejus Hermenegildus factione Gosuinthæ Reginæ tyrannidem assumens in Hispali civitate rebellione facta

facta recluditur, & alias civitates atque castella secum contra patrem rebellare facit. Quæ caussa in provincia Hispaniæ tam Gothis, quam Romanis majoris exitii, quam adversariorum infestatio fuit. Novellus Complutensis Episcopus clarus habetur.

Anno IV Tiberii, qui est Leovegildi XII annus, Mauricius Magister militum Orientis contra Persas bellum movet, & repulsa Persarum multitudine in Oriente hiemavit. Leovigildus Rex in urbem Toletanam Synodum Episcoporum Sectæ Arrianæ congregat, & antiquam hæresim novello errore emendat dicens de Romana religione ad nostram Catholicam fidem venientes non debere baptizari, sed tantummodo per manus impositionem, & communionis præceptionem * pollui & gloriam Patri per Filium in Spiritu sancto * dare. Per hanc ergo seductionem plurimi nostrorum cupiditate potius impulsi in Arrianum dogma declinant.

* ablui

* dati.

Anno V Tiberii, qui est Leovegildi XIII annus, Longobardi in Italia Regem sibi ex suo genere eligunt vocabulo Antarich, cujus tempore & milites Romani omnino sunt cæsi: & terminos Italiæ Longobardi sibi occupant. Sclavinorum gens Illyricum, & Thracias vastant.

Leovegildus Rex partem Vasconiæ occupat, & civitatem, quæ Victoriacum nuncupatur, condidit. Tiberius Imperator Magistro militum Orientis filiam suam in conjugium tradit.

Anno VI Tiberii, qui est Leovegildi XIV annus, Tiberius vitæ terminum dedit, & Mauricius pro eo Romanorum Imperator efficitur.

ROMANORUM XV MAURICIUS regnat annos XX Leovegildus Rex exercitum ad expugnandum tyrannum filium colligit.

Anno ergo primo Mauricii Imperatoris, qui est Leovegildi Regis XV annus, Leovegildus Rex civitatem Hispalensem congregato exercitu obsidet, & rebellem filium gravi obsidione concludit: in cujus solatio Miro Suevorum Rex ad expugnandam Hispalim devenit, ibique diem clausit extremum: cui Eburicius filius in provincia Gallæciæ in regnum succedit. Interea Leovegildus Rex supradictam civitatem nunc fame, nunc ferro, nunc Bætis conclusione omnino conturbat.

Anno II Mauricii Imperatoris, qui est Leovegildi XVI annus, Leovegildus muros Italicæ antiquæ civitatis restaurat: quæ res maximum impedimentum Hispalensi populo exhibuit. His diebus Andeca in Gallæcia Suevorum regnum cum tyrannide assumit: & Sisegunciam relictam Mironis Regis in conjugium accepit: Eboricum regno privat, & Monasterii monachum facit. Leovegildus Rex filio Hermenegildo ad Rempubl. commigrante, Hispalim pugnando ingreditur: Civitates, & Castella, quas filius occupaverat, cepit, & non multo post memoratum filium in Cordubensi urbe comprehendit, & regno privatum in exilium Valentiam mittit.

Mauricius Imperator contra Longobardos, Francos per conductelã movet: quæ res utrique genti non parva contulit damna.

Eutropius Abba Monasterii Servitani discipulus sancti Donati clarus habetur.

Anno III Mauricii, qui est Leovegildi XVII annus, Mauricius per Duces bellum infert. Leovegildus Rex Gallæcias vastat. Andecanim Regem comprehensum regno privat. Suevorum gentem, thesaurum, & patriam suam in potestatem redigit, & Gothorum provinciam facit. Hermenegildus in urbe Tarraconensi à Sisberto interficitur.

Franci Galliam Narbonensem occupare cupientes cum exercitu ingressi: in quorum congressionem Leovegildus Recaredum filium obviam mittens: & Francorum est ab eo exercitus repulsus, & provincia *Gallæciæ ab eorum infestatione est liberata. Castra vero duo quum nimia hominum multitudine unum pace, alterum bello occupat. Castrum vero, qui Hodierno vocatur, tutissimum valde in ripa Rodani fluminis ponitur: quod Recaredus Rex fortissima pugna aggressus obtinuit: & victor ad patrem patriamque redit. Andeca vero regno privatus tondetur, & honore Presbyteri post regnum honoratur. Non dubium quod in Eiborico Regis filio rege suo fecerat, patitur: & exilio Pacensi urbe relegatur. Malaricus in Gallæcia tyrannidem assumens quasi regnare vult: qui statim à Ducibus Leovegildi oppressus comprehenditur, & Leovegildo vinctus præsentatur. Leander Hispalensis Eccles. Episc. clarus habetur.

* Galliæ

Anno IV Mauricii Imperatoris, qui est Leovegildi Regis XVIII annus, Anthane Longobardorum Rex cum Romanis congressione facta superat, & cæsa multitudine militum Romanorum Italiæ fines occupat.

Hoc anno Leovegildus Rex diem clausit extremum: & filius ejus Recaredus cum tranquillitate regni ejus sumit sceptra.

Anno v Mauricii Imperatoris Romanorum, qui est Recaredi Regis primus feliciter annus, Mauricius Theodosum filium suum ex filia Tiberii Imp. natum Cæsarem facit. Pelagio juniore mortuo, Romanæ Ecclesiæ Gregorius in Episcopatum succedit. Præest annis xv. Romani per Francorum adjutorium Longobardos vastant, & provinciæ Italiæ partem in suam redigunt potestatem. Sisbertus interfector Hermegildi morte turpissima perimitur. Recaredus primo regni sui anno, mense x, Catholicus, Deo juvante, efficitur, & sacerdotes Sectæ Arrianæ sapienti colloquio aggressus ratione potius, quam imperio converti ad Catholicam fidem facit: gentemque omnium Gothorum & Suevorum ad unitatem & pacem revocat Christianæ Ecclesiæ. Sectæ Arrianæ, gratiâ divina, in dogmate veniunt Christiano.

Desiderius Francorum Dux Gothus satis infestus à Ducibus Recaredi Regis superatur: & cæsa Francorum multitudine in campo moritur.

Recaredus Rex aliena à prædecessoribus direpta & fisco sociata placabiliter restituit. Ecclesiarum & Monasteriorum conditor & ditator efficitur.

Anno vi Mauricii, qui est Recaredi ii annus, quidam ex Arrianis Sunna Episcopus, & Seggo cum quibusdam tyrannidem assumere cupientes deteguntur. Convicti Sunna exilio truditur, & Seggo mánibus amputatis in Gallæciam exulans mittitur. Mauricius Theodosium filium, quem supra Cæsarem diximus, Romanorum Imperatorem facit.

Anno vii Mauricii, qui est Recaredi Regis iii annus, Uldila Episcopus cum Gosuintha Regina insidiantes Recaredo manifestantur: & fidei Catholicæ communionem, quam sub specie Christiana quasi sumentes projiciunt, publicantur. Quod malum in cognitionem hominum deductum, Uldila exilio condemnatur: Gosuintha vero Catholicis semper infesta vitæ tunc terminum dedit. Francorum exercitus à Gonterano Rege transmissus, Bosone Duce, in Galliam Narbonensem obveniunt, & juxta Carcassonensem urbem castra metati sunt. Cui Claudius Lusitaniæ Dux à Recaredo Rege directus obviam inibi occurrit: cum quo congressione facta, Franci in fugam vertuntur: & direpta castra Francorum: & exercitus à Gothis cæditur. In hoc ergo certamine gratia divina, & fides catholica, quam Recaredus Rex in Gothis fideliter adeptus est, esse noscitur operata: quoniam non est difficile Deo nostro, * si in paucis una in * multis detur victoria. Nam Claudius Dux cum ccc viris lx millia ferme Francorum noscitur infugasse, & maximam eorum partem gladio trucidasse. Non immerito Deus laudatur temporibus nostris in hoc prælio esse operatus, qui similiter ante multa temporum spatia per manum Ducis Gedeoni mccc viris multa millia Madianitarum Dei populo infestantium noscitur extinxisse.

* si paucis
* multos

Anno iix Mauricii Imperatoris, qui est Recaredi iv annus, sancta Synodus Episcoporum totius Hispaniæ, Galliæ, & Gallæciæ in urbe Toletana, præcepto Principis Recaredi congregatur Episcoporum numero lxxii. in qua Synodo intererat memoratus Christianissimus Recaredus ordinem conversionis suæ & omnium Sacerdotum, vel gentis Gothicæ confessionem tomo scriptam manu sua Episcopis porrigens, & omnia, quæ ad professionem fidei Orthodoxæ pertinent, innotescens cujus tomi ordinem decrevit sancta Episcoporum Synodus Canonicis applicare monumentis. Summa tamen Synodalis negotii penes sanctum Leandrum Hispalensis Ecclesiæ Episcopum, & beatissimum Eutropium Monasterii Servitani Abbatem fuit. Memoratus vero Recaredus Rex, ut diximus, sancto intererat Concilio renovans temporibus nostris antiquum Principem Constantinum Magnum sanctam Synodum Nicenam sua illustrasse præsentia: nec non & Martianum Christianissimum Imperatorem, cujus instantia Chalcedonensis Synodi decreta formata sunt. Siquidem & in Nicena urbe hæresis Arriana & initium sumpsit, & damnationem meruit, radicibus non amputatis Chalcedone vero Nestorius & Eutychius una cum Dioscoro ipsorum patrono, & hæresibus propriis condemnati sunt. In hac vero sancta Toletana Synodo Arrii perfidia post longas Catholicorum neces atque innocentium strages ita radicitus amputata est, insistente Principe memorato Recaredo Rege, ut ulterius non pullulet, Catholica ubique pace data Ecclesiis. Hæc ergo nefanda hæresis, secundum quod scriptum est, *De domo Domini exiet tentatio ab Alexandria, &c.* detegente sancto Alexandro ejusdem urbis Episcopo, per Arrium Presbyterum inolevit: qui in Nicena Synodo cccxiix Episcoporum judicio, vigesimo imperii Constan-

ſtantini ſenioris anno ſynodaliter damnationem cum proprio errore ſuſcepit. Quæ poſt hæc non ſolum Orientis, & Occidentis partem maculavit, ſed & Meridianam & Septentrionis plagam, & ipſas inſulas ſua perfidia irretivit. A vigeſimo ergo Conſtantini Principis anno, quo tempore Hæreſis Arriana initium ſumpſit, uſque in octavum annum Mauricii Principis Romanorum, qui eſt Recaredi quartus regni annus, anni ſunt CCLXVI, quibus Eccleſia Catholica hujus Hæreſis infeſtatione laboravit. ſed favente Deo vicit, quoniam fundata eſt ſuper petram. In his ergo temporibus, quibus omnipotens Deus, proſtrato veternoſæ Hæreſis veneno, pacem ſuæ reſtituit Eccleſiæ, Imperator Perſarum Chriſti ſuſcepit fidem, & pacem cum Mauricio Imperatore firmavit. Recaredo ergo Orthodoxo quieta pace regnante, domeſticæ inſidiæ prætenduntur. Nam quidam ex cubiculo ejus etiam Provinciæ Dux, nomine Argimundus, adverſus Recaredum Regem tyrannidem aſſumere cupiens, ita ut, ſi poſſet, eum & regno privaret & vita. Sed nefandi ejus conſilii detecta machinatione, comprehenſus, & in vinculis ferreis redactus, habita diſcuſſione, ſocii ejus impiam machinationem confeſſi condigna ſunt ultione interfecti. Ipſe autem Argimundus, qui regnum aſſumere cupiebat, primum verberibus interrogatus, deinde turpiter decalvatus, poſt hæc dextra amputata, exemplum omnibus in Toletana urbe Aſino ſedens pompizando dedit, & docuit famulos dominii non eſſe ſuperbos.

CHRONICI IOAN. ABBATIS BICLAR. FINIS.

IDATII EPISCOPI CHRONICON ET FASTI CONSVLARES.

Ex editione IAC. SIRMONDI
Lutetiæ Pariſ. MDCXIX.

LECTORI.

De Chronico & Faſtis Idatii.

IDATII Chronicon, cujus excerpta tantum quædam ab Henrico Caniſio primùm, deinde à Joſepho Scaligero edita fuerant, integrum nunc demum indidem prodit, unde nuper Romæ vulgari cœptum eſt. ex antiquo videlicet codice noſtro, quem qui Romanam editionem curavit, quia Pariſiis eſſe audiverat, Pariſienſem appellavit: nos Metenſem potius dicturi eramus quòd Metis olim exſcriptum arbitremur; inde certè ad nos ex Monaſterio non ignobili nec obſcuro pervenerit. Quanti autem meritò eſſe debeat hic libellus, tute; Lector, ſtatim agnoſces. Intelliges enim, non ſolùm ab hoc fonte hauſta ea eſſe, quæ de Gothorum, Suevorum, aliarúmque gentium rebus in Hiſpania Galliáque per ea tempora geſtis, apud Iſidorum, & alios ſcriptores, non aliis fermè quàm Chronici hujus verbis contexta leguntur: ſed alia præterea tum ad ſacram, tum ad civilem hiſtoriam plurima hîc doceri, quæ ut ceteris omnibus intacta qui extant, ipſi nos etiam, niſi ab Idatio prodita eſſent, ignorare cogeremur. Facile ergo judicabis, publici uſus fuiſſe, ut non diutius hoc beneficio careremus. Nec verò minor; ut ſpero, erit gratia Faſto-

rum Consularium, quos Chronico adjecimus, Idatianósque jam alibi nominavimus: non tam quòd in eodem codice Idatii Chronico subjiciebantur; quàm quòd rerum & verborum in utroque opere affinitas & cognatio, epocharúmque & temporum par observatio, totius denique scriptionis color idem ac genius eundem utriusque auctorem fuisse satis ostendant, tametsi auctoris nomen nullum præferat Inscriptio, quæ his verbis ibi concepta est, DECLARATIO CONSULUM EX QUO PRIMUM ORDINATI SUNT. Etsi porrò in exemplari nostro procedebant hi Fasti ad secundum usque Anthemii Consulatum, hoc est ad ea tempora, in quibus Idatii Chronicon desinit, atque à primis orsi Consulibus, omnia exinde ad eum usque annum paria Consulum percensebant: nobis tamen, dum aliud consilium dies proferat, satius in præsens visum est, eam duntaxat partem edi, quæ & ab antiquariis minùs fuerat depravata, & memorabilium rerum varietate, atque fructu tibi acceptior, jucundiórque fore videbatur. Fruere itaque, Lector, & vale.

DE NUMERORUM NOTIS, QUÆ CHRONICI ET FASTORUM marginibus affixæ sunt.

IN Chronico Idatii, præter Olympiadas, & singulorum Imperatorum annos, qui ordine digeruntur, duo præcipuè numeri adnotantur. Unus major, cujus initium ducitur ab Abrahamo, hoc est ab exordio Chronici Eusebiani. Nam cùm Eusebii Chronicon continuaret Idatius, consequens erat, ut illius etiam epochas sectaretur. Hic igitur prior numerus est Eusebianus. Alter est æra Hispanica, quam in Fastis quoque, ut Hispanis usitatam & familiarem adjecit. Hæc verò Christi natalem XXXVIII. *tantùm annis antecedit, cùm numerus Eusebianus præcedat annis* $\overline{\text{II}}$. XV. *Quare si adsignata æra, Christi annum indagari placet, deducendi ab æra sunt anni* XXXVIII. *Verbi gratia, Barbarorum in Hispanias ingressum in Chronico pag.* 10. *& in Fastis pag.* 63. *contigisse notat æra* CCCCXLVII. *deduc annos octo & triginta, reliqui fiunt* CCCCIX. *Is ergo Christi annus fuit, cùm Barbari in Hispanias penetrarunt. Quod sanè confirmant reliqui etiam characteres, qui unà ibidem comparantur. Olympias enim* CCXCVII. *& Consules Honorius* VIII. *Theodosius* III. *& feria tertia quarto Calendas Octobris, omnia congruunt anno Christi* CCCCIX. *Rursus pag.* 40. *prodigia quædam in Gallæcia* VI. *Nonas Martias visa, eámque feriam sextam fuisse narrat in Chronico, æra quingentesima. Si de quingentis tollantur* XXXVIII. *restant* CCCCLXII. *Annus ergo Christi fuit* CCCCLXII. *in quem & feria item illa quadrat, & Severi Aug. qui Majoriano successit, annus secundus, cui hæc adscripta sunt. Atque in hunc modum ratiocinari in ceteris licebit, nisi si quando numeri suis locis antiquariorum culpa moti scrutantium industriam & conatum eludent.*

VETERVM DE IDATIO TESTIMONIA.

Leo Magnus sub finem epistolæ XCI. *ad Turibium Episcopum Asturicensem.*

SI autem aliquid, quòd absit, obstiterit, quo minus possit celebrari generale Concilium, Gallæciæ saltem in unum conveniant Sacerdotes. quibus congregatis fratres nostri HYDATIUS & Ceponius imminebunt, conjuncta cum eis instantia tua, quo citius vel provinciali conventu remedium tantis vulneribus adferatur. *Neque enim mihi dubium, quin hìc noster sit Hydatius, Episcopus Gallæciæ, qui unà cum Turibio, ut Chronici pagina* 24. *declarat, adversus hæreticos laborabat. Hydatium autem, Ὑδάτιον, origine Græca dictum fuisse verisimile est, cùm ita quoque scribatur in eodem exemplari nostro, & apud Sigebertum, & alios.*

Ex

Ex Libello de XII. *Scriptoribus Ecclesiasticis, qui Isidoro & Ildefonso subjici solet.*

IDATIUS provinciæ Gallæciæ Episcopus, secutus Chronicam Eusebii Cæsariensis Episcopi, seu Hieronymi presbyteri, quæ usque hodie in Valentis Augusti imperium edita declaratur, dehinc ab anno primo Theodosii Augusti, usque in annum imperii Leonis VIII. subjunctam sequitur historiam: in qua magis barbararum gentium bella crudelia narrat, quæ premebant Hispaniam. Decessit sub Leone principe, ultima jam penè senectute, sicut etiam præfationis suæ demonstrat initio.

Sigebertus de viris Illustribus, cap. XVIII.

IDATIUS Lemicæ Hispaniarum urbis Episcopus Chronicam initiatam à primo Theodosii Imperatoris Consulatu composuit. *In vulgari Chronico Sigeberti Idatius Chronicon suum perduxisse dicitur ad Christi usque annum* CCCCXC. *Zenonis Augusti* XVII. *quod falsum est, cum viginti antè minimum annis sub Leone Augusto scribendi vivendique finem fecerit, ut superiora declarant.*

PRÆFATIO.

IDATIUS servus D. N. JESU Christi universis fidelibus in Domino nostro JESU Christo, & servientibus ei in veritate salutem.

PROBATISSIMORUM *in omnibus virorum studia, quos præcipuè in fide Catholica, & conversatione perfecta testes veritatis divini cultus docet adsertio, ut ornantur decore dictorum, ita & commendantur honore meritorum, ut miram in omni opere suo obtineant firmitatem. Verùm* IDATIUS *provinciæ Gallæciæ natus in Lemica civitate, mage divino munere, quàm proprio merito, summi præsul creatus officii, ut extremus plagæ, ita extremus & vitæ, perexiguum informatus studio seculari, multo minus docilis sanctæ lectionis volumine salutari; sanctorum & eruditissimorum patrum in præcedenti opere suo, pro capacitate proprii sensus aut verbi, ostensum ab his secutus exemplar. Quorum primus Eusebius Cæsariensis Episcopus, qui Ecclesiasticas sui numeri libris scripsit historias, ab initio Nini regnantis Assyriis, & sancti Abrahæ Patriarchæ Hebræis, & reliquorum contemporales his annos regum, in vicesimum Constantini Augusti quo imperabat annum, Græci sermonis Chronographiæ concludit historia. Post hunc successor syngrapheus perfectus universis factorum dictorúmque monimentis, Hieronymus presbyter, idem Eusebius cognomento, de Græco in Latinum scripturæ hujus interpres, à vicesimo anno supradicti Imperatoris in quartum decimum Valentis Augusti annum subditam texit historiam. Esto ut in sanctis quibus deguit Hierosolymorum locis, à memorato Valentis anno in tempus, quo in præsenti vita duravit, fortè quamplurima de his quæ sunt insecuta subjecerit: quia haud unquam, dum valuit, à diverso styli opere cessavit. Quem quodam tempore propriæ peregrinationis in supradictis regionibus adhuc infantulus vidisse me certus sum. Qui post aliquot annos beato ut erat mansit in corpore. Si tunc proprio operi quod subdidit aliqua subjunxerit, apud eos, ad quos scriptorum ejus omne opus vel summa pervenit, certa & plena cognitio est. Sed quoniam in cujusdam studii sui scriptura dixisse eum constat, debacchantibus jam in Romano solo barbaris omnia haberi permixta, atque confusa, opinamur ex hujus indicio sermonis, in hoc per se annorum volumine subdito de successione temporum ab ipso nihil adjectum. Tamen quia ad nostri temporis cursum, ut superior lectio docet, descriptio defluxit annorum, cùm membrana hujus historiæ curam contigisset expertis, mentem monuit imperiti, ut de cognitis, etsi in omnibus impari gressu, vel vestigiis se substerneret præcessorum. Quæ fideli suscipiens cordis intuitu, partim ex studio scriptorum, partim ex certo aliquantorum relatu, partim ex cognitione quam jam lacrymabile propriæ vitæ tempus ostendit, quæ subsequuntur adjecimus. Quorum continentiam gestorum & temporum, qui legis ita discernes. Ab anno primo Theodosii Augusti in annum tertium Valentiniani Augusti, Placidiæ reginæ filii, ex supradicto à nobis conscripta sunt studio, vel ex scriptorum stylo, vel ex relationibus indicantium. Exin immerito adlectus ad Episcopatus officium, non ignarus omnium miserabilis temporis ærumnarum, & conclusi in angustias imperii Romani metas subdidimus ruituras, & quod est luctuosius, intra extremam universi orbis Gallæciam deformem Ecclesiastici ordinis statum, creationibus indiscretis honestæ libertatis interitum, & universæ propemodum in divina disciplina religionis occasum ex furentium dominantem permixta iniquarum perturbatione nationum. Hæc jam quidem inserta; sed posteris in temporibus quibus offenderint, reliquimus consummanda.*

IDATII EPISCOPI CHRONICON.

ROMANORUM xxxix. Theodosius per Gratianum in consortium regni adsumptus, cum ipso, & Valentiniano juniore regnat annis xvii.

1 Theodosius natione Hispanus, de provincia Gallæcia, civitate Cauca, à Gratiano Augustus appellatur.

Inter Romanos, & Gothos multa certamina conferuntur.

2 Theodosius Constantinopolim ingreditur in primo consulatu suo, quem cum Gratiano agebat Augusto.

Olymp. ccxc. Alexandriæ xxi. habetur episcopus Theophilus vir eruditissimus, insignis, qui à primo consulatu Theodosii Augusti Laterculum per centum annos digestum de Paschæ observatione conscripsit.

3 Athanaricus rex Gotthorum apud Constantinopolim decimo quinto die ex quo à Theodosio fuerat susceptus, interiit.

ccccxx. vii. Jobeleus ex quo Dominus ascendit. 4 Gothi infida Romanis pace se tradunt.

Ambrosius in Italia Mediolani episcopus, Martinus in Galliis Turonis episcopus, & vitæ meritis, & patratis miraculis virtutum habentur insignes.

5 Theodosius Arcadium filium suum Augustum appellans regni facit sibi esse consortem.

ii. cccc. 6 Honorius nascitur filius Theodosii.

Legati Persarum ad Theodosium Constantinopolim veniunt.

Olymp. ccxci. 7 Greothingorum gens à Theodosio superatur.

Priscillianus declinans in hæresim Gnosticorum, per episcopos, quos sibi in eadem pravitate collegerat, Abulæ episcopus ordinatur. qui aliquot Episcoporum conciliis auditus, Italiam petit, & Romam. Ubi ne ad conspectum quidem sanctorum episcoporum Damasi, & Ambrosii receptus, cum his cum quibus iverat, redit ad Gallias. Inibi similiter, à sancto Martino episcopo, & ab aliis episcopos hæreticus judicatus, appellat ad Cæsarem; quia in Galliis his diebus potestatem tyrannus Maximus obtinebat imperii.

8 Arcadii quinquennalia celebrantur.

Romanæ ecclesiæ xxxvi. habetur episcopus Siricius.

9 Priscillianus propter supradictam hæresim ab episcopatu depulsus, & cum ipso Latronianus laicus, aliquantique sectatores ejus apud Trevirim sub tyranno Maximo cæduntur. Exin in Gallæciam Priscillianistarum hæresis invasit.

10 Maximus tyrannus occiditur per Theodosium tertio lapide ab Aquileia quinto Kalendas Augustas: & eodem tempore, vel ipso anno in Galliis per Arbogastem Comitem filius Maximi nomine Victor extinctus est.

Cynegius Theodosii præfectus habetur illustris, qui factis insignibus præditus, & usque ad Ægyptum penetrans gentium simulacra subvertit.

11 Theodosius cum Honorio filio suo Romam ingressus est. Olymp. ccxcii.

12

13

14 Valentinianus junior apud Viennam scelere Comitis Arbogasti occiditur, & Eugenius tyrannus efficitur. ccccxxx.

15 Olymp. ccxciii.

16 Eugenius à Theodosio Augusto superatus occiditur. ii. ccccx.

17 Theodosius in valetudine hydropis apud Mediolanum defunctus est anno regni sui xvii. Et iste annus, qui Theodosii xvii. ipse Arcadii. & Honorii in initio regni eorum primus est. quod ideo indicatur, ne Olympiadem quinque annorum turbet adjectio, in hoc loco tantum propter regnantum inserta principum.

1 ROMANORUM xl. Arcadius, & Honorius Theodosii filii defuncto patre regnant annis xxx.

2

3 [Romanæ Ecclesiæ xxxvii. habetur episcopus Anastasius.] Olymp. ccxciv.

4

5 In provincia Carthaginiensi in civitate Toleto synodus episcoporum contrahitur, in qua quod gestis continetur, Symphosius, & Dictinius, & alii cum his Gallæciæ provinciæ episcopi, Priscilliani sectatores hæresim ejus blasphemissimam cum adsertore eodem professionis suæ subscriptione condemnant. Statuuntur quædam etiam observanda de ecclesiæ disciplina, communicante in eodem concilio. Ortigio episcopo, qui Cælenis fuerat ordinatus, sed agentibus

tibus Priscillianistis pro fide catholica pulsus factionibus exulabat.

6

OLYMP. CCXCV. 7

8 Solis facta defectio tertio Idus Novembris feria secunda.

Romanae ecclesiae XXXVIII. habetur episcopus Innocentius.

9 Theodosius Arcadii filius nascitur.

II. CCCCXX. 10 Constantinopoli Joannes episcopus praedicatur insignis, qui ob fidem catholicam Eudoxiam Arcadii uxorem infestissimam patitur Arrianam.

OLYMP. CCXCVI. 11

12 Hierosolymis Joannes, Caesarea Eulogius, Cypro Epiphanius, Alexandria Theophilus qui supra, episcopi habentur insignes.

Hieronymus presbyterio praeditus, in Bethleem Judae vicinia consistens, praecipuus habetur in cunctis.

13 Post suprascriptos sanè Arrianos qui Hierosolymis ante Joannem episcopi fuerint, Idatius, qui haec scribit, scire non potuit. Hunc verò sanctum cum sanctis Eulogio, Theophilo, & Hieronymo vidit, & infantulus, & pupillus.

14

OLYMP. CCXCVII. 15 Alani, & Wandali, & Suevi Hispanias ingressi aera CCCCXLVII. alii quarto Kalendas, alii tertio Idus Octobris memorant die, tertia feria, Honorio VIII. & Theodosio Arcadii filio III. Consulibus.

Alaricus rex Gothorum Romam ingressus. cùm intra, & extra Urbem caedes agerentur, omnibus indultum est, qui ad sanctorum limina confugerunt.

Placidia Theodosii filia, Honorii Imperatoris soror, à Gothis in Urbe capta.

Alaricus moritur, cui Ataulfus succedit in regno.

Barbari, qui in Hispanias ingressi fuerant, caede depraedantur hostili. Pestilentia suas partes non segnius operatur.

16 Debacchantibus per Hispanias barbaris, & saeviente nihilominus pestilentiae malo, opes & conditam in urbibus substantiam tyrannicus exactor diripit, & miles exhaurit: fames dira grassatur, adeo ut humanae carnes ab humano genere vi famis fuerint devoratae: matres quoque necatis, vel coctis per se natorum suorum sint pastae corporibus. Bestiae occisorum gladio, fame, pestilentia, cadaveribus adsuetae, quósque hominum fortiores interimunt, eorúmque carnibus pastae passim in humani generis efferantur interitum. Et ita quatuor plagis, ferri, famis, pestilentiae, bestiarum, ubique in toto Orbe saevientibus, praedictae à Domino per prophetas suos adnuntiationes implentur.

17 Subversis memorata plagarum grassatione Hispaniae provinciis, barbari ad pacem ineundam, Domino miserante conversi, sorte ad habitandum sibi provinciarum dividunt regiones. Gallaeciam Wandali occupant & Suevi, sitam in extremitate Oceani maris occidua. Alani Lusitaniam, & Carthaginiensem provincias: & Wandali cognomine Silingi Baeticam sortiuntur. Hispani per civitates, & castella residui à plagis, barbarorum per provincias dominantium se subjiciunt servituti.

Constantinus post triennium invasae tyrannidis ab Honorii duce Constantio intra Gallias occiditur.

18 Jovinus, & Sebastianus fratres intra Galliam, & in Africa Heraclianus pari tyrannidis inflantur insania.

Augustinus Hipponensis episcopus habetur insignis, inter cujus studia magnifica, Donatistas ab eo Dei adjutorio superatos, probata fides demonstrat auctorum. OLYMP. CCXCVIII.

19 Jovinus, & Sebastianus oppressi ab Honorii ducibus Narbona interfecti sunt.

Gothi Narbonam ingressi vindemiae tempore.

Heraclianus movens exercitum de Africa adversus Honorium, Utriculo in Italia in conflictu superatus effugit in Africam, caesis in loco supradicto L. millibus armatorum. Ipse post Carthagine in aede Memoriae per Honorium percussoribus missis occiditur.

20 Ataulfus apud Narbonam Placidiam duxit uxorem: in quo prophetia Danielis putatur impleta, qui ait filiam regis Austri sociandam regi Aquilonis: nullo tamen ejus ex ea semine subsistente. II. CCCCXXX.

21 Hierosolymis Joanne de quo supra episcopo praesidente, sanctus & primus post Christum Dominum martyr Stephanus revelatur.

[Hieronymus, qui supra, praecipuus in omnibus, elementorum quoque peritissimus Hebraeorum, in lege Domini, quod scriptum est, diurna, nocturnáque meditatione continuus, studia operis sui reliquit innumera. Ad ultimum Pelagianorum sectam cum ejusdem auctore adamantino veritatis malleo contrivit. Adversus hos, & alios haereticos extant ejus probatissima monimenta.

22 Ataulfus à Patritio Constantio pulsatus,

tus ut, relicta Narbona Hispanias peteret, per quendam Gothum apud Barcinonam inter familiares fabulas jugulatur. Cui succedens Wallia in regno, cum Patricio Constantio pace mox facta, Alanis, & Wandalis Silingis, in Lusitania, & Bætica sedentibus adversatur.

OLYMP. CCXCIX. Alexandrinæ ecclesiæ post Theophilum quis præsederit, ignoravi hæc scribens.

Constantius Placidiam accepit uxorem.

[Fredibalum regem gentis Wandalorum sine ullo certamine ingeniosè captum ad Imperatorem Honorium destinat.]

23 Wallia rex Gothorum Romani nominis causa intra Hispanias cædes magnas efficit barbarorum.

24 Solis facta defectio die decimo quarto Kal. Augusti, qui fuit quinta feria.

Romanæ Ecclesiæ XXXIX. præsidet Episcopus Zosimus.

Durante Episcopo quo supra, gravissimo terræmotu sancta in Hierosolymis loca quassantur, & cætera, de quibus in gestis ejusdem Episcopi scripta declarant.

Wandali Silingi in Bætica per Walliam regem omnes exstincti.

Alani, qui Wandalis, & Suevis potentabantur, adeo cæsi sunt à Gothis, ut extincto Atace rege ipsorum, pauci, qui superfuerant, abolito regni nomine, de Gunderici regis Wandalorum, qui in Gallæcia resederat, se patrocinio subjugarent.

Gothi intermisso certamine, quod agebant, per Constantium ad Gallias revocati, sedes in Aquitanica à Tolosa usque ad Oceanum acceperunt.

Wallia eorum rege defuncto Theodores succedit in regno.

25 Inter Gundericum Wandalorum, & Hermericum Suevorum reges certamine orto, Suevi in Nervasis montibus obsidentur à Wandalis.

Valentinianus Constantii, & Placidiæ filius nascitur.

In Gallicana regione in civitate Biterris multa signa effecta terrifica, Paulini epistola ejusdem civitatis episcopi enarrat ubique directa.

26 Wandali Suevorum obsidione dimissa, instante Asterio Hispaniarum Comite, & sub Vicario Maurocello, aliquantis Bracaræ in exitu suo occisis, relicta Gallæcia ad Bæticam transierunt.

[Romanæ Ecclesiæ XL. præsidet Episcopus Bonifacius.]

Honorius apud Ravennam Constantium consortem sibi facit in regno.

27 Constantius Imperator Ravennæ moritur in suo tertio consulatu. OLYMP. CCC.

28 Castinus Magister militum cum magna manu, & auxiliis Gothorum, bellum in Bætica Wandalis infert. quos cùm ad inopiam vi obsidionis arctaret, adeo ut se tradere jam pararent, inconsultè publico certamine confligens, auxiliorum fraude deceptus, ad Tarraconam victus effugit.

Bonifacius palatium deserens Africam invadit.

29

30 Honorius actis tricennalibus suis Ravennæ obiit. II. CCCCXL.

Paulinus nobilissimus, & eloquentissimus, dudum conversione ad Deum nobilior factus, vir Apostolicus, Nola Campaniæ episcopus habetur insignis: cui Therasia de conjuge facta soror, testimonio vitæ beatæ æquatur, & merito. Extant operis ipsius egregii studia prædicanda. OLYMP. CCCI.

ROMANORUM XLI. Theodosius Arcadii filius ante aliquot annos regnans in partibus Orientis, defuncto patre, post obitum Honorii patrui, monarchiam tenet imperii, cùm esset annorum viginti sex.

Joannes arripit tyrannidem.

1 Theodosius Valentinianum, amitæ suæ Placidiæ filium, Constantinopoli Cæsarem facit, & contra Joannem mittit. sub quo à ducibus, qui cum eo per Theodosium missi fuerant, apud Ravennam primo anno invasæ tyrannidis occiditur, & Felix Patricius ordinatur ex Magistro militum.

Valentinianus, qui erat Cæsar, Romæ Augustus appellatur.

Wandali Balearicas insulas deprædantur: deinde Carthagine Spartaria, & Hispali eversa, & Hispaniis deprædatis, Mauritaniam invadunt.

2 Romanæ ecclesiæ XLI. præsidet episcopus Cælestinus.

3

4 Gundericus rex Wandalorum capta Hispali, cùm impiè elatus, manus in ecclesiam civitatis ipsius extendisset, mox Dei judicio dæmone correptus interiit. Cui Gaisericus frater succedit in regno. Qui ut aliquorum relatio habet, effectus apostata de fide Catholica in Arianam dictus est transisse perfidiam.

5 Gaisericus rex de Bæticæ provinciæ litore cum Wandalis omnibus, eorúmque familiis, mense Majo ad Mauritaniam, & Africam relictis transit Hispaniis. Qui priusquàm pertransiret, admonitus Hermigarium Suevum vicinas in transitu suo provincias deprædari, recursu cum aliquantis suis OLYMP. CCCII.

facto,

facto, prædantem in Lusitatania consequitur. Qui haud procul de Emerita, quam cum S. martyris Eulaliæ injuria spreverat, multis per Gaisericum cæsis, ex his quos secum habebat, arrepto, ut putavit, Euro velocius fugæ subsidio, in flumine Ana divino brachio præcipitatus interiit. Quo ita extincto, mox quò cœperat Gaisericus enavigavit.

6 Suevi sub Hermerico rege medias partes Gallæciæ deprædantes, per plebem, quæ castella tutiora retinebat, acta suorum partim cæde, partim captivitate, pacem, quam ruperant, familiarum, quæ tenebantur, rehibitione instaurant.

Per Aërium Comitem non procul de Arelate quædam Gothorum manus extinguitur, Anaolfo optimate eorum capto. Juthungi per eum similiter debellantur, & Nori.

Felix qui dicebatur Patricius Ravennæ tumultu occiditur militari.

7 AëtiusDux utriúsque militiæ Noros edomat rebellantes. Rursum Suevi initam cum Gallæcis pacem libata sibi occasione conturbant. Ob quorum deprædationem Idatius episcopus ad Aëtium ducem, qui expeditionem agebat in Galliis, suscipit legationem. Vetto, qui de Gothis dolosè ad Gallæciam venerat, sine aliquo effectu redit ad Gothos.

8 Superatis per Aëtium in certamine Francis, & in pace susceptis, Censorius Comes legatus mittitur ad Suevos, supradicto secum Idatio redeunte.

Olymp. cciii. Bonifacius in æmulationem Aëtii de Africa per Placidiam evocatus in Italiam ad palatium redit. Qui depulso Aëtio in locum ejus succedens, paucis pòst mensibus, inito adversum Aëtium conflictu, de vulnere, quo fuerat percussus interiit. Cui Sebastianus gener substitutus per Aëtium de palatio superatus èxpellitur.

9 Regresso Censorio ad palatium, Hermericus pacem cum Gallæcis, quos prædabatur assiduè sub interventu episcopali datis sibi reformat obsidibus.

Symphosius episcopus per eum ad comitatum legatus missus, rebus in cassum frustratur arreptis.

In conventu Lucensi contra voluntatem Agrestii Lucensis episcopi, Pastor & Syagrius episcopi ordinantur.

Aëtius Dux utriusque militiæ Patricius appellatur.

..cccci. 10 Sebastianus exul & profugus effectus, navigat ad palatium Orientis.

Romanæ ecclesiæ XLII. habetur episcopus Xystus.

11 Hierosolymis Juvenalem episcopum præsidere, Germani presbyteri Arabicæ regionis exinde ad Gallæciam venientis, & aliorum Græcorum relatione comperimus, adjicientibus Constantinopolim eum cum aliis, & Palæstinæ provinciæ & Orientis episcopis evocatum, sub præsentia Theodosii Augusti, contracto episcoporum interfuisse concilio ad destruendam Hebionitarum hæresim, quam Nestorius ejusdem urbis episcopus pravo stultissimæ sectæ resuscitabat ingenio.

Quo verò tempore sancti Joannes, Hieronymus, & alii, quos supra diximus, obierint, vel quis Joanni ante Juvenalem successerit, sicut & fecisse cognitum est in brevi seniorem quendam, referentum sermo non edidit.

12 Narbona obsideri cœpta per Gothos.

Burgundiones, qui rebellaverant, à Romanis duce Aëtio debellantur.

Uno, eodémque tempore Alexandriæ Cyrillum episcopum præsidere, & Constantinopoli Nestorium hæreticum Hebionæum, Cyrilli ipsius ad eundem epistola, & hæresim destruentis, & regulam fidei exponentis ostendit. Hæc cum aliis habentur allata. Olymp. cciv.

13 Narbona obsidione liberatur Aëtio Duce, & Magistro militum. Burgundionum cæsa viginti millia.

Rursus Censorius, & Fretimundus legati mittuntur ad Suevos.

14 Gothorum cæsa octo millia sub Aëtio duce.

Suevi cum parte plebis Gallæciæ, cui adversabantur, pacis jura confirmant.

Hermericus rex morbo oppressus Rechilam filium suum substituit in regnum: qui Andevotum cum sua, quam habebat, manu ad Singilionem Bæticæ fluvium aperto Marte prostravit, magnis ejus auri & argenti opibus occupatis.

15 Carthagine fraude decepta decimo quarto Kal. Novemb. omnem Africam rex Gaisericus invadit.

Bello Gothico sub Theodore rege apud Tolosam, Litorius Romanus dux, inconsultius cum auxiliari manu irruens, cæsis his, ipse vulneratus capitur, & post dies paucos occiditur.

Inter Romanos & Gothos pax efficitur.

Gaisericus elatus impiè Episcopum, clerúmque Carthaginis depellit ex ea, & juxta prophetiam Danielis, demutatis ministeriis sanctorum, ecclesias catholicas tradit Arrianis.

Rechila rex Suevorum Emeritam ingreditur.

16 Gai-

16 Gaisericus Siciliam deprædatus Panormum diu obsedit: qui damnati à catholicis episcopis Maximini, apud Siciliam Arrianorum ducis, adversum catholicos præcipitatur instinctu, ut eos quoquo pacto in impietatem cogeret Arrianam. Nonnullis declinantibus, aliquanti durantes in catholica fide consummavere martyrium.

Censorius Comes, qui legatus missus fuerat ad Suevos, residens Mirtyli, obsessus à Rechila in pace se tradidit.

Olymp. ccev. 17. Rex Suevorum diuturno per annos septem morbo adflictus moritur Hermericus.

Rex Rechila Hispali obtenta, Bæticam, & Carthaginiensem provincias in suam redigit potestatem.

[Romanæ ecclesiæ xliii. præsidet episcopus Leo.]

Sabino episcopo de Hispali factione depulso, in locum ejus Epiphanius ordinatur fraude, non jure.

Asturius Dux utriusque militiæ ad Hispanias missus Tarraconensium cædit multitudinem Bacaudarum.

18 Cometæ sidus apparere incipit mense Decembri: quod per menses aliquot visum, subsequentis in pestilentia plagæ, quæ fere in toto orbe diffusa est, præmisit ostentum.

Constantinopolitanæ ecclesiæ depulso Nestorio præsidet episcopus Flavianus.

19 Asturio Magistro utriusque militiæ gener ipsius successor ipsi mittitur Merobaudis, natu nobilis, & eloquentiæ merito, vel maximè in poëmatis studio veteribus comparandus, testimonio etiam provehitur statuarum. Brevi tempore potestatis suæ Aracellitanorum frangit insolentiam Bacaudarum. Mox nonnullorum invidia perurgente, ad urbem Romam sacra præceptione revocatur.

II. ccccl.x. 20 Sebastianus illic, quò confugerat, deprehensus sibi adversa moliri, è Constantinopoli fugit admonitus, & ad Theodorem regem Gothorum veniens, conquæsitam sibi qua potuit, Barcinonam hostis ingreditur.

Olymp. ccevi. 21 In Asturicensi urbe Gallæciæ, quidam ante aliquot annos latentes Manichæi gestis episcopalibus deteguntur, quæ ab Idatio, & Turibio episcopis, qui eos audierant, ad Antoninum Emeritensem episcopum directa sunt.

Wandali navibus Turonio in litore Gallæciæ repente advecti, familias capiunt plurimorum.

Sebastianus de Barcinona fugatus migrat ad Wandalos.

Per episcopum Romæ tunc præsidentem gesta de Manichæis per provincias diriguntur.

22 Vitus Magister utriusque militiæ factus ad Hispanias missus, non exiguæ manus fultus auxilio, cùm Carthaginienses vexaret, & Bæticos, succedentibus cum rege suo illic Suevis, superatis etiam in congressione, qui ei ad deprædandum in adjutorium venerant, Gothis, territus miserabili timore diffugit. Suevi exin illas provincias magna deprædatione subvertunt.

23 Romanæ ecclesiæ xliii. præsidet episcopus Leo. hujus scripta per episcopi Turibii diaconem Pervincum contra Priscilianistas ad Hispanienses episcopos deferuntur. Inter quæ ad episcopum Turibium de observatione catholicæ fidei, & de hæresum blasphemiis, disputatio pleno dirigitur, quæ ab aliquibus Gallæcis subdolo probatur arbitrio.

Solis facta defectio die nono Kal. Januarias, qui fuit tertia feria.

24 Rechila rex Suevorum Emeritæ gentilis moritur mense Augusto: cui mox filius suus catholicus Rechiarius succedit in regnum, nonnullis quidem sibi de gente sua æmulis, sed latenter. obtento tamen regno, sine mora ulteriores regiones invadit ad prædam.

Pascentium quendam urbis Romæ, qui de Asturica diffugerat, Manichæum Antoninus episcopus Emeritæ comprehendit, auditúmque etiam de provincia Lusitania facit expelli.

Per Ajulfum Hispali Censorius jugulatur.

25 Rechiarius accepta in conjugium Theodoris regis filia, auspicatur initium regni Vasconias deprædatur mense Februario. Olymp. ccevii.

Basilius ob testimonium egregii ausus sui congregatis Bacaudis in ecclesia Tyriassone fœderatos occidit. ubi & Leo ejusdem ecclesiæ episcopus, ab eisdem qui cum Basilio aderant, in eo loco obiit vulneratus.

Rechiarius mense Julio ad Theodorem socerum profectus, Cæsaraugustanam regionem cum Basilio in reditu deprædatur. Irrupta per dolum Ilerdensi urbe acta est non parva captivitas.

26 Asturius vir illustris ad honorem provehitur consulatus.

Sebastianus exul factus perniciosam sibi, sicut post exitus docuit, Gaiserici confugit potestatem: parvò pòst tempore quàm venerat per eum jubetur occidi.

De Galliis epistolæ deferuntur Flaviani episcopi ad Leonem episcopum missæ, cum scriptis Cyrilli episcopi Alexandrini ad

ad Neſtorium Conſtantinopolitanum de Eutychete Hebionita hæretico, & Leonis epiſcopi ad eundem reſponſa: quæ cum aliorum epiſcoporum & geſtis, & ſcriptis, per eccleſias diriguntur.

27 Theodoſius Imperator moritur Conſtantinopoli anno ætatis ſuæ quadrageſimo octavo.

Poſt quem XLIII. ſtatim apud Conſtantinopolim Marcianus à militibus, & ab exercitu, inſtante etiam ſorore Theodoſii Pulcheria regina, efficitur Imperator. Qua ſibi in conjugium adſumpta, regnat in partibus Orientis.

28 Valentiniani Imperatoris mater Placidia moritur apud Romam.

LYMP. CVIII. In Gallæcia terræmotus aſſidui, ſigna in cælo plurima oſtenduntur. Nam pridie nonas Aprilis tertia feria, poſt Solis occaſum, ab Aquilonis plaga cælum rubens ſicut ignis, aut ſanguis, efficitur, intermixtis per igneum ruborem lineis clarioribus in ſpeciem haſtarum rutilantium deformatis. à die clauſo uſque in horam noctis ferè tertiam ſigni durat oſtenſio, quæ mox ingenti exitu perdocetur.

Gens Hunnorum pace rupta deprædatur provincias Galliarum. plurimæ civitates effractæ: in campis Catalaunicis, haud longè de civitate, quam effregerant, Mettis, Aëtio duci, & regi Theodori, quibus erat in pace ſocietas, aperto Marte confligens, divino cæſa ſuperatur auxilio: bellum nox intempeſta diremit Rex illic Theodores proſtratus occubuit: ccc. fermè millia hominum in eo certamine cecidiſſe memorantur.

Multa anno ſigna procedunt. Quinto Kalen. Octobris à parte Orientis Luna fuſcatur. In diebus ſequentis paſchæ viſa quædam in cælo regionibus Galliarum, epiſtola de his Eufronii Auguſtodunenſis epiſcopi ad Agrippinum Comitem facta evidenter oſtendit. Stella cometes à decimo quarto Kal. Julias apparere incipit, quæ III. Kal. diluculo ab Oriente viſa, poſt occaſum Solis ab occidua parte mox cernitur. Kalendis Auguſti à parte Occidentis apparet.

Occiſo Theodore Thoriſmo filius ejus ſuccedit in regno.

Hunni cum rege ſuo Attila relictis Galliis poſt certamen Italiam petunt.

29 Secundo regni anno principis Marciani Hunni, qui Italiam prædabantur, aliquantis etiam civitatibus irruptis, divinitus partim fame partim morbo quodam plagis cæleſtibus feruntur: miſſis etiam per Marcianum principem Aëtio duce cæduntur auxiliis; pariterque in ſedibus ſuis, & cæleſtibus plagis, & per Marciani ſubiguntur exercitum. & ita ſubacti, pace facta cum Romanis, proprias univerſis repetunt ſedes, ad quas rex eorum Attila mox reverſus interiit.

Ad Suevos Manſuetus Comes Hiſpaniarum, & Fronto ſimiliter Comes, legati pro pace mittuntur, & obtinent conditiones injunctas.

Thoriſmo rex Gothorum ſpirans hoſtilia à Theudorico & Frederico fratribus jugulatur: cui Theudoricus ſuccedit in regno.

30 Tertio regni anno principis Marciani IICCCCLXX.
regina moritur Pulcheria menſe Julio.

Per Fredericum Theudorici regis fratrem Bacaudæ Tarraconenſes cæduntur ex auctoritate Romana.

In Gallæcia terræmotus, & in Sole ſignum in ortu, quaſi altero ſecum concertante monſtratur.

Aëtius Dux, & Patricius fraudulenter ſingularis accitus intra palatium manu ipſius Valentiniani Imperatoris occiditur. Et cum ipſo per ſpatarium ejus aliqui ſingulariter intromiſſi jugulantur honorati.

His geſtis legatos Valentinianus mittit ad gentes, ex quibus ad Suevos venit Juſtinianus.

31 Quarto regni anno principis Marciani, per duos barbaros Aëtii familiares Valentinianus Romæ Imperator occiditur in campo, exercitu circunſtante, anno ætatis ſuæ XXXVI. & regni XXXI. Poſt quem mox Maximus ex conſulibus XLIII. Romæ Auguſtus appellatur. qui cùm Imperator factus relictam Valentiniani ſibi duxiſſet uxorem, & filio ſuo ex priore conjuge Palladio, quem Cæſarem fecerat, Valentiniani filiam in conjugium tradidiſſet, magnorum motuum, quos verebatur, perturbatione diſtortus, & quia in occiſorum per Valentinianum, & in ipſius interitum Valentiniani, ambitu regni conſilia ſceleſta patrata contulerat, cùm imperium deſerere vellet, & Romam, vix quatuor regni ſui menſibus expletis, in ipſa urbe tumultu populi, & ſeditione occiditur militari.

Ipſo anno in Galliis Avitus Gallus civis ab exercitu Gallicano, & ab honoratis, primùm Toloſæ, dehinc apud Arelatum Auguſtus appellatus, Romam pergit, & ſuſcipitur.

Uſque ad Valentinianum Theodoſii generatio tenuit principatum.

I ROMANORUM XLIII. Marcianus quarto jam regni ſui anno obtinet monarchiam.

Per Avitum, qui à Romanis, & evocatus & ſuſceptus fuerat Imperator, legati ad Mar-

Marcianum pro unanimitate mittuntur imperii.

Gaisericus sollicitatus à relicta Valentiniani, vt malum fama dispergit, priusquàm Avitus Augustus fieret, Romam ingreditur, direptisque opibus Romanorum Carthaginem redit, relictam Valentiniani, & filias duas, & Aëtii filium Gaudentium nomine, secum ducens.

Suevi Carthaginenses regiones, quas Romanis reddiderant, deprædantur.

OLYMP. CCCIX. V. annus Martiani.

Marcianus, & Avitus concordes principatu Romani utuntur imperii.

Per Augustum Avitum Fronto Comes legatus mittitur ad Suevos. Similiter & à rege Gothorum Theudorico; quia fidus Romano esset imperio, legati ad eosdem mittuntur, ut tam secum, quàm cum Romano imperio, quia uno essent pacis fœdere copulati, jurati fœderis promissa servarent. Remissis legatis utriúsque partis, atque omni juris ratione violata, Suevi Tarraconensem provinciam, quæ Romano imperio deserviebat, invadunt.

De Erulorum gente septem navibus in Lucensi litore aliquanti advecti, viri fermè CCCC. expediti, superventu multitudinis congregatæ duobus tantùm ex suo numero effugantur occisis. qui ad sedes proprias redeuntes, Cantabriarum, & Varduliarum loca maritima crudelissimè deprædati sunt.

Legati Gothorum rursum veniunt ad Suevos. post quorum adventum rex Suevorum Rechiarius cum magna suorum multitudine regiones provinciæ Tarraconensis invadit, acta illic deprædatione & grandi ad Gallæciam captivitate deducta.

Mox Hispanias rex Gothorum Theudoricus cum ingenti exercitu suo, & cum voluntate, & ordinatione Aviti Imperatoris ingreditur. Cui cum multitudine Suevorum rex Rechiarius occurrens duodecimo de Asturicensi ube milliario, ad fluvium nomine Urbicum, tertio nonas Octobris die sexta feria inito mox certamine superatur. cæsis suorum agminibus, aliquantis captis, plurimisque fugatis, ipse ad extremas sedes Gallæciæ plagatus vix evadit, ac profugus.

Theudorico rege cum exercitu ad Bracaram extremam civitatem Gallæciæ pertendente, quinto Kal. Novemb. die Dominico, & si incruenta, fit tamen satis mœsta, & lacrymabilis ejusdem direptio civitatis. Romanorum magna agitur captivitas captivorum, Sanctorum basilicæ effractæ, altaria sublata atque confracta, virgines Dei exin quidem abductæ, sed integritate servata, clerus usque ad nuditatem pudoris exutus, promiscui sexus cum parvulis, de locis refugii sanctis, populus omnis abstractus, jumentorum, pecorum, camelorúmque horrore locus sacer impletus, scripta super Hierusalem ex parte cælestis iræ revocavit exempla.

2 Rechiarius ad locum, qui Portucale appellatur, profugus regi Theudorico captivus adducitur. quo in custodiam redacto, cæteris, qui de priore certamine superfuerant, tradentibus se Suevis, aliquantis nihilominus interfectis, regnum destructum, & finitum est Suevorum.

Hisdem diebus Rechimeris Comitis circùmventione magna multitudo Wandalorum, quæ se de Carthagine cum LX. navibus ad Gallias, vel ad Italiam moverat, regi Theudorico nunciatur occisa per Avitum.

Hesychius Tribunus legatus ad Theodoricum cum sacris muneribus missus ad Gallæciam venit, nuncians ei id quod supra, in Corsica cæsam multitudinem Wandalorum, & Avitum de Italia ad Gallias Arelate successisse. Orientalium naves Hispalim venientes per Marciani exercitum cæsas nunciat.

Occiso Rechiario mense Decembri, rex Theudoricus de Gallæcia ad Lusitaniam succedit.

In conventus parte Bracarensis latrocinantum deprædatio perpetratur.

Ajulfus deserens Gothos in Gallæcia residet.

Suevi, qui remanserant in extrema parte Gallæciæ, Massiliæ filium nomine Maldram sibi regem constituunt.

Theudoricus Emeritám deprædari volens beatæ Eulaliæ martyris terretur ostentis.

3 Avitus tertio anno posteaquam à Gallis, & à Gotthis factus fuerat Imperator caret imperio, Gothorum promisso destitutus auxilio, caret & vita.

In Orientis partibus septimo anno imperii sui moritur Marcianus.

ROMANORUM XLIV. Majorianus in Italia, & Constantinopoli Leo Augusti appellantur.

1 Theudoricus adversis sibi nunciis territus, mox post dies Paschæ, quod fuit quinto Kal. Aprilis, de Emerita egreditur, & Gallias repetens, partem ex ea quam habebat multitudine variæ nationis, cum ducibus suis ad campos Gallæciæ dirigit. qui dolis, & perjuriis instructi, sicut eis fuerat imperatum, Asturicam, quam jam prædones ipsius sub specie Romanæ ordinationis intraverant, mentientes ad Suevos, qui remanserant, jussam sibi expeditionem, ingrediuntur pace fucata solita arte perfidiæ. Nec

mora

mora promiscui generis reperta illic cæditur multitudo, sanctæ effringuntur ecclesiæ, altarib. direptis, & demolitis, sacer omnis ornatus, & usus aufertur. Duo illic episcopi inventi cum omni clero abducuntur in captivitatem: invalidior promiscui sexus agitur miseranda captivitas; residuis, & vacuis civitatis domibus datis incendio, camporum loca vastantur. Palentina civitas simili, quo Asturica, per Gothos perit exitio. Unum Coviacense castrum tricesimo de Asturica milliario à Gothis diutino certamine fatigatum, auxilio Dei, hostibus & obsistit, & prævalet: quàm plurimis ex eorum manu interfectis, reliqui revertuntur ad Gallias.

Ajulfus dum regnum Suevorum spirat, Portucale moritur mense Iunio.

Suevi in partes divisi pacem ambiunt Gallæciarum: è quibus pars Frantanem, pars Maldram regem appellat. Solito more perfidiæ Lusitaniam deprædatur pars Suevorum Maldram sequens. acta illic Romanorum cæde, prædísque contractis, civitas Ulyxippona sub specie pacis intratur.

Frantanes moritur per Pascha, & Pentecostem. Iubente Maldra Suevi in solitam perfidiam versi, regionem Gallæciæ adhærentem flumini Durio deprædantur. Quinto idus Iunias, die quarta feria, ab hora quarta in horam sextam, ad speciem Lunæ quintæ, vel sextæ, Sol de lumine orbis sui minoratus apparuit.

2 Gothicus exercitus duce suo Cyrila à Theudorico rege ad Hispanias missus mense Iulio succedit ad Bæticam. Legati Gothorum, & Wandalorum pariter ad Suevos veniunt, & revertuntur. OLYMP. CCX.

3 Theudoricus cum duce suo Sunierico exercitus sui aliquantam ad Bæticam dirigit manum: Cyrila revocatur ad Gallias. Suevi nihilominus Lusitaniæ partes cum Maldra, alii cum Remismundo Gallæciam deprædantur.

Eruli maritima conventus Lucensis loca nonnulla crudelissimè invadunt ad Bæticam pertendentes.

Maldras germanum suum fratrem interficit, & Portucale castrum idem hostis invadit.

Inter Suevos, & Gallæcos interfectis aliquantis honestis natu, malum hostile miscetur.

Legati à Nepotiano Magistro militiæ, & à Sunierico Comite missi veniunt ad Gallæcos, nunciantes Majorianum Augustum, & Theudoricum regem firmissima inter se pacis jura sanxisse, Gothis in quodam certamine superatis.

4 Maldras in fine mensis Februarii jugulatus merito perit interitu.

Per Suevos Luco habitantes, in diebus Paschæ, Romani aliquanti cum rectore suo honesto natu repentino securi de reverentia dierum occidunrur incursu.

Mense Majo Majorianus Hispanias ingreditur Imperator: quo Carthaginensem provinciam pertendente, aliquantas naves, quas sibi ad transitum adversum Wandalos præparabat, de litore Carthaginiensi commoniti Wandali per proditores abripiunt. Majorianus ita à sua ordinatione frustratus ad Italiam revertitur.

Pars Gothici exercitus à Sunierico & Nepotiano Comitibus ad Gallæciam directa, Suevos apud Lucum deprædantur, quæ Dictinio, Spinione & Ascanio delatoribus, spargentibúsque ad terrorem propriæ venena perfidiæ, indicata recurrit ad suos. ac mox iisdem delatoribus, quibus supra, Frumarius cum manu Suevorum, quam habebat impulsus, capto Idatio episcopo septimo Kalen. Augusti in Aquæflaviensi ecclesia, eundem conventum grandi evertit excidio.

Remismundus vicina pariter Auregensium loca, & Lucensis conventus maritima populatur.

Inter Frumarium, & Remismundum oritur de regni potestate dissensio.

Gallæcorum & Suevorum pacis quædam umbra conseritur.

A Theudorico legati ad Suevos veniunt, & recurrunt.

Sunieri cus Scalabim, cui adversabatur, obtinet civitatem.

Idatius, qui supra, tribus mensibus captivitatis impletis, mense Novembri miserantis Dei gratia, contra votum, & ordinationem supradictorum delatorum, redit ad Flavias.

De rege Theudorico legati gentis perfidæ revertuntur.

Gaisericus rex à Majoriano Imperatore per legatos postulat pacem.

5. 1 Majorianum de Galliis Romam redeuntem, & Romano imperio vel nomini res necessarias ordinantem, Rechimer livore percitus, & invidorum consilio fultus, fraude interficit circumventum.

ROMANORUM XLV. Severus à Senatu Romæ Augustus appellatur anno imperii Leonis quinto. II. CCCC. LXXX.

6. 2 Sunieri cus redit ad Gallias. Nepotianus Theudorico ordinante Arborium accipit successorem.

In provincia Gallæcia prodigiorum videntur signa diversa. Aera D.VI. Nonas Martias pullorum cantu, ab occasu Solis Luna

in sanguinem plena convertitur. Idem dies sexta feria fuit.

Antiochia major * Isauriæ inobediens monitis salutaribus, terra dehiscente demergitur, tantùm ipsius civitatis aliquantis, qui eum obaudientes timori Domini sunt secuti, de interitu liberatis, turrium etiam solis cacuminibus extantibus super terram.

Gaisericus Valentiniani relictam Constantinopol. remittit. Filiæ ipsius una Gentoni Gaiserici filio, alia Olybrio senatori urbis Romæ jure matrimonii copulantur.

OLYMP. CCCXI. Agrippinus Gallus & Comes, & civis, Ægidio Comiti viro insigni inimicus, ut Gothorum mereretur auxilia, Narbonam tradidit Theudorico.

Adversus Ægidium Comitem utriusque militiæ, virum, ut fama commendat, Deo bonis operibus complacentem, in Armoricana provincia Fretiricus frater Theuderici regis insurgens, cum his cum quibus fuerat, superatus occiditur.

Cum Palegorio viro nobili Galæciæ, qui ad supradictum fuerat regem Cyrila legatus ad Gallæciam veniens, euntes ad eundem regem legatos obviat Remismundi. qui regressi in celeri, revertentem Cyrilam in Lucensi urbe suscipiunt. Post cujus mox egressum de Gallæcia, Suevi promissionum suarum ut semper fallaces & perfidi, diversa loca infelicis Gallæciæ solito deprædantur.

Per Theudoricum ad Suevos Remismundus, & Cyrila cum aliquantis Gothis, qui prius venerant, remittuntur. Cyrila in Gallæcia remanente, Remismundo mox recurrente ad regem, inter Gallæcos, & Suevos indisciplinata perturbatio dominatur.

Romanæ ecclesiæ XLIV. præsidet episcopus Hilarus.

7. 3 Nepotianus recedit è corpore.

Frumario mortuo, Remismundus omnibus Suevis in suam ditionem regali jure revocatis, pacem reformat elapsam.

Mense Majo supradicti viri Ægidii legati per Oceanum ad Wandalos transeunt, qui eodem cursu Septembri mense revertuntur ad suos.

Decimotertio Kalend. Augusti die secunda feria, in speciem Lunæ quintæ Sol de lumine suo ab hora tertia in horam sextam cernitur minoratus.

Legatos Remismundus mittit ad Theudoricum; qui similiter suos ad Remismundum remittit, cum armorum adjectione, vel munerum, directa & conjuge, quam haberet.

Wandali per Marcellinum in Sicilia cæsi effugantur ex ea.

Aëgidius moritur, alii dicunt insidiis, alii veneno deceptus. Quo desistente, mox Gothi regiones invadunt, quas Romano nomini tuebatur.

Suevi Conimbricam dolosè ingressi, familiam nobilem Cantabri spoliant, & captivam abducunt matrem cum filiis.

Legati eodem anno duabus vicibus à rege Suevorum mittuntur ad regem Theudoricum, ad quem & Arborius proficiscitur evocatus.

8. 4 Reversi legati Suevorum obiisse nunciant Severum imperii sui anno quarto. qui supra remittuntur ad Conimbricam.

Ajax natione Galata, effectus apostata, & senior Arrianus, inter Suevos regis sui auxilio hostis Catholicæ fidei, & divinæ Trinitatis emergit. de Gallicana Gothorum habitatione hoc pestiferum inimici hominis virus advectum.

Suevi adversum Aunonensem sæviunt plebem. qua de causa legati à Theudorico ad Remismundum mittuntur in cassum, spretique ab eo mox redeunt.

De Constantinopoli à Leone Augusto Anthemius frater Procopii cum Marcellino, aliisque comitibus viris electis, & cum ingenti multitudine exercitus copiosi, ad Italiam, Deo ordinante, directus ascendit.

ROMANORUM XLVI. Anthemius octavo milliario de Roma Augustus appellatur, anno Leonis imperii octavo, mense Augusto.

9. 1 Expeditio ad Africam adversus Wandalos ordinata metabolarum commutatione, & navigationis inopportunitate revocatur.

Per Theudericum Salla legatus mittitur ad Remismundum regem Suevorum, qui reversus ad Gallias eum à fratre suo Eurico reperit interfectum.

Euricus pari scelere quo frater, succedit in regnum: qui honore provectus, & crimine, legatos ad regem dirigit Suevorum. quibus sine mora à Remismundo remissis, ejusdem regis legati ad Imperatorem, alii ad Wandalos, alii diriguntur ad Gothos.

De Aunonensi plebe, cui Suevorum adversabatur hostilitas, Opilio cum viris secum à rege profectis, & cum aliquantis, qui cum ipso missi fuerant, revertitur.

Gothi, qui ad Wandalos missi fuerant, supradictæ expeditionis rumore Perterriti revertuntur in celeri: pariter & Suevi, qui post legatos, more solito, per diversa loca in prædam dispersi fuerant, revocantur: sed paucis post mensibus ipse rex Suevorum ad Lusitaniam transit.

2 Conimbrica in pace decepta diripitur: domus

domus destruuntur cum aliqua parte murorum, habitatoribúsque captis atque dispersis, & regio desolatur, & civitas.

OLYMP. CCCXII. Legati de Gothico reversi portenta in Galliis visa aliquanta, in conspectu . . . . . . similem ipsi de continuo paruisse Solem alium visum . . . . Solis occasu. Congregatis etiam quodam die concilii sui Gothis tela, quæ habebant in manibus, à parte ferri, vel acie, alia viridi, alia roseo, alia croceo, alia nigro colore naturalem ferri speciem aliquandiu non habuisse mutata. Medio Tolosæ civitatis hisdem diebus è terra sanguinem erupisse, totóque diei fluxisse curriculo.

3 Legatorum Suevorum reditum aliquanta Gothorum manus insequens Emeritam petit.

Ulixippona à Suevis occupatur, cive suo, qui illic præerat, tradente Lusidio. Hac re cognita Gothi, qui venerant, invadunt, & Suevos deprædantur, pariter & Romanos ipsis in Lusitaniæ regionibus servientes.

Legati, qui ad Imperatorem missi fuerant, redeunt, nuntiantes sub præsentia sui magnum valde exercitum cum tribus ducibus lectis adversum Wandalos à Leone Imperatore descendisse, directo Marcellino pariter cum manu magna eidem per Imperatorem Anthemium sociata. Rechimerum generum Anthemii Imperatoris, & Patricium factum: Asparem degradatum ad privatam vitam, filium ejus occisum, adversum Romanum imperium, sicut detectique sunt, Wandalis consulentes.

Hilaro defuncto sex sacerdotii sui annis expletis, XLV. Romanæ ecclesiæ Simplicius episcopus ordinatur.

Aunonenses pacem cum rege faciunt Suevorum, qui & Lusitaniæ, & conventus Asturicensis quædam loca prædantes invadunt.

Gothi circa eundem conventum pari hostilitate desæviunt, partes etiam Lusitaniæ deprædantur.

Lusidius per Remismundum cum suis hominibus Suevis ad Imperatorem in legatione dirigitur.

Durissimus extra solitum hoc eodem tempore annus hiberni, veris, æstatis, autumni in aëris, & omnium fructuum permutatione diffunditur.

Signa etiam aliquanta, & prodigia in locis Gallæciæ pervidentur. In flumine Minio, de municipio Lais milliario ferme quinto, capiuntur pisces quatuor novi visu, & specie, siut retulere, qui cœperant Christiani, & religiosi, Hebræis, & Græcis litteris, Latinis autem ærarum numeris insigniti, ita CCCLXV. anni circulum continentes, pari mensium intervallo. Haud procul de supradicto municipio in speciem lenticulæ viridissimorum ut herba quædam forma granorum plena amaritudine defluxit è cælo. & multa alia ostenta, quæ memorare prolixum est.

IDATII EPISCOPI
FASTORUM CONSULARIUM PARS,
ab exordio Aureliani Aug. ad obitum Honorii.

ANTIOCHIANO & Orfito.
His Consulibus levatus Aurelianus Imperator.
Aureliano & Basso.
His Conss. muri urbis cœpti fieri.
CCLX. Quieto & Voldumiano.
Tacito & Placidiano.
Aureliano II. & Capitolino.
Aureliano III. & Marcellino.
His Conss. occisus est Aurelianus Imper. Cænofrurio, & levatus est Tacitus Romæ.
Tacito II. & Æmiliano.
Probo & Paulino.
His Conss. occisus est Tacitus Tyana.
Probo II. & Lupo.
Probo III. & Paterno.
Messala & Grato.
Probo IV. & Tiberiano.
Probo V. & Victorino.
Caro II. & Carino.
His Conss. occisus est Probus Sirmio.
Carino II. & Numeriano.
His Conss. magna fames fuit.
Diocletiano II. & Aristobulo.
His Conss. occisus est Carinus Margo, [& levatus est Diocletianus Imperator,] qui ipso anno cum Aristobulo Consul processerat.
Maximo II. & Aquilino.

His Conss. levatus est Maximianus Imperator senior die Kal. April.
Diocletiano III. & Maximiano.
Maximiano II. & Ianuario.
Basso & Quintiano.
Diocletiano IV. & Maximiano III.
Tiberiano & Dione.
His Conss. tenebræ fuerunt inter diem. & eo anno levati sunt Constantius & Maximianus Cæsares die Kal. Mart.
CCCXXX. Annibaliano & Asclepiodoto.
Diocletiano V. & Maximiano IV.
Constantio & Maximiano.
His Conss. castra facta in Sarmatia contra Acinco & Bononia.
Tusco & Annulino.
His Conss. Carporum gens universa in Romania se tradidit.
Diocletiano VI. & Constantio II.
Maximiano V. & Maximiano II.
His Conss. victi Persæ.
Fausto II. & Gallo.
Diocletiano VII. & Maximiano VI.
His Conss. victi Marcomanni.
Constantio III. & Maximiano III.
Titiano II. & Nepotiano.
CCCXL. Constantio IV. & Maximiano IV.
His Consulib. vilitatem jusserunt Imperatores esse.
Diocletiano VIII. & Maximiano VII.
His Conss. persecutio Christianorum.
Diocletiano IX. & Maximiano VIII.
His Conss. deposuerunt purpuram privati effecti Diocletianus & Maximianus, & vestierunt Severum & Maximinum. Nam Constantius & Maximianus, qui Cæsares fuerunt, eadem hora Augusti nuncupati sunt die Kal. April.
Constantio V. & Maximiano V.
Constantio VI. & Maximiano VI.
His Conss. diem functus Constantius, & postea levatus est Constantinus VIII. Kal. Aug.
Novies & Constantino.
His Conss. quod est post sextum Consulatum, occisus Severus Romæ.
Item Decies & Maximiano VII.
His Conss. quod est Maxentio & Romulo, levatus Licinius Carnunto III. Id. Nov.
Post Consulatum Decimum & Septimum.
His Conss. quod est Maxentio II. & Romulo II.
Anno II. post Consulatum Decimum & Septimum.
His Conss. quod est Maxentio III. solo, diem functus Maximianus senior.
Maximiano VIII. Consule.
His Conss. quod est Rufino & Volusiano, diem functus Maximianus junior.

Constantino II. & Licinio II. CCCL.
His Conss. quod est Maxentio IV. solo, victus & occisus Maxentius Romæ ad pontem Mulvium.
Constantino III. & Licinio III.
Volusiano II. & Anniano.
His Conss. bellum Cibalense fuit die VIII. Idus Octobr.
Constantino IV. & Licinio IV.
Sabino & Rufino.
His Conss. diem functus Diocletianus Salona die III. Non. Decemb.
Gallicano & Basso.
His Conss. levati tres Cæsares, Crispus, Licinius & Canstantinus die Kal. Mart.
Licinio V. & Crispo Cæsare.
His Conss. tenebræ fuerunt inter diem hora IX.
Constantino V. & Licinio Cæsare.
Constantino VI. & Constantino Cæsare.
Crispo II. & Constantino II.
Probiano & Iuliano. CCCLX.
Severo & Rufino.
Crispo III. & Constantino III.
His Conss. bellum Hadrianopolitanum die V. Non. Iulias, & bellum Calchedonense XIV. Kal. Octob. & levatus est Constantius Cæsar VI. Idus Novemb.
Paulino & Iuliano.
His Conss. occisus Licinius.
Constantino VII. & Constantio Cæsare.
His Conss. occisus est Crispus, & edidit vicennalia Constantinus Augustus Romæ.
Constantino & Maximo.
Ianuario & Iusto.
Constantino VIII. & Constantino IV.
Gallicano & Symmacho.
His Conss. dedicata est Constantinopolis die V. Idus Maias.
Basso & Ablabio.
Pacatiano & Hilariano. CCCLXX.
His Conss. victi Gothi ab exercitu Romano in terris Sarmatarum die XII. Kal. Maji.
Dalmatio & Xenophilo.
His Conss. levatus est Constans die VIII. Kal. Ianuar.
Optato & Paulino.
His Conss. Sarmatæ servi universa gens dominos suos in Romaniam expulerunt.
Constantio & Albino.
His Conss. tricennalia edidit Constantinus Aug. die VIII. Kal. Aug. & levatus est Dalmatius Cæsar XIV. Kal. Octob.
Nepotiano & Facundo.
Feliciano & Titiano.
His Conss. Constantinus Aug. ad cælestia regna ablatus est XI. Kal. Iunias. & ipso anno nuncupati sunt tres Augusti Constantinus, & Constantius, & Constans V. Idus Septemb.

Urso

Urso & Polemio.
Constantio II. & Constante.
Acyndino & Proculo.
His Conss. occisus est Constantinus junior.
Marcellino & Probino.
His Conss. pugna facta est cum gente Francorum à Constante Aug. in Galliis. & ipso anno terræmotus fuit ad Orientem per totum annum præter Antiochiam.
CCCLXXX. Constantio III. & Constante II.
His Conss. victi Franci à Constante Aug. seu pacati. tractus Hermogenes.
Placido & Romulo.
Leontio & Salustio.
Amantio & Albino.
Constantio IV. & Constante III.
Rufino & Eusebio.
Philippo & Salia.
His Conss. bellum Persicum fuit nocturnum.
Limenio & Catullino.
Sergio & Nigriniano.
His Conss. Constans occisus est in Galliis à Magnentio. & levatus est Magnentius die XV. Kal. Februar. & Vetranio apud Sirmium Kal. Mai. eo anno. & Nepotianus Romæ III. Non. Iunias. & pugna magna fuit cum Romanis & Magnentianis.
Post Conss. Sergii & Nigriniani.
His Conss. bellum Magnentii fuit Morsa die IV. Kal. Octob. & eo anno depositus Vetranio VIII. Kal. Ianuar. & levatus est Constantius Cæsar Id. Mart. & apparuit in Oriente signum Salvatoris die III. Kal. Februar. Luna XXVIII.
CCCXC. Constantio V. & Constantio Cæs.
Constantio VI. & Constantio II.
His Conss. Magnentius se interfecit in Galliis apud Lugdunum die III. Idus Aug. & Decentius frater Magnentii laqueo se suspendit XV. Kal. Septemb.
Constantio VII. & Constantio III.
His Conss. occisus est Constantius Cæsar in insula Flanona.
Arbetione & Lolliano.
His Conss. levatus est Iulianus Cæsar die VIII. Idus Novembres.
Constantio VIII. & Iuliano Cæsare.
His Conss. introierunt Constantinopolim reliquiæ Apostoli Timothei die Kal. Iun.
Constantio IX. & Juliano Cæs. II.
His Conss. introierunt Constantinopolim reliquiæ SS. Apostolorum Andreæ & Lucæ die V. Non. Mart. & introivit Constantius Aug. Romam IV. Kal. Majas, & edidit XXXV.
Datiano & Cæreale.
His Conss. introierunt Constantinopolim legati Persarum die VII. Kal. Mart. Ipso anno terræmotus factus, ita ut civitas Nicomedensium funditus versaretur die IX. Kal. Septemb. aliæ verò CL. civitates partibus vexatæ sunt.
Eusebio & Hypatio.
His Conss. natus est Gratianus filius Augusti Valentiniani die XIV. Kalend. Majas. & ipso anno primum processit Constantinopolim Præfectus urbis, nomine Honoratus, die III Idus Decemb.
Constantio X. & Juliano III.
His Conss. dedicatum est Constantinopoli Dominicum die XV. Kal. Martias.
Tauro & Florentio.
His Conss. diem functus Constantius Aug. Mopsucrinas in finib. Ciliciæ Phœniciæ provinciæ III. Non. Novemb. & introivit Iulianus Aug. Constantinopolim die III. Idus Decemb.
Mamertino & Nevitta. CCCC.
Juliano Aug. IV. & Salustio.
His Conss. occisus est Iulianus Aug. in bello Persico die VI. Kal. Iulias. & quia apostata à Deo factus est Christianorum etiam persecutor, occisus est, & levatus est Christianissimus Iovianus Aug. V. Kal. Iulias.
Joviano Aug. & Varroniano.
His Conss. recessit Iovianus Aug. Dadastana die XI. Kal. Mart. & levatus est Valentinianus Aug. apud Nicæam die V. Kal. Mart. Ipso anno levatus est Valens Aug. Constantinopoli in miliario VII. in tribunali à fratre suo Valentiniano die IV. Kal. April.
Valentiniano & Valente Aug.
His Conss. mare ultra terminos suos egressum est die XII. Kal. Aug. & ipso anno latro nocturnus hostisque publicus intra urbem Constantinopolim apparuit die IV. Kal. Octob.
Gratiano nob. & Dagalaifo.
His Conss. natus est Valentinianus Iunior filius Augusti Valentiniani die XV. Kal. Febr. & ipso anno idem hostis publicus & prædo intra Phrygiam salutarem, & in Nacoliensium campis ab Augusto Valente oppressus atque extinctus est die VI. Kal. Iunias. Ipso anno Augustus Valentinianus gentem Alamannicam pervicit.
Lupicino & Iovino.
His Conss. in civitate Constantinopoli, Deus grandinem pluit in modum petrarum die IV. Nonas Julias. Et ipso anno levatus est Gratianus Aug. in Galliis apud Ambianos in tribunali à patre suo Augusto Valentiniano die IX. Kal. Sept.
Valentiniano II. & Valente II.
His Conss. terræmotus factus, ita ut civitas Nicænorum terræ funditus prosterneretur die V. Idus Octob.
Valentiniano nob. & Victore.
His Conss. opus magnificum cisternæ Constantinopol. completum est à Domitio Modesto V. C.

 iterum

iterum Præfecto urbis. quod in prima inchoaverat Præfectura. Agon post an. XVII. *restitutus est ab Aug. Valente.*

Valentiniano III. & Valente III.

His Conss. magna fames fuit in partibus Phrygiæ; & dedicata est sancta Ecclesia, ubi beati Apostoli positi sunt, V. *Idus April.*

Gratiano Aug. II. & Probo.

cccclx. Modesto & Arintheo.

Valentiniano IV. & Valente IV.

Gratiano III. & Equitio.

Post Conss. Gratiani III. & Equitii.

His Conss. thermæ Carosianæ dedicatæ sunt agente Præfecto V. C. *Vindalonio Magno. Et ipso anno diem functus Valentinianus senior* XV. *Kal. Decemb. in castello Virgitione. & levatus est Valentinianus junior Aug. filius Aug. Valentiniani ab exercitu in tribunali die* X. *Kal. Decemb. in civitate Acinco.*

Valente Aug. V. & Valentin. jun. Aug.

His Conss. victi & expulsi sunt Gothi à gente Hunorum, & suscepti sunt in Romania pro misericordia jussione Aug. Valentis. Et ipso anno introivit corpus Augusti Valentiniani Constantinopolim, V. *Kal. Ian.*

Gratiano IV. & Merobaude.

His Conss. gens Gothorum, qui pro misericordia suscepti sunt, rebellaverunt adversus Romanos. ad quos expugnandos sunt missi Comites cum militibus, & pugnaverunt cum Gothis.

ccccxvi. Valente VI. & Valentiniano II.

His Conss. ingressus est Valens Aug. ab Oriente Constantinopolim die III. *Kal. Iun. Et ipso anno profectus est Valens Aug. ex urbe ad fossatum die* III. *Idus Iunias. & pugna magna fuit cum Romanis & Gothis miliario* XII. *ab Hadrianopoli, die* V. *Id. Aug. Ex ea die Valens Aug. nusquam apparuit. & toto anno per diœcesim Thraciarum, & Scythiæ, & Mœsiæ, Gothi habitaverunt simul, & eas prædaverunt. deinde usque ad portas urbis Constantinopolitanæ venerunt.*

Ausonio & Olybrio.

His Conss. levatus est Theodosius Aug. ab Augusto Gratiano die XIV. *Kal. Februar. in civitate Sirmio. Ipso anno multa bella Romani cum Gothis commiserunt. Deinde victoriæ nuntiatæ sunt adversus Gothos, Alanos, atque Hunos die* XV. *Kal. Decemb.*

Gratiano Aug. V. & Theodosio Aug.

His Conss. victoriæ nuntiatæ sunt amborum Augustorum. Et ipso anno ingressus est Theodosius Aug. Constantinopolim die XVIII. *Kal. Decemb.*

Syagrio & Eucherio.

His Conss. ingressus est Athanaricus rex Gothorum Constantinopolim die III. *Idus Ianuar. Eodem mense diem functus idem Athanaricus* VIII. *Kal. Februar.*

Antonio & Syagrio. ccccxx.

His Conss. Theodosius Aug. corpus Augusti Valentiniani in sarcophago deposuit die IX. *Kal. Mart. Ipso anno universa gens Gothorum cum rege suo in Romaniam se tradiderunt die* V. *Non. Octob.*

Merobaude II. & Saturnino.

His Consulibus levatus est Arcadius Aug. Constantinopoli in miliario VII. *in tribunali à Theodosio Aug. patre suo die* XVII. *Kal. Febr. Et ipso anno ingressum est Constantinopolim corpus Constantiæ filiæ Augusti Constantini die* II. *Idus Septemb.*

Ricomere & Clearcho.

His Conss. introierunt Constantinopolim legati Persarum. Ipso anno natus est Honorius nob. in purpuris die V. *Id. Sept.*

Arcadio Aug. & Bautone.

Honorio nob. & Evodio.

His Conss. victi atque expugnati, & in Romania captivi adducti gens Greothingorum à nostris. Theodosio & Arcadio. deinde cum victoria & triumpho ingressi sunt Constantinopolim die IV. *Idus Octob.*

Valentiniano III. & Eutropio.

His Conss. Quinquennalia Arcadius Aug. propria cum Theodosio Aug. patre suo editionibus ludisque celebravit XVII. *Kal. Feb.*

Theodosio Aug. II. & Cynegio.

Defunctus est Cynegius Præfectus Orientis in Consulatu suo Constantinopoli.

Hic universas provincias longi temporis tabe deceptas in statum pristinum revocavit. & usque ad Ægyptum penetravit, & simulacra gentium evertit. Unde cum magno fletu totius populi civitatis deductum est corpus ejus ad Apostolos die XIV. *Kal. April. Et post annum transtulit cum matrona ejus Achantia ad Hispanias pedestre. Et ipso anno occiditur hostis publicus Maximus tyrannus à Theodosio Aug. in miliario* III. *de Aquileja* V. *Kal. Aug. Sed & filius ejus Victor occiditur post paucos dies in Galliis à Comite Theodosii.*

Timasio & Promoto.

His Conss. introivit Theodosius Aug. in urbem Romam cum Honorio filio suo die Iduum Iuniarum, & dedit congiarium Romanis.

Valentiniano IV. & Neuterio.

Tatiano & Symmacho.

Arcadio Aug. II. & Rufino. ccccxix.

Valentinianus junior apud Viennam est interfectus. & levavit se Eugenius tyrannus. postmodum Theodosius Aug. occidit Eugenium.

Theodosio Aug. III. & Abundantio.

Arcadio Aug. III. & Honorio Aug. II.

Olybrio & Probino.

His

His Consulibus recessit apud Mediolanum Theodosius Aug.
Arcadio Aug. IV. & Honorio Aug. III.
Attico & Cæsario.
Honorio Aug. IV. & Eutychiano.
His Consf. Gildo occisus.
Manilio & Theodoro.
His Consf. templa gentilium demolita sunt, Ioviniano & Gaudentio Comitibus.
Stilicone v. c. Consule.
Vincentio & Fravito.
CCCCXL. Arcadio V. & Honorio V.
His Consf. Solis facta defectio III. Id. Nov.
Thedosio & Rumorido.
Honorio IV. & Aristænete.
His Consf. bellum civile fuit ex III. Kal. Sept.
Stilicone II. & Anthemio.
His Consf. inter Catholicos & Donatistas unitas facta.
Arcadio VI. & Probo.
Honorio VII. & Theodosio Aug. II.
Basso & Philippo.
CCCCXLVII. Honorio VIII. & Theodosio III.
His Consf. barbari Hispanias ingressi.
Honorio IX. & Varari, quod fuit Tertullo.
Theodosio Aug. IV.
His Consf. Constantini tyranni in conto caput adlatum est XIV. Kal Octob.
Honorio IX. & Theodosio V. CCCCL.
P. C. Honor. IX. & Theod. V. Lucio Cos.
His Consf. occisi sunt Iovinus, Sebastianus, Salustius. & Heraclianus abolitus est.
Constantio v. c.
Honorio X. & Theodosio VI.
His Consf. S. Stephanus primus martyr revelatur S. Presbytero Luciano die VI. feria, quæ fuit tunc III. Non. Decemb. in Hierosolymis S. Ioanne Episcopo præsidente. & extant ex his gestis epistolæ supradicti presbyteri, & S. Aviti presbyteri Bracarensis, qui tunc in Hierosolymis degebant.
Theodosio VII. & Palladio.
Honorio XI. & Constantio II.
Honorio XII. & Theodosio VIII.
Monaxio & Plenta.
His Consf. S. Ioannes Hierosolymorum Episcopus qui supra, epistolam dirigit per Ecclesias orbis terrarum, quæ habetur, de signis terroribusque divinitus perpetratis.
Theodosio IX. & Constantio III.
Agricola & Eustatio.
Honorio XIII. & Theodosio X.
Mariniano & Asclepiodoto.
His Consf. Honorius Aug. recessit Ravennæ.

MARCELLINI V. C. COMITIS ILLYRICIANI
CHRONICON.

Ex editione IAC. SIRMONDI
Lutetiæ Parisf. MDC XIX.

LECTORI.

De Chronici hujus auctore necessariò monendus es, Lector, non omnia Marcellini esse, quæ in illo continentur. Testatur enim præfatione sua Marcellinus se opus suum ab initio principis Theodosii, ad Magni usque Consulatum, per annos CXL. perduxisse: tum deinde alios tantum XVI. annos adjecisse, à primo Justini ad quartum usque Justiniani Aug. Consulatum, hoc est ad annum Christi DXXXIV. Ultra hunc annum igitur non processerat Marcellinus: nec plura sanè his fuerant in editione Ant. Sconhovii, qui Chronicon hoc in lucem primus dedit. Quæ deinceps sequuntur ad finem usque principis Justiniani, ab alio postea quopiam adjecta sunt, & à Panuinio primùm, deinde ab aliis nullo discrimine pro Marcellinianis edita. Nos ex vetustissimo Tilianæ bibliothecæ Codice, tum Marcellini omnia multò quàm hactenus emendatiora, tum Appendicem, quæ & ipsa perantiqui est scriptoris, multis partibus auctiorem damus: integram daturi, nisi nos lacerum exemplar in septimo post Basilii Consulatum anno destituisset. Quo factum, ut in reliquis ad finem usque Panuinianam editionem sequi necesse fuerit, demptis annorum ad calcem epilogismis, quos idcirco prætermittendos censuimus, quia nihil illos neque ad Marcellini Chronicon, neque ad ejus Appendicem pertinere constabat.

Cassiodorus Institutionis divinarum Scripturarum cap. XVII.

MARCELLINUS etiam quatuor libros de temporum qualitatibus, & positionibus locorum pulcherrima proprietate conficiens, itineris sui tramitem laudabiliter percurrit: quem vobis pariter dereliqui. Chronica verò, quæ sunt imagines historiarum, brevissimæque temporum commemorationes, scripsit Græcè Eusebius, quem transtulit Hieronymus in Latinum, & usque ad tempora sua deduxit eximiè. Hunc subsecutus est suprascriptus Marcellinus Illyricianus, qui adhuc patricii Justiniani fertur egisse cancellos: sed meliore dictione devotus, à tempore Theodosii principis, usque ad fores imperii triumphalis Augusti Justiniani opus suum, Domino juvante, perduxit: ut qui antè fuit in obsequio suscepto gratus, postea ipsius imperio copiosè amantissimus appareret.

PRÆFATIO.

POST mirandum opus, quod à mundi fabrica usque in Constantinum principem Eusebius Cæsariensis, hujus sæculi originem, tempora, annos, regna, virtutésque mortalium, & variarum artium repertores, omniumque penè provinciarum monumenta commemorans, Græco edidit stylo, noster Hieronymus cuncta transtulit in Latinum, & usque in Valentem Cæsarem Romano adjecit eloquio. Igitur uterque hujus operis auctor V. *&* DLXXIX. *annorum hunc mundum tunc fore miro computavit ingenio. Ego verò simplici duntaxat computatione Orientale tantùm secutus imperium, per indictiones, perque Consules infrà scriptos, centum &* XL. *annos, à septima videlicet indictione, & à Consulatu Ausonii & Olybrii (quibus etiam Consulibus Theodosius Magnus creatus est Imperator) enumerans, & usque in Consulatum Magni indictionis undecimæ colligens, eorumdem auctorum operi subrogavi: itémque alios* XVI. *annos, à consulatu Justini Augusti primo, usque in consulatum Justiniani Augusti* IV. *suffeci: id sunt simul anni* CLVI. *& meum rusticum opus supposui.*

INDICTIONE VII.

Ausonio & Olybrio Coss.

THEODOSIUS Hispanus Italicæ divi Trajani civitatis, à Gratiano Augusto apud Sirmium XXXIX. post Valentis interitum imperator creatus est, XIV. Kalendas Februarias, Orientalem duntaxat Remp. recturus, vir admodum religiosus, & catholicæ ecclesiæ propagator, omnibusque Orientalibus principibus præponendus, nisi quod Marcianum tertium post se principem imitatorem habuerit. Alanos, Hunos, Gothos, gentes Scythicas magnis multisque præliis vicit.

INDICTIONE VIII.

Gratiano Aug. V. *& Theodosio Aug. Coss.*

Gregorius Nazianzenus facundissimus Christi sacerdos, & Hieronymi nostri præceptor, ecclesia nostra apud Byzantium capta ab Arrianis, plebem catholicam in beatæ Anastasiæ oratorio catholica quotidie allocutione continuit. Sæpe namque pravorum conviciis insectatus est: sed gratia Christi præditus, usque ad id tempus, quo eadem ecclesia sui præsentia nostris est reddita; perfidus obstitit Arrianis. Nam his Coss. Theodosius Magnus postquam de Scythicis gentibus triumphavit, expulsis continuò ab Orthodoxorum ecclesia Arrianis, qui eam per XL. fermè annos sub Arrianis Imperatoribus tenuerant, nostris Catholicis Orthodoxus restituit Imperator mense Decembri.

INDICTIONE IX.

Eucherio & Euagrio Coss.

Sanctis CL. patribus urbe Augusta congregatis adversus Macedonium in Spiritum Sanctum naufragantem, ab iisdem episcopis sancta Synodus confirmata est: Damaso videlicet sedem beati Petri tenente, Constantinopoli verò per Timotheum Alexandrinum, perque Meletium Antiochenum & Cyrillum Hierosolymitanum episcopos, Nectario ex pagano protinus baptizato, & in præfata Synodo pontifice ordinato. Athanaricus rex Gothorum, cum quo Theodosius Imp. fœdus pepigerat, Constantinopolim mense Januario venit, eodemque mense morbo periit.

INDICTIONE X.

Antonio & Syagrio Coss.

Divi Valentiniani magni cadaver Theodosius princeps ab Italia reportatum, apud Comitatum regio in sepulchro recondidit. Eodem anno universa gens Gothorum,

rum, Athanarico rege suo defuncto, Romano sese imperio dedit. Mense Octobri Damasus Romanæ ecclesiæ, exceptis Liberio & Felice, xxxv. episcopus, anno pontificatus sui xviii. in Domino requievit.

INDICTIONE. XI.

Merobaude II. *& Saturnino Coss.*

Romanæ ecclesiæ Siricius xxxvi. antistes factus, vixit annos xv. Archadius à patre suo Theodosio Aug. consors imperii septimo ab urbe milliario coronatus est. Gratianus imp. Maximi tyranni dolo apud Lugdunum occisus est viii. Cal. Septembris.

INDICTIONE XII.

Richomere & Clearcho Coss.

Legati Persarum Constantinopolim advenerunt pacem à Theodosio principe postulantes. Eodem tempore Honorius alter Theodosio natus est filius mense Septembri.

INDICTIONE XIII.

Archadio & Bautone Coss.

Theodosius Imp. aliquantas Eoas nationes per legatos suo ut pote imperio subdidit.

INDICTIONE XIV.

Honorio Cæsare & Euodio Coss.

Invasam princeps Theodosius ab hostibus Thraciam vindicavit, victorque cum Archadio filio suo urbem ingressus est. Galla Theodosii regis altera uxor his consulibus Constantinopolim venit.

INDICTIONE XV.

Valentiniano III. *& Eutropio Coss.*

Archadius Cæsar cum patre suo Theodosio sua quinquennalia celebravit. Theodosius Magnus Italiam contra Maximum tyrannum pugnaturus accessit.

INDICTIONE I.

Theodosio Aug. II. *& Cynegio Coss.*

Valentinianus Gratiani frater & Theodosius Imp. Maximum tyrannum & Victorem filium ejus apud Aquileiam rebellantem vicerunt. Andragathius Comes morte Maximi cognita præcipitem sese è navi in undas dedit ac suffocatus est.

INDICTIONE. II.

Timasio & Promoto Coss.

Theodosius Imp. cum Honorio filio suo Romam mense Junio introivit, congiarium Romano populo tribuit, urbéque egressus est Cal. Septembris. Per idem tempus grando crepitans per biduum continuum pro pluvia cecidit, pecorum arborúmque pernicies. Stella à Septentrione gallicinio surgens, & in modum Luciferi ardens potius quàm splendens apparuit, vicesimo sexto die esse desivit. Templum Serapidis apud Alexandriam Theodosii imp. edicto solutum est.

INDICITONE III.

Valentiniano Aug. IV. *& Neoterio Coss.*

Signum in cœlo quasi columna pendens ardensque per dies xxx. apparuit. Galla Theodosii uxor ab Archadio privigno suo ejecta est. Obeliscus in circo positus est. columna haud longè ab ecclesia constituta est, quæ argenteam Theodosii Magni statuam ferens hactenus contemplatur.

INDICTIONE IV.

Tatiano & Symmacho Coss.

Theodosius Imp. Italia decedens Constantinopolim remeavit. Valentinianus Imp. apud Viennam dolo Arbogastis strangulatus interiit Idib. Martiis. Eugenius Arbogastis favore confisus imperium sibimet usurpavit.

INDICTIONE V.

Archadio II. *& Rufino Coss.*

Arbogastes Valentiniano Imp. extincto, & Eugenio Cæsare facto, innumeras invictasque copias undique in Gallias contraxit, Occidentale imperium utpote sibi vindicaturus, vir barbarus animo, consilio, manu, audacia, potentiáque nimius. Contraxit autem undique innumeras copias, vel Romanorum præsidiis, vel Barbarorum auxiliis, alibi potestate, alibi cognatione subnixus. Usque hunc xiiii. Theodosii imperii annum, beatus Hieronymus post ascensionem D. N. Jesu Christi, à Petro Apostolo incipiens, & in semetipsum desinens, cxxxv. virorum illustrium ecclesiastica volumina descripsit, apud Bethleem oppidum degens.

degens, ubi & monasterium sibi condidit, & alia multa ecclesiastica literis quoque Hebraicis edoctus scripsit, finémque vitæ suæ admodum senex fecit, ibique sepultus est, Catholicis quidem inexpugnabilis ecclesiæ turris, hæreticis autem omnibus infatigabilis hostis, tam proposito vitæ suæ, quàm librorum à se editorum assertionibus depugnans.

INDICTIONE VI.

Theodosio III. *& Abundantio Coss.*

Honorium pater suus Theodosius in eodem loco quo fratrem ejus Archadium Cæsarem fecit, id est septimo ab urbe regia milliario. Tunc quippe hora diei tertia tenebræ factæ sunt.

INDICTIONE VII.

Archadio III. *& Honorio* II. *Coss.*

Theodosius Augustus assumpto Honorio Cæsare, eodémque filio, contra Arbogastem, qui Eugenium tyrannum Imperatorem facere ausus est, iterum properavit. bello commisso Eugenius victus atque captus interfectus est, Arbogastes sua se manu perculit. Terræmotu à mense Septembrio in Novembrium continuo imminente, aliquantæ Europæ regiones quassatæ sunt. Thermæ Archadianæ ex conditoris sui nomine nomen acceperunt.

INDICTIONE VIII.

Olybrio & Probino Coss.

Theodosius Magnus apud Mediolanum vita decessit. Imperavit annos XVII. Corpus ejus eodem anno Constantinopolim allatum, atque sepultum. Archadius & Honorius germani, utrumque imperium divisis tantùm sedibus tenere cœperunt. Rufinus patricius Archadio principi insidias tendens, Alaricum Gothorum regem, missis ei clàm pecuniis, infestum Reip. fecit, & in Græciam misit. Porrò detecto dolo suo Rufinus ab Italicis militibus, olim cum Gaina Comite Archadio missis, ante portas ubis meritò trucidatus est. Caput ejus manusque dextra per totam Constantinopolim demonstrata.

INDICTIONE IX.

Archadio IV. *& Honorio* III. *Coss.*

Rufini uxor & filia exulant. Eutropius sacri palatii cubicularius omnes opes abripuit, avaritiamque transgressus est. Terræmotus per dies plurimos fuit, cælúmque ardere visum est.

INDICTIONE X.

Cæsario & Attico Coss.

His consulibus Flaccilla Archadio nata est filia.

INDICTIONE XI.

Honorio IV. *& Eutychiano Coss.*

Romanæ ecclesiæ Anastasius XXXVII. episcopus ordinatus vixit annos quatuor. Ambrosius Mediolanensis, virtutum episcopus, arx fidei, orator Catholicus, ad Christum Dominum commigravit. Joannes Antiochiæ natus, ibíque à Meletio ejusdem civitatis episcopo, eodemque confessore, lector ecclesiæ ordinatus, per singulos officii gradus ascendit. Ubi per quinquennium continuum Diaconus multos divinosque edidit libros: Presbyter quoque factus per XII. annos plures confecit. Tanta dehinc opinione ubique meritò propagatus, Constantinopoli in locum Nectarii pontifex suffectus est. ubi plurima dulciáque divinarum scripturarum volumina suo operi catholico addidit, hosque episcopos habuit inimicos, Theophilum Alexandrinum, Epiphanium Cyprium, Acacium Beroënsem, Antiochum Ptolomensem, Severianum Gabalensem, & Severum Calchedonensem. Gildo Comes, idémque paganus, qui mortuo Theodosio principe Africæ præerat, dum Archadio & Honorio adhuc pueris regnantibus invidet, Africámque nititur obtinere, frater ejus Mascezel cognita ejus vesania, relictisque duobus apud Africam filiis, in Italiam remeat: Gildo utrumque fratris filium dolo trucidat. Mascezel fratris scelere cognito, cum quinque millibus suorum contra Gildonem cum LXX. millibus armatorum sibimet obviantem infestus accedit, Gildonémque parricidam jejuniis & orationibus suis, immò beati Ambrosii in somnis admonitu, auxiliantibus fugavit. Gildo fugiens propria se manu strangulavit: sicque Mascezel sine bello victoriam meruit, ac sine cæde vindictam.

INDICTIONE XII.

Theodoro & Eutropio eunucho Coss.

Hic Eutropius omnium spadonum primus

mus atque ultimus consul fuit: de quo Claudianus poëta ait,

Omnia cesserunt Eunucho consule monstra.

Pulcheria Archadio altera filia nata est, Gaina Comes apud Constantinopolim ad præparandum civile bellum barbaros suos occultè admonet; ipse valetudinem simulans urbe digreditur. cœpto adversus Byzantios prælio plurimi hostium cadunt, cæteri fugientes ecclesiæ nostræ succedunt, ibique retecto ecclesiæ culmine, jactisque desuper lapidibus obruuntur.

INDICTIONE XIII.

Stilichone & Aureliano Coss.

Bellum navale contra Gainam tyrannum inter Cherronesum & Hellespontum gestum est: multa millia Gothorum cæsa, vel demersa sunt. Gaina Comes de hoc bello fugiens evasit. ipso tamen anno occisus est mense Februario.

INDICTIONE XIV.

Vincentio & Fravita Coss.

Caput Gainæ hastili præfixum Constantinopolim allatum est. Maris Pontici superficies ita gelu frænata est, ut per triginta dies soluta tandem glacies instar montium per Propontidem supernè portata decurreret. Theodosius junior patre Archadio natus est III. Idus Apriles.

INDICTIONE XV.

Archadio V. *& Honorio* V. *Coss.*

Romanæ ecclesiæ Innocentius XXXVIII. creatus antistes, vixit annos XV. Theodosius junior in loco quo pater, patruúsque suus, Cæsar creatus est. Constantinopoli ingens terræ motus fuit.

INDICTIONE I.

Theodosio juniore & Rumorido Coss.

Marina patre Archadio nata III. Idus Febr. Eudoxiæ Archadii uxori super porphyreticam columnam argentea statua juxta ecclesiam posita hactenus sistit. Joannem Constantinopolitanæ civitatis episcopum, cui supradicti sex antistites in cassum æmuli fuere, aliósque triginta sibimet episcopos conscivere, nolente Archadio principe, in Cucusum Armeniæ oppidum exulem miserunt, eumque post annum unum in villam, quæ Comana in regione Pontica dicitur, de exilio in exilium relegarunt. Hunc ibidem mortuum religiosa Orthodoxorum plebs in atrio Basilisci episcopi sancti, idemque martyris, ab eodem Matyre in somnis admonita, in novum moxque repertum sepulchrum condidit.

INDICTIONE. II.

Honorio VI. *& Aristæneto Coss.*

Ecclesiam Constantinopolitanam flamma ignis, quæ de beati Joannis throno quondam episcopi nata fuit, subitò conflagravit, vicinamque ecclesiæ urbis faciem serpens nihilominus exussit. Eudoxia uxor Archadii diem obiit.

INDICTIONE III.

Stilichone II. *& Anthemio Coss.*

Isauri per montem Tauri discursantes ingens dispendium Reip. importarunt: quibus Narbazaicus legatus majus continuò rependit incommodum.

INDICTIONE. IV.

Archadio VI. *& Probo Coss.*

Theodosius junior quinquennalia dedit. Radagaisus paganus & Scytha cum ducentis millibus suorum totam Italiam inundavit. Huldin & Sarus Hunnorum Gothorúmque reges Radagaisum continuò devicerunt, ipsius capite amputato, captivos ejus singulis aureis distrahentes.

INDICTIONE. V.

Honorio VII. *& Theodosio juniore* II. *Coss.*

Cisterna maxima juxta porphyreticã Constantini Imperatoris columnam in foro ejus sub plateæ transitum constructa est.

INDICTIONE. VI.

Bassæ & Philippo Coss.

Stilicho Comes, cujus duæ filiæ Maria & Thermantia singulæ uxores Honorii principis fuere, utraque tamen virgo defuncta, spreto Honorio, regnumque ejus inhians, Alanorum, Suevorum, Wandalorumque gentes donis pecuniisque illectas contra regnum Honorii excitavit, Eucherium filium suum paganum & adversum Christianos insidias molientem cupiens Cæsarem ordinare. qui cum eodem Eucherio dolo suo detecto occisus est. Romæ in foro pacis per dies septem terra mugitum dedit. Archadius Imp.

vitæ

vitæ finem fecit. regnavit post obitum patris sui Theodosii annos XIII.

INDICTIONE VII.

Honorio VIII. *& Theodosio juniore* III. *Coss.*

Apud Constantinopolim magna exarsit populi seditio, panis scilicet penuria sibimet ingruente.

INDICTIONE VIII.

Varane solo Coss.

Alaricus trepidam urbem Romam invasit, partemque ejus cremavit incendio, sextóque die quam ingressus fuerat deprædata urbe egressus est, Placidia Honorii principis sorore abducta, quam postea Ataulfo propinquo suo tradidit uxorem.

INDICTIONE IX.

Honorio IX. *& Theodosio* IV. *Coss.*

Theodosius junior decennalia, Honorius Romæ vicennalia dedit. Constantinus apud Gallias invasit imperium, filiumque suum ex monacho Cæsarem fecit: ipse apud Arelatum civitatem occiditur, Constans filius apud Viennam capite plectitur.

INDICTIONE X.

Theodosio Imp. V. *solo Coss.*

Iovinus ac Sebastianus in Galliis tyrannidem molientes occisi sunt. Attalus in mari captus, atque Honorio exhibitus, truncata manu vitæ relictus est.

INDICTIONE XI.

Lucio solo Coss.

Heraclianus Africæ Comes cum septingentis navibus & tribus militum millibus ad urbem tendens, mox ad urbem Romam egressus est, occursu Marini Comitis territus & in fugam versus, arrepta nave solus Carthaginem rediit, ibique illicò interfectus est.

INDICTIONE XII.

Constantio & Constante Coss.

Pulcheria Theodosii soror Augusta appellata est. Valia res Gothorum facta cum Honorio principe pace, Placidiam sororem ejus eidem viduam reddidit.

INDICTIONE XIII.

Honorio X. *& Theodosio* VI. *Coss.*

Ecclesia Constantinopolitana dudum igni cremata, his Coss. restaurata dedicataque est, Attico episcopo eandem regente ecclesiam. Lucianus presbyter vir sanctus, cui revelavit Deus his Consulibus locum sepulcri & reliquiarum corporis sancti Stephani primi Martyris, scripsit ipsam revelationem Græco sermone ad omniùm ecclesiarum personas.

INDICTIONE XIIII.

Theodosio VII. *& Palladio Coss.*

Orosius presbyter Hispanici generis septem libros historiarum descripsit. Missus ab Augustino episcopo idem Orosius pro discenda animæ ratione ad Hieronymum Presbyterum, reliquias beati Stephani tunc nuper inventas rediens primus intulit Occidenti. Atticus Constantinopolitanus episcopus scripsit ad reginas, Archadii Imp. filias, de fide & virginitate librum valde egregium, in quó præveniens Nestorianum dogma impugnat.

INDICTIONE XV.

Honorio XI. *& Constantio* II. *Coss.*

Tenebræ in die factæ sunt. Cybera Asiæ civitas, aliquantaque prædia terræ motu demersa. Romanæ ecclesiæ Zosimus XXXVIII. episcopus ordinatus vixit annis III.

INDICTIONE I.

Honorio XII. *& Theodosio* VIII. *Coss.*

Plinta Comes, idemque rebellio, apud Palæstinam provinciam deletus est. Solis defectio facta est. Stella ab Oriente per septem menses surgens ardensq; apparuit.

INDICTIONE II.

Monaxio & Plinta Coss.

Valentinianus junior apud Ravennam patre Constantio, & Placidia matre, V. Nonas Julias natus est. Multæ Palæstinæ civitates villæque terræmotu collapsæ. Dominus noster Jesus Christus semper ubique præsens, & super montem Oliveti Hierosolymæ vicinum sese de nube manifestavit. Multæ tunc utriusque sexus vicinarum gentium nationes, tam visu quàm auditu perterritæ, atq; credulæ, sacro Christi fon-

sti fonte ablutæ sunt, omniumque baptizatorum in tunicis crux Christi salvatoris, divinitatis nutu, extemplò impressa refulsit.

INDICTIONE III.

Theodosio IX. *& Constantio* III. *Coss.*

Romanæ ecclesiæ Bonifacius XL. episcopus ordinatus vixit annis tribus. In Oriente tumultum milites excitarunt, ductoremque suum Maximinum nomine exstinxerunt. In Perside in Christianos persecutio desævit.

INDICTIONE IV.

Eustathio & Agricola Coss.

Theodosius Imp. Eudociam Achinam duxit uxorem. Archadio patri suo in foro ejus, super immanem columnam, ingentem statuam idem Theodosius dedicavit. Cisterna Aëtii constructa est. Romani cum Persis conflixere.

INDICTIONE V.

Honorio XIII. *& Theodosio* X. *Coss.*

Theodosius Imp. Eudoxiam filiam genuit. In tricennalia Honorii, Maximus tyrannus & Jovinus ferro victi, adducti de Hispanis atque interfecti sunt. Hunni Thraciam vastaverunt. Persæ cum Romanis pacem pepigere.

INDICTIONE VI.

Asclepiodoto & Mariniano Coss.

Cælestinus Romanæ ecclesiæ XLI. Antistes creatus est, vixit annos IX. Evagrius scripsit altercationem Judæi Simonis & Theophili Christiani, quæ penè omnibus nota est. Terræmotus multis in locis fuit, & frugum inedia subsecuta. Philippus & Salustius philosophi morbo perierunt. stella sæpe ardente crinita Honorius Imp. fatale munus implevit.

INDICTIONE VII.

Victore & Castino Coss.

Placidia mater Valentiniani Augusta nuncupata est. Valentinianus Cæsar creatus Theodosii Imp. Eudoxiam filiam sibimet desponsavit, Joannes regnum Occidentale Honorio defuncto invasit.

INDICTIONE VIII.

Theodosio IX. *& Valentiniano Cæsare Coss.*

Suprafatus Joannes dolo potius Ardaburis & Asparis, quàm virtute occiditur. Valentinianus junior apud Ravennam factus est Imperator.

INDICTIONE IX.

Theodosio XIII. *& Valentiniano* II. *Coss.*

Sisinnius vir sanctæ simplicitatis, & simplicis sanctitatis, Constantinopolitanus episcopus factus est.

INDICTIONE X.

Hierio & Ardabure Coss.

Pannoniæ quæ per quinquaginta annos ab Hunnis retinebantur, à Romanis receptæ sunt. Thermæ Theodosianæ dedicatæ.

INDICTIONE XI.

Felice & Tauro Coss.

Nestorius Antiochia natus, vir satis quidem eloquentiæ, sapientiæ verò parum habens, Constantinopolitanis admodum adnitentibus, ex presbytero episcopus ordinatus est. Beatissimi Joannis episcopi, dudum malorum episcoporum invidia exulati, apud Comitatum cœpit memoria celebrari mense Septembrio die XXVI.

INDICTIONE XII.

Florentio & Dionysio Coss.

Orthodoxi nostri Macedonianorum ecclesiam extra muros urbis positam abstulerunt, quoniam iidem Macedoniani Antoninum Germis Catholicum episcopum interfecerunt. Beatissimus Augustinus Hipponensis ecclesiæ elegantissimus Christi sacerdos, doctórque præcipuus, morte placida quievit.

INDICTIONE XIII.

Theodosio XIII. *& Valentiniano* III. *Coss.*

Theodosius Imp. tricennalia gessit. Felix apud Ravennam occiditur. Cælestinus Romanæ arcis pontifex, Nestorio pravitatis episcopo per epistolam suam, datis eidem X. dierum induciis, vel pœnitenti veniam, vel dissentienti damnationem denunciat. Idem Nestorius ecclesiæ Constantinopolitanæ perfidus Antistes, à quo & Nestoriana perfidia pullulavit, apud Ephesum ducentorũ sanctorum patrum sententia in Synodo condemnatus est, Cælestino Cyrillum Alexandrinæ civitatis episcopum pro tempore vicarium denunciante: in locum Nestorii Maximianus episcopus est subrogatus.

INDICTIONE XIV.

Antiocho & Basso Coss.

Flacilla Theodosii Augusti filia extremum spiritum fudit. Barbari urbe Augusta enutriti ad ecclesiam nostram hostili ritu confluunt: ignem in ecclesiam ad comburendum altare dum infesti jaciunt, invicem sese, resistente Deo, trucidant. Hoc tempore dum ad horrea publica Theodosius processum celebrat, tritici in plebe ingruente penuria Imperator ab esuriente populo lapidibus impetitur.

INDICTIONE XV.

Valerio & Aetio Coss.

Romanæ ecclesiæ Xystus XLII. episcopus ordinatus vixit annis VIII. Placidiæ matris Valentiniani Imp. instinctu, ingens bellum inter Bonifacium & Aetium patricios gestum est. Aëtius longiore Bonifacii telo pridie sibimet præparato, Bonifacium congredientem vulneravit illæsus: tertióque mense Bonifacius vulnere, quo sauciatus fuerat, emoritur: Pelagiam uxorem suam valde locupletem, nulli alteri nisi Aëtio ut nuberet, exhortans.

INDICTIONE I.

Theodosio XIV. & Maximo Coss.

Maxima urbis regiæ pars Septentrionalis per tres dies continuos incensa, collapsáque est mense Augusto.

INDICTIONE II.

Ariobinda & Aspare Coss.

Honoria Valentiniani Imp. soror ab Eugenio procuratore suo stuprata concepit, palatióque expulsa, Theodosio principi de Italia transmissa, Attilanem contra Occidentalem remp. concitabat.

INDICTIONE III.

Theodosio XV. & Valentiniano IV. Coss.

Forum Theodosii imp. in loco qui Helianę dicitur, ædificatum est, Sebastianus Bonifacii quondam patricii gener urbe Augusta fugit, atque in Africa interemptus est.

INDICTIONE IV.

Isidoro & Senatore Coss.

Theodosius Imp. Cyzicum civitatē navibus petit, multáq; eidem civitati munificentia præstita, urbem Augustam renavigavit.

INDICTIONE V.

Aëtio II. & Sigisvuldo Coss.

Valentinianus Imp. Roma digressus, ad copulandam sibi in matrimonium Eudoxiam Theodosii principis filiam, quam dudum desponsaverat, Constantinopolim advenit, eáque sibi nupta apud Thessalonicam, Italiam repetens hyemavit.

INDICTIONE VI.

Theodosio XVI. & Fausto Coss.

Cotradis prædo cum piratis suisque comitibus captus, interfectúsque est. Reliquiæ beatissimi Joannis Augustæ urbis quondam episcopi, eidem redditæ civitati, ibique sepultæ, mense Januario, die XXVIII. Valentinianus Imp. cum Eudoxia uxore Ravennam ingressus est.

INDICTIONE VII.

Theodosio XVII. & Festo. Coss.

Theodosius Imp. octava quinquennalia edidit. Eudocia uxor Theodosii principis ab Hierosolymis urbem Regiam remeavit, beatissimi Stephani primi martyris reliquias, quæ in Basilica S. Laurentii positæ venerantur, secum deferens. Hoc tempore Gensericus rex Wandalorum Africæ civitates, Carthaginémque metropolim cum suis satellitibus occupavit x. Cal. Novembris.

INDICTIONE VIII.

Valentiniano V. & Anatolio Coss.

Paulinus magister officiorum in Cæsarea Cappadociæ, jubente Theodosio Principe, interemptus est. Romanæ Ecclesiæ Leo XLIII. papa creatus vixit annos XXI.

INDICTIONE IX.

Cyro solo Cos.

Persæ, Sarraceni, Zanni, Isauri, Hunni finibus suis egressi Romanorum sola vastarunt. Missi sunt contra hos Anatolius & Aspar magistri militiæ, pacémque cum eis unius anni fecerunt. Joannes natione Wandalus, magistérque militiæ, Arnegiseli fraude in Thracia interemptus est. Hunnorum reges numerosis suorum cum millibus in Illyricum irruerunt: Naisum, Singidunum, aliásque civitates, oppidáque Illyrici plurima exciderunt.

INDICTIONE X.

Eudoxio & Dioscoro Coss.

Stella quæ crinita dicitur per plurimum tempus

tempus ardens apparuit. Bleda & Attila fratres, multarúmque gentium reges, Illyricum, Thraciámque depopulati sunt.

INDICTIONE XI.

Maximo II. *& Paterio Coss.*

His consulibus tanta nix cecidit, ut per sex menses vix liquescere potuerit: multa hominum & animalium millia frigoris rigore confecta perierunt. Theodosius Imp ex Asiana expeditione in urbem redit. Thermarum quæ Achilleæ dicuntur, encæniæ factæ.

INDICTIONE XII.

Theodosio XVIII. *& Albino Coss.*

Theodosius princeps nona quinquennalia dedit: Archadia soror Theodosii vivendi finem fecit. Aliquanta Bithyniæ oppida atque prædia continuarum vi longa pluviarum, & fluviorum inundatione crescentium, sublapsa dissolutaque perierunt. Severum presbyterum & Joannem Diaconum Eudociæ reginæ apud Æliam urbem ministrantes, missus ab Imp. Theodosio Saturninus Comes domesticorum occidit. Eudocia nescio quo excita dolore Saturninum protinus obtruncavit: statimque mariti Imp. nutu, regiis spoliata ministris, apud Æliam civitatem moritura remansit.

INDICTIONE XIII.

Valentiniano VI. *& Nomo Coss.*

Bleda rex Hunnorum Attilæ fratris sui insidiis interimitur. Apud Byzantium populari orta in Circo seditione multi sese invicem occiderunt, multáque intrinsecus hominum pecudúmque morbo corpora perierunt.

INDICTIONE XIV.

Ætio III. *& Symmacho Coss.*

His consulibus magna fames Constantinopolim invasit, pestisque ilicò subsecuta. Templum Regiæ civitatis igne crematū.

INDICTIONE XV.

Ardabure & Callepio Coss.

Ingenti terrę motu per loca varia imminente plurimi urbis Augustæ muri recenti adhuc reædificatione constructi, cum LVII. turribus corruerunt. Saxa quoque ingentia in foro Tauri dudum super sese in ædificio posita, statuæque plurimę sine ullius videlicet læsione collapsæ sunt, plurimis nihilominus civitatibus collapsis: fames, & aërum pestifer odor multa millia hominum jumentorúmq; delevit. Ingens bellum & priore majus per Attilam regem nostris inflictum, penè totam Europam, excisis invasisque civitatibus, atque castellis, conrasit. Eodem anno, urbis Augustæ muri olim terræmotu collapsi, intra tres menses, Constantino Præfecto prætorio operam dante, reædificati sunt. Attila rex usque ad Thermopolim infestus advenit. Arnegisclus magister militiæ in ripense Dacia, juxta Utum amnem, ab Attila rege, viriliter pugnans, plurimis hostium interemptis, occisus est.

INDICTIONE I.

Zenone & Postumiano Coss.

Provincia India Theodosio principi Tigrim domitam pro munere misit. Utramque porticum Troadensem, turrésque portarum utrasque ignis subitus exussit: quarum ruina continuò repurgata, Antiochus Præfectus prætorio in pristinam erexit speciem: legatis Attilæ à Theodosio despectas olim pecunias flagitantibus.

INDICTIONE II.

Protogene & Asturio Coss.

Marina Theodosii regis soror fati munus implevit. Flavianus episcopus in secunda apud Ephesum Synodo, vi Dioscori Alexandrini episc. & Saturnini spadonis in Epipam exulatus est. Areobinda & Taurus patricii communi vita defuncti sunt.

INDICTIONE III.

Valentiniano VII. *& Abieno Coss.*

Theodosius Imp. vivendi finem fecit: regnavit post mortem Archadii patris sui annos XLII. Loco ejus Marcianus imperium adeptus est. Crysaphius eunuchus, Pulcheriæ Theodosii sororis nutu, sua cum avaritia interemptus est.

INDICTIONE IV.

Marciano Aug. & Adelfio Coss.

Leone pontifice sedem B. Petri regente, DCXXX. patrum sancta & universalis synodus contra Eutychetem nefandissimorum præsulem monachorum apud Calchedonam in basilica sanctæ Eufemiæ firmata est: solus Dioscorus Alexandrinæ ecclesiæ episcopus dissensit, statimque ab iisdem catholicis patribus sacerdotio abdicatus est.

INDICTIONE V.

Sporacio & Herculano Coss.

Marcianus Aug. suis statuit decretis, ut hi, qui consules fieri cupiebant, nihil æris in populum spargerent, sed statutam pecuniam ad reparandum urbis aquæductum dependerent. Hoc tempore tres magni lapides è cœlo in Thracia ceciderunt. Aquileia civitas ab Attila Hunnorum rege excisa est.

INDICTIONE VI.

Vincomalo & Opilione Coss.

Joannes præcursor Domini & Baptista, caput suum, quod olim Herodias impia nefandáque postulatione ab humeris amputatum & in disco positum accepit, proculque à truncato ejus corpore sepelivit, duobus Orientalibus monachis ob adorandam apud Hierosolymam Christi Domini resurrectionem introeuntibus revelavit, ut ad Herodis quondam regis habitaculum accedentes admoniti requirerent, fideliterque humo extollerent. Hoc ergo caput fide repertum, suáque hispida in mantica conditum, dum ad propria remeantes habitacula pervehunt, quidam Emisenæ figulus civitatis, diutinam imminentémque sibi fugiens paupertatem, sese his exhibuit comitem: quique dum nescius peram sibi creditam cum sacro capite portat, ab eo cujus caput vehebat, noctu admonitus, utrumque comitem fugiens dereliquit, statimque Emisenam urbem cum sancto levique onere introgressus est. Ibique dum advixit præcursoris Christi veneratus est caput, moriensque sorori suæ rerum nesciæ signatum in vasculo tradidit recolendum. Illa verò successori suo repositum, signatúmque ut erat dereliquit. Porrò Eustochius quidam occultus Arrianæ perfidiæ presbyter, talem tantúmque thesaurum indignus obtinuit, gratiámque quam Christus Dominus per Joannem Baptistam infirmo populo tribuebat, is eam, ac si suam duntaxat, in vulgo disseminabat. Hinc pravitate sua detecta Emisena civitate expulsus est. Hoc inde antrum, in quo beatissimi Joannis caput in urnam missum, sub terraque reconditum erat, quidam monachi pro habitaculo habere cœperunt. Marcellus demum presbyter, totiusque monasterii præsul, dum in eodem specu vita irreprehensibili habitat, idem B. Joannes Christique præcursor sese eidem suumque ostendit caput, ibidémque sepultum multis præfulgens virtutibus patefecit. Hoc igitur venerabile caput sub Uranio memoratæ episcopo civitatis, per præfatum Marcellum presbyterum constat inventum Vincomalo & Opilione coss. mense Februario, die XXIV. media jejuniorum paschalium septimana, Imperatoribus vero Valentiniano & Marciano regnantibus. Pulcheria Augusta Marciani principis uxor, B. Laurentii atrium inimitabili opere consummavit, beatúmque vivendi finem fecit.

INDICTIONE VII.

Aëtio & Studio Coss.

Attila rex Hunnorum Europæ orbator provinciæ noctu mulieris manu cultróque confoditur. Quidam verò sanguinis rejectione necatum perhibent. Aëtius patricius magna Occidentalis Reip. salus, & regis Attilæ terror, à Valentiniano Imp. cum Boëtio amico in palatio trucidatur, atque cum ipso Hesperium cecidit regnum, nec hactenus valuit relevari.

INDICTIONE VIII.

Valentiniano VIII. *& Anthemio Coss.*

Valentinianus princeps dolo Maximi patricii, cujus etiam fraude Aëtius perierat, in campo Martio per Optilam & Thraustilam Aëtii satellites, jam percusso Heraclio spadone, truncatus est. Idem Maximus invasit imperium, tertióque tyrannidis suæ mense, membratim Romæ à Romanis tractus discerptúsque est. Gensericus rex Wandalorum, ab Eudoxia Valentiniani uxore epistolis invitatus ex Africa Romam ingressus est, eáque urbe rebus omnibus spoliata, eandem Eudoxiam cum duabus filiabus secum rediens abduxit.

INDICTIONE IX.

Varano & Ioanne Coss.

His consulibus innumera locustarum agmina fructum Phrygiæ vastaverunt. Eucherius Lugdunensis Ecclesiæ pontifex multa scripsit tam ecclesiasticis, quàm monasticis studiis necessaria.

INDICTIONE X.

Constantino & Rufo Coss.

Marcianus Imp. bonis principibus comparandus vitæ spiritum amisit. imperavit annos VI. menses VI. Leo eidem defuncto successit, cujus voluntate Majorianus apud Ravennam Cæsar est ordinatus.

INDICTIONE XI.

Leone Aug. & Majoriano Coss.

Leo Imp. pro tomo Chalcedonensi per universum orbem singulis orthodoxorum episcopis, singulas consonantésque misit epistolas, quo sibi quid de eodem tomo sentirent cuncti suis rescriptionibus indicarent. Horum omnium episcoporum ita conspirantes suscepit epistolas, ut eas putares uno tempore unius viri eloquio fuisse dictatas.

INDICTIONE XII.

Patricio & Ricimere Coss.

Isaac Antiochenæ ecclesiæ presbyter scripsit Syro sermone multa, præcipuéque adversus Nestorianos & Eutychianos. Ruinam etiam Antiochiæ elego carmine planxit, quemadmodum Ephrem diaconus Nicomediæ lapsum.

INDICTIONE XIII.

Apollonio & Magno Coss.

Cyzicus civitas terræmotu concussa, murorúmque suorum ambitu interrupto, sese suósque diu deplanxit.

INDICTIONE XIV.

Dagalaifo & Severino Coss.

Romanæ ecclesiæ Hilarus XLIV. pontifex factus, vixit annos VI. Majorianus Cæsar apud Dertonam, juxta fluvium qui Hyra dicitur, interemptus est. Locum ejus Severus invasit.

INDICTIONE XV.

Leone Aug. II. solo Cos.

Jacobus natione Achivus, religione paganus, medicinæ artis peritia, tam ingenio quàm literatura perclaruit. Hic ob medendum Leonem Aug. febre defatigatum, sacrum palatii cubiculum vocatus intravit, statimque in sella juxta thorum imperialem posita, sine ullo Augusti nutu consedit, sicque medicas adhibuit manus. Porrò meridie ad eundem sacrum pulvinar reversus, sublatum sui propter solium, in quo matutinus resederat, protinus intellexit, spondamque thori regiam intrepidus supersedit, veterúmque studii sui repertorum præceptionibus monitum id sese gessisse, non temerè præsumpsisse, ægrotantem docuit principem.

INDICTIONE

Viviano & Felice Coss.

Prosper homo Aquitanicæ regionis, sermone scholasticus, & assertionibus nervosus, multa composuisse dicitur. Epistolæ quoque Papæ Leonis adversus Eutychem de vera Christi incarnatione datæ, ab isto dictatæ creduntur.

INDICTIONE II.

Rustico & Olybrio Coss.

Beorgor rex Alanorum à Ricimere rege occiditur.

INDICTIONE III.

Basilisco & Hermenerico Coss.

Constantinopolis magno invasa incendio, faciéque fœdata deplanxit. Severus, qui Occidentis arripuit principatum, Romæ interiit.

INDICTIONE IV.

Leone Aug III. solo Cos.

Theodoritus episcopus Cyri civitatis, scripsit de incarnatione Domini adversus Eutychem presbyterum, & Dioscorum Alexandrinæ ecclesiæ episcopum, qui humanam in Christo carnem fuisse denegant.

INDICTIONE V.

Pusco & Ioanne Coss.

Leo Imp. Anthemium patricium Romam misit, Imperatorémque constituit. Romanæ ecclesiæ Simplicius XLV. Pontifex creatus vixit annos XV. Ravennam civitatem terræmotus deterruit.

INDICTIONE VI.

Anthemio Aug. II. solo Cos.

Marcellinus Occidentis patricius, idemque paganus, dum Romanis contra Wandalos apud Carthaginem pugnantibus opem auxiliumque fert, ab iisdem dolo confoditur, pro quibus palam venerat pugnaturus.

INDICTIONE VII.

Zenone & Marciano Coss.

His consulibus caput Denzicis Hunnorum regis Attilæ filii Constantinopolim allatum est.

INDICTIONE VIII.

Iordane & Severo Coss.

Gennadius Constantinopolitanæ ecclesiæ pontifex Danielem prophetam ex integro ad verbum commentatus est, & Homilias multas composuit, & Pauli epistolas omnes exposuit.

INDICTIONE IX.

Leone Aug. III. *& Probiano Coss.*

Aspar primus patriciorum cum Ardabure & Patriciolo filiis, illo quidem olim patricio, hoc autem Cæsare, generoque Leonis principis appellato, Arrianus cum Arriana prole spadonum ensibus in palatio vulneratus interiit.

INDICTIONE X.

Marciano & Festo Coss.

Vesuvius mons Campaniæ torridus intestinis ignibus æstuans exusta evomuit viscera, nocturnisque in die tenebris incumbentibus, omnem Europæ faciem minuto contexit pulvere. Hujus metuendi memoriam cineris Byzantii annuè celebrant VIII. Idus Novemb. Anthemius Imp. Romæ à Ricimere genero suo occiditur. Loco ejus Olybrius substitutus, septimo mense imperii sui vita defunctus est. In Asia aliquantæ civitates vel oppida terræmotu collapsa sunt.

INDICTIONE XI.

Leone Aug. V. *solo Cos.*

Glycerius apud Ravennā plus præsumptione quàm electione Cæsar factus est. Constantinopoli seditione in Circo orta, multi Isaurorum à populo interempti sunt.

INDICTIONE XII.

Leone juniore solo Cos.

Leo senior Imp. Leone juniore à se jam Cæsare constituto, morbo periit, tam sui imperii annis, quàm hujus Leonis regni mensibus computatis, anno XVII. mense VI. Zenonem Leo junior, idémq; filius Imperator principem regni constituit. Glycerius Cæsar Romæ imperium tenens, à Nepote, Marcellini quondam patricii sororis filio, imperio expulsus, in portu urbis Romæ ex Cæsare episcopus ordinatus est, & obiit.

INDICTIONE XIII.

Zenone Aug. II. *solo Cos.*

Zeno Imp. Verinæ socrus suæ, & Basilisci fratris ejus insidiis circumventus, cum Ariadne uxore sua profugus in Isauriam tendit. Regnum Zenonis Basiliscus tyrannus invasit. Nepos, qui Glycerium regno pepulerat, Romæ elevatus est Imperator. Nepote Orestes protinus effugato, Augustulum filium suum in imperium collocavit.

INDICTIONE XIIII.

Basilisco & Armato Coss.

Basiliscus tyrannus Marco filio suo Cæsare facto, dum contra fidem Catholicam Nestoriana perfidia intumescens conatur assurgere, antè inflatus crepuit, quàm pœnitens stare potuerit. Basiliscus cum filio, & cum Zenonida uxore sua, jam Zenone pristinum ad imperium remeante, in exilium missus est, atque in oppidulum, quod Leminis in provincia Cappadociæ dicitur, trusus fame extabuit. Odoacer rex Gothorum Romam obtinuit, Orestem Odoacer ilicò trucidavit, Augustulum filium Orestis Odoacer in Lucullano Campaniæ castello exilii pœna damnavit. Hesperium Romanæ gentis imperium, quod septingentesimo nono urbis conditæ anno primus Augustorum Octavianus Augustus tenere cœpit, cum hoc Augustulo periit, anno decessorum regni Imperatorum DXXII. Gothorum dehinc regibus Romam tenentibus.

INDICTIONE XV.

Sine consulibus.

Bracilam Comitem Odoacer rex apud Ravennam occidit.

INDICTIONE I.

Illo solo Cos.

Theodulus presbyter in Cœlesyria multa conscripsit, clarusque habetur.

INDICTIONE II.

Zenone Aug. III. *solo Cos.*

Sabinianus magnus Illyricianæ utriusque militiæ ductor creatus, curiam fragilem, conlapsúmque justum Reipublicæ censum, vel præpaventem fovit, vel dependentem tutatus est. Disciplinæ præterea militaris ita optimus institutor coërcitórque fuit, ut priscis Romanorum ductoribus comparetur. Theodoricum idem Sabinianus regem apud Græciam debacchantem ingenio magis quàm virtute deterruit.

IN-

INDICTIONE III.

Basilio solo Cos.

Urbs regia per XL. continuos dies assiduo terrę motu quassata magnoperè sese afflicta deplanxit. Ambæ Troadenses porticus corruerunt, aliquantæ ecclesiæ vel scissæ sunt, vel collapsæ. Statua Theodosii magni in foro Tauri super cochlidem columnam posita corruit, duobus fornicibus ejusdem collapsis. Hunc formidolosum diem Byzantii celebrant VIII. Cal. Octobris. His Coss. Nepos, quem dudum Orestes imperio abdicaverat, Viatoris & Ovidæ comitum suorum insidiis, haud longè à Salonis, sua in villa occisus est.

INDICTIONE IV.

Placido solo Cos.

Theodoricus Triarii filius rex Gothorum adscitis suis usque ad Anaplum, quarto urbis milliario advenit: nulli tamen Romanorum noxius continuò reversus est. Porrò in Illyricum properans, dum inter suorum moventia plaustra progreditur, jacentis super carpentum teli acumine, & pavescentis equi sui impulsione, fixus transverberatúsque interiit. Sabinianum magnum mors, quæ huic peccanti mundo meritò imminet, antè eum ademit, quàm integrum defatigatæ reip. subsidium foret.

INDICTIONE V.

Trocondo & Severino Coss.

Romanæ ecclesiæ Felix XLVI. episcopus ordinatus vixit annis XII. Theodoricus cognomento Valamer utramque Macedoniam, Thessaliámque depopulatus est, Larissam quoque metropolim deprædatus.

INDICTIONE VI.

Fausto solo Cos.

Idem Theodoricus rex Gothorum Zenonis Aug. munificentiis penè pacatus, Magisterque præsentis militiæ factus, Consul quoque designatus, creditam sibi ripensis Daciæ partem, Mœsiæque inferioris, cum suis satellitibus pro tempore tenuit.

INDICTIONE VII.

Theodorico & Venantio Coss.

Illus natione Isaurus, dignitate Magister officiorum, amputata apud Comitatum auricula, Orientem Zenoni infestus invasit. Porrò cum Leontio tyrannidem arripuit. Totam namque per Africam crudelis Hunerici Wandalorum regis in nostros Catholicos persecutio importata est. Nam exulatis, diffugatisque plusquam CCCXXXIV. orthodoxorum Episcopis, ecclesiisque eorum clausis, plebs fidelium variis subacta suppliciis, beatum consummavit agonem. Nempe tunc idem rex Hunericus, unius Catholici adolescentis, vitam à nativitate sua sine ullo sermone ducentis, linguam præcepit excidi, idemque mutus quod sine humano auditu Christo credens fide didicerat, mox præcisa sibi lingua locutus est, gloriamque Deo in primo vocis suæ exordio dedit. Denique ex hoc fidelium contubernio aliquantos ego religiosissimos viros præcisis linguis, manibus truncatis, apud Byzantium integra voce conspexi loquentes. Hæc Arrianorum crudelitas in religiosos Christi cultores suprascriptis Coss. mense Februario cœpit infligi.

INDICTIONE VIII.

Symmacho solo Cos.

Longinus Zenonis frater Augusti, post decennalem custodiam, quam eidem Illus apud Isauriam inflixerat, ad germanum suum Constantinopolim advenit.

INDICTIONE IX.

Longino solo Cos.

Joannes Antiochenæ parœciæ ex grammatico presbyter, scripsit adversum eos, qui in una tantùm substantia adorandum asserunt Christum, nec adquiescunt duas in Christo confitendas esse naturas.

INDICTIONE X.

Bœtio solo Coss.

Theodoricus rex Gothorum Zenonis Augusti nunquam beneficiis satiatus, magna suorum manu, usque ad regiam civitatem & Melentiadam oppidum infestus accessit, plurimisque locis igne crematis, ad Novensem Mœsiæ civitatem, unde advenerat, remeavit.

INDICTIONE XI.

Dinamio & Sifidio Cos.

Leontius interea rex, & Illus tyrannus, in

Papyrio Isauriæ castello capti, decollatique sunt. Capita eorum Constantinopolim allata præfixa hastilibus tabuere. Eodem anno Theodoricus rex omnium suorum multitudine assumpta Gothorum, in Italiam tendit.

INDICTIONE XII.

Eusebio & Probino Coss.

Idem Theodoricus rex Gothorum optatam occupavit Italiam: Odoacer itidem rex Gothorum metu Theodorici perterritus, Ravennam ingressus est. porrò ab eodem Theodorico perjuriis illectus, interfectúsque est.

INDICTIONE XIII.

Longino II. *& Fausto Coss.*

Zeno Imp. Pelagii gulam in insula quæ Panormum dicitur, laqueo frangi præcepit.

INDICTIONE XIV.

Olybrio solo Cos.

Zeno Augustus vita decessit, tam sui imperii annis, quàm Basilisci tyrannidis mensibus computatis, anno XVII. mense VI. Anastasius ex silentiario imperator creatus est. Bellum plebejum inter Byzantios ortum, parsque urbis plurima atque Circi igne combusta.

INDICTIONE XV.

Anastasio Aug. & Rufo Coss.

Dum bellum paratur Isauricum, dumque Isauri imperium sibi vindicare nituntur, in Phrygia juxta Cotiæum civitatem undique confluunt, ibique Lilingis, segnis quidem pedes, sed eques in bello acerrimus, à Romanis primus in prælio trucidatur, omnesque simul Isauri fugæ dediti, per montana asperaque loca Isauriam repetunt. Hoc bellum Isauricum per sex annos tractum est.

INDICTIONE I.

Eusebio II. *& Albino Coss.*

Bella civilia adversus Anastasii regnum apud Constantinopolim gesta sunt: statuæ regis reginæque funibus ligatæ atque per urbem tractæ. Julianus Magister militiæ nocturno prælio pugnans, Scythico ferro in Thracia confossus interiit.

INDICTIONE II.

Asterio & Præsidio Coss.

Anastasius Imp. contra Orthodoxorum fidei majestatem intestina cœpit prœlia commovere, piaculi sui perfidiam prius in Eufemium urbis episcopum, sibi pro orthodoxorum fide viriliter resultantem, profano manifestavit ingenio. Laodicea, Hierapolis, & Tripolis, atque Agathicũ, uno tempore unoque terræmotu collapsæ sunt. Romanæ ecclesiæ XLVII. Gelasius episcopus ordinatus vixit annos IV.

INDICTIONE III.

Viatore solo Cos.

Eufemius Augustæ civitatis antistes, de quo superius fecimus mentionem, falso ab Anastasio principe accusatus atque damnatus, in exilium ductus est. Locum Eufemii Macedonius tenuit.

INDICTIONE IV.

Paulo solo Cos.

Augustatico suo dudum Anastasius militibus præstito, donativum quoque hoc fratre Consule tribuit. India Anastasio principi elephantem, quem Plautus poëta noster Lucabum nomine dicit, duásque Camelopardalas pro munere misit.

INDICTIONE V.

Anastasio Aug. solo Cos.

Solis defectus apparuit. bellúmque Isauricum hoc sexto anno sedatum. Athenodorus Isaurorum primus in Isauria captus decollatúsque est. Caput ejus Tarsum civitatem allatum pro portis hastili fixum extabuit.

INDICTIONE VI.

Ioanne Scytha & Paulino Coss.

Romanæ ecclesiæ XLVIII. Anastasius pontifex ordinatus vixit annos II. Longinus Isaurus cognomento Selinunteus, apud Antiochiam Isauriæ civitatem à Prisco Comite captus, Constantinopolim missus est, catenatusque per Agentem circumductus. Anastasio principi, & populo ingens spectaculum fuit, variisque deinde cruciatibus apud Nicæam Bithyniæ civitatem expensus est. Nummis, quos Romani Terentianos vocant, Græci follares, Anastasius princeps suo nomine figuratis, placabilem plebi commutationem distraxit.

IN-

INDICTIONE VII.

Ioanne Gibbo solo Cos.

Aristus Illyricianæ ductor militiæ cum XV. millibus armatorum, & cum DXX. plaustris armis ad præliandum necessariis oneratis, contra Bulgares Thraciam devastantes profectus est. Bellum juxta Zurtam fluvium consertum, ubi plus quàm IV. millia nostrorum, aut in fuga, aut in præcipitio ripæ fluminis intercempta sunt. Ibique Illyriciana virtus militum periit, Nicostrato, Innocentio, & Aquilino Comitibus interfectis. Hoc anno ingens terræmotus Ponticam concussit provinciam.

INDICTIONE VIII.

Patricio & Hypatio Coss.

Romanæ ecclesiæ XLIX. Symmachus episcopus factus, vixit annos XV. Anastasius Imp. donativum Illyricianis militibus, per Paulum tribunum Notariorum erogandum misit.

INDICTIONE IX.

Pompejo & Avieno Coss.

Constantio Præfecto urbis ludos theatrales meridiano tempore spectante, pars in eodem spectaculo Cercalis parti diversę cæruleæ occultas præparavit insidias. Nam enses saxaque in vasis inclusa fictilibus, eadémque arma diversis pomis desuper cumulata, sub Theatri porticu ritu vendentium statuit. Dum residente Constantio ex more civium concrepant voces, antè visa quàm audita arma excutiuntur, saxáque in incautos cives instar imbrium jaciuntur ensesque vibrantes in amicorum, inque vicinorum sanguine obliti, suis cum percussoribus debacchantur: nutat & congemiscit Theatri cavea, & refugientium huc atque illuc suorum pedibus conculcata, occisorúmque fœdata cruore deplangit. Plus enim quàm tria millia civium saxis, gladiisque, compressionibus, & aquis proscenis amissos urbs Augusta deflevit.

INDICTIONE X.

Probo & Avieno Coss.

Consueta gens Bulgarorum deprædatam sæpe Thraciam, nullo Romanorum milite resistente, iterum devastavit. Amidam opulentissimam civitatem, monachorum ejus astu proditam, Choadis rex Persarum, quinto mense quàm expugnare eam cœperat, irrupit, proditorésque ejus monachos obtruncavit.

INDICTIONE XI.

Dexicrate & Volusiano Coss.

Tres Romanorum Ductores, Patricius, Hypatius, & Areobinda, qui cum XV. millibus armatorum olim in Persas missi fuerant, pugnaturi, juxta Syficum castellum cum iisdem Persis sine audacia conflixerunt, multis tunc militum ductoribus de prælio fugientibus cæsis. Immenso dehinc auri pondere hostibus dato, captam rebúsque vacuam Amidam civitatem, iidem nostri redemere ductores, Celere magistro officiorum sibi cum duobus millibus bellatorum in subsidium destinato.

INDICTIONE XII.

Cethego solo Cos.

Interea Celer Magister officiorum per Callinicum Mesopotamiæ civitatem armatum ducens militem, ad devastanda Persarum rura discurrit, plurimos agrestes rusticis intentos laboribus more pecudum trucidat, pastores diversorum pecorum cum numerosis jumentis abducit, castella latere lutóque constructa invadit, usque ad pontem ferreum, sic nomine dictum cuncta vastando progreditur, omnique præda potitus ad communia castra ditato milite remeat, aliquanta dehinc ob percutiendum fœdus cum Persis deliberat, misso ad se pro pepigendo fœdere Armonio à secretis.

INDICTIONE XIII.

Sabiniano & Theodoro Coss.

Idem Sabinianus Sabiniani magni filius, ductórque militiæ, delegatus contra Mundonem Getam arma construxit, X. millia armatorum sibimet adscitorum, plaustráque armis atque commeatibus onerata secum trahens, pugnaturus accessit. commissóque ad Horreo Margo prælio, multis suorum militibus in hoc conflictu perditis, & in Margo flumine enecatis, amissis præterea plaustris, in castellum quod Nato dicitur, cum paucis fugit. tanta in hoc lamentabili bello spes militum cecidit, ut quantum apud mortales nequaquam potuerit reparari.

INDICTIONE XIV.

Ariobinda & Messala Coss.

His Coss. Anastasii principis statua, in eodem

dem loco quo dudum Theodosii magni steterat, super immanem columnam in foro Tauri statuta est.

INDICTIONE XV.

Anastasio Aug. III. *Cos.*

Seditio popularis in Circo facta est, miles & armatus obstitit. Gradus Circi septentrionalis sua cum fornice incensi collapsique sunt, Anastasio Cæsare in processibus commorante.

INDICTIONE I.

Celere & Venantio Coss.

Romanus Comes Domesticorum & Rusticus Comes Scholariorum, cum centum armatis navibus, totidémque dromonibus, octo millia militum armatorum secum ferentibus, ad devastanda Italiæ littora processeruut, & usque ad Tarentum antiquissimam civitatem aggressi sunt, remensóque mari inhonestam victoriam, quam piratico ausu Romani ex Romanis rapuerunt, Anastasio Cæsari reportarunt.

INDICTIONE II.

Opportuno solo Cos.

Orto Augusta urbe incendio utramque porticum à foro Constantini usque ad Perdicæ tenuissimam statuam ignis in pulverem redegit. Portus Juliani undis suis rotalibus machinis prius exhaustus, cœnóque effosso, purgatus est.

INDICTIONE III.

Boëtio solo Cos.

Simulacrum æneum in foro Strategii super fornicem residens, & cornu copiæ fortunæ retinens incendio proflammatum est, combustúmque amisit brachium, quod tamen statuarii continuò solidarunt. Appius Patricius exulatus est. Constantinus olim Magister militiæ episcopus Laodiceæ ordinatus.

INDICTIONE IV.

Secundino & Felice Coss.

Macedonius Augustæ urbis episcopus, licet olim Anastasii Imperatoris dolis fallaciisque circumventus, pravorum testimoniis eidem accusatus, quoniam tomum sanctorum Patrum apud Calchedonam sancta dudum subscriptione roboratum, eidem principi dare distulit, ab eodem Euchaita in exilium deputatus est. Locum Macedonii Timotheus meridiano tempore ab Anastasio Cæsare episcopus ordinatus invasit.

INDICTIONE V.

Paulo & Musciano Coss.

Sæpe cælum à septentrionali plaga ardere visum est. Die dominico, dum jubente Anastasio Cæsare, per Marinum, pérque Platonem in ecclesiæ pulpito consistentes, in hymnum Trinitatis Deipassianorum quaternitas additur, multi Orthodoxorum pristina voce psallentes, perfidósque præcones clamoribus objurgantes, in ejusdem ecclesiæ gremio cæsi sunt, ductique in carcere perierunt: altera nihilominus die in atrio sancti Theodori majori cæde Catholici pro fide unica perculsi sunt. Quapropter commota Orthodoxorum agmina die sequenti, id est VIII. Idus Novemb. (in quo die memoria cineris dudum totam Europam tegentis apud Byzantios celebratur) in forum Constantini undique confluunt: quorum alii quidem, cæteris die noctúque hymnum Trinitatis Christo Deo psallentibus, totam peragrant civitatem, & Anastasii Cæsaris monastico habitu adsentatores ferro flammisque interimunt: alii claves portarum, omniáque signa militaria ad forum, quo religionis castra metati fuerant, deferunt; ibique Anastasio Cæsare in processibus degente, Areobindam sibi imperatorem fieri clamitant. Imaginibus deinde, statuisque Anastasii in terram dejectis, Celerem & Patricium Senatores, ad se supplicandi sibi vel satisfaciendi gratia missos, jactis pluviæ instar lapidibus repulerunt. domibus Marini & Pompei succensis. In Circum ad Anastasium venientes, & ante suum solium consistentes, hymnum Trinitatis juxta morem Catholicorum concinentes, coruscánsque Euangelium, crucémque Christi ferentes, è foro plurimi convenerunt, Marinum, Platonemque pravitatis ejus autores feris subjici conclamantes. Hos cives idem Anastasius Cæsar solitis perjuriis, simulatisque vocibus, sese facturum cuncta promittens, tertio die quàm in forum advenerant, sine ullo rerum effectu ad sua fecit habitacula repedare. Porrò redintegrata Anastasius pravitate, infamem & irridendam synodum apud Sidonem civitatem, cujus de nomine in ridiculis nomina

præ-

præponuntur, LXXX. fermè perfidorum episcopis congregatis, adversum Orthodoxorum episcopum, fieri imperavit. Flavianus Anthiochiæ Catholicus Patriarcha, & Joannes Paltensium oppidi pontifex, quoniam hunc cœtum sacrilegum refellerant, in castellum quod Petra dicitur, exules missi sunt. Ibi Flavianus confessor Christi in Domino requievit: Joannem Justinus Aug. mox Imperator factus est, revocavit. Iisdem fermè temporibus solis defectus contigit. Gens Erulorum in terras atque civitates Romanorum jussu Anastasii Cæsaris introducta.

INDICTIONE VI.

Clementino & Probo Coss.

Severus Eutychetis perfidiæ cultor, Anastasio Cæsare volente, sedem Flaviani antistitis ex monacho factus episcopus occupavit. Dorotheus Ancyræ civitatis venerandus antistes, Anastasio principi propter unicam Orthodoxorum fidem jugiter adversarius, finem vivendi, quem sibimet misso contra se à Cæsare Magistriano ipse prædixerat, in dicto tempore fecit.

INDICTIONE VII.

Senatore solo Cos.

Vitalianus Scytha assumptis Romanorum equitum peditúmque plusquam LX millibus armatorum in triduo congregatorum auxilio in locum qui Septimus dicitur, advenit, ibique castra metatus est; dispositisque à mari in mare suorum ordinibus, ipse ad usque portam, quæ aurea dicitur, sine ullius accessit dispendio; scilicet pro Orthodoxorum se fide, proque Macedonio urbis episcopo, in cassum ab Anastasio principe exulato, Constantinopolim accessisse asserens. Porrò Anastasii simulationibus atque perjuriis per Theodorum internuncium illectus atque illusus, octavo die quàm urbem accesserat, remeavit. Hinc Odyssum Mœsiæ civitatem Vitalianus pernoctans astu ingressus est. Cyrillum lenocinantem magis, quàm strenuum militiæ ductorem, inter duas pellices Vitalianus reperit dormientem, eumque abstractum mox cultro Getico jugulavit, hostémque se Anastasio Cæsari palam apertéque exhibuit.

INDICTIONE VIII.

Anthemio & Florentio Coss.

Romanæ ecclesiæ L. Hormisda episcopus ordinatus vixit annos IX. Idem Vitalianus eidem Anastasio Imp. immanior factus est inimicus, præmissis quippe suorum equitibus, armatisque naviculis sinistro sibi littore decurrentibus, ipse peditum armis stipatus Systhenense prædium ingressus est, totiúsque loci palatium habuit mansionem. Missi sunt ad Vitalianum à Cæsare Senatores, qui pacis cum eo leges componerent, nonaginta auri pondo, exceptis regalibus muneribus, pro pretio tunc accepit Hypatii, jam mille centum auri libris cum Uranio captivo sibi à suis in Sozopoli oblatis. Magister militum Vitalianus per Thraciam factus, Hypatium, quem captivum catenarúmque apud Acres castellum tenebat, reversus suo remisit avunculo. Ea tempestate Hunni Armenia transmissa totam Cappadociam devastantes, usque Lycaoniam perrexerunt: Ariadne Augusta LX. annis in palatio exactis vita decessit.

INDICTIONE IX.

Petro solo Cos.

Mutata fide Anastasius Imp. Vitaliano succedit, eidemque Rufinum destinat successorem. Helias Hierosolymitanæ urbis episcopus in villa, quæ Haila dicitur, ab eodem principe relegatus emoritur. Laurentium præterea Lychnidensem, Domnionem Serdicensem, Alcissum Neopolitanum, Gajanum Naisitanum, & Euangelum Pautaliensem, Catholicos Illyrici sacerdotes, suis Anastasius præsentari jussit obtutibus. Alcissus, & Gajanus episcopi apud Byzantium vita defuncti sunt, unoque sepulchro reconditi. Domnione & Euangelo ad sedes proprias, ob metum Illyriciani Catholici militis, extemplo remissis, solus Laurentius Anastasium Imp. in palatio pro fide Catholica sæpe convincens, apud Comitatum, ac si in exilio relegatus, retentus est, mobiliórque deinde corpore quàm Constantinopolim advenerat, effectus. Nam septimo infirmitatis suæ anno idem Laurentius fide sua, sed Christi gratia, in atrio Cosmæ & Damiani sanatus est, pedibúsque sistere propriis, gressibúsque meruit confirmari, suæque dein patriæ incolumis reddi, ubi major octogenario requiescit.

INDICTIONE X.

Anastasio & Agapito Coss.

Olla illa quæ in Hieremia vate ab Aquilone adver-

adversum nos nostráque delicta sæpe succenditur, tela ignita fabricavit, maximámque partem Illyrici iisdem jaculis vulneravit. Duæ tunc Macedoniæ, Thessaliáque vastata est, & usque Thermopylas, veterémque Epirum, Getæ equites deprædati sunt. Mille tunc librarum auri denarios per Paulum Anastasius Imperator pro redimendis Romanorum captivis, Joanni Præfecto Illyrici misit. deficiente pretio, vel inclusi suis cum domunculis captivi Romani tenti sunt, vel pro muris clausarum urbium trucidati.

INDICTIONE XI.

Magno solo Cos.

In provincia Dardania assiduò terræmotu XXIV. castella uno momento collapsa sunt. Quorum duo suis cum habitatoribus demersa, quatuor dimidia ædificiorum suorum hominumque amissa parte destructa, undecim tertia domorum, totidémque populi clade dejecta, septem quarta tectorum suorum, tantáque plebis parte depressa, vicina verò metu ruinarum despecta sunt. Scupus namque metropolis, licet sine civium suorum hostem fugientium clade, funditus tamen corruit. Uno in castello regionis Canisæ, quod Sarnunto dicitur, ruptis tunc terra venis, & ad instar torridæ fornacis exæstuans, diutinum altrinsecus ferventemque imbrem evomuit. Plurimi totius provinciæ montes hoc terræmotu scissi sunt, saxáque suis evulsa compagibus, devolutáque arborum crepido per XXX. passuum millia patens, & in XII. pedum latitudinem dehiscens, profundam aliquantis voraginem civibus, castellorum saxorumque ruinas, vel adhuc hostium incursiones fugientibus, jussa paravit. Anastasius Imp. subita morte præventus major octogenario periit: regnavit annos XXVII. menses II. dies XXIX.

INDICTIONE XII.

Justino Aug. & Eutharico Coss.

Justinus à Senatu electus Imperator continuò ordinatus est. Amantius palatii Præpositus, Andreas, Misael & Ardabur cubicularii, Manichæorum fautores, & Justini Augusti deprehensi sunt proditores. Quorum duo, Amantius & Andreas, ferro trucidati sunt: Misael & Ardabur Serdicam in exilium missi. Theocritus Amantii satelles, quem idem Amantius Præpositus ad regnandum clam præparaverat, comprehensus, & in carcere saxis contusus ingentibus periit, salsóque in gurgite jacuit, sepultura quoque cum imperio cui inhiarat caruit. Vitalianus Scytha Justini principis pietate ad rempublicam revocatus, Constantinopolim ingressus est, septimóque receptionis suæ die Magister militiæ ordinatus.

INDICTIONE XIII.

Vitaliano & Rustico Coss.

Vitalianus Consul VII. mense consulatus sui XVI. vulneribus confossus, in palatio cum Celeriano & Paulo satellitibus suis interemptus est.

INDICTIONE XIV.

Justiniano & Valerio Coss.

Famosissimum hunc Consulatum Justinianus Consul omnium Orientalium Consulatu profecto munificentior his liberalitatibus edidit. Nam CCLXXXVIII. millia solidorum in populum, inque spectacula sive in spectaculorum machinam distributa, XX. leones, XXX. pardos, exceptis aliis feris, in amphitheatro simul exhibuit. Numerosos præterea phaleratósque in Circo caballos jam donatis quoque impertivit aurigis, una duntaxat ultimaque mappa insanienti populo denegata.

INDICTIONE XV.

Symmacho & Boetio Coss.

INDICTIONE I.

Maximo solo Cos.

Plerique lapidatorum, percussorum, urbisque depopulatorum, sua ob scelera deprehensi, ferro, igni, suspendióque expensi sunt, gratum bonis civibus spectaculum exhibentes.

INDICTIONE II.

Justino Aug. II. & Opilione Coss.

His Consulibus inopia olei magnam penuriam in populum importavit.

INDICTIONE III.

Filoxeno & Probo Coss.

Joannes Romanæ ecclesiæ Papa LI. anno à Petro Apostolorum Pontificumque præsule CCCCLXXV. sessionis ejus, Theodorico rege pro Arrianorum suorum cæremoniis reparandis laborante, solus duntaxat

taxat Romanorum sibi decessorum, urbe digressus Constantinopolim venit, miro honore susceptus est. Dexter dextrum ecclesiæ insedit solium, diemque Domini nostri resurrectionis plena voce Romanis precibus celebravit.

INDICTIONE IV.

Olybrio solo Cos.

Totam Antiochiam Syriæ civitatem repens inter prandendum terræmotus invasit. alioquin occiduam urbis magnamque ejus partem, sinistris mox ventis undique flantibus, flammasque coquinarum pro tempore æstuantes ruentia in ædificia miscentibus, duplex torridúmque exitium importavit. Eufrasium quoque totius urbis episcopum adempto ejus capite, combusto simul obruit sepulchro, obelisco Circi inverso, & humi defosso.

INDICTIONE V.

Mabortio solo Cos.

Anno regiæ urbis conditæ CXCVIII. Justinus imperator Justinianum ex sorore sua nepotem, jamdudum à se nobilissimum designatum, participem quoque regni sui, successoremque creavit Cal. Aprilis. ipse verò quarto ab hoc mense vita decessit, anno imperii IX. mense II.

INDICTIONE VI.

Iustiniano Aug. solo Cos.

Anno regiæ urbis conditæ CXCVIII. regium vestibulum, priscúmque in eo solium, ob aspicienda probandaque in Circo certamina structum, victor Justinianus princeps, eminentius clariusque quàm fuerat, & vtramque Senatorum ex more spectantium porticum solita magnanimitate redintegravit, bonis quidem agitatoribus præmium, ignavis autem severitatem innuens.

INDICTIONE VII.

Decio solo Cos.

Parthis bella moventibus arma Romanus paravit exercitus, finésque suos rebellans tutatus est. Hæc expeditio nostrorum pene per quinquennium tenuit, digressaque Oriente Africam petit, contra Wandalos feliciter dimicatura.

INDICTIONE VIII.

Lampadio & Oreste Coss.

Mundo Illyricianæ utriusque militiæ ductor, dudum Getis Illyricum discursantibus primus omnium Romanorum ducum incubuit, eosque haud paucis ipsorum interemptis fugavit. His autem deinde Coss. idem dux audaciæ suæ secundus in Thraciam quoque advolans, prædantes eam Bulgares feliciore pugna cecîdit, quingentis eorum in prælio trucidatis.

INDICTIONE IX.

P C. Lampadii & Orestis Coss.

His Coss. Codex Justinianus orbi promulgatus est.

INDICTIONE X.

item P C. Lampadii & Orestis Coss.

Hypatius, Pompeius, & Probus genere consobrini, Divique Anastasii nepotes, imperium quod sibi singuli indigna ambitione exoptabant, Idibus Januariis, jam plerisque nobilium conjuratis, omnique seditiosorum turba armis donisque ministratis illecta, dolis invadere tentaverunt, atque per quinque continuos dies urbem regiam rapinis, ferro, ignéque per sceleratos cives, sine certo interrege discursantes; hostili impietate, ipse se fideles reipublicæ in palatio dissimulantes, depopulati sunt. Quinta verò hujus infandi sceleris die, dum de foro Hypatius sceleratorum comitum manibus torque redimitus aureo, & Pompejus comes ejus sua sub veste loricatus, ad invadendum conscendunt palatium; uterque eorum ante fores palatii captus est, statimque piissimi principis nostri nutu catenatus, trucidatúsque pœnas luit, & antè imperium perdidit, quàm haberet, innumeris passim in Circo populis trucidatis, & tyrannorum sociis continuò proscriptis. Ecclesia tunc incensa mox cæpit ab eodem Augusto renovari.

INDICTIONE XI.

Iustiniano Aug. III. Cos.

Post diuturnum immanémque laborem contra Medos Romanis gestum sudoribus, tandem per Rufinum patricium, perque Hermogenem Magistrum officiorum, utrumque legatum à principe nostro missum, pax cum Parthis depacta est. Sponsionem percussi fœderis ab utroque

Imperatore invicem sibi munera in concordiam missa secuta sunt.

INDICTIONE XII.

Iustiniano Aug. IV. & Paulino Coss.

Provincia Africa, quæ in divisione orbis terrarum à plerisque in parte tertia posita est, volente Deo vindicata est. Carthago quoque civitas ejus anno excidionis suæ XCVI. pulsis devictísque Wandalis, & Gelimero rege eorum capto, & Constantinopolim misso, quarto Justiniani principis Consulatu ipsius moderatione recepta est, sua cum patria firmiùs, quàm dudum fuerat, redintegrata. Quo tempore Theodahadus rex Gothorum Amalasuentham reginam creatricem suam de regno pulsam in Insula laci Bulsiniensis occidit. Cujus mortem Imperator Justinianus ut doluit, sic & ultus est.

INDICTIONE XIII.

Belisario solo Cos.

Postquam Carthago Libyaque suo cum rege Gelimero per Belisarium est subjugata, de Roma Italiaque deliberat Imperator. iterúmque expeditio, iterúmque classis paratur, idémque ductor qui Consul eligitur, rectóque navigio Siciliam properat, Catanam & Syracusas sine mora, immo omnem pervadit Trinacriam. Ibique comperiens quod in Africa civile bellum exoritur, & miles in proprium ducem insurgit, cum paucis ad Africam tendit, Solomoni qui præerat, subvenit: exercitum verò partim blandiendo, partim ulciscendo, inimicum tyrannum effugando, reipublicæ consulit utilitati, remensóque navigio Trinacriam redit. Agapitus Romanæ urbis episcopus à Theodato rege Gothorum in legationem directus Constantinopolim venit. Tzitra Patricius in Mysia cum hoste Bulgarum congrediens ad Jatrum superior invenitur. Epiphanius episcopus regiæ Urbis ante adventum Romani præsulis moritur. cujus episcopatum contra canones Anthimus Trapezuntena ecclesia relicta invadit.

INDICTIONE XIV.

Post Consulatum Belisarii,

Ebremud Theodati gener relicto exercitu regio in Brutiis, ad Belisarium in Siciliam convolavit. In Africa verò, Solomone itidem cum exercitu dissidente, Germanus succedit Solomonem remittens ad Principem. Belisarius Campaniam transiens Neapolim vastat. Gothorum exercitus Theodahadum regem habens suspectum, Vitigem in regnum adsciscit. qui mox in campo barbarico regnum pervasit. Expeditione soluta Romam ingreditur, ubi jam Agapito Constantinopoli defuncto, Theodahadus rex Silverium episcopatui subrogarat ibique residens dirigit Ravennam, Theodatum occidit, in loco qui dicitur Quintus, juxta fluvium Santernum: & ipse subsequitur per Tusciam, omnes opes Theodati diripiens, quas in Insula, vel in Urbevetus congregaverat. Ravennámque ingressus Matesuentham neptem Theodorici sibi sociam in regno plus vi copulat, quàm amore. Belisarius favente Domino Romam ingreditur. Germanus in Africa feliciter administrat. Agapitus Constantinopolim, ut diximus, de Roma adveniens, Anthimum mox ecclesia pellit, dicens eum juxta ecclesiasticam regulam adulterum, qui sua ecclesia dimissa ambierat alienam. in cujus locum Mennam presbyterum episcopum ordinavit: & ipse extremum diem obiit in Domino. in nullo tamen, sicut ei à Principe objiciebatur, sentiens contra fidem. Ipso namque anno ob nimiam siccitatem pastura in Perside denegata, circiter quindecim millia Saracenorum ab Alamundaro cum Chabo & Hezido phylarchis limites Euphratesiç ingressa sunt. Ubi Batzas dux eos partim blanditiis, partim distractione pacifica fovit, & inhiantes bellare repressit.

INDICTIONE XV.

Iterum P C. Belisarii.

Vitiges Tyrannus exercitu aggregato Romam obsidet. cui tunc faventem Papam Silverium Belisarius ab episcopatu summovit, & loco ejus Vigilium Diaconum ordinavit. Temporéque longo Romam obsidente Vitige, Belisarius intus inedia vigiliisque laborans, auxilium ab Imperatore deposcit. Cui directi sunt Martinus & Valerianus, uterque Magister militiæ. nec sic tamen Vitiges obsidionem reliquit. In Africa Germanus rebelliones milites cum Stotza Tyranno inter Maurorum deserta bellando effugat. In Oriente quoque Joannes Cottistis arripiens tyrannidem, antequam adversi quicquam tentaret, Daras exstinctus est. Ecclesia major Constantinopoli ab Imperatore Justiniano singulariter in mundo

do constructa dedicatur die VI. Kalend. Januarias.

INDICTIONE I.

Joanne solo Cos.

Adhuc Vitige in obsidione Romæ morante, Joannes Magister militum cum Batza, Conone, Paulo, Remaque illustribus, magnóque exercitu apparato, ad Italiam properant, castráque ad portum Romanum collocant, laboranti Romæ subveniunt. Quorum adventum Vitiges cernens, trium mensium temporis cum Belisario pacta confirmat, suósque legatos ad Imperatorem transmittit. In qua pace Belisarius Campaniam redit, annonæ copiam Romæ illaturus. reversusque Campania contrarium sibi de medio aufert Constantinum Patricium. Joannes verò in portu quæ posuerat, castra deserens, Samnitum regionem ingressus est, Aternóque oppido expugnato, Tremonem Gothorum ducem cum suis prosternit: Ortonam quoque similiter invadit, Picenum deprædans Ariminum occupat. Quo audito Vitiges ab obsidione Urbis, in qua adhuc post turbatam pacem consistebat, relicta Roma, per Clodiæ aggerem, & annonariam Tusciam transit Apenninum; & in Rubiconis fluminis ripa castrametatus, Ariminum obsidet. Unde proturbatus à Narsete de Constantinopoli, & à Belisario de Roma venientibus, fugit Ravennam Cujus nepos Orajo Mediolanũ longa inedia deterit, Mundilam, Paulúmq; duces ibi positos cum suo milite obsidens. Narsete verò Arimino residente Belisarius accedens Romam ad exhyemandum, deditione suscipit Urbinum, & Urbemvetus, & Insulam laci Bulsinensis.

INDICTIONE II.

Appione solo Cos.

Narses revertitur Constantinopolim. Belisarius obsidens Auximum septimo mense ingreditur, similitérque & Fesulam. Gothi Mediolanum ingressi muros diruunt, prædamque potiti omnes Romanos interficiunt. Mundilam, Paulúmque duces abducunt Ravennam. Theudibertus Francorum Rex cum magno exercitu adveniens, Liguriam, totámque deprædat Æmiliam. Genuam oppidum in littore Tyrreni maris situm evertit ac prædat. Exercitu dehinc suo morbo laborante, ut subveniat, paciscens cum Belisario, ad Gallos revertitur. Germanus de Africa Constantinopolim evocatur. Solomon ibi rursus dirigitur. Calluc Magister militum cum Gepidis primùm feliciter dimicans, secundo infeliciter ruit.

INDICTIONE III.

Justino jun. solo Cos.

Parthi in Syriam ingressi multas urbes subvertunt. contra quos Germanus arma arripiens, Justinum filium, eundémque Consulem, in ipsis fascibus secum ducit. Antiochia magna deprædata demolitur à Persis. Belisarius Ravennam ingreditur, regem Vitigem, & reginam, cunctásque opes, Gothósque nobiliores tollens secum, ad Imperatorem revertitur, evocante se Marcello Comite. Solomon in Africa feliciter dimicans rebelliones proturbat. Gothi trans Padum residentes, Orajo Vitigis nepote & Heldebado ductantibus, Vitigem regem cum regina, opibúsque Palatii, necnon & Gothos audientes sedibus propriis pulsos, Orientémq; per Belisarium abductos, rebellare disponunt, regem sibi statuentes Heldebadum. contra quem debellaturus Bessa Patricius Placentiam à Ravenna conscendit Constantino Ravennam de Dalmatiis, ut præesset exercitui, ab Imperatore directo.

INDICTIONE IV.

Basilio solo Cos.

Parthis persistentibus inimicis, Belisarius Orientis suscepit expeditionem, Germano regresso ad urbem regiam. Gothi Heldibado occiso Erarium sibi ordinant regem. Solomon in Africa interficitur, Sergius loco ejus dux successit belli, moderatorque provinciæ.

INDICTIONE V.

Post Consulatum Basilii.

Milites clam Veronam ingressi, dum avaritia inhiante de præda concertant, à Gothis egredientibus de latebris cum suo dedecore civitate pelluntur. Gothi Erario rege occiso Totilam in regnum manciparunt. Qui malo Italiæ mox Padum transit, & ad Faventiam Æmiliæ civitatem Romanorum exercitum superat, duces effugat, Cæsenam & Urbinum, Montem Feretris, & Petrapertusa occupat, huc illucque discurrens devastat Italiam. Rursus in annonaria Tuscia ad Mucellos per Ruderit, & Viliarid, Bledamque duces suos Romanum exercitum superat. Quo prælio Bessa patricius vulneratus evadit: cæteri verò fugientes per quaqua salvati sunt.

INDICTIONE VI.

Post Consulatum Basilii anno II.

Totila devastat Campaniam, urbésque muratas

ratas evertes, per suos Tiburim obsidet. Mortalitas magna Italiæ solum devastat, Oriente jam & Illyrico peræq; attritis. In oriente Persis adhuc tenentib. conflictum cum nostris, Sergius in Africa inquietatur à rebellionibus cum Stotza & Mauris.

INDICTIONE VII.

P. C. Basilii anno III.

Totila obsidet Firmum & Asculum, invasámque Neapolim desolat, & Tibur. Roma verò obsidetur à longe, in qua præerat Joann. Magister militum. In Oriente Belisario constituto, exulatur Ioann. ex Consule ordinario, Patricius, atq. Præfectus prætorio, & domus ejus datur Belisario.

INDICTIONE VIII.

P. C. Basilii anno IV.

Totila Firmum & Asculum sub juramento ingressus est: milite Romano cum rebus suis dimisso, crudelitatem suam in Romanos exercuit, eósque omnes nudat & necat. In Africa Joannes inruens super tyrannum Stotzam, interimit eum, & ipse ab ejus occiditur armigero. In qua tyrannide Joannes quidam electus Stotzas junior vocitatur. Belisarius de Oriente evocatus, in offensam periculúmque incurrens grave, & invidiæ subjacens, rursus remittitur ad Italiam. Qui veniens, Romam dirigit Bessam, Joannem mittit ad Imperatorem. Totilas vastato Piceno, pugnánsque ad Auximum vincit. Indéque discurrens per Tusciam, Spoletium destruit, & Asisium, Clusiúmque oppida tenuit, & obsidet Perusiam.

INDICTIONE IX.

P. C. Basilii anno V.

Vigilius Papa LIX. ab Apostolo Petro evocatus ab Imperatore Roma egreditur, & in Siciliam venit. Totila occupata Lucania & Brutiis Neapolim subvertit, Romam obsidet. De Africa Sergius evocatur, & Areobindas nepte Imperatoris accepta, ibi judex dirigitur. In Oriente cum Parthis fœdus initur per Constantianum Magistrum militiæ, & exercitus revertitur Constantinopolim.

INDICTIONE X.

P. C. Basilii VI.

Gothi legationem mittunt ad Imperatorem per episcopum civitatis Asisinatium, nomine Aventium. Joannes Magister militum ad Italiam properat. Belisarius à Ravenna egressus venit Dyrrachium. indéque directo Joanne Calabria, ipse per Siciliam Romam perrexit. Papa Vigilius ingressus est Constantinopolim VIII. Kal. Febr. Totila dolo Isaurorum ingreditur Romam die XVI. Kal. Januarias, ac evertit muros, domos aliquantas igni comburens, ac omnes Romanorum res in prædam accepit. hos ipsos Romanos in Campaniam captivos abduxit. Post quam devastationem, XL. aut amplius dies Roma fuit ita desolata, ut nemo ibi hominum, nisi bestiæ morarentur. Hinc veniens Belisarius murorum partem restaurat, veniéntéque Totila ad pugnam resistit. Eodemque anno de Africa neptis Imperatoris revertitur vidua, occiso Areobinda à Gunthario Tyranno, qui cum Stotza juniore tractans eum occiderat. Sed Artabanes utrosque comprehensos Guntharium occidit, Joannem idem Stotzam juniorem vinctum transmittit ad principem. Post aliquantos dies mittitur in Africa Joannes, & Artabanes evocatus præsentale accepit Magisterium.

INDICTIONE XI.

P. C. Basilii VII.

Joannes Magister militum in Campania prædans Gothos, nonnullos liberat Senatores. qui postea patitur nocturnum Totilæ superventum Bulgarum suorum proditione. * * *

IND. XII. *P. C. Basilii* VIII.

IND. XIII. *P. C. Basilii* IX.

IND. XIV. *P. C. Basilii* X.

His temporibus in Africa Mauri per Joannem Patricium domiti sunt.

INDICTIONE XV.

P. C. Basilii XI.

Hoc tempore Justinianus Augustus Narsem Eunuchum Chartularium & Cubicularium suum Principem militiæ fecit, & in Italiam misit. Qui commissa pugna, Dei gratia, victor Totilam occidit, & gentem Gothorum, auxiliantibus etiam Longobardis in Italia exterminavit. Per hęc tempora cum Buccelinus Comes cum sociis à Theodeberto Rege Francorum dudum missus per annos aliquot Italiam Siciliamque infestaret, & Romanum sæpe exercitum superaret, tandem exercitus ejus profluvio ventris attritus à Narse pugna victus & profligatus, ipse Dux occisus est. nec multo post socius ejus Omnirugus Dux cum reliquis Gothorum, quibus se junxit, peremptus est.

INDICTIONE I.

P. C. Bsilii V. C. XII.

Theodebaldus Francorum ex moritur, & re-

regnum ejus uxoremq; Vanderadam Hlotarius rex patris ejus Theodeberti patruus accepit, qui jam XLIV. annis regnabat. Quo ipso anno Hlotarius ipse Saxones rebellantes juxta Wiserã fluvium magna cæde domuit, & Thuringiam pervasam devastavit.

INDICTIONE II.

P. C. Basilii V. C. XIII.

Vigilius Papa tandem ab Imperatoribus Romanis, & à Narse de exilio relaxatus, cum Romam redire cœpisset, in Sicilia morbo calculi tactus decessit: móxque Romam perlatus apud S. Marcellum in via Salaria sepultus est. Pro quo ordinatus Pelagius Papa LXII. sedit annis XI. mensibus X. Qui à populo Romano factionis contra Vigilium incusatus, celebratis una cum Narse litaniis, apud S. Petrum ambone ascenso, Euangelióque super caput suum posito, juramento se crimine purgavit.

INDICTIONE III.

P. C. Basilii V. C. XIV.

Hoc tempore Saxones iterum Hlotario rebellantes, cum ab eo peterentur hostiliter, eique pro satisfactione dimidium rerum suarum offerrent, idque exercitus Francorũ refutans eo invito pugnasset, magna ab eis cæde protritus fugæ præsidium petiit.

INDICTIONE IV.

P. C. Basilii V. C. XV.

His diebus Hramnus patri suo Hlotario, annuente patruo Hildeberto rebellans, regnum Francorum seditione perturbat. Saxones factione Hildeberti in Francia prædas egerunt. Hildebertus Remensem Campaniam populatur.

INDICTIONE V.

P. C. Basilii V. C. XVI.

In Britannia Bridus rex Pictorum efficitur. Hildebertus rex Francorum circa hæc tempora moritur, & Parisius in Basilica S. Vincentii à se constructa sepelitur, regnumque ejus frater Hlotarius assumẽs, totam paterni regni monarchiam obtinuit.

INDICTIONE VI.

P. C. Basilii V. C. XVII.

Hramnus patrem Hlotarium, quem multis malis offenderat, hoc tempore in Britanniam fugiens, insequente eo ibidem cum Conoboro rege pugna victus & captus, cum uxore & filiabus vivus incensus est. Quo etiam tempore Turonis basilica S. Martini rebellibus ad eam fugientibus igne crematur.

IND. VII. *P. C. Basilii V. C.* XVIII.
IND. VIII. *P. C. Basilii V. C.* XIX.
IND. IX. *P. C. Basilii V C.* XX.
IND. X. *P. C. Basilii V. C.* XXI.
IND. XI. *P. C. Basilii V. C.* XXII.
IND. XII. *P. C. Basilii V. C.* XXIII.
IND. XIII. *P. C. Basilii V. C.* XXIV.
IND. XIV. *P. C. Basilii V. C.* XXV.

COLLECTIO OMNIUM ANNORUM ISTIUS CHRONICI.

Colliguntur omnes anni, usque ad Consulatum Valentis VI, & Valentiniani junioris Augg. primum à XV. anno Tiberii, & prædicatione Domini nostri JESU CHRISTI, anni CCCLI.

Ab anno Darii Regis Persarum, quo tempore templum Hierosolymis instauratum est, anni DCCCCXCIX.

Ab Olympiade prima, qua ætate apud Hebræos Esaias prophetabat, anni MCLV.

A Solomone & prima ædificatione Templi, anni MCCCCXI.

A Captivitate Trojæ, quo tempore Sanson apud Hebræos erat, anni MDLXI.

A Moyse & Cecrope primo rege Atticæ, anni MDCCXC.

Ab Abraham & regno Nini & Semiramidis, anni MMCCCXCV.

A Diluvio, usque Abraham, supputantur anni DCCCCXLII.

Ab Adam, usque ad Diluvium, anni MMCCXLII.

Fiunt igitur ab Adam, usque ad XIV. Valentis annum, id est usque ad Consulatum ejus VI, & Valentiniani junioris, omnes anni MMMMMDLXXIX.

A Valente VI, & Valentiniano juniore, usque ad Consulatum Eudocii, colliguntur LXIV. anni & per hoc à XV. Tiberii anno, quo Dominus prædicare cœpit, ad Consulatum Eudocii, & Dioscori, sunt anni CCCCXI.

A Trojæ excidio, usque ad primam Olympiadem anni sunt CCCCVI.

Item à Trojæ excidio, usque ad constructionem urbis Romæ, anni CCCCXXXVI. quæ condita est à Romulo, VII. Olympiadis anno secundo: qui XVII. ab Ænea regnavit. CCCCVXXII.

Ab urbe Roma condita, usque ad adventum Domini, anni DCCLII: & ab eadem conditione usque ad passionem Domini, anni DCCLXXI. Et à passione, usque ad Consulatum Eustochii, anni CCCXCII.

Simul ab Urbe condita, usque ad prædictum Consulatum, colliguntur anni MCLXXV. Usque ad Consulatum D. Theodosii XV, anni MCLXXXIX.

A morte Cæsaris, usque ad Consulatum Theodosii XV, fiunt anni CCCCXXXVI.

Passus est Dominus noster JESUS CHRISTUS à constitutione Mundi post annos MMMMMCCXXIX. Eusebius ponit MMMMMCXXX. si numeri non sunt transpositi.

Ab Abraham autem, usque ad passionem Domini, anni sunt MMXLIV. Idem Eusebius libro temporum, ubi agit de passione Domini.

A passione Domini usque ad Consulatum Eustochii, anni sunt CCCXCIV. Et usque ad Consulatum D. N. Theodosii Aug. XV, anni sunt CCCCIX.

EXPLICIT CHRONICON MARCELLINI COMITIS V. C.

EXCERPTA UTILISSIMA EX PRIORE LIBRO CHRONOLOGICO EUSEBII, ET AFRICANO, ET ALIIS

LATINE CONVERSA AB HOMINE BARBARO, INEPTO, HELLENISMI ET LATINITATIS IMPERITISSIMO.

Non parva autem pars consarcinata est ex deliriis Breviatoris, aut Interpretis, qui commenta sua in scripta aliena infulsit.

PRIMUS homo factus est à Deo, cui nomen Adam. Uxor autem ejus Eva. Ab Adam, usque ad diluvium Noe, generationes decem: anni autem duo millia ducenti quadraginta duo.

Adam factus est annorum ducentorum triginta: & sic genuere Seth. Mortuus est autem novem annorum noningentorum trecenta.

Seth autem vixit annos centum quinque. Fiunt simul anni quadringenti triginta quinque: & genuere Enos. Mortuus est autem Seth annorum noningentorum duodecim.

Enos autem vixit annos centum nonaginta. Fiunt simul anni sexcenti quinquaginta quinque: & genuere Cainan. Mortuus est autem Enos noningentorum quinque.

Cainan autem vixit annos centum septuaginta. Fiunt simul anni septingenti nonaginta quinque: & genuere Maleleel. Mortuus est autem Cainan annorum noningentorum undecim.

Maleleel autem vixit annos centum sexaginta quinque. Fiunt simul anni noningenti sexaginta: & genuere Jared. Mortuus est autem Maleleel annorum octingentorum nonaginta.

Jared autem vixit annos centum sexaginta duos. Fiunt simul anni mille centum viginti duo: & genuere Enoch. Mortuus est autem Jared annorum noningentorum Sexaginta duorum.

Enoch autem vixit annos centum sexaginta quinque. Fiunt simul anni mille ducenti octuaginta septem: & genuit Mathusalam. Placuit autem Enoch Deo factus annorum tricentorum sexaginta quinque: & translatus est.

Mathusalam autem vixit annos centum sexaginta septem. Fiunt simul anni mille quadringenti quinquaginta quatuor: & genuit Lamech. Mortuus est autem Mathusalam annorum noningentorum sexaginta novem.

Lamech autem vixit annos centum octuaginta octo. Fiunt simul anni mille sexcenti quadraginta duo: & genuit Noë. Mortuus est autem Lamech annorum septingentorum.

Factus est autem Noë annorum quingentorum. Fiunt simul anni duo millia centum quadraginta duo: & genuit Noë tres filios, Sem, Cham, & Japheth.

Et factum est, quum homines multiplicarentur super terram, & filias procreassent, videntes autem Angeli Dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerunt. Et dixit Dominus Deus: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis in æternum, quia caro sunt: eruntque dies eorum annorum centum viginti. Gigantes autem erant super terram in diebus illis, & ultra. Quumque introissent Angeli Dei ad filias hominum, illæ, quæ genuerunt, illæ fuerunt Gigantes à sæculo homines nominati. Corrupta

rupta eſt autem terra coram Deo: & repleta eſt terra iniquitate. Et vidit Dominus Deus terram, quia corrupta erat. Omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram. Et dixit Dominus Deus ad Noë: Tempus omnium rerum venit coram me. Et quia repleta eſt terra iniquitate eorum, & ecce corrumpam eos, & terram. Fac autem tibi Arcam de lignis quadratis: & linies eam intrinſecus & extrinſecus aſphaltou bitumini. Et quod ſequitur. Et fecit Noë omnia, quæ præceperat illi Dominus Deus. Et erat Noe annorum ſexcentorum. Fiunt autem ſimul anni duo millia ducenti quadraginta duo. Et Diluvium aquarum factum eſt ſupra terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & mortua eſt omnis caro: quique habuit ſpiritum vitæ in ſemetipſo ſuper teram, ab homine, uſque ad pecus, & reptile, & ferarum, & omnium, quod erat ſuper terram habens ſpiritum vitæ in ſemetipſo.

Poſt hæc autem in ſexcenteſimo primo anno exiit Noe, & omnes, qui cum eo erant, de Arca. Fiunt autem ſimul ab Adam, uſque ad Diluvium Noe, anni duo millia ducenti quadraginta duo. Et à Diluvio Noe, uſque ad Turris ædificationem, & confuſionem linguarum, generationes ſex: anni autem quingenti quinquaginta octo.

Hi autem ſunt filii Noe, Sem, Cham, & Japhet poſt Diluvium, ſic:

Sem factus eſt annorum centum unius. Fiunt ſimul anni duo millia trecenti quadraginta tres: & genuit Arfaxad.

Arfaxad autem vixit annos centum triginta quinque. Fiunt ſimul anni duo millia quadringenti ſeptuaginta octo: & genuit Cainan.

Cainan autem vixit annos centum triginta. Fiunt ſimul anni duo millia ſexcenti octo: & genuit Salam.

Salam autem vixit annos centum triginta. Fiunt ſimul anni duo millia ſeptingenti triginta octo: & genuit Eber.

Eber autem vixit annos centum triginta quatuor. Fiunt ſimul anni duo millia octingenti duodecim: & genuit Phaleg, & Ragau fratrem ejus. Sub ipſo factum eſt diſperſio, & fuit omnis terra labia & vox una omnibus. Et factum eſt, dum moverent ab Oriente, invenerunt Paneum, quod eſt terra fructifera, in tera Sennaar: & habitaverunt ibi. Et dixit homo ad proximum ſuum: Venite faciamus nobis lateres, & coquamus eos igne. Et facta eſt eis ipſa latera quaſi lapis, & bitumen erat eis lutus. Et dixerunt: Venite, ædificemus nobis civitatem, & turrem, cujus caput ſit uſque ad cælum: & faciamus nobis nomen antequam diſperſi fuerimus ſuper omnem faciem terræ. Et deſcendit Dominus Deus videre civitatem, & turrim, quam ædificaverunt filii hominum. Et dixit Dominus: Ecce labia & vox omnibus una: & hoc initiarunt facere: & nunc non minuitur ex ipſis omnia quæcunque propoſuerunt facere. Venite, deſcendentes diſperſas faciamus ibi eorum linguas, ut non obaudiat unuſquiſque vocem proximi ſui. Et diſperſit illos Dominus Deus inde ſuper faciem omnis terræ: & ceſſaverunt ædificantes civitatem & turrem. Propter hoc vocatum eſt nomen ejus confuſio: quia ibi confudit Dominus labia omnis terræ. Et exinde diſperſit eos Dominus Deus ſuper omnem faciem terræ. Fiunt autem ſimul ab Adam, uſque ad Turris ædificationem, & diſperſionem terræ, Generationes quindecim, anni duo millia octingenti ſeptuaginta octo.

TERRÆ DIVISIONES TRES FILIOS NOE POST DILUVIO FACTUM EST. SIC:

Σὴμ τῷ πρωτοτόκῳ αὐτοῦ ἔδωκεν ἀπὸ Περσίδος καὶ Βάκτρων, ἕως.

Sem & Cham & Japhet trium fratrum, ſecundum *tribum partiti ſunt ſuper terram.

* κατὰ φῦλον non κατὰ φυλήν.

m Et Sem primogenito à Perſide & Bactriam uſque in India longitudo. Latitudo autem ab India uſque Rinocoruram.

Cham

Ἰνδικῆς μῆκος, πλάτος δὲ, ἀπὸ Ἰνδικῆς, ἕως Ῥινοκουρούρων τῆς Αἰγύπτου. Cedren. 10. 17.

Cham autem secundo ab Rinocoruram [x] usque Garirum.

x μέχρι Γαδείρων sed irrepsit ex sequenti.

Japhet autem tertio [n] à Midia usque Garirum, ad Aquilonem.

n ἀπὸ Μηδίας τὰ πρὸς ἄρκτον καὶ δυσμὰς, ἕως Γαδείρων. Cedren 10. 31.

Habet autem Japheth fluvium Tigrem, qui dividit Midiam, & Babyloniam in terra Syriorum.

Cham autem [o] habet fluvium Geon, qui vocatur Nilus, Sem autem Euphratem.

o ποταμὸν διορίζοντα τὸν Νεῖλον, ὃς καὶ Γεὼν καὶ Χρυσοῤῥόας καλεῖται. Cedren. 10. 30.

Confusæ sunt autem linguæ super terram post Diluvium. [a] Fuerunt autem, quæ confusæ sunt linguæ, septuaginta duo. Qui autem turrem ædificabant, fuerunt gentes septuaginta, quæ in linguis super faciem terræ divisæ sunt. Nebrod autem Gigas filius Chus Ethiopu .... iste pro cibaria eorum venando porrigebat feras.

a ἦσαν δὲ τὰ πάντα τῶν οἰκοδομούντων ἔθνη, ἑβδομήκοντα. φωνὴ δὲ αὐτοῖς πᾶσιν ὑπῆρχε μία. Νεβρὼδ δὲ αὐτοῖς ὁ Γίγας ὁ τοῦ Αἰθίοπος Χοῦς υἱὸς εἰς βρῶσιν ἀγρίων ἐχορήγει ζῶα. Cedren. 9.25.

NOMINA AUTEM SEPTUAGINTA SUNT HÆC:

Filii Japheth filio Noë tertio juniori, Gamer, à quo Cappadoci: & Magog, à quo Chaldæi & Galates: & Made, à quo Midi: & * Vojas, à quo Græci & Hiones: & Thobali, à quo Tettali: & Mosoch, à quo Illyrici: & Tyrach, à quo Thraci: & Chattaim, à quo Macedoni.

Et filii Gamer filio Japheth tertio filio Noe, Aschanath, à quo Sarmati: & Erisphan, à quo Rhodii: & Thorgaman, à quo Armenii.

Et filii filiorum Japhet filio Noe, Elisa, à quo Siculi: & Chæreis, à quo Iberi, qui & Tyrannii: & Etici, à quo Romei, qui & Latini. Omnes isti filii Japheth tertio filio Noë. Ex istis dispersæ sunt insulæ gentium.

Sunt autem & Cyprii ex Citteis ex filiorum Jareth simul gentes quindecim. Invenimus autem qui ab Aquilone sunt ex ipsis ex tribu Citteis. Est autem de Elladii gente omnes ex ipso, excepto his, qui habitaverunt in postero ibi Essaitei, qui habitaverunt circa mare honorabilem civitatem, quæ vocatur Athenas, simul autem & Thibas, qui Sidonii sunt accolæ de Cathmo Aginoru. Chalcedonii autem tyranni peregrini fuerunt, & alii simili modo, qui post hac in Ellada migraverunt.

Hæc sunt autem gentes Japeth tertio filio Noë. A Midia, usque ad Speriam, à parte Oceani adtendens ad Aquilonem sic: Midii, Albani, Gargani, Errei, Armenii, Amazonii, Coli, Corzini, Dennaci, Cappadoci, Paphlagoni, Mariandini, Tabarini, Challyri, Mossonici, Sarmati, Saurobati, Meoti, Scythi, Taurini, Thraci, Bastarni, Illyrici, Macedoni, Græci, Ligyrii, Istrii, Alunni, Dauni, Iapycii, Colabri, Oppici, Latini, qui & Romei, Tyranni, Calli, qui & Latini, Ligistini, Celtibirii, Ibirii, Galli, Aquitanii, Illyrici, Basantii, Cyrtanii, Lysitani, * Hu accai .... Cynii, Britanni, qui in insulis habitant. [y] Qui autem sapiunt ex istis literis, hi sunt: Ibirii, Latini, [b] qui utuntur Romei, Spani, Græci, Midi, Armenii. Sunt autem termina eorum à Midia * usque Garirum, quod ad Aquilonem. Lateræ autem à fluvio, & fluvium usque Maslusias contra Solem. Provinciæ autem eorum sunt hæc: Media, Albania, Amazonia, Armenia parva & magna, Cappadocia, Paphlagonia, Galatia, Colchus, Ludia, Achaja, Bosporina, Meotia, Derris, Sarmatia, Tauriania: Bastarnia, Scythia, Thracia, Macedonia, Dennalia, Molchia, Tettalia, Lucria, Byotia, Etolia, Attica, Achaia, Pelepponissus, Acarnia, Ipirotia, Illyria lucidissima, Adracia, à quo Adriaticum pelagus, Gallia, Tuscinia, Lysitania, Midia, Messalia, Italia, Celtica. Spanogallia, Ibiria, Spania magna. Simul provinciæ Japeth quadraginta: usque ad Britaniacas insulas, quæ ad Aquilonem respiciunt. Sunt autem eis & insulæ. commune autem Sicilia, Eubya, Rodus, Chius, Lesbus, Cythira, Zacynthus, Cephalina, Ithaci, Corcyra, & qui in circuitu sunt, parte Asiæ, quæ vocatur Ionia. Fluvius autem est iis Tigris dividens Midiam & Babyloniam. Hæc sunt termini tertio filio Noë.

y οἱ δὲ τούτων σοφοὶ τὰ γράμματα.

b οἱ χρηματιζόμενοι Ῥωμαῖοι.

* ἕως Γαδείρων.

Filii autem Cham secundo filio Noë, Chus primogenitus, ex quo Æthio-

Ethiopi: & Mestreim, ex quo Ægyptii: & Fud, ex quo Troglodyti: & Chanaan, ex quo Afri, & Funici.

ἐπὶ τὸν Ἴδης ἐμπρησμὸν, καὶ τὴν εὕρεσιν τοῦ σιδήρου, καὶ Ἰδαίους Δακτύλους, ἔτη ογ.

Ἐντεῦθεν ἐπὶ Γανυμήδους ἁρπαγὴν, ἔτη ξε.

Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν Περσέως στρατείαν, ὅτε καὶ Γλαῦκος ἐπὶ Μελικέρτῃ τὰ Ἴσθμια ἔθηκεν. ἔτη ιε.

Ἐντεῦθεν ἐπὶ Ἰλίου κτίσιν, ἔτη λδ.

Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸν ἔκπλουν τῆς Ἀργοῦς, ἔτη ξδ.

Ἐντεῦθεν ἐπὶ Θησέα, καὶ Μινώταυρον, ἔτη λβ.

Ἐντεῦθεν ἐπὶ τοὺς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, ἔτη ι.

Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸν Ὀλυμπιάσιν ἀγῶνα, ὃν Ἡρακλῆς ἔθηκεν ἐπὶ Πέλοπι, ἔτη γ.

Ἐντεῦθεν εἰς τὴν Ἀμαζόνων εἰς Ἀθήνας στρατείαν, καὶ τῆς Ἑλένης ὑπὸ Θησέως ἁρπαγὴν, ἔτη θ.

Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν Ἡρακλέους ἀποθέωσιν, ἔτη ια.

Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν Ἑλένης ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἁρπαγὴν, ἔτη δ.

Ἐντεῦθεν ἐπὶ Τροίας ἅλωσιν, ἔτη ι.

Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν Αἰνείου κάθοδον, καὶ κτίσιν Λαουινίου, ἔτη ι.

Ἐντεῦθεν ἐπὶ Ἀσκανίου ἀρχὴν, ἔτη η.

Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον, ἔτη ξα.

Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν Ἰφίτου Ὀλυμπιάδα, ἔτη τκη.

ΤΑ ΑΠΟ ΣΑΛΜΑΝΑΣΑΡ, ΗΤΟΙ ΝΑΒΟΝΑΣΑΡΟΥ, ἔτη κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν στοιχείωσιν, ἕως Κύρου, καὶ ἔπειτα Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος,

		ἔτη	ἔτη. συνηγμένα.
Α	Ναβονάσαρος, ὁ καὶ Σαλμανάσαρ ἐν τῇ γραφῇ λεγόμενος,	κε.	κε.
Β	Νάβιος,	η.	λγ.
Γ	Χίνζηρος καὶ Πῶρος,	ε.	λη.
Δ	Ἰλλουλαῖος	ε.	μγ.
Ε	Μαρδοκεμπάδοκος,	ιβ.	νε.
Ϛ	Ἀρκεανὸς,	ε.	ξ.
Ζ	Ἀβασίλευτος,	β.	ξβ.
Η	Βήληλος,	γ.	ξε.
Θ	Ἀπαραναδίσος,	ϛ.	οα.
Ι	Ἡριγέβαλος,	α.	οβ.
ΙΑ	Μεσισιμόρδακος,	δ.	οϛ.
ΙΒ	Ἀβασίλευτος ἄλλος,	η.	πδ.
ΙΓ	Ἰσααρίδηνος,	ιγ.	ϟζ.
ΙΔ	Σαοσδούχιος,	θ.	ρϛ.
ΙΕ	Κινηλάδανος,	ιδ.	ρκ.
ΙϚ	Ναβοπαλάσαρος,	κα.	ρμα.
ΙΖ	Ναβουχοδονόσορος,	μγ.	ρπδ.
ΙΗ	Εὐιδαλμαροδάχ,	ε.	ρπθ.
ΙΘ	Νηριγλήσαρος, ὁ καὶ Βαλτάσαρ,	γ.	ρϟβ.
Κ	Ναβονάδιος, ὁ καὶ Ἀστυάγης Δαρεῖος, Ἀσούηρος, καὶ Ἀρταξέρξης,	ιζ.	σθ.
ΚΑ	Κῦρος Περσῶν πρῶτος,	λα.	σμ.
ΚΒ	Καμβύσης υἱὸς Κύρου,	η	σμη.
ΚΓ	Μάγοι ἀδελφοὶ δύο, Σμέρδιος καὶ Παυζούθης μῆνας ζ.		
ΚΔ	Δαρεῖος υἱὸς Ὑστάσπου,	λϛ.	σπδ.
ΚΕ	Ξέρξης υἱὸς Δαρείου,	κ.	τδ.
ΚϚ	Ἀρταξέρξης Ξέρξου ὁ Μακρόχειρ,	μγ.	τμζ.
ΚΖ	Ξέρξης υἱὸς Ἀρταξέρξου μῆνας, β.		
ΚΗ	Σογδιανὸς μῆνας ζ.		τμη.
ΚΘ	Δαρεῖος ὁ Νόθος,	ιθ.	τξζ.
Λ	Ἀρταξέρξης ὁ Μνήμων,	μ.	υζ.
ΛΑ	Ὦχος Ἀρταξέρξου υἱὸς,	ε.	υιβ.
ΛΒ	Ἄρσης ἀδελφὸς Ὤχου,	δ.	υιϛ.
ΛΓ	Δαρεῖος τέταρτος Ἀρσάμου,	ϛ.	υκβ.
ΛΔ	Ἀλέξανδρος Μακεδὼν,	ϛ.	υκη.

ΕΚ ΤΩΝ ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ ΕΦΕΣΙΟΥ περὶ τῶν ἐν Τύρῳ βεβασιλευκότων.

Α Ἀβίβαλος.

Β Εἴρωμος Ἀβιβάλου υἱὸς, λδ. οὗτος ἐβίωσεν ἔτη πεντήκοντα τρία, καὶ ἔχωσε τὸ εὐρύχωρον, τόν τε χρυσοῦν κίονα τὸν ἐν τοῖς τοῦ Διὸς ἀνέθηκεν ἔπειτα ὕλην ξύλων ἀπελθὼν ἔκοψεν ἀπὸ τοῦ λεγομένου ὄρους Λιβάνου κέδρινα ξύλα εἰς τὰς τῶν ἱερῶν στέγας. Καθελών τε τὰ ἀρχαῖα ἱερὰ καινοὺς ναοὺς ᾠκοδόμησε, τό, τε τοῦ Ἡρακλέους, καὶ Ἀστάρτης τέμενος ἀνιέρωσε. πρῶτόν τε τὴν ἔγερσιν τοῦ Ἡρακλέους ἐποιήσατο ἐν τῷ Περιτίῳ μηνὶ, εἶτα τοῦ τῆς Ἀστάρτης, ὁπότε Τιτυοῖς ἐπεστράτευσε, μὴ ἀποδιδοῦσι τοὺς φόρους. οὓς καὶ ὑποτάξας ἑαυτῷ πάλιν ἀνέστρεψεν. Ἐπὶ τούτου ἦν τὶς Ἀβδήμουνος παῖς νεώτερος, ὃς ἀεὶ ἐνίκα τὰ προβλήματα, ἃ ἐπέτασσε Σολομῶν ὁ Ἱεροσολύμων βασιλεύς.

Γ Βααλβάζερος αὐτοῦ υἱὸς ζ. οὗτος ἐβίωσεν ἔτη μγ.

Δ Ἀβδάσταρτος ὁ αὐτοῦ υἱὸς θ. οὗτος ἐβίωσεν ἔτη κθ. Τοῦτον οἱ τῆς τροφοῦ αὐτοῦ υἱοὶ τέσσαρες ἐπιβουλεύσαντες ἀπώλεσαν.

Ε υἱὸς τῆς τροφοῦ τῶν τεσσάρων πρεσβύτατος ιβ.

Ϛ Ἀστάρτος ὁ Δελαιαστάρτου ιβ, οὗτος ἐβίωσεν ἔτη νδ.

Ζ Ἀστάρυμος ἀδελφὸς αὐτοῦ. θ. οὗτος ἐβίωσεν ἔτη νδ. Ἀπώλετο ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Φέλητος.

Η Φέλης μῆνας ὀκτώ.

οὗτος ἐβίωσεν ἔτη ν. Τοῦτον ἀνεῖλεν Εἰθώβαλος ὁ τῆς Ἀστάρτης ἱερεύς.

Θ Εἰθώβαλος λβ.
οὗτος ἐβίωσεν ἔτη ξη.

Ι Βαδέζωρος υἱὸς αὐτοῦ ς.
οὗτος ἐβίωσεν ἔτη με.

ΙΑ Μάτγηνος υἱὸς αὐτοῦ θ.
οὗτος ἐβίωσεν ἔτη λβ.

ΙΒ Πυγμαλίων μζ.
ἐβίωσεν ἔτη νς. Ἐν τῷ ἐπ' αὐτοῦ ἑβδόμῳ ἔτει ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ Διδὼ φυγοῦσα ἐν τῇ Λιβύῃ πόλιν ᾠκοδόμησε Καρχηδόνα.

ΕΤΙ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΤΥΡΩ βεβασιλευκότων, ἐκ τῶν Φοινίκων ἀναγραφῶν.

Α Εἰθώβαλος. Ἐπὶ τούτου βασιλεύοντος ἐπολιόρκησε Ναβουχοδονόσορος τὴν Τύρον.

Β Βάαλ ι.

Γ Ἐκνίβαλος Βασλάχου Δικαστὴς μῆνας β.

ΔΙΚΑΣΤΑΙ,

Δ Χέλβης Ἀβδαίου μῆνας ι.

Ε Ἄββαρος ἀρχιερεὺς μῆνας γ.

ς Μύτγονος, καὶ Γεράστρατος τοῦ Ἀβδηλίμου δικασταὶ ς.

Ζ Βαλάτορος βασιλεὺς μεταξὺ Μυτγόνου, καὶ Γεραστράτου, α.

Η Μέρβαλ μεταπεμφθεὶς ἐκ τῆς Βαβυλῶνος δ.

Θ Εἴρωμος ἀδελφὸς αὐτοῦ μετάπεμπτος καὶ αὐτὸς ἐκ τῆς Βαβυλῶνος κ.
Ἐπὶ τούτου Κῦρος Περσῶν ἐβασίλευε τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς Εἰρώμου βασιλείας τὸ κράτος παραλαβών.

ΒΑΣΙΛΕΙΣ ΠΕΡΓΑΜΟΥ.

Α Φιλέταιρος ὁ Θλιβίας κ.

Β Εὐμένης Φιλεταίρου ἀδελφιδοῦς δὲ Εὐμένους κβ.

Γ Ἄτταλος Φιλεταίρου ἀδελφιδοῦς δὲ Ἀττάλου μγ.

Δ Εὐμένης Ἀττάλου μθ [λθ]

Ε Εὐμένης Ἀττάλου ἀδελφὸς ἐπίτροπος κα.

ς Ἄτταλος ὁ Φιλομήτωρ Ἀττάλου ε.
ὁμοῦ ἔτη ρν.

ΒΑΣΙΛΕΙΣ ΠΕΡΣΩΝ ΟΙ ΜΕΤΑ τὴν τῶν Πάρθων κατάλυσιν κρατήσαντες.

Ἐβασίλευσαν οἱ Ἀσσύριοι ἀπὸ Νίνου, καὶ Σεμιράμεως, μέχρι Μελέζου τοῦ Δελκετάδου. Εἰς τοῦτον γὰρ τοῦ Σεμιράμεως γένους λήξαντος, Βελιταρᾶν κηπουρὸς ἐβασίλευσεν, καὶ τὸ ἐκείνου γένος ἑξῆς, μέχρι Σαρδαναπάλου, καθὰ Βίωνι, καὶ Ἀλεξάνδρῳ δοκεῖ τῷ Πολυΐστορι. Σαρδανάπαλον δὲ ἀνεῖλεν Ἀρβάκης Μῆδος, καὶ Βελεσυσὸς Βαβυλώνιος, καὶ μετήγαγον εἰς Μήδους τὴν βασιλείαν. Ἐβασίλευσαν οὖν Ἀσσύριοι ἔτη ατς. οὕτως γὰρ λέγουσι Κτησίας καὶ Διόδωρος ὁ Σικελιώτης συμφθέγγεται. τῶν δὴ Μήδων τ ἔτη βασιλευσάντων, τὸν ὕστατον βασιλέα Μήδων Ἀστυάγην Κῦρος καθεῖλεν ὁ Πέρσης, καὶ εἰς Πέρσας τὴν ἡγεμονίαν κατήγαγεν. Ἐβασίλευσαν δὲ οἱ Πέρσαι ἔτη ΣΚΗ, μέχρι Δαρείου τοῦ Ἀρσάμου. ὃν νικήσας ὁ Φιλίππου Ἀλέξανδρος Μακεδόσι τὴν Περσῶν βασιλείαν παρέδωκεν. Ἐκράτησαν δὲ τῆς Περσικῆς ἀρχῆς Μακεδόνες ἔτη σϙγ, οὓς ἐκβαλὼν Ἀρσάκης ὁ Παρθυαῖος Πάρθοις τὴν βασιλείαν Περσῶν παρέδωκεν. ἔνθεν καὶ Ἀρσακίδαι οἱ βασιλεῖς Περσῶν ὀνομάζονται. ἐβασίλευσαν δὲ Πάρθοι ἀπὸ Ἀρσάκου ἀρξάμενοι, μέχρις Ἀρταβάνου ἔτη σο. ἐβασίλευσεν δὲ Ῥώμης ὁ Μαμμαίας Ἀλέξανδρος, ἡνίκα Ἀρτάβανος ὁ Πάρθος Περσῶν ἐβασίλευσε. Μετὰ δὲ τὸν Ἀρτάβανον τὸ γένος Χοσρόου βασιλεύειν ἤρξατο. ἤρξατο δὲ οὕτως· Ἀρταξέρξης Πέρσης ἀφανής τε καὶ ἄδοξος ἀθροίσας ἄνδρας ἀτάκτους ἀνεῖλεν Ἀρτάβανον, καὶ περιέθετο κίδαριν, καὶ αὖθις Πέρσαις ἐπανήγαγε τὴν βασιλείαν. ἦν δὲ μάγος· καὶ ἐξ ἐκείνου οἱ μάγοι γεγόνασι παρὰ Πέρσαις ἐπίδοξοι. Λέγουσι δὲ τὴν τοῦ Ἀρταξέρξου μητέρα συνοικῆσαι Παμβέκῳ τοὔνομα, σκυλοτόμῳ μὲν τὴν τέχνην, ἀστρολόγῳ δὲ, καὶ περὶ ταῦτα ἐνησκημένῳ. Στρατιώτην δὲ ὀνόματι Σάνανον ἐκ τῆς Καδουσίων προϊόμενον χώρας ὑποδεχθῆναι εἰς τὸν οἶκον Παμβέκου. καὶ προγνῶναι δῆθεν διὰ τῆς ἀστρολογίας τὸν Πάμβεκον, ὅτι δὴ ἡ τοῦ Σανάνου γονὴ ἐπὶ μέγα εὐδαιμονίας ἀρθήσεται. μὴ ἔχων δὲ θυγατέρα, ἢ ἀδελφὴν, ἢ ἄλλο πρὸς γένους γύναιον, συνεπέκλεισε τὴν ἰδίαν γαμετὴν τῷ Σανάνῳ. καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκεν Ἀρταξέρξην. Ἐξ ἐκείνου τοίνυν τοῦ Ἀρταξέρξου τὸ Χοσρόου κατάγεται γένος. Ἐβασίλευσαν δὲ οὕτως·

Α Ἀρταξάρης, ὁ καὶ Ἀρταξέρξης, τῷ τετάρτῳ ἔτει

τῷ ἔτει τῆς βασιλείας Αλεξάνδρου ϛ Μαμμαίας ιε.
Β Σαπώρης λα.
Γ Ορμίδας α.
Δ Ουαραράνης Γ.
Ε Ουεράκης ιζ.
ϛ Ουαραράνης ὁ β. α.
Ζ Ουαραράνης ὁ γ δ.
Η Ναρσῆς η.
Θ Ορμίσδας ὁ β ϛ.
Ι Σαβώρης ο.
τούτῳ δέδωκεν ὁ Ιοβινιανὸς τὸ Νιτζίβιον.
ΙΑ Αρταξήρης δ.
ΙΒ Σαβώρης ὑὸς αὐτοῦ ε.
ΙΓ Ουαραράνης ια.
ΙΔ Ουαραράνης κ.
ΙΕ Ισδιγέρδης κα.
Ιϛ Περόζης κδ.
ΙΖ Ισδιγέρδης ιζ.
ΙΗ Καβάδης ια.
οὗτος ἐξεβλήθη.
ΙΘ Ουαλεὺς δ.
Κ Καβάδης πάλιν λ.
ΚΑ Ζαμάσπης δ.
ΚΒ Ορμίσδας ιε.
ΚΓ Χοσρόης ὑὸς Καβάδου μη.
ΚΔ Χοσρόης ὁ μέγας, ὁ ἐπὶ Ηρακλείου ἀναιρεθεὶς ὑπὸ Σιρόου ὑοῦ αὐτοῦ λθ.
ΚΕ Σιρόης ὁ ὑὸς Χοσρόου μῆνας η.
Κϛ Αδεσὴρ μῆνας ζ. α.
ΚΖ Ορμίσδας ὁ διωχθεὶς ὑπὸ τῶν Σαρακηνῶν.

ΤΕΛΟΣ ΤΗΣ ΣΥΝΑΓΩΓΗΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ.

JOSEPHI SCALIGERI

JULII CAESARIS A BURDEN FILII

IN GRÆCA

ΠΑΝΤΟΔΑΠΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

EUSEBII,

QUÆ SUPERSUNT

NOTÆ.

IN iis, quæ superius in prolegomenis Notarum ad Latina Eusebii disputavimus, non solum quod institutum Eusebii, sed etiam quæ Chronicorum illius partitio, quisve dispositus fuerit, à nobis accurate demonstratum est. Omne opus in duos libros tributum fuerat. Prior in collecta tempora, posterior in annos expansos digestus. Per collecta tempora, &, ut Græci loquuntur, ὁμάδας χρόνων, intelligendum omnia omnium nationum gesta in unum temporis intervallum conjecta. Anni expansi quid sint, appellatio ipsa perspicua non patitur dubitare. Rursum universi operis παντοδαπῆς ἱστορίας, priorem librum χρονολογίας, posteriorem Κανόνος titulo proscriptum ab auctore fuisse eadem opera indicavimus. Itaque non sunt ea iteranda. Neque vero primus Eusebius posteriorem librum suum Canonem vocavit, quum ante illum hoc Africanus fecerit: cujus verba hæc sunt: ὁ ἡμέτερος δὲ Κανὼν ἐπὶ τῆς πρώτης ὀλυμπιάδος τὸν Ἰωαθὰμ βασιλέα Ἰούδα συνείληφεν. Itaque in hoc, ut & in aliis fere omnibus, Eusebius Africanum sequitur, adeo ut Chronica Eusebii nihil aliud sint, quam τὸ ἱστορικὸν Africani recoctum. Iste vero Eusebii labor, ut ita loquar, Herculeus, tanti fuit apud veteres, tantaque ejus dignitas, ut Chronologi, qui post Eusebium scripserunt, omne scriptum de temporibus aridum esse censuerint, quod non hujus fontibus irrigatum esset. Quare multis Eusebianis rationibus demonstrationes suas instruxerunt, ut doctissimi suorum temporum Anianus & Panodorus Ægyptii monachi: &, quod amplius est, quidam totum opus Eusebii, totidem verbis in sua Chronica transfuderunt: in quibus duo Georgii Monachi, alter Syncellus Tarasii Patriarchæ, alter cognomento Cedrenus. Syncellus Tarasii instituit opus suum anno Christi DCCXCII, annis XXI ante excessum Karoli magni, indictione prima ineunte: qui universam Eusebii chronologiam sine ulla verborum immutatione in suum volumen transtulit, cujus inscriptio hæc fuit: ἐκλογὴ χρονογραφίας συνταγεῖσα ὑπὸ Γεωργίου μοναχοῦ Συγκέλλου γεγονότος Ταρασίου πατριάρχου. morte enim oppressus ad Diocletianum opus suum perducere tantum potuit. inde illum excepit familiaris ejus Theophanes, cujus etiam liber attextus fuit in codice regio, quo usi fuimus. Ideo Cedrenus de eo ita scribit: ὅ, τε γὰρ μοναχὸς Γεώργιος καὶ Σύγκελλος ἀπὸ καταβολῆς ἀρξάμενος κόσμου εἰς Μαξιμιανὸν καὶ Μαξιμῖνον τοὺς τυράννους κατέλεξε. Quam mutilus vero ille liber ad nos pervenerit, colligere licet ex multis locis, in quibus aut quorundam meminit, aut quædam promittit, quæ tamen nusquam comparent. Accedit manifestum mutilati codicis argumentum, verba ante lemma operis ad hunc modum concepta: παρεκβολαὶ ἀπὸ τῶν Γεωργίου τοῦ Συγκέλλου Ταρασίου πατριάρχου. Sane τῶν παρεκβολῶν, id est Excerptorum, nomen satis indicat plura desiderari, quam superesse. Codex scriptus est ante plus minus annos DC. Ex eo omnia Eusebiana excerpsimus, quæ quidem deprehendere potuimus: quæ quanquam ne centesima quidem pars eorum esse videtur, quæ ab Eusebio relicta sunt, aliquod tamen justum volumen explere possunt. Quemadmodum autem Eusebius Africanum, & alios, qui ante eum huic scriptioni manum admoverunt, castigabat, quod multa adversus tam veram temporum rationem, quam historiæ fidem sciscebant, sic ipsum Eusebium Georgius iste Syncellus, ubi quid ille paulo alienius à vero dixit, aut fecit, ita exagitat, ut, ubi usus venit, raro hominem sine acerba objurgatione, aut contumelioso dicto dimittat: de quibus quædam jam dudum in Notis produximus: plura in sequentibus, ubi locus exiget, aperiemus. Georgius vero Cedrenus totum Chronographium Syncelli verbatim descripserat, & ex eo, atque aliorum Chronologorum scriptis, ingens volumen contextum σύνοψιν ἱστοριῶν vocavit. Sed ne illud quoque breviatorum manus, librorum præsentissimum venenum, effugere potuit. Plus dico. non breviatores illi, sed mutilatores fuerunt. Nam quæ habemus, non justum illius συνόψεως breviarium est, sed potius cadaver, & disjecti membra scriptoris; παρεκβολαὶ & Excerpta ex eo ingenti volumine, sine ullo ordine temporum, aut gestorum, ac delectu eorum, quæ aut omittenda, aut excipienda erant. Idiotam quidem hunc Cedrenum fuisse illius scripta clamant: sed pejus & de illo, & de tota

tota Chronologia meruerunt, qui eum tam crudeli genere lacerarunt. Denique totum Cedreni opus est stabulum quisquiliarum, & cento ex multis pannis sordidis, purpureis, malis, bonis, integris, laceris consutus. Ex ea farragine multa Eusebiana eruimus, quę ex Georgio Syncello ille excerpserat, & præfato Eusebii nomine producit, multa etiam, quæ, quanquam tacito Eusebii nomine, manifesto Eusebiana constat esse tum ex Syncello, tum ex aliorum fragmentorum reliquiis. Non pauca præterea apud eundem Cedrenum supersunt optimæ notæ analecta, quorum partem Eusebii, partem Africani esse non dubitamus. Sed ea, quod, quibus opinionis nostræ fidem faceremus, argumenta nobis desunt, maluimus intacta relinquere, quam incerta pro certis adferre. Cedreni vero Synopsin arbitramur non multo post ejus obitum mutilatam fuisse, atque ita ab illis librorum carnificibus, ut hodie edita est, posteritati transmissam: quin ne ea quidem, quæ breviatores collegerant, integra omnino ad nos pervenisse. Nam Leunclavius vir doctissimus in notis ad Annales Turcicos scribit aliquot Cedreni folia penes se habuisse, quæ in excusis desiderantur. Nos vero apud Syncellum paginam integram reperimus, & quædam alia, quę in editione vulgata non extare suo loco demōstrabitur.

Pag. 3. ΤΩΝ ΧΡΟΝΙΚΩΝ ΚΑΝΟΝΩΝ ΠΑΝΤΟΔΑΠΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.] Ecclesiæ nunquam egregii scriptores defuere à prima usque origine & incunabulis Christianismi: quorum institutum fuit, primum ut pietatem alumnos fidei docerent, deinde ut eam adversus Christi hostes assererent: quorum duo genera fuerunt, Iudæi & Gentes. Utrunque genus domesticis armis debellandum fuit, Iudæi propheticis testimoniis, Gentes Poëtarum, Philosophorum, Historicorum monimentis, idque duplici argumento, doctrinæ & vetustatis. Extiterunt quidem, tum qui adversus utrosque egregiam operam navaverunt, tum, qui adversus alterutros, omnes cum summa dignitate, gloria, & fructu. Sed omnium simul opera unius Eusebii heroicus labor superavit, qui ex eorum scriptis in unum corpus contributis, & in membra digestis luculenta & omni laude majora volumina contexuit, quibus defensionem Christiani cultus instituit, viginti quidem libris ἀποδείξεων adversus Iudæos, adversus Gentes autem quindecim voluminibus προπαρασκευῆς pro doctrina, pro vetustate vero, opere κανόνων χρονικῶν παντοδαπῆς ἱστορίας: in cujus priore libro omnium regnorum, dynastiarum, nationum, Rerumpublicarum initiis discussis, omnium fabulosorum Deorum natalibus longe vetustiores esse Mosaïcas origines ostendebat. Hunc librum Hieronymus Latine vertit, Georgius Syncellus penes se habuit, Photius autem æqualis illorum temporum non vidit: certe in sua Bibliotheca non posuit. cujus capita multa, eaque longissima, atque amplissima fuerunt, & ex multorum priscorum auctorum integris paginis contexta: quorum maximam partem suspicari magis, quam definire possumus: sed de quibus certo affirmare possumus, ea suis locis aperientur.

Ibid. ὁρκίζω σε.] De hac cautione, quam ejus auctor Irenæus in fine, Eusebius autem initio operum suorum posuit, vide quæ in Latinis monuimus. Ea autem extat in libris Historiæ Ecclesiasticæ.

Ibid. ΛΕΙΠΕΙ ΠΟΛΛΑ.] De creatione hominis, καὶ περὶ τῆς ἑξαημέρου agebatur, καὶ περὶ τῆς πρωτοκτίστου ἡμέρας: quod Hebræis dicitur בְּרֵאשִׁית מַעֲשֵׂה, Adjiciebantur Phœnicum, Chaldæorum, Ægyptiorum, Græcorum veterum περὶ κοσμογονίας testimonia, quorum quædam extant in libris προπαρασκευῆς: item de primo homine, de Serpente & Eva, de Cain, & Abel, qui primus φονεὺς καὶ ἀνθρωποκτόνος fuit: de quibus illi versiculi non sunt omittendi, Ezekielis poëtę Iudęi, ut ego mihi persuasi, nisi doctioribus aliter videatur:

> Ὦ πᾶσιν ἀρχὴ καὶ πέρας κακῶν ὄφις,
> Ἤ, τ', ὦ βαρὺν τίκτουσα θησαυρὸν κακῶν
> Πλάνη τυφλοῦ ποδηγὸς ἀγνοίας, βίου
> Χαίρουσα θρήνοις, καὶ στενάγμασι βροτῶν.
> Ὑμεῖς ἀθέσμους εἰς ὕβρεις ὁμοσπόρων
> Τὰς μισαδέλφους ὁπλίσαντες ὠλένας
> Κάϊν μολῦναι φοινίῳ πρῶτον λύθρῳ
> Ἐπείσατ' ὀργὴν, κἀξ ἀκηράτων πεσεῖν
> Αἰωνίων τε πρωτόπλαστον ἐς χθόνα
> Ὑμεῖς ἐπικτήναθε —

Corruptissima extant apud Epiphanium.

> *O prima origo cladium & meta ultima*
> *Coluber, malorum, tuque thesauri pater*
> *Anteambulo cæcæ Error ignorantiæ,*
> *Cui pabulum hominum lacrimæ & suspiria,*
> *Dum suscitatas odio inexpiabili*
> *Armatis in se fratricidas dexteras*
> *Ut primus iram sanguine inficeret Kaïn*
> *Vos impulistis. Vos, ut æterno è statu*
> *Terrena ad ima primus excideret Homo*
> *Caussa extitistis —*

Ibid. ΠΡΟ ΤΟΥ ΚΑΤΑΚΛΥΣΜΟΥ.] Duo præcipua capita hæc fuerunt, τὰ πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ τὰ μετὰ τὸν κατακλυσμόν. In priore tractabatur γενεαλογία πατριαρχικὴ ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι τοῦ κατακλυσμοῦ: idque in tribus codicibus, Græco septuaginta Seniorum, Hebraicis duobus, Iudæorum, & Samaritarum. Sequebatur castigatio denique errorum, qui in Africano, & aliis Scriptoribus. Postremo loco incunabula regnorum ante Diluvium, Chaldæorum, & aliarum orientalium nationum ex Beroso, Apollodoro, Abidyno.

Ibid. παρὰ τῶν ἑρμηνευτῶν.] Hæc trium codicum inter se collatio ideo ab Eusebio instituta, ut ostenderet duabus reliquis editionibus solam codicis Hebraici Iudæorum anteferendam esse: quod quum proposuerit, non tamen sequutus est. Nam dinumeratio temporum ab Adam ad Diluvium, secundum Iudæos ‹‹ colligit annos duntaxat MDCLVI. ipse autem putat MMCCXLII, quæ est septuaginta interpretum summa. in quo manifesto contra hypothesin facit; atque eo nomine à Georgio laudatur simul, & vituperatur: alterum, quod tot annos ab Adam, ad Diluvium ponit, quot ex dinumeratione septuaginta interpretum colligi possunt: alterum, quod professus se Iudæos sequi, in partes septuaginta Seniorum transit. quæ fuit maxima Eusebii ἀλογιστία, vitium illi scriptori solenne.

Ibid. 23. Μαθουσάλα γενόμενος ἐτῶν ρξζ.] Nemo paulo doctior ignorat, ἐν παιδογονίαις τῶν Πατριαρχῶν, ut loquuntur veteres, non convenire editioni Græcæ septuaginta interpretum cum lectione Hebraica Iudæorum. In Græca enim editione omnes Patriarchæ centum annis seniores filios suos genuerunt, quam in Iudæorum Hebraica lectione. Georgius: τῷ ρπζ ἔτει αὐτοῦ Μαθουσάλα φέρουσι τὴν γένεσιν Λάμεχ, οἷς καὶ ὁ Ἀφρικανὸς ἀκολουθήσας τῷ β,σξβ ἔτει τοῦ κόσμου τὸν ἐπὶ Νῶε κατακλυσμὸν ἐστοιχείωσεν. ὅπερ οὐ δοκεῖ ἡμῖν ὑγιῶς ἔχειν. δοκεῖ δέ μοι ὁ Ἀφρικανὸς τῷ β,σξβ ἔτει τοῦ κόσμου τὸν κατακλυσμὸν στοιχειῶσαι, διὰ τὸ τοὺς ῥξθ χρόνους τῆς ζωῆς Μαθουσάλα ἀρχομένους ἀπὸ τοῦ ασπζ τοῦ κόσμου λήγειν εἰς τὸ β,συς ἔτος κόσμου ἐντὸς τοῦ β,σξβ. imo quia adhuc ævo Africani

cani locus ille annorum τῆς παιδοποιΐας Μαθουσάλα nondum erat à Correctoribus contaminatus, sed totidem annos habebat, quot habet Iudaica editio. Vide infra locum Africani. Epiphanius etiam ab Adam, ad diluvium, putat annos, MMCCLXII, quot Africanus. Καὶ οὕτω παρῆλθε δεκάτη γενεὰ δι' ἐτῶν
„ διχιλίων διακοσίων ἑξήκοντα δύο. Totidem Chro-
„ nicon Casaub.

Ibid. 37. παρὰ τοῖς παρὰ Σαμαρείταις Ἑβραϊκοῦ.] In libris nostris de emendatione Tempor. produximus χρονογράφιον, quod ipsimet nobis communicarunt Samaritani. Id cum hoc in omnibus convenit, præterquam in annis Malæleel, Enoch, Mathusala. quod quidem discrimen vitio librariorum hic commissum.

Ibid. Μαλαλεὴλ γενόμενος ἐτῶν ξε.] Reponendum ex autographo Samaritarum οε.

Ibid. Ἐνὼχ γενόμενος ἐτῶν ξ.] In Samaritarum autographo ξε.

Ibid. Μαθουσάλα γενόμενος ἐτῶν ξζ. In Samaritico autographo οζ. & ita corrigendum. Ex hac dinumeratione, usque ad natum Noë, colliguntur anni MCCCXXVII, ad Diluvium autem, MDCCCCXLVII, minus CCCXV, quam LXX, plus CCLXXI, quam Iudæi. Unde hallucinationem Georgii Syncelli animadvertere licet, qui LXX seniorum excessum supra Samaritas colligit annorum DCCCCXXX. Samaritarum autem supra Iudæos CCCXLIX. Verba ejus: Μέχρι τοίνυν τοῦ κατακλυσμοῦ, καθὼς πρόκειται, διαφωνοῦσι τὰ Ἑβραϊκὰ ἀντίγραφα πρὸς τὸ Σαμαρειτῶν ἀρχαιότατον καὶ τοῖς χαρακτῆρσι διαλλάττον, (ὃ καὶ ἀληθὲς εἶναι καὶ πρῶτον Ἑβραῖοι καθομολογοῦσιν) ἔτεσι τμθ, πρὸς δὲ τὴν τῶν ο' ἔκδοσιν, τὸ μὲν Ἑβραϊκὸν ἔτεσιν φπς, τὸ δὲ Σαμαρειτῶν ϡλ. Ἀφρικανὸς δὲ πρὸς Εὐσέβιον ἀπὸ Ἀδὰμ, ἕως κατακλυσμοῦ, διαφωνεῖ ἔτη κ. Sed est hallucinatio. putat enim ab Adam, usque ad Diluvium, mendose: quum isti anni sint ad natum Noë, non ad Diluvium usque, deducti.

Pag. 4. 8. Μαθουσάλα. οὗτος μακροβιώτατος.] Ab Adam, ad natum Mathusala, secundum editionem LXX Seniorum, colliguntur anni MCCLXXXVII. Accedant anni vitæ Mathusala, DCCCCLXIX componuntur anni MMCCLVI. De quibus deductis annis ab Adam, ad Diluvium, MMCCXLII, supersunt anni XIV, quos post diluvium vixerit Mathusala. Quod est absurdum. Eusebius, & alii, ponunt XV. Itaque merito miratur Eusebius πῶς διεσώθη ἐν τῷ κατακλυσμῷ. Non enim Arcam ingressus fuit. Igitur huic celeberrimæ quæstioni non aliter occurrere potuerunt Hieronymus, & Augustinus, quam ut ad fontes ipsos, hoc est Iudæorum Hebraicum exemplar, confugiamus: in quo in ipso anno Diluvii eum periisse ex dinumeratione colligitur. Vide igitur alterum in quæstionibus Hebr. alterum lib. XV, cap. XI de civitate. Vide etiam caput XIII ejusdem libri.

Ibid. 9. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων.] Huic varietati lectionis valde obluctatur Georgius: τοῦτο οὐκ εὖ ἔχειν δοκεῖ. ἔσονται γὰρ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον αἱ ἀνὰ πάσας ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ ἱεραὶ βίβλοι τῆς Γενέσεως διεφθαρμέναι, αἳ ͵ϡξθ ἔτη ἰσοροῦσι τοῦ Μαθουσάλα. ἔσται δὲ καὶ Ἰάρεδ μακροβιώτερος αὐτοῦ ἔτη κγ, ͵ϡξβ ζήσας ἔτη. ὅπερ οὐδενὶ συμπεφώνηται. διόπερ οὐ χρὴ διὰ τὸ φάναι συναπολέσθαι αὐτὸν τοῖς ἐν τῷ κατακλυσμῷ, διὰ τοῦτο ͵ϡνθ ἔτη μόνα βεβιωκέναι. ἀλλὰ οὐδὲ τῷ Ἀφρικανῷ πειθόμεθα προστιθέντι τὰ αὐτὰ κ ἔτη, καὶ ͵ϡπθ λέγοντι τοῦ Μαθουσάλα, ἀντὶ ͵ϡξθ. λοιπὸν οὖν κρεῖσσον εἶναι δοκεῖ ταῖς καθ' ὅλην τὴν οἰκουμένην ἑπομένους ἱεραῖς βίβλοις ͵ϡξθ λέγειν τῆς ζωῆς Μαθουσάλα. εἰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν ὑπερβέβηκεν ἔτεσι ιε τοῦ Θεοῦ κἀκεῖνον ἴσως, ὡς τὸν Ἐνὼχ, περισώσαντος παραδόξως καθ' οὓς οἶδε τρόπους καὶ τόπους. Sunt σκιαμαχίαι.

Ibid. ΑΦΡΙΚΑΝΟΥ.] Quæ in hoc chronographio vitiosa sunt, emendentur ex chronographo septuaginta seniorum, quod primo loco supra positum est. Nam, ut Georgius ait, Africanus collegit ab Adam, ad Diluvium, annos MMCCLXII, annis XX plusquam vulgus, quia ejus ævo adhuc intactus manebat locus de annis Mathusalæ, quando Lamechum genuit, nimirum CLXXXVII, non autem, ut postea depravatum est, CLXVII. Fasti quoque Siculi Casauboni ab Adam, ad Diluvium, putant ἔτη β,σξβ. Georgius: Ἀπὸ Ἀδὰμ, ἕως κατακλυσμοῦ, ἔτη β,σμβ. οὕτω δὲ καὶ Εὐσέβιος, καὶ ὁ ἀληθινὸς λόγος, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν Μωσαϊκῶν ἀντιγράφων περιέχουσι κατὰ τὴν τῶν ο' ἔκδοσιν. ὁ μέντοι Ἀφρικανὸς β,σξβ ἐπελογίσατο ἔκ τινων σπανίων ἀντιγράφων οὕτως περιεχόντων, οἷς οὐ χρὴ πείθεσθαι. Sed fugit illum, antiquitus omnia exemplaria septuaginta interpretum ita habuisse: imo oblitus est sui, qui agnoscit quædam ita habuisse. Dixit enim τὰ πλεῖστα τῶν ἀντιγράφων. Ergo τινὰ aliter. Beda: *Septuaginta ante natum Lamech CLXVII ponunt annos, postea DCCC, & II. qui numerus, ut Lector facillime videbit, juxta Hebraicam veritatem XX annis, juxta ipsorum autem auctoritatem, XIV annis Diluvii tempora transit.* Hic quoque hallucinatio est. Nam secundum Hebraicam veritatem, XX annis minor est ille numerus annorum Mathusalæ, non autem XX annis transit tempora Diluvii. Mira ἀλογιστία.

Ibid. εἰσὶ τρεῖς ὁμωνυμίαι.] Seth posteri fuerunt Enoch, Mathusala, Lamech. Totidem posteros fratris ejus Cain fuisse cognomines illis ait. Sed fallitur in Mathusala. Imposuit illi septuaginta interpretum editio: quæ pro Mathusael posuit Mathusala; Ibi Scholion editionis Romanæ Genes. IV, παρὰ τοῖς ἑβδομήκοντα Μαθουσάλα κεῖται. τοῦτο δὲ πλάνη γραφική ἐστιν. ὁ γὰρ Μαθουσάλα ἐκ τῆς συνεχούσης γενεᾶς ἐστὶ τοῦ Σήθ. ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ Κάϊν Μαθουσαλὰ καλεῖται, ὃς διώρισται μετὰ τῶν λοιπῶν. Putat tantum accentu differre Scholiastes ille, quum ὁ ἀπὸ τοῦ Σὴθ vocetur Μαθουσάλα, ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ Κάϊν, Μαθουσαήλ.

Ibid. ἐκ Τιμοθέου τοῦ χρονογράφου.] Hoc præstantissimum fragmentum de initio rerum, de Deo, καὶ περὶ κοσμοποιΐας extat apud Cedrenum. De Timotheo nihil in præsentia memini. Fuit & alius Ti- „
motheus Grammaticus Gazensis. „

Porro hic locus est, ubi Africanus & Eusebius de Angelis, quos ἐγρηγόρους vocant, disputabant, de quibus Genes. VI, 1, 2. Africanus: πλήθους ἀνθρώπων γενομένου ἐπὶ τῆς γῆς, ἄγγελοι τοῦ οὐρανοῦ θυγατράσιν ἀνθρώπων συνῆλθον. Zosimus Panopolites scripsit librum de Chymia, quam ipse ἰμοὺθ vocat, cujus meminit etiam Photius 197, 38. ex quo de istis Angelis producam testimonium. χρῆσις Ζωσίμου τοῦ Πανοπολίτου φιλοσόφου ἐκ τῶν πρὸς Θεοσέβειαν ἐν τῷ θ τῆς ἰμοὺθ βίβλῳ. φάσκουσιν αἱ ἱεραὶ γραφαὶ, ἤτοι βί- ‛
βλοι, ὦ γύναι, ὅτι ἐστί τι δαιμόνων γένος, ὃ χρῆται ‛
γυναιξίν. Ἐμνημόνευσε καὶ Ἑρμῆς ἐν τοῖς φυσικοῖς. ‛

, καὶ σχεδὸν ἅπας λόγος φανερὸς καὶ ἀπόκρυφος
, τοῦτο ἐμνημόνευσεν. τοῦτο οὖν ἔφασαν αἱ ἀρχαῖαι καὶ
, θεῖαι γραφαὶ, ὅτι ἄγγελοι ἐπεθύμησαν τῶν γυναι-
, κῶν, καὶ κατελθόντες ἐδίδαξαν αὐτὰς πάντα τὰ τῆς φύ-
, σεως ἔργα, ὧν χάριν προσκρούσαντες ἔξω τοῦ οὐρανοῦ
, ἔμειναν, ὅτι πάντα τὰ πονηρὰ, καὶ μηδὲν ὠφελοῦντα
, τὴν ψυχὴν ἐδίδαξαν τοὺς ἀνθρώπους. ἐξ αὐτῶν
, φάσκουσιν αἱ αὐταὶ γραφαὶ καὶ τοὺς Γίγαντας γε-
, γενῆσθαι. ἔστιν οὖν αὐτῶν ἡ πρώτη παράδοσις ΧΗΜΑ͂
, περὶ τούτων τῶν τεχνῶν. ἐκάλεσαν δὲ ταύτην τὴν βί-
, βλον ΧΗΜΑ͂. ἔνθεν καὶ ἡ τέχνη ΧΗΜΙ´Α καλεῖται.

Hactenus Zoſimus. Hujuſmodi Angelos ἐγρηγόρους vocarunt, ut eſt apud Cedrenum 7, 11, 52. Et omnis angelus ἐγρήγορος dictus eſt. Clemens παιδαγωγοῦ β̄. Μακάριοι γὰρ οἱ ἐγρηγορότες εἰς αὐτὸν, σφᾶς αὐτοὺς ἀπεικάζοντες ἀγγέλοις, οὓς ἐγρηγόρους καλοῦμεν. Quare ita ab illis vocarentur, anſam eis præbuit unicus Danielis locus IV, 10: ubi pro Angelo textus habet עיר ΕΙΡ, id eſt vigil. Scholion: τὸ δὲ Εἲρ, οὐδὲν ἕτερον, ἢ ἐγρηγορὼς, καὶ ἄγρυπνος, ἑρμηνεύεται. Aliud: ἀντὶ τοῦ Εἲρ οἱ ο̄ ἄγγελον ἡρμήνευσαν. οἱ δὲ λοιποὶ ἐγρήγορον. Sed quia Apocryphus Enoch multa de illis, & plura, quam alii, diſſeruit, imo à quo omnia, quæ de Angelis veteres diverſe locuti ſunt, deſumpta ſunt, adferam locum ex primo ejus libro, tum quia omnino ad hoc argumentum facit, tum quia locus, qui in Epiſtola Iudæ ex Enochi opere citatur, ex illis, quæ modo producemus, excerptus eſt.

Ἐκ τοῦ πρώτου βιβλίου Ἐνὼχ περὶ τῶν Ἐγρηγόρων.

Καὶ ἐγένετο, ὅτε ἐπληθύνθησαν οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἐγεννήθησαν αὐτοῖς θυγατέρες ὡραῖαι. καὶ ἐπεθύμησαν αὐτὰς οἱ Ἐγρήγοροι, καὶ ἀπεπλανήθησαν ὀπίσω αὐτῶν, καὶ εἶπον πρὸς ἀλλήλους, Ἐκλεξώμεθα ἑαυτοῖς γυναῖκας ἀπὸ τῶν θυγατέρων τῶν ἀνθρώπων τῆς γῆς. καὶ εἶπεν Σεμιεξᾶς ὁ ἄρχων αὐτῶν πρὸς αὐτοὺς, φοβοῦμαι, μὴ οὐ θελήσητε ποιῆσαι τὸ πρᾶγμα τοῦτο, καὶ ἔσομαι ἐγὼ μόνος ὀφειλέτης ἁμαρτίας μεγάλης. καὶ ἀπεκρίθησαν αὐτῷ πάντες, καὶ εἶπον, Ὀμόσωμεν ἅπαντες ὅρκῳ, καὶ ἀναθεματίσωμεν ἀλλήλους. τοῦ μὴ ἀποστρέψαι τὴν γνώμην ταύτην, μέχρις οὗ ἀποτελέσωμεν αὐτήν. Τότε πάντες ὤμοσαν ὁμοῦ, καὶ ἀνεθεμάτισαν ἀλλήλους. ἦσαν δὲ οὗτοι σ̄, οἱ καταβάντες ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰάρεδ εἰς κορυφὴν τοῦ Ἑρμονιεὶμ ὄρους. Καὶ ἐκάλεσαν τὸ ὄρος Ἑρμὼν, καθότι ὤμοσαν, καὶ ἀνεθεμάτισαν ἀλλήλους ἐν αὐτῷ. Καὶ ταῦτα τὰ ὀνόματα τῶν ἀρχόντων αὐτῶν.

Ᾱ Σεμιξᾶς ὁ ἄρχων αὐτῶν.
Β̄ Ἀταρκοὺφ.
Γ̄ Ἀρακιήλ.
Δ̄ Χαβαβιήλ.
Ε̄ Ὀραμμαμῆ.
ς̄ Ῥαμιήλ.
Ζ̄ Σαψίχ.
Η̄ Σακιήλ.
Θ̄ Βαλκιήλ.
Ī Ἀζαλζήλ.
ΙΑ Φάρμαρος.
ΙΒ Ἀμαριήλ.
ΙΓ Ἀναγημᾶς.
ΙΔ Θαυσαήλ.
ΙΕ Σαμιήλ.
Ις Σαρινᾶς.
ΙΖ Εὐμιήλ.
ΙΗ Τυριήλ.
ΙΘ Ἰουμιήλ.
Κ̄ Σαριήλ.

Οὗτοι, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες, ἐν τῷ α̅ρ̅ο̅ ἔτει τοῦ κόσμου ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας, καὶ ἤρξαντο μιαίνεσθαι ἐν αὐταῖς, ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ ἔτεκον αὐτοῖς γένη τρία. πρῶτον Γίγαντας μεγάλους. οἱ δὲ Γίγαντες ἐτέκνωσαν Ναφηλείμ. καὶ τοῖς Ναφηλεὶμ ἐγεννήθησαν Ἐλιούδ. καὶ ἦσαν αὐξανόμενοι κατὰ τὴν μεγαλειότητα αὐτῶν. καὶ ἐδίδαξαν ἑαυτοὺς, καὶ τὰς γυναῖκας ἑαυτῶν, φαρμακείας, καὶ ἐπαοιδίας. πρῶτος Ἐξαὴλ ὁ δέκατος τῶν ἀρχόντων ἐδίδαξεν ποιεῖν μαχαίρας, καὶ θώρακας, καὶ πᾶν σκεῦος πολεμικὸν, καὶ τὰ μέταλλα τῆς γῆς, καὶ τὸ χρυσίον πῶς ἐργάσωνται, καὶ ποιήσωσιν αὐτὰ κόσμια ταῖς γυναιξὶν, καὶ τὸν ἄργυρον. ἐδίδαξεν δὲ αὐτοὺς καὶ τὸ στίλβειν, καὶ τὸ καλλωπίζειν, καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς λίθους, καὶ ἐποίησαν ἑαυτοῖς οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ ταῖς θυγατράσιν αὐτῶν. καὶ παρέβησαν, ** καὶ ἐπλάνησαν τοὺς ἁγίους. καὶ ἐγένετο ἀσέβεια πολλὴ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἠφάνισαν τὰς ὁδοὺς αὐτῶν. Ἔτι δὲ καὶ ὁ πρώταρχος αὐτῶν Σεμιαζᾶς ἐδίδαξεν εἶναι * ὀργὰς κατὰ τοῦ νοὸς, καὶ ῥίζας βοτανῶν τῆς γῆς. ὁ δὲ ι̅α̅ Φαρμαρὸς ἐδίδαξε φαρμακείας, ἐπαοιδίας, σοφίας, καὶ ἐπαοιδῶν λυτήρια. ὁ θ̄ ἐδίδαξεν ἀστροσκοπίαν. ὁ δὲ δ̄ ἐδίδαξεν ἀστρολογίαν. ὁ δὲ η̄ ἐδίδαξεν ἀεροσκοπίαν. ὁ δὲ τρίτος ἐδίδαξε τὰ σημεῖα τῆς γῆς. ὁ δὲ ζ̄ ἐδίδαξεν τὰ σημεῖα τῆς σελήνης. πάντες οὗτοι ἤρξαντο ἀνακαλύπτειν τὰ μυστήρια ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῶν. Μετὰ δὲ ταῦτα ἤρξαντο οἱ γίγαντες κατεσθίειν τὰς σάρκας τῶν ἀνθρώπων. καὶ ἤρξαντο οἱ ἄνθρωποι ἐλαττοῦσθαι ἐπὶ τῆς γῆς. οἱ δὲ λοιποὶ ἐβόησαν εἰς τὸν οὐρανὸν περὶ τῆς κακώσεως αὐτῶν, λέγοντες εἰσενεχθῆναι τὸ μνημόσυνον αὐτῶν ἐνώπιον αὐτοῦ. καὶ ἀκούσαντες οἱ δ̄ μεγάλοι ἀρχάγγελοι, Μιχαὴλ, καὶ Ῥαφαὴλ, καὶ Γαβριὴλ, καὶ Οὐριὴλ παρέκυψαν ἐπὶ τὴν γῆν ἐκ τῶν ἁγίων τοῦ οὐρανοῦ. καὶ θεασάμενοι αἷμα πολὺ ἐκκεχυμένον ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀνομίαν γενομένην ἐπ' αὐτῆς, ἐσελθόντες εἶπον πρὸς ἀλλήλους, ὅτι τὰ πνεύματα, καὶ αἱ ψυχαὶ τῶν ἀνθρώπων στενάζουσιν ἐντυγχάνοντα καὶ λέγοντα, ὅτι εἰσαγάγετε τὴν δέησιν ἡμῶν πρὸς τὸν ὕψιστον, καὶ τὴν ἀπώλειαν ἡμῶν. καὶ προσελθόντες οἱ τέσσαρες ἀρχάγγελοι εἶπον τῷ Κυρίῳ, Σὺ εἶ θεὸς τῶν θεῶν, καὶ κύριος τῶν κυρίων, καὶ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ θεὸς τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὁ θρόνος τῆς δόξης σου εἰς πάσας τὰς γενεὰς τῶν αἰώνων, καὶ τὸ ὄνομα σου ἅγιον, καὶ εὐλογημένον εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας. σὺ γὰρ εἶ ὁ ποιήσας τὰ πάντα, καὶ πάντων τὴν ἐξουσίαν ἔχων, καὶ πάντα ἐνώπιον σου φανερὰ, καὶ ἀκάλυπτα, καὶ πάντα ὁρᾷς, καὶ οὐκ ἔστιν ὃ κρυβῆναί σε δύναται. ὁρᾷς ὅσα ἐποίησεν Ἐξαὴλ, ὅσα εἰσήνεγκεν, καὶ ὅσα ἐδίδαξεν, ἀδικίας, καὶ ἁμαρτίας ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πάντα δόλον ἐπὶ τῆς ξηρᾶς. ἐδίδαξε γὰρ τὰ μυστήρια, καὶ ἀπεκάλυψε τῷ αἰῶνι τὰ ἐν οὐρανῷ. ἐπιτηδεύουσι δὲ τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ εἰδέναι τὰ μυστήρια. οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων τῷ Σεμιξᾷ τὴν ἐξουσίαν ἔδωκαν ἔχειν τῶν σὺν αὐτῷ ἅμα ὄντων, καὶ ἐπορεύθησαν πρὸς τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων τῆς γῆς, καὶ συνεκοιμήθησαν μετ' αὐτῶν καὶ ἐν ταῖς θηλείαις ἐμιάνθησαν, καὶ ἐδήλωσαν αὐταῖς πάσας τὰς ἁμαρτίας, καὶ ἐδίδαξαν αὐτὰς μίσητρα ποιεῖν. καὶ νῦν ἰδοὺ αἱ θυγατέρες τῶν ἀνθρώπων

ἔτεκον

ἔτεκον ἐξ αὐτῶν υἱοὺς Γίγαντας. Κίβδηλα ἐπὶ τῆς γῆς τῶν ἀνθρώπων ἐκκέχυται, καὶ ὅλη ἡ γῆ ἐπλήσθη ἀδικίας. καὶ νῦν ἰδοὺ τὰ πνεύματα τῶν ψυχῶν τῶν ἀποθανόντων ἀνθρώπων ἐντυγχάνουσι, καὶ μέχρι τῶν πυλῶν τοῦ οὐρανοῦ ἀνέβη ὁ στεναγμὸς αὐτῶν, καὶ οὐ δύναται ἐξελθεῖν ἀπὸ προσώπου τῶν ἐπὶ τῆς γῆς γινομένων ἀδικημάτων, καὶ σὺ αὐτὰ οἶδας πρὸ τοῦ αὐτὰ γενέσθαι. καὶ ὁρᾷς αὐτοὺς, καὶ ἐᾷς αὐτοὺς, καὶ οὐδὲν λέγεις τί δεῖ ποιῆσαι αὐτοὺς περὶ τούτου. Τότε ὁ ὕψιστος εἶπεν, καὶ ὁ ἅγιος ὁ μέγας ἐλάλησε, καὶ ἔπεμψε τὸν Οὐριὴλ πρὸς τὸν υἱὸν Λάμεχ, λέγων, Πορεύου πρὸς τὸν Νῶε, καὶ εἶπον αὐτῷ τῷ ἐμῷ ὀνόματι, Κρύψον σεαυτὸν, καὶ δήλωσον αὐτῷ τέλος ἐπερχόμενον, ὅτι ἡ γῆ ἀπόλλυται πᾶσα. καὶ εἶπον αὐτῷ, ὅτι κατακλυσμὸς μέλλει γίνεσθαι πάσης τῆς γῆς ἀπολέσαι πάντα ἀπὸ προσώπου τῆς ξηρᾶς. δίδαξον τὸν δίκαιον, τί ποιήσει, τὸν υἱὸν Λάμεχ. καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ εἰς ζωὴν συντηρήσει, καὶ ἐκφεύξεται δι' αἰῶνος, καὶ ἐξ αὐτοῦ φυτευθήσεται φύτευμα, καὶ σταθήσεται εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος. καὶ τῷ Ῥαφαὴλ εἶπεν, Πορεύου Ῥαφαὴλ, καὶ δῆσον τὸν Ἐξαὴλ, χερσὶ καὶ ποσὶ συμπόδισον αὐτὸν, καὶ ἔμβαλλε αὐτὸν εἰς τὸ σκότος. καὶ ἄνοιξον τὴν ἔρημον τὴν οὖσαν ἐν τῇ ἐρήμῳ Δοδοὴλ, καὶ ἐκεῖ πορευθεὶς βάλε αὐτὸν, καὶ ὑπόθες αὐτῷ λίθους ὀξεῖς, καὶ λίθους τραχεῖς, καὶ ἐπικάλυψον αὐτῷ σκότος, καὶ οἰκησάτω ἐκεῖ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τὴν ὄψιν αὐτοῦ πώμασον, καὶ φῶς μὴ θεωρείτω, καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως ἀπαχθήσεται εἰς τὸν ἐμπυρισμὸν τοῦ πυρός. καὶ ἴασαι τὴν γῆν, ἣν ἠφάνισαν οἱ Ἐγρήγοροι, καὶ τὴν ἴασιν τῆς γῆς δήλωσον, ἵνα ἰάσωνται τὴν πληγὴν, καὶ μὴ ἀπόλωνται πάντες οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν τῷ μυστηρίῳ, ὃ εἶπον οἱ Ἐγρήγοροι, καὶ ἐδίδαξαν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, καὶ ἐρημώθη πᾶσα ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις τῆς διδασκαλίας Ἐξαήλ. καὶ ἐπ' αὐτῇ γράψον πάσας τὰς ἁμαρτίας. Καὶ πρὸς τὸν Γαβριὴλ εἶπεν, Πορεύου, Γαβριὴλ, ἐπὶ τοὺς Γίγαντας, ἐπὶ τοὺς κιβδήλους, ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς πορνείας, καὶ ἀπόλεσον τοὺς υἱοὺς τῶν Ἐγρηγόρων ἀπὸ τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων. πέμψον αὐτοὺς εἰς ἀλλήλους ἐξ αὐτῶν εἰς αὐτοὺς ἐν πολέμῳ, ἐν ἀπωλείᾳ. καὶ μακρότης ἡμερῶν, καὶ πᾶσα ἐρώτησις οὐκ ἔστι τοῖς πατράσιν αὐτῶν, ὅτι ἐλπίζουσι ζῆσαι ζωὴν αἰώνιον, καὶ ὅτι ζήσεται ἕκαστος αὐτῶν ἔτη φ. Καὶ πρὸς τὸν Μιχαὴλ εἶπεν, Πορεύου Μιχαὴλ, δῆσον Σεμιξᾶν, καὶ τοὺς ἄλλους σὺν αὐτῷ τοὺς συμμιγέντας ταῖς θυγατράσι τῶν ἀνθρώπων τοῦ μιανθῆναι ἐν αὐταῖς ἐν τῇ ἀκαθαρσίᾳ αὐτῶν. καὶ ὅταν κατασφαγῶσιν οἱ υἱοὶ αὐτῶν, καὶ ἴδωσι τὴν ἀπώλειαν τῶν ἀγαπητῶν αὐτῶν, δῆσον αὐτοὺς ἐπὶ ο̄ γενεὰς εἰς τὰς νάπας τῆς γῆς, μέχρι ἡμέρας τῆς κρίσεως αὐτῶν, μέχρι ἡμέρας τελειώσεως τελεσμοῦ, ἕως συντελεσθῇ κρίμα τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων. τότε ἀπενεχθήσονται εἰς τὸ χάος τοῦ πυρὸς, καὶ εἰς τὴν βάσανον, καὶ εἰς τὸ δεσμωτήριον τῆς συγκλείσεως τοῦ αἰῶνος. καὶ ὃς ἂν κατακριθῇ καὶ ἀφανισθῇ, ἀπὸ τοῦ νῦν μετ' αὐτῶν βληθήσεται, μέχρι τελειώσεως γενεᾶς αὐτῶν. καὶ μεθ' ἕτερα,

Καὶ νῦν οἱ Γίγαντες γεννηθέντες ἀπὸ πνευμάτων καὶ σαρκὸς πνεύματα πονηρὰ ἐπὶ τῆς γῆς καλέσουσιν αὐτούς. ὅτι ἡ κατοίκησις αὐτῶν ἐστὶν ἐπὶ τῆς γῆς. πνεύματα πονηρὰ ἔσονται, τὰ πνεύματα ἐξεληλυθότα ἀπὸ τοῦ σώματος τῆς σαρκὸς αὐτῶν, διότι ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐγένοντο, καὶ ἐκ τῶν Ἐγρηγόρων. ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως αὐτῶν, καὶ ἀρχὴ θεμελίου πνεύματα πονηρὰ ἐπὶ τῆς γῆς ἔσονται. Τὰ πνεύματα τῶν Γιγάντων νεμόμενα ἀδικοῦντα, ἀφανίζοντα, ἐμπίπτοντα, καὶ συμπαλαίοντα, καὶ ῥιπτοῦντα ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ δρόμους ποιοῦντα, καὶ μηδὲν ἐσθίοντα, ἀλλὰ ἀσιτοῦντα, καὶ φάσματα ποιοῦντα, καὶ διψῶντα, καὶ προσκόπτοντα. καὶ ἐξαναστήσονται τὰ πνεύματα ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν γυναικῶν, ὅτι ἐξ αὐτῶν ἐξεληλύθασι. καὶ ἀπὸ ἡμέρας καιροῦ σφαγῆς καὶ ἀπωλείας, καὶ θανάτου τῶν Γιγάντων, Ναφιλεὶμ οἱ ἰσχυροὶ τῆς γῆς, οἱ μεγάλοι, ὀνομαστοὶ, τὰ πνεύματα τὰ ἐκπορευόμενα ἀπὸ τῆς ψυχῆς αὐτῶν, ὡς ἐκ τῆς σαρκὸς, ἔσονται ἀφανίζοντα χωρὶς κρίσεως. οὕτως ἀφανίσουσι μέχρις ἡμέρας τῆς τελειώσεως, ἕως τῆς κρίσεως τῆς μεγάλης. ἐν ᾧ ὁ αἰὼν ὁ μέγας ἐφάπαξ ὁμοῦ τελεσθήσεται.

καὶ αὖθις,

Περὶ δὲ τοῦ ὄρους, ἐν ᾧ ὤμοσαν, καὶ ἀνεθεμάτισαν πρὸς τὸν πλησίον αὐτῶν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα οὐ μὴ ἀποστῇ ἀπ' αὐτοῦ ψῦχος, καὶ χιὼν, καὶ πάχνη, καὶ δρόσος οὐ μὴ καταβῇ εἰς αὐτὸ, εἰ μὴ εἰς κατάραν καταβήσεται ἐπ' αὐτὸ μέχρις ἡμέρας κρίσεως τῆς μεγάλης ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνων κατακαυθήσεται, καὶ ταπεινωθήσεται. Καὶ ἔσται καταϊζόμενον καὶ τηκόμενον ὡς κηρὸς ἀπὸ πυρός. οὕτως κατακαήσεται περὶ πάντων τῶν ἔργων αὐτῶν. Καὶ νῦν ἐγὼ λέγω ὑμῖν υἱοῖς ἀνθρώπων, ὀργὴ μεγάλη καθ' ὑμῶν, κατὰ τῶν υἱῶν ὑμῶν· καὶ ἀπολοῦνται οἱ ἀγαπητοὶ ὑμῶν, καὶ ἀποθανοῦνται οἱ ἔντιμοι ὑμῶν ἀπὸ πάσης τῆς γῆς, ὅτι πᾶσαι αἱ ἡμέραι τῆς ζωῆς αὐτῶν ἀπὸ τοῦ νῦν οὐ μὴ ἔσονται πλείω τῶν ρκ̄ ἐτῶν. Καὶ μὴ δόξητε ἔτι ζῆσαι ἐπὶ πλείονα ἔτη. οὐ γάρ ἐστιν ἐπ' αὐτοῖς πᾶσα ὁδὸς ἐκφεύξεως ἀπὸ τοῦ νῦν, διὰ τὴν ὀργὴν, ἣν ὠργίσθη ὑμῖν ὁ βασιλεὺς πάντων τῶν αἰώνων. Μὴ νομίσητε, ὅτι ἐκφεύξεσθε ταῦτα.

Atque hæc hactenus ex primo libro Enoch commentitio: quæ omnia plus ne otii Judæis, ut confingerent, an mihi patientiæ, ut describerem, superfuerit, equidem statuere non possum. Tot enim sunt in illis, quorum piget, tædet, pudetque, ut nisi scirem Judæorum esse mentiri, neque nunc eos illas nugas desinere posse, ne digna quidem censuissem, quæ legerentur. Sed quia ex Hebraismo conversa sunt, ut etiam mediocriter Hebraice perito constare potest, & vetustissimus est liber, & à Tertulliano ex eo quædam adducuntur, quæ huc alludunt, &, quod caput est, locus, qui in Epistola Judæ de angelis pravari catoribus producitur, manifesto ex hoc fragmento excerptus est, malui tædium describendi devorare, quam committere, ut illis benevoli lectores diutius carerent. In excerptis Theodoti apud Clementem Alexandrinum in fine Stromateon quædam pertinent ad hoc fragmentum Enochi, ἤδη δὲ καὶ Ἐνὼχ φησὶν τοὺς παραβάντας ἀγγέλους διδάξαι τοὺς ἀνθρώπους ἀστρονομίαν, καὶ μαντικὴν, καὶ τὰς ἄλλας τέχνας. Alludunt omnino ad ea, quæ in hoc fragmento continentur. Rursus illa Πορεύου Μιχαὴλ, δῆσον Σεμιξᾶν &c. omnino pertinēt ad comma VI Epistolæ Judæ. Ἀγγέλους τε τοὺς μὴ τηρήσαντας &c. Sed de libro Enoch, & de aliis apocryphis ita Augustinus lib. XV. cap. XXIII. de Civitat. *Omittamus igitur*

earum

earum scripturarum fabulas, quæ apocryphæ nuncupantur, eo quod earum occulta origo non claruit Patribus, à quibus usque ad nos, auctoritas veracium scripturarum certissima & notissima successione pervenit. In his autem apocryphis, etsi invenitur aliqua veritas, tamen propter multa falsa nulla est canonica auctoritas. Scripsisse quidem nonnulla divina Enoch illum septimum ab Adam, negare non possumus, quum hoc in epistola canonica Iudas Apostolus dicat,&c. vide reliqua, & Isidorum in Chronico, qui ad hunc locum Augustini respicit. His plane gemina sunt, quæ Georgius dicit: Ταῦτα μὲν ἐκ τοῦ α βιβλίου Ἐνὼχ περὶ τῶν Ἐγρηγόρων, εἰ καὶ μὴ τελείως χρὴ προσέχειν ἀποκρύφοις μάλιστα τοῖς ἁπλουστέροις, διά τε τὸ περιττά τινα, καὶ ἀτριβῆ τῆς ἐκκλησιαστικῆς παραδόσεως ἔχειν, καὶ διὰ τὸ νενοθεῦσθαι αὐτὰ ὑπὸ Ἰουδαίων καὶ αἱρετικῶν. Πλὴν καὶ ὁ μακάριος Παῦλος σπανίως ἐχρήσατο πισὶν ἐξ ἀποκρύφων χρήσεσιν, ὡς ὅταν φησὶν ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους πρώτῃ ἐπιστολῇ, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη. Καὶ τὰ ἑξῆς. Ἠλία ἀποκρύφων. Καὶ πάλιν ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας ἐκ τῆς Μωϋσέως ἀποκαλύψεως, Οὔτε περιτομή τί ἐστιν, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ καινὴ κτίσις. Καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίους ἐκ τοῦ Ἱερεμίου λεγομένων ἀποκρύφων, Ἔγειραι ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός. Ταῦτα δὲ ἡμῖν εἴρηται οὐ πρὸς ἄδειαν τῶν βουλομένων ἀδιαφόρως ἐντυγχάνειν· Μὴ γένοιτο. πολλοὶ γὰρ ἐβλάβησαν ἐν πᾶσιν αὐτοῖς πιστεύοντες. ὅθεν καὶ ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ ἐκκλησία, καὶ ὁ χορὸς τῶν θεοφόρων ἡμῶν πατέρων ἐκώλυσεν ἐντυγχάνειν αὐτοῖς ὥσπερ τῇ θείᾳ λοιπῇ γραφῇ. καὶ ἡμεῖς τὰς παραγραφείσας χρήσεις ὑπὲρ τοῦ δεῖξαι μόνον τὴν τῶν Ἐγρηγόρων παράβασιν, καὶ τὴν τῶν Γιγάντων ἀσέβειαν, περὶ ἧς καὶ ὁ θεῖος Μωσῆς μέμνηται, ὅτι δι᾽ αὐτοὺς ὁ κοσμικὸς γέγονε κατακλυσμός, παρεθέμεθα,&c. Quæ in Epistola Judæ de contentione Michael cum Diabolo super corpore Mosis adducuntur, ea omnino sunt ex Apocrypho, cui titulus fuit, Ἀποκάλυψις Μωϋσέως. Aliter Nicephoro Patriarchæ Ἀνάληψις Μωσέως. Fortasse fuerunt diversi libri. De locis autem Pauli ex Apocryphorum editione petitis, vide simile judicium Hieronymi Ephes. v, 4. Quia vero de Gigantibus agitur in hoc Fragmento, non est prætereunda sententia veteris cujusdam Scriptoris de iisdem: cujus hæc verba sunt: οἱ τοῦ Σὴθ, καὶ Ἐνὼχ, καὶ Ἐνὼς παῖδες υἱοὶ θεοῦ νοείσθωσαν, οἵ τινες ἁλόντες ἀκολασίᾳ πρὸς τὰς θυγατέρας Κάϊν εἰσῆλθον, ἐξ ὧν οἱ ἐκ τῆς καταλλήλου μιαγαμίας γίνονται Γίγαντες, διὰ μὲν τὸ δίκαιον ἰσχυροὶ καὶ μέγιστοι, διὰ δὲ τὸ ἄδικον καὶ βέβηλον, πονηροὶ, καὶ κάκιστοι. Citat Suidas μιαιγαμίας.

Pag. 5. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΡΟ ΚΑΤΑΚΛΥΣΜΟΥ.] More suo primo loco ponit testimonia ex sacris libris petita, secundo ex Historia exotica, cujus auctoritate probat etiam ante Diluvium regna fuisse. Georgius vero negat, &, ut alias, ita nunc, Eusebio propter illud iniquior est.

Ibid. 13. Χαλδαίων μὲν τῆς σοφίας.] Sed Chaldæos primos hominum regnasse non negaverit, qui Nemrod earum regionum regem fuisse ex sacris libris meminerit. Ante diluvium autem aliquos reges fuisse in monimentis Chaldæorum relatum erat. Sed, ut dixi, id Georgio absurdum videtur: neque tamen sententiam suam ullo valido argumento, præterquam pertinacia, quæ illi familiaris est, firmare potuit.

Ibid. 14. Βασιλεῦσαι δὲ σάρους ι.] Quid sit σάρος, ipse postea explicat, nimirum anni ter mille sexcenti: Νῆρος anni sexcenti: Σῶσος anni sexaginta. Horum Chaldaicorum numeralium verborum nullus veterum meminit, præter Hesychium, qui σάρον quidem obiter tangit, reliquos duos ne nominavit quidem. Σάρος ἀριθμός τις παρὰ Βαβυλωνίοις. Saros est sextuplus ad Niron, Niros decuplus ad Soson. Jam vero tot annos regem regnare potuisse non credent, nisi humani sensus expertes. Ideo quidam, ut absurditati occurrerent, non annorum, sed dierum numeros interpretati sunt: ut Sarus sit decem Chaldaicorum annorum, exceptis quinque epagomenis, vel CXX mensium τριακονταημέρων: Nirus mensium viginti: Sosus duorum. Ita exponebant doctissimi Monachi Panodorus, & Anianus, qui eo nomine Eusebium reprehendunt, quod veros annos intellexerit, & decem reges tot millia annorum vixisse putaverit. Georgius post alia: Ἀλλὰ ὁ μὲν Βηρωσσὸς διὰ σάρων, καὶ νήρων, καὶ σώσσων ἀνεγράψατο, ὧν ὁ μὲν σάρος γ,χ ἐτῶν, ὁ δὲ νῆρος ἐτῶν χ, ὁ δὲ σῶσσος ξ. καὶ συνῆξε σάρους ρκ διὰ βασιλέων δέκα, ἤτοι χρόνον ἐτῶν μυριάδων μγ, καὶ β. Ταῦτα δὲ ἔτη τινὲς τῶν καθ᾽ ἡμᾶς ἱστορικῶν ἡμέρας ἐλογίσαντο, στοχαστικῶς μεμψάμενοι τὸν Παμφίλου Εὐσέβιον, ὡς μὴ νοήσαντα τὰ ἔτη τῶν σάρων ἡμέρας μάτην δὲ αὐτὸν ἐν τούτῳ μέμφονται. Πῶς γὰρ τὸ μὴ ὂν εἶχε νοῆσαι πολυμαθὴς ὤν, καὶ εἰδὼς τὴν ἑλληνικὴν δόξαν, πολλοὺς αἰῶνας ὁμολογοῦσαν, ἤτοι μυριάδας ἐτῶν, παρεληλυθέναι ἀπὸ τῆς κοσμικῆς γενέσεως κατὰ τὴν παρ᾽ αὐτοῖς μυθικὴν τοῦ ζωδιακοῦ ἐπὶ τὰ ἐναντία κίνησιν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ Κριοῦ, καὶ πάλιν εἰς αὐτὴν ἀποκατάστασιν. Nimirum τινὲς τῶν καθ᾽ ἡμᾶς ἱστορικῶν intelliguntur Ἀνιανὸς, καὶ Πανόδωρος μονάζοντες ὁμόχρονοι, ἐπὶ Θεοφίλου τοῦ κβ ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἀκμάσαντες, ut idem Georgius alibi scribit. Quum igitur ex hac dinumeratione regni Chaldæorum colligantur Sari CXX: annorum vero quadringenta triginta duo millia, quæ summa omnem fidem excedit, propterea Anianus & Panodorus annos pro diebus accipiendos esse censuerunt: ut Sarus sit 36000 dierum, hoc est annorum Ægyptiacorum IX, mensium X, dierum XV: Nirus anni unius, mensium octo: Sosos mensium duorum. Ita Sari CXX erunt anni Ægyptiaci MCLXXXIII, menses VI, dies XXV. Ab Adam autem, ad Diluvium, intervallum dividitur in tempus, quo nulli reges erant, & in tempus, quo esse cœperunt, εἰς χρόνον ἀβασίλευτον, καὶ εἰς χρόνον βασιλέων. Ab Adam vero, ad exitum χρόνου ἀβασιλεύτου, putat annos MLVIII: qui cum annis χρόνου βασιλέων, usque ad Diluvium, hoc est, MCLXXXIII, mensibus VI, dieb. XXV componunt annos MMCCXLII fere, quot nempe ab Adam, ad Diluvium ex editione Septuaginta interpretum colliguntur, quæ argutissima est ratio, si quidem probari posset exitus τοῦ χρόνου ἀβασιλεύτου. Ita igitur colligunt verba eorum, quæ huc faciunt: ὁ γοῦν παρ᾽ αὐτοῖς Σάρος λεγόμενος ἡμέραι εἰσὶ γ,χ. ὁ δὲ Νῆρος ἡμέραι χ. ὁ δὲ Σῶσος ἡμέραι ξ, καὶ ὁ μὲν Σάρος τῶν γ,χ ἡμερῶν ἀναλυόμενος εἰς τὰς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἡμέρας τξε, ποιεῖ ἔτη θ, καὶ μῆνας ι, ἡμέρας ιε. ὁ δὲ Νῆρος χ ἡμέραι ποιεῖ ἔτος ἓν, καὶ μῆνας ζ, ἡμέρας κε. ὁ δὲ Σῶσος ποιεῖ μῆνας β. οἱ ρκ Σάροι ποιοῦσιν ἡμερῶν μὲν μυριάδας μγ καὶ β. Ταῦτα δὲ ἀναλυόμενα εἰς τὸν καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν ποιοῦσιν ἔτη ᾳπγ, καὶ μῆνας ς, ἡμέρας κε. Ταῦτα συναπτόμενα τοῖς ἀβασιλεύτοις ἔτεσιν ἀντὶ πληροῖ ἀπὸ Ἀδὰμ, ἕως

ἕως κατακλυσμοῦ, χρόνων, ἔτη β͵σμβ συμφώνως τῇ ἡμετέρᾳ γραφῇ. τῶν δὲ αὐτῶν ἐτῶν ἡ ἀναμέτρησις διὰ ἑβδομάδων ἦν γιγνομένη. ὡς εἶναι τὰς ἀπὸ Αδὰμ, ἕως Αλώρου, μυριάδας ε, καὶ ͵ερξζ. Vult Panodorus postulati loco sibi concedi, tempus ἀβασίλευτον esse annorum MLVII præcise, quæ sunt ἑβδομάδες CLI, ex traditione, καὶ ἐκ τῶν ἀναγωγικῶν, atque ex allegoriis veterum Scriptorum Ecclesiasticorum: quarum Hebdomadum vestigia extant in compuro Æthiopico. Hæc igitur est sententia Panodori, frustra vocari annos, qui essent dies tantum. cui districte Georgius sententiam suam opponit, verum non esse, quod quidam veterum ex apochrypho Enoch commenti sunt, ab Egregoris veteres didicisse annorum modum, & multa alia, quæ rejicit: Διὸ καὶ περὶ τῶν ἀπείρων ἐτῶν καὶ τῶν ι βασιλέων τῶν πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ ὅσα ἄλλα ἄτοπα ἐν αὐτῇ λέλεκται, μηδέν ἐστιν ἀληθές. οὐδὲ τὴν τῶν ἐτῶν * εἰς ἀνάλυσιν ἡμερῶν, ἢ μερισμὸν ἀποδέχομαι, οὐδὲ τοὺς ταῦτα ἀλληγορήσαντας, καὶ εἰπόντας τὸν ἐνιαυτὸν ἡμέραν λογίζεσθαι τοὺς πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, παραλαβόντας ἀπὸ τοῦ τετάρτου τῶν Εγρηγόρων ἄρχοντος Χωραβιὴλ. τὸ τοῦ ἡλίου ἀνακυκλούμενον μέρος εἶναι, μὴ γινώσκοντας, ὅτι ἐνιαυτός ἐστι δωδεκαμερὴς, καὶ δωδεκαμηνιαῖος. Sed Panodorus, & Anianus falso Eusebium objurgant, quod illos Saros in dies non resolverit, ut supra vidimus. & ita hoc persequitur Georgius: ἀμφότεροι δὲ αὐτῶν (Πανόδωρος καὶ Αννιανὸς) τὸν Καισαρείας Παλαιστίνης Ευσέβιον καταμέμφονται, ὅτι μὴ δεδύνηται, ὡς αὐτοὶ, τὸν μυριαδισμὸν τῶν Χαλδαϊκῶν ἐτῶν, ἤτοι τῶν ρκ σάρων, εἰς ἡμέρας νοῆσαι, καὶ ἀναλύσεις, ἢ μερίσεις, ὡς αὐτοὶ πεποιήκασιν, ὡς προδέδεικται, ἵνα σύμφωνος εὑρεθῇ τῇ γραφῇ. ἡμεῖς δὲ αὐτὸν μᾶλλον ἀποδεχόμεθα μὴ συμβιβάσαντα τὸ ψεῦδος τῇ ἀληθείᾳ. Πολυμαθὴς γὰρ ὢν, καὶ εἰδὼς Χαλδαίους ἀπείρους αἰώνων τῆς κοσμογονίας γεγονότας, Ελληνας δὲ, καὶ Αιγυπτίους ἐν εἴκοσι πέντε περιόδοις ἐτῶν λέγοντας τὴν ἀπὸ αὐξα, ἤτοι ἐν λς χιλιάσι καὶ φκε τὴν κοσμικὴν ἀποκατάστασιν, ὡς ἐν τοῖς Γενικοῖς Ερμοῦ, καὶ ταῖς Κυρανίσι φέρεται, τούτου χάριν περιττὸν ἡγήσατο τὰς ἀλλοτρίας δόξας ἀλληγορῆσαι, ὡς ἔοικεν. Hactenus Georgius. quæ certe non sunt pabula plebejorum ingeniorum. Ideo hæc ii soli legent, qui hæc discere à natura comparati sunt, non qui nolunt, & quidem, si velint, non possunt.

Ibid. 16. Μεθ' ὃν Αμίλλαρος ἐκ πόλεως Παντιβίβλου.] Infra τὰ Πανσίβιβλα, καὶ τὰ Παντίβιβλα eandem urbem esse apparet. Certe neutrius nominis ulla mentio apud veteres, quod quidem meminerim.

Ibid. 16. ἐφ' οὗ δεύτερον Αννήδοτον τὴν θάλασσαν ἀναδῦναι παραπλήσιον Ωάννῃ τὴν ἰδέαν, ἡμιδαίμονα] Infra Apollodorus ex Beroso Oannen eundem cum Annedoto facit. Sane de Annedoto apud Scriptores, qui hodie supersunt, summum silentium est. Oanem semipiscem, & semihominem Helladius vetu Grammaticus Ægyptius memorat, non ὠάννην, ut Berosus, sed ὤην vocans, quod vitio librariorum accidisse puto, ut compendiose ὤης pro ὠάνης scriptum fuerit. Verba ejus extant in Bibliotheca Photii, 874, 33, ut alterem verba ipsius Photii: ὅτι μυθολογεῖ ἄνδρα τινὰ ὀνομασμένον Ωὴν τῆς Ερυθρᾶς θαλάσσης ἀνελθεῖν τὰ ἄλλα μὲν τῶν μελῶν ἰχθύος ἔχοντα, κεφαλὴν δὲ, καὶ πόδας, καὶ χεῖρας ἀνδρὸς, καὶ καταδεῖξαι τὴν τε ἀστρονομίαν, καὶ τὰ γράμματα. οἱ δὲ αὐτὸν ἐκ τοῦ πρωτογόνου πεφηνέναι λέγουσιν Ωου, καὶ μαρτυρεῖν τοὔνομα. ἄνθρωπον δὲ ὄντα τὰ πάντα, ἰχθὺν δόξαι, διότι ἠμφίεστο κητώδη δοράν. Ubi fortasse Ωου, compendiose, ἀντὶ τοῦ Ωάνου, legitur. Ευάνην vocat Hyginus fabula CCLXXIIII. "Dædalus Eupalami filius Deorum simulacra primus fecit. Euahanes, qui in Chaldæa de mari exiisse dicitur, astrologiam interpretatus est. Idem dicit, quod Helladius, de mari in Chaldæa extitisse, & Astrologiam docuisse, sed apud Hygenum male editum est Euahdnes. אן potest concipi Ωαν & Ευάν, ut norunt, qui Syriace & Hebraice intelligunt; quare non interest Ωαν, aut Ευάν dicatur."

Ibid. δεύτερον Αννήδοτον.] Quid velit, explicant verba Photii: quibus aperitur alium fuisse Ωὴν, sive Ωάννην, quem πρωτόγονον vocat.

Ibid. 19. ἐφ' οὗ δ διφυεῖς] Hoc est Oanes quatuor: qui superne homines, inferne pisces erant.

Ibid. 21. ὧν χρόνος τῆς βασιλείας συνῆξε σάρους ρκ. Hoc est annorum CCCCXXXII millia, quæ est portentosa & ridicula vetustatis ostentatio, apud Ciceronem & Lactantium quadringenta septuaginta millia. Lactantius enim libro VII, cap. XIV. ita scribit: *Plato & multi alii Philosophorum, qui ignorarent originem rerum, supremumque illud tempus, quo Mundus esset effectus, multa millia sæculorum fluxisse dixerunt, ex quo hic pulcherrimus mundi extiterit ornatus, secuti fortasse Chaldæos, qui, ut Cicero tradidit in libro de divinatione primo, quadringenta septuaginta millia annorum monimentis comprehensa se habere delirant.*

Ibid. ἐκ τοῦ Απολλοδώρου.] Eadem sunt cum superioribus: imo superiora, ut & hæc quoque, ex secundo libro τῶν Βαβυλωνιακῶν Berosi deprompta esse hinc discere potes. Quæ omnia hactenus ignorata beneficio horum fragmentorum nobis conservata sunt.

Ibid. 28. Κατὰ τοῦτον πάλιν φησὶ φανῆναι ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς Αννήδοτον τέταρτον.] Est hallucinatio. Ait quartum Annedotum, sive Oannem ex mari extitisse sub Daone Pastore: quum Berosus, ex quo hæc accepit, non quartum, sed quatuor Annedotos apparuisse dicat, quorum etiam nomina ex Beroso prodit.

Ibid. Αλέξανδρος Πολυΐστωρ.] De hoc, quis fuerit, & quam multa scripserit, consule Suidam. Multa ex veteribus auctoribus excerpta in suos commentarios conjecit, quorum majorem partem non bona fide retulit: in quibus est crassus ille & belluinus error, quum ait apud Hebræos mulierem quandam Μωσὼ fuisse, quæ eam legem scripsit, qua Judæi utuntur; hoc est Mosaicam legem Judæorum non à Mose, quem nullus vel de plebe minimus, qui quidem Judæos nosset, ignorare potuit, sed ab hac muliere, dictam fuisse.

Ibid. 48. Βηρωσσὸς ἐν τῇ πρώτῃ] Tatianus: Βηρωσσὸς ἀνὴρ Βαβυλώνιος ἱερεὺς τοῦ παρ' αὐτοῖς Βήλου κατ' Αλέξανδρον γενόμενος Αντιόχῳ τῷ μετὰ Σέλευκον τρίτῳ τὴν Χαλδαίων ἱστορίαν ἐν τρισὶ βιβλίοις κατατάξας, καὶ περὶ τῶν βασιλέων ἐκτιθέμενος. & cæt. "Nomen Regis tenemus, ex Tatiano sub quo Babyloniaca sua Berosus scripsit. Annum etiam Regis certo determinat Plinius lib. VII. cap. LVI. *E diverso Epigenes apud Babylonios* DCCXX *annorum observationes siderum coctilibus laterculis inscriptas docet, gravis auctor in primis: qui minimum, Berosus & Critodemus* CCCCLXXX *annorum*. Hos annos Berosi & Critodemi proculdubio à Nabonassario putandos esse constat. qui incidunt in annum XIII Antiochi Soteris,"

,, teris, qui Seleuco successit, numero Eusebiano MDCC-
,, XLIX: Constanter igitur affirmamus eo anno Bero-
,, sum Babyloniaca sua Antiocho obtulisse, in quibus
,, observationes vetustissimas siderum à Chaldæis
,, factas probabat ante CCCCLXXX annos, quam sua
,, Babyloniaca scriberet, qui erat annus periodi Julia-
,, næ 4446. Nomen hoc compositum est ex duabus vocibus, Chaldaica, & Hebraica ברחושע, filius Oseæ. Nam Chaldæi dicunt בר quod Syri ܒܪ. Vide Thisbi Eliæ. In originibus nominum, quæ certa & explorata nobis sunt, ea non dubitamus proferre. Non enim ad omnia argumenta parati sumus, quemadmodum Aretalogi, qui Brachmanum nomen ex medio Hebraismo deducunt, aut ut Beccefeleni, apud quos Brabanticus Teutonismus antiquior est Hebraismo. Talia monstra tamen nanciscuntur plausores suos.

Pag. 6. 26. εἶναι δὲ τοῦ Χαλδαϊστὶ μὲν Θαλὰθ, Ἑλληνιστὶ δὲ μεθερμηνεύεσθαι θάλασσα.] Hæc non possunt esse à Beroso. Non enim potuit magis ignorare linguam suam, quam Alexander Polyhistor Græcam. Lingua Berosi τὴν θάλασσαν vocat *Iamma*, aut *Iammo*, non Thalath, quod significat *tria*, non *mare*. Itaque sine dubio Græculi Polyhistoris παρανοήματα hæc sunt.

Ibid. κατὰ δὲ ἰσόψηφον σελήνη.] ἰσόψηφα sunt, quorum literæ secundum potestatem numerorum eandem summam conficiunt tam in Græcis, quam in Hebraicis, Syriacis, & Arabicis, ubi literæ habent potestatem numerorum. At θάλασσα sunt 441. σελήνη autem 291. quomodo igitur ἰσόψηφα esse ait? Sed fortasse Chaldaice sunt ἰσόψηφα. Ne sic quidem: & quo longius à vero recedetur, eo propius ad nugas accedetur.

Ibid. 36. Αἰγύπτιοι δὲ θεῶν.] Ad finem hujus Pericopes hæc adjicit Georgius, quæ non debent præteriri: Ταῦτα μὲν Εὐσέβιος μεμφόμενος αὐτοῖς τῆς φλυαρίας εὐλόγως συνέγραψεν. ὃν ὁ Πανόδωρος οὐ καλῶς, ὡς οἶμαι, ἐν τούτῳ μέμφεται, λέγων, ὅτι ἠπόρησε διαλύσασθαι τὴν ἔννοιαν τῶν συγγραφέων, ἣν αὐτὸς καινότερόν τι δοκῶν κατορθοῦν λέγει, ἐπειδὴ ἀπὸ τῆς τοῦ Ἀδὰμ πλάσεως, μέχρι τοῦ Ἐνὼχ, ἤτοι τοῦ καθολικοῦ κοσμικοῦ ‚ασπη ἔτους οὔτε μηνὸς, οὔτε ἐνιαυτοῦ ἀριθμὸς ἡμερῶν ἐγνωρίζετο. οἱ δὲ Ἐγρήγοροι κατελθόντες ἐπὶ τοῦ καθολικοῦ κοσμικοῦ ‚ανη, συναναστραφέντες τοῖς ἀνθρώποις ἐδίδαξαν αὐτοὺς τοὺς κύκλους τῶν δύο φωστήρων δωδεκαζωδίους εἶναι ἐκ μοιρῶν τξ. οἱ δὲ ἐπιβλέψαντες εἰς τὸν περιγειότερον, μικρότερον καὶ εὐδηλότερον, τριακονθήμερον σεληναϊκὸν κύκλον, ἐθέσπισαν εἰς ἐνιαυτὸν ἀριθμεῖσθαι, διὰ τὸ καὶ τὸν τοῦ ἡλίου κύκλον ἐν τοῖς αὐτοῖς ιβ ζωδίοις πληροῦσθαι ἐν ἰσαρίθμοις μοίραις τξ. ὅθεν συνέβη τὰς βασιλείας τῶν βασιλευσάντων παρ᾽ αὐτοῖς Θεῶν γενεῶν ϛ ἐν δυναστείαις ϛ ἔτη ἐν σεληνιακοῖς τριακονθημέροις κύκλοις παρ᾽ αὐτοῖς ἀριθμεῖσθαι, ἃ καὶ συνῆξαν σελήνια α ‚α ͵Λ πη, ἔτη ἡλιακὰ ͵Λ ξθ. Ταῦτα δὲ συναριθμούμενα τοῖς πρὸ τῆς τούτων βασιλείας ἡλιακοῖς ‚ανη ἔτεσι συνάγουσιν ὁμάδα ἐτῶν ‚β κζ. ὁμοίως δὲ καὶ τὰς β δυναστείας τῶν θ ἡμιθέων τῶν μηδέ ποτε γεγονότων, ὡς γεγονότων, ἔτη σιδ σπουδάζει συνιστᾶν ἀπὸ τῶν ἐνιαυσίων ὡρῶν, ἤτοι τροπῶν, ὡς γίγνεσθαι, φησὶ, σὺν ͵Λ ξθ, ‚αηνγ ἔτη. καὶ συναπτόμενα τοῖς ἀπὸ Ἀδὰμ, μέχρι τῆς τῶν Θεῶν βασιλείας, ‚ανη ἔτεσι συνάγειν ἔτη ‚β σμβ, ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ. Hanc objurgationem Panodori, & prœlium caprinum cum Eusebio commissum merito reprehendit post hæc Georgius: illud vero immerito, quod ab objurgatione Panodori convertit caninam declamationem in ipsum Eusebium, quem ideo reprehendit, quod putaverit reges ullos ante diluvium fuisse. Quæ autem hic colligit Panodorus de annis Ægyptiorum, idem fere est cum eo, quod supra disputaverat de Saris Chaldæorum. quemadmodum enim Saris in dies resolutis, ita hic annis ad menses Lunares redactis, eandem summam annorum colligi ab Adam, ad diluvium. Primum statuit ab Adam, ad Egregoros, nullum anni aut mensium modum apud mortales fuisse: ab Egregoris eos didicisse anno Mundi MLVIII. quod tempus prius demonstrandum, quam determinandum, erat. Deinde addit, anni appellatione menses à veteribus usurpatos esse: quot annos nominari, tot menses intelligendos: & VI Dynastiarum annos α. ‚α ͵Λ πη esse annos Julianos, sive Solares ͵Λ ξθ. Sane anni Juliani DCCCCLXIX sunt menses Lunares 11985. proinde legendum σελήνια α. ‚α ͵Λ πε ἔτη. hoc est μυριάδες δέκα. χίλια ἐννεακόσια ὀγδοήκοντα πέντε. Anni igitur Juliani MLVIII cum DCCCCLXIX componunt annos MMXXVII. & CCXIV. Semideorum cum DCCCCLXIX conficiunt summam annorum MCLXXXIII, & cum MLVIII reddent eandem annorum summam ab Adam, ad Diluvium, MMCCXLII, tribus mensibus minus, ut in annis Chaldæorum. Hæc argutiora, quam veriora merito reprehendit Georgius. Porro præter “
11985 menses, abundant dies tres. Sed Panodorus “
sequutus est Paschalis ἀνακυκλώσεως rationes. “
Nam anni 969 sunt cycli 51. omnis cyclus habet “
syzygias 235. ideo si 51 cyclos in 235 syzygias duxeris, “
prodibit numerus idem 11985 syzygiarum, sive Lu- “
nationum Paschalium: Sed, ut vulgo notum, ennea- “
decaeterides Julianæ supra enneadecaeterida Lu- “
narem excessus tunc ignorabatur. Nam in 17 cyclis “
fit præcessio Lunaris plusquam unius diei. inter 17, id “
est 51, fiet præcessio tridui, & amplius. “

Ibid. 36. Θεῶν καὶ ἡμιθέων.] In excerptis Latinis tam Deorum, quam Semideorum mentio extat: quæ propter imperitiam inepti interpretis huc producere non possumus. tantæ sunt sordes illius barbari, quisquis is fuit. Juvant tamen nos ea cuicuimodi sunt quæ lector consulat licet. Nam Africani sunt, ut multa alia, quæ ibi sequioribus permixta leguntur.

Ibid. 39. ἐκ τοῦ Μανεθῶ.] Georgius ait Berosum, & Manethonem tanquam ex compacto ab eodem anno fabulosorum regum suorum initia exorsos esse. θαυμάζειν δὲ πῶς οὐκ ᾐσχύνθησαν (ὁ Βηρωσσὸς, καὶ ὁ Μανεθὼς) ἀφ᾽ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ ἔτους ἀρχὴν θέσθαι τῆς τερατώδεσιν αὐτῶν συγγραφαῖς, &c. Hæc quanquam in dubium merito revocari possunt, propter prodigiosa vetustatis & longissimi temporis curricula, tam Chaldaica Berosi, quam Ægyptiaca Manethonis, tamen non solum retinenda sunt, sed etiam in preio habenda propter reverentiam vetustatis, tum etiam, quia medii temporis vera cum illis fabulosis continuantur.

Ibid. 40. ἐν τῇ Σηριαδικῇ γῇ.] Quæ nobis ignota. Quærant studiosi.

Ibid. 44. ἐν τῇ βίβλῳ τοῦ Σώθεως.] Σωθιν τὴν Ἰὼ Ἰνάχου vocabant Ægyptii. item Σωθιακὴν περίοδον Ἴσιος, sive Isidis, peregrinationem, quæ etiam refertur à Prometheo apud Æschylum. Videntur Ægyptii annorum suorum certissimam epocham ἀπὸ τῆς Σωθιακῆς περιόδου repetivisse, ut manifesto colligitur ex Clemente Alexandrino. neque dubito τὴν Σώθεως βίβλον τοῦ Μανεθῶ ab eodem initio regum suorum dynastias deduxisse. Apud Vettium Valentem Antioche-

tiochenum Σὴθ ex libris Petosiris, non Σῶθις, dicitur.

Ibid. 48. Βασιλεῖ μεγάλῳ Πτολεμαίῳ φιλαδέλφῳ σεβαστῷ.] Videndum, an τὸ σεβαστῷ adjectum. Certe mihi suspectum.

Ibidem. Μανεθῶς ἀρχιερεύς.] Georgius, Μανεθῶς ὁ Σεβεννύτης τῶν ἐν Αἰγύπτῳ μιαρῶν ἱερῶν ἀρχιερεὺς μετὰ Βηρωσσὸν γενόμενος ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου γράφει τῷ αὐτῷ Πτολεμαίῳ ψευδηγορῶν καὶ αὐτὸς, ὡς ὁ Βηρωσσὸς, περὶ δυναστειῶν ϛ, ἤτοι Θεῶν μηδέποτε γεγονότων ζ, οἳ, φησὶ, διαγεγόνασιν ἐπ' ἔτη α ͵ϡπε. ὧν πρῶτος, φησὶν, Ἥφαιστος ἔτη θ ἐβασίλευσε. Ταῦτα δὲ ἔτη πάλιν τινὲς τῶν καθ' ἡμᾶς ἱστορικῶν ἀντὶ μηνῶν σεληνιακῶν λογισάμενοι, καὶ μερίσαντες τὸ τῶν ἡμερῶν πλῆθος τῶν αὐτῶν σεληνίων παρὰ τὰς τξε ἡμέρας τοῦ ἐνιαυτοῦ ψκζ. σδ. ξενόν τι δοκοῦντες κατωρθωκέναι, γελοῖον δὲ μᾶλλον εἰπεῖν ἄξιον, τὸ ψεῦδος τῇ ἀληθείᾳ συμβιβάζοντες. Ait horum Deorum dynastiæ colligi annos novies mille: quos quidam menses Lunares interpretantur. Nos scimus novem millia mensium Lunarium componere annos Arabicos 750, præcise. Quare aut mendum librarium, aut ἀλογιστία est, quum colligat annos Solares, 727, dies 239. Hoc est menses Julianos 7, dies 27. Lactantius: *Quod divinis literis proditum, & per omnium scientiam publicatum quum Varro non ignoraret, argumentari nixus est, cur putarentur antiqui mille annos victitasse. Ait enim apud Aegyptios pro annis menses haberi, ut non Solis per* XII *Signa circuitus faciat annum, sed Luna, quæ orbem illum signiferum* XXX *dierum spatio lustrat, quod argumentum perspicue falsum est.* &c.

Ibid. pag. 7. 11. ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς Γενικοῖς τοῦ Ἑρμοῦ.] Puto in libro illo origines contentas fuisse, ut prima pars primi libri Mosis dicitur ספר תולדות βίβλος γενική. Imo per γενεὰς Manetho digessit tempora sua.

Ibid. καὶ ἐν τῇ Κυρανίσι βίβλοις.] Omnino est verbum Arabicum, quo nomine vocata impuri Muhammedis lex Κυρὰν, Ἀλκυράν. Nam multa Arabica in vetustis monimentis Ægyptiorum observavimus, ἀλμενίχια, ὄασις, Σαραβαΐται, Speluncarii. Genus quoddam eremicolarum silvestre apud Hieronymum. Item μῶυ aqua. Nam & ita hodieque ab Arabibus vocatur. & alia, quæ non succurrunt. Jam monuimus in originationibus Hebraicis, Syriacis, Arabicis, nihil, nisi exploratum, nos producturos, neq; κακοζηλίαν stultorum & semidoctorum imitaturos.

Ibid. 14. Πρώτη δυναστεία. Ἥφαιστος.] In Obelisco Circi Maximi apud Ammianum, Ἥφαιστος ὁ τῶν Θεῶν πατήρ.

Ibid. 15. ἔτη ͵ψκδ.] In Excerptis barbarolatinis annos sexcentos LXXX. Mira discrepantia.

Ibid. 16. ἥλιος Ἡφαίστου.] In obelisco dicitur quoque ἥλιος Ἡφαίστου υἱός.

Ibid. ἔτη πϛ.] In Excerptis barbarolatinis ann. LXXVII. minus novem. Sed & in reliquis nunquam illis cum istis Græcis convenit.

Ibid. 24. Ἀπόλλω ἡμίθεος.] Ἀπόλλων Ἡρωνος υἱὸς dicitur in Obelisco.

Ibid. 28. Ἐκ τῶν περὶ τῶν αὐτῶν βασιλέων Αἰγύπτου.] Hoc fragmentum reperies in farragine Cedreni.

Ibid. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΤΑΚΛΥΣΜΟΥ.] Vel hæc erant finis Capitis τοῦ πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, vel principium Capitis τοῦ μετὰ κατακλυσμὸν, vel Caput singulare inter utrunque.

Pag. 2. 8. Ἀρδάτου δὲ τελευτήσαντος.] Hæc omnia de Diluvio tam Abydenus è Babylonicis Berosi hausit, quam Alexander Polyhistor. Fragmentum Abidyni habes non solum infra, sed & in Appendice librorum de emend. temporum, & notas ad illud: quas adi.

Ibid. 10. τῶν ὀρνέων ἵνα τὸν Σισίθρουν ἀφιέναι.] Sic Abidynus: μετίει τῶν ὀρνίθων. At Moses, unde Chaldæi acceperunt, columbam dicit emissam: & ita veteres mythologi Græcorum: Plutarchus πότερα τῶν ζώων. οἱ μὲν οὖν μυθολόγοι τῷ Δευκαλίωνί φασι περιστερὰν ἐκ τῆς λάρνακος ἀφιεμένην δήλωμα γενέσθαι χειμῶνος εἴσω πάλιν ἐνδυομένην, εὐδίας δὲ ἀποπτᾶσαν.

Ibid. Ἀβιδηνοῦ ἐκ τῶν Βηρωσσοῦ.] Hoc nomen varie scriptum reperio. Ἀβιδηνὸς, Ἀβυδηνὸς, Ἀβιδυνός. Itaque non mirum, si non admodum curavimus quomodo scribatur.

Ibid. ΜΕΤΑ ΤΟΝ ΚΑΤΑΚΛΥΣΜΟΝ.] Hic apparet multa ab Eusebio adducta veterum testimonia. Sed major pars erat ex Chronico Africani, quod pene totum in hanc priorem Chronographiæ suæ partem Eusebius transfuderat.

Pag. 9. 6. Κατὰ δὲ τὸ παρὰ Σαμαρείταις Ἑβραϊκὸν ὁμοῦ, τὰ πάντα ἔτη α τζ.] Manifesto mendosum. Legendum α τκζ, ex autographo Samaritarum. quanquam hanc lectionem agnoscit Eusebius, & post eum Georgius.

Ibid. Γενεαλογία τοῦ Ἀβραὰμ κατὰ τὸν Ἀφρικανόν.] Neque Africanus, neque Eusebius τὸν δεύτερον Καϊνᾶν recensent in posteritate Sem, quem præter auctoritatem Hebraici tam Judæorum, quam Samaritarum codicis editio septuaginta Seniorum posuit: quod nemo scire neque unde hauserint potuit; neque cur posuerint, hactenus caussam reddere. Extat quoque in Genealogia Messiæ apud Lucam. Quare est locus, qui valde interpretes tum veteres, tum novos torsit. Poteramus & nos omnia illorum convasare, si tanta ambitione æstuaremus, quanta ii, qui nullum librum bonum putant, nisi centonibus farctum. Hæc fuit caussa, cur toties in Eusebium stomacharetur Georgius, quem puto plusquam quinquies cum contumeliosa objurgatione hoc illi objecisse: Τοῦτον δὲ τὸν Καϊνᾶν ὁ Εὐσέβιος οὐκ ἐστοιχείωσε, τῷ Ἑβραϊκῷ ἀντιγράφῳ κακῶς ἀκολουθήσας δι' οὗ καὶ ἐσφάλη ἔτη ρλ. ὁμοίως δὲ καὶ Ἀφρικανὸς διήμαρτε μὴ στοιχειώσας τοῦτον τὸν δεύτερον Καϊνᾶν. ὅθεν καὶ ἐν τοῖς ἀπὸ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ καὶ τῶν πρεσβυτέρων, ἕως Ἠλὶ καὶ Σαμουὴλ, ἠναγκάσθη ἔπεσι προσθεῖναι χρόνους ἐγγὺς ρμ. περὶ ὧν ὁ Καισαρεὺς Εὐσέβιος οὕτω σφόδρα αὐτὸν καταμέμφεται, πλειόνως σφαλεὶς ἐν τούτῳ, καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς, ὡς προδεδήλωται. Atqui neque Africanus, neque Eusebius soli hoc fecerunt. Exemplo enim vel eorum, vel antiquiorum Chronologi hunc Kaïnan, quem Judæi & Samaritæ ignorant, omiserunt: neque Epiphanius agnoscit hæresi Melchiseditarum, pag. 205. Beda: *Arphaxad annorum* XXXV *genuit Sale. Hic* LXX *Interpretes una generatione, plusquam Hebraica veritas, posuere, dicentes, quod Arphaxad, quum esset annorū* CXXXV, *genuerit Kaïnan: qui quum* CXXX *annorum fuerit, ipse genuerit Sale. quorum translationem Euangelista Lucas hoc in loco videtur esse secutus. Verum Chronographi Græcorum, quum generationum seriem ad auctoritatem Hebraicam castigassent, ablata una generatione Kaïnan, nec tamen numerum annorum in generationibus, quas cum eis habuere communes; ad eorum auctoritatem castigare curassent, propriam secuti auctoritatem dederunt huic ætati annorum summam minorem quidem* LXX

Tran-

Translatorum editione annis C X X X, *sed Hebraica veritate* DC, *& L majorem, id est annis* DCCCCXLII. Recte hic & Africanum, & Eusebium tangit Beda, & reliquos Chronographos, qui quum Hebræos in omissione τοῦ δευτέρου Καϊνᾶν sequuti sint, in annis τῆς παιδοποιΐας ab illis dissentiunt: quæ fuit summa ἀλογιστία, quam etiam non semel cum stomacho in Eusebio Georgius insectatur. Itaque valde hic necessarius erat locus Bedæ: quem studiosis observandum relinquimus.

Ibid. 22. Ἀπὸ Ἀδὰμ, ἐπὶ τελευτὴν Φαλὲκ, ἔτη τ.] Apponit Georgius, κατὰ δὲ Εὐσέβιον ͵Β Ψ π.

Ibid. 26. συνάγεται τοίνυν εἰς τὴν ἐπίβασιν τῆς καταπηγγελμένης γῆς Ἀβραὰμ, &c. ἔτη Ψ ΙΕ.] A diluvio, ad natum Abraham, Africani epilogismus minor annis XXVII Eusebiano, CLVII annis LXX Seniorum editione. Sed ab Adam, ad natum Abraham, Africani rationes ab Eusebianis superantur VII annis tantum, quia Africanus viginti annis majorem summam colligit ab Adam, ad Diluvium, quam Eusebius.

Ibid. 28. Ἐνθεν ἄρχεται τῶν Ἑβραίων ἡ προσωνυμία.] Et hæc quoque aliorum veterum opinio fuit, Hebræos „ non ab Eber filio Sala dictos, (quod sane locum non habet) sed à verbo Hebræo, quod significat περᾶσαι, aut à præpositione עֵבֶר, vel עִבְרִי πέρα. unde Hebræi, tanquam περάται, quod nimirum Abraham patriarcha Hebræorum transeuphratensis fuerit. Aliter Περαῖται dici possunt, ἀπὸ τῆς Περαίας, ut περάται ἀπὸ τοῦ πέρα. Nam utraque regio tam ea, quæ trans Jordanem, quam quæ trans Euphratem, περαία dicebatur, & homines utriusque περαῖται. Apud Iosephum ἁλώσ. lib. II. cap. XLII. τῷ δὲ ἄρχοντι τότε τῆς Ἰδουμαίας Νίγερ. ὄνομα, ἦν δὲ ἐκ τῆς περὶ Ἰορδάνην περαίας. διὸ καὶ Περαΐτης ἐπεκαλεῖτο. Pseudohegesippus hunc locum Iosephi vertens inepte transeuphratensem intellexit, quum transjordanensem Iosephus intellexerit. De transeuphratensibus Ezra lib. IV. II. Num. XXIV. 24. ubi עֵבֶר « πέρας, ἀντὶ τῆς περαίας. «

Ibid. 32. καὶ ἐπέζησεν ἔτη υι.] Hunc locum Eusebii ex Septuaginta interpretatione designat Georgius, cum Eusebio manum conferens. ἵνα δὲ τῶν ἀντιγράφων, ὡς καὶ Εὐσεβίου, οἳ ἔχουσι τοῦ Ἀρφαξὰδ, μετὰ τὸ γεννῆσαι αὐτὸν Σάλα, οἷς οὐδ' ὅλως ἑπόμεθα, &c.

Ibid. 33. Σαλὰ γενόμενος.] Quod τὸν δεύτερον Καϊνᾶν omiserit Eusebius in rationibus suis, jam non semel monuimus. idque merito. neutrum enim Hebraismus tam Judæorum, quam Samaritarum, habet. Sed quod hic ponens Septuaginta chronologiam, Kaïnan omiserit, non uno nomine reprehendendus est.

Pag. 10. 10. Κατὰ δὲ τὸ Σαμαρειτικὸν Ἑβραϊκόν.] Omnia conveniunt cum Samaritico autographo; quod ab ipsis Cuthæis accepimus, præter quam in annis τῆς παιδοποιΐας Arphaxad. Nam ibi sunt CXXXV, hic CXXX. quæ est menda libraria: quod etiam constat ἐκ τῆς ἀνακεφαλαιώσεως. DCCCCXLII enim annos colligit Eusebius à Diluvio, ad primum annum Abraham. At hic tantum consurgunt DCCCCXXXVII, minus quinque illis, qui annis Arphaxad vitio librarii deerant.

Ibid. 20. ἔτη Ψ μβ, ἐπεὶ ἦν καὶ κατὰ τὴν τῶν ἑρμηνείαν.] In chirographo Samaritanorum ab ipsis ad nos misso colliguntur ab Adam, ad primum annum Abraham, anni MMCCLXVII. de quibus deductis annis à Diluvio DCCCCXLII, anni remanent MCCCXXV ab Adam, ad Diluvium. Sed ex dinumeratione annorum ab Adam, ad Diluvium, duo anni amplius consurgunt, & fiunt anni MCCCXXVII. Quare & in collectione annorum ab Adam, ad Abraham, in chirographo legendum esset MMCCLXIX. nimirum תשׁסט pro תשׁסז. Neque dubium est ita esse. Et certe superius secundum Samaritanos colliguntur ab Adam, ad Diluvium, anni ͵α τζ. mendose, pro ͵α τκζ, quanquam ita legit Georgius: cujus hallucinationes non hic solum animadvertimus. Nam deprehenditur ex dinumeratione, quæ extat in hoc codice, colligi à diluvio, ad natalem Abrahami, annos 937. Hic sunt quinque minus, quam voluit Georgius. Porro quum Georgius mirari se profiteatur varietatem annorum τῆς παιδοποιΐας in tribus illis editionibus, minima vero sit summa annorum in Iudaica, quærens caussam hujus rei, non aliam putavit esse, quam ταχυγαμίαν, festinationem ad nuptias, ut quo citius ad ducendum uxores compellerentur, proponerent exemplum ipsorum Patriarcharum, qui admodum juvenes liberis querendis operam dederint. Itaque propterea centenarios annorum singulis pene Patriarchis ademisse tempore τῆς παιδοποιΐας. ὁρῶν δὲ, inquit, ἐν τῇ συγκεφαλαιώσει τῆς ἑκάστων ζωῆς τὸν πρὸ τῆς παιδοποιΐας χρόνον, καὶ τὸν μετὰ τὴν παιδοποιΐαν ἅμα συναγόμενον τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν σώζοντα κατά τε τὴν Ἑβραίων ἀνάγνωσιν, καὶ κατὰ τὴν τῶν ο' ἑρμηνείαν, μόνα δὲ τὰ πρὸ τῆς τεκνογονίας ἔτη παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἀντιγράφων συνεσταλμένα, κινοῦμαι μή ποτε Ἰουδαίων ἔργον ἦν τοῦτο τολμησάντων συστεῖλαι καὶ ἐπισχῦναι τοὺς πρὸ τῆς παιδοποιΐας χρόνους, ἐπιτροπῇ ταχυγαμίας. & cætera quæ sunt stultissima. Sed & multo post, ut de Iudæorum Hebraico codice rejiciendo, & de laude Samaritici, non pauca vomit, quæ non referam. Sed lege Augustini de civit. lib. XV, prudentissimum, & sanctissimo ac eruditissimo scriptore dignum caput XIII, quod hujus latratoris opponas væcordiæ.

Ibid. ΜΕΡΙΣΜΟΣ ΤΗΣ ΓΗΣ.] Hujus longissimi fragmenti initium extat apud Cedrenum, pag. 10, 15. Sequenti autem pagina lacuna relicta est aliquot foliis, quæ totam κληρουχίαν posterorum Noë continebant. Post igitur verba illa, τετρακισχιλιοστὸν ἑβδομηκοστὸν, reponenda hæc; τετρακισχιλιοστὸν ἑβδομηκοστὸν ὄγδοον ἔτος, ἤτοι τῷ κγ τῆς βασιλείας Σαλομῶντος, καθ' ὃν ἐνεκαίνιζε τὸν ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντα πολυτελῆ ναὸν, θύσας τῷ πατρῴῳ θεῷ λαμπρῶς, περὶ ὧν ἐν τοῖς ἰδίοις τόποις ἑκάστης τῶν αὐτῶν λη γενεῶν κατὰ τὸ ἐγχωροῦν στοιχειωδῶς ἐπιτομῇ σὺν θεῷ λεχθήσεται. νῦν δὲ ἐπανέλθωμεν πάλιν ἐπὶ τὴν πυργοποιΐαν, καὶ τὴν σύγχυσιν τῶν οβ ἐθνῶν καὶ γλωσσῶν, αἳ συνεχύθησαν, καὶ ἐπωνυμίαι αἳ τοῖς πολλοῖς τῶν ἱστορικῶν προείρηται, ποῖα καὶ πόσα ἔθνη ἕκαστος τῶν γ υἱῶν τοῦ Νῶε ἔλαχεν ἐκ τῶν διασπαρέντων οβ ἐθνῶν. χρὴ δὲ ἀναμνησθῆναι τῶν προλεχθέντων ἀνωτέρω, ὅτι ἀρξάμενοι τῷ καθολικῷ ͵β φλε ἔτει οἰκοδομεῖν τὸν πύργον, ὅπερ ἦν τῆς ζωῆς τοῦ Σὴμ φ ϙδ, τοῦ δὲ υἱοῦ Ἀρφαξὰδ υ ϙγ, καὶ τοῦ υἱοῦ τούτου Καϊνᾶν τνη, καὶ τοῦ Σαλὰ σλ, καὶ τοῦ Ἐβερ ϙδ, ἔμειναν οἰκοδομοῦντες ἐπ' ἔτη μ, ἕως τοῦ κοσμικοῦ ͵β φοε. ἐν τούτῳ γὰρ τῷ ἔτει διεσπάρησαν ὑπὸ τοῦ θεοῦ εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, οὕτως. quæ verba & hic quoque leguntur. sed major pars est Georgii Syncelli, non Eusebii. Deinde sequitur fragmentum, id est historia hæc τῆς κληρουχίας. τῷ ͵β φοβ ἔτει τοῦ κόσμου, &c. Hæc igitur κληρουχία aliter refertur à Iosepho, aliter ab Epiphanio, aliter à barbarolatino Chronicorum excerptore. Major

Major tamen pars consentit cum his Græcis: quæ inter se comparare majoris otii est, quam nostri. Arnobius in Psalmum CIV videtur ex Epiphanio hausisse ea, quæ de divisione & coloniis posteritatis Abraham ἐν ἐπιτόμῳ posuit. Non dubium tamen quædam à Georgio contaminata: quæ discutienda perito lectori relinquimus. Certe nemo negare potest hic multa cognitu digna esse. De istis coloniis etiam priscis scriptoribus Gentium suboluit, ut Histiæo Milesio, cujus infra χρησείδιον reperies. ἐντεῦθεν, inquit, ὑπὸ τῆς ὁμογλωσσίας τὰς συνοικίας ποιησάμενοι πανταχοῦ, καὶ γῆν ἕκαστοι κατελάμβανον τὴν ἐντυχοῦσαν. Huc pertinent verba illa Philastrii: *Sunt quidã Hæretici, qui de divisione orbis terræ, & partitione habitationis recte non sentiunt, disputantes, quod Græci cæperint, aut Aegyptii, aut Persæ, describere orbem terræ universum, non beatus Noë suis filiis tribus post diluvium diviserit, dederit ac definierit, & partierit ordine.*

Pag. 11, 3. οβ ἐθνῶν.] Clemens Stromate primo: φαίνονται δὲ εἶναι καὶ κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον αἱ γενικαὶ διάλεκτοι δύο καὶ ἑβδομήκοντα, ὡς αἱ ἡμέτεραι παραδιδόασι γραφαί. Hinc Epiphanius: κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν οἱ πάντες ἑβδομήκοντα δύο ἄνδρες τὸν ἀριθμὸν ἀρχηγοὶ τε καὶ κεφαλιῶται: Neque solis Christianis notæ hæ septuaginta duæ partes orbis, quum Ægyptiis vetustissimis etiam memoria earum retenta fuerit. Orapollo cap. XIV. lib. primi. ἐπειδὴ ἑβδομήκοντα δύο χώρας τὰς ἀρχαίας φασὶ τῆς οἰκουμένης εἶναι.

Pag. 13. 30. ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Ἰάφεθ.] Invenies hæc apud Cedrenum. De Serug autem auctore τῆς idololatrias, idem prorsus, sed aliis verbis conceptum reperies apud Suidam: quem adeas licet. Apud Bedam in Chronico εἰδωλομανία cæpisse dicitur sub Phaleg: *His temporibus*, inquit, *templa constructa, & quidam principes gentium tanquam Dii sunt adorati.* quæ extant totidem verbis in Chronico Isidori, & sunt plane eadem cum iis, quæ in tempus Serug conjiciuntur. Tamen Epiphanius ad Serug refert, sequutus sine dubio Eusebium, pag. 9. Φάλεγ δὲ γεννᾷ τὸν Ραγάμ. Ραγὰμ τὸν Σερούχ τὸν ἑρμηνευόμενον ἐρεθισμόν. καὶ ἤρξατο εἰς ἀνθρώπους ἡ εἰδωλολατρεία τε καὶ ὁ ἑλληνισμὸς, ὡς ἡ ἐλθοῦσα εἰς ἡμᾶς γνῶσις περιέχει. οὔπω δ' ἐν ξοάνοις καὶ ἐν ποριείαις λίθων, ἢ ξύλων, ἢ ἀργυροτεύκτων, ἢ χρυσοῦ, ἢ ἄλλης τινὸς ὕλης πεποιημένων, μόνον δὲ διὰ χρωμάτων, καὶ εἰκόνων ἡ τοῦ ἀνθρώπου διάνοια ἐφ' ἑαυτῇ ηὕρισκε τὴν κακίαν. Picturam antiquiorem statuaria facit. Tharram autem primum πηλουργὸν καὶ πλάστην fuisse ait. Ναχὼρ δὲ γεννᾷ τὸν Θάῤῥα. ἐντεῦθεν γέγονεν ἀνδριαντοπλασία ἀπὸ πηλουργίας καὶ κεραμικῆς ἐπιστήμης διὰ τῆς τοῦ Θάῤῥα τούτου τέχνης. Suidas: τοῦτο δὲ διέμεινε παρ' αὐτοῖς μέχρι τῶν χρόνων Θάῤῥα τοῦ πατρὸς Ἀβραάμ. ἦν γὰρ ἀγαλματοποιὸς, ἀπὸ διαφόρων ὑλῶν εἰκόνας ἐργαζόμενος, καὶ λέγων τούτους εἶναι θεοὺς, καὶ ὀφείλειν προσκυνεῖσθαι, ὡς αἰτίους ἀγαθῶν. Sed & eadem aliis verbis pag. 4, ubi περὶ ἑλληνισμοῦ. Hujus seculi homines Σκύθαι à veteribus Patribus ecclesiasticis vocantur, eorumque εἰδωλομανία σκυθισμὸς καὶ βαρβαρισμός. auctor Epiphanius: Extenditur usque ad tempora Abraham. quanquam Epiphanio ab Adam, ad Diluvium, βαρβαρισμὸς durasse dicitur: à Diluvio, ad Abraham, Σκυθισμός. Sane videntur id ex interpretatione Apostolici dicti collegisse, Col. IV. 11. οὐ βάρβαρος, οὐ Σκύθης, οὐχ Ἕλλην, οὐχ Ἰουδαῖος. Nam hinc hæreses nominat Epiphanius βαρβαρισμὸν, σκυθισμὸν, ἑλληνισμὸν, ἰουδαϊσμόν. Quin 8, 38, locus Pauli adducitur. Nam huc referendum non puto, quod de Scythis prodidit Justinus lib. II. neque vero huc pertinet.

Ibid. εἰς τῆς ἀληθείας.] Hos versus Sophoclis habes etiam apud Justinum, & alios, & in libris προπαρασκ.

Pag. 14, 1. Οἱ Χαλδαῖοι πρῶτοι.] Hæc, & Arabum dynastia, ab Africano primum, hinc ab Eusebio, huc translatæ.

Ibid. 3. Εὐήχοος ὁ παρ' ἡμῖν Νεβρώδ.] Hinc accepit Cedrenus 9, 25. ἐκαλεῖτο δὲ ὁ Νεβρὼδ καὶ Εὐήχοος.

Ibid. Περὶ τῶν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν Αἰγύπτου δυναστειῶν.] Has Dynastias Ægyptiorum ex tribus Tomis Manethonis descriptas ab Africano, & ab eodem in compendium coactas in hunc librum Eusebius traduxerat: sed, quod supra monuimus, exemplo nulli imitando, ut suis rationibus consuleret, eas mutilavit, annos interpolavit. denique totidem verbis, quot Africanus, loquitur, sed non omnia, quæ Africanus proposuit, repræsentavit.

Ibid. 23. μετὰ νέκυας καὶ τοὺς ἡμιθέους.] aut, τοὺς καὶ ἡμιθέους.] In Excerptis Africani, quæ barbarolatinus scriptor convertit, hæc diserte exponebantur. Sed idiota ille, quæ intelligere desperavit, omisit: quæ putavit intelligere, ineptissime reddidit. In illis tamen vides multa extare, quæ ad hæc Ægyptiorum regna pertinent: & digna sunt quæ legantur etiam invitis solœcismis, propter ea sola, quæ in illis extant, utilia & bonæ frugis. Porro quia ad verbum ex Africano Eusebius hæc descripsit, confer Eusebiana cum Africanianis, partim ut ex altero alter emendetur, partim ut, quæ interpolavit Eusebius, à veris dignosci possint. Nam singula minima persequi eorum potius est, qui ne satis multa, quam eorum, qui ne satis utilia scribant, verentur. Porro hæ Dynastiæ sunt ex secundo, & tertio Tomo Manethonis. Primus Tomus τῇ θεῶν καὶ ἡμιθέων δυναστείᾳ dicatus erat, & præterea rerum principia continebat, atque ab eodem anno Ægyptiaca sua Manethos, à quo sua Chaldaica & Babylonica Berosus, deducebat. Nam in Epitome Africani, quam invenies in Synagoge historiæ, ita lemma conceptum est: Βασιλέων Αἰγυπτίων δυναστεῖαι κατὰ τὴν δευτέραν ἔκδοσιν Ἀφρικανοῦ ἐκ τῶν τόμων Μανεθῶ τοῦ ἱερέως Αἰγυπτίου. Sed in Excerptis barbarolatinis ad finem Dynastiæ τῶν ἡμιθέων ita notatum erat: *Hæc finis de primo Tomo Manethoni habens tempora annorum duo millia* C. Non interpretatus est notam C, id est σίγμα, ducentorum annorum. Sed & in sequenti harum Dynastiarum serie mentio fit primi, secundi, & tertii Tomi. Ab initio τῶν ἡμιθέων, ad XII dynastian, primus Tomus, à XII dynastia, ad vigesimam, Tomus tertius.

Ibid. δευτέρα δυναστεία. Πρώτου Βώχου.] Βοηθὸς non Βῶχος legitur in Africano, & non raro apud utrunque nominum & annorum discrimen magnum occurrit vitio librariorum. quæ jam paulo ante professus sum me non persequuturum; quod ea lectoris arbitrio inter se conferenda relinquimus.

Ibid. 49. Τετάρτη δυναστεία. τὴν ἱερὰν συγγράψας βίβλον, ἣν, ὡς μέγα χρῆμα, Αἰγύπτιοι περιέπουσι] Verba Africani immutavit Eusebius: Καὶ τὴν ἱερὰν συνέγραψε βίβλον, ἣν, ὡς μέγα χρῆμα, ἐν Αἰγύπτῳ γενόμενος ἐκτησάμην. Non dubium est, quin Ægyptii

ptii ὡς μέγα χρῆμα illum librum habeant, sed falsum est hoc voluisse Africanum, qui ἑρμαίῳ loco dicit se hoc volumen nactum fuisse. Sed solennia hallucinatur Eusebius.

Ibid. ἱερὰν βίβλον.] Etiam ἱερὸν λόγον scripsit Hermes Trismegistus, cujus χρήσεις non paucas producit Stobæus in Physicis. Præterea Dialogus ille ab Apuleio Latinus factus præferebat titulum ἱερῦ λόγυ in manu scriptis.

Pag. 16. ἑπτακαιδεκάτη δυναστεία.] Quæ hic apud Eusebium est XVII Dynastia, ea apud Africanum est XV. Quare Eusebius XVI, & XVII dynastias Africani insuper habuit, in quarum loco XV, & XVI commentus est. Propterea in fine XVII dynastiæ, post illa verba: Κατὰ τούτους Αἰγυπτίων βασιλεῖς Ἰωσὴφ δείκνυται, Georgius ita furtum Eusebii concepit, Σημειωτέον, πῶς ὁ Εὐσέβιος πρὸς τὸν οἰκεῖον σκοπὸν τοὺς τῆς πεντεκαιδεκάτης δυναστείας παρὰ τῷ Ἀφρικανῷ φερομένους, κατὰ τὴν ἑπτακαιδεκάτην δυναστείαν γεγονέναι λέγει. Ἐπειδὴ γὰρ πᾶσι συμπεφώνηται, ὅτι ἐπὶ Ἀφώφεως ἦρξεν Ἰωσὴφ τῆς Αἰγύπτου, μὴ ἔχων ὅπωσοῦν ἐπὶ ἄλλου τινὸς αὐτὸν παραθέσθαι, μετήγαγεν τὸν Ἀφωφιν ἀπὸ τῆς ιε΄ δυναστείας, εἰς τὴν ιζ΄ κολοβώσας τὰ ἔτη αὐτοῦ ξα΄ ὑπάρχοντα εἰς λ΄, τὰ δὲ τῆς ὅλης δυναστείας σνα΄, ργ΄ παραδοθεὶς, καὶ ἀντὶ τῶν ἓξ βασιλέων δ΄ μόνον. Nemo hoc Eusebii factum, nisi qui veri osor est, laudare possit.

Ibid. Δ Μεθ' ὃν Ἀγχλης.] Eusebius non contentus ex XV Africani dynastia XVII facere, in reges etiam ipsos manus injecit, & pro VI, quatuor tantum posuit.

Ibid. 12. ὀκτωκαιδεκάτη δυναστεία Διοσπολιτῶν, βασιλέων ις΄.] Georgius ita legit: ὀκτωκαιδεκάτη δυναστεία Διοσπολιτῶν, βασιλεῖς ιδ΄, falso: & qui tam iniquus est Eusebio, ipse potius in se culpam commeruit, quum dicit Eusebium duos reges intercepisse. quod quidem verum est in fine antecedentis Dynastiæ. Itaque hallucinatur. Verba ejus, tum quæ huc, tum quæ ad temeratam ab Eusebio seriem dynastiarum faciunt, item causas alias, quæ Eusebium, ut hoc faceret, impulerunt, producam. Κἀνταῦθα δύο βασιλεῖς ὁ Εὐσέβιος παρέκρυψεν (hujus temeritatis falso hic insimulat Eusebium) ἔτη δὲ προσέθηκε, πε΄, τμη΄ ἀντὶ σξγ΄ τῶν παρ' Ἀφρικανῷ. ἰδοὺ δὴ ὁ μὲν Ἀφρικανὸς βουληθεὶς κατὰ τὸ ϖ΄ ἔτος Μωσέως τὸν Ἀμωσιν ἐκθέσθαι διὰ τὴν ἔλλειψιν τῶν ξι΄ ἐτῶν, ἣν ὑπέστη ἐκ τῆς ιγ΄ γενεᾶς τοῦ δευτέρου Καϊνᾶν υἱοῦ Ἀρφαξάδ, ὡς εἴρηται ἡμῖν, καὶ ῥηθήσεται πολλάκις, πλὴν φιλαληθέστερος ὢν Εὐσεβίου, καὶ εἰδὼς τὴν τῶν πολλῶν δόξαν οὕτω κρατοῦσαν, ὅτι ἐπὶ Ἀμώσεως Φορωνεὺς Ἀργείων ἐβασίλευσε, καὶ περί γε τούτου Ἴναχος ὁ τούτου πατὴρ, ἐφ' οὗ Μωσῆς γεννᾶται, κατὰ τὸ μα΄ ἔτος, ἠναγκάσθη, καίπερ οὐ συμφωνούσης τῆς τοιαύτης ψήφου τελείως ταῖς ἀποδείξεσιν αὐτοῦ, πλὴν διὰ τὸ ἀληθὲς, καὶ μᾶλλον τῇ τῶν πολλῶν ἐξηκολούθησε δόξῃ. οἵ τε γὰρ ἐκ περιτομῆς πάντες, Ἰώσηππός τε, καὶ Ἰοῦστος, οἵ τε ἐξ Ἑλλήνων, Πολέμων, φημὶ, καὶ Ἀπίων, Ποσειδώνιος, καὶ Ἡρόδοτος τὴν ἐξ Αἰγύπτου πορείαν τοῦ Ἰσραὴλ κατὰ Φορωνέα, καὶ Ἄπιδα τοὺς Ἀργείων βασιλεῖς συνέγραψαν, Ἀμώσεως Αἰγυπτίων βασιλεύοντος, οὐ τούτου, ἀλλὰ τοῦ μετ' αὐτὸν, καὶ Μισφραγμουθώσεως καλουμένου. Διώνυμοι γὰρ καὶ τριώνυμοι πολλαχοῦ τῶν Αἰγυπτίων οἱ βασιλεῖς εὕρηνται. Ἀμέλει γοῦν καὶ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ κατὰ τὸ πλεῖστον Φαραὼ λέγονται, ὅπερ ἦν τοῖς πᾶσι κοινόν τι καὶ προσηγορικὸν ὄνομα, καθάπερ ἐπὶ Ἀβραὰμ πρῶτος ἐν τοῖς λόγοις φερόμενος Φαραώ, οἵ τε μετέπειτα ἐπὶ Ἰωσὴφ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ τῆς δουλείας τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ τῆς αὐτῶν ἐπὶ Μωϋσέως ἐξόδου, καὶ σχεδὸν σπανίως ἐστὶν εὑρεῖν κύριον αὐτῶν ὄνομα πλὴν Σουσακεὶμ, καὶ Νεχαὼ, καὶ Οὐαφρῆ, παρ' ὅλην τὴν θείαν γραφήν. εἰ γὰρ καὶ ἦσαν ὀνόματα κύρια, οὐκ ἂν τὰ πολλὰ περὶ αὐτοῦ διεφωνήθη. ἰστέον δὲ καὶ τοῦτον τὸν Ἀμωσιν τὸν πρῶτον ἐπὶ τῆς ιη΄ δυναστείας Αἰγύπτου βασιλεύοντα Ἀφρικανὸς Ἀμωσὴν ὀνομάζει, ὅτι διώνυμος ἦν, Ἀμωσις αὐτὸς καὶ Τέθμωσις καλούμενος, υἱὸς Ἀσήθ. ἡμεῖς δὲ δεύτερον αὐτὸν τῆς ιη΄ δυναστείας κατετάξαμεν ἔν τε ἄλλοις ἀντιγράφοις, καὶ ἐν τοῖς πρὸς ἔλεγχον Ἀπίωνος Ἰωσήππου δυσὶ λόγοις περὶ τῆς ἐξ Αἰγύπτου πορείας τοῦ λαοῦ οὕτως αὐτὸν εὑρόντες, καὶ πρῶτον τὸν πατέρα αὐτοῦ Ἀσήθ, οὗ μνήμην Ἀφρικανὸς καὶ Εὐσέβιος οὐ πεποίηνται, ἐπεὶ ὁ μὲν Ἀφρικανὸς τοὺς τῆς ἑκκαιδεκάτης καὶ ἑπτακαιδεκάτης δυναστείας ἀνωνύμως ἐξέδωκεν, ὁ δὲ Εὐσέβιος οὔτε τῷ Ἀφρικανῷ, οὔτε τῷ Ἰωσήππῳ, οὐδὲ ἄλλῳ τινὶ συμφωνῶν τὰ μὲν τῶν ὀνομάτων ἐκ τῆς παρὰ τῷ Ἀφρικανῷ ιε΄ δυναστείας εἰς τὴν ιζ΄ μετήγαγεν, τοὺς δὲ χρόνους περιέκοψε σύγχρονον Μωϋσέως δεῖξαι Κέκροπα τὸν διφυῆ βουλόμενος, μαρτυρῶν καὶ αὐτὸς ἐν τῷ τοῦ Κανόνος αὐτοῦ προλόγῳ τοὺς προλεχθέντας, Ἰώσηππον μὲν, καὶ Ἰοῦστον ἐκ περιτομῆς, Ἀφρικανὸν δὲ καὶ Κλήμεντα τὸν Στρωματέα, καὶ Τατιανὸν τὸν καθ' ἡμᾶς λόγου ἄνδρας ἐν παιδεύσει γνωρίμους πάντως κατὰ Ἴναχον καὶ Φορωνέα τὸν Ἰνάχου πρώτους Ἀργείων βασιλεῖς γενέσθαι Μωσέα, ὧν σύγχρονος ἦν Ὤγυγος αὐτόχθων πρῶτος βασιλεὺς Ἀκτῆς τῆς νῦν Ἀττικῆς. καὶ ὁ κατ' αὐτὸν Ὠγύγιον πρῶτος καὶ παλαιὸς ἱστορούμενος Ἕλλησι κατακλυσμὸς κατὰ τὸ π΄ ἔτος Μωσέως, νε΄ δὲ Φορωνέως κατὰ τὸν Ἀφρικανὸν ὧδέ πως ἐπὶ λέξεως γράφοντα, &c. Ex his multa sunt tam in Eusebio, quam in ejus inimico Georgio castiganda, quæ arbitrii lectorum facimus. Ostentationem enim iis relinquimus, qui nihil sine apparatu pædagogico demonstrare, nihil scribere sine contumeliosa mordacitate norunt.

Ibid. 13. Ἀμωσις ἔτη κε΄.] Georgius: πρὸ τοῦ Ἀμώσιος τέταρτον καὶ τελευταῖον τῆς ιζ΄ δυναστείας Ἀφωφιν Εὐσέβιος παρέθετο παραλόγως, καθ' ὃν πάντες ὁμολογοῦσι τὸν Ἰωσὴφ ἄρξαι Αἰγύπτου. Hæc quidem calumnia est. Tertium enim, non quartum XVII Dynastiæ Eusebius constituit, & non Ἀμωσιν, ut iste latrat, sed Ἀγχλην, quem Ἀρχλῆν vocat, sub quo Iosephum Ægypto præfectum fuisse dicit, non, ut Georgius, sub Amosi.

Ibidem. Ἀμωσις.] Georgius: Ἀμῶς κατὰ Ἀφρικανὸν, Ἀμωσις κατὰ Εὐσέβιον. Rursus: οἶμαι τὸν Ἀφρικανὸν ἀγνοεῖν, ὅτι ὁ παρ' αὐτῷ Ἀμῶς Ἀμωσις ἐκαλεῖτο. ὁ αὐτὸς καὶ Τέθμωσις υἱὸς Ἀσήθ, ὡς δηλωθήσεται. &c. Et multa alia, in quibus non præter solitum levis.

Pag. 8. 17. 53. Αἰγυπτίων βασιλεῖς.] Est alia Regum Ægyptiorum series, præter superiores Dynastias XXXI. Vide Canones Isagogicos. Tamen non omnes ita posuerat Eusebius. Sunt autem ab Africano, & quidem procedente textu continuantur cum Regibus Dynastiarum. Sed annos eorum interpolavit Georgius. Itaque siquid in annis Regum immutatum occurret, quod ab Eusebianis rationibus discrepet: sciat candidus Lector maluisse nos ea ita relinquere, quam ad rationes Eusebii castigare. Multa enim sunt, quæ sine

sine eorum detrimento curari non possunt. Itaque ea ita, sicut à Georgio accepimus, relinquere maluimus, quam κακῷ κακὸν ἰάσασθαι.

Pag. 18. 11. Θηβαίων βασιλεῖς.] Et hæc quoque veneranda originum Ægyptiacarum monumenta ab Africano Eusebius accepit.

Ibid. 33. linea antepenult. παρ' Αἰγυπτίοις ἐτύγχανεν ιϛ δυναστεία.] Hanc δυναστείαν commentum fuisse Eusebium, quum Africani dynastias interpolaret, paulo ante demonstravimus.

Pag. 18. 37. Ἀσσυρίων βασιλεῖς.] Quod non solum Dynastias Africani, sed etiam Regum Assyriorum successionem quatuor regibus mutilaverit, in Notis ad Canonem Eusebianum ostendimus: quum tamen ita omnia ab Africano mutuetur, ut vix fere unquam à verbis ejus discedat.

Pag. 20. 13. ἀρχὴ τοῦ μα Ἰωβηλαίου παρ' Ἑβραίοις.] Satis hanc Eusebii hallucinationem numero 11 confutavimus, qui putat Hebræis Iobelæum esse annorum quinquaginta absolutorum. Quum igitur secundum illos Abraham natus sit anno Mundi MDCCCCL, ab Adam, ad natum Abraham, fuerint πεντηκονταέτηρίδες triginta novem, & proinde annus LI Abraham fuerit quadragesimus primus Iobelæus iniens, id est annus Mundi MMI. Quare hic perperam legitur με, pro να. Certe magna hæc fuit Eusebii hallucinatio, quum secundum Hebræos annos ab Adam putet, Iobelæum autem secundum Græcos annorum L absolutorum definiat, non autem XLIX secundum ipsos Hebræos. Vide quæ ad LI numerum notata sunt.

Ibid. 15. Κατὰ τοὺς ο̅ τὰ πάντα ἔτη γ,ϛπδ.] Non secundum septuaginta, sed secundum te, πολυμαθέστατε Pamphili contubernalis, qui professus te septuaginta dinumerationem proponere, eam non sequeris, CXXX annis Καϊνᾶν τοῦ δευτέρου omissis. Inde toties in jus vocaris à Georgio, ut per eum neque quieto tibi esse, neque vadimonium deserere liceat, propter omissionem istius Kaïnan, quem Septuaginta in genus Sem infindentes, & centenis annis τῆς παιδοποιΐας singulorum Patriarcharum tempus ab Hebraica veritate definitum augentes auctoritatem Iudaici codicis in dubium revocarunt apud eos, qui non solum Hebraice nesciebant, sed etiam ipsum contextum Hebraicum propter odium Iudæorum suspectum habebant. Neque desunt hodie capitones, qui Hellenistarum Alexandrinorum editionem Mosaicæ veritati præferant, & eos Novatores, qui aliter sentiunt, vocent. Ita sane audivit Hieronymus etiam apud virum omni exceptione majorem Augustinum: qui tamen aliter postea sensit.

Ibid. Κατὰ τοὺς ο̅.] Ipse posuit annos τῆς παιδοποιΐας τοῦ Ἀρφαξὰδ CXXXV. quibus omissis, ut jam diximus, anni ab Adam, ad natum Abraham, erunt MMMCLXXIX. Sine deductione fiunt anni MMMCCCXIV. Hic sunt duæ hallucinationes Eusebii: prior, quod secundum septuaginta interpretes hanc dinumerationem dicit esse, in qua tamen omissi sunt anni τῆς παιδοποιΐας τοῦ Ἀρφαξὰδ, ut etiam animadvertit Georgius. Altera hallucinatio, quod omissione annorum Arphaxad facta, anni ab Adam, ad natum Abraham, erunt tantum MMMCLXXIX, non autem MMMCLXXXIV, ut ipse putat, ubi plus quinquennio dicit. quod quidem contigit ex discrepantia annorum τῆς παιδοποιΐας secundum Septuaginta in principio hujus libri, quæ aliter habet, ac in vulgatis Græcorum Bibliorum exemplaribus. Hoc modo una tantum fuerit hallucinatio Eusebii, quod annos à Diluvio, ad natum Abraham, omissis annis τῆς παιδοποιΐας τοῦ Ἀρφαξὰδ, tanquam ex LXX editione producat. Quinetiam omittuntur illi anni Arphaxad initio hujus libri in dinumeratione annorum à Diluvio secundum LXX.

Ibid. ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ.] Georgius: Εὐσέβιος τῷ γ,ϛπδ ἔτει τοῦ κόσμου φησὶ τὸν Ἀβραὰμ γεννηθῆναι. σφάλλεται δὲ ὁ Εὐσέβιος ἐν τοῖς ἀπὸ Ἀδὰμ, ἕως Ἀβραὰμ, χρόνοις, τὰ ρλ ἔτη τοῦ δευτέρου Καϊνᾶν μὴ στοιχειώσας τοῦ υἱοῦ Ἀρφαξὰδ, ὃν οἱ ο̅ ἀριθμοῦσιν, καὶ τὸ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγέλιον, ιγ ἀπὸ Ἀδάμ. Ἀφρικανὸς ἀπὸ Ἀδὰμ, ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραὰμ, ἔτη γ,σβ ἐπελογίσατο. σφάλλεται δὲ καὶ οὗτος περὶ τὰ αὐτὰ ρλ ἔτη τοῦ δευτέρου Καϊνᾶν υἱοῦ Ἀρφαξὰδ, ὑφαιρουμένων τῶν κ ἐτῶν Μαθουσάλα, ὁμοίως τῷ Εὐσεβίῳ, καὶ οὕτω τῷ γ,ϛπδ ἔτει τοῦ κόσμου, τῷ ιθ αὐτοῦ ἔτει ὁ Ναχὼρ ἐγέννησε τὸν Θάῤῥα. Rursus quia editio Iudæorum Hebraica conjicit Noë & Abraham in idem sæculum, propterea Georgius confidentissime audet eam damnare, & illi interpretationem septuaginta Seniorum anteponere. Sed audiamus Aristarchum: ὥστε ἀνάγκη διημαρτῆσθαι ὁμολογεῖν τὴν μὲν παρὰ Ἰουδαίοις γραφὴν ἐν τοῖς ἀπὸ Ἀδὰμ καὶ ἐπὶ τὸν κατακλυσμὸν μόνοις. Τὰ γὰρ ἐπὶ τὸν κατακλυσμὸν, καὶ ἐπὶ τὸν Ἀβραὰμ, ἔτη σύμφωνα εὕρηται τῇ παρὰ τοῖς ο̅ φερομένῃ τῶν ἐτῶν σημειώσει. Ἀνίκρυς δὲ φαίνεται διημαρτημένως ἔχειν τὸ παρὰ Ἰουδαίοις Ἑβραϊκόν. συνάγει γὰρ κατὰ τὸ αὐτὸ τοῖς χρόνοις τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὸν Νῶε, ὅπερ οὐδεμία παρίστησιν ἱστορία. εἰ γὰρ κατὰ τὴν Ἰουδαίων γραφὴν, ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ καὶ ἐπὶ Ἀβραὰμ, ἔτη τυγχάνει σϙβ, ἐξῆς δὲ Νῶε κατὰ τὴν αὐτοὺς μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη τν, δῆλός ἐστι παρατείνας τὴν ζωὴν μέχρι νη ἔτους Ἀβραάμ. ἔστι δὲ καὶ ἄλλως τὴν ἀτοπίαν συνιδεῖν τῶν παρ' Ἰουδαίοις ἀντιγράφων ἀπὸ τοῦ τριακονταετοῦς ἀναγράψαι τὴν περὶ τοῦ Ἀβραὰμ πεπαιδοποιημένους. ὁπότε οἱ μετὰ τὸν Ἀβραὰμ ἱστοροῦνται πρεσβύτεροι τῶν λ ἐτῶν ἐπὶ τὴν παιδοποιΐαν ἐλθεῖν. Πανταχόθεν τοιγαροῦν τῆς τῶν ο̅ ἑρμηνείας ἐκ παλαιᾶς, ὡς ἔοικε, καὶ ἀδιαστρόφου Ἑβραίων γραφῆς μεταβεβλῆσθαι συνισταμένης, εἰκότως ταύτῃ καὶ ἡμεῖς κεχρήμεθα κατὰ παροῦσαν χρονογραφίαν, ὅτε μάλιστα καὶ ἡ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἡπλωμένη Χριστοῦ ἐκκλησία ταύτῃ μόνῃ προσέχει, τοῦ τε σωτῆρος ἡμῶν Ἀποστόλων τε καὶ μαθητῶν ἀρχῆθεν ταύτῃ χρῆσθαι παραδεδωκότων. Quod Noë obierit anno Abraham LVIII, propterea rejiciendam esse Iudæorum editionem, quis mentis compos dixerit? Alterum argumentum de triginta annis παιδοποιΐας plane puerile est. Contra, quid statuendum de editione Septuaginta interpretum, quæ, præter numeros annorum τῆς παιδοποιΐας interpolatos, Matusalam superstitem diluvio facit annis XIV? Hoc enim jam antea disputavimus.

Ibid. 33. ἕως γεννήσεως Ἀβραάμ, ἔτη γ,ϛπδ.] Arphaxad natus est anno secundo Diluvii. Secundum LXX Interpretes, à diluvio, ad natalem Abrahami, anni sunt MLXXII. Eusebius autem præterivit τὸν δεύτερον Καϊνᾶν, qui natus est secundum LXX, anno patris Arphaxad CXXXV. quo numero de MLXXII deducto, remanebunt à diluvio, ad natum Abraham, anni DCCCCXXXVII. Atqui Eusebius putat annos DCCCCXLII, quinque annis amplius. Ita secundum deductionem annorum CXXXV τῆς παιδοποιΐας τοῦ Ἀρφαξὰδ, ab Adam, ad natum Abraham, fuerint tantum anni MMMCLXXXVII. Quare est ἀλογιστία Eusebii.

Ibid. περὶ τῆς καταστροφῆς τῶν πέντε πόλεων.] In frag-

fragmento Africani est egregia lacus Asphaltitis descriptio ἐκ τῆς ἱστορίας καὶ αὐτοψίας auctoris. in quo notabis λύχνοι μὲν καιόμενοι καὶ ἐπιφέρονται. Quod & apud Hegesippum reperies lib. IV, cap. XVIII. *Lucernam accensam ferunt aquis supernatare, sine ulla conversione extincto demergi lumine.* Quod ab Africano, non à Iosepho accepit. Tertullianus in poemate de Gomorris & Sodomis,

„ *— si denique testa*
„ *Luciferam narem insistes, qua spiritus igni est,*
„ *Velificabit apex flammæ. Si flamma perempta est,*
„ *Ibit subter aquas destructio naufraga lucis.*

Pag. 20. 19. ἔτος ὁ πρῶτος Φαρχώ.] Vide Notam ad numerum Canonis CCCXLVI.

Pag. 21. 4. τοῦ κυνικοῦ λεγομένου κύκλου.] κυνικὸν κύκλον Ægyptii duplicem habebant, minorem quatuor annorum Ægyptiacorum; post quem intercalabatur dies unus: majorem annorum MCCCCLX, post quem annus ad idem punctum revertebatur Zodiaci, ut ipsi putabant, ut autem nos dicimus, ad eandem diem anni Iuliani. Quare minor cyclus Cynicus, sive circulus Canicularis, est dierum totidem, quot annorum major circulus canicularis. Nam in annis quatuor Iulianis totidem dies sunt, quot anni Ægyptiaci in annis MCCCCLX Iulianis, quibus conveniunt anni Ægyptiaci MCCCCLXI.

Pag. 22. 13. ἡ ποιμενικὴ σκηνὴ τοῦ Ἰακώβ.] Antoninum intellige hic Elagabalum, sub quo Chronica sua scribebat Africanus.

Ibid. 16. ΑΦΡΙΚΑΝΟΥ ςζ ἐτῶν.] Adversatur Georgius: ἡ δὲ γραφὴ οὐδαμῶς τοῦτο φαίνεται λέγουσα, ἄλλως τε εἰ τοῦτο δῶμεν, ἐστὶν ὁ Ἰωσὴφ κζ΄ τὸ ϛ΄ τοῦ Ἰακὼβ γεννηθείς. ὅπερ ἀδύνατον.

Ibid. 21. ΑΦΡΙΚΑΝΟΥ. τῷ πζ ἔτει.] Rursus reluctatur Georgius ab absurdo, ut supra. ὅτι τῷ Ἀφρικανῷ πιστότερον πζ ἔτει οὗ Ἰακὼβ λέγοντι γεννηθῆναι τὸν Λευΐ, οὔ τε τῷ Εὐσεβίῳ τῷ πε ἔτει. κατ' ἄμφω γάρ, ἢ τῷ ϛ΄, ἢ τῷ ϛ΄ τῆς ζωῆς Ἰακὼβ, εὑρεθήσεται γεννηθεὶς ὁ Ἰωσήφ. ὅπερ ἀσύμφωνον τῇ θείᾳ γραφῇ.

Ibid. 29. ΑΦΡΙΚΑΝΟΥ. εἰς τὴν θαυμασίαν τερέβινθον, ἡ τις μέχρι νῦν εἰς τιμὴν τῶν Πατριαρχῶν ὑπὸ τῶν πλησιοχώρων τιμᾶται.] Hanc Terebinthum suo ævo superfuisse negat Hegesippus lib. IV, cap. XXIV: quæ tamen adhuc tempore Africani extabat. Unde vallis Terebinthi hactenus vocatur locus ille, Peregrinis Ierosolyma voti caussa proficiscentibus notissimus. Vide quæ ad numerum Canonis MMCXXXIV notavimus. Cæterum eam Terebinthum esse, de qua agitur in editione Septuaginta Genes. XXXV, 4. palam est. Hebraice est אלה. quod diverse interpretantur Hebræi. Peregrini Ierosolymitani dicunt unam Terebinthum adhuc superesse duobus M. P. ab Ierosolymis, eamque esse hanc, de qua nunc loquimur.

Ibid. 31. ibid. ὑφ' ὃν τὰς ἐκλενάς.] Quid pro illo nihili ἐκλενὰς substituendum sit, quærant studiosi.

Ibid. Ibid. ἐν ταῖς πανηγύρεσιν.] De Panegyri Terebinthi vide eandem Notam ad numerum MMCXXXIV. Quia vero Rhachelis idola sub hac Terebintho condidit Iacob, de ejus arca sepulchrali non omittendum quæ scribit Georgius: Ταύτης (Rachelem intelligit) ἐγὼ τὴν λάρνακα τῆς γῆς ὑπερκειμένην πολλάκις ἐκεῖσε παροδεύων ἐπὶ Βηθλεὲμ, καὶ τὴν παλαιὰν λεγομένην λαύραν ὁσίου Χαρίτωνος, ἑώρακα.

Ibid. 33. ΑΦΡΙΚΑΝΟΥ. Ἀπὸ Ἀδὰμ τοίνυν.] Confutat Georgius: Διαμαρτάνει προφανῶς ἔτη ρι. τῷ γὰρ αὐτῷ γ,φξγ ἔτει τοῦ κόσμου ἐγεννήθη Ἰωσήφ, ὑπόκειται, &c.

Pag. 23. 9. Ἀπὸ Ἀδὰμ, ἕως πρώτου Ἀβραὰμ ἔτους γ,ϛπδ ἔτη.] Georgius: Διαμαρτάνει καὶ οὗτος ἔτεσι ρκζ.

Ibid. 24. ἔτη ηθ κζ΄ Ἰωσήπου.] Nihil tale apud Iosephum.

Ibid. 26. οὗτος προσέθηκε τῷ ἐνιαυτῷ τὰς ἐπαγομένας.] Vide Plutarch. περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος. Vide etiam lib. II. de Emend. Temp. Epagomenæ sunt septuagesima secunda pars anni veteris dierum CCCLX. ideo septuagesima secunda pars manifesto sunt V, quæ ad CCCLX accedentes constituerunt annum Ægyptiacum dierum CCCLXV, quo Ægyptii usque ad Actiacam victoriam usi sunt: à quo tempore, ad hanc usque diem, annus est dierum CCCLXV cum quadrante, & exitu anni quarti Epagomenæ sunt dierum VI.

Ibid. 42. ΑΡΓΕΙΩΝ ΒΑΣΙΛΕΙΣ.] Georgius: ἐμοὶ δοκεῖ καλῶς ὁ Ἀφρικανὸς ἐν γ λόγῳ τῶν ἱστορικῶν αὐτοῦ φάναι τὴν Ἀργείων βασιλείαν τῷ σ ἔτει τῆς Ἀσσυρίων βασιλείας ἄρξασθαι ἐπὶ Ἀρείου τοῦ ε βασιλέως Ἀσσυρίων, ἔστι γὰρ κατὰ τοῦτο Μωσῆς πρὸς τῷ τέλει τῆς ζωῆς Ἀβραὰμ τεχθεὶς, εἴγε πάντες ὁμολογοῦσι τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραὰμ κατὰ τὸ μβ ἔτος Νίνου τοῦ δευτέρου βασιλεύοντος μετὰ Βῆλον Ἀσσυρίων. Βῆλον γὰρ νε. Νίνον μβ. Ἀβραὰμ ρα. ἔστιν ἄρα Μωσῆς κατὰ τὸ ρα ἔτος Ἀβραάμ. ὅπερ ἀδύνατον. ὁμολογεῖ δὲ αὐτὸν κατὰ Ἴναχον. Hoc vero collectum est à Georgio. Nam ducentesimus annus Assyriorum omnino est centesimus primus Abrahami, si ponatur Abraham natus anno XLIII Nini. Quod si Moses natus anno primo Inachi, ut sancit ipse Africanus, & alii quoque ante illum idem statuerunt, ergo Moses natus fuerit anno centesimo primo Abraham. Quod est absurdum. Alioqui nisi statuisset natalem Mosis in primo anno Inachi, tantum abest, ut erraverit, quod in CC anno Assyriorum natalem Mosis statuerit, ut potius ei vitio vertendum fuerit, quod non serius natum prodiderit. Natus enim Moses Assyriorum anno DCCLXXX, qui erat XVII Regis XXII Assyriorum Sosaris.

Ibid. Pag. 24. ΣΠΟΡΑΔΗΝ.] Ita hic liber digestus erat, ut prius τὰ χρονολογούμενα, id est rationes temporum, & Regnorum origines, caussas, progressus, & fines poneret: postea καθ' ὁμάδα temporum, puta per quinquaginta plus minus annos, reges singillatim secundum nationes dinumeraret, illis vero subjiceret τὰ σποράδην, quæcunque intra τὴν ἐκείνην ὁμάδα contigerunt. Exempli caussa. In superiore ὁμάδι habes IV Reges Assyriorum, totidem Ægyptiorum, Thebanorum quinque, & primum regem Argivorum. Hos omnes in uno tempore contigisse, & ideo ἐν τῇ αὐτῇ ὁμάδι esse debere sciendum est. Si hinc initium cœpissent regna illa omnia, præponenda essent omnia eorum χρονολογούμενα. Sed quia principia eorum jam dudum cum suis chronologumenis superius posita sunt, unius tantum regni Argivorum intra hanc ὁμάδα nascentis caussæ, καὶ τὰ χρονολογούμενα, ponuntur. Deinde post reges subjiciuntur τὰ σποράδην, id est capita brevia gestorum, quæ illi temporum ὁμάδι congruunt. τὰ σποράδην Latine possumus vertere, *Per Saturam*. Sic priscus auctor citatur apud Lactantium Pescennius Festus in libro Historiarum per saturam, quæ scripsit ad exemplum quorundam veterum, qui ejus argumenti historias reliquerunt,

τὰ

τὰ πρεσβεῖα Ἀριστοξένου, Ἱερωνύμου Ῥοδίου τὰ περὶ ... δῶν ἀπομνημονεύματα.

Ibid. 51. Κάσος καὶ Βῆλος.] τὸ Κάσος suspectum. De Antiochia vide Cedren. 17, 10.

Pag. 26. 18. ὥς φησιν ὁ τὴν παλαιάν.] Locus iste quoque apud Cedrenum legitur 67, 1. Ubi multa per saturam confuse. Intellige Platonem Comicum, cujus Σοφισαὶ, qui hic citantur, non semel ab Athenæo in testimonium producuntur.

Ibid. 43. Οὗτος ὁ Ἀμενῶφθις ἐστὶν ὁ Μέμνων.] Quod Cambyses hanc statuam truncaverit, ostenditur in iis, quæ ad numerum CCCC notavimus.

Ibid. Γολύαινος ὁ Ἀθηναῖος.] Auctor mihi ignotus.

Pag. 29. 4. Τῷ μὲν ἐπὶ Κέκροπος τοῦ διφυοῦς πρώτου βασιλέως Ἀθηναίων ἢ τῆς Αἰγύπτου πορεία τοῦ Ἰσραὴλ διὰ Μωσέως ἐγένετο.] Georgius: Κατὰ Ἴναχον πρῶτον Ἀργους βασιλέα, καθ' ὃν καὶ πάντες εἶπε ἐκ πλειστομοῦς, οἷπε ἐκ χάρτου ἱστορικοὶ, Ἰώσηππος, καὶ Ἰοῦστος, Κλήμης ὁ ἱερὸς στρωματεὺς, Τατιανός τε, καὶ Ἀφρικανὸς συνομολογοῦσι γεννηθῆναι Μωσέα, καὶ κατὰ Φορωνέα τὸν Ἰνάχου παῖδα καὶ Νιόβης ἀκμάσαι, κατὰ Ἄπιδα δὲ τὴν τῆς Αἰγύπτου πορείας τοῦ Ἰσραὴλ ἐξηγήσασθαι, τὰς ἀποδείξεις καὶ ἐκ τῶν παρ' Ἕλλησι δοκίμων ὑποσχόντες ἱστορικῶν. οἷς μόνος ὁ Καισαρεὺς καὶ ἑαυτῷ ἀντιπίπτων χρόνοις ὕστερον κατὰ Κέκροπα τὸν διφυῆ πρῶτον Ἀθήνησι βασιλέα μετὰ Ὤγυγον, καὶ τὸν ἐπ' αὐτοῦ κατακλυσμὸν ἔφη γενέσθαι Μωσέα, καίτοι τῶν εἰρημένων ἐπιμνησθεὶς τῶν σοφωτέρων ἀνδρῶν. Quia veteres Mosem sub Inacho natum dicunt, propterea Eusebium errasse, qui longe recentiorem faciat, ratio frigidissima. Nam prius neque probatum est, neque conceditur.

Pag. 29. 23. Μετὰ Ἀκείσιον, ὥς φασι.] Infra vox [πλήξιππος] virgulis inclusa abundat, desumpta ex loco β Ἰλιάδος, qui hic designatur, Ἑρμείας δὲ ἄναξ δῶκε Πέλοπι πληξίππῳ.

Pag. 31. 25. Δείναρχος.] Ex quatuor Dinarchis, quos apud Dionysium Halicarnassensem refert Δημος ὁ Μάγνης ἐν τοῖς ὁμωνύμοις, an tertius illorum Δήλιος τὸ γένος πεπραγματευμένος, τοῦτο μὲν ἔπος, τοῦτο δὲ πρᾶγμα, sit iste poëta, quem innuit Eusebius, viderint eruditi. Nam sane mihi ignotus est.

Pag. 32. 9. Σαρδανάπαλος δὲ τριακοστὸς καὶ πέμπτος.] Ita recte in veteri exemplari Georgii. In luculenta vero editione Henrici Stephani apud Diodorum illud πέμπτος deest. quare reponendum. Magno enim historiæ detrimento abest. Ctesias quoque, ex quo Diodorus hanc historiam hausit, XXXV reges Assyriorum, non XXX, ediderat, nimirum quinque minus, quam Africanus, cui cum Ctesia in hoc convenit, quod apud utrunque Teutamus est XXVI rex à Nino. Quos autem omiserit Ctesias, nescimus.

Ibid. 28. τὴν ἡγεμονίαν ἐχόντων τῆς Ἀσίας Ἀσσυρίων ἔτη πλείω τῶν χιλίων.] Post hæc Diodori verba subjicit Georgius: Ταῦτα ὁ Διόδωρος ἡμῖν παραδίδωσιν μηδ' οὕτω θαρρήσας ἀποφήνασθαι τὸν τῶν βασιλέων ἀριθμὸν, ἢ χρόνου τὴν ἀκριβῆ ποσότητα, προσηγορίας τε αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τίνος ἢ κατὰ Τροίας τῶν Ἑλλήνων ἔφοδος γέγονεν, ἀλλὰ πάντα φειδομένως διὰ τὸ τῶν παλαιοτέρων αὐτοῦ ἱστορικῶν ἀσύμφωνον. Μόνον δὲ ὅτι πλείω τῶν α τ ἐτῶν ὁ χρόνος τῶν ἀπὸ Νίνου λε βασιλέων ἐστὶν, ἀπεφήνατο. καὶ ὅτι τὴν Τροίας ἅλωσιν ἐπὶ τοῦ κς ἀπὸ Νίνου βασιλεύοντος Ἀσσυρίων φασὶ γενέσθαι μετὰ, α ἔτη πλείω, ἄλλοις ἐπιγραφῶν τὰ λεχθέντα, ὡς μὴ πάντως συντιθέμενος. ὁ γὰρ Ταυτάνου χρόνος τῷ ͵Λ μβ ἔτει συντρέχει τῆς Ἀσσυρίων ἀρχῆς, εἴκοσι καὶ ἑπτὰ λογιζομένου Ταυτάνου ἀπὸ Βήλου. εἰ γὰρ τὰ Βήλου νε ἔτη ἀφέλωμεν ἐκ τῶν ͵Λ μβ, πλείοσιν ἔτεσι κατὰ τὸν ἀκριβῆ λόγον ἐλαττωτήσεται ἐκ τῶν α πλείω χρόνον, ἢ μετὰ πλείω κατὰ Διόδωρον καὶ τὴν ἀληθῆ ἅλωσιν Τροίας.

Ibid. 30. ὅτι δὲ ἀσυμφώνως.] Sunt Georgii, non Eusebii, qui pro Eusebianis sua supposuit. Nam Diodori & Cephalionis testimonia Eusebium apposuisse ipsemet testis est Georgius, his verbis: ὁ μὲν τοι Εὐσέβιος καίπερ πραγματείαν οὐ τυχοῦσαν συλλεξάμενος φιλοπόνως, καὶ ταύτῃ τὴν ἑαυτοῦ χρονικὴν συγγραφὴν τὰς τε προκειμένας χρήσεις Διοδώρου καὶ Κεφαλαίωνος, ἐν λς βασιλεῦσι τὴν Ἀσσυρίων ἀρχὴν παρείλαφεν, ἔτεσι δὲ α τ, τῷ Κάστορι μᾶλλον ἀκολουθήσας, οὗ καὶ μαρτυρίαν προσήγαγεν α σπ ἔτη φάσκουσαν τῶν Ἀσσυρίων βασιλεῖς ἄρξαι, καὶ τοῦτο διὰ τὸ συμβάλλεσθαι τῷ παραλογισμῷ αὐτοῦ κατὰ τῶν χρόνους ὧν πέπονθεν ἐν τοῖς ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, ἕως Ἀβραὰμ, χρόνοις, μὴ χρονολογήσας μετὰ τὸν κατακλυσμὸν Καϊνᾶν υἱὸν τοῦ Ἀρφαξάδ. Testimonia igitur Diodori & Cephalæonis ab Eusebio producta Georgius quoque retulit, sed præmissis verbis suis, & Eusebianis omissis.

Ibid. Κεφαλαίων.] Est Κεφάλων, est & Κεφαλαίων, quorum ὁ Κεφάλων Γεργίθιος scripsit de adventu Æneæ in Italiam, auctor vetustissimus. Dionysius Halicarnassæus lib. primo: Κεφάλων ὁ Γεργίθιος συγγραφεὺς παλαιὸς πάνυ. alibi: ὧν ἐστὶ Κεφάλων τε ὁ Γεργίθιος, καὶ Ἡγήσιππος ὁ περὶ Παλλήνης γράψας. Verrius Flaccus videtur nunquam eum legisse, sed à Dionysio accepisse. *Cephalon Gergithius, qui de adventu Aeneæ in Italiam videtur scripsisse.* Κεφαλαίων autem cujas fuerit, ne ipse quidem voluit posteritati testatum relinquere. Scripsit σύντομον ἱστορικὸν, orsus à Nino, desinens in Alexandro Magno. Opus ejus in IX libros tributum singulos Musæ unius cognomines. Homo gloriosus fuit, ut qui professus sit in libris suis exemplo Homeri patriam suam tacuisse. Scripsit opus suum in Sicilia illuc ab Hadriano relegatus. Hæc ex Photio & Suida. Sed puerilis fuit Suidæ hallucinatio illa, quod eundem facit Κεφάλωνα, & Κεφαλαίωνα. Κεφαλίων, ἢ Κεφάλων Γεργίθιος, ῥήτωρ, καὶ ἱστορικὸς, γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ. ἔφυγε δὲ τὴν πατρίδα δι' ἀπέχθειαν δυνασῶν, καὶ ἐβίωσεν ἐν Σικελίᾳ. Sed ut imperitia non parva est ex duobus unum facere, ita illa major, ei attribuere patriam Gergithum, qui suam patriam ignorari affectarit. Porro tam apud Suidam, quam apud Georgium, Κεφαλίων, non Κεφαλαίων scribitur. Nos Photium sequimur.

Ibid. 48. Ἀγαμέμνων δὲ, καὶ Μενέλαος.] Post hoc Comma subjicit Georgius: ἕως τούτου ἡγησάμεθα τὴν ἐκ τῶν Κεφαλίωνος γραφὴν πρὸς τὴν Διοδώρου διαφωνίαν παραθέσθαι τοῖς ἀκριβῶς ἐπιζητεῖν βουλομένοις. ὁ μὲν γὰρ λε βασιλεῖς ἀπὸ Νίνου καὶ αὐτοῦ ἐξέθετο, καὶ τὴν ἅλωσιν Τροίας μετὰ α ἔτη πλείω φησὶν, ὥς τινες ἐπὶ κς βασιλέως Ἀσσυρίων Ταυτάνου. ὁ δὲ τοὺς πάντας κγ ἀπὸ Βήλου. καὶ τὴν Τροίας ἅλωσιν μετὰ πάντα α ἔτη. ὅπερ ἀδύνατον. ἵνα γὰρ κβ ἀπὸ Βήλου τις ὑπολάβοι τὸν Ταύτανον πρὸ τοῦ ἐσχάτου Σαρδαναπάλου, καὶ

καὶ οὕτω ἐλάττους θήσεται χρόνους Κεφαλίων περὶ τὸν Διόδωρον· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἐξ ἁπάντων τὸ ἄτοπον ἐνὶ τῶν ἀμφοτέρων συνάγεται, ἵνα μὴ λέγω καὶ τοῖς λοιποῖς, διὰ τὸ μᾶλλον τὸν Διόδωρον τῇ ἀληθείᾳ προσεγγίζειν πλεῖον τῶν ατʹ εἰρηκότα τὸν ὅλον τῆς Ασσυρίων ἀρχῆς χρόνον, καὶ αὐτὸν ἀπὸ Νίνου, ἕως Σαρδαναπάλου. Interjectis aliquot, acriter cum Euſebio expoſtulat, quod propoſitis tribus editionibus, Græca LXX interpretum, Hebraica Iudæorum, Hebraica Samaritarum, nullam tamen earum ſequitur. præterea, quod reges Aſſyriorum mutilaverit, ut rationes ſuas æquaret. Apponam verba: θαυμάσαι δὲ μεγάλως ἔπεισιν, ὅπως ὁ αὐτὸς κατά τινας κληθεὶς φρόνιμος Εὐσέβιος (δηλαδὴ κατὰ ἀντίφρασιν) οὕτω προδήλως ταῖς θείαις γραφαῖς ἀντιπεσεῖν τετόλμηκεν, ὁ πᾶσαν ἀκρίβειαν ἐπαγγειλάμενος κατὰ ἀληθῆ εὕρεσιν, ὥς φησιν, ἐκ τῆς παρ' Ἑβραίοις, καὶ Σαμαρείταις, καὶ οʹ ἑρμηνευταῖς διαπεφωνημένης γραφῆς. διὰ τὸ τῶν ἀντιγράφων ἀσύμφωνον, καὶ τριχῶς παραχθέμενος τοὺς χρόνους ἐν οὐδεμιᾷ τῶν τριχῶς παραδοθέντων κατὰ τὸν κατακλυσμὸν Καϊνᾶν υἱοῦ Ἀρφαξὰδ ἐμνήσθη. poſt: διημαρτηκὼς ἐτῶν ἀριθμοῦ κατ' ἐλάττωσιν διακοσίων Ϟ ἀπὸ Ἀδάμ, ἕως τῆς εἰκοσαετηρίδος Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου. ἀντὶ γὰρ ε͵ωιςʹ ἐτῶν, ε͵φκζʹ συνελογίσατο. οὐκοῦν πρόδηλον, ὅτι διὰ τὸν ἑαυτοῦ παραλογισμὸν καὶ τοὺς Ἀσσυρίων ἠλάττωσεν, καὶ τὴν ἅλωσιν Τροίας οὐκ ἀληθῶς ἐστοιχείωσεν.

Pag. 33. 13. Τότε ὁ Παλαμήδης εὗρε τὰ ιςʹ γράμματα] Apud Cedrenum. Egregium fragmentum. Vide ad numerum MDCXVII.

Ibid. 33. Ἀδάμαντα θυγάτηρ Εὐρυσθέως.] Alibi hæc non leges, neque περὶ Φαλίδων.

Ibid. 36. Ἴλιον ἥλω τῷ φθινοπώρῳ πρὸ ιζʹ ἡμερῶν τῆς χειμερινῆς τροπῆς.] Quomodo decem & ſeptem diebus ante brumam, ſi autumno? Hæc ſunt emplaſtra Georgii. Euſebius ſcriptum reliquit: Ἴλιον ἥλω πρὸ ιζʹ ἡμερῶν τῆς θερινῆς τροπῆς. Sic Ephorus, aut potius ex Ephoro Dionyſius Halicarn. lib. primo. & nos fuſius. ,, quanquam apud Dionyſium fœda menda librario- ,, rum inolevit, τελευτῶντος θέρους, quum Diony- ,, ſius ſcriptum reliquerit τελευτῶντος ἔαρος. cujus ,, mendæ lectorem admonuimus lib. III Canonum.

Ibid. 46. [ὡς ἡ κωμῳδία.] Hæc incluſa virgulis inepte huc irrepſerunt. fortaſſe ex numero MDCXCVI. ὀργὴ κωμῳδία.

Ibid. Μενεσθεύς.] Puto hæc Euſebium ex Africano hauſiſſe. Nam de annis Meneſthei aliter ſentit in Canone.

Pag. 34. 7. Τὰ μὲν Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ.] Ad finem horum Euſebianorum ita Georgius: Ἐὰν οὖν κατὰ τὸν Ἀπόστολον τὰ τῶν Κριτῶν υνʹ ἔτη, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς ἐρήμου μʹ ἔτη Μωϋσέως, Ἰησοῦ τε κζʹ, καὶ τῶν μετ' Ἰησοῦ πρεσβυτέρων ιηʹ, καὶ ἐπὶ Ἡλεὶ τοῦ ἱερέως κʹ, καὶ Σαοὺλ μʹ, Δαυίδ τε μʹ, καὶ Σολομῶντος δʹ συναριθμήσωμεν, ἔσται ὁ πᾶς ἀπὸ τῆς ἐξόδου χρόνος, ἐπὶ τῆς τοῦ ναοῦ κατασκευὴν, ἐτῶν χνθʹ, κατὰ δὲ Εὐσέβιον χʹ, καὶ κατὰ Ἀφρικανὸν, ὑπὲρ τὰ ψμʹ. Dinumeratio annorum ab Exodo, ad conditum Templi, ſecundum Euſebium DC annorum ſuperatur à rationibus Africani annis CXL. in quibus non video quomodo centum & ſeptuaginta ad DC adjecta non potius DCCLXX faciant, quam CXL. Objicit enim Euſebius Africano, illum ſeptuaginta addidiſſe de hiſtoria, XL τῆς ἀναρχίας, XXX τῆς εἰρήνης, & præterea C οἴκοθεν, de ſuo. quæ ſimul fiunt CLXX, non CXL.

Ibid. 15. ὁ δὲ ἱερὸς Ἀπόστολος τὰ υνʹ ἔτη.] Locus eſt Actorum XIII, 20. qui eſt crux Chronologorum, ex quorum velitationibus nihil hactenus certi hauriri potuit. Melius & prudentius tacuiſſent. Ego ſapientiſſime ab Euſebio dictum puto: τὸν Ἀπόστολον οὐκ ἀκριβολογούμενον εἰπεῖν, ἀλλὰ ἐκδοχῇ κοινοτέρᾳ. ut ſit numerus pro numero ex uſu quotidiano, quo ὁλοσχερῶς, οὐκ ἀκριβῶς, aliquam ſummam enunciamus. Sic apud Demoſthenem & Plautum Talentum nominari videmus, ubi non exiguus drachmarum numerus deeſt, aut ſupereſt. & vulgatiſſima eſt hæc numerandi κατάχρησις.

Ibid. 18. Ἀπὸ Ἀδὰμ, ἕως τέλους τῶν Κριτῶν, καὶ ἀρχῆς Ἡλεὶ τοῦ ἱερέως, ἔτη δ͵μδʹ.] Georgius: Τὰ κατὰ Ἀφρικανὸν ἀπὸ Ἀδὰμ, ἕως τέλους καὶ ἀρχῆς Ἡλεὶ τοῦ ἱερέως, ἔτη δ͵σϞβʹ, κατὰ δὲ Εὐσέβιον τὸν Παμφίλου δ͵μδʹ, κατὰ δὲ τὴν ἀκριβῆ, καὶ εὐαγγελικὴν παράδοσιν, καὶ τόδε τὸ χρονογράφιον, δ͵τνβʹ.

Ibid. 21. Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Ὀρφεύς.] Vide Cedrenum 68, 30.

Ibid. 52. τῶν Λυκίων ἀγών.] Error Euſebii Λύκια vocantis τὰ Λύκαια. Vide Notas in numerum DCCCLXXXVI.

Ibid. 54. Τότε Ῥόδος ἡ νῆσος οἰκίζεται.] Tam ignota eſt mihi iſta Rhodienſis Lacedæmoniorum colonia, quam auctor Zeuxippus, qui hic citatur.

Ibid. 51. ἐπὶ τούτου ἡ τῶν Ἐρεχθειδῶν.] Præpoſtere poſita pro, Ἐπὶ τούτου ἡ τῶν Ἀττικῶν βασιλεία κατελύθη παρ' Ἀθηναίοις Ἐρεχθειδῶν λεγομένη, &c.

Pag. 35. 15. Μελόδων.] Bis hic legitur Μελόδων, qui tamen eſt Μέδων. Eſt error librariorum, non Euſebii.

Ibid. 18. Εὐρυσθεύς.] Ita ſemper Euſebio, qui Εὐρυσθένης. Idem error in Latinis Euſebii, non librariorum.

Ibid. Τότε ἐκράτει.] Fragmentum mutilatum à Cedreno.

Ibid. 26. Ἐν τοῖς χρόνοις Σαοὺλ.] Eſt ἀποσπασμάτιον apud Cedrenum.

Ibid. 31. ἐκ τῶν Διοδώρου.] Hoc fragmentum debemus Euſebio.

Pag. 36. 25. ἐκαλεῖτο δὲ πρὸς τούτου Ὠγυγώ.] Hoc ego nuſpiam legere memini. Multa enim nomina habuit, Καρχηδὼν, Ὠγυγὼ, Κακκάβη, Καδμεία, Οἰνοῦσσα.

Ibid. 30. εἰσὶν οὖν ἀπὸ Ἀδὰμ, ἕως ηʹ ἔτους αὐτοῦ, ἔτη δ͵ϟοʹ.] Georgius de Solomone: εἰσὶν οὖν ἀπὸ Ἀδὰμ, ἕως ηʹ ἔτους αὐτοῦ, ἔτη δ͵υοηʹ, κατὰ δὲ τὸν Ἀφρικανὸν, δ͵υνζʹ, κατὰ δὲ Εὐσέβιον, δ͵ϟοʹ.

Ibid. 31. Ἑβραίων ἀρχιερεὺς ηʹ ἀπὸ Ἀαρὼν Σαδὼκ ἐγνωρίζετο.] Georgius: Κατὰ δὲ τὸν ἀκριβῆ λόγον ιαʹ ἐστὶν ὁ Σαδὼκ ἀπὸ Ἀαρὼν, οὕτως. αʹ Ἀαρών. βʹ Ἐλεάζαρ. γʹ Φινεές. δʹ Ἀβιούδ. [Ἀβισοὺε] εʹ Βοκκί. ςʹ Ὀζί. ζʹ Ἡλεί. ηʹ Ἀχιτώβ. θʹ Σαμουήλ. ιʹ Ἀβιαθάρ. ιαʹ Σαδώκ. Sed ſeptimum ab Aaron ponit Nicephorus Patriarcha. Tam ille, quam Euſebius, falluntur. recte Georgius undecimum facit ab Aaron. ſed vitioſe ſeriem interrupit poſt Ozzi. Ita igitur Sadoc undecimus ab Aaron deprehenditur. I Aaron. II Eleazar. III Phinees. IV Abiſue. V Bokki. VI Ozzi. VII Zaraias. VIII Meraioth. IX Amarias. X Achitob. XI Sadoc. At craſſus eſt error immiſcere his Samuelem, qui erat Levita " duntaxat. Amram & Iſaar ambo filii fuerunt Caath. " Ab Amram deducitur ſacerdotalis ſtirps, ab Iſaar " autem Levitarum; à quo etiam decimus octavus Sa- " muel. "

,, muel. Ergo Samuel Levita, non Sacerdos. Hieronymus in Jovinianum lib. 1: & Augustin. de quæstion. ,, veteris Testam. quæstione ultima.

Ibid. 32. Εἰράμου τοῦ Τυρίων βασιλέως θυγατέρα ἔγημεν ὁ Σολομῶν, ὡς Τατιανὸς ἱστορεῖ.] Hoc non extat in libro ad Gentes. Nam alia scripsit Tatianus.

Ibid. 37. Ουαφρῆς βασιλεὺς τῆς Αἰγύπτου.] Hæc repetit Chronicon Casauboni, sive Fasti Siculi, ut vulgo vocantur. Idem in libris de præpar. Euang. Sed falso. Nam Waphris initium posterius fuit initio Solomonis, annis CCCCXXX. Hunc ridiculum anachronismum alibi confutavimus.

Pag. 37. 18. ἕως Πλούταιος ἐστὶ τῆς πρώτης οἰκίας.] Multæ sunt hallucinationes, multa peccata Eusebii. Nullus est auctor, qui leviore studio, & majore securitate judicii lectorum scripserit, quam hic noster. Nihil tamen ἀπερισκεπτότερον ei excidit, quam hoc, quod in manu est, novem tantum reges ex priore familia Regum Lacedæmoniorum fuisse, & una cum illis sex alios altera regia domo regnasse. Non hæc propono, ut confutentur. hoc enim Aretalogi hodierni in re manifesta facere solent: sed ideo, ut hujus scriptoris ἐπικίνδυνοι scopuli vitentur, quos imperitis, nisi prius indicati fuerint, difficile est vitare. Nam hodie quot dicta veterum Patrum, tot scita divinæ scripturæ censentur. Hinc larvæ & mendicabula Sophistarum incunabula primorum Eremicolarum ab Essenis repetiverunt, quia Eusebius id dixit: qui quum illud de Essenis scriberet, se compotem mentis non fuisse ex eo ostendit, quod alibi de Essenis, non ut monachis Christianorum, sed ut mere Judæis loquitur. Nam erratis hujus auctoris enumerandis charta non suffecerit.

Ibid. 39. ἔτος Ζορᾶβ τοῦ Αἰθίοπα.] II Paralip. XIV. 9, 9. in Bibliis Græcis Ζαρέ. In Hebr. זֶרַח.

Pag. 38. 41. Ἀπὸ Ἰλίου ἁλώσεως, ἕως κτίσεως Ῥώμης, γίνονται ἔτη υμδ.] Error librarius. Legendum υλβ: nisi alios auctores, quos & Ausonius, sequutus sit, qui ab urbe condita, ad consulatum suum, putat annos mille centum decem octo: quibus detractis de anno Iphiti MCLV, in quem incidit consulatus Ausonii, remanet annus Iphiti XXXVII, quo Roma condita fuerit secundum Ausonii sententiam, aut secundum scriptores, quos Ausonius sequitur. Rursus ab initio periodi Julianæ, ad annum excidii Trojæ, sunt anni *3530*. quibus si adjeceris CCCCXLIV, pervenietur ad annum periodi Julianæ *3974*, qui est annus XXXVII Iphiti, ut supra: hoc est annus primus Olympiadis decimæ. Hic solus auctor, quantum meminisse possum, confirmat sententiam Ausonii de primis Urbis Palilibus.

Ibid. 49. Καὶ ὁ ἡμέτερος δὲ Κανών.] Non solum Eusebius Chronicon suum, sed & Africanus quoque ,, suum, Κανόνα vocavit. item Castor. Eusebius ipse ,, priore libro: ἕτεροι φασὶ μετὰ Σαρδανάπαλον κρατῆσαι τῆς Ἀσσυρίων ἀρχῆς Νίνον, ὥσπερ καὶ Κάστωρ ,, ἐν τῷ Κανόνι αὐτοῦ φησὶν ὧδε. Quod igitur Eusebius ita Chronicon suum vocaverit, exemplo Africani fecit, quem non solum sequutus est, sed totum ejus Chronicon totidem verbis in suum transtulit, extra quam ubi ab eo dissentit. Dissentit autem, quoties aliquorum auctorum testimonia ab Africano producta ipse aut truncare, aut depravare instituit, ut in Dynastiis Ægypti, & regibus Assyriæ fecit.

Ibid. ἡμέτερος ὁ Κανών.] In Chronico Latino tam in verbis Africani, quam in Eusebianis vertendis Hieronymus manifesto ostendit, se, quid esset κανὼν Ἀφρικανοῦ, aut κανὼν Εὐσεβίου, non intellexisse, quum tamen non alio titulo utrumque Chronicon ab auctoribus suis notatum fuerit. Hoc plus satis mihi mirum videtur.

Ibid. 47. ἀπὸ χ̄ ἐτῶν τῆσδε πρώτης Ὀλυμπιάδος.] Hoc est numero DCXLI. quod est absurdum. Non enim tunc Hercules potuit esse. Ante hæc multa in codice Georgii de urbis Romæ incunabulis disputantur, sed quæ ad verbum desumpta ex Dionysio Halicarnassensi. Neque vero dubium est, quin Eusebius eadem Dionysiana hoc ipso loco retulerit.

Ibid. ἄλλοι δὲ ἀπὸ Ἀεθλίου τεθῆναι τὸν ἀγῶνα.] Multa hic de Olympiadibus dicuntur, quæ alibi non reperias. Quædam autem extant in fragmentis Phlegontis Tralliani ab erudito viro Gulielmo Xylandro editis: quæ cum his conferas licet.

Pag. 37, 10. εὖτ' ἂν ἐνὶ τριόδοις.] Melius apud Phlegontem: ἐς ὃ ἂν πενταέτης ἔλθῃ φιλόφρων ἐνιαυτός.

Pag. 39. 16. τὸν δὲ ἀγῶνα τέλεσεν Ἴφιτος Ἡρακλείδης σὺν Λυκούργῳ συγγενεῖ.] Locus insignis. Quæ vocatur prima Olympias, non intelligitur prima tempore, sed dignitate. Prima non potest dici, quia XXVII Olympiades ante hanc celebratæ fuerant. Hæc autem, quæ dicitur prima, erat vicesima octava, quæ confertur in numerum MCCXLI, de quo detractis XXVII Olympiadibus, aut, quod idem est, annis CVIII, relinquetur numerus MCXXXIII, in quo Lycurgus cum Iphito primam Olympiadem instituerit. Sane eodem numero notatum est, *Lycurgus insignis habetur*. Sed ea Olympias non potuit celebrari, nisi remotissimo termino ἀπὸ τοῦ κέντρου θερινοῦ. Longe vero ab hac sententia recedit Callimachus, qui non vicesimam octavam Olympiada, sed quartamdecimam numerari ait eam, quam Corœbus vicit stadio, quæ dicitur prima.

Pag. 45. 11. ΑΦΡΙΚΑΝΟΥ. οὐκ ἄμεινον.] Et hic quoque Africani locus insignis est, de Olympiade, sive Tetraeteride Olympia: cujus originem repetit ab Ægyptiis, recte. Inde enim suam Octaeterida hausit Eudoxus, quæ nihil aliud est, quam duæ Tetraeterides Ægyptiacæ conjunctæ, embolismo unius mensis pleni interveniente; ut omnino fuerint menses XLIX, & " quinquagesimo mense instaurarentur ludi Olympici. " Tzetzes cap. XXI Chiliados primæ. "

Ἐξελεῖτο δ' ὁ ἀγὼν πεντηκονταμηνιαῖος. "

Tetraeteris igitur Lunaris est mensium Lunarium quadraginta novem, dierum *1446.23.1057*. hoc est, dierum MCCCCXLVII, minus una sexagesima hora, & paulo amplius. Julianum autem lustrum, quod Bisextum vocatur, est dierum MCCCCLXI. Deductis MCCCCXLVII, supersunt dies XIV, excessus Lustri Juliani supra Tetraeteridem Lunarem. Ideo Tetraeteris secunda antevertet epocham prioris diebus XIV. Exemplum: Anno Christi MDCII novilunium fuit die nona Julii. Anno MDCVI novilunium erit die XXVI Junii. a qua, ad IX Julii, intervallum est dierum XIV, sicut erat propositum. Hæc est vera Olympias, sive Tetraeteris Græca. Sed nunquam Tetraeterides anticipabant IX diem Julii, in qua erat κέντρον θερινόν. Quod ne fieret, intercalabatur mensis plenus dierum scilicet XXX. Ita anno Christi MDCII, novilunium Olympiadis embolimææ erat XXV Julii, non XXVI Junii. Quum igitur Græcorum menses populares essent omnes pleni, ideo necessario annus erat CCCLX dierum. quatuor anni MCCCCXL. Sed Tetraeteris Lunaris est dierum MCCCCXLVII. Ergo septem diebus Tetraeteris Lunaris excedit quadriennium Græcum civile. Propterea ultra CCCLX dies, bidui appendix adhibebatur fini singulorum annorum post τριακάδα Ποσειδεῶνος, quæ dicebantur ἄναρχοι ἡμέραι: quia tunc nullus erat Magistratus Athenis, quod illud biduum comitiis creandorum magi-

ſtratum dicatum eſſet. Quia vero exceſſus Tetraeteridos Lunaris eſt VII dierum, non VIII, unus annus non CCCLXII, ſed CCCLXI dierum erat. Nihilominus tamen ultimus quoq; annus habebat ſuam appendicem bidui: ſed unus menſis fiebat cavus, hoc eſt XXIX dierum tantum. Is erat Βοηδρομιών: cujus δεύτερα ἱσαμένε dicebatur τρίτη ἱσαμένε. Hæc plenius primo de Emendatione temporum à nobis demonſtrata ſunt, & in Canonibus: quorum ne minima quidem aura animos etiam doctiſſimorum afflaverat. quæ quum ſit præſtantiſſima doctrina, hactenus tamen neminem ſui amantem nacta eſt, ne familiarem quidem. Perinde enim hodie ignoratur, ac ſi nihil unquam à nobis de ea dictum eſſet. Nam qui ſe Mathematicos dicunt, ii harum rerum ſupra omnes imperitiſſimi ſunt: neque ullo ſenſu hujus tam præſtantis ſtudii tanguntur, propter inſcitiam meliorum literarum. Recte igitur colligit Africanus de doctrina Tetraeteridos: ſed peccat cum vetuſtiſſimis, qui annum lunarem nondum recte comprehenderant, eumque definiebant dierum *354*. Hor. *8. 40.* quum juxta Hipparchum, & veteres Iudæos, ſit hor. *8. 48. 40.* juxta recentiores. hor. *8. 48. 38.*

Ibid. *12.* ἡ γὰρ σελήνη κυρίως Ολυμπιὰς παρ' Ἕλλησι καλεῖται.] Ex eodem fonte Cedrenus: Ιωαθὰμ ὁ υἱὸς Οζίε ἔτη ις. Ἐπὶ τούτε, τῷ πρώτῳ ἔτει Ἴφιτος τὰς Ολυμπιάδας ἐνέστησεν, ὁ ἐστι τετραετηρικὸς χρόνος. Παρ' Αἰγυπτίοις δὲ κυρίως Ολυμπιὰς ἡ σελήνη καλεῖται, διὰ τὸ καθ' μίαν περιπολεῖν τὸν ζωδιακὸν κύκλον, ὃν οἱ παλαιοὶ Ολυμπον καλοῦσι. Proculdubio ex Canone Africani. Nuſpiam tamen legimus ab Ægyptiis ita Lunam vocatam.

Ibid. *13.* αὕτη γὰρ ἀπὸ Καρκίνε τοῦ ἰδίε οἴκε.] Notum ex elementis Genethliacees τὸν οἶκον τῆς σελήνης εἶναι τὸν Καρκίνον, ὥσπερ τοῦ ἡλίε τὸν Λέοντα.

Ibid. *16.* ἡ ἀπὸ κέντρε] Nimirum θερινοῦ. Erat autem, ut vetuſtas pleraque omnis credidit, in IX die Quintilis Iuliani. Hoc millies à nobis dictum. Egregia ſunt hæc, quæ doctrinam noſtram confirmant. Nam anno primo Iphiti Luna in IX die Iulii conſtituit neomeniam primi menſis Olympici. Olympias autem prima celebrata XXIII die Iulii. Adeo vera ſunt, quæ diſputando eruimus, ut ſine ullo labore noſtro hic ultro ſeſe offerant.

Ibid. ἐν νυχθημέροις κθ, καὶ λεπτοῖς λγ. γ] Hæc ego non intelligo. Nam præter dies κθ, habet minus, quam λβ λεπτὰ ἡμερήσια.

Ibid. ἐν νυχθημέροις τξε. δ.] τὸ δ eſt τὸ τεταρτημόριον, nempe ſex horæ, quæ poſt quadriennium Iulianum aggregatæ conſtituunt diem, quem vulgus Biſextum vocat.

Ibid. *17.* ὡς λείπεσθαι τὸν σεληνιακὸν ἐνιαυτὸν τοῦ ἡλιακοῦ νυχθήμερα ι, ὥρας κα. λεπτὰ κθ.] Si exceſſus Solis ſupra Lunam eſſet dierum 10. hor. 21. 29. ut ipſe vult, is quadruplatus in Tetraeteride eſſet dierum 43. hor. 13. 56. quæ detracta de Luſtro Iuliano dierum 1461 relinquunt Tetraeterida Lunarem Africani dierum 1417. hor. 10. 4. quæ deducta de vera Tetraeteride Lunari *1446. 23.* 1057, relinqueret dies 29. hor. 13. 985. modum menſis Lunaris, quem tamen jam definiverat dierum quidem totidem, ſed horarum, & ſcrupulorum pauciorum. quod eſt abſurdum.

Ibid. *18.* σεληνίων α.] Non intellexit Africanus, aut potius mutila ſunt hęc. Nam in Tetraeteride Lunari non ſatis eſt eſſe quatuor annos Lunares. Accedere enim debet σελήνιον α, ſive unus menſis. Hoc eſt, quod aut non bene reddidit Africanus, aut librarius omiſit. Ita igitur dicendum fuit: Tetraeteris eſt dierum 1417, hor. 11. 264. & præterea σεληνίε α, nimirum dierum *29. 12. 793.* quæ ſimul componunt Tertraeterida Lunarem dierum *1446. 23. 1057.* Hoc eſt, dierum *1447.* fere.

Pag. 45. 18. ἐν δὲ Ολυμπιάσι β γίνονται σελήνια ϙθ. νυχθήμερα δὲ α ͵αυμζ.] Veriſſime, ſiquidem β pro α legatur. Duplicatæ enim Tertraeteridi ſive Olympiadi, quam diximus eſſe dierum *1447*, accedat menſis plenus civilis. fiet numerus propoſitus dierum, *2924*.

Ibid. 19. Τῶν δὲ παρὰ τοῖς Αθηναίοις Ολυμπιάδων.] Elidenſium proprium erat Olympiadas in faſtos referre. ſed & Athenienſes idem faciebant in Faſtis ſuorum ἀρχόντων, ut à nobis factum in noſtra collectione Olympiadum Græca.

Ibid. *20.* σταδιονῖκαι σμη.] Hæc perſpicue illuſtrantur ad numerum MMCCXXXVII. Depravati " vero ſunt numeri σπη pro σμθη, & ͵Αμθ pro ͵Αϙς."

Pag. *46.* 13. Αναγκαῖον δὲ οἶμαι.] Quærit quomodo factum, ut, quum conſtet Sardanapali exitium imperio Aſſyriorum finem feciſſe, tamen ſcriptura aliorum regum Aſſyriæ meminerit, Teglathphalaſſari, Salmanaſſari, Sancheribi. Ratio, quam hic adfert Euſebius, frigidiſſima eſt. Nos in Canonibus veram reddimus. Fruſtum hujus Fragmenti Euſebiani reperies in quiſquiliis Cedreni 88, 54.

Ibid. *24.* ἀπὸ Νίνου τοῦ διαδεξάμενον τὴν βασιλείαν παρὰ Σαρδαναπάλε.] De hoc Nino ſucceſſore Sardanapali ex quorundam ſententia verba fecimus alibi. quem potius ego putarim fuiſſe ex iis, qui poſteritati Salmanaſſari, & Sancheribi ſucceſſerunt. Sub hoc Nino, ſi quidem fuit, omnino prophetavit Jonas. Mentio hujus Nini etiam extat in Excerptis Barbarolatinis.

Ibid. *29.* Τὰ ἀπὸ Ναβονασσάρε.] De hoc præſtantiſſimo Canonio ſatis diſputatum in Canonibus Iſagogicis: atque ibidem quæ errata intervenerint, & quomodo ea corrigenda, à nobis eadem opera demonſtratum. In eo annus primus imperii Aſiatici Cyri init à XXII anno regni Perſarum. Itaque aſinina plane eſt inſcitia illa, quæ annum primum Cyri à Scriptura deſignatum putat ab initio regni ejus Perſici. Hæc cum riſu, ut digna ſunt, à nobis exſibilata, atque cum Dariis Aſtyagibus in inſulas Chronologorum, vel potius κρονοληρολόγων relegata. Porro vitioſe Georgius ſtatuit initium Nabonaſſari in anno Mundi ſecundum rationes Septuaginta interpretum, δ ͵δψξς, 4764 alibi 4747. Sed ſtrenue nugatur. Nam ab Adam, ad natalē Chriſti Dionyſianum, ſunt anni 5500, ſecundum rationes LXX, quas ſequitur Georgius. A Nabonaſſari autem initio, ad primum Natalem Chriſti Dionyſianum, interſunt anni Iuliani 746, dies 303. Deductis igitur *746* annis abſolutis de epocha Chriſti 5501, relinquitur annus ab Adam *4755*. Octo igitur, aut novem annis hallucinatus eſt noſter Syncellus: qui alioqui habuit non mediocrem uſum doctrinæ temporum.

Pag. *47. 40.* ΑΦΡΙΚΑΝΟΥ. Ἕως τοῦδε.] Quia in fine ait de Grato & Seleuco Coſſ. explicantur iis, quæ ad numerum MMCCXXXVII diximus.

Ibid. *45.* ὅπερ ἦν Αντωνίνε καὶ Αὐγούστε.] Lege: ὅπερ ἦν Αντωνίνε τοῦ καὶ Αὐείτε. id eſt Ελαγαβάλε.

Ibid. *46.* ΣΠΟΡΑΔΗΝ. Αρκτῖνος.] In hac Miſcella trium urbium conditus refertur, quorum nulla mentio in Canone, Pandoſiæ, Metaponti, Trapezuntis.

Pag. 50. 10. Θέογνις ποιητὴς ἐγνωρίζετο Πυθαγόρε διδάσκαλος.] Duo ultima non convertit Hieronymus.

Ibid.

Ibid. 11. Πολυκράτης Σαμίων τυράννων ἀνεστρώ-
„ θη.] Omiſſum ab Hieronymo. Hiſtoria apud
„ Herodot.

Ibid. 13. Λέαιναν μόνην ἐποίησαν ἄκοντι Ἀθηναῖοι ἐτίμησαν.] Unam inter meretrices Leænam Athenienſes æneâ ſtatua honorarunt. Pauſanias quoq; τὴν Λέαιναν χαλκῆν Ἀθήνησιν ἑστηκέναι memorat: quum tamen Lactantius Leænæ beſtiæ, cujus nomen ea mulier gerebat, ſimulacrum Athenienſes in ejus memoriam ſtatuiſſe ſcribat. Hoc comma, & ſequens, Hieronymus omiſit.

Ibid. 14. ἄγλωττον δὲ ταύτην παρεζωγράφησαν.] Statuæ aliquando hiulco ore fiebant, ita ut earum lingua appareret. Sic Leænæ ſtatua ſemihiante rictu poſita, ut vacuum à lingua oſtenderetur. Beroſi quoque ſtatua lingua inaurata ab Athenienſibus poſita. auctor Pli-
„ nius. Igitur ore hiante. Epiſtola Hieremiæ in Apo-
„ crypho Baruch ait Deorum linguas ab artificibus ex-
„ poliri. Ergo linguæ illæ oſtendebantur. γλῶσσα γὰρ
„ αὐτῶν ἐστὶ κατεξυσμένη ὑπὸ τέκτονος.

Ibid. 23. ΣΠΟΡΑΔΗΝ. Τῆς Αἰγύπτου σειομένης.] Omiſſum in Canone, ut innumera alia, quæ de indu-
„ ſtria Hieronymus inſuper habuit. Hiſtoria mihi igno-
„ ta, quam ſcire plurimi fecerim.

Ibid. 33. Πυθαγόρας ὁ Σάμιος.] Iſte fuit pugil inter pueros: è quorum cœtu exſibilatus mox ad viros aggregatus vicit. Epigramma in illum:

Οὗτος πυκτεύσων ἐς Ὀλύμπια παισὶν ἄνηβος
Ἤλυθε Πυθαγόρας ὁ Κράτεω Σάμιος.

Vide Laërtium. Hic locus jam ævo Hieronymi depravatus fuiſſe videtur. Ideo Hieronymo ob difficultatem omiſſus.

Ibid. 34. Ολυμπιαθησιν εκελθη παίδων πυγμιῶ.] Portentoſe deformatus locus, qui ſane ita legendus: ὀλυμπιάσιν ἐξεκρίθη παίδων, ὡς ἁπαλός. προσβὰς σὺν ἄνδρας. Qui nomen ſuum dant alicui cœtui, dicuntur ἐγκρίνεσθαι. Inde ἔγκρισις τῶν Ὀλυμπιάσι ἀθλητῶν, apud Philoſtratum. Contrarium ἐκκρίνεσθαι. Joſephus in capite de Eſſenis 729: ὁ δὲ ἐκκριθεὶς οἰκτίστῳ πολλάκις μόρῳ διαφθείρεται. Hoc Laërtius dixit ἐκριφθῆναι. loquens de hoc Pythagora. ἐκριφθῆναί τε ἐκ τῶν παίδων καὶ χλευασθέντα, αὐτίκα προσβῆναι τοὺς ἄνδρας καὶ νικῆσαι. Euſebius ait ὡς ἁπαλὸν ἐκκριθῆναι, tanquam mollem & effeminatum. propterea Κομήτης dicitur in Epigrammate.

Ibid. προβὰς τοὺς ἄνδρας.] Legendum: προσβὰς, ut ex Laërtio diſcere potuiſti. Adde etiam Epigramma hoc in eundem:

Πυθαγόρην τινὰ, Πυθαγόρην, ὦ ξεῖνε, κομήτην
Ἀδόμενον πύκτην εἰ κατέχεις Σάμιον,
Πυθαγόρης ἐγώ εἰμι. τὰ δ' ἔργα μου εἴ τιν' ἔροιο
Ἠλείων, φήσεις αὐτὸν ἄπιστα λέγειν.

Ibid. 34. Κατὰ τὴν να Ὀλυμπιάδα.] Aliter Laërtius: ἐντέχνως πυκτεύσαντα κατὰ τὴν ὀγδόην καὶ τετταρακοστὴν Ὀλυμπιάδα.

Ibid. 35. Ἀρριχίων Φιγαλεύς] Ἀρριχίων Philoſtrato, Ἀρράχίων Pauſaniæ dicitur in Arcadicis, qui mirabilem hujus Pancratiaſtæ exitum refert. Quum de palmario cum antagoniſta ſuo certaret, ab eo comprehenſus & humi alliſus, pedibus per mutua nexis, brachio in guttur Arrhachionis immiſſo, jam agens animam, adverſarii prius pollice pedis confracto, ab eo ſuffocatus animam edidit. Adverſarius quoque mox impatientia doloris ex digito pedis confracto & ipſe expiravit. Mortuum Arrhachiona Hellanodicæ victorem pronunciarunt, cadavere ejus coronato.

Ibid. τὸ τρίτον νικῶν.] Duas enim victorias Olympicas adeptus erat ante hanc, quæ mortuo illi contigit Olympiade LIV. Pauſanias: Τῷ δὲ Ἀρραχίωνι ἐγένοντο Ὀλυμπικαὶ νῖκαι δύο μὲν Ὀλυμπιάσι [παῖς] πρὸ τῆς τετάρτης καὶ πεντηκοστῆς [Ὀλυμπιάδος] ἐγένετο δὲ ἐν αὐτῇ σὺν δικαίῳ ἐκ τῶν Ἑλλανοδικῶν, καὶ Ἀρραχίωνος αὐτοῦ τῇ ἀρετῇ.

Ibid. Ὑπαλιφθεὶς ἀπέθανεν.] In aliis fragmentis ψιλωθείς. Cum adverſario autem διὰ τὸ παραβραβεύεσθαι conſeruit manum. Παραβραβεύεσθαι dicuntur, quibus per vim aufertur palmarium. quod verbum extat in Epiſtola Apoſtoli ad Galatas. Nam qui poterat victori præripere palmarium, is erat victor. Et hoc dicebatur περιλαβεῖν τὸ βραβεῖον, περιλαβεῖν τὸν κότινον. τὸ περὶ τοῦ στεφάνου, περὶ τοῦ βραβείου συμπλέκεσθαι. ἐπὶ στεφάνῳ, ἐπὶ φοίνικι, ἐπὶ κοτίνῳ μάχεσθαι.

Ibid. φθάσαντος ἀπειπάσθαι τοῦ ἀνταγωνιστοῦ Κλεομένους.] Pauſanias fatetur ſe τοῦ ἀνταγωνιστοῦ nomen ignoraſſe, quum ait, ὅστις δὴ ὁ ἀνταγωνιζόμενος.

Ibid. 36. τοῦ ποδὸς ὑπ' αὐτοῦ.] Locus mutilus, δακτύλου τοῦ κατακλασθέντος. Hiſtoriam pete ex Pauſania in Arcadicis: item ex collectaneis Olympiadum noſtris, Olympiade LIV. Hæc quoque omiſit Hieronymus ob obſcuritatem.

Ibid. 51. Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην δύναμιν καταλύσει] Simile oraculum αἰνιγματῶδες, vel potius ἀμφίβολον, Alexandro Ætolo redditum:

Πανδοσία τρικόλωνε πολὺν ποτὲ λαὸν ὀλέσσεις.

interpretatus eſt de pernicie hoſtium, non autem ſuorum, ἐξηπατήθη δόξας τῶν πολεμίων, οὐ τῶν οἰκείων, φθορὰν δηλοῦσθαι.

Pag. 53. 10. Νάξιοι ἐθαλασσοκράτησαν.] Omiſſum in Canone ab Hieronymo.

Ibid. 14. Καὶ ὁ Μηδικὸς πόλεμος ἐπαύσατο.] Hactenus hæc extant in Canone. Reliqua hujus pericopes omiſit Hieronymus propter obſcuritatem. Φιβάλεων ficuum mentio Ariſtophani Ἀχαρνεῦσιν. Erant caricæ, quæ propter præſtantiam ad cæteras nationes exportabantur. Quum eas aliquando vidiſſet Xerxes, juravit ſe non prius τὰς φιβάλεις guſtaturum, quam terra, quæ eas fert, potitus eſſet. Plutarchus Apophthegmatis: Ἀττικὰς δὲ ἰσχάδας οὐκ ἂν ἔφη φαγεῖν ὠνίους κομισθείσας, ἀλλ' ὅταν τὴν φέρουσαν κτήσηται χώραν. Hinc ergo Comici Attici ludentes, ut ſolet, dicebant τὸν Μηδικὸν πόλεμον διὰ φιβάλεις ἰσχάδας συστῆναι. Quia, inquam, obſcurus locus viſus Hieronymo, propterea ab eo omiſſus.

Ἐν Ἰταλίᾳ * Καικαλπῶν.] Abſq; Latinis Hieronymi foret, nemo divinaſſet legendum Καμπανῶν.

Ibid. 24. ἐν Αἰγύπτῳ μυηθείς.] Hæc verba virgulis incluſa vereor, ne ſint Panodori Monachi, Chronologi eruditi. Nam ea conveniunt iis, quæ idem Panodorus citabat ex Zoſimo de Alchymia. Tamen, ſive Panodori, ſive Euſebii, digna erant, quæ hic locum haberent. Certiſſimum quidem eſt Democritum in Ægypto fuiſſe, tum aliorum, tum ipſius teſtimonio. Verba ejus: Τάδε λέγει Δημόκριτος. Ἐγὼ τῶν κατ' ἐμαυτὸν ἀνθρώπων γῆν πλείστην ἐπεπλανησάμην, ἱστορέων τὰ μήκιστα, καὶ ἀέρας τε καὶ γέας πλείστας εἶδον, καὶ λογίων ἀνδρῶν πλείστων ἐσήκουσα, καὶ γραμ-

μίαν συνθέσει μζ ἀποδέξιος· ἐδεὶς κω με παρήλλαξεν, ἐδὲ οἱ Αἰγυπτίων καλεόμενοι Ἀρπεδονάπται. σὺν τοῖσδε ἐπὶ πᾶσιν ἐπ' ἔτεα ὀγδοήκοντα ἐπὶ ξένης ἐγενήθην. Addit Clemens: ἐπῆλθε γὰρ Βαβυλῶνά τε, καὶ Περσίδα, καὶ Αἴγυπτον.

Ibid. 26. ἐν οἷς ἦν καὶ Μαρία τις Ἑβραία σοφή.] Hoc apud alios auctores non reperies.

Ibid. καὶ Παμμένης συνέγραψε περὶ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου.] Et hæc quoque hic tantum inveniuntur.

Ibid. 41. ὑπὸ Ὀστάνου τοῦ Μήδου.] Ostanem Persam Magum fuisse uno ore omnes scriptores, qui de eo loquuntur, prodidere. sed in Ægypto fuisse, idque temporibus Democriti, quum longe antiquior videatur, haud scio, an fidem mereat. Ab illo Ostane omnis schola Magorum apud Persas dicti sunt ὀστάναι.

Ibid. 55. Κατὰ τοῦτον πρῶτον φασὶ γενέσθαι Δικτάτωρα Ῥωμαίοις. Τιβέριον Μάρκιον.] Est inscitia, καὶ ἀνιστορησία.

Pag. 54. 8. τὸ λεγόμενον ἱερὸν πόλεμον.] Duo sacra bella. prius hoc, cujus meminit etiam Plutarchus in Pericle. alterum sub Philippo Alexandri Magni patre. Utrunque propter templum Delphicum.

Ibid. 13. ὡς ὑβρίσαντες Ἀσπασίαν τὴν γαμετὴν αὐτοῦ.] Notissimi sunt versus Aristophanis Ἀχαρνεῦσι:

Πόρνην δὲ Σιμαίθαν ἰόντες Μεγάραδε
Νεανίαι κλέπτουσι μεθυσοκότταβοι.
Καθ' οἱ Μεγαρεῖς πεφυσιγγωμένοι
Ἀντεξέκλεψαν Ἀσπασίας πόρνα δύο.
Κἀντεῦθεν ἀρχὴ τοῦ πολέμου κατερράγη
Ἕλλησι πᾶσιν ἐκ τριῶν λαικαστριῶν.

Ibid. 29. Χοιρίλος, καὶ Πρόνικος.] Ex Latinis Hieronymi legendum Φρύνιχος.

Ibid. 46. Τότε δὴ καὶ Πολυδάμας Σκοτουσαῖος.] Vide omnino Suidam Πολυδάμας.

Pag. 55. 2. περιεχομένας ἔπεσι α ν.] Ridiculum. imo ἔπεσι ε, τλη.

Ibid. 5. ἡνίκα καὶ Ὀλυμπιάδι μιχθείς.] Hæc fabula extat etiam apud Cedrenum, 124. 14.

Ibid. 9. Δαρεῖος Ἀρμοσίμου.] Ita etiam paulo post, ne quis erratum librarii putet. Nullum scriptorem vidi, in quo non legatur Δαρεῖος Ἀρσάμου, non Ἀρμοσάμου. & ita infra.

Ibid. 14. ἐν τῷ ναῷ τῷ ὑπὸ Σαμαρειτῶν νῦν προσκυνουμένῳ.] Atqui quum illa scriberet Eusebius, dirutum erat illud templum. Quomodo igitur νῦν προσκυνούμενον? An quia Samaritæ tempore Eusebii in monte Garizim adorabant, ut hactenus adorant, ideo statim sequitur templum à Sanbelleto ibi constructum adhuc extare?

Ibid. 39. δι' Ἀσπασίαν β καὶ στήλας.] Scribendum: δι' Ἀσπασίας πόρνας β, καὶ στήλας. Duas enim Aspasias rapuerunt Megarenses. στήλας autem intelligit τὰ ψηφίσματα Atheniensium in Megareas, quibus aditu Athenarum, & portubus Atheniensium interdicebatur.

Ibid. 47. ἔτει ͵γνζ Ῥόδιοι ἐκ τῆς τριπόλεως εἰς μίαν συνῆλθον πόλιν.] Tres urbes Rhodi nominat Homerus Ἰλιάδ. β. Λίνδον, Ἰηλυσσόν τε, καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον. Ex tribus illis urbibus in unam convenerunt, quæ ab Insula hactenus Rhodus appellatur. Hoc contigit Peloponnesiaco bello. Strabo: ἡ δὲ νῦν πόλις ἐκτίσθη κατὰ τὰ Πελοποννησιακὰ ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ἀρχιτέκτονος, ὥς φασιν, ὑφ' οὗ καὶ ὁ Πειραιεύς. Sed Eusebius confert in annum expeditionis Cyri minoris, numero MDCXVI. Impropriè vero ἐκ τριπόλεως, ἀντὶ τοῦ ἐκ τριῶν πόλεων. Nam potius Rhodus ipsa vocanda τρίπολις, quod ex tribus urbibus conflata esset.

Ibid. ἔτει ͵γνζ.] Proculdubio est epocha Cyri ab initio imperii Persici & Olympiadis LV. Sed est biennii metachronismus. Nam si ad numerum MCCCCLVII, qui initio Cyri congruit, accedant anni CLVII, pervenietur ad numerum MDCXIV, non MDCXVI. Dicamus igitur non anno expeditionis Cyri minoris, sed biennio ante Rhodum ex tribus urbibus in unam convenisse, paulo post finem belli Peloponnesiaci.

Ibid. 48. ὡς ἱστορεῖ Ξενοφῶν *.] Perspicuum est deesse, ὁ συγγραψάμενος.

Ibid. 49. σαλπιγκτῶν καὶ κηρύκων ἀγών.] Certabant stantes in ea Ara, in qua nulla victima immolabatur. Pausanias: ἔστι δὲ βωμὸς ἐν τῇ Ἄλτει τῆς ἐσόδου πλησίον τῆς ἀγχίστης ἐς τὸ στάδιον. ἐπὶ τούτου θεῶν μὲν οὐδενὶ θύουσιν Ἠλεῖοι, σαλπιγκταῖς δὲ ἐφεστηκόσιν αὐτῷ, καὶ τοῖς κήρυξιν ἀγωνίζεσθαι καθέστηκε. Certamen erat, verba, commata, & versus contento spiritu, & voce editissima efferre. iique vocabantur ἐνεώνιοι κηρύκων πόδες. Galenus: ἐὰν δὲ καὶ ὁ θώραξ ὅλος ᾖ μέγας, οὐ μόνον μεγαλοφώνους ἐργάζεται τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ πλεῖστον φωνεῖν δυναμένους, ὥσπερ οἱ κήρυκες, ὅταν τὸν καλούμενον πόδα λέγωσι. Item loquens περὶ τῆς ἀναπνεύσεως. δέον δὲ αὐτῆς μάλιστα αὐλητάς, καὶ σαλπιστὰς ὅταν τὸ καλούμενον πόδα μέλλωσιν ἐρεῖν. Sed quamvis commata, quæcunque ad vocis certamen præferebantur, ut ἀκούετε λεώς, & si qua sunt ejusmodi, πόδες vocabantur, tamen propriè πούς ἐνεώνιος dicebatur, quem ultimum intensa voce proferebant. Lucianus in Demonacte: ἀπιὼν πρὸς τοὺς παρόντας τὸν ἐνεώνιον τῶν κηρύκων πόδα, Λήγει μὲν ἀγὼν τῶν καλλίστων ἄθλων ταμίας. Καιρὸς δὲ καλεῖ μηκέτι μέλλειν. In verbis Galeni exponendis ridiculus est Mercurialis, qui ait *Dicere pedem*, nihil aliud esse, quam sono, vel cantu vehementissimo ad pedes, vel in pugna, vel in cursu agendo movendos inflammare. Quod ne Oedipus quidem intellexerit. Tamen nemo est qui de alienis erroribus magis triumphet.

Pag. 59. 9. περὶ τῶν Μακεδόνων βασιλέων ἐκ τῶν Δεξίππου.] Hoc longissimum & præstantissimum fragmentum multa quidem præclara continet, quæ alibi non reperiuntur: longe vero ab iis discedit, ex quibus Eusebius suos Macedonicos Reges deprompsit. Sed is est mos Eusebii, etiam discrepantibus veterum de eadem re testimoniis propositis, liberum lectoris arbitrio relinquere, quid velit sequi. Et certe, ut dixi, magna discrepantia est inter Eusebium, & Dexippum de successione & annis horum Regum. Eusebius ab initio Carani, ad initium Alexandri, colligit annos CCCCLXXVII: Dexippus CCCXCVI. Differentia, anni LXXXI. Infra: τῆς δὲ Μακεδόνων βασιλείας καταρχθείσης ἀπὸ Καράνου, ἕως Ἀλεξάνδρου, ἔτη φιη. Adeo incertum est horum Regum tempus.

Ibid. ἐκ τῶν Δεξίππου.] Δέξιππος Ἑρέννιος sub Valeriano, Gallieno, Claudio, & Aureliano scripsit τὰ μετ' Ἀλέξανδρον ἐν λόγοις τέσσαρσιν. ex quibus sine dubio hæc desumpta sunt. Nam ἐν συντόμῳ præmisit τοὺς

τὰς ἀπὸ Καρινῦ, μέχρι τελευτῆς Ἀλεξάνδρου. Scripsit & ἕτερον σύντομον ἱστορικὸν μέχρι τῆς Κλαυδίου ἀρχῆς, ut testatur Photius.

Ibid. 43. Καὶ ἀναιρεθεὶς ὑπὸ Παυσανίου κατὰ τὴν ϙ΄ Ὀλυμπιάδα ἀρχομένην.] Legendum ϙια΄ Ὀλυμπιάδ.

Ibid. 45. τῆς ἀρχῆς Ἀλεξάνδρου γίνεται χρόνος, ἀπὸ μὲν ὁ Ὀλυμπιάδος καὶ αὐτῆς ἀρχομένης, ἔτη υκ.] Error sive Scriptoris, sive librarii. Legendum enim υμα.

Ibid. ἀπὸ δὲ Τροίας ἁλώσεως, ἔτη ω.] Error errore cumulatus. Lege, Ἀπὸ τῆς γὰρ Τροίας ἁλώσεως, μέχρι Ἀλεξάνδρου, ἔτη ωμζ.

Ibid. Ἀλέξανδρος σὺν εἴκοσιν ἄγων ἔτος.] Hæc quoque iteravit Cedrenus, 124, 40. addito etiam Dexippi nomine: ὡς γὰρ Δέξιππος ἱστορεῖ, πᾶσαν ἄσκησιν ἠσκήθη σωματικὴν Ἀριστοτέλους γνησιώτατος γεγονὼς φοιτητής, &c.

Pag. 58. 1. ἀπὸ τῆς ἀρχῆς οὖν τούτου οἱ προχειροι κανόνες.] Hæc virgulis inclusa puto esse à Georgio. Neque vero dubitandum.

Pag. 58. & 59. 1. Κατὰ τοὺς χρόνους Μακκαβαίων.] Emplastrum Georgii.

Pag. 59. 3. Αἰμίλιος γὰρ Μάρκος Ῥωμαίων ὕπατος.] Imo Λεύκιος, non Μάρκος.

Ibid. 11. καὶ τούτων γὰρ τὸν βασιλέα Γαιλίωνα.] Γενθίωνα alii.

Ibid. 30. λευκὰς καὶ τραχείας ἀσπίδας.] Legendum fortasse, Θρακίας ἀσπίδας. Sic contra in Canone perperam editum erat Thracia, Cilicia, pro Trachea Cilicia, numero MMLXXXIX.

Pag. 64. 54. ὃς ἐν Γόνασι τραφεὶς τῆς Θετταλίας Γονάτας ἐπεκλήθη.] Idem supra pag. 49, 20. Γόννοι, & Γόνα ea urbs vocata fuit. Unde οἱ πολῖται vocantur Γονᾶται. quod παράλογον dicit esse Stephanus. Ego quoque idem sentio.

Pag. 65. 7. πρὸς αὐτῇ σχεδὸν γεγονὼς τῇ Ῥώμῃ.] Non profecto Pyrrhus σχεδὸν ἐγένετο πρὸς αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ, sed potius Annibal.

Ibid. στρατηγοῦντος Κορνηλίου Τερτέλλου τοῦ καὶ τῶν ὑπάτων ἔχοντος ἀξίαν.] Iste Consul omni ram Fastorum Consularium, quam rerum Pyrrhi gestarum perito ignotus est.

Pag. 66. 52. Ἀστυάναξ ὁ Μιλήσιος παγκράτιον νικᾷ τὸ τρίτον.] Hujus Astyanactis mentio in Theocriteis Scholiis, Edyllio IV. sed apud Athenæum lib. X. vocatur Ἀστυδάμας. Ἀστυδάμας δὲ ὁ Μιλήσιος τρὶς Ὀλύμπια νικήσας κατὰ τὸ ἑξῆς παγκράτιον, &c. Theocritus, quod alii Astyanacti Milesio, id Ægoni attribuit; omnino vide quæ ille Scholiastes de Astyanacte dicit. Invenies idem convenire Astydamanti apud Athenæum.

Pag. 67. 1. Ῥωμαῖοι Μάρσοις.] Ad numerum A, ΨΕ invenies correctum: Ὀμβροὺς καὶ Πελίγνους παρεστήσαντο.

Ibid. 4. Ῥωμαῖοι Σαυνιτῶν Ἀράβων.] Fortasse Σαυνιτῶν, καὶ Καλαβρῶν.

Ibid. 15. δεύτερος μετὰ Ἀπίωνα Οὐαλέριος.] Hunc Apionem ignoramus. Οὐαλέριος autem is est Q. Valerius Falto.

Ibid 17. ἡνίκα καὶ Τοῦλλος ὕπατος.] Legendum Δοῦλλιος.

Ibid. 23. Γαλλαρίους καλοῦντες αὐτούς.] Hoc nuspiam legere memini. Nescio, an huc faciant ea, quæ ex Hieronymo protulimus ad numerum MDCXXV, de Gallis evirandis. Sed non videtur, & sane falsum est ullos homines in bello captos, & in servitutem redactos à Romanis Gallarios dictos fuisse. De Brutianis simile habes apud Gellium.

Ibid. 26. Μεθ' ὃν Ἀλκέτας, καὶ Κράτης.] Lege: Ἀρκέσιλας.

Pag. 69. 4. Τότε καὶ Ἀρχιμήδης γεωμέτρης τοῖς μηχανήμασιν ἀπώσατο.] Præter Plutarchum in Marcello, vide necessario Tzetzem Chilid. λε. ubi illud πᾶ βῶ, καὶ χαριστίωνι τὰν γᾶν κινήσω πᾶσαν, pauci assequuntur. Nam machina illa, qua naves in sublime raptas in profundum dejiciebat, dicebatur χαριστίων. Erat autem instar tollenonis, sive κηλωνείου. Hoc colligitur ex veteri inscriptione, quæ in schediis Fulvii Ursini reperta est. C. GÆSIUS. C. F. OUF. PP. PONDERARIUM. S. P. P. S. F. ET. CHARISTIONEM. ÆREUM. POS. STATERAM. ET. PONDERA. QUÆ. ANTEA. RESP. EMIT. PRO. QUIB. SILVESTER. PEC. SOLVI. JUSSIT. MENSUR. LIQUARIAS. ANTEA. POSITAS. A. CÆSIO. PRISCO. IN EODEM. CONTULIT. Instar stateræ, aut tollenonis fuisse tam ex hac inscriptione, quam ex ratione mechanica, perspicue constat. Sed Carystion qui- " dam docuit machinam ejusmodi, qua naves rape- " rentur; qua Samios vicerunt. Unde fortasse Καρυ- " στίων, non Χαριστίων vocanda fuerit hæc machina. " Vidi Scholia Aristophan. Σφηκῶν. 520. Basil. Et col- " lectanea Ὀλυμπ. ΠΔ. Δ. "

Pag. 71. 17. παρὰ Εὐχάλκου τοῦ Ἄραβα.] Legendum: παρὰ Μάλχου τοῦ Ἄραβα. Ioseph. lib. XIII. cap. IX. 391.

Ibid. 24. ἐξ ἧς διωχθεὶς εἰς πῦρ ἐναλλόμενος θνήσκει.] Josephus aliter XIII, 12. ὁ μὲν γὰρ Τρύφων ἐκ τῆς Δώρας φυγὼν εἰς Ἀπάμειαν, καὶ ληφθεὶς ἐν αὐτῇ πολιορκίᾳ, διεφθάρη βασιλεύσας ἔτη τρία. cui suffragatur Appianus interfectum ab Antiocho scribens. τῆς ὀρθωσιάδος meminit liber I Maccab. de eadem re loquens, cap. XV, 37.

Ibid. 34. Σίνδαν τινὰ στρατηγόν.] Josepho, Ἰνδάθην.

Pag. 73, 40. Ἰωσήπου ἐκ τοῦ ιδ λόγου τῆς ἀρχαιολογίας περὶ τοῦ Ἡρώδου ἀσημότητος.] Herodem non ἄσημον quidem recte dixeris, cujus pater, & avus magno apud reges & Romanos in honore fuerint, sed δημοτικὸν, plebejum & unum de populo, utpote in cujus majoribus nullus rex fuerit. Quare aliud est ἄσημον, aliud δημότην, aut δημοτικὸν esse, id est privatum. Hic enim δημότης opponitur τῷ βασιλεῖ. Nam & " Romæ multi εὐπατρίδαι erant ἄσημοι, quibus oppo- " nuntur nobiles etiam plebei. Vide vero Josephum " non negasse ipsum fuisse Judæum. Nihil enim illi objicit, nisi, quod, quum esset de familia privata, tamen ad regnum pervenerit, & eos, qui de familia regia erant, de regni possessione deturbarit. Quantum vero ventilaverit Eusebius Herodis genus, ut eum proselytum faceret, & ex eo defectum sceptri Iuda argueret, atque inde alia deduceret argumenta, quibus rationes suas fulciret, amplissime à nobis disputatum numero MDCCCCLXXXIII.

Pag. 74, 38. Ἡρώδης ἐπικλίσεις τὴν Γαβινίων, τὴν ποτε Σαμάρειαν, Σεβαστὴν αὐτὴν προσηγόρευσεν.] Qua-

Quare Cuthæi, sive Samaritæ Γαβίνιοι vocentur, di-„cere fortasse possem, nisi corruptus esset locus. Hæc „repetuntur à Cedreno, ut alia multa, *151.49*.

Ibid.42. ἦν Ὀλυμπιὰς ςπθ, ἥτις πρὸ ε Καλανδῶν Μαρτίων κατὰ Ἀντιοχεῖς κδ ἤχθη.] Subintelligendum, aut, quod verius, scribendum, ἔτει κδ ἔτει, vicesimo quarto anno Iuliano absoluto. Locus imprimis notabilis, jam temporibus Africani lustrum Iulianum vocatum fuisse Olympiadem, ut etiam vocatur ab Ausonio, quod quidem in libris de emend. Temp. ostendimus, & sane verum est, quod scribit Africanus, tum eum fuisse annum Antiochenum XXIV. Nam, ut toties in Canonibus Isagogicis, & in Canone Eusebiano monuimus, annus periodi Iulianæ 4666 est primus Antiochenus. Ergo 4689 est vigesimus quartus, cyclo Solis XIII, litera duplici FE. Itaque intercalatum fuit eo anno. Sed caveant studiosi, ne Olympiadem Iulianam cum Iphitea confundant apud Africanum, Ausonium, Socratem, & alios. Tamen videtur velle Africanus eo anno celebratam fuisse Olympiad. CLXXXIX. quod anno sequenti factum. Nam bisextum Iulianum antecedit primum annum Olympiadis mensibus sexdecim, aliquando XVII.

Ibid.43. δι' ἧς ἐπὶ τ ἰδίων ὅρων ἐσῃ ὁ ἐνιαυτός.] *Per quam [Olympiadem Iulianam] intra suos fines annus cogitur, & sistitur.* Nam dies intercalatitius, quod Bisextum dicitur, cohibet annum intra fines suos, ne in antecedentia vagetur, ut Ægyptiacus, Armeniacus, & Iezdegirdicus.

Pag.75. 22. Διαγεγόνασι δὲ ἀπὸ τ Ἀλεξάνδρου τ Φιλίππου τελευτῆς, ἥτις γέγονε κατὰ τὸ ροζ τῆς τῶν ὑπάτων ἀρχῆς.] A Consulatu primo Iunii Bruti, ad mortem Alexandri, fuisse annos CLXXVII, minus dicitur annis sex. Est enim intervallum annorum CLXXXIII. Sed de hoc prochronismo Eusebii suo loco diximus. Apud eum non sex, sed quinque annorum regifugium antiquius primo Consulatu Bruti.

Ibid. Ὀλυμπιάδες οε.] Ne hoc quidem sincerum est. A prima Olympiade, ad excessum Alexandri, fluxerunt Olympiades CXIII. quibus si accedant Olympiades LXXV absolutæ, erunt Olympiades CLXXXVIII præcise: hoc est anni DCCLII, qui desinunt in numero MDCCCCXCII, decimo nono anno Augusti, ipso IX, & M. Iunio Sillano Coss. Una Olympiade plus dictum. Tunc conveniet epochæ Augustorum Actiacæ. quod accidit propter eandem anticipationem Regifugii, ob quam nunc quinquennii, nunc quadriennii turbatio committitur in Canone Eusebiano, ubi de rebus Romanis agitur. Ab obitu igitur Alexandri, ad annum Augustorum, interjectæ sunt Olympiades LXXIV, non autem LXXV.

Ibid.22. μέχρι τ Αὐγούστου ἢ Ἀντωνίου βασιλείας.] Quomodo à regno Antonii, à cujus morte anni Augustorum Actiaci putantur?

Ibid.22. Ἀπὸ ἢ κτίσεως Ῥώμης, εἰς τὴν Αὐγούστου βασιλείαν ἔτη ψκ.] Recta ratio. nimirum ad primum annum Augustorum.

Ibid.26. Ἐπὶ τούτου ἢ Αὐγούστου ἀρχῆς ἡ τετάρτη λαμβάνει βασιλεία.] Hoc Fragmentum acceptum ferimus Cedreno, qui 150, 28 diserte hoc citat ex Eusebio. neque dubium, quin habeat à Georgio Syncello. Sed ejus codicem multis partibus ab antiquariis mutilatum fuisse animadvertimus. Erat quoque in Codice Nicephori Callisti. Extat & apud Suidam, præterito nomine Eusebii. Vise eum in Αὐγουστος. Hoc itaque fragmentum in duo membra sectum extat apud ipsum Cedrenum, & ad utrunque membrum Eusebius auctor citatur, ut dubitari non possit. Fabulæ additur apud Suidam: καὶ ἐξελθὼν ἐκ τοῦ μαντείου ὁ Αὔγουστος ἔστησεν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ βωμὸν, ἐν ᾧ ἐπέγραψε Ῥωμαϊκοῖς γράμμασιν, ὁ βωμὸς οὗτός ἐστι τοῦ πρωτογόνου Θεοῦ. Ita nunquam defuerunt homines otiosi, qui non solum nugas somniarent, sed etiam eas scriptis suis commendarent.

Ibid.32. ἄπιθι λοιπὸν ἐκ δόμων ἡμετέρων.] Simi-„le in oraculo, quod Thulæ regi Ægypti datum fuit: „ὠκέσι, θνητὲ, βάδιζε πρὶν βήλου διὰ νηῶν. „

Ibid. 37. τῇ ἢ ρπη Ὀλυμπιάδι ὁ Ἀντώνιος τὴν μὲν γαμετὴν ἀπολύει δίαιρα μετὰ τ τέκνων ἐξαγαγών, &c.] Atqui Olympiade CLXXXVIII ineunte inibat annus secundus à cæde Antonii, & secundus Augustorum. Vides ἀτοπίαν.

Ibid.43. τ γὰρ Αὐγούστου Καίσαρος ἔκγονον Κλαύδιον.] Imo Γάϊον, non Κλαύδιον, & tamen non est error librarii. Nam & ita vocat Sex. Aur. Rufus: & ex eo Iornandes. Vide quæ ad numerum MMXVI.

Ibid.47. οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἀπὸ τοῦ ιδ ἔτους ἀριθμοῦσι τοὺς Αὐγούστου χρόνους.] Alexandrini numerant annos Augustorum à Thoth anni XIV Augusti, Romani à Kal. sequentis Ianuarii. Alii sunt Augustei anni, alii Augustorum.

Ibid. 54. Τοῦ ἐν Παρθικῇ . . . .] Deest, αἰχμαλωτισθέντος.

Pag.76.4. Τιμήσεως γενομένης ἐν Ῥώμῃ, ἀπεγράφησαν Ῥωμαίων μυριάδες υιε καὶ δ.] Hunc numerum constanter retinet editio Hieronymi, numero MDCCCCLXXXIX. hoc est 4164000. Sed multum discrepat numerus apud Suidam conceptus voce Αὔγουστος, quum de hoc censu loqueretur. Αὔγουστος Καῖσαρ δόξαν αὐτῷ πάντας τοὺς οἰκήτορας Ῥωμαίων κατὰ πρόσωπον ἀριθμεῖ, βουλόμενος γνῶναι πόσον ἐστὶ πλῆθος. καὶ εὑρίσκονται οἱ τὴν Ῥώμην οἰκοῦντες υι μυριάδες, καὶ χίλιοι ιζ ἄνδρες. id est 4101017.

Ibid. 19. Καὶ καταστρέψας πόλεις Συρίας καὶ Παλαιστίνης ἀπέκτισεν.] Legendum ἀνέκτισεν, vel ἐπέκτισεν.

Ibid.21. Ιουδαίων γενεαλογίας ἐνέπρησεν.] Hoc commentum est posteriorum. neque Josephus hoc scripsit, & stultissimum est.

Ibid.22. ἀμαρτύρως ἑαυτῷ.] Legendum ἀμαρτύρως. Volens sine testibus & sibi & illis suam nobilitatem asseri. Nam ubi scriptum nullum ipsi objicere possent de sua nobilitate, non haberent, quo ipsius obscuritatem arguere possent. Sed, ut dixi, sunt anilia commenta.

Ibid. 28. ὁμοῦ συνάγεται ἀπὸ Ἀβραὰμ, ἐπὶ τὴν Χριστοῦ γέννησιν, ἔτη ͵ε ρ ιε] Ita Eusebius ab Adam, ad Christum, putat annos 5199. & quia annus primus Christi secundum Eusebium, est numero MMXVI: secundum Dionysium, numero MMXVII, ideo annus Christi Dionysianus, ab Adam secundum Eusebium erit 5201: secundum LXX seniores, 5501: secundum Panodorum Monachum veterem Ægyptium æqualem Isidori Pelusiotæ, ab Adam, ad annum primum Christi Dionysianum, 5490. Nam annus Christi CCCXXVI est Vicennaliorum Constantini: quem Panodorus ait esse 5816 ab Adam: de quibus deductis annis Christi Dionysianis CCCXXVI, superest intervallum ab Adam, ad annum primum Christi, 5490. Verba Panodori ex procœmio illius χρονογραφίας. Ἀναγκαῖον ἡγησάμην καὶ τὰ περὶ παραδόσεως, ἕως τ Ἐνὼχ α' στοὺς ἔτη πρῶτον ἑρμηνεῦσαι, εἶτα ἑξῆς ἐπὶ τὴν ἀπὸ Ἀδὰμ, ἕως τ εἰκοσαετηρίδος Κωνσταντίνου, στοιχειῶσαι ὁρμῆσαι;

ται, ἵνα διὰ τ τ κρατησάντων κατ' ἔθνος βασιλέων ὀνομασίας τ τ ε ωις ἐτῶν ἀπαραλείπτως συνείξας ἐπιδείξω, ἔτι δὲ καὶ ἐκ τ ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς γενεαλογουμένων ἀνδρῶν τ ἀπὸ Αδὰμ, ἕως ὃ πανευφήμου δευτέρου καὶ εἰκοστοῦ ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας καὶ Αἰγύπτου καὶ τ δύο Λιβύων εἰδωλοκτόνου Θεοφίλου τοὺς χρόνους συνάξας παραθήσομαι ἀριθμὸν ἐτῶν ε͵ϡδ, πρὸς τὸ μηδεμίαν ἀφορμὴν ἀντιθέσεως εὑρίσκειν ἐν τ θείαις ἡμῶν γραφαῖς τοὺς οἰησισόφους, αἱρεσιάρχας τε καὶ ἐθνικούς. ὅτι οἱ μὲν ἐθνικοὶ οἰησίσοφοι ἐνόμισαν πολλῶν μυριάδων ἐτῶν εἶναι τ κόσμον. οἱ δὲ αἱρεσιάρχαι τὸ ἀνάπαλιν, τ Χριστὸν τ χρόνων δημιουργὸν ὑπὸ χρόνον ὁμολογοῦσι, λέγοντες, ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν. ἀλλ' οὗτοι πάντες οἰχέσθωσαν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ἀκούσωντες, Ἑταῖρε πῶς ἦλθες ὧδε μὴ ἔχων ἔνδυμα γάμου. Sed quum ab Adam, ad annum Christi vulgarem, collegerimus annos tantum 5490. Georgius tamen tres amplius addit, 5493. Πανόδωρος δέ τις τῶν κατ' Αἴγυπτον εἷς μοναχὸς ἱστορικὸς οὐκ ἄπειρος χρονικῆς ἀκριβείας ἐν τοῖς χρόνοις ἀκμάσας Ἀρκαδίου βασιλέως καὶ Θεοφίλου Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου ἀλήθειαν ἀσπασάμενος ἐν πολλοῖς ζ διήμαρτεν ἔτεσιν ἐλθὼν ἐς τὴν σωτήριον σάρκωσιν, τῷ ε͵υϙγ ἔτει ταύτην συλλογισάμενος. ἡ δὲ αἰτία ὃ σφάλματος αὐτῷ γέγονεν οὕτως. ἀπὸ γὰρ τὸ ᾱ ἔτος Φιλίππου ὃ Ἀριδαίου ὃ μετὰ Ἀλέξανδρον Μακεδόνα βασιλεύσαντος Μακεδόνων ᾱ, καθ' ὃ ἔτος καὶ ὁ Κλαύδιος Πτολεμαῖος τὴν τ προχείρων κανόνων ψηφοφορίαν ἐπῆξατο. (insigne delirium, Ptolemæum astrologum, qui sub Antonino Pio scripserit, æqualem Philippo Aridæo facere) Postea: Πανόδωρος δὲ τῇ μαθηματικῇ ἐξακολουθῶν ἐκδόσει τὴν μὲν ἀρχὴν τ Αὐγούστου βασιλείας τῷ ε͵υνα ἔτει ὃ κόσμου ἱστορήσας, τὸ δὲ τέλος τῷ ε͵φϛ, τὴν ᾗ σωτήριον γέννεσιν τῷ ε͵υϙγ, οὐ καλῶς διανοησάμενος. Idem alibi clarius hæc proponit. Respondet enim propositioni Panodori de anno ab Augusto emendato. Verba Panodori: κβ ἔτος ἦν Αὐγούστου, διὰ τὸ τοὺς πολλοὺς κατὰ τὸ ις ἔτος τ Αὐγούστου βασιλείας τὴν Ἀλεξανδρείας ἅλωσιν ἱστορεῖν, καὶ ταύτου τοὺς χρόνους βασιλείας ἐντεῦθεν λογίζεσθαι, μεθ' ἣν ἀρξαμένην τὴν τετραετηρικὴν ἡμέραν καὶ μέχρι ὃ νῦν οὕτω καθ' Ἕλληνας, ἤτοι Ἀλεξανδρεῖς, ψηφίζεσθαι τοὺς ἀστρονομικοὺς κανόνας ἐν τ ἐκλείψεσι τ δύο φωστήρων, καὶ ταῖς καθ' ἕκαστον μῆνα συνόδοις πανσελήνοις, τ τε πλανωμένων ἀστέρων, καὶ τ λοιπῶν ἀπλανῶν τὰς ἐποχὰς οὕτω λαμβάνεσθαι. Verum sane, quod ait Panodorus, XXII Augusti annum fuisse epochæ quidem Alexandriæ sive Actiacæ, quos vocant annos Augustorum, XXXVI autem à cæde Cæsaris, quo tempore edicto Augusti tribus bisextis omissis, usque ad XLIX annum Iulianum, ratio anni Solaris in integrum restituta est. Subjicit igitur his Georgius: Καὶ οὕτω μὲν ὁ Πανόδωρος συμφωνῆσαι σπουδάζων τοῖς ἔξω σοφοῖς περὶ τὴν σφαιρικὴν κίνησιν ἔτεσιν ζ διήμαρτε ὃ ἐφ' ἔτους, ε͵υϙγ, ἀντὶ ε͵φ, στοιχειώσας, καίπερ ἐν ἄλλοις εὐδοκιμήσας παρὰ πολλοῖς. Certe quæ supra à nobis discussa sunt, vincunt Panodorum ab Adam, ad vicennalia Constantini, 5816 tantum annos potuisse: quæ quum celebrata sint anno CCCXXVI Christi Dionysiano, illis deductis de 5816, supersunt anni ab Adam, ad annum Christi Dionysianum, 5490, non 5493, ut voluit Georgius. Secundum hæc enim Constantini Magni imperium consurgeret ex anno Christi CCCIV, mortuus fuerit anno CCCXXXIV, non CCCXXXVII, ut fides historiæ exigit. Itaque hic mire hallucinatur Georgius.

Ibid. συνάγεται ἔτη β͵ιε.] Eusebius Christum natum scribit anno à natali Abraham 2016, ab Adam 5200. hoc est, secundum Eusebium, ab Adam, ad natalem Messiæ, anni 5199 absoluti. ut idem in " Cerei Paschalis indicato quotannis notari solet. " Quæ plane Martyrologium Romanum sequitur. *Anno à creatione Mundi, quando in principio creavit Deus cælum & terram, quinquies millesimo centesimo nonagesimo nono*, &c. Ibi Commentarius: *Ita antiquæ Tabulæ Ecclesiarum secundum supputationem septuaginta duorum interpretum ex Eusebii Chronico*, &c. Ex Eusebii quidem Chronico verum est, sed ex septuaginta duorum interpretum rationibus, falsissimum, secundum quos annus Eusebianus 5200 est 5500: annus Christi Dionysianus secundum Eusebianam rationem ab Adam est 5201, secundum Septuaginta 5501. In Martyrologio hic error est, quod qui est Eusebio 5200, is est annus, qui antecessit Dionysianum. alter in Commentario longe absurdior, quum iste annorum epilogismus attribuatur Septuaginta interpretibus, qui est Eusebii, & quidem trecentis annis major Eusebiano. Tamen auctor Commentarii pro Septuaginta pugnat armatus. Sed opus est libro non mediocri ad confutandam illam de Christi natali Diatribam, & insignes auctoris hallucinationes.

Ibid. 35. τῷ δὲ Αυπανία τὴν Ἰδουμαίαν.] Hoc " Eusebii commentum confutavimus, ad numerum " MMXXI.

Ibid. 40. Τιβέριος Δρούσου τῆς ἀρχῆς κοινωνὸν προσλαβόμενος κατὰ μικρὸν ὡς φαρμακὸν ἀνεῖλεν.] Et puero patet legendum, κατὰ μικρὸν φαρμάκῳ ἀνεῖλεν, ex Latinis Hieronymi, & ex historia. Ideo ita emendare veriti non sumus.

Pag. 77. 1. ΙΗΣΟΥΣ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς ὃ θεοῦ.] De tempore passionis Dominicæ Georgius: ἔτη δὲ τὰ πάντα ἐξ Ἀδὰμ (μέχρι τῆς ἀναστάσεως) ε͵φλγ. κατὰ δὲ Εὐσέβιον ε͵σλβ. ὅπερ ἀλλότριον πάντη τ ἀποστολικῆς παραδόσεως. ὃ καὶ ἐκ παραλογισμοῦ πιστὸς πέπονθεν πρὸς τοῖς ρλ ὃ Καϊνὰν ἔτεσι, κατὰ τῶν ἐν τοῖς Κριταῖς ἀλλοφύλων ἔτη ϛια παραλείψας, τότε τῆς ἀναρχίας, καὶ εἰρήνης ἔτη μ, καὶ ἔτι τὰ Δαρείου ὃ Ἀσυάγους ἔτη ια. Item: ὅτι μὲν ε͵φλα ἔτη, οὐχὶ δὲ ε͵φλγ ὁ Ἀφρικανὸς λέγων, δύο σφάλλεται ἔτη κατὰ τὴν ἀψευδῆ τῶν εὐαγγελίων ὑφήγησιν. His consentanea sunt illa: ὁ μὲν οὖν Ἀφρικανὸς συμφώνως τῇ ἀποστολικῇ παραδόσει τῷ ε͵φ εἰς τὴν θείαν χρονολογήσας σάρκωσιν, περὶ τὸ πάθος καὶ τὴν σωτήριον ἀνάστασιν δυσὶν ἔτεσι διήμαρτεν, κατὰ τὰ ε͵φλα ἔτη ὃ κόσμου ταύτην συναγαγών. Sed caussam hujus sententiæ Africani reddidimus in Notis ad Canonem, ubi ostendimus, quomodo alii eodem anno, quo baptisatus fuit, passum fuisse dicunt, alii anno sequente propter δύο ἔτη, τὸ μὲν δεκτὸν, τὸ δὲ ἀντιλεγόμενον. quæ frivola & puerilia alibi confutavimus.

Ibid. 32. ΑΦΡΙΚΑΝΟΥ, καὶ μεθ' ἕτερα.] Hæc etiam disputatio de septuaginta Hebdomadibus, & de octaëteride Lunari reperitur in libris ἀποδείξ. ejusdem Eusebii, quæ ad verbum Hieronymus vertit Commentario in Danielem. Quæ autem hic demonstrantur, (si modo hoc demonstrare est) de mensibus, & annis Luna-

Lunaribus, jamdudum à nobis diluta sunt. Reliqua melius explodere, quam confutare possumus. Neque enim ego ea assequor. neque is, qui hæc somniabat, intelligebat. Et quidem Africanus non hæc ita scripsit. quod ex ejus verbis apud Euseb. L III. ἀποδείξ. pag. 242, 243. perspicue colligi potest. Tribus autem verbis mens Africani aperietur, illi CCCCLXXV anni Juliani sunt Cycli Lunares præcisi XXV. & quia in cyclo Lunari septies intercalatur, septies viginti quinque menses Lunares intercalati vi fiunt CLXXV, qui fiunt anni Arabici XIV, menses VII. Ergo CCCCLXXV anni Juliani, hoc est Cycli Lunares XXV, fiunt anni totidem Arabici, & præterea XIV, cum VII mensibus. Summa, anni Arabici CCCCLXXXIX, menses VII. hoc est anni Arabici CCCCXC, minus V mensibus. quod volebat Africanus, qui LXX Hebdomadas Danielis vult esse CCCCXC annos Arabicos. Sed hunc manifestum errorem „ & puerile commentum jamdudum in lib. de Emend. Temp. confutavimus. Mira vero discrepantia disputationis hujus cum ea, quę est apud Euseb. in lib. ἀποδείξ. quanquam idem sit argumentum. Omnino hæc, ut hic extant, nemo assequitur.

Pag. 78. 10. ἀφ' οὗ χρόνου ἐπὶ Ὀλυμπιάδα σν.] Olympias CCL incipit numero MMCCXXXVII, Grato, & Seleuco Coss. quo anno τὸ ἰσοχρονικὸν suum terminavit Africanus, ut alibi demonstratur ex ipso Africano, & Photio.

Ibid. 29. ὅτος καὶ τὸν Ἰούλιον Κάνον.] Lege Ἰοῦλον Κάνιον. ut Iulus sit prænomen. Ita etiam vocatur Senecæ de Tranquill. cap. XIV, quem adi ad hujus historiæ illustrationem.

Ibid. 30. Λέγεται τινὶ τῶν ἑταίρων Ἀντιόχῳ.] Eum designat Seneca, nomine præterito. *Prosequebatur illum Philosophus suus.*

Ibid. 39. Ἀγρίππας Ἡρώδου παῖς.] Error plusquam puerilis. Sic alibi: Ἡρώδης ἀδελφὸς αὐτοῦ [Ἀρχελάου] ἔτη κδ. Ἀγρίππας ὁ σκωληκόβρωτος ἔτη ζ. &c. Agrippa iste erat filius Mariammes, & Aristobuli filii Herodis magni ab ipso patre Herode interfecti. At Herodes Antipas hujus Agrippæ patruus erat. Latina Hieronymi tollunt omne dubium, in quibus legitur, *Agrippa Herodis filius.* Hoc etiam confirmatur illis: Ἡρώδης δὲ ὁ τούτου πατὴρ ἐν Λουγδούνῳ τῆς Γαλλίας ἐξορισθείς. ut dubium non sit, quin Herodem Antipan intellexerit fuisse patrem Agrippę ex eo, quod successerit Herodi. Certe mira est ἀλογιστία, vel potius non mira in Eusebio.

Ibid. 48. ὁ δὲ αὐτὸς μετὰ τὸν ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίας.] Hieronymus videtur legisse μετὰ τὴν ἐν Ἀντιοχ. ἐκκλησίαν.

„ Ibid. 49. Πέτρος τὴν πρώτην Καθολικὴν ἐπιστολὴν ἀπὸ Ῥώμης ἀπέστειλεν.] Ex illis solis verbis, „ ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτὴ, vetu„ stissimi Christianorum scriptores colligebant Pe„ trum fuisse Romæ, quod Babylonis nomine Roma „ intelligitur in Apocalypsi. Sed hanc falsam inter„ pretationem confutavimus lib. III. Canonum ad „ epocham XII. Et certe nullo alio argumento illam „ profectionem Petri muniunt, quam hoc Epistolæ ejus „ testimonio. Vetustissimus error est, cujusmodi ille „ de Christo intra eundem annum baptisato, & cru„ cifixo.

Pag. 79, 3. Ἀγρίππας, ὁ καὶ Ἡρώδης.] Vocabatur quidem Ἀγρίππας Ἡρώδης, ut ex Actis Apostolicis constat. Sed puerile est huic XXVI annos attribuere, qui competunt minori. Eusebii, an Georgii, παρεγχάρημα dicam, nescio. Sed librariorum potius.

Ibid. 11. ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις ἐφάνη τὸ ὄρνεον ὁ φοῖνιξ.] Sex. Aur. Victor Andreæ Schotti in Claudio: *Hujus anno sexto, quum quatuordecim regnarit, octingentesimus urbis mire celebratus, visusque apud Aegyptum Phœnix, quam volucrem ferunt anno quinquagesimo* [quingentesimo] *ex Arabis memoratos locos advolare.* Idem Sex. Aurel. Victor vulgaris. Plinius negat sub Claudio Principe visum, libro X, cap. II. *Allatus est & in urbem Claudii Principis censura, anno urbis* MDCCC, *& in Comitio propositus, quod actis testatum est, sed quæ falsa esse nemo dubitarit.* Solinus fucus Plinii non dubitat verum esse. Sed idem, *Cornelius*, inquit, *Valerianus Phœnicem devolasse in Aegyptum tradit Q. Plautio, Sex. Papinio Coss.* & Dio: Σέξτου δὲ δὴ Παπινίου μετὰ Κοΐντου Πλαυτίου ὑπατευόντων, &c. εἰ δέ τι καὶ τὰ Αἰγύπτια πρὸς τοὺς Ῥωμαίους προσήκει, ὁ φοῖνιξ ἐκείνῳ τῷ ἔτει ὤφθη. Καὶ ἔδοξε πάντα ταῦτα τὸν θάνατον τῷ Τιβερίῳ προσημαίνειν. Horum Consulum annus congruit numero MMLII. Sed Corn. Tacitus Annali sexto confert in magistratum Pauli Fabii, & L. Vitellii Consulum, numero MML.

Ibid. 12. περὶ χνζ ἐτῶν φανεὶς, ὡς Δέξιππος συμφωνεῖ.] Plinius triennio amplius ex verbis Manilii Senatoris, ut ipse ait, eruditissimi, *sacrum in Arabia Soli esse, vivere annis* DCLX. postea: *cum hujus alitis vita magni conversionem anni fieri prodit idem Manilius, iterumque significationes tempestatum & siderum easdem reverti. Hoc autem circa meridiem incipere, quo die signum Arietis Sol intraverit.* Sane circuitus magni anni, quam μεγάλην ἀποκατάστασιν κυνικὴν vocabant Ægyptii, conficitur intervallo annorum Ægyptiacorum MCCCCLXI, quem scilicet Thoth ad eandem diem Julianam revertitur. *Pomponius Mela quingentorum annorum ævo perpetuam durare.* „ Martialis *decem sæcula*, id est annos M. „

Ibid. περὶ χνζ.] Aliter apud Solinum auctorem levissimum, *Probatum est quadraginta & quingentis eum durare annis*, &c. *cum hujus vita magni anni fieri conversionem rata fides est inter auctores: quamvis plurimi eorum magnum annum non quingentis & quadraginta, sed duodecim millibus nongentis quinquaginta quatuor annis constare dicant.* Ælianus de Animal. lib. VI. cap. LVIII. quingentos annos tantum vivere. Quod autem hic dicitur DCLVII annis antea visum, si refertur ad Consulatum Q. Plautii, ac Sex. Papinii, id acciderit anno Nabonassari CXXIV, aut CXXV, circiter numerum MCCCXCV, anno ab urbe condita CXXXI. Quod non convenit iis, quæ Plinius dicit, visum P. Licinio, M. Cornelio Coss. Tria paria consulum his nominibus, sed diversis prænominibus, extant in Fastis, quæ tamen longe infra illum numerum annorum ab urbe condita sunt. Sed ut futilis fuit de illa alite credulitas, ita futilior fuerit ejus historiæ investigatio. Noluimus tamen deesse proposito nostro, ne queruli habeant, quod objicere possint.

Ibid. 32. Ἀλβῖνον Κέστιος Φλῶρος.] Cestium, qui Josepho & Tacito Gessius est, vocat Eusebius. Caussam ejus hallucinationis reddidimus ad numerum MMLXXXIV.

Pag. 66. I. Τίτος ἐν δυσὶν ἔτεσιν παραλαβὼν „ τὴν Ἱερουσαλήμ.] Hallucinatio confundit tempus „ belli, quod administravit Titus, cum tempore ob„ sessionis & oppugnationis Ierosolymorum. Nam is „ annus erat quidem secundus imperii Vespasiani, & „ proinde ducatus Titi, sed Ierosolyma quatuor men„ sibus oppugnata duntaxat sunt. Quare errat. „

Pag. 80. 10. κράζοντες, οὐκ ἔχομεν βασιλέα, εἰ μὴ Καίσαρα, καὶ Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ

τέκνα

τέκνα ἡμῶν.] Hunc locum tangit Hieronymus Comment. in Danielem, cap. IX: *Quicquid enim in templo postea factum est, non fuit sacrificium Dei, sed cultus Diaboli, cunctis in commune clamantibus*, SANGUIS EIUS SUPER NOS, ET SUPER FILIOS NOSTROS, *& hoc:* NON HABEMUS REGEM, NISI CÆSAREM. *Quem locum in Chronica Eusebii, quam ante annos plurimos in Latinam linguam vertimus, diligens lector plenius edissertum poterit invenire.* Ex quibus constat & priorem hunc librum quoque ab Hieronymo conversum fuisse. Hoc autem longum fragmentum debemus Cedreno, *179, 29.* quod quum ex Georgio in illam farraginem traductum sit, tamen in Georgio non extat, ut multa alia à breviatoribus amputata.

Ibid. *28.* Ἀγρίππας ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ μικρὸς λεγόμενος, ἔτη κγ.] Quare hic XXIII tantum annos isti attribuit, in Canone vero XXVI? Deinde centum tantum annos colligit ab initio Herodis, ad excidium Ierosolymorum. Si ab eo tempore, quo rex à Senatu declaratus est, minus dicit IX annis: si ab expugnatis Ierosolymis, minus VI. Sed quod regnum Herodiadarum centum duntaxat annorum definiat, jamdudum hunc errorem castigavimus. Terminat enim excidio Ierosolymorum, quum XXX annis ultra exitium Iudæorum Agrippa minor regnarit. Ab anno igitur, quo Herodes rex à Senatu declaratus est, ad excessum Agrippæ minoris, intervallum est annorum CXXXVIII.

Ibid. *31.* Τίτος θεὸς ἀνηγορεύθη δευτέρῳ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἔτει] Anilia, delira, ridicula, ex verbis Eusebii depravata, qui ita scripserat: Τίτος δευτέρῳ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἔτει θνήσκει θεηλάτως, ὡς δὲ Ἕλληνες ἱστοροῦσι φαρμάκῳ Δομετιανὸς αὐτὸν ἀνεῖλεν ὁ ἀδελφὸς ἐρῶν τῆς μοναρχίας. Τῆς συγκλήτου πρεσβευσαμένης, ὥς τινες, Τίτος θεὸς ἀνηγορεύθη.

Ibid. *39.* Σεβαστὴν ἀνηγόρευσε τὴν ἰδίαν ἀδελφήν.] Perperam. legendum γυναῖκα ex Hieronymo.

Pag. *81. 43.* ἁλόντων Ἱεροσολύμων τὸ ἔσχατον, ὡς μήτε λίθον ἐπὶ λίθον ἀφεθῆναι κατὰ τὴν θείαν φάσιν] Imo hoc prorsus est κατὰ τῆς θείας φάσεως. Dominus enim Iesus Christus de excidio Ierosolymorum sub Tito loquebatur, quæ quum solo tunc æquata fuerint, superinducto etiam aratro, finem tunc cœpit Domini vaticinium. Itaque quæ semel solo æquata fuerunt, quomodo iterum solo æquari potuerunt, quæ nulla erant? Abunde hoc delirium alibi castigavimus.

Pag. *83. 12.* Δίδιος διὰ τὸ χρήματι τὴν βασιλείαν ὠνήσασθαι] Hæc sunt à Georgio, non ab Eusebio. Eadem habet Chronicon Casaubon.

Pag *84. 7.* Ἱππόλυτος ἱερὸς φιλόσοφος ἐπίσκοπος Πόρτου.] Nicephorus quoque Callistus Portuensem Episcopum vocat. Sed Episcopus Portuensis alius videtur ab hoc. hic autem est is, cujus marmorea statua solio insidens ex agro Verano effossa in Bibliothecam Vaticanam translata est. Neque dubito falli, qui eundem cum Portuensi faciunt. oportet enim hunc Tiburis episcopum fuisse, quum ager Veranus viæ Tiburtinæ adjaceat. Prudentium hallucinatum fuisse de aliis Hippolytis jam indicatum ab aliis. Sed ipsi non animadverterunt Hippolytum, cujus statua effossa est, quique ἑκκαιδεκαετηρίδα Paschalem construxit, nullo modo posse eum esse, qui Portuensis Episcopus fuit. Sola ἑκκαιδεκαετηρὶς in solio ejus incisa conjecturæ locum fecit, eum esse Hippolytum, cujus Eusebius, & post eum, Hieronymus, meminere. Nam nomen solio inscriptum non est. Ejus ἑκκαιδεκαετηρίδα interpretati sumus, quæ tam antea negligebatur, quam ignorabatur.

Ibid. *15.* Ἀφρικανὸς τὴν ἐννεάβιβλον.] Alius est à Iulio Africano Chronologo. Hoc alibi à nobis demonstratum.

Ibid. *22.* Θεμιστοκλῆς φιλόσοφος ἤκμαζεν.] Et quidem eodem tempore. Θεμιστοκλῆς ὁ σοφιστὴς ἤκμαζεν. Vide Eunapium in Iuliano. Puto eundem esse. Sed de Pythio nugæ. Tunc enim silebat oraculum jam à temporibus Punicis.

Pag. *85. 11.* ἐν Ἀβύρτῳ τῷ λεγομένῳ φόρῳ Θεμβρωνίῳ.] Auctor historiæ miscellæ hæc ita vertit: *Apud Abritum, qui locus Foroterebronii dicitur.*

Pag. *87.* ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ ΧΡΟΝΙΚΟΣ ΚΑΝΩΝ.] Non opus est repetere quæ de hac posteriore patre Eusebianorum Chronicorum disputavimus tam initio Notarum in Canonem Latinum Eusebii, quam hujus libri. Nos eodem modo Canonem digessimus, ad exemplum Latini Hieronymiani. In margine sinisteriore sunt decades annorum Abraham, & Olympiades. Sequuntur fila regnorum: postremo χωρίον ἱστορικόν. quæ omnia, ut in Latino Canone, ita in hoc Græco, observata sunt, quantum per reliquiarum Græcarum paucitatem nobis licuit. Non enim omnia nancisci potuimus, ideoque neque totum Canonem Græce damus. Accesserunt Consules, quod putidum scribarum fastidium hinc expunxit. Quod enim Eusebius Consules adhibuerit, ita à nobis probatum est, ut nemini dubium esse possit. Unum excipimus: quod non damus Consules eo ordine, quo Eusebius posuerat: sed quomodo digerendi sunt. Eusebius enim integra Olympiade consulatum primum Iunii Bruti anticipavit. Inde fœdissimi ἀναχρονισμοὶ in Fastis Cassiodori, qui Eusebium sequutus est, & in Chronico Mariani, qui Cassiodori vestigiis insistit, cujus temporibus nulli Consules in Chronico Eusebii comparebant, quum in vetustissimo Codice, Cl. V. Jac. Bongarsii, qui ante DCCCCLXXVII annos scriptus est, nulli supersint. Itaq; vetustissimæ res sunt, omissio Consulum, & neglectus prioris partis Latinæ horum Chronicorum. Sciant autem benevoli lectores, me nihil hic posuisse, quod non scriptum invenerim: multa esse, quæ sine integriore codice divinari non possunt, ut *Aeginetæ mare obtinent*, Αἰγινῆται θαλασσοκρατοῦσι, etiam si non invenissem scriptum, poteram tamen iisdem verbis, quibus ab Eusebio conceptum fuit, divinare. Verum hoc nobis noluimus licere, ut nihil, nisi quod scriptum reperiimus, proponeremus.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.] Ita enim vocat Georgius: ὡσαύτως Εὐσέβιος ἐν τῷ προοιμίῳ τοῦ Κανόνος ὧδέ πως γράφων συμμαρτυρεῖ. Μωϋσέα γένος, &c. Itaque totum hoc principium Procemii à Georgio habemus. Hæc sunt quæ in priorem, & posteriorem partem Chronicorum Eusebii dici à nobis potuerunt. Multa aliis relinquimus, & quidem maximum spicilegium post messem, imo messe majus.

ADDENDA NOTIS
IN GRÆCA EUSEBIANA.

Hæc omnia fragmenta omni laude majora superioribus diebus, jam absoluto Canone Græco Eusebiano, à præstantissimo, summæque eruditionis viro Isaac. Casaubono accepimus, ut hoc eximio beneficio etiam privatim de nobis bene mereret, qui de omnibus publice mereri non cessat: si tamen privatum benefactum vocandum est, quod non solum in nos, sed etiam in omnes literarum studiosos, atque adeo in literas ipsas, collatum est. Quanta jactura fuerit illis carere, non judicabit, nisi is, qui quanta utilitas sit illis frui, intelliget. Vere Eusebiana esse, etiam si nomen Eusebii Eclogarius in quibusdam non interjecisset, non difficile fuit illi colligere, qui aliquem usum Eusebianorum scriptorum habet.

Pag. 19. περὶ τ̃ Σικυῶνος βασιλέων.] Hinc patet quis fuerit dispositus hujus libri. Primum singuli singulorum regnorum reges & Dynastiæ apponebantur secundum tempus originum & initiorum monarchiarum. Subjiciebantur deinde ὁμάδες χρόνων, in quibus, ut alibi diximus, non omnes unius Dynastiæ principes, sed aliquot ex omnibus Dynastiis in unum sæculum „ conjiciebantur. Itaq; quum in his Excerptis, legatur „ non semel, ὡς κτ̀ καιρὸν ἐπιδείξομεν, manifesto „ rejicit lectorem ad ea, quæ καθ' ὁμάδα collecta & „ demonstrationibus firmata sunt. Hos autem reges ab Africano Eusebius, Africanus à Castore accepit, qui, ut Ausonius testis est, Chronologiam regum omnium ediderat: cujus exemplo Tranquillus idem fece„ rat, ejusque opus versibus complexus fuerat Paulinus Burdigalensis, qui postea Episcopus Nolanus fuit. Qui autem sacerdotes Cranii Apollinis hic apponuntur, & ab Hieronymo omissi sunt, iidem & in barbarolatinis excerptis extant, ubi quæ depravate leguntur, hinc emendari possunt.

„ Τέταρτος Πελοψ.] Mire hæc vitiata sunt. legen„ dum: Τέταρτος Απις ἔτη κε. ὑφ' οὗ Απία ἡ Πελοπόν„ νησος ἐκλήθη.

Pag. 24. περὶ τ̃ Αργείων βασιλέων.] Et hoc quoque à Castore Africanus, & ab eo Eusebius.

Ibid. πρῶτος παρ' Αθηναίοις μνημονεύεται Ωγυγος.] Multa hujus περιοχῆς ἀποσπασμάτια invenies in centonibus Cedreni.

Pag. 28. εἰκοστὸς ἕκτος Αρίφρων Φερεκλέους, ἐφ' οὗ ἡ Ασσυρίων ἀρχὴ κατελύθη, &c.] Eadem verba extant & in Canone. Sed ut Sardanapali exitium contigerit sub Ariphrone, non potuit accidere, nisi expunctis quatuor regibus Assyriorum: ut suo loco ostensum est.

Ibid. εἰκοστὸς ἕνατος Αισχύλος Αγαμήστορος, ἐφ' οὗ ἔτει δωδεκάτῳ πρώτη Ολυμπιὰς ἤχθη.] Ex β factum ιβ. Nam β non ιβ ἔτει Αισχύλου prima Olympias „ acta secundum Castorem. Quare expungenda nota „ denarii numeri.

Ibid. ἔδοξεν αἱρεῖσθαι ἄρχοντα κατ' ἐνιαυτόν.] De Creonte primo annuo Athenienfium Prætore omissum ab Hieronymo, & multa alia, quæ sine dubio Eusebius notarat. Hoc non aliunde accidisse puto, quam ex nimia festinatione, per quam dictante Hieronymo, omnia notario assequi non licuit.

Ibid. ὅμως δὲ ὁ Πορφύριος ἐν τῷ πρώτῳ τ̃ φιλοσόφου ἱστορίας.] Hujus quoque operis meminerunt Ex„ cerpta barbarolatina. à Suida id opus vocatur φιλολόγου ἱστορίας βιβλία ε.

Pag. 29. ὀλίγα δ' ἀναγκαῖον περὶ τ̃ ἀγῶνος εἰπεῖν.] Vide fragmentum Phlegontis editum à Xylandro, ex quo & multa huc ab Africano traducta. Sunt enim hi σταδιονῖκαι ad verbum ex Africano, quod quidem constat ex ultima Olympiade, quæ est ducentesima quadragesima nona, in cujus annum primum incidit consulatus Grati & Seleuci, anno ultimo Elagabali, quo Africanus opus suum Chronologicum terminavit, ut ex ejus, & præterea Photii verbis, alibi ostendimus. Neque vero mirum hic Africani nomen ab Eusebio reticeri, quum omnia Eusebii χρονολογούμενα non aliunde, quam ab Africano, sine ulla verborum immutatione, desumpta sint, cujus nunquam Eusebius meminit, nisi quum ab eo diserte se dissentire profitetur.

Ibid. Ελλήνων Ολυμπιάδες, ἀπὸ τῆς πρώτης, ἐπὶ τὴν σμζ.] Atqui hic duæ amplius sunt, σμθ. Sed Deum immortalem, quanti refert hos σταδιονίκας non periisse. Omnis enim memoria rerum Græcarum horum titulis continetur: ita ut ignorata Olympiade τ̃ σταδιονίκου nomen superstes, neque Olympiadem, neq; tempus rei gestæ perire patiatur. Nam non raro Pausanias, non quota est Olympias, sed quam quidam vicit, notare solet. τρίτῳ ἔτει τ̃ Ολυμπιάδος, ἣν ὁ δεῖνα ἐνίκησε. „ Timæus. v. scripsit, Ολυμπιονίκας, ἢ χρονικὰ πρα„ ξίδια. Neque vero quis miretur tanti Olympioni„ cas à Græcis fieri, ut ab eis, ut Romæ à Consulibus „ temporum ratio in Fastis notaretur. Cicero enim in „ oratione pro Flacco ait, Olympia vicisse apud Græ„ cos prope majus & gloriosius fuisse, quam Romæ „ triumphasse.

Ibid. καθ' ἣν Ρωμαίων ἐβασίλευσεν Αντωνῖνος υἱὸς Σεβήρου.] Verum sane, Antoninum Caracallam Olympiade CCXLVII imperasse. Ejus enim initium incurrit annum III illius Olympiadis. Sed est mira hallucinatio, quam in Eusebio non mirabitur, qui ejus alias & crassiores, & majoris momenti meminerit. Nam Africanus, à quo totidem verbis horum σταδιονικῶν fastos hausit, dicit se desivisse in CCXLIX Olympiade, sub Antonino. Sed ille Antoninus est Elagabalus, non Caracalla. Quare quod pro Antonino Elagabalo Antoninum Caracallam acceperit, propterea eam Olympiadem putavit esse ultimam horum Fastorum, in qua imperabat Caracalla, quæ profecto est CCXLVII Olympias. Postea oblitus sui non CCXLVII, sed CCXLIX posuit. Ubi duplex hallucinatio; prior, quod pro Antonino Elagabalo Antoninum Caracallam acceperit: altera, quod professus se in CCXLVII Olympiade desinere, in qua imperabat Caracalla, ad CCXLIX usque Olympiadem seriem extenderit, in qua imperabat Elagabalus: quia eo usque progressus est is, unde acceperit, Africanus, cujus nomen reticendo putavit se furtum occultare posse. Mira est ἀλογιστία. Sed quot ejusmodi in Canone animadvertere licet?

Ibid. Πέμπτη. Αισχίνης Ηλεῖος.] Αισχίνην Ηλεῖον alium agnoscit Pausanias πένταθλον, non σταδιοδρόμον.

Ibid. ἕκτη Οἰβώλας.] Pausaniæ Οἰβώτας. Ita lege.

Ibid. ἑβδόμη. Διοκλῆς.] Aliis Δαϊκλῆς.

Ibid. ἐννάτη Ξενοκλῆς.] Aliis Ξενόδικος. Pausaniæ Ξενόδοκος.

Ibid.

Ibid. Τεσσαρεσκαιδεκάτη. προσετέθη ὁ δίαυλον.] Legendum δίαυλος. Porro aliis dicitur Δάσμων, qui hic Δέσμων.

Ibid. καὶ ἐνίκα Ὑπήνος Ἠλεῖος.] Pausanias: Ὀλυμπιάδι δὲ ὕστερον τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ προσετέθη σφίσι δίαυλος. Ὑπήνος δὲ ἀνὴρ Πισαῖος ἀνείλετο ἐπὶ τῷ διαύλῳ τὸν κότινον.

Ibid. Πεντεκαιδεκάτη. καὶ γυμνοὶ ἔδραμον.] Idem Eustathius 1324, 24. quanquam paulo aliter.

Ibid. Ἀκανθος Λάκων.] Pausanias ibid.

Ibid. Ὀκτωκαιδεκάτη. προσετέθη πάλη. καὶ ἐνίκα Εὐρύβατος.] Pausanias ibid.

Ibid. Λαμπίας Λάκων.] Λάμπις, non Λαμπίας Pausaniæ.

Ibid. εἰκοστὴ τρίτη. Ὀνόμαστος Σμυρναῖος.] Pausanias: Ὀνόμαστος δὲ ἐνίκησεν ἐκ Σμύρνης συντελούσης ἤδη τηνικαῦτα ἐς Ἴωνας. Apud eundem Pausaniam hujus Olympiadis σταδιονίκης non Ικάριος, ut hic, sed Ικαρος dicitur.

Pag. 40. εἰκοστὴ πέμπτη. καὶ ἐνίκα Πάτων Θηβαῖος.] Παγώνδας Pausaniæ, non Πάτων. Quod hic vocatur τέθριππον, Pausanias vocat ἵππων τελείων δρόμον.

Ibid. εἰκοστὴ ἕκτη. Κάρνεια ἐτέθη.] Omisit Hieronymus. quæ tamen est nobilissima Lacedæmoniorum ἐποχή. Celebrabantur plenilunio, ut Olympias. auctor Euripides.

Ibid. εἰκοστὴ ἑβδόμη. Εὐρύβος.] Pausaniæ Εὐρύβοτος Ἀθηναῖος, vel Εὐρύβατος.

Ibid. εἰκοστὴ ὀγδόη. Χάρμις Λάκων.] Pausaniæ Χίονις Λάκων, qui vicit Olymp. XXX.

εἰκοστὴ ἐννάτη. οὗ τὸ ἅλμα ποδῶν ἦν νβ.] Hoc prodigiosum. Nam nemo singulari saltu ultra XXVII vestigia sua saltum expedire potest. Hic vero transmittebat longitudinem LII pedum commodorum. Ampliorem saltus modum attribuit Phayllo Epigramma distichon in eum factum; nempe LV pedum:

> πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πήδησε Φάϋλλος,
> δίσκευσεν δ' ἑκατὸν πέντ' ἀπολειπομένων.

" quanquam alii νβ tantum attribuant.

Ibid. τριακοστή. ὁ αὐτὸς (Χίονις) τὸ δεύτερον.] Pausanias Messeniacis: Ταῦτα δὲ ἐπὶ τῆς Ὀλυμπιάδος ἐπράχθη τῆς ἐννάτης εἰκοστῆς, ἣν Χίονις Λάκων τὸ δεύτερον ἐνίκα, Μιλτιάδου παρ' Ἀθηναίοις ἄρχοντος. Est μνημονικὸν σφάλμα Pausaniæ. XXIX quidem Olympiada vicit primum Chionis Lacon, Archimede Athenis magistratu, trigesimam autem idem Chionis iterum, Miltiade prætore. in vicesimæ Olympiadis anno II Miltiadem prætorem statuit idem Pausanias in Arcadicis. Quare mira est perturbatio. Quod autem XXVIII Olympiadem idem Pausanias ait vicisse Χίονιν Λάκωνα, est hallucinatio. Non enim Χίονις Λάκων, sed Χάρμις Λάκων, is erat. Quare clarius hallucinatio deprehenditur illis; κατὰ τὴν ἐννάτην Ὀλυμπιάδα, καὶ εἰκοστήν, ἣν Κορίνθιος ἐνίκα Ξενοφῶν, Ἀρχιμήδους Ἀθήνησιν ἄρχοντος. Quod autem hic dicitur non solum hanc, sed & sequentes Olympiadas XXVI à Pisæis, non ab Eleis celebratas, equidem miror à Pausania silentio præteritum. & nescio, an credere debeam, quum Olympiades, quæ ab Eleis non celebrabantur, ἀνολυμπιάδες dicerentur.

Ibid. τριακοστὴ τρίτη. Κρατξίλλας.] Repone Κραυξίδας ex Pausania. Sequitur: ὃς στάδιον ἐξεμέτρησε τοῖς ἑαυτοῦ ποσί, μόνας ἑξακοσίας παραθέσεις ποιησάμενος. Stadium Olympicum sexcentis vestigiis suis, quas παραθέσεις vocat, dimetiebatur. Galli mei *Semelas* vocant. Sic apud Scholiastem Hephæstionis, " quas alii βάσεις in scandendis versibus appellant, eæ " dicuntur παραθέσεις. Solus Hercules hoc faciebat. cæteris hominibus pluribus vestigiis opus erat, quod brevioribus pedibus essent, quam Hercules, ideoque breviori corporis modulo. unde ex stadio Olympico Pythagoras proceritatem Herculis ex symmetria corporis humani collegit, ut extat apud Gellium. Quare hinc lux affulget loco Pausaniæ: ἃ δὲ καὶ Ἡρακλεῖ τῷ Θηβαίῳ μέγεθος παρίσταται ὁ Λύγδαμις, ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα, λεγόμενον δ' ὑπὸ Συρακουσίων ἐστί. Hinc etiam aperitur, quare ὑπερμεγέθης dicatur. Solinus de hoc: *Nonnullos accepimus nasci concretis ossibus, eosque neque sitire, neque sudare consuesse: qualis Syracusanus fertur Lygdamis, qui tertia & trigesima Olympiade primus ex Olympico certamine pancratii coronam reportavit: cujus ossa deprehensa sunt medullam non habere.* quæ accepit ille fucus ex XVIII, cap. lib. II. Plinii, ubi tamen nomen *Lygdamidis* omissum est.

Ibid. τριακοστὴ πέμπτη. Κύλων ὁ Ἀθηναῖος.] Propterea vocatur Ὀλυμπιονίκης à Thucydide, libro primo.

Ibid. ὁ ἐπιθέμενος τυραννίδι.] Nota est descriptio hujus gesti apud Thucydiden, quod ejus Scholiastes confert in tempus pugnæ Marathoniæ. ὅτι τὰ κατὰ Κύλωνα ἐπράχθη σχεδὸν ἐπὶ τῆς ἐν Μαραθῶνι μάχης. Pugna Marathonia contigit Olympiade LXXII. & sane tunc, quum τὰ ἐν Πελοποννήσῳ Ὀλύμπια celebrarentur, hæc gesta fuisse scribit Thucydides. Sed à victoria Olympia Cylonis, ad Marathoniam pugnam, interjectæ sunt Olympiades XXXVII, hoc est anni CXLVIII. Unde consequens fuerit Cylonem majorem CLXX annorum, ut minimum, de occupanda arce Athenarum conjurasse. quod est absurdissimum. Multis igitur annis pugna Marathonia antiquius hoc gestum esse, necesse est. Major vero, & absurdior anachronismus, si credimus Suidæ: Κυλώνειον ἄγος. ἀπὸ Κύλωνος, ὃν καταφυγόντα ἐπὶ τὰς σεμνὰς θεὰς ἀποσπάσαντες αὐτὸν οἱ περὶ τὸν Περικλέα Ἀθηναῖοι, ἀπέκτειναν. Non enim οἱ περὶ τὸν Περικλέα, id est Pericles, sed οἱ Περικλέους πρόγονοι πρὸς μητρός, hoc fecerunt. Thucydides, εἰδότες δὲ Περικλέα τὸν Ξανθίππου προσεχόμενον αὐτῷ. id est, ἔνοχον τῷ ἄγει Κυλωνείῳ, *obstrictum piaculo illi.* omnis enim posteritas eorum, qui hoc perpetra- " runt, fuerunt ἐναγεῖς. Pericles autem erat unus de " posteris. "

Ibid. τριακοστὴ ἕκτη. ὃς Πιττάκῳ μονομαχῶν ἀνῃρέθη.] XXVIII nimirum annis post victoriam suam, Olympiade XLIII, ut habes in Canone.

Ibid. τριακοστὴ ἑβδόμη. καὶ ἐνίκα Ἱπποσθένης.] Idem etiam apud Pausaniam.

Ibid. τριακοστὴ ὀγδόη. Δεπλίδας.] Pausaniæ Εὐπλίδας. Legendum igitur: ἐνίκα δ' Εὐπλίδας.

Ibid. Τεσσαρακοστὴ πρώτη. Φιλώτας * συκαρίτης.] Repone Συβαρίτης ex Pausania.

Ibid. Φιλώτας.] Aliis Φιλητᾶς.

Ibid. τεσσαρακοστὴ ἕκτη. ὃς αἰπόλων λαγὼν κατέλαβεν.] Solinus: *Polymnestor Milesius puer, quum à matre locatus esset ad caprarios pastus, ludicro leporem consecutus est, & ob id statim productus à gregis domino, Olympiade sexta, & quadragesima, ut Bocchus auctor est, victor in stadio meruit coronam.*

Ibid. 218. τεσσαρακοστὴ ὀγδόη. προβὰς εἰς τοὺς ἄνδρας.] Legendum προσβὰς, ut alibi notamus. Qui vero hic Γλύκων, is aliis est Γλαυκίας.

Ibid. πεντηκοστὴ τετάρτη. ψιλωθεὶς ἀπέθανεν.] Alibi, ubi de hoc gesto agitur, legebatur ψιλλωθείς. Sed ψιλωθεὶς est recta lectio. Nam ψίλωσις τῶν τριχῶν acerrimus dolor. & vulsos illi ab adversario crines hic designari, haud obscurum est.

Pag. 41. ἑξηκοστὴ δευτέρα. ὃς νικᾷ Ολύμπια ἑξάκις.] Pausanias quoque ἑξάκις Ολύμπια νικῆσαι. ἐγένοντο δὲ τῷ Μίλωνι αἱ μὲν ἐν Ολυμπίᾳ πάλης νῖκαι, μία ἐν παισὶν ἐξ αὐτῶν. Epigramma tamen ἑπτάκι.

Μίλωνος τὸ δ᾽ ἄγαλμα καλοῦ καλὸν, ὅς ποτε Πίσῃ
ἑπτάκι νικήσας ἐς γόνατ᾽ οὐκ ἔπεσεν.

Ibid. ἑξηκοστὴ πέμπτη. προσετέθη ὁπλίτης.] Aliter vocatur ὅπλον Artemidoro, Heliodoro, aliis, item infra Olympiade LXVII. Pausania dicitur ὁπλιτῶν δρόμος.

Ibid. Δαμάρητος Ηρακλείδης.] Pausaniæ Δημάρατος Ηραιεύς.

Ibid. ἑξηκοστὴ ἑβδόμη. πρῶτος ἐτρίασε δίαυλον, ὅπλον.] δίαυλος, ut vulgo notum, est à carceribus, ad metas, rursusque á metis ad carceres recurrere una contentione. τριασεύειν δίαυλον fuerit ter idem facere, ut ἐν δολιχῷ sexies. Ab eo tempore igitur δίαυλος ter peragebatur, qui erat cursus ἡμιδολίχου. Verbum τριασεῦσαι, quod nusquam memini me legere, est natum in stadio Elidensi, ut multa alia suo quodque in-
„ stituto imposita sunt nomina. Nam τριασεῦσαι 1 Sam.
„ xx. 17, 19. fictum est ab interprete Græco ex He-
„ braico.

Ibid. ὃς σύκοις ξηροῖς ἤσκει.] Ideo Xerophagias athletarum dixit Tertullianus.

Ibid. ἑβδομηκοστή. Νικαίστας.] Nomen nihili. Legendum Νικίας, ut in nostris collectaneis.

Ibid. ἑβδομηκοστὴ τρίτη. Ασύαλος.] Repone Ασυλος ex Pausania.

Ibid. Ασύαλος.] In nostris Collectaneis Ασυχος. Facilis lapsus ἐκ τοῦ Ασυλος εἰς τὸ Ασυχος. Repone igitur Ασυλος. Hic vocatur Syracusius. In gratiam enim Hieronis asseruit sese Syracusanum in LXXIV, & LXXV Olympiade. Quare á Crotoniatis ejus municipibus domus ejus diruta, & carcer publicus facta.

„ ἑβδομηκοστὴ ἑβδόμη. Δάνδης Αργεῖος.] Epi-
„ gramma Simonidis:
„ Αργεῖος Δάνδις σταδιαδρόμος ἐνθάδε κεῖται,
„ Νίκαις ἱππόκροτον πατρίδ᾽ ἐπεκλέισας
„ Ολυμπία δὶς, ἐν δὲ Πυθῶνι τρία.
„ Δύω δ᾽ ἐν Ισθμοῖ, πεντεκαίδεκ᾽ ἐν Νεμέᾳ
„ Τὰς δ᾽ ἄλλας νίκας οὐκ εὐμαρὲς ἐξ ἀριθμῆσαι.

Ibid. ὀγδοηκοστή. Τυρύμμας.] In exemplari Τορύμμας. In nostris collectaneis Τορύμβας.

Ibid. ἐννενηκοστὴ πρώτη. Εξάγγετος.] Legendum Εξαίνετος.

Ibid. ἐννενηκοστὴ τρίτη. Ευκατος.] Legendum Ευβατος. Nam τὸ Ευκατος est nomen nihili.

Ibid. Πολυδάμας.] Pausaniæ Πουλυδάμας: ubi & eadem de hoc Olympionica, quæ hic, & longe plura
„ tam apud eundem, quam apud Suidam. Vide vero
„ Tzetzen cap. XXXVIII. Chiliados 1.

Ibid. Σκοτουσαῖος.] Hoc etiam ostenditur monostichio illo: ὦ τροφὲ Πουλυδάμαντος ἀνίκατου Σκοτόεσσα.

Ibid. ἐννενηκοστὴ πέμπτη. Μένων.] In exemplari erat vox nihili Μένος. In nostris Collectaneis Μίνως.

Ibid. ἐννενηκοστὴ ἑβδόμη. Τεριναῖος Ηλεῖος.] Diodoro & in nostris collectaneis: Φορμίων Αλικαρνασσεύς.

ἐννενηκοστὴ ὀγδόη. Σώσιππος ὁ Δελφός.] Ita emendavimus, quum in exemplari vitiose esset ἀδελφός. quanquam Diodoro est Αθηναῖος, non Δελφός.

Ibid. Αριστόδημος Ηλεῖος πάλην.] Quod etiam testatur Simonides:

Ισθμια δὶς, Νέμεα, δὶς Ολύμπια ἐστεφανώθην
οὐ πλάτεϊ νικῶν σώματος, ἀλλὰ τέχνα
Αριστόδαμος Θρασὺς, Αλεῖος πάλα.

Apud Hephæstionem, ubi hoc μικτὸν Epigramma producitur, ita legitur, sed vitiose. prior enim in Θρασὺς, quæ brevis est, producitur. Legendum Θράσιδος, non Θρασύς. Pausanias: ἀνάκειται δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς Ηλιδος παλαιστὴς ἀνὴρ Αριστόδημος Θρασιδος.

Ibid. οὐ μέσου οὐδεὶς ἔλαβεν.] Quid sit μέσου λαβεῖν, vide ad numerum DCCLXIX, pag. 46. Aristophanes Αχαρνεῦσι. ἔχομαι μέσος. Scholia: ἀντὶ τοῦ ἤρτημαι, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀθλητῶν τῶν τὰ μέσα ληφθέντων, καὶ μὴ ἐχόντων εὐκόλως ἐκφυγεῖν τοὺς ἀντιπαλαίοντας.

Ibid. ἐννενηκοστὴ ἐννάτη. Δίκων.] Erat Καυλωνίτης ex magna Græcia. Sed pecunia corruptus asseruit sese Syracusanis. Παιδὶ μὲν ὄντι αὐτῷ, Καυλωνιάτῃ, καθάπερ γε ἦν, ὑπῆρξεν ἀναγορευθῆναι. τὸ δὲ ἀπὸ τούτου Συρακούσιον αὐτὸν ἀνηγόρευσεν ἐπὶ χρήμασι. Pausan. Epigramma ἀδέσποτον. „

Ειμὶ Δίκων υἱὸς Καλλιμβρότου. αὐτὰρ ἐνίκων „
Τετράκις ἐν Νεμέᾳ, δὶς Ολύμπια, πεντάκι Πυθοῖ. „
Τρὶς δ᾽ Ισθμῷ, στεφάνῳ δ᾽ ἄστυ Συρακοσίων. „

ἑκατοστὴ ἑβδόμη: Μικρίνας. Aliis Σμικρίνας. Σμι- „
κρίνης Juliano in Misopogone. „

Ibid. ἑκατοστὴ τρίτη. Πυθόστρατος Εφέσιος.] Diodoro Πυθόστρατος Αθηναῖος.

Ibid. ἑκατοστὴ τετάρτη. Φωκίδης Αθηναῖος πάλην.] In nostris collectaneis στάδιον.

Ibid. ἑκατοστὴ πέμπτη. Παῦρος.] Diodoro Πῶρος, Pausaniæ Πῶρος.

Ibid. ἑκατοστὴ ἕκτη. ὁ αὐτὸς τὸ δεύτερον.] Decepit Africanum, aut Eusebium ὁμωνυμία. Nam prior erat Πῶρος Κυρηναῖος: iste est Πῶρος Μαλιεύς.

Pag. 42. ἑκατοστὴ δεκάτη . . . .] Hic defectus supplendus ex Diodoro: Αντικλῆς Αθηναῖος στάδιον.

Ib. ἑκατοστὴ δωδεκάτη. Ευρύλας.] Γρύλλος Diodoro.

Ibid. ἑκατοστὴ τρισκαιδεκάτη. Αργεύς.] Corrige Αγεύς.

Ibid. ἑκατοστὴ ἑκκαιδεκάτη. Δεμοσθένης.] Repone ex Pausania Δεινοσθένης. Apud Diodorum mendose Δεινομένης.

Ibid. ἑκατοστὴ ἑπτακαιδεκάτη. Παρμενίδης.] Diodoro Παρμενίων.

Ibid. ἑκατοστὴ ὀκτωκαιδεκάτη. Ανδρομένης Κορίνθιος.] Diodoro Απολλωνίδης Τεγεάτης.

Ibid. ἄληπτος.] Suidas: ἄληπτος, ἀκράτητος. ἐπῶν τὴν αἰτίαν, ἀφ᾽ ἧς ἄληπτός ἐστι τοῖς ἐχθροῖς. Hesychius: ἀλήπτως, ἀκαταγωνίστως. Plinio Cæci- „
liano *incomprehensibilis* dicitur Epistola xx. lib. primi: „
ut est in disputando incomprehensibilis ac lubricus, ita eludit, „
ut contendat. Quare in veteri inscriptione mendose „
incisum est ΑΛΕΙΠΤΟΣ, ἀντὶ τοῦ ΑΛΗΠΤΟΣ.

Ibid.

Ibid. ἑκατοςὴ εἰκοςή. ὃς χηλὰς ἀπέσπα βοός.] Non solum hic dictus avulsisse ungulas bubulas, sed etiam de Polydamante idem narratur. &, nisi fallor memoriæ, idem de aliis legere memini. Theocritus Ægoni pugili idem attribuit Ecloga IV.

,, — ἆπερ ὁ πύκτας
,, Αἴγων ὀγδώκοντα μόνος κατεδαίσατο μάσδας.
,, Τηνεὶ καὶ τὸν ταῦρον ἀπ' ὤρεος, ἆγε πιάξας
,, Τᾶς ὁπλᾶς —

,, Scholion: Ταῦτα οὐκ ἐπὶ Αἴγωνι ἱστόρηται ἀλλ' ἐπὶ Ἀστυάνακτι τῷ Μιλησίῳ. ὁ δὲ Θεόκριτος τὰ περὶ τοῦ Μιλησίου αὐτοῦ Ἀστυάνακτος ἱστορημένα ἐς Αἴγωνα μετήνεγκε. φασὶ γὰρ τοῦτον Ἴσθμια νικήσαντα, καὶ οἴκοι παραγινόμενον ἐκ τῆς ἰδίας ἀγέλης τοῦ μεγίστου λαβέσθαι βοὸς, καὶ μὴ ἀνεῖναι, ἕως ὁ ταῦρος ἐλευθερῶν τὸ σῶμα, τῇ βίᾳ κατέλιπε τὴν ὁπλὴν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ.

Pag. 220. ἑκατοςὴ τριακοςὴ πέμπτη. Ἐράτων Αἰτώλιος.] Ita erat in exemplari. Nam utroque modo dicitur, Αἰτωλὸς, Αἰτώλιος.

Ibid. ἑκατοςὴ τεσσαρακοςὴ δευτέρα. Κάρος.] Repone Κάπρος ex Pausania, & Suida in Κλειτόμαχος, quem omnino adi.

Ibid. ἑκατοςὴ τεσσαρακοςὴ πέμπτη. Φαίδιμος Ἀλεξανδρεύς.] Pausaniæ Φαίδιμος Αἰολεὺς ἐκ πόλεως Τρωάδος. nimirum quia intelligitur Ἀλεξάνδρεια τῆς Τρωάδος. Igitur dicendum, Φαίδιμος Ἀλεξανδρεὺς τῆς Τρωάδος.

Ibid. ἑκατοςὴ τεσσαρακοςὴ ὀγδόη.* Κλείτος.] Legendum Κλεόστρατος ex Suida, qui hunc locum verbatim producit. Τραχηλίζων. Κλεόστρατος Ῥόδιος πάλη νικᾷ, ὃς τραχηλίζων ἀπελάμβανε. τραχηλισμὸς hic intelligitur, qui aliter ἀγκυρισμός.

Ibid. ἑκατοςὴ ἑξηκοςή. Ἀνώδοκος Κυζικηνός.] In nostris Collectaneis: Διόδωρος Σικυώνιος, ex Pausania.

Ibid. ἑκατοςὴ ἑβδομηκοςὴ πέμπτη. Σύλλα πάντας εἰς Ῥώμην μεταπεμψαμένου.] Appianus ἐμφυλ. α, loquens de hac Olympiade: καὶ οὐδενὸς ἐν Ὀλυμπίᾳ τότε ἀγωνίσματος, πλὴν σαδίου δρόμου, γινομένου. τοὺς γὰρ ἀθλητὰς, καὶ τὰ ἄλλα θεάματα πάντα ὁ Σύλλας ἐς Ῥώμην μετεκέκλητο, &c.

Pag. 44. Διακοσιοςὴ τεσσαρακοςὴ ἐνάτη. Μέχρι τούτου τὴν τῶν Ὀλυμπιάδων ἀναγραφὴν εὕρομεν.] Quum ad verbum hæc ex Africani Chronicis exceperit, deceptus verbis ipsius Africani, nullas alias Olympiadas fuisse putat, sed ducentesimam quadragesimam nonam omnium fuisse ultimam. Africanus enim scribit se terminasse opus suum Grato & Seleuco Consulibus, anno tertio Antonini Aviti, qui & Elagabalus dictus fuit; quarto autem Olympiadis CCXLIX, quemadmodum ad numerum CCXXXVII notavimus. Eusebius non animadvertens illum annum, quo illa scribebat Africanus, Olympiadis CCXLIX fuisse ultimum, neque potuisse divinare futuræ Olympiadis L τῆς σαδιονίκην, propterea putavit nullam aliam post illud tempus Olympiadem fuisse: quasi idem Olympiadum, qui & Africani Chronicorum, finis fuerit. Quæ certe non minor fuit ἀλογιστία, quam illa, de qua initio horum Olympiacorum Fastorum verba fecimus. Eodem enim modo nullas alias Olympiadas fuisse existimavit post illam, in qua desinit opus Chronicorum Africani, quemadmodum & non plures, quam novem Lacædemonis reges arbitratus est, propterea quod fortasse non plures apud auctorem illum, unde illos descripsit, invenerat, aut propter aliam caussam, quam penitus ignoramus. Sed quid melius errorem Eusebii confutaverit, quam horum fragmentorum eclogarius? Post ultima enim verba Eusebii: Μέχρι τούτου τὴν τῶν Ὀλυμπιάδων ἀναγραφὴν εὕρομεν: Post illa, inquam verba, subjicit Eclogarius: Καὶ ὁ μὲν Εὐσέβιος ταῦτα. ἄλλοι δὲ χρονογράφοι, καὶ Δέξιππος ὁ Ἀθηναῖος καὶ τῆς ἐφεξῆς Ὀλυμπιάδων, τῶν τε ἐν αὐταῖς νικησάντων μέμνηνται. ἀμέλει τὴν χρονικὴν ἱστορίαν ὁ Δέξιππος μέχρι διακοσιοςῆς ἑξηκοςῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος συγγράψας Διονύσιον Ἀλεξανδρέα φησὶν ἐπὶ ταύτης νικῆσαι. Opus suum historicum Dexippus, ut auctor est Photius, continuavit usque ad primum annum Claudii, cui Imp. Aurelianus successit. quod tempus congruit Olympiadi CCLXII, in qua Dexippus scribebat Dionysium Alexandrinum stadio vicisse. Ergo ad illa usq; tempora & Olympiades, & ludicra continuata adversus Eusebii sententiam, qui simul cum Chronico Africani Olympiadas finem cæpisse putavit. Quin & adhuc Iuliani Apostatæ temporibus certamina Olympica instaurabantur, quibus augendis multa Elidentibus largitus est Iulianus. Sed Eusebius Chronica tantum Africani legerat, non auctores ex quibus tum Africanus, tum Dexippus suos σαδιονίκας deprompserant.

Pag. 51. Ἀχαζ. ἐφ' οὗ ὁ Ἰσραὴλ αἰχμάλωτος ἀπήχθη.] Hoc delirium confutavimus in Canone. Ἰσραὴλ enim αἰχμάλωτος ἀπήχθη anno sexto Ezekiæ, non sub Achaz. quæ futilitas ne in tirone quidem ferenda, atque eo minus in Episcopo.

Ibid. Ἀμῶν ἔτη ιβ.] Et hoc commentum Eusebii suo loco explosimus.

Pag. 52. Μεθ' ὃν Ἀλεξάνδρα, ἡ καὶ Σααλίνα.] Unde expiscatus sit solus omnium Eusebius hanc reginam Σααλίναν dictam fuisse, quæ nunquam, nisi Σαλώμη cognominata fuit, in Canone magis nos mirari, quam caussam scire, profeſſi sumus.

Ibid. τὴν δὲ τὰ ἀπὸ Ἀδὰμ, ἕως δευτέρου ἔτους Δαρείου, ἔτη δχο.] Legendum δχπ.

Ibid. ὁμοῦ τὰ πάντα ἀπὸ Ἀδὰμ, ἐπὶ τὸ πεντεκαιδέκατον ἔτος Τιβερίου, ἔτη * ͵ϛιε.] Legendum ἔτη ͵εσκη.

Ibid. συνάγεται ὁ πᾶς χρόνος εἰς ἔτη * ͵εφιη]Secundum LXX interpretum rationes, ab Adam; ad annum Christi Dionysianum XXXI, putantur anni 5528. Ideo legendum ͵εφκη.

Ibid. Μαναὴμ. ἐφ' οὗ ἐβασίλευσεν Ἀσσυρίων Φοῦα.] Lege Φούλ.

Ibid. ἐφ' οὗ αἰχμάλωτος ληφθεὶς ὁ Ἰσραὴλ ὑπὸ Σαλμανασὰρ τοῦ Ἀσσυρίων βασιλέως κατέπαυσεν ὀγδόῃ Ὀλυμπιάδι.] Anno XI Achaz, secundo Olymp. VII, Oseam regẽ Israel captum, & una cum eo regnum decem tribuum deletum fuisse, ante confutavimus.

Ibid. ῥητέον οὖν.] Videtur repetivisse Eusebius ea, quæ multo antea de annis Ægyptiacarum originum scripserat, qui propter ingentem numerum, in menses Lunares ab Africano, Panodoro, & aliis redacti sunt. Hoc enim indicatur illis: τὴν γὰρ μυθολογικὴν, &c. Sed Eclogarius ea mutilavit. Ab ultima enim origine Semideorum Ægyptiorum seriem, ad primam Dynastiam, inde ad Persas, deinde ad Macedonas contextum historiæ deducebat, ut manifesto ex istis colligitur.

Ibid. ἀπὸ τῆς Πορφυρίου γραφῆς.] Nimirum ἐκ τῆς πέντε Πορφυρίου βιβλίων φιλολόγου, vel φιλοσόφου ἱστορίας. Est egregium hoc fragmentum.

Pag.59. lin.5. καὶ ζῶντος ἔτι τοῦ πατρὸς δύο κλῆροι τῆς βασιλείας ἔτη.] Ex Scholiaste Theocriti in Canone notavimus Ptolemæum hunc à patre in societatem regni assumptum adversus sententiam Demetrii Phalerei, qui Ptolemæo Soteri auctor fuerat, ut non hunc, sed alium ex Eurydice regni successorem designaret. Unde postea implacabile Philadelphi odium in Demetrium exarsit, quem statim post decessum Soteris patris in carcerem conjectum paucis post diebus aspidis morsus extinxit: ut Demetrius hunc Philadelphum solum regnantem pene non viderit.

„ Pag. 60. τῶν χρηματισμῶν.] Eadem hæc verba le-
„ guntur, pag.54, 12. Notabis in hoc fragmento non semel χρηματισμὸν à Porphyrio poni pro Æra. Ideo quod Hispanis erat Æra Cæsaris, id Græcis fuerit χρηματισμός. Sic χρηματισμὸς Ἀντιοχέων sæpe ab Euagrio dicitur Æra Antiochensium Juliana. pro quo male redditur à Christophorsono, *nominatio Antiochiæ, aut tempus, ex quo Antiochia nomen accepit.* quod est ineptissimum. Nam verum quidem est χρηματίζειν aliquando esse nominari. hic vero aliud longe est. Significat enim negotiationem, actum publicum. hoc est, ex quo negotiationum, ac contractuum aliud tempus institutum est. Propterea ὁ χρηματισμὸς τῶν Σελευκιδῶν à Judæis vocatur ἀρίθμησις τῶν συμβολαίων, Æra contractuum, χρηματισμὸς τῶν συμβολαίων. Sic infra Porphyrius, εἰς μόνον ἣ ἤρξατο μεταληψεως τοῦ Ἀλεξάνδρου, μετὰ τὸν ἐκείνης θάνατον, τὰ συμβόλαια.

Ibid. lin.47. Κλεοπάτραν, τὴν καὶ Τρύφαιναν.] Hæc Cleopatra, quam pater Auletes interfecit, cognomine Τρυφαίνης distinguebatur ab altera Cleopatra sorore, quæ cognominata est Ægyptiace, ut in ejus "
numinis extat, θεὰ σώτειρα, ultima Lagidarũ, uxor "
Antonii triumviri, quam ad Actium Augustus vicit.

Pag. 6. lin. 7. τελευτήσαντος Λυσιμάχου.] Lego Λυσανίου. de quo in Canone satis diximus.

Ibid.11. κρατήσας Αἰγύπτου τῇ ἐπ' Ἀκτίῳ μάχῃ κατὰ τὴν ἑκατοστὴν ὀγδοηκοστὴν τετάρτην Ὀλυμπιάδα.] Quamvis in hac diatriba multa cognitu digna Porphyrius nos docuit, tamen insigni delirio sese traduxit, quod Cleopatram victam ab Augusto scribat anno primo Olympiad. CLXXXIV, quum is annus fuerit primus Augusti, Cæsare Idibus Martiis interfecto. Idem delirium infra iteratur, ne quis putet errorem librarii.

Ibid.12. Ἀπὸ τῆς ἑκατοστῆς ἑνδεκάτης Ὀλυμπιάδος.] Illa verba Ἀρριδαῖος, ὁ καὶ Φίλιππος, delenda sunt, & pro illis reponendum Ἀλέξανδρος, ut excusum est.

Ibid. Ὀλυμπιάδος ἔτει δευτέρῳ.] In Eusebiano Canone Grypus init regnum Ὀλυμπιάδος ρξδ ἔτει δευτέρῳ.

Ibid. lin.52. Ζαβινᾶς ἐπεκλήθη πρὸς τῶν Σύρων.] Mediocriter Syriace docti sciunt hoc verum esse. זבינא est ἀγοραστὸς, זבונא ἀγοραστής. Porphyrius, qui hæc scribebat, sciebat Syriace, utpote homo Tyrius, cujus & cognomen Syriacum, Malchos, quomodo à popularibus suis Syris vocabatur.

Pag. 229. 17. τελευτᾷ δὲ δευτέρῳ ἔτει τῆς ρνθ "
Ὀλυμπιάδος.] Mendose. Legendum, ρμ Ὀλυμ- "
πιάδος.

Hæc sunt, quæ ex opere illo eximio Chronicorum colligere potuimus: quorum quædam fortasse alio ordine ab auctore digesta fuerant: neque vero dubium est. nos autem si non eundem, aliquem tamen ordinem, partim ex serie temporum, partim ex Syncello Georgio conceptum, secuti sumus. In quibus diligentia opus fuit, in iis nobis non defuimus. In quibus ingenium exigitur, ea doctioribus tractanda relinquimus, præsertim quum in Græca ipsa Eusebiana multo plura, & meliora ab aliis dici possint, & latus campus pateat ad bene de hac historia merendum. Nam etiam relinquenda sunt, in quibus industriam suam alii exerceant: quod tantum abest, ut nobis acceptissimum futurum non sit, ut etiam hoc ultro ab iis, qui hoc præstare poterunt, exigamus. Unum tantum eos oramus, ne pravitatem hujus ævi secuti, dum suos labores commendare volunt, nostris obtrectent. Hoc scio nobis non defuturum. ea est hodierna fertilitas κακοηθείας. *Sed meminerint, quemadmodum malignorum est aliena benefacta male interpretari, ita ingenuorum hominum esse, ab omni invidia & obtrectatione calamum & linguam abstinere. Cæterum huic operi Eusebiano, propter cognationem materiæ, attexuimus, primum Chronicon* ἀνώνυμον *hominis quidem idiotæ centonem, sed ex bonis aliquando pannis consutum, præsertim ex Eusebii & Africani analectis instructum. Fastos Siculos primus omnium, aut inter primos, vocavit pater historiæ Onufrius Panvinius amicus noster, quia primum in Sicilia inventi in aliorum manus pervenerunt. Nos Casaubonianum vocavimus: quia ille à Græculo quodam acceptum & manu sua descriptum nobis communicavit, cujus viri beneficium magis, quam laudes prædicandi hic locus erat. Sed neutrum satis pro dignitate præstare possim. Quicquid igitur boni ex ea farragine hauriri poterit, hoc ingenui homines illi maximo viro acceptum ferant, quum tenuis fructus non sit, qui ex eo Chronico colligi potest. Errores orthographicos, qui in illo extant, mutare noluimus. quod monemus, ne quis errata typographica putet. Unusquisque pro captu*

captu aut judicio suo ea emendare potcrit. Adjecimus Chronicon Nicephori Patriarchæ nunquam antehac Græce excusum. Postremo συναγωγὴν ἱστορικὴν *à nobis partim ex editis, partim ex nondum editis scriptoribus collectam, quæ non solum ad Eusebiana, sed etiam ad memoriam veteris historiæ illustrandam magno præsidio erit, si quis neque negligenter eam legere, neque nostros labores maligne interpretari volet.*

TESTIMONIA VETERUM
DE
EUSEBII PAMPHILI CÆSAREÆ PALESTINÆ EPISCOPI ERRORIBUS, ET ARRIANISMO, ET EJUS RESIPISCENTIA.

S*Uidas:* Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου προσκείμενος τῇ Ἀρειανικῇ αἱρέσει, *&c.*

Athanasius Apologetico posteriore. οὐκ Εὐσέβιος ὁ ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης ἐπὶ θυσίᾳ κατηγορεῖτο ὑπὸ τῶν σὺν ἡμῖν ὁμολογητῶν;

Epiphanius Hæresi LXVIII: Κελεύει δὲ (ὁ Κωνσταντῖνος) συγκροτηθῆναι σύνοδον κατὰ τὴν Φοινίκην ἐν Τύρῳ τῇ πόλει. ἐκέλευσε δὲ δικάζειν Εὐσέβιον τὸν Καισαρείας, καὶ ἄλλους τινάς. ἦσαν δὲ προσκεκλιμένοι οὗτοι πως μᾶλλον τῇ τῶν Ἀρειανῶν χυδαιολογίᾳ. καὶ ἐκλήθησαν ἐπίσκοποι τῆς καθολικῆς, καὶ ὑπὸ Ἀθανάσιον ἀκραίμονες τινὲς ἄνδρες, καὶ μείζους, καὶ οἱ θεῷ ἔχοντες διαφανῆ τὸν βίον. ἐν οἷς ἦν ὁ μακαρίτης Ποτάμων ὁ μέγας, ὁ τῆς Ἡρακλείας ἐπίσκοπος, καὶ ὁμολογητὴς, ἀλλὰ καὶ οἱ τῶν Μελετιανῶν, μάλιστα οἱ τοῦ Ἀθανασίου κατηγοροῦντες καὶ ὀρθοδοξίας. ὁ προειρημένος Ποτάμων ὁ μακαρίτης, ἐλευθεροστομῶν, ὃς οὐδέποτε εἴληφε πρόσωπόν τινος (τὸν ὀφθαλμὸν γὰρ ἐν τῷ διωγμῷ διὰ τὴν ἀλήθειαν ἐτυφλώθη) ἑωρακὼς τὸν Εὐσέβιον καθεζόμενον, καὶ Ἀθανάσιον ἑστῶτα, καταπονηθεὶς τῇ λύπῃ, καὶ δακρύσας, οἷα γίνεται παρὰ τοῖς ἀληθέσιν, ἀπετείνατο φωνῇ μεγάλῃ Εὐσεβίῳ, λέγων, Σὺ καθέζῃ, Εὐσέβιε, καὶ Ἀθανάσιος ἀθῷος ὢν παρὰ σοῦ κρίνεται; τίς ἐνέγκοι τὰ τοιαῦτα; Λέγε δέ μοι σύ, οὐ σὺν ἐμοὶ ἦσθα ἐν τῇ φυλακῇ ἐπὶ τοῦ διωγμοῦ; κἀγὼ μὲν ὀφθαλμὸν ἀπεβαλόμην ὑπὲρ ἀληθείας. σὺ δὲ οὔτε φαίνῃ λελωβημένον τι ἔχων ἐν τῷ σώματι, οὔτε ἐμαρτύρησας, ἀλλὰ ἕστηκας ζῶν μηδὲν ἠκρωτηριασμένος. Πῶς ἀνεχώρησας ἀπὸ τῆς φυλακῆς, εἰ μὴ ὅτι ὑπέσχου τοῖς τὴν ἀνάγκην τοῦ διωγμοῦ ἡμῖν ἐπενέγκασι τὸ ἀθέμιτον πρᾶξαι, ἢ ἔπραξας; Ταῦτα ἀκούσας ὁ Εὐσέβιος αἱρετικὴ μὲν εἰς ἀγανάκτησιν, καὶ ἀναστὰς διέλυσε τὸ δικαστήριον, λέγων, ὅτι εἰ ἐνταῦθα ἤλθετε, καὶ πρὸς ἡμᾶς τὰ τοιαῦτα ἀντιλέγετε, ἄρα οὖν ἀληθεύουσιν οἱ κατήγοροι ὑμῶν. εἰ γὰρ ὧδε τυραννεῖτε, πολὺ μᾶλλον ἐν τῇ ὑμῶν πατρίδι. εἶτα ἐπεχείρησεν Εὐσέβιος, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ. καὶ ἀποστέλλουσι δύο τινὰς τῶν ἀπὸ Παννονίων Ἐπισκόπων τὰ Ἀρείου φρονοῦντας, Οὐρσάκιόν τε, καὶ Οὐάλεντα εἴς τε τὴν Ἀλεξάνδρειαν καὶ Μαρεώτην, *&c.*

Ex Epistola Episcoporum Ægypti Orthodoxorum ad Synodum Tyriam: Καὶ γὰρ πάλιν οἴδατε, ὡς προείπομεν, ὡς ἐχθροί εἰσιν ἡμῶν, καὶ διὰ τί Εὐσέβιος ὁ τῆς Καισαρείας ἐχθρὸς γέγονεν ἀπὸ πέρυσι.

Athanasius Epistola ad Africanos: Ἐπίσκοποι γὰρ ἀρχαῖοι πρὸ ἐτῶν ἐγγύς που ἑκατὸν τριάκοντα τῆς μεγάλης Ῥώμης καὶ τῆς ἡμετέρας πόλεως γράφοντες ᾐτιάσαντο τοὺς ποίημα λέγοντας τὸν υἱὸν, καὶ μὴ ὁμοούσιον τῷ πατρί. καὶ τοῦτο ἐγίνωσκεν Εὐσέβιος ὁ γενόμενος ἐπίσκοπος τῆς Καισαρείας, πρότερον μὲν συντρέχων τῇ Ἀρειανῇ αἱρέσει, ὕστερον δὲ ὑπογράψας αὐτῇ τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ, ἔγραψε τοῖς ἰδίοις, διαβεβαιούμενος, ὅτι καὶ τῶν παλαιῶν τινὰς λογίους καὶ ἐπιφανεῖς Ἐπισκόπους, καὶ συγγραφέας ἔγνωμεν ἐπὶ τῆς τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ θεότητος τῷ τοῦ ὁμοουσίου χρησαμένους ὀνόματι.

Idem in Epistola de Synodo Nicena post alia: Καὶ ὅτι μήτε κτίσμα ἢ ποίημα, μήτε τῶν γενητῶν ἐστὶν ὁ τοῦ θεοῦ υἱὸς, ἀλλὰ γέννημα. καὶ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἐστὶν ὁ Λόγος. καὶ τό γε παράδοξον Εὐσέβιος ὁ ἀπὸ Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης καίτοι πρὸ μιᾶς ἀρνούμενος, ὅμως ὕστερον ὑπογράψας ἐπέστειλε τῇ ἐκκλησίᾳ ἑαυτοῦ, λέγων εἶναι τῆς Ἐκκλησίας τὴν πίστιν, καὶ τῶν πατέρων τὴν παράδοσιν. πᾶσί τε φανερῶς ἔδειξεν, ὅτι πρότερον ἐσφάλλοντο, καὶ μάτην ἐφιλονείκουν πρὸς τὴν ἀλήθειαν. εἰ γὰρ καὶ ᾐσχύνθη τότε ταύταις ταῖς λέξεσι γράψαι, καὶ, ὡς ἤθελεν, αὐτὸς ἀπελογήσατο τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἀλλά γε ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς τὸ ὁμοούσιον, καὶ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας μὴ ἀρνησάμενος φανερῶς τοῦτο σημᾶναι βούλεται, καὶ πέπονθέ τε δεινόν. ὡς γὰρ ἀπο-

ἀπολογούμενος κατηγόρησε λοιπὸν τῶν Ἀρειανῶν, ὅτι γράψαντες, Οὐκ ἦν ὁ υἱὸς πρὶν γεννηθῆναι, οὐκ ἤθελον αὐτὸν εἶναι οὐδὲ πρὸ τῆς κατὰ σάρκα γενέσεως.

Idem de Synodo Arimini & Seleuciæ: Μάλιστα δὲ Ἀκάκιος τί ἂν εἴποι πρὸς Εὐσέβιον τὸν ἑαυτοῦ διδάσκαλον, ὃς οὐ μόνον ὑπέγραψεν ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ, ἀλλὰ καὶ δι' ἐπιστολῆς ἐδήλωσε τοῖς ὑπ' αὐτὸν λαοῖς, ταύτην εἶναι πίστιν ἀληθῆ τὴν ὁμολογηθεῖσαν ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ. εἰ γὰρ καὶ, ὡς ἠθέλησεν, ἀπελογήσατο διὰ τῆς ἐπιστολῆς, ἀλλά γε τὰς λέξεις οὐκ ἠρνήσατο. ἀλλὰ καὶ κατηγόρησε τῶν Ἀρειανῶν, ὅτι λέγοντες, οὐκ ἦν, πρὶν γεννηθῇ, ὁ υἱός, οὐδὲ πρὸ Μαρίας ἤθελον αὐτὸν εἶναι.

Ibid. ὁ δὲ ἀπὸ Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης Εὐσέβιος γράφων πρὸς Εὐφρατίωνα τὸν Ἐπίσκοπον οὐκ ἐφοβήθη φανερῶς εἰπεῖν, ὅτι ὁ Χριστὸς οὐκ ἔστιν ἀληθινὸς θεός.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ ΤΟΥ ΑΡΕΙΑΝΟΦΡΟΝΟΣ

ἐπιστολὴ πρὸς τοὺς τῆς παροικίας αὐτοῦ.

Τὰ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως πραγματευθέντα κατὰ τὴν μεγάλην σύνοδον τὴν ἐν Νικαίᾳ συγκροτηθεῖσαν εἰκὸς μὲν ὑμᾶς, ἀγαπητοί, καὶ ἄλλοθεν μεμαθηκέναι, τῆς φήμης προτρέχειν εἰωθυίας τὸν περὶ τῶν πραττομένων πραγμάτων ἀκριβῆ λόγον, ἀλλ' ἵνα δὴ ἐκ τοιαύτης ἀκοῆς τὰ τῆς ἀληθείας ἑτεροίως ὑμῖν ἀπαγγέλληται, ἀναγκαίως διεπεμψάμεθα ὑμῖν πρῶτον μὲν τὴν ὑφ' ἡμῶν προτεθεῖσαν περὶ τῆς πίστεως γραφὴν, ἔπειτα τὴν δευτέραν, ἣν ταῖς ἡμετέραις φωναῖς προσθήκας ἐπιβαλόντες ἐκδεδώκασι. Τὸ μὲν οὖν παρ' ἡμῶν γράμμα ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ θεοφιλεστάτου ἡμῶν βασιλέως ἀναγνωσθὲν εὖ τε ἔχειν καὶ δοκίμως ἀποφανθὲν τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, καθὼς παρελάβομεν παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν Ἐπισκόπων, καὶ ἐν τῇ πρώτῃ κατηχήσει, καὶ ὅτε τὸ λουτρὸν ἐλαμβάνομεν καθὼς ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν μεμαθήκαμεν. καὶ ὡς ἐν τῷ πρεσβυτερίῳ, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἐπισκοπῇ ἐπιστεύομέν τε καὶ ἐδιδάσκομεν, οὕτω νῦν πιστεύοντες τὴν ἡμετέραν πίστιν ὑμῖν προσαναφέρομεν. ἔστι δὲ αὕτη.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα τὸν τῶν ἁπάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, ζωὴν ἐκ ζωῆς, υἱὸν μονογενῆ, πρωτότοκον πάσης κτίσεως πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννημένον, δι' οὗ καὶ ἐγένετο τὰ πάντα, τὸν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθέντα, καὶ ἐν ἀνθρώποις πολιτευσάμενον, καὶ παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα πρὸς τὸν πατέρα, καὶ υἱὸν ἀληθῶς υἱὸν, καὶ πνεῦμα ἅγιον, τούτων ἕκαστον εἶναι καὶ ὑπάρχειν πιστεύοντες, πατέρα ἀληθῶς πατέρα, καὶ υἱὸν ἀληθῶς υἱὸν, καὶ πνεῦμα ἅγιον, καθὼς καὶ ὁ „Κύριος ἡμῶν ἀποστέλλων εἰς τὸ κήρυγμα τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς, εἶπε, Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα „τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Περὶ ὧν καὶ διαβεβαιούμεθα οὕτως ἔχειν, καὶ μέχρι θανάτου ὑπὲρ ταύτης ἐνίστασθαι τῆς πίστεως, ἀναθεματίζοντες πᾶσαν ἄθεον αἵρεσιν. Ταῦτα ἀπὸ καρδίας καὶ ψυχῆς πάντοτε πεφρονηκέναι, ἐξ οὗπερ ἴσμεν ἑαυτοὺς καὶ νῦν φρονεῖν τε καὶ λέγειν ἐξ ἀληθείας, ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος, καὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μαρτυρόμεθα, δεικνύναι ἔχοντες δι' ἀποδείξεων, καὶ πείθειν ὑμᾶς, ὅτι καὶ τοὺς παρεληλυθότας χρόνους οὕτως ἐπιστεύομέν τε, καὶ ἐκηρύσσομεν. Ταύτης ὑφ' ἡμῶν ἐκτεθείσης τῆς πίστεως οὐδενὶ παρῆν ἀντιλογίας τόπος. ἀλλ' αὐτός τε πρῶτος ὁ θεοφιλέστατος ἡμῶν βασιλεὺς ὀρθότατα περιέχειν αὐτὴν ἐμαρτύρησεν. οὕτω τε καὶ αὐτὸν φρονεῖν συνωμολόγησε, καὶ ταύτῃ τοὺς πάντας συγκατατίθεσθαι, ὑπογράφειν τε τοῖς δόγμασι, καὶ συμφωνεῖν τούτοις αὐτοῖς παρεκελεύετο, ἑνὸς μόνου προσεγγραφέντος ῥήματος τοῦ ὁμοουσίου, ὃ καὶ αὐτὸ ἡρμήνευσε λέγων. ὅτι μὴ κατὰ τῶν σωμάτων πάθη λέγοιτο ὁμοούσιος, οὔτε οὖν κατὰ διαίρεσιν, οὔτε κατά τινα ἀποτομὴν ἐκ τοῦ πατρὸς ὑποστῆναι μηδὲ γὰρ δύνασθαι τὴν ἄϋλον καὶ νοερὰν καὶ ἀσώματον φύσιν σωματικόν τι πάθος ὑφίστασθαι, θείοις δὲ καὶ ἀπορρήτοις λόγοις προσήκειν τὰ τοιαῦτα νοεῖν. καὶ ὁ μὲν σοφώτατος ἡμῶν καὶ εὐσεβέστατος βασιλεὺς τοιάδε ἐφιλοσόφει. Οἱ δὲ προφάσει τῆς τοῦ ὁμοουσίου προσθήκης τήνδε τὴν γραφὴν πεποιήκασι.

Η ΕΚ ΤΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ ΥΠΑΓΟΡΕΥΘΕΙΣΑ ΠΙΣΤΙΣ.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ, τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ἀνελθόντα εἰς οὐρανοὺς, καὶ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα. τοὺς δὲ λέγοντας, ἦν ποτὲ, ὅτε οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ κτιστὸν, ἢ τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ ἐκκλησία.

Καὶ δὴ ταύτης τῆς γραφῆς ὑπ' αὐτῶν ὑπαγορευθείσης, ὅπως εἴρηται αὐτοῖς, τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, καὶ τὸ τῷ πατρὶ ὁμοούσιον οὐκ ἀνεξέταστον αὐτοῖς καταλιμπάνομεν. ἐπερωτήσεις τοιγαροῦν καὶ ἀποκρίσεις ἐντεῦθεν

ἀνεκι-

ἀνεκινεῖτο, ἐβασάνιζέ τε ὁ λόγος τὴν διάνοιαν τῶν εἰρημένων. καὶ δὴ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας ὡμολογεῖτο πρὸς αὐτῶν δηλωτικὸν εἶναι τοῦ ἐκ μὲν τοῦ πατρὸς εἶναι, οὐ μὴν ὡς μέρος ὑπάρχειν τοῦ πατρός. ταύτῃ καὶ ἡμῖν ἐδόκει καλῶς ἔχειν συγκατατίθεσθαι τῇ διανοίᾳ, τῆς εὐσεβοῦς διδασκαλίας ὑπαγορευούσης ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι τὸν υἱόν, οὐ μὴν μέρος τῆς οὐσίας αὐτοῦ τυγχάνειν. διόπερ τῇ διανοίᾳ καὶ αὐτοὶ συντιθέμεθα, οὐδὲ τὴν φωνὴν τοῦ ὁμοουσίου παραιτούμενοι, τοῦ τῆς εἰρήνης σκοποῦ πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμῖν κειμένου, καὶ τοῦ μὴ τῆς ὀρθῆς ἐκπεσεῖν διανοίας. κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ τὸ γεννηθέντα καὶ οὐ ποιηθέντα κατεδεξάμεθα, ἐπειδὴ τὸ ποιηθὲν κοινὸν ἔφασκεν εἶναι πρόσρημα τῶν λοιπῶν κτισμάτων τῶν διὰ τοῦ υἱοῦ γινομένων, ὧν οὐδὲν ὅμοιον ἔχειν τὸν υἱόν. διὸ δὴ μὴ εἶναι αὐτὸν ποίημα τοῖς δι' αὐτοῦ γενομένοις ἐμφερές, κρείττονος δὲ ἢ κατὰ πᾶν ποίημα τυγχάνειν οὐσίας, ἣν ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννῆσθαι τὰ θεῖα διδάσκει λόγια, τοῦ τρόπου τῆς γεννήσεως ἀνεκφράστου καὶ ἀνεπιλογίστου πάσῃ γενητῇ φύσει τυγχάνοντος. οὕτω δὲ καὶ τὸ ὁμοούσιον εἶναι τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν ἐξεταζόμενος ὁ λόγος συνίστησιν οὐ κατὰ τὸν τῶν σωμάτων τρόπον, οὐδὲ τοῖς θνητοῖς ζώοις παραπλησίως, οὔτε γὰρ κατὰ διαίρεσιν τῆς οὐσίας, οὔτε κατὰ ἀποτομήν, ἀλλ' οὐδὲ κατά τι πάθος, ἢ τροπήν, ἢ ἀλλοίωσιν τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας τε καὶ δυνάμεως. τούτων γὰρ πάντων ἀλλοτρίαν εἶναι τὴν ἀγένητον τοῦ πατρὸς φύσιν, παραστατικὸν δὲ εἶναι τὸ ὁμοούσιον τῷ πατρὶ τοῦ μηδεμίαν ἐμφέρειαν πρὸς τὰ γενητὰ κτίσματα τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ φέρειν, μόνῳ δὲ τῷ πατρὶ τῷ γεγεννηκότι κατὰ πάντα τρόπον ἀφωμοιῶσθαι, καὶ μὴ εἶναι ἐξ ἑτέρας τινὸς ὑποστάσεώς τε καὶ οὐσίας, ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρός. ᾧ καὶ αὐτῷ τοῦτον ἑρμηνευθέντι τὸν τρόπον καλῶς ἔχειν ἐφάνη συγκαταθέσθαι, ἐπεὶ καὶ τῶν παλαιῶν τινὰς λογίους καὶ ἐπιφανεῖς ἐπισκόπους καὶ συγγραφέας ἔγνωμεν ἐπὶ τῆς τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ θεολογίας τῷ τοῦ ὁμοουσίου χρησαμένους ὀνόματι. ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῆς ἐκτεθείσης εἰρήσθω πίστεως, ᾗ συνεφωνήσαμεν οἱ πάντες οὐκ ἀνεξετάστως, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἀποδοθείσας διανοίας, ἐπ' αὐτοῦ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως ἐξετασθείσας, καὶ τοῖς εἰρημένοις λογισμοῖς συνομολογηθείσας. καὶ τὸν ἀναθεματισμὸν δὲ τὸν μετὰ τὴν πίστιν πρὸς αὐτῶν ἐκτεθέντα ἄλυπον εἶναι ἡγησάμεθα, διὰ τὸ ἀπείργειν ἀγράφοις χρῆσθαι φωναῖς. διὸ σχεδὸν ἡ πᾶσα γέγονε σύγχυσις καὶ ἀκαταστασία τῆς Ἐκκλησίας. μηδεμιᾶς γοῦν θεοπνεύστου γραφῆς τῷ ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ τῷ ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν, καὶ τοῖς ἑξῆς ἐπιλεγομένοις κεχρημένης, οὐκ εὔλογον ἐφάνη ταῦτα λέγειν καὶ διδάσκειν. ᾧ καὶ αὐτῷ καλῶς δόξαντι συνεθέμεθα, ἐπεὶ μηδὲ ἐν τῷ πρὸ τούτου χρόνῳ τούτοις εἰώθαμεν συγχρῆσθαι τοῖς ῥήμασιν. ἔτι τὸν τοῦ ἀναθεματίζειν τὸ πρὸ τοῦ γεννηθῆναι οὐκ ἦν, οὐκ ἄτοπον ἐνομίσθη, τῷ πᾶσιν ὁμολογεῖσθαι εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ πρὸ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως. ἤδη δὲ ὁ θεοφιλέστατος ἡμῶν βασιλεὺς τῷ λόγῳ κατεσκεύαζε, καὶ κατὰ τὴν ἔνθεον αὐτοῦ γέννησιν, τὴν πρὸ πάντων αἰώνων, εἶναι αὐτόν. ἐπεὶ καὶ πρὶν ἐνεργείᾳ γεννηθῆναι, δυνάμει ἦν ἐν τῷ πατρὶ ἀγεννήτως, ὄντος τοῦ πατρὸς ἀεὶ πατρὸς ὡς καὶ βασιλέως ἀεί, καὶ σωτῆρος ἀεὶ δυνάμει πάντα ὄντος, ἀεί τε κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντος. ταῦτα ὑμῖν ἀναγκαίως διεπεμψάμεθα, ἀγαπητοί, τὸ κεκριμένον τῆς ἡμετέρας ἐξετάσεως φανερὸν ὑμῖν καθιστῶντες. καὶ ὡς εὐλόγως τότε μὲν καὶ μέχρις ἐσχάτης ὥρας ἐνιστάμεθα, ὅτι ἡμῖν τὰ ἑτεροίως γραφέντα προσέκοπτε. τότε δὲ ἀφιλονείκως τὰ λυποῦντα κατεδεξάμεθα, ὅτι ἡμῖν εὐγνωμόνως τῶν λόγων ἐξετάζουσι τὴν διάνοιαν ἐφάνη συντρέχειν τοῖς ὑφ' ἡμῶν αὐτῶν ἐν τῇ προεκτεθείσῃ πίστει ὡμολογημένοις.

Ex Photio. 163, 37. Ἀνεγνώσθη Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἡ εἰς Κωνσταντῖνον τὸν μέγαν βασιλέα ἐγκωμιαστικὴ τετράβιβλος, ἐν ᾗ περιέχεται ἥ τε τοῦ ἀνδρὸς ἅπασα πολιτεία ἐξ αὐτῆς πρώτης ἡλικίας ἀρχομένη, καὶ ὅσαι πρὸς τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν ξυντελοῦσι πράξεις, μέχρις οὗ τὸν βίον ἀπέλιπεν εἰς ἑξηκοστὸν καὶ τέταρτον παραταθέντα χρόνον. ἔστι μὲν οὖν κἀνταῦθα τὴν φράσιν ὅμοιος ἑαυτῷ, πλὴν μικρόν τι πρὸς τὸ λαμπρότερον ἐκβεβίασται αὐτῷ ὁ λόγος, καὶ λέξεις εἰς τὸ ἀνθηρότερον ἐνιαχοῦ συνελήφθησαν, τῆς μέντοι κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ἡδονῆς καὶ χάριτος, οὐδὲν μέγα, ὥσπερ οὐδὲ ἐν τοῖς ἄλλοις, ἐμφαίνεται. κατασπόνυσι δὲ ἐν ταύτῃ αὐτοῦ τῇ τετραβίβλῳ πάμπολλα χωρία ἐξ ὁλοκλήρου τῆς ἐκκλησιαστικῆς αὐτοῦ δεκαλόγου ἱστορίας. λέγει μὲν οὖν καὶ αὐτὸς ἐν Νικομηδείᾳ τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον βαπτίσασθαι, μέχρι τότε τὸ λουτρὸν ἀναβαλλόμενον, ἅτε δὴ ἐν ἐπιθυμίᾳ ποιούμενον τοῖς Ἰορδάνου τὸ λουτρὸν ὑποδέξασθαι. τίς δὲ ὁ βαπτίσας, οὐδὲν διασαφεῖ. περὶ μέντοι γε τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως οὐδὲν σαφὲς ἀπαγγέλλει, οὐδ' εἰ τῆς δόξης ἐκείνης εἴχετο, οὐδ' ὅτι μεταβέβληται, ἀλλ' οὐδ' ὅτι φαύλως ἢ ὀρθῶς ἐδόξαζεν Ἄρειος, καίπερ ἀνάγκην ἔχων ἐν μνήμῃ ταῦτα ποιήσασθαι, ἅτε δὴ μέγα μέρος ἐπεχούσης τῆς συνόδου τῶν τοῦ μεγάλου πράξεων Κωνσταντίνου. κἀκείνης πάλιν ἐξαπαιτούσης τὴν περὶ τούτων λεπτομερεστέραν ἱστορίαν. ἀλλὰ στάσιν μὲν ἐμπεσεῖν μεταξὺ Ἀρείου καὶ Ἀλεξάνδρου, τὴν αἵρεσιν δ' οὕτω λέγων καὶ ἀποκρυπτόμενος ἀποφαίνεται, ἐπί τε τῇ στάσει λίαν ἀλγῆσαι τὸν θεοφιλῆ βασιλέα, καὶ ἀγωνίσασθαι διά τε τοῦ Ὁσίου, ὃς Κυδόβης ἐπεσκόπει, εἰς φιλίαν καὶ ὁμόνοιαν συζεῦξαι τὸ στασιάζον, τῆς πρὸς ἀλλήλους ἔριδος ἀφεμένους καὶ τῆς τοιούτων ζητήσεως. ὡς δ' οὐκ ἔπειθε, σύνοδον πανταχόθεν ἀθροῖσαι, καὶ τὴν ἐμπεσοῦσαν ἔριν εἰς εἰρήνην διαλύσασθαι. οὐ μὴν εἰς τὸ ἀκριβὲς καὶ ἐπίδηλον ἀναγράφεται. οὗτος οὖν ὥσπερ αἰσχυνομένῳ ἐοικώς, καὶ μὴ βουλομένῳ δημοσιεύειν Ἄρειον, τότε τῆς συνόδου ἐξενηνεγμένην κατ' αὐτοῦ ψῆφον, καὶ τῶν συνασπισάντων αὐτῷ καὶ συνεξωσθέντων τὴν δικαίαν εἴσπραξιν, οὐ μὴν ἀλλὰ οὐδ' ἣν θεόθεν πᾶς ὀφθαλμὸς εἶδεν ἔνδικον Ἀρείου καταστροφήν, οὐδὲν τούτων ἄγων εἰς φῶς, τήν τε περὶ τῆς συνόδου καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πραχθέντων ἱστορίαν παρέδραμε. διὸ καὶ περὶ τοῦ θεσπεσίου Εὐσταθίου μέλλων διηγεῖσθαι οὔτε τοῦ ὀνόματος μέμνηται, οὐδ' ὅσα περὶ αὐτὸν ἐπλημμελήθη, καὶ εἰς ἔργον ἀποβέβηκεν. ἀλλ' εἰς στάσιν καὶ ταραχὴν ἀναγαγὼν καὶ ταῦτα, γαληνίας καὶ πάλιν ἐπιλέγει Ἐπισκόπων κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν συνδεδραμηκότων, σπουδῇ βασιλέως καὶ συνεργίᾳ, καὶ τὸ στασιάζον καὶ ταραττόμενον εἰς τὸ εἰρηναῖον μεταβεβληκότων, ὁμοίως δὲ καὶ ἐν οἷς ὁ πολύαθλος ἐσκαιωρήθη Ἀθανά-

Ἀθανάσιος, εἰς ταῦτα τὴν ἱστορίαν ὁρμήσας ἐπαφεῖναι, στάσεως μὲν ἐμπλησθῆναι πάλιν καὶ ταραχῆς τὴν Ἀλεξάνδρειαν λέγεται, καὶ ταύτην πραϋνθῆναι Ἐπισκόπων παρουσίᾳ τὴν βασιλικὴν ἐχόντων συμμαχίαν. οὐδὲ τίς ἦν ὁ στασιάζων, οὐδ' ἥτις ἡ στάσις, ἢ τί καὶ πράξαντες τὴν ἔριν ἐπράϋναν, οὐδ' ὅλως ποιεῖται ἐπίδηλον. καὶ σχεδὸν ἐν οἷς Ἐπισκόπων πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίαι περὶ δογμάτων, ἢ περὶ τινων ἄλλων διαφωνίαν γεγόνασι, τὸν αὐτὸν τῆς ἐπικρύψεως ἐν τῇ διηγήσει τύπον διαφυλάττει.

Idem 5, 9. Ἀνεγνώσθη Εὐσεβίου ἐλέγχου καὶ ἀπολογίας λόγοι δύο, καὶ ἕτεροι δύο, οἵτινες πρὸς τοὺς προτέρους δύο ἔν τισι ῥητοῖς παραλλάσσοντες ἐν τοῖς ἄλλοις τῇ τε λέξει καὶ τῇ διανοίᾳ οἱ αὐτοί εἰσιν. εἰσάγει δ' ὡς ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων τινὰς ἀπορίας κατὰ τῆς ἀμωμήτου θρησκείας ἡμῶν καὶ ταύτας καλῶς, εἰ καὶ μὴ ἐν πᾶσιν, ἀπολύεται. Τὴν δὲ φράσιν οὐκ ἔστιν οὐδαμοῦ οὔτε ἡδὺς, οὔτε λαμπρότητι χαίρων, πολυμαθὴς δέ ἐστιν ὁ ἀνὴρ, εἰ καὶ τὴν ἀγχίνοιαν, καὶ τὸ στερρὸν τοῦ ἤθους, ὡς παρὰ τὴν ἀκρίβειαν τὴν ἐν τοῖς δόγμασιν, ἐνδεέστερος. Καὶ γὰρ κἂν τούτοις ἐν πολλοῖς αὐτόν ἐστιν ἰδεῖν τὸν υἱὸν βλασφημοῦντα, καὶ δεύτερον αἴτιον καλοῦντα, καὶ ἀρχιστράτηγον, καὶ ἄλλα τινὰ τῆς Ἀρειανικῆς λύσσης βλασφήματα. δῆλον δὲ ὡς ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου οὗτος ἤνθησε, &c.

Zonaras Tom. III, 9, 6. ἦν δὲ τότε τῶν τὰ Ἀρείου πρεσβευόντων καὶ ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος ὁ ἐν Παλαιστίνῃ Καισαρείας τυγχάνων ἐπίσκοπος, ὃς μετέπειτα λέγεται ἀποστῆναι τῆς τοῦ Ἀρείου δόξης, καὶ ὁμογνωμονῆσαι τοῖς συναΐδιον τὸν υἱὸν καὶ ὁμοούσιον τῷ πατρὶ δογματίζουσι, καὶ δεχθῆναι παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων εἰς κοινωνίαν. μᾶλλον μέντοι ἐν τῷ πρακτικῷ τῆς πρώτης συνόδου καὶ ὑπερμαχῶν εὕρηται τῆς πίστεως. οὕτω μὲν οὖν ταῦτα ἱστορούμενα παρά τινων εὕρηται. ἀμφίβολα δὲ ἐκεῖνος αὐτὰ δι' ὧν ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ εὕρηται συγγραψάμενος, τίθησι. πολλαχοῦ γὰρ ἐν τῷ εἰρημένῳ συγγράμματι ἀρειανίζων καταλαμβάνεται. αὐτίκα „περὶ που τὴν ἀρχὴν τοῦ βιβλίου, τὸν Δαβὶδ εἰσαγαγὼν λέγοντα, Αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν. αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν, φησὶ τὸν μὲν πατέρα καὶ ποιητὴν ὡς ποιητὴν, καὶ πανηγεμόνα νομίζεσθαι βασιλικῷ προστάττοντα νεύματι, τὸν δὲ τούτου δευτερεύοντα θεῖον λόγον τῆς πατρικῆς ὑπουργοῦντα ἐπιταγαῖς. καὶ μετά τινα λέγει τοῦτον ὡσανεὶ τοῦ πατρὸς ὑπάρχοντα δύναμιν καὶ σοφίαν, καὶ τὰ δευτερεῖα τῆς κατὰ πάντων βασιλείας καὶ ἀρχῆς ἐμπεπιστευμένον, καὶ αὖθις μετ' ὀλίγα, καὶ ὅτι ἐστὶν οὐσία τις προκόσμιος ζῶσα καὶ ὑφεστῶσα, ἡ τῷ θεῷ καὶ τῶν γενητῶν δημιουργίαν ὑπηρετησαμένη. καὶ ὁ Σολομὼν λέγει προσώπῳ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας, Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, καὶ ἑξῆς. καὶ μεθ' ἕτερα πλείονα φάσκει, καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις οἷα θεοῦ λόγον προόντα καὶ πρὸ αἰώνων ἁπάντων οὐσιωμένον, τὴν σεβάσμιον τιμὴν παρὰ τοῦ πατρὸς εἰληφότα προσκυνεῖσθαι ὡς ἂν θεόν. Ταῦτα καὶ ἕτερα δὴ τοῖς ἀρειανίζουσι δόγμασι δεικνύουσιν ὁμόφρονα τὸν Εὐσέβιον; εἰ μή τις φαίη πρὸ τῆς ἐπιστροφῆς αὐτῷ πονηθῆναι τούτων τὴν συγγραφήν.

Nicephorus lib. VI, *cap.* XXXVII. *de Eusebio Pamphili: Sed & alia varia reliquit scripta, quæ multum Ecclesiæ adferunt utilitatis. Verum enimvero si talis fuerit, in multis tamen eum apparet Arii sententiam comprobasse, ut qui filium (sicuti id ex ejus scriptis colligere licet) creaturam vocet: quamvis Socrates, qui & ipse ex Novatianis res ecclesiasticas scripsit, in secundo Tomo maximopere persuadere contendit, recte eum virum sentire, eundemque sycophantice eo nomine à nonnullis impeti. atque ut id magno animo certius comprobet in defensione sua, dicta illius quædam ambiguitatem tamen complectentia contexit: eundemq; primæ Synodo adfuisse, atque una cum aliis suffragio suo & calculo* εἰς τὸ ὁμοούσιον, *sive in consubstantiale, consensisse refert. Ego vero, si ille quidem sine scripto rectam complexus est opinionem, Socrati non refragor: sin autem ex scriptis illius, quæ legi, res sit dijudicanda, multum abest, ut sanam sinceramque ejus de fide sententiam fuisse putem.*

Idem lib. VIII, *cap.* XVIII. *Eusebius sane alter, cui Pamphili cognomen inditum, adfuit & ipse Concilio, dubiusque etiam atque etiam secum consideravit, an promulgatæ fidei professioni assentiri deberet: atque aliquantulum assensione retenta, eam tandem approbavit, & subscriptione sua confirmavit. Ecclesiæ quoque suæ quærenti professionem & definitionem eam misit, in qua vocem quoque* τοῦ ὁμοουσίου *declarat: ne cui suspectus fieret, tanquam tardius, aut neglectim, nulla adhibita cura, ei subscripsisset.*

Eod. cap. XLV. *Potissimum vero de iis Eustathius Antiochenus, & Eusebius Pamphili congressi decertarunt: atque uterque in subsistentia filium Dei, atque unum Deum in tribus subsistentiis profitebatur. Et Eustathius Eusebium incusabat, quod professionem fidei Nicenam novaret: atque hic rursum acquiescere se in decretis Nicenis dicebat.*

Hieronymus Apologetico in Rufinum: Vir doctissimus Eusebius (doctissimum dixi, non Catholicum, ne more solito mihi & in hoc calumniam struas) per sex volumina nihil aliud agit, nisi ut Origenem suæ ostendat fidei, id est Arrianæ perfidiæ.

Eodem: Sex libros, ut ante jam dixi, Eusebius Cæsariensis Episcopus Arrianæ quondam signifer factionis pro Origene scripsit, latissimum & elaboratum opus: & multis testimoniis approbavit Origenem juxta se Catholicum, id est juxta nos, Arrianum esse.

Eodem: Laudavi Eusebium in Ecclesiastica historia, in digestione temporum, in descriptione sanctæ terræ: & hæc ipsa opuscula in Latinum vertens meæ linguæ hominibus dedi. Num ex eo Arrianus sum, quia Eusebius, qui hos libros condidit, Arrianus est?

Idem ad Pammachium & Oceanum de erroribus Origenis: Fortissimos libros contra Porphyrium scribit Apollinaris: Ecclesiasticam pulchre Eusebius historiam texuit. Alter eorum dimidiatam Christi introduxit œconomiam: alter impietatis Arrii apertissimus propugnator est.

Georgius Syncellus: Τούτοις τοῖς χρόνοις ὁ μέγας καὶ θαυματουργὸς Γρηγόριος ἐν τελειότητι τῆς κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίας κατέλαμπεν. οὗ μνήμην ἁρμόζουσαν ὁ Καισαρείας Εὐσέβιος οὐκ οἶδα τίνος ἕνεκα καὶ περὶ Ὠριγένους τοῦ δυσσεβοῦς ἀλόγοις ἐνδιατρίψας ἐγκωμίοις οὐ πεποίηται τοῦ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐξηχουμένου. *Paulo post:* νομίζω δὲ τὸν Εὐσέβιον τὸ τῆς θείας ἀρετῆς τοῦ θαυματουργοῦ, καὶ θεοφόρου Γρηγορίου μέγεθος σιωπῆσαι διὰ τὸ πανταχοῦ τῶν δογμάτων ἀκέραιον καὶ ἀλλότριον τῶν Ὠριγένους ληρημάτων, καὶ τῶν Ἀρείου βλασφημιῶν, οἷς Εὐσέβιος ἐλελώβητο.

Idem. Ὠριγένης αὐχῶν ἐπὶ λόγοις σεσοφισμένοις καὶ μύθοις ἑλληνικοῖς ἀπελείφθη τοῦ τηλικούτου στεφάνου, οὐδὲν διὰ θείας χρηστότητος, ἀλλὰ δι' ὑπερήφανον καὶ αὐτοποίητον γνώμην. ἀλλὰ ταῦτα Εὐσεβίῳ τῷ Καισαρείας οὐ δοκεῖ, ὃς μείζω πάντων ἁγίων καὶ διδασκάλων αὐτὸν ἀποδεῖξαι σπουδάζων ἐν ἕκτῳ τῆς ἐκκλησιαστικῆς αὐτοῦ ἱστορίας λόγῳ, ὁμοφρονῶν αὐτῷ, πολλοῖς ἐγκωμίοις αὐτὸν ἐνυβρίζει, μὴ εἰδὼς ἃ λέγει, ἢ περὶ ὧν διαβεβαιοῦται. πάνυ γὰρ ὀλίγων περὶ τῶν κατὰ τούσδε τοὺς χρόνους ἱερῶν καὶ μακαρίων πατέρων ἐπιμνησθεὶς, Κλήμεντος τοῦ λεγομένου Στρωματέως, Ἱππολύτου τοῦ ἱερομάρτυρος, Ἀφρικανοῦ τοῦ μεγάλου Ἀλεξανδρείας, καὶ ἄλλων, μόνου τοῦ ματαιόφρονος Ὠριγένους τὴν ἐκ παιδὸς ἀναγωγὴν ἐκθειάζει μέχρι τῆς ἐν τῷ μαρτυρίῳ λειποτακτήσεως. Φαβιανοῦ τε γὰρ τοῦ λεχθέντος ἱερομάρτυρος καὶ ἐπισκόπου Ῥώμης πέρι, καὶ Βαβυλᾶ τοῦ τῆς Ἀντιοχείας, καὶ Ἀλεξάνδρου Ἱεροσολύμων ἐν ὀλίγοις διεξῆλθε τοῖς ῥήμασιν. ἐπὶ δὲ τὸν ὁμόφρονα ἐλθὼν Ὠριγένην πλεῖστα περιεγκωμιάσας τὸν θεοκάπηλον ὧδέ πως περιΐστησι φήσας, Τὰ μὲν οὖν Ὠριγένει κατὰ τὸν διωγμὸν ξυμβάντα, οἷα, καὶ ὅσα, καὶ ὁποίας ἔτυχε τελευτῆς, &c.

ΤΕΛΟΣ.

LUGDUNI BATAVORUM, Typis NICOLAI HERCULIS, Sumptibus JOANNIS JANSSONI, Bibliopolæ Amstelodamensis, 1658.

JOSEPHI SCALIGERI,
JULI CÆSARIS A BURDEN FILI,
ANIMADVERSIONES
IN
CHRONOLOGICA EUSEBII,

Tertiâ propemodum parte auctiores atque emendatiores.

Typographus Lectori.

M*Onendus es*, Lector, *novâ hâc Editione quamplurima à divino illo Viro Animadverſionibus accedere. Quod ut omnibus conſtaret, additamentis pleriſque commata in margine paginarum adſcripſimus. Interpolationes cæteras annotare, infiniti eſt, ne dicam ſupervacui, laboris.*

JOSEPHI SCALIGERI,

JULI CÆSARIS A BURDEN FILI,

ANIMADVERSIONES

In Chronologica EUSEBI.

CONSILIUM AUCTORIS, ET FINIS SCRIPTIONIS.

Ntequam ad hæc Chronica illustranda aggredimur, fortaſſe à nobis quiſpiam illa trita exegerit, & à vulgo ſcriptorum uſurpata, de auctoris vita, ejus operibus, & aliis id genus, quibus limina Commentariorum prætexi ſolent. Nos verò non negamus multa in anteceſſum dici poſſe, quæ non minus ad auctorem, quam ad ejus opus ſpectant, quæ neque injucunda lectu futura erant, neque legentibus infructuoſa, addo etiam non aliena à Commentariorum, aut Animadverſionum inſtituto. Quia vero ea tantum attingere decrevimus, quæ ad illuſtrationem & emendationem hujus operis duntaxat pertinent, reliqua autem, quæ extra hos fines ſunt, ut ea, quæ de auctore dici poſſunt, item quæ ex immenſo hiſtoriarum pelago per totum corpus operis diffuſa ſunt, iis relinquimus, qui ea plene & ex dignitate & cum majore otio tractare poſſunt. Denique quia Animadverſionum modum excedere nolumus, ea tantum tangemus, ſine quibus omnis opera, quæ in hoc libro collocari poteſt, inanis & inutilis futura eſt; hoc eſt, quod fuerit conſilium auctoris, quæ finis, & quę operis diſpoſitio. Quum igitur hoſtes Chriſtiani nominis inter ea, quibus argumenta ſua ad oppugnandam religionem inſtruebant, non mediocre telum eſſe putarent, vetuſtatem Deorum ſuorum, Chriſtianiſmum autem χθὲς καὶ πρώην prodiiſſe, eoque argumento inſolentius vectarentur, exorti ſunt Scriptores pietate & doctrinâ præſtantiſſimi, qui non ſolum vetuſtatem legis Moſaïcæ ex ipſorum Græcorum Commentariis aſſeruerunt, ſed etiam antiquiſſimos Gentium Deos infra ætatem Moſis fuiſſe oſtenderunt: eoque rem deduxerunt, ut hoſtes Chriſtianiſmi adigerent ad alterutrum fatendum, aut vetuſtiorem quibuſvis Diis Gentilium Moſem fuiſſe, aut falſa eſſe Græcorum inſtrumenta. Itaque hoc modo eos ſuo gladio jugulârunt: qua in re luculentam operam navârunt Juſtinus Martyr Chriſti, Tatianus, Clemens Alexandrinus, Athenagoras, Theophilus, & alii, quorum ſcripta ad nos pervenerunt. Ii omnes Inacho parem ætate Moſem oſtendunt ex Apione Grammatico, & aliis, ut ipſos Deos Gentilium, ipſa templa, & oracula, ut ait Tertullianus, & ſacra eorum unius Moſis ſcrinium ſæculis vincat, in quo theſaurus collocatus eſt totius Iudaici ſacramenti, & inde etiam Chriſtiani. Impius quoque Porphyrius Moſem poſt Semiramin fuiſſe dicit: alii etiam quingentis annis, ſeptem minus, ante Danaüm: Danaüm vero aliquot ſæculis Inacho poſteriorem, cujus æqualis fuerit Moſes. Quia primam inſtrumentis auctoritatem ſumma antiquitas vindicat, inſtrumenta autem ipſa non à Chriſtianis, ſed à Gentibus ipſis petita ſunt, neque quid ad hæc opponerent, Pagani haberent, nihil præterea ſupereſſe videbatur, niſi aut ut ingenua confeſſio ab ipſis exprimeretur, aut ſilentium pertinaciæ finem faceret. Quod certè feliciter ceſſit, ut & hac in parte Porphyrius manus daret. Sed Euſebius non ſatis putavit Gentiles premi domeſticis teſtimoniis, niſi etiam noſtris convincerentur. Noſtra autem, hoc eſt, ſacræ paginæ argumenta, accuratè perputata, magnam quidem vetuſtatem Moſi aſſerunt, ac ſupra omnes etiam vetuſtiſſimos Gentium Deos, ſed tamen non tantam, quæ æqualis ſit Inachi temporibus. Quare primus omnium Euſebius conatus eſt oſtendere Exodum Hebræorum pluſquam annis CCCXL initio Inachi poſteriorem eſſe; quæ fuit unica aut præcipua cauſſa, quæ Euſebium ad hoc opus inſtituendum impulit. Qui enim ante eum de hac re ſcripſerant, contenti Gentilium vernaculis teſtimoniis, Moſis vetuſtatem probare, atque ita Gentium pertinaciæ os obtundere, nihil aliud præterea ſategerunt. Euſebius non ſatis eſſe putavit, niſi ex ipſius Moſis rationibus fides temporum adſtrueretur. Atqui ex rationibus Moſis inferior Inachi temporibus reperietur. Hoc igitur primum in Chronologia emendandum putavit: quam primam cauſſam fuiſſe Euſebio hujus ſcriptionis & nos jam diximus, & ipſe in proœmio Canonis apertè confitetur. Reliqua verò, quæ ipſe in ratione temporum innovavit, partim ſtatim infra, partim alibi, ubi res exiget, exponentur.

OPUS ET EIVS TITVLVS.

GRæcarum originum magnam ignorantiam diu fuisse, fidem fecerit sera tandem, & vix post multas Olympiadas inter Græcos mota temporum disputatio. Nam ante Herodotum Historiæ parentem, perpauci, in quibus Hecatæus Milesius, fores quidem ipsas pulsârunt, sed in vestibulo sacrarii hæserunt, intra penetralia, καὶ ἐντὸς ἀνακτόρων admitti non potuerunt. Accuratè quidem illi quæcunque vel in veteribus monimentis vel apud Poëtas, vel etiam in vulgaribus carminibus extabat priscarum rerum memoria, eam in literas referre studuerunt: sed quia designationem temporum, quæ Chronographiæ anima est, omiserunt, ii plus laboris posteritati ab omissione, quàm fructus à diligentia contulisse judicati sunt. Itaque Ephoro, Thallo, Theopompo, Castori, Eratostheni, & omnium diligentissimo Dionysio Halicarnassensi occasio præbita hujus scriptionis diligentius tractandæ, quæ quidem vocatur χρονογραφία, cujus materia tempus, partes verò χρονολογία & κάνονες. Temporis, ut alias ex Varrone diximus, intervalla tria, ἄδηλον, μυθικὸν, (quod & ἡρωϊκὸν,) & ἱστορικὸν. Igitur prior pars, quam χρονολογικὴν vocârunt, intervalla temporum, & ἐποχὰς examinat, prisca Tabularia discutit, fontes antiquitatis recludit, priorum scriptorum aut errores tollit, aut sequius dicta emendat, aut obscura illustrat: metas & terminos intervallis ponit: incerta à certis distinguit: ubi ab historia nullum est auxilium, à Mathesi petit: totius summæ ac disputationis definita capita, & annos collectos à certo & indubitato initio, ad certam finem perducit. Denique hanc partem nemo digne tractare & exequi potest, nisi ab omni doctrina, & multa lectione paratus. ἡ κανονικὴ altera pars hujus scriptionis ea, quæ in priore parte per demonstrationes, argumentorum necessitates, historiarum testimonia, intervallorum notationes in genere collecta sunt, sigillatim & per annos expansos, ac series suas digerit, annos cum annis comparat, Archontes cum Consulibus, Reges cum Cæsaribus, externa cum vernaculis confert, neque ulla Chronographia sine illa tributione absoluta esse potest, neque ullus eorum qui Chronica cum aliqua laude tractârunt, sine illa optatam metam contingere potuerunt. Priscorum igitur Græcorum, ac maximè Africani viri eruditissimi vestigiis hærens Eusebius, opus heroïcum, & omni laude majus instituens, ut reliquam eorum dispositionem, ita & partitionem sequutus est. Priorem partem χρονογράφιον vocat Georgius Monachus Tarasii Patriarchę Syncellus, æqualis temporum Caroli Magni: alibi χρονικὴν συγγραφήν. ὁ μέντοι, inquit, Εὐσέβιος καὶ περὶ πραγματείαν οὐ τὴν τυχοῦσαν συλλεξάμενος φιλοπόνως, καὶ ταύτῃ τὴν ἑαυτοῦ χρονικὴν συγγραφὴν κατασεμνύνας. item aliquando vocat τὸν πρῶτον λόγον. Ipse Eusebius prooemio Historiæ Ecclesiasticæ simpliciter ac in genere χρονικὰ appellat. Epiphanius ἀγκυρωτῷ vocat χρονογραφίας numero plurali: Eusebius lib. x. Præparationis: item Cedrenus χρονικοὺς κάνονας. Tamen secundum Bedam titulus videretur fuisse, *Chronica veræ editionis*, χρονικὰ ἀληθοῦς ἐκδόσεως. Ita enim scribit in Chronico suo, in xv. anno Tiberii: *Iuxta verò Chronica eadem, quæ ipse Eusebius de vera editione, ut sibi videbatur,*
,, *composuit.* Quemadmodum enim Africanus bis Chro-
,, nica sua edidit, unde posteriorem editionem vocavit
,, δευτέραν ἔκδοσιν, ita Eusebius videtur, quum suum
,, Chronicon bis edidisset, posteriorē editionem ἀληθῆ
,, ἔκδοσιν vocâsse. Hanc autem partem, quemadmodum antea Africanus fecerat, à primo homine, ad vicennalia Constantini Magni deduxit: cujus adhuc multæ supersunt reliquiæ, & Marcellinus Comes non sinit dubitare, qui Chronicon Hieronymi continuavit. *Post mirandum*, inquit, *opus, quod à Mundi fabrica, usque in Constantinum Principem Eusebius Cæsariensis hujus sæculi originem, tempora, annos, regna, virtutesque mortalium, & variarum artium repertores, omniumque pene Provinciarum monumenta commemorans Græco edidit stilo.* Idem quoque, ut diximus, fecerat Africanus, & magnum thesaurum priscæ temporum & historiarum memoriæ in tres libros sui operis priores, (quinque autem conscripsit) congesserat. propterea Georgius Syncellus illum thesaurum χρονογραφίας ὁμάδα Ἀφρικανοῦ vocat. Atque hæc de priore libro Chronicor. Eusebii. Alteram partem χρονικὸν vocat Georgius, sed frequentius τὸν κανόνα, ut quum ait, Εὐσέβιος ἐν προοιμίῳ τοῦ κανόνος. item, ταῦτα προέθετο ἐν τῷ κανόνι αὐτοῦ. Bis quoque τὸ κατὰ πλάτος appellavit, hoc est, expansum opus, quod in hac parte anni omnes κατὰ πλάτος & expansi ponuntur, qui in priore parte καθ᾽ ὁμάδα, καὶ ἀνακεφαλαιωδῶς comprehendebantur. Hoc melius illustratur loco Aniani Monachi vetustissimi, qui Libros quinque Africani τὰ καθ᾽ ὁμάδα vocat, Chronicon autem Eusebii τὸ κατὰ πλάτος. De Eusebio enim verba faciens, ita scribit: εἶτα δὲ καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν Σαμψὼν τοῦ κριτοῦ, τὰ τῆς ἀναρχίας, ἤτοι τῆς εἰρήνης τοῦ λαοῦ μ ἔτη ἐν τῷ κατὰ πλάτος οὐκ ἔθηκεν. ὁ δὲ Ἀφρικανὸς αὐτῶν ἐμνημόνευσεν, καὶ τῇ τοῦ χρονογραφίου αὐτοῦ ὁμάδι συμψηφισάμενος ἥνωσεν. Atque hæc quidem de partibus operis, quod bipartitum fuit. Totum verò opus quomodo vocatum fuerit, melius, quàm quomodo vocandum à nobis erit, expedivero. Nam quemadmodum in jure Cognatio & Adoptio nunc generis, nunc speciei partes funguntur, ita universum hoc opus nunc Κανόνες χρονικοὶ, nunc χρονογραφίαι, nunc χρονικὰ vocantur. Videndum igitur, an è mente auctoris fuerit, ut plurale nomen universo operi, singulare alteri ex duabus partibus conveniat. Ego ita censeo, dum aliquis meliora adferat. & propterea universum opus Chronica vocentur, pars prior Chronologia, posterior Canon, vel, ut hactenus ei nomen hæsit, Chronicon Eusebii. Potest etiam simpliciter dici prior pars, altera pars Chronicorum Eusebii, ut vocat Georgius. Ita etiam Eusebius prooemio Canonis priorem libellum dixit, &, ut jam supra tetigimus, Georgius πρῶτον λόγον. Unde & alter potest dici δεύτερος λόγος. Præterea χρονικῶν κανόνων παντοδαπὴ ἱστορία totum opus quidem vocatum est, sed proprie prior pars est παντοδαπὴ ἱστορία. Nam verum est, quod diximus, generis nomen pro specie usurpatum fuisse.

DISPOSITVS VTRIVSQVE LIBRI EVSEBIANI. DIFFERENTIÆ DVÆ CODICVM SCRIPTORVM VNDE NATÆ.

QVis prioris partis dispositus, quæve œconomia fuerit, tametsi quum ad Græca pervenerimus, tunc locus erit latius eam rem tractandi; hîc tamen quædam strictim tangere, non erit alienum ab instituto nostro. Quemad-

Quemadmodum igitur Euſebius in divinis commentariis προπαρασκευῆς, ut legis Iudaicæ,& inde Chriſtianæ veritatem aſſereret,omnes veterum Philoſophorum, Hiſtoricorum,Theologorum Ægyptiorum,Phœnicum, & Græcorum Bibliothecas recluſit, ut aut eorum vanitatem ex lege Dei argueret,aut vetuſtiſſimos Ægyptios, Chaldæos, Phœnicas, & Græcos de prophetarum Hebræorum fonte potaſſe, & ſitim ingenii ſui inde rigaſſe oſtenderet: ſic aliquot annis antea, ut vetuſtatem doctrinæ Moſaicæ probaret, præſtantiſſimum Chronicorum & omnimodæ temporum hiſtoriæ opus inſtituerat: in cujus rei probationem ſpatioſius excurrenti per omnes literas orbis, & hiſtorias nationum peregrinandum fuit: Græcorum, Latinorum ſcripta conferenda, Aſianarum, Europæarum, Libycarum nationum cenſuales evolvendi, & concatenationes temporum, ut ,, Tertullianus loquitur, aperiendæ, *ut hujus ſæculi origi-* ,, *nem, tempora, annos, regna, virtuteſque mortalium, & va-* ,, *riarum artium repertores, omniumque pene provinciarum* ,, *monumenta*, ut Marcellinus ſcribit, *commemoraret*. Itaque hæc prior pars verè στρωματεὺς quidam hiſtoriarum fuit ex multiplici nationum, regnorum, urbium memoria contextus. Nullum fuit paulo vetuſtius regnum, imperium, Dynaſtia, aut regum ſucceſſio, quorum quædam in priſcis monimentis extaret mentio, quæ huic opulentiſſimo theſauro congerendo contributa non ſit: ut meritò hæc prior pars παντοδαπὴ ἱςορία ab ipſo auctore vocata fuerit: quanquam non inventum eſt Euſebii, ſed Africani, cujus etiam paginas integras in priorem partem ſuam conjecerat Euſebius, ut ſuo loco videbimus. Et quidem ſatis eſt hæc de hac parte perſtrinxiſſe. Ad alteram propero, quam & Chronicon, & Canonem vocatam proxime indicavimus. Rurſus memineris, quemadmodum altera pars τὸ καθ' ὁμάδα, id eſt collatio temporum, dicta fuit, ita hanc dici τὸ κατὰ πλάτος, extenſionem, quod in eo libro anni regnorum expanſi inter ſe compoſiti comparantur, filo à natalibus Abrahami Patriarchæ deducto, qui eſt titulus & epocha Chronici Euſebiani. Primo loco ſeries eſt annorum à nato Abrahamo per denarios collectorum. Sequentes ſeries ſunt eorum regnorum,aut nationum, quarum titulus in fronte Chronici prænotatus eſt, ut Hebræorum, Sicyoniorum, Argivorum, Athenienſium, Ægyptiorum. Vltima ſeries laxior & ſpatioſior continet indiculos geſtorum, & pericopas, ſive periochas hiſtoricas: quo nomine nos illud ſpatium vocamus χωρίον ἱςορικόν. Hieronymo dicitur nunc *explanatio*, nunc *enodatio hiſtoriæ*, proculdubiò quia in Græco ἔκθεσις ἱςορικὴ dicta fuit. Nam & ita quoque Græci χρονολόγοι. Hic eſt in genere contextus & cenſus paginæ Chronici Euſebiani triplici ſerierum differentia diſtinctæ,annorum Abrahami,regnorum,& ſpatii hiſtorici: hoc eſt,ſi cum Græcis nobis res eſſet, ἐτῶν Ἀβραάμ, στοιχειώσεως βασιλειῶν, ἐκθέσεως ἱςορικῆς. Hæc neceſſario ἐν προθεωρίας λόγῳ nobis præmittenda fuerunt, quod ſine illis neque quis ordo Chronici Euſebiani fuerit, neque quid nos ſequuti ſimus, intelligi poteſt. Nullum geſtum in ſpatio hiſtorico extat, quod ad alicujus regni, nationis, aut Reip. tempora referendum non ſit, tametſi ſæpenumero illud geſtum ad eam nationem,aut regnum pertineat. Propterea apud Marianum Scotum, qui totum Chronicon Euſebii in ſuum transfudit, ita legimus: SICYONIORVM. *Io Iaſi filiæ mixtus eſt Iupiter.* ÆGYPTIORVM. *Hercules cognomento Deſanaus in Phœnice clarus habetur*. Quid Io, aut Phœnice commune habent cum Sicyoniis? quid Europa cum Ægypto, aut Syria? Rurſus: ATHENIENSIVM: *In Creta regnavit Aſterius*. Item: ATHENIENSIVM: *Linus Thebæus clarus habetur*. Aſterius, Linus, neuter Athenienſis fuit: neutri cum Athenienſibus ullum commercium. Quid plura? perlege totum Mariani Chronicon. Melior pars geſtorum hiſtoricorum proſcripta eſt titulo regni, aut nationis, quo raro geſti argumentum pertinet. Nimirum Africanus & Euſebius ita concepta apud auctores invenerant: Sub illo rege Athenienſium illud in Ægyptò contigit: Sub illo Sicyoniorum illud in Syria. Ideò Africanus & Euſebius duorum ſeſe obligârunt, prioris, quod omnino, quia ex inſtituto eſt, effugere non poterant, geſtum ad Abrahami annum aliquem referre; alterius, quod nemo ab illis exigeret, quod non adeo neceſſaria res ſit, ad illud regnum, aut illam nationem referre, ſub qua id geſtum eſſe ii ſcriptores retulerunt, unde illa accepta ſunt. Prius operoſum non eſt. E regione enim anni Abrahami notatum non poteſt ignorari quo referendum ſit. Sub quo autem regno, aut natione illud contigiſſe Scriptores notaverint, id verò deſignare non ita expeditum fuit. Nam in ſpatio hiſtorico titulum nationis apponere, qui in fronte paginæ notatus fuerit, ut fecit Marianus, ſupervacaneum eſt. Marianus enim, quia in fronte nullos titulos deſignavit, in ſpatio ponere neceſſario tenetur. Contra Euſebio nulla incumbit neceſſitas titulum in ſpatio hiſtorico iterare, qui in fronte paginæ antea poſitus eſt. imo iteratio ridicula eſſet. Huic difficultati ita conſultum eſt, ſi ſingulæ ſeries aut fila annorum diverſis coloribus inficerentur, atro, rubro, viridi, cæruleo. Itaque in ſpatio hiſtorico prima periochæ litera minio, aut alio colore picta, indicat illud geſtum ad eam ſeriem pertinere, quæ eodem colore ſignata eſt. Inde eſt, quod adhuc quidam Codices Chronici hujus fila annorum diverſis coloribus diſtincta habent. Penes nos eſt atro, rubro, viridi notatus ex dono ampliſſimi & Juris conſultiſſimi Marquardi Freheri, Sereniſſimi Electoris Palatini Conſiliarii. Sed, quæ eſt librariorum imperitia, quidam colores retinent, ſpatium omiſerunt, & geſtum hiſtoricum ſub ejus nationis titulo ponunt, ad quam illud pertinere color archetypi indicabat. Alii contra, colorum neglecto diſcrimine ſpatium retinuerunt, meliore, ni fallor, conſilio, quàm ſuperiores. Parum enim noſtra intereſt, ad quam nationem auctores geſtum aliquod retulerint, quum numerus Abrahami, regula & index omnium annorum, id apertè demonſtret. Anno Marathi Sicyoniorum regis undecimo Herculem Deſanaüm claruiſſe in Phœnice ſcripſerat auctor quidam, unde Euſebius excerpens non ſatis habet è regione anni CCCCXCVII. Abrahami in ſpatio hiſtorico deſignare, qui reſpondet anno undecimo Marathi Sicyoniorum regis, niſi etiam indicet regnum, ad quod auctor, unde accepit Euſebius, illud geſtum contulit. Propterea idem color debet eſſe literæ primę Herculis, quo notata eſt ſeries annorum Marathi. Sed poſteriores librarii hâc obſcurâ diligentiâ damnatâ, unum quodque geſtum eò conjecerunt, quò ſimilitudo coloris indicabat: puta Herculem Deſanaüm ſub undecimo anno regni Marathi, non autem in ſpatio hiſtorico, quod non potuerunt. Alii contra ſpatio retento, omne geſtum in illud contulerunt, nullâ rationę regni, aut nationis habitâ, ad quam id geſtum auctores, unde accepit Euſebius, retulerunt. Hinc nati ſunt Codices duplicis exempli. Prioris generis, qui ſpatium retinuerunt, plurima extant exemplaria, cujuſmodi Codicum habuimus ſcripta, aut cum ſcriptis collata, tam inter ſe ſimilia, ut uno dictante, à pluribus eodem tempore excepta eſſe videantur: in quibus à Conſulatu Auſonii & Olybrii pro Chronico Conſulari Proſperi ſubjectum eſt aliud ejuſdem Scriptoris Chronicon ſine Conſulibus, & per omnia alteri diſſimillimum, quod excipit Chronicon Sigeberti Monachi Gemblacenſis. ut hinc conſtare poſſit hujus exempli Codices non admodum multæ vetu-

ſtatis eſſe. Alterius generis exemplaria ſunt melioris notæ: cujuſmodi tres vidimus: primum Iacobi Bongarſii viri clariſſimi, probiſſimi, eruditiſſimi, tam ab eximiis dotibus animi, quàm legationibus ſuis pro Chriſtianiſſimo Rege in Germania celeberrimi: ſecundum Freherianum, cujus paulo ante meminimus: tertium ex ampliſſimi viri Pauli Petavii Senatoris Pariſienſis archetypo deſcriptum, manu Jacobi Gillotii, viri ampliſſimi, ſummâ eruditione, & ſingulari humanitate; Senatoris Pariſienſis. Horum trium eximiorum Codicum non tanta eſt inter ſe ſimilitudo, quàm aliorum prioris exempli: ſed tamen rara inter eos in ſitu annorum diſcrepantia eſt; in verbis quædam. neque cujus major apud me auctoritas ſit, quum omnium maxima ſit, temere dixerim, utpote quum interdum in omnibus recta lectio ſit, quæ in reliquis depravata eſt. Editiones vulgares, quanquam hujus generis exemplaria ſequutæ ſunt, & omnia geſta non ſpatio hiſtorico comprehendunt, ſed ſub certis nationibus & regnis reponunt, tamen temeritate correctorum multum deformatæ ſunt. Denique iſta omiſſio ſpatii hiſtorici, item geſtorum ſub certis nationibus notatio non raro geſta ipſa luxarunt ab epochis ſuis: atque adeo alieno loco poſita. Peccant ſæpe ἀναχρονισμῷ aut in antecedentia aut in conſequentia, ita ut epochæ aliter à Mariano aſſignatæ ſint, aliter à codicibus Bongarſiano, Freheriano, & Petaviano, aliter ab editionibus: ut quid eligendum ſit, vix certa ratio iniri poſſit. Monendus eſt igitur candidus lector, qui paſſim in notis noſtris Priorum & Poſteriorum codicum mentionem fieri videbit, per priores intelligi eos, qui ſpatium hiſtoricum habent, in calce autem poſt mortem Valentis, ubi deſinit Hieronymus, Chronicon Proſperi, quod ſine Conſulibus digeſtum eſt, cujus exempli codices decem nos habuiſſe diximus, ſcriptos partim, partim cum ſcriptis collatos. Per poſteriores libros intelligimus Bongarſianum, Freherianum, & Petavianum, in quorum anno Chronicon Proſperi Conſulare in fine adjectum eſt. in prioribus ſpatium hiſtoricum fideliter ſervatum eſt à primo anno, ad MDIV. numeri Euſebiani: à quo anno deinceps, uſque ad Pompei tempora, duo ſpatia hiſtorica digeſta ſunt. prius rerum Romanarum, alterum aliarum nationum, cum hac temeraria enunciatione: HÆC PER TEMPORA IN ORDINEM, NON PER ANNOS DIRIGVNTVR. quaſi dicerent: τὰ ἑξῆς καθ' ὁμάδα, οὐ μὴν κατὰ πλάτος ἐστοιχείωται. nimirum quod rationem annorum, qualem antea, non habuerint, & qualem decet eſſe in Canonibus Chronicis. ſed per univerſalia temporum, ut in παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, in qua omnia καθ' ὁμάδα, non κατὰ πλάτος. Itaque hinc in illis libris incipit magna temporum perturbatio, qualem in tanta luxatione epocharum ſequi neceſſe eſt. ex utroque genere horum Codicum Chronicon Euſebii conſtituimus: à primo anno numeri Euſebiani, ad primam Olympiada, prioris generis librorum contextum ſequuti ſumus, propterea quod ſpatio hiſtorico retento, minus videtur à vero aberrare: quum contra in poſterioribus codicibus tranſlatio geſti à ſpatio hiſtorico, ad titulum nationis, ſi non ſemper, tamen non raro anachroniſmo peccare ſolet. A prima Olympiade, ad finem uſque, ſatis nobis poſteriorum codicum tam explorata fides eſt, quam Priorum rejecta, quam ipſimet ſe fregiſſe monito ſuo probarunt, quo ſe non per annos, ſed per tempora hiſtorias digeſſiſſe profitentur. Itaque contentus à Prima Olympiade, ad Conſulatum Auſonii, totus ex poſterioribus libris eſt. de quibus omnibus ſuo loco reddetur ratio, & quid, & quare, & quatenus ſequuti ſumus.

PR. Prioris exempli codices cum ſpatio hiſtorico.
POST. Poſterioris exempli codices ſine ſpatio hiſtorico.
FR. Freherianus codex luculentus, & optimæ notæ.
PET. Petavianus codex optimæ notæ.
BONG. Bongarſianus majuſculis literis ante annos DCCCCLXXVII. ſcriptus, omnium vetuſtiſſimus & luculentiſſimus.

IN PROLOGVM HIERONYMI.

IN hac epiſtola Hieronymus occurrit ſiniſtris hominum judiciis, qui aut ſi quid abſone dictum legerint, non meminerint hæc de Græco in Latinum ſermonem transfuſa, aut ſi qua titubatum fuerit, neſcierint hæc ex tempore & tumultuaria opera notario dictata fuiſſe. Utrumque autem excuſationem meteri, tum quia difficile ſit eandem elegantiam conſequi in vertendo, quæ fuerit in vernaculo ſermone, tum quia neceſſe ſit à nobis multa peccari, quum ex tempore notario dictamus. Hæc omnia fuſius perſequi poſſemus, ſi non notas, ſed Commentarios ſcribere inſtituiſſemus. Id facient, quibus viſum fuerit. nos ad præcipua, & magis neceſſaria properamus.

Difficile eſt enim] In Epiſtola eruditiſſima ad Pammachium: *Vnde & ego doctus à talibus ante annos circiter viginti, & ſimili tunc quoq; errore deceptus, certe hoc mihi à vobis objiciendum neſciens, quum Euſebii Cæſarienſis Chronicon in Latinum verterem, tali inter cætera ſum uſus præfatione*: DIFFICILE EST ENIM ALIENAS, &c.

Denique quid Pſalterio canorius, quod in morem noſtri Flacci & Græci Pindari nunc Iambo currit, nunc Alcaico perſonat, nunc Sapphico tumet?] Pindari poëſin Iambico & Alcaico metro, aut Sapphico currere credent fortaſſe, qui nunquam Pindarum legerunt, aut neſciunt quid ſit Iambicum, Alcaicum, Sapphicum metrum. Idem leges & in Præfatione in Iob. De pſalterio magis miror, quum neque in eo, neque in Threnis ullum canticum ſit metricis legibus adſtrictum, ſed mere ſoluta oratio ſit, charactere poëtico animata. Quin Iſaiæ & aliorum prophetarum oratio inſtar poëſeos aliquando figurata eſt, quam tamen propterea poëſim eſſe non recte dixeris. Solum Canticum Moſis extremo Deuteronomio, Proverbia Salomonis, & totus fere liber Iob quadam rythmi neceſſitate cohibentur, qui rythmus eſt inſtar duarum dimetriarum Iambicarum, & tinnulus accidit ad aures. Sed aliquando pauciorum ſunt ſyllabarum, aliquando plurium, quales Græcorum στίχοι καταληκτικοὶ, βραχυκατάληκτοι, ὑπέρμετροι: non utique quod compenſatio fiat κατ' ἰσοχρονίαν, ut in Græcis ſolet: neque enim hoc exprimi poteſt idiomate Hebraico: ſed quantum ſententia poſtulat, rythmis nunc longior, nunc brevior eſt. Eſt enim rythmus, ut doctiſſimus Beda ex Marii Victorini, Auguſtini, & aliorum ſcriptis collegit, *metris conſimilis verborum modulata compoſitio, non metrica ratione, ſed numero ſyllabarum ad judicium aurium examinata, ut ſunt*, inquit, *carmina vulgarium Poëtarum. Et quidem rythmus ſine metro eſſe poteſt, metrum verò ſine rythmo eſſe non poteſt.* Rurſus idem Beda ex lib. 1. Marii Victorini, cap. de Rythmo:

Metrum

Metrum est ratio cum modulatione: Rythmus modulatio sine ratione. Plerunque tamen casu quodam invenies etiam rationem in rythmo non artifici moderatione servatam, sed sono & ipsa modulatione ducente, quem vulgares Poëtæ necesse est faciant rustice, docti faciant docte, &c. Hæc ille, quo nemo veterum melius quid sit Rythmus, explicavit, sed amplius vide apud Augustinum lib. III. de Musica. Itaque politici Græcorum versus, qui syllabarum numero, non temporum ratione constant, nihil aliud quam rythmus sunt „ qui nihil aliud est, quam, ut Cicero ait, numerus ad „ mensuram aurium cadens. Sic liber Iob, Proverbia Solomonis mere rythmus est, non metrica modulatio: in quibus ut plurimum versus sunt duæ dimetriæ Iambicæ, aliquando tres dipodiæ, aliquando mira est inæqualitas, ut ne rythmi quidem legem sequantur. Nam ut in Hebraico, Syraico, Arabico, & Abyssino idiomate ulla metri species concipi possit, nemo efficere possit, quia id natura sermonis non patitur. Itaque Præfatione in Iob nulla ratione nititur quod ait, *versus illius libri Hexametros esse, dactylo, spondeoque currentes, & propter linguæ idioma crebro recipientes & alios pedes non earundem syllabarum, sed eorundem temporum, id est,* οὐκ ἰσοσυλλάβους, ἀλλὰ ἰσοχρόνους. Nos negamus tale quid in eo Libro extare: imo contra dicimus, ne metra quidem esse, sed metrorum instar. Itaque Librum Jobi constare Hexametro carmine non magis concesserim, quàm quod postea adjicit, eum Librum mixtum ex Hebraïsmo, Syriasmo, & Arabismo: quod miror homini Hebraïce perito excidisse. Merus enim Hebraïsmus est, quanquam pura puta poësis rythmica non metrica, generosa & mascula, & supra omnes Pindaricos modos. Neque verò putaveris genus illud rythmi, quo Proverbia, & Liber Job constant, esse simile ei, quod hodie Judæis in usu est. Nam hodierni versus Judaïci sunt planè rythmi nostri vulgares ὁμοιόπτωτοι καὶ ὁμοιοτέλευτοι: quod à nobis Christianis ante annos D plus minus didicerunt, nos autem ex Leoninis Hexametris quæ vocant, eos effinximus: quanquàm & Judæi habent aliud genus, in quo non numeri Syllabarum, sed similis desinentiæ ratio habetur. Aliquando enim versus antecedente longior est dimidio: in ὁμοιοτελεύτοις autem, καὶ ὁμοιοπτώτοις tantum conveniunt. quas desinentias in Hebraïsmo, Syriasmo, & Arabismo non est operosum reperire. Sponte enim occurrunt etiam aliud agentibus. Quare Critici Arabici, qui cola & cæsa in Alcorano designârunt, ii nunquàm ea terminant, nisi ubi occurrit verbum similiter desinens, ut finis antecedentis. Vnde factum, ut cola sive commata Alcorani sint admodum inæqualia. Quocirca Muhammedani, quum recitant, aut legunt ea, raptim percurrunt, donec ad finem pervenerint. Tunc verbum ultimum alio tono pronuntiant, nempe eodem, quo ultimum antecedentis, ut eo significent versiculum, sive comma, absolutum esse. Non enim, quod vulgo persuasum video, Alcoranum constat ullo genere metrorum, non magis quàm Epistolæ Ciceronis: sed ibi cola finiuntur, ubi similis desinentia est, etiam si sit maxima membrorum inæqualitas: quæ scias ibi terminari, ubi flosculi auro, aut minio picti videntur: qui nihil aliud sunt, quàm signa similium desinentiarum. Denique, ut eò, unde digressi sumus, redeamus, Hebraïsmus, Syriasmus, & Arabismus nullo modo ad metrorum Græcorum aut Latinorum regulam revocari possunt, etiam si cœlum mari misceatur.

Quæ omnia Pentametris & Hexametris.] Sed in Epistola ad Paulam Urbicam Tetrametra melius vocat, quæ hîc Hexametra. Nam, ut jam diximus, versus Job, & Solomonis sunt quatuor dipodiæ, aut quasi duæ Dimetriæ, sed aliquando decurtatæ, aliquando productiores, prout sententia postulat. A metro enim sententia legem accipit, à sententia rythmus. & propterea metrum nunquam excedit legem suam, rythmus excedit, quum sententia postulat. Tantum igitur abest, ut ullum Hexametrum, aut Pentametrum in sacris Bibliis reperiatur, ut in illis ne rythmo quidem constent sui modi, sed modo brevior, modo longior sit rythmus pro captu sententiæ. Porro de his amplius vide Epistolam ad Paulam Vrbicam. sed cave ne viri auctoritas te in ipsius sententiam pertrahat tam in his, quæ de versibus Hebræorum prædicat, quàm de elementorum Hebraïcorum significatione, atque eorum syzygiis, quæ accepit ab Eusebio ipse; Eusebio autem persuasit vafer quidam Judæus, homini Christiano illudens. Denique Librum Job Pentame- „ tris & Hexametris constare, non magis credidero, „ quàm illa genera metrorum in Hebraïsmo exprimi „ posse. „

Vt Iosephus & Origenes scribunt.] Καὶ Μωσῆς ᾠδὴν εἰς τὸν θεὸν ἐγκώμιον, καὶ τῆς εὐνοίας εὐχαριστίαν περιέχουσαν ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ συνέθηκε. Sed Canticum Mosis est rythmus accedens ad Tetrametrum Jambicum, non autem Hexametrum Heroïcum, ut vult Josephus. Philo Judæus scribit Essenos canere hymnos multiplici genere metrorum conscriptos. μέτρα γὰρ, inquit, καταλελοίπασι ποιητικὰ ἐπῶν τριμέτρων, προσοδίων, ὕμνων, παρασπονδείων, παραβωμίων, στασίμων, χορικῶν στροφαῖς πολυστρόφοις εὖ διαμεμετρημένων. Aut falsum hoc est: aut, si ullo genere carminis constabant, Græco Esseni sermone, ut reliqui Hellenistæ Judæi Ægyptienses, utebantur. Nam nemo, qui Philonem legerit, ignorare potest, illum Hebraïsmi imperitissimum fuisse: ideo an ullum scriptum sacrorum Bibliorum metricis legibus conceptum sit, illi non magis exploratum fuisse, quàm quâ linguâ Hyperborei uterentur.

Vt autem.] In PR. hæc ita bene continuantur. At in POST. XVIII lineæ absunt hinc usque ad illa: *Vndè præmonendum puto, &c.* quod miramur. Nam sine his quid velit Hieronymus, nemo assequi poterit. Proponit enim primò dispositionem paginæ Chronici, deinde usum. Chronici igitur, sive Canonis Eusebiani paginam triplici differentiâ distinctam esse, superius monuimus, annis Abrahami, quem numerum Eusebianum vocamus, filis Regnorum, & spatio historico. Fila Regnorum aliquando sunt plura, aliquando pauciora, quibus in fronte tituli sui prænotati sunt, Assyriorum, Sicyoniorum, Argivorum, Atheniensium, Ægyptiorum, &c. omnium ultimo loco positum spatium historicum periochas brevissimas gestorum continens. Fila Regnorum, id est lineæ annorum, quas Græci στίχους vocant, deorsum deductæ diversis coloribus litæ sunt. Prima linea minio, secundæ color minium atro permixtum. Hoc est literæ numerales colore composito ex minio & nigro fucatæ sunt. Tertii fili numerales partim minio puro, partim puro nigro notantur. Et reliqua, ut scribit Hieronymus. Atque hæc de dispositione. Usum etiam supra tetigimus, ut quo colore prima litera periochæ historicæ notata fuerit, ea historia ad illam seriem numerorum referenda sit, quæ eodem colore distincta fuerit. Hæc antea erant Cimmeriæ tenebræ: nunc luce clariora. Hoc unum miror, quum dicat sextam lineam eodem colore, quo secundam, litam fuisse, & octavam, ut quartam, historia, quæ colorem secundæ habuerit, in ambiguo erit, utrum ad secundam, an ad sextam referri debeat. Denique hæc omnis περιεργία meritò tam à Posterioribus neglecta est, quàm à Prioribus: quum pluris nostra referat, quo anno numeri Eusebiani celebrata fuerit prima Olympias, quàm quo anno cujuspiam regis Ægyptiorum illam notaverit quidam priscus auctor. De hoc satis supra dictum est. Et nihil nunc superest

pereſt in hoc loco obſcuro, quod lectorem currentem remorari poſſit. De uſu nihil dicimus, quum ex ejus verbis, quid velit, intelligenti conſtet.

In explanatione hiſtoriæ.] Ita vocat, quod nos χωρίον ἱστορικόν. Sic auctor Inſtitutionum Iuris, quæ nomine Cai editæ ſunt, Titulo de numero ſervorum teſtamento manumittendorum: *uſque ad illum numerum, quem explanatio continet ſuperius comprehenſa.* Explanatio eſt περιοχή. Infra enodationem hiſtoriæ dixit pro eodem. PR. retinuerunt, atque eodem ordine, quo Euſebius, paginam contexuerunt. Contra POST. τὸ χωρίον ἱστορικὸν omiſerunt, unumquodque geſtum tali compendio ſub illo titulo notârunt, ad quem illud relatum fuit à Scriptoribus, ut tædio illorum colorum defungerentur. Sed hac innovatione multa in ordine rerum & temporum turbârunt à primo anno numeri Euſebiani, ad primam Olympiadem.

Quum minor eſt numerus linearum.] Verſus annorum deorſum deſcendentes lineas vocat, quas aliquando dicit pauciores eſſe: ut, exempli gratia, prima pagina quatuor tantum habet, numerum Euſebianum, annos Aſſyriorum, Sicyoniorum, Ægyptiorum. In ſubſicivis ſpatium hiſtoricum relinquitur. Aliæ paginæ habent plures titulos, ſeptem, octo, novem, decem. Quot ſunt tituli, tot fila, ſive lineæ annorum. Ex editionibus hæc capi non poſſunt, quia ordinem ab Euſebio inſtitutum innovârunt.

Vt regnorum tramites, qui per vicinitatem nimiam pene mixti erant.] In hiſtorico ſpatio aliquando continetur longius geſtum, quàm ut unius anni ſpatio comprehendi poſſit. itaque ad inferiores annos ſæpe excurrit, ad quos tamen non pertinet: qui, quum ſequentibus geſtis dicandi eſſent, à primo geſto occupati ſunt. Ne igitur periochæ commiſcerentur, & ex diverſis una conflaretur, virgulis coloratis inter ſe diſtinguebantur eo colore litis, quibus notatæ erant lineæ annorum, ad quas referri ſingulæ periochæ debebant: *ne quis forte*, inquit, *putaret ad oculorum voluptatem eos colores quæſitos fuiſſe.* Hoc eſt, quod alibi dicit, *virgulas rebus pariter ac numeris intertextas.* Nos aliter fecimus, ſequuti exemplum Librorum PR. in quibus ſpatium laxatur inter annum antecedentem, & ſequentem numeri Euſebiani, quotieſcunque periocha major eſt, quàm ut è regione unius anni comprehendi poſſit. Exemplum: In prima pagina Canonis inter VII. & VIII. annum numeri Euſebiani, amplum ſpatium relictum eſt tribus magnis periochis concipiendis, quæ è regione anni VII. comprehendi ipſo ſpatio hiſtorico non poterant. De reliquis idem eſto judicium.

Me eſſe & interpretis & ſcriptoris ex parte officio uſum.] Idem Præfatione in loca Hebraïca hunc locum tangit: *Semel enim, ut in temporum libro præfatus ſum, me vel interpretem eſſe, vel novi operis conditorem.*

Quam Euſebius hujus conditor Libri.] Librum vocat opus in duos libros tributum. Alio nomine potius notandum erat.

Non tam ignoraſſe, utpote eruditiſſimus.] Etiam πολυμαθῆ vocat Georgius Syncellus, quamvis illi per omnia adverſans, καὶ ὁμόσε χωρῶν. Si eruditiſſimus vocandus, quia multa legit, ſane nemo illi hanc laudem invidere poteſt. Sin autem is eruditiſſimus, qui judicium cum multa lectione conjunxit, alium potius, quàm Euſebium producere debuit.

Vſque ad Conſulatum Auguſtorum Valentis ſexies & Valentiniani iterum.] Onufrius noſter III, non iterum. Eſt autem ἀκυρολογία ex idiotiſmo. Nam terminus includitur Proprie autem loquentibus continuâſſe Chronicon ſuum Hieronymus dicitur uſque ad Kal. Jan. ejus anni, quibus faſces ſumpſerunt Auſonius & Olybrius poſt Conſulatum Augg. Valentis VI. & Valentiniani junioris III. Sic ſæpenumero etiam in ſacra Scriptura terminum includi non raro notavimus. Similiter Marcellinus Comes ait, Hieronymum produxiſſe Canonem uſque ad Valentem, termino nimirum incluſo. Igitur Auſonio, & Olybrio Conſulibus hoc Chronicon ſcribebat Hieronymus, anno verò Chriſti CCCLXXXI, Euſebiano CCCLXXX, Dionyſiano CCCLXXIX, indictione VII.

IN EVSEBII LIBRVM PRIOREM CHRONICORVM.

QUod Chronicorum Canonum libros duos ſcripſerit Euſebius, quorum prior omnimodæ hiſtoriæ tempora, origines, cauſas, progreſſus: poſterior annos expanſos contineret, ſatis ſuperque à nobis dictum eſt in iis, quæ ſupra diſputavimus. Quod autem non ſolum Canonem, ſed & hunc priorem Librum Hieronymus in Latinum ſermonem converterit, tum ipſe, tum Marcellinus Comes auctor eſt. Ipſe quidem Commentario in Danielem, capite nono ita ſcribit: *Quicquid enim in Templo poſtea factum eſt, non fuit ſacrificium Dei, ſed cultus Diaboli, cunctis in commune clamantibus,* SANGUIS EIVS SUPER NOS ET FILIOS NOSTROS. *Et hoc,* NON HABEMVS REGEM, NISI CÆSAREM: *quem locum in Chronica ejuſdem Euſebii, quam ante annos plurimos in Latinam linguam vertimus, diligens Lector plenius ediſſertum poterit invenire.* Hujus autem loci, quem tangit Hieronymus, Græcum fragmentum extat, in quo inter alia hoc, quod huc pertinet: Ταῦτα δὲ πάντα πεπόνθασιν οἱ ἐχθροὶ τῆς ζωῆς αὐτῶν Ἰουδαῖοι κυρωθέντες ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, ὡς ἀπωσάμενοι Χριστὸν τὸν βασιλέα τοῦ παντὸς, καὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων βασιλείαν δυσσεβῶς ἐπισπασάμενοι κράζοντες, ΟΥΚ ΕΧΟΜΕΝ ΒΑΣΙΛΕΑ ΕΙ ΜΗ ΚΑΙΣΑΡΑ. καὶ, ΤΟ ΑΙΜΑ ΑΥΤΟΥ ΕΦ' ΗΜΑΣ ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΑ ΤΕΚΝΑ ΗΜΩΝ. Marcellinus autem: *Poſt mirandum opus, quod à mundi fabrica uſque in Conſtantinum Principem, Euſebius Cæſarienſis hujus ſæculi originem, tempora, annos, regna, virtuteſque mortalium, & variarum artium repertores, omniumque pene provinciarum monumenta commemorans Græco edidit ſtilo, noſterque Hieronymus tranſtulit in Latinum, & uſque in Valentem Cæſarem Romano adjecit eloquio.* Non ſolum hanc priorem partem ab Hieronymo Latine converſam hinc ſcimus, ſed etiam quod ejus argumentum fuerit, & quæ in ea tractabantur, ſtrictim nos docet. Ut autem hunc priorem Librum à Canone diſtinguat idem Marcellinus, in fine Chronici ſui Canonem Euſebii vocat Librum temporum. Euſebium imitatus Proſper Tiro Aquitanus, Epiſcopus Regii Lepidi, vel, ut alii malunt, Reienſium in ſecunda provincia Narbonenſi, vir ſui ſæculi eruditiſſimus à primi Hominis creatione, ad ſua tempora, hiſtoriam deduxit, omnia, quæ ex omnimoda hiſtoria Euſebii neceſſaria, ad ſuum opus inſtruendum colligens, per omnia ſeſe Euſebii imitatorem profeſſus eſt.

Adjuro te.] Hæc verba, quæ Græce concepta extant apud Euſebium in Eccleſiaſtica hiſtoria, Irenæus in fine operis ſui tanquam ſignaculum poſuit; ut iis libros ſuos adverſus falſarios muniret. Eum imitatus Euſebius non ſolum ejus exemplo, ſed etiam ipſiuſmet verbis voluit tam librariorum incuriæ, quam correctorum temeritati occurrere. Porro hæc neque in ullo PR. neque POST. extant, & tamen ea loco movere, quia in editionibus primis leguntur, nobis religio fuit. Præterea in manuſcripto Eccleſiaſticæ hiſtoriæ codice, qui penes nos eſt,

interprete Rufino, eadem Irenæi cautio fronte operis prænotata est: ut non dubium sit Eusebium, non Chronicis tantum, sed & reliquis operibus suis eadem verba, tanquam symbolum quoddam aut legitimum carmen, præposuisse. Neque vero solus hoc fecit Irenæus, & post eum totidem verbis Eusebius, munivit & eodem carmine interpretationem suam περὶ ἀρχῶν Ὠριγένους Rufinus Presbyter, verbis quidem non per omnia iisdem, sed tamen ejusdem sententiæ: *Omnem, qui hos libros vel descripturus est, vel lecturus, in conspectu Dei Patris, & Filii, & Spiritus sancti contestor, atque convenio per futuri Regni fidem, per resurrectionis ex mortuis sacramentum, per illum, qui præparatus est Diabolo & Angelis suis, æternum ignem, si non illum locum æterna hereditate possideat, ubi est fletus & stridor dentium, & ubi ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur: nequis addat aliquid huic scripturæ, ne auferat, ne inserat, ne immutet: sed conferat cum exemplaribus, unde scripserit, & emendet ad literam & distinguat, & inemendatum vel non distinctum Codicem non habeat, ne sensuum difficultas, si distinctus Codex non sit, majores obscuritates legentibus generet.*

Incipiunt tempora] Hæc solus Freherianus Codex habebat, sed longe auctiora, quam editiones. Itaque si quæ in his reperiuntur, quæ editiones non habent, scito ea esse ex Freheriano. Quam multa hinc desint potius, quam quæ desint, ex Græcis, quæ supersunt, colligere potes. Præterea multa ex aliis Chronologis minorum gentium assuta sunt, non pauca, ut puto, ex Prosperi priore parte. Nam & ipse, ut diximus, duas partes Chronicorum suorum fecerat. Quædam etiam puto inter-
,, pretem Hieronymum inseruisse. Quod quum in prio-
,, ri editione suspicati essemus, postea verum id esse ex
,, Codice Bongarsiano omnium vetustissimo deprehen-
,, dimus, in quo ante Epistolam Hieronymi hæc uncia-
,, libus literis prænotata erant: EVSEBIVS HIERO-
,, NYMVS. INCIPIT EPITOMA [DE] CHRO-
,, NICON. QVIBVS GENERATIONES ET
,, REGNA AB ADAM VSQVE *ad Abraham, & impe-*
,, *ria, vel passionis domini omnes consecuti sunt, usque ad finem*
,, *Valentis & Valentiniani Imperatoris adjecimus. In nomine*
,, *patris, & filii, & spiritus sancti.* Hactenus Codex Bon-
,, garsianus. Ex quibus non temere ab Hieronymo mul-
,, ta ex priore libro conjecta fuisse indicavimus, vel po-
,, tius totum librum ab Hieronymo conversum, cujus
,, epitome hic posita fuerit, & à librariis mutilata, inter-
,, polata, & multis partibus vitiata. Deesse autem ver-
,, ba quædam in iis, quæ protulimus, palam est. Porro
,, hæc prolegomena cum distributione regionum inter
,, posteros Noæ invenies in secundo Tomo Lectionum
,, antiquarum Canisii, pag. 581. & deinceps. Quæ sunt
,, laciniæ hujus operis. Itaque ea perpendat Studio-
,, sus Lector. Denique quæ hic leguntur, id, quod periit, magis deflere, quam quod superest, frui nobis præbent. Et sane parvi erant momenti, nisi essent argumentum & indicium eorum, quæ desiderantur. Nam tempora mundi, aut, ut hic vocantur, totius seculi, in illa parte tractata per hæc cognoscimus, & omnium gentium regna, ducatus, regnorum, imperiorum, Assyriorum, Chaldæorum, Romanorum, aliarumque nationum origines indidem exposita fuisse, & per has reliquias declaratur, & ex reliquiis Græcis cognoscimus: ut tantam tanti thesauri jacturam satis deplorare non possimus. Quare hæc pars, quæ χρονογραφικὴ dicitur, τὰ ἀρχαιολογούμενα τῶν ἐθνῶν, *origines nationum* continebat. altera pars, quæ proprie κανονικὴ, erat tantum index per annos expansos eorum, quæ in priore parte per tempora collecta, & sæculorum universalia explicabantur.

& tempora Dictatorum cum consulibus.] Consules ab Eusebio positos fuisse, constat ex ipsomet Eusebio, & ex aliis. Ex Eusebii quidem tam priore parte, quam posteriore. Prioris partis duo argumenta sunt. prius, hic locus: alterum, quod pauci Consules in calcem horum Fragmentorum rejecti fuerant: cujus rei causam suo loco reddemus. Posterioris partis duo quoque vestigia supersunt. alterum, quod ubi ad tempora Consulum perventum est, relictum est in omnibus scriptis Codicibus spatium, tum titulo frontali CONSVLVM. verbi gratia: IVD. ALEXANDR. SYRIÆ. MACED. CONSVLVM. alterum argumentum pericope Hieronymi ad XI annum Valentis Imp. QVIA SVPERIORI ANNO SARMATÆ PANNONIAS VASTAVERANT, IIDEM CONSVLES PERMANSERE. Quo argumento nullum clarius est ad asserendos Consules huic Chronico, quos audacia Correctorum hinc expunxit. Ex aliis auctoribus, Prospero, & Cassiodoro Consules per totum Canonem Eusebianum digestos fuisse cognoscimus, à Regifugio, ad vicennalia Constantini, hinc ad Consulatum Ausonii & Olybrii. Prosper enim, quum Chronicon opus instar Eusebiani institueret, illud in duas partes exemplo Eusebii divisit: in priore vetustatem & memoriam omnium temporum ex Eusebio, & aliis conquisivit, & ubi desinit Hieronymus, hinc, nempe à consulatu Ausonii & Olybrii, usque ad sextum consulatum Valentiani tertii sine consulibus opus suum deduxit. In altera parte, quæ mere Canonica est, rursus à primo homine, ad consulatum Ausonii & hinc ad Consulatum sextum Valentiani tertii cum Consulibus Chronicon suum contexuit, non facturus profecto, nisi jam idem fecisset Hieronymus, neque Hieronymus, nisi id ante ab Eusebio factum esset. Cassiodorus fere Chronicon ab Ænea, ad sua tempora deducens per omnia Eusebium sequitur, iisdem periochis sine ulla verborum immutatione utitur, eosdem annos regibus Romanorum attribuit. Quare ejus Chronicon totidem verbis ab Eusebio, Hieronymo, & Prospero mutatum est cum Consulibus iisdem, quos Hieronymus posuerat. Quin etiam Victor Tunnunensis inde incipiens, ubi desinit Prosper, eodem modo Consules adjungit, quemadmodum Prosper continuans Hieronymum, & Hieronymus Eusebium. Itaque qui dubitat Consules ab Eusebio adhibitos fuisse, eum & ab Eusebio dissentire necesse est, qui hic scribit se consules adhibuisse.

& quibus temporibus Historiographi.] Editiones, & Freherianus male *Historiographos.*

quod per ordinem rerum superius declaratum est.] Hinc ergo multa perierunt, quod & tacente eo satis constabat.

per Historias in hoc libro plenissime demonstrantur.] Iste liber cõtinebat in genere primum ea, quæ ante diluvium: deinde quæ post diluvium & dispersionem: postremo quæ ab Abraham, ad Vicennalia Constantini, particulatim autem gesta unius sæculi paulo plus minus colligit, quæ vocatur ὁμὰς χρόνων, ut quid quæque natio, aut Rex intra illud tempus gesserit, in unam ὁμάδα conjiciatur. ut si ab excidio Trojæ, ad Heraclidarum reditum reges & gesta colligantur, primum ponentur ordine HEBRÆORVM Judices, Labdon, Samson, Heli, Samuel: ASSYRIORVM Teutæus, Timmæus, Dercylus: SICYONIORVM Pelasgus, Zeuxippus ultimus REGVM: ATHENIENSIVM Demophon, Oxyntes, Aphidas, Thymoëtes, Melanthus: LATINORVM, Æneas, Ascanius, Sylvius Posthumus, Æneas Sylvius. Hi sunt Reges, qui intra illud intervallum fuerunt, quod est LXXX. annorum. Illis subjiciuntur gesta illius sæculi σποράδην, & tumultuario: hoc est, quod

vocatur ὁμάς χρόνων, hic dicitur historia, quod ex diversis gestis velut unum historiæ corpus conflatum est. Itaque post διασπορὰν & colonias diversorum in diversa missas, tota hæc prior pars digesta fuit per ὁμάδας χρόνων, ut oculus ipse docet tam in hac Latina parte, quam in Græca.

Quod & in libro Hygini.] Ita legitur in Freheriano. In editionibus depravata est lectio, & verum est Deorum generationes & ἀρχαιολογίας in hac parte recensitas fuisse, & Hyginum mythologum singulas historias τ̃ μυθολογουμένων conscripsisse. Sed Eusebium hominem Græcum à Latino Hygino historias Deorum aut Heroum hausisse, quas poterat à Philochoro & Apollodoro habere, imo quas certum est ab illis accepisse, caussæ non est cur credam. tametsi non invitus concedam Hyginum hunc mythologon ex Græco conversum fuisse. „ Sed Græcis ignotus est, & proinde Eusebio. Quo „ magis confirmatur suspicio nostra Hieronymi hanc „ epitomen esse eorum, quæ primo loco tractabat Eu„ sebius, sed eam epitomen ab otiosis hominibus teme„ ratam fuisse. Multa enim habet tam à dictione Hie„ ronymi, quam ab ejus liberali ingenio aliena. Certe „ quod in fine harum reliquiarum, sive laciniarum, po„ situm est, arguit ex Græcis hæc interpretata esse de „ Abraham: *omnes autem vixit annos* C LXXV. *cujus tem„ pus dinumerabimus annis expositis.* ubi *anni expositi* ad ver„ bum sunt ἔτη ἐξηπλωμένα, & per illa intelligit Ca„ nonem, qui digestus est per annos expositos, sive ex„ pansos: ut prior liber per annorum collectiones, quas „ ὁμάδας χρόνων vocant.

Numeratio temporum] Aut alius auctoris sunt, aut pauca Eusebiana intermixta. quin & dictio ipsa nihil de nitore Hieronymiano redolet. Omnino multa sunt ridicula: quanquam non negamus veteris Scriptoris esse, & multa ἀλληγορούμενα in principio habere, cujusmodi non pauca apud Joh. Chrysostomum, & alios reperiuntur, ut de primo die, de Bisexto, & si qua alia, id genus.

Hic dies primus sæculi] πρωτόκλιτος ἡμέρα Græcis Theologis, & Chronologis.

Non primus dierum omnium] Hæc possunt esse ab Eusebio, aut Africano, qui illum diem νοητὴν ἡμέραν vocat. Georgius Syncellus: τὴν πρώτην ἡμέραν ὁ Ἀφρικανὸς νοητὴν λέγει, διὰ τὸ α̃ διοργανισθῆναι πῶς τὸ πρωτόκτιστον φῶς, ᾗ κεχυμένον. Idem tangit Georgius Cedrenus.

Vnde mihi videntur Aegyptii] Ridicula tam Scripturæ expositio, quam Bisexti ratio. Centum viginti, inquit, sunt tertia pars anni. Atqui hoc modo annus fuerit tantummodo dierum CCC LX. Si dixisset centum viginti duo, nihil esset, quod objici posset. Nam hoc modo annum Bissextilem innueret, qui est dierum CCCLXVI: quorum tertia pars manifesto sunt CXXII. non, ut hic dicitur, C XX. Hæc omnia non sunt nauci, quanquam similia nescio quæ & apud Eusebium, Chrysostomum, Epiphanium, & alios veteres reperiantur.

Tertia igitur parte annuali] Horum & sequentium miseret me, atque adeo pudet. Pars annualis, inquit, nempe C XX dies, constituunt unum diem, qui in fine quarti anni absoluti adjectus Bisextum dicitur. Hoc est C XX dies. Si non est hallucinari, quid aliud sit, nescio.

Quos Hebræi quidem Embolismos] Embolismi Hebræorum sunt quæ Ægyptiis Exaltationes siderum atque stabilitates, inquit, hoc est, ut Græci vocant, ὑψώματα ᾗ στηριγμοὶ τ̃ πλανητῶν ἀστέρων. Quid mensibus lunaribus cum stationibus aut exaltationibus errantium? Insaniam si hæc confutem, aut si credam ab illis præstantissimis Scriptoribus Eusebio, aut Hieronymo profecta. Simile extat apud Tertullianum ad Scapulam, ubi ait Solis defectum ordinarium non potuisse contingere quod Sol esset in suo hypsomate. Itaque ea præteribimus, & hujus partis præterea nihil attingemus, si prius pauca lectorem monuerimus, nos, quantum potuimus, Græcorum prioris partis ordinem secutos fuisse, ut quemadmodum in Græcis factum est, ita & nos in Latinis ex reliquiis Canonis ὁμάδας & historias generales unius sæculi, pluriumve, aut pauciorum annorum ordinaremus, primum præpositis regibus omnium nationum, qui in illud sæculum incurrunt, deinde subjectis ἀποσπάδην historiarum periochis ejusdem sæculi: quæ omnia suis coloribus Eusebius, & post eum Hieronymus distinxerat, ut quæ pericopæ ad quem regem referri deberent, lector primo conjectu oculi assequi posset. Itaque quum ad Consules perventum est, non omnes unius sæculi εἰς τὴν ὁμάδα ἱστορικὴν conjecti sunt, sed ii duntaxat, quibus concolores sunt periochæ, quæ ad illos referuntur. Ut, exempli gratia, in quodam sæculo, aut quadam collectione temporum, quam ὁμάδα vocavit Eusebius, & post eum Georgius, Consules quatuor, aut quinque notati sunt minio. In spatio historicarum periocharum subjecto, pericopæ minio notatæ referuntur ad illos Consules. Itaque opus non fuit omnes Consules illius ὁμάδος referre, sed eos tantum, sub quibus illa & illa pericope contigisse dicitur, quæ eodem colore, quo ipsi Consules, primam literam fucatam habent. Hinc accidit, ut mutilator, quisquis ille fuit hujus prioris partis carnifex, quum reges omnium nationum colligeret, eos tantum Consules poneret, quos hic reperit, non autem omnes, qui in posteriore parte, hoc est in Canone, erant. Propterea de ista priore parte nihil nobis reliquit ille βιβλιοσπέβλης præter mera nomina regum, & paucorum Consulum, quos in calce operis adjecit. Hæc est caussa, cur tam paucos Consules in vulgatis codicibus reperimus. Porro quemadmodum in Canone pericope refertur ad illum annum expansum alicujus regni, qui eodem colore, quo prima litera pericopæ, infectus est, ita in hac parte, pericope, sive perioche, refertur ad illum Consulem, & regem, qui concolor est ipsi periochæ. Atque hæc in genere de iis, quæ dicuntur ὁμάδες, in quas partem hanc distrinxerat Eusebius, & nos idem, quantum assequi ex Græcis, quæ supersunt, potuimus, conati sumus. Quæ desunt, partim notavimus, partim ex ipsis Græcis per te conjicere potes: quæ quidem quanto præstantiora scimus fuisse, tanto magis sitim nostram accendunt, & tanti thesauri jacturam in memoriam nostram non sine summo dolore revocant. In calce post vicennalia Constantini, ubi desinit Eusebius, & Hieronymus excipit, eundē ex ipso Hieronymo ordinem sequuti sumus, quem in superioribus Imperatoribus. Hieronymum excipit Prosper fragmento, quod ex magno ejus opere divulsum est. quod opus à fabrica mundi deducebatur, ut scribit Gennadius, eademque pene καθ' ὁμάδας, exemplo Eusebii, comprehenderat, easdem ἀρχαιολογίας, caussas, tempora, reges, Respublicas, & Magistratus. In altero Codice Freherano, in „ quo Eusebii, Cassiodori, Isidori, & aliorum Chroni- „ ca extant, ubi Hieronymus desinit, & Prosperi Con- „ sulare Chronicon incipit, hæc leguntur: HACTE- „ NVS HIERONYMUS. EXPLICIT CHRO- „ NICA EUSEBII HIERONYMI. INCIPIT „ EX CHRONICIS TYRONIS PROSPERI, „ CHRONICORVM EUSEBII TEMPORIBVS „ PRÆTERMISSIS. Ex quibus manifesto colligitur „ Tyronem Prosperum integrum Chronicon ex tem- „ poribus L Chronicorum Eusebii contexuisse, quo- „ rum „

,, rum pars fuerit illud Chronicon consulare. Quod ,, profecto non aliter accipiendum, quam tempora ,, Chronicorum Eusebii, quæ hic omissa sunt, nihil aliud ,, fuisse, quam omnimodam historiam temporum ab ,, origine mundi, instar Eusebianorum, quæ, ut puta- ,, mus, brevius à Prospero concepta fuerint. Quam- ,, obrem tam in omissione Eusebianorum peccatum est ,, à librariis, quam eorum, quæ instar Eusebii Prosper ,, collegerat. Hactenus quæ de priore parte Latina habuimus.

EUSEBII PAMPHILI CÆSAREÆ PALÆSTINÆ EPISCOPI CHRONICORVM CANONVM LIBER POSTERIOR; QVI ET CHRONICVS CANON.] Non referam iterum hunc librum vocatum fuisse χρονικὸν κανόνα, quum in superioribus plene id demonstratum sit, & ipse Eusebius in Prologo sequenti idem doceat, quum ait, χρονικοῦ κανόνος σύνταξιν ἐποιησάμην. Est autem hic liber index quidam superioris, quum quæ in illo collecta fuerant, ea hic per annos expansos in unum conspectum conjecta sint. Fastidiosi vero lectores hoc solo contenti, superioris nullam rationem habuerunt. Itaque nullus fuit apud Latinos temporum conscriptor, qui testimoniis ex hoc Canone ad verbum petitis opus suum non instruxerit, Augustinus, & Orosius amici Hieronymi, deinde Cassiodorus, & Jornandes, & posterioris antiquitatis Beda, Freculfus, & Marianus. Atque adeo Marianus totum descripsit. Nam de aliis, Othone Frisingensi, Gobelino Persona, Florentio Wigorniensi, & si qui præterea ex hoc Canone testimonia totidem verbis hauserunt, melius tacendum, quam loquendum puto. Mirum est autem maculas & menda, quæ in editionibus extant, non solum eadem in Codicibus scriptis conspici, sed etiam in iis auctoribus, quos jam memoravimus testimonia ex hoc Canone petivisse, qui sunt vetustiores aliquot, qui hodie extant hujus auctoris, Codicibus. Sed de iis, ubi locus postulabit, monebimus.

PROOEMIUM] προοίμιον & πρόλογος τοῦ κανόνος dicitur Georgio Syncello: ὡσαύτως Εὐσέβιος ἐν τῷ προοιμίῳ τοῦ Κανόνος ὧδέ πως γράφων συμμαρτυρεῖ. Μωϋσῆς γένος Ἑβραῖον, &c. In hoc Eusebius consilium scriptionis suæ aperit. Quum videret ex Judæis Josephum & Justum, ex nostris Clementem, Tatianum, & Africanum Mosem Inacho æqualem facere, primus omnium errorem aperuit, & infra ætatem Inachi, &, quod amplius est, posteriorem Cecrope, sed omnibus Diis Gentilium, sacris, & mysteriis antiquiorem esse demonstrare aggressus est: in quo laudem meruit maximam, quum adversus nostros veritatem asseruit, adversus Gentes autem nihilominus Mosem vetustissimum, & ante omnium Deorum natales fuisse firmissimis argumentis comprobavit. Cæterum, quia multa reliquit in hoc procemio, multa sequius interpretatus est, multum denique sibi permisit Hieronymus, quod contingere necesse est in iis quæ dictantur, non quæ à nobis scribuntur. principium hujus procemii ex ipsis Eusebii Græcis pingui Minerva, & fidelius, quam ambitiosius, Latine redditum hic posuimus, ut quid ab Hieronymo mutatum, aut relictum sit, lector animadvertere possit. Nam sane si quis hodie ita, ut fecit Hieronymus, Græca verteret, non dico ab alienis, sed ut Actæon, à suis canibus mordicus discerperetur. Hæc igitur pauca perpendenda lectori proponimus: *Mosem genere Hebræum, qui prophetarum omnium primus de Salvatore nostro, de Christo, inquam, & de ea, quam Gentes per eum adeptæ sunt, Dei cognitione, vaticinia & oracula divina scripto tradidit, temporibus æqualem Inacho prodiderunt viri eruditione celebres, nostri quidem instituti, Clemens, Africanus, Tatianus: ex circumcisione vero Iosephus & Iustus, suis quisque ex antiqua historia prabitis argumentis. Inachum vero septingentis annis Iliaca antecessisse statuerunt. Ex Philosophis autem, quisquis ille fuit apparatus illius adversus nos molitor, in quarto operis, quod in nos incassum elaboravit, ante tempora Semiramidis Mosem fuisse dicit: Atqui illa annis* CL *ante Inachum Assyriis imperavit: ut consequens sit Mosem ex hujus sententia Troicis temporibus antiquiorem fuisse annis* DCCCL. *Ego autem, qui nihil prius habeo veritate, rem accuratius investigare decrevi: atque eo consilio in priore opere materias mihi quasdam comparandi studio, temporum argumenta diversa conquisivi, regna nimirum Chaldæorum, Assyriorum, Medorum, Persarum, Lydorum, Hebræorum, Aegyptiorum, Atheniensium, Argivorum, Sicyoniorum, Lacedæmoniorum, Corinthiorum, Thessalorum, Macedonum, Latinorum, qui postea Romani sunt cognominati: quæ simul fiunt* XV *regna. In præsenti quidem opere temporibus in unum collatis, annorum uniuscujusque gentis numeris invicem ex adverso inter se oppositis Chronici Canonis opus confeci. Quum autem apud Hebræos diversas temporum observassem editiones, illam quidem redundantem, hanc vero deficientem, eam secutus sum. Nihilominus & sic quoque Hebræorum progenitorem Israëlem, à quo Iudaicæ gentis duodecim Tribus Israëlis nomine censentur, Inacho, quem primum Argis regnasse Græci prodiderunt, tempore æqualem fuisse reperi: Semiramidis vero temporibus Abraham vixisse, hominem quidem natione Chaldæum, sed tamen Deo acceptissimum, qui primus propheta apud Hebræos fuisse creditur: Mosem autem, ut verum fatear, infra horum tempora extitisse, antiquiorem tamen omnibus priscæ Græcorum memoriæ, Homero, inquam, Hesiodo, ipsisque Trojanis temporibus, Castoribus, Aesculapio, Libero patre, omnibus Heroibus, Mercurio, & Apolline, reliquisque Græcorum Diis, mysteriis, & initiis, atque adeo ipsis Iovis gestis, quæ à Græcis memorantur: quorum omnium historiam infra ætatem Cecropis fuisse Græci tradiderunt. Hoc autem examen temporum Mosem sæculo Cecropis fuisse adstruit, qui primus circiter* CCCL *annis ante Trojana tempora in Attica regnasse memoratur.* Hactenus ex ipsis Græcis Eusebii, quæ manifesto ostendunt Hieronymo nunc volenti, nunc aliud agenti multa excidisse præter mentem Eusebii, multa prætereita fuisse. Ex Eusebianis igitur, non ex Hieronymianis, Eusebii mentem aperiemus.

ante adventum Domini Salvatoris.] Hæc aliena sunt à mente Eusebii. Eusebius dicit de Christo Mosem prophetasse. Hieronymus ante Christum scripsisse: tanquam non ἀμφὶ τοῦ σωτῆρος, sed περὶ τοῦ σωτῆρος scripsisset. Multum differunt de Christo prophetasse, & ante Christum aliquid scripsisse. Reliqua περὶ θεογνωσίας omnino omittenda non erant, quod fecit Hieronymus.

Porro Inachus quingentis annis.] In Græcis ἑπτακοσίοις. & præterea infra paulo post, CL cum intervallo, quod est inter Inachum & Troica, constantur DCCCL anni. de quibus detractis CL, manifesto relinquuntur DCC, non D anni. Tamen omnes manu scripti & editiones habent *quingentis*. Tatianus & post eum Clemens: εἰς τὸν χρόνον τῶν Τρωικῶν ἀπὸ Ἰνάχου, γενεαὶ μὲν εἴκοσι, καὶ πλείους διαριθμοῦνται. Sane DCC anni sunt μία καὶ εἴκοσι γενεαὶ, ut merito dictum sit εἴκοσι καὶ πλείους.

ex Ethnicis vero impius ille Porphyrius.] Nominat Hieronymus, Eusebium tædet nominare tam hic, quam lib. x. προπαρασκευῆς. pag. 286, 287. ubi verba ipsius docti Sycophantæ adducuntur: quæ consulas licet: ex quibus Eusebius convincit Mosem juxta Porphyrium esse multis sæculis antiquiorem Trojano excidio. Sed castigandus prius Porphyrius, tum quod in testimonio ab

ab Eusebio producto dicit Abibalum ante Trojana fuisse, tum quod Semiramidem Trojanis temporibus aut paulo superiorem, aut certe æqualem facit. Utrumque enim falsum. De Semiramide quidem ibi Eusebius ἀναχρονισμὸν Porphyrii agnoscit, quum Semiramis DCCC annis, secundum Eusebium, MLXVII, secundum Chaldæos, Trojæ excidium antecesserit. De Abibalo fugit quoque eum ratio. Nam Abibalus fuit pater Iromi æqualis Solomonis, qui regnum Tyri adeptus est anno periodi Julianæ 3685, annis CLIV post cladem Trojanam.

Quum hæc ita se habeant.] Non pauca & quidem necessaria omisit Hieronymus. quod non mediocriter miror. Quum, inquit Eusebius, etiam Ethnici ipsi Mosem plusquam octingentis annis antiquiorem Trojano excidio faciant, & sufficiebat nobis hanc confessionem ab illis extorsisse, tamen quia mihi nihil antiquius est veritate, rem ipsam propius putans, non tantam vetustatem Mosis reperio, quantam volunt ipsi, majorem tamen, quam omnium Deorum, & sacrorum quamvis vetustissimorum. Hæc recte Eusebius, qui primus hanc nebulam discussit. At nos vetustatem Mosis non ex gentilium scriptis, sed ex ipso Mose, & sacris Bibliis deprehendimus tam accurata vestigatione, ut ne ea quidem, quæ hodie gesta sunt, certiora, aut manifestiora perhiberi possint. Moses igitur nascitur ann. CCCXCIV ante excidium Trojanum. quæ quidem maxima est vetustas, sed minor, quam putarunt Porphyrius, Clemens, Tatianus, Africanus. neque enim parva esse potest, quæ primam Olympiadem antecedit annis DCCCI.

& ob id in priori libello.] σύνταξις, opere. Nam ingens volumen majus nomen meruit, quam libelli. Sed hic est mos Hieronymi, ut etiam ingentes libros ὑποκοριστικῶς libellos vocet, & suos prolixos in Esaiam, Jeremiam, Ezekielem Commentarios Commentariolorum nomine afficiat. Sed tempore Hieronymi scriptores opera sua, quamvis non exigua, vocabant libellos, ut Vegetius quatuor volumina sua de re militari, vocat libellum, in fine præfationis: *& in hoc parvo libello, quicquid de maximis rebus semperque necessariis requirendum credis, invenias.* parvum libellum dicit opus in quatuor commodos libros tributum; quomodo Ovidius tres libros artis suæ non aliter, quam libelli nomine afficit:

Sera redundavit veteris vindicta libelli.

Atqui tres sunt commodi libri.

Chaldæorum, Assyriorum.] XV regnorum, quorum ὁμάδας in priore Commentario collegerat, in hoc libro annos expansos inter se opponere instituit: de quibus regnis duo perierunt in Canone, Chaldaicum, & Thessalicum. Sed Chaldæorum regnum salvum adhuc superest in reliquiis Græcis prioris Commentarii. Thessalicum autem neutribi extat? quum tamen Græci Chronographi inter præcipua gentis suæ gesta τὰ Θετταλικὰ ponant, ut in fine Isagogicorum Canonum à nobis demonstratum est.

qui postea Romani nuncupati sunt.] Sequebatur in Græco contextu, ὁμοῦ γίνονται ιε, quæ omisit Hieronymus: quum tamen admodum necessaria sint.

ita curioso ordine coaptavi.] χρονικοῦ κανόνος σύνταξιν ἐπιγραψάμενος. Itaque κανόνα χρονικὸν vertit curiosum ordinem, quum Chronicus Canon sit hujus libri titulus. Certe non intellexit.

sequendumque illud potius, quod exemplarium multitudo in fidem traxit.] Neque horum quicquam tale scripsit Eusebius, neque ea fuit ejus mens. sed Eusebio παρ' Ἑβραίοις est idem ac παρὰ τοῖς ἱεροῖς βιβλίοις. Scripturam veteris instrumenti τὰ Ἑβραϊκὰ, aut τῶν Ἑβραίων βιβλία vocat. Hoc vult: in annis τῆς παιδοποιίας veterum Patriarcharum, à quibus omnis ratio temporum historiæ sacræ deducitur, maxima est septuaginta Seniorum, Samaritarum, & Judæorum discrepantia, quum septuaginta plures annos ponant, quam Samaritæ, illi, quam Judæi. Quid faciam? qui minorem summam ponunt, eos, inquit, sequutus sum, hoc est Judæos. At hujus ne minimum quidem in versione Hieronymi extat vestigium. Hic vero valde Eusebium exagitat Georgius Syncellus: primum quod adversus priscorum sententiam tam nostrorum, Clementis, Tatiani, Africani, quam Judæorum, Josephi, & Justi, Mosem recentiorem, quam illis visum fuit, faciant. Deinde, quum Eusebius dixerit, quum sint διάφοροι χρόνων παραδόσεις, τὴν μὲν πλεονάζουσαν septuaginta, & Samaritarum, τὴν δὲ ἐνδέουσαν Judæorum, hanc sequutum se fuisse: petulanter & preter decorum homini insultans, hæc subjicit: ὅτι δὲ καὶ ἐξ ἑτέρων τινῶν ἀπεχθεστέρων ἑαυτόν τε καὶ τὴν ἀλήθειαν ὤπται παραλογισάμενος, ἐντεῦθεν φανερόν. εἰπὼν γὰρ διαφόρους χρόνων ἀποδόσεις παρ' Ἑβραίοις εἰρηκέναι, τὴν μὲν πληθύουσαν, τὴν δὲ ἐλλείπουσαν, ταύτῃ κατακολουθῆσαι, πρῶτον μὲν διαψεύδεται· τῇ γὰρ πλεοναζούσῃ τῶν δύο, τῷ τε κατὰ τὸ Ἑβραϊκὸν, τῷ τε παρὰ Σαμαρείταις, ἐκδόσει τῶν ο' κέχρηται, ὥς φησιν ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ. Multa alia inepta adjecit, quæ consulto omittimus. Dicit igitur in hoc peccasse, quod quum professus sit se Hebraicos numeros Iudæorum sequutum fuisse, numeros tamen septuaginta sequatur in priore parte, hoc est ἐν τῇ χρονογραφίᾳ. quod quamvis verum est, tamen Eusebius intelligit se ab Abraham, ad Templi excidium, Judæos, qui breviores numeros annorum ponunt, quam septuaginta, ut in annis Judicum, & aliis, sequutum se fuisse. Alioquin verum est, Eusebium ab Adam, ad Diluvium, annos putare MMCCXLII. secundum septuaginta. Hinc ad Abraham eosdem quoque septuaginta sequutus est, præterquam in minore Kainan, quem septuaginta seniorum editio ponit, & insertus est Genealogiæ Christi apud Lucam: qua in parte contumeliosissime Eusebium accipit Georgius.

Verum ut quisque volet computet.] Nihil tale in Eusebianis. Vide Græca & Latina nostra. Sequutus, inquit, sum editionem, quæ minorem annorum numerum concipit, nimirum Judæorum Hebraïcam. Tamen ne sic quidem Mosem tam vetustum reperire potui. παραλογισμὸς est, & à justa reprehensione Eusebius sese vindicare non potest. Quo enim brevior erit annorum numerus à primo homine, vel à Diluvio, eo propior erit nostris temporibus Moses, & Inachus Abrahamo antiquior. Quod si sequutus esset longiorem annorum numerum, qualem septuaginta Seniorum prodidit editio, tunc sane poterat Moses æqualis Inacho, aut antiquior, aut non multo inferior videri. Neque igitur mentem suam recte aperuit Eusebius, neque Eusebii Hieronymus. Atque adeo in una sententia duorum summorum virorum lapsum vides. nisi velimus dicere hanc Eusebii mentem fuisse: quamvis breviorem numerum sequutus sum, tamen & sic quoque Abraham vetustissimum reperi, utpote Inachi temporibus æqualem.

Semiramidem autem & Abraham contemporales fuisse manifestum est.] Neque hæc ex mente Eusebii, quæ ipse οὐδ' ὄναρ cogitavit. Nam quomodo manifestum dicit esse, quum ad Eusebium usque nullus Scriptorum id prodiderit, nec crediderit quidem? quomodo inquit manifestum, quod nondum probatum, nondum concessum est? Sed longe aliter in Græcis concipitur, & in Latinis, quæ ex Græcis expressimus. Ne sic quidem, in-

inquit, tantam vetustatem reperio: sed Abrahamum Semiramidis, Israëlem Inachi temporibus æqualem fuisse adversus omnium, qui ad hanc usque diem scripserunt, sententiam. Sed de Patriarcha Abrahamo multa omisit, quæ in Græcis leguntur: τὸν Ἀβραὰμ Χαλδαῖον μὲν τὸ γένος, ἄλλως γε ἄνδρα θεοφιλῆ, καὶ πρῶτον τῶν παρ' Ἑβραίοις προφητῶν εἶναι πεπιστευμένον. Quæ certe omittenda non erant.

Namque Moyses junior.] Ista quam dissimulant mentem Eusebii! Nam continuanda sunt cum superioribus. Abrahamum quidem Semiramidi, Israëlem Inacho æqualem; Mosem, ne quid dissimulem, quanquam istis inferiorem, tamen omnibus Diis vetustiorem; Nam illud φιλαλήθως εἰπεῖν, *ne quid dissimulem, ut verum fatear*, dictum ad occurrendum eorum sententiæ, qui vetustiorem Mosem judicabant.

junior licet.] Hic more suo Georgius manum cum Eusebio stolide conserit, quod adversus tot scriptorum tam Christianorum, quam Judæorum sententiam Mosem infra tempora Inachi ponit. Verba digna sunt, quæ hic quoque legantur: ὅτι μὲν οὖν αὐτὸς ἑαυτῷ τὴν ἀπορίαν τοῦ λόγου μεμαρτύρηκεν Εὐσέβιος, ἀρκεῖ πρὸς κατανόησιν τοῖς γε πιστῶς μελετηκόσι πυθέσθαι ἄλλης τι καὶ τῆς ἐν ἱστορίαις παλαιαῖς ὁμολογουμένης. ἐν γὰρ αὐτῷ πρὸς ἀνατροπὴν τῶν συγγεγραμμένων ἤρκει τοῦτο καὶ μόνον, τὸ τῶν τοσούτοις τηλικούτων δόξαις ἀνδρῶν φιλοσόφων ἀντιπεσεῖν, ἀμάρτυρόν τι τὴν παρ' αὐτοῦ παρεισαγαγεῖν. τὰ γὰρ τῶν πολλῶν, μᾶλλον δὲ τῶν πάντων δόξαις ἀντιπαρηγμένα μόλις ἂν καὶ μετὰ πολλῆς προσδεχθεῖεν ἂν ἀποδείξεως παρὰ τοῖς εὖ εἰδόσι ταῦτα κρίνειν. Duo objicit, quod nova proferat, & quod ἀναπόδεικτα. De priore inique facit. Nam quod omnium consensu receptum est, & tempore fidem atque auctoritatem meruit, non sequitur necessario verum esse. De altero neque id jure expostulat. Nam eo magis hæc debebat demonstrare Eusebius, quo magis animis hominum hæserat de immensa vetustate Mosis: quod facit in sequentibus.

Hercule, Musæo, Lino, Chirone.] De suo addidit Hieronymus, neque per omnia auctoris sui vestigiis insistit.

quem Græcia in arce divinitatis collocavit.] Addidit hæc quoque à se Hieronymus.

quadragesimo secundo anno imperii Augusti.] Hactenus quid in iis, quæ extant, Græcis vertendis præstiterit, & quid sequutus sit Hieronymus, ex ejus Latinis discere potuimus, in reliquis, quia Græcis deficimur, nihil pronunciamus. Eruditum vero lectorem fugere non potest, majorem partem sequentium extare Græce in προπαρασκευῆς, eandemque disputationem de XLII anno Augusti, XV Tiberii, & secundo Darii ibidem ab Eusebio iterari, quorum major pars est ab Africano.

& Tiberii quintus decimus in ducentesimam primam Olympiadem incurrit.] Imo in quartum annum CCC Olymp. alioqui quadriennium deesset. & in Græcis: Τιβερίου δὲ τὸ πεντεκαιδέκατον τῆς Ῥωμαίων βασιλείας κατὰ τὸ τέταρτον τῆς σα Ὀλυμπιάδος συμπίπτει.

anni DXLVIII.] Inita ratione, uno plus dicit: nam terminum includit. Annus secundus Darii numero MCCCCXCVII. Annus XV Tiberii, MMXLIV. Intervallum DXLVII, non DXLVIII. Sed terminum inclusit numero nempe annum IV. Olymp. CCI.

invenies annos CCCCVI.] Ab excidio Ilii, ad primam Olympiadem, Eratosthenes & accurati Chronologi putant annos CCCCVII. alii CCCCVIII uno amplius, alii CCCCVI, uno minus, ut Eusebius. in Græcis tamen est υη mendose, pro υς. Causas hujus diversitatis pete ex IV de emend. Temp.

in priore opusculo digessimus.] ἐν πρώτῃ συντάξει, aut ἐν τῇ περὶ πάντης συντάξει. plus est quam opusculum. Falso igitur conqueritur de Eusebio Georgius Syncellus, quod rationes suas non demonstraverit. Atqui hoc quid est, nisi demonstrare? Nam quamvis hypothesis falsa sit, tamen si ea concedatur, argumenta, quæ colligit, vere demonstrant. Verum enim est, à secundo anno Darii filii Hystaspis, ad XV Tiberii, DXLVII annos interesse. Sed ut, quod molitur, efficiat, male proponit; quia falsa hypothesi utitur, secundo nempe anno Darii Hystaspidæ finiri annum septuagesimum captivitatis Babylonicæ. quod tam falsum, quam secundo Darii Hystaspidæ templi fundamenta jacta, & templum sub eodē Dario Hystaspis filio exædificatum fuisse, quum is fuerit Darius Nothus, non autem Darius Hystaspis filius. Ex hac igitur falsa hypothesi omnia falsa colliguntur: ut quod subjicit, primam Olympiadem in quinquagesimum annum Oziæ incurrere: quod non solum cum veritate pugnat, sed etiam cum ipso Eusebio, qui recte ac vere casum Sedekiæ conjicit in III annum Olymp. XLVII: ut omnino necesse sit, annum primum Iphiti Olympicum concurrere cum anno XXXVII Oziæ, non cum quinquagesimo.

simulachra reperit, aram statuit.] Clemens Protreptico: ὅθεν μοι ἐπεὶ θαυμάζειν τίσι ποτὲ φαντασίαις ἀπαχθέντες οἱ πρῶτοι πεπλανημένοι δεισιδαιμονίαν ἀνθρώποις κατήγγειλαν, δαίμονας ἀλιτηρίους νομοθετοῦντες σέβειν, εἴτε Φορωνεὺς ἐκεῖνος ἦν, εἴτε Μέροψ, εἴτε ἄλλος τις, οἱ νεὼς καὶ βωμοὺς ἀνέστησαν αὐτοῖς. πρὸς δὲ καὶ θυσίας παραστῆσαι πρῶτοι μεμύθευνται. Pro Μέροψ manifesto legendum Κέκροψ. & in sequentibus, πρεμνὴ χαρμὸν μειράκιον ἐλθεῖν: legendum Χαρῖνον.

Nam Latona Iovis conjux tunc per titia fugit.] Hæc est omnium manuscriptorū, quos quidem viderim, lectio. Dn. Arnaldus Pontacus Episcopus Vasatensis, qui huic " Chronico emendando multum laboris, atq; industriæ " attulit, recte & acute divinavit legendum: *Nam Latona* " *Iovis conjux tempore Tityi fuit.* Nos ex sententia viri eru- " ditissimi ita reposuimus. "

qui Semelen genuit.] Καδμείη δ' ἄρα οἱ Σεμέλη, &c. Quis Græca ex Latinis concipiat; in quibus ne minimum quidem sententiæ vestigium compareat?

cum quo Apollo servivit Admeto.] Herculem Admeto serviisse nuspiam me legere memini: sed Apollinem & Herculem ambos Admeti amatores fuisse scimus ex Plutarcho in Ἐρωτικῷ: Admeto autem Apollinem ideo serviisse, ut Admetum in amore suo morigerum haberet. Et tamen ita habetur apud Clementem Alexandrinum Stromateo primo, unde hoc desumptum est: καὶ οὐδὲν θαυμαστόν, ὅπου γε καὶ Ἀδμήτῳ θητεύων εὑρίσκεται σὺν Ἡρακλεῖ μέγαν εἰς ἐνιαυτόν. Unde hoc hau- " serit Clemens, studiosis, quibus plus otii superest, in- " vestigandum relinquimus. "

invenies annos DCCCCXLII.] Totidem verbis idem Eusebius: Κατὰ σὺν θεῷ, τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ, ἐπὶ τὸν κατακλυσμόν, ἔτη ͵βσμβ. τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, ἐπὶ τὸ α ἔτος Ἀβραάμ, ἔτη ͵αμβ. τὰ πάντα ἔτη, ͵γρπδ. Sed castigatur à Georgio, Εὐσέβιος τῷ ͵γρπδ ἔτει τοῦ κόσμου φησὶ τὸν Ἀβραὰμ γεννηθῆναι. Σφάλλεται ὁ Εὐσέβιος ἐν τοῖς ἀπὸ Ἀδάμ, ἕως Ἀβραάμ, χρόνοις, τὰ ρλ ἔτη τοῦ δευτέρου Καϊνᾶν μὴ στοιχειώσας τοῦ υἱοῦ Ἀρφαξάδ, ὃν οἱ ο ἀριθμοῦσι, καὶ τὸ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγέλιον, ιγ ἀπὸ Ἀδάμ. Rursus: Ἀφρικανὸς ἀπὸ Ἀδάμ, ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραάμ, ἔτη ͵γσβ ἐπελογίσατο. σφάλλεται δὲ καὶ οὗτος τὰ αὐτὰ ρλ ἔτη τοῦ δευτέρου Καϊνᾶν υἱοῦ Ἀρφαξάδ, ὑφαιρουμένων τῶν ἐτῶν τοῦ Μαθουσάλα * ἄπινα προσ-

 μοίως

μοίως τῷ Εὐσεβίῳ. Καὶ οὕτως τῷ ͵Γρπδ' ἔτει τοῦ κόσμου, τῷ ͵ϲθ' αὐτοῦ ἔτει ὁ Ναχὼρ ἐγέννησε τὸν Θάῤῥα. Ita omnis culpa ex omissione illius Cainan derivata est. Sed hæc non sunt nauci. Ad institutum redeamus. Orosius: *Ab Adam primo homine, usque ad Ninum magnum, ut dicunt, regem, quando natus est Abraham, anni tria millia*, C LXXXIV. Merito igitur reprehenditur à Georgio Eusebius, quod, quum minorem numerum sequi se profiteatur, tamen Septuaginta Seniores in his sequitur. Certe rationes Eusebii partim à Septuaginta Senioribus sunt, partim ab ipso Eusebio.

A Tiberii autem XV *anno, usque ad* XIV *annum Valentis.*] Hoc Comma Hieronymi esse, etiam me tacente, palam est.

omnem annorum congeriem in decadas.] Oeconomiam & digestum paginæ Canonis sui explicat, quem triplicem facit; titulorum gentium, aut regnorum, numeri annorum Abraham in decadas collecti, historiarum ex adverso annorum Abrahami positarum, quod spatium historicum vocamus. Paulo ante Titulorum meminit. *Igitur*, inquit, *consequenter in libelli fronte ponimus uno eodemque tempore Abraham, Ninum, Semiramim, Europem, Aegyptiorum Thebæos.* Ab iis titulis deducuntur fila sive σειραὶ annorum uniuscujusque regni. Numerum annorum Abraham cum annis ab Adam confusum & permixtum apponunt editiones, hoc est numeros annorum Mundi secundum Eusebium, qui ab Adam, ad Abraham, putat annos MMMCLXXXIV, ex Septuaginta Seniorum rationibus. hinc ad annum Christi Dionysianum, MMXVI, & proinde ab Adam, annos MMMMMCC præcise ex rationibus suis, & ex numero contractiore, ut ipse loquitur. Nos tantum numeros ab Adam per denarios digessimus ex omnium scriptorum Codicum auctoritate, in quibus anni ab Abraham, non ab Adam, digesti per decadas conspiciuntur. Si quis igitur, ut in editionibus vulgaribus, annos Abraham secundum Eusebium habere vult, deducat ex annis mundi 3184. Reliquum est numerus Eusebianus à natalibus Abraham, ut ipse putat. Tertia distinctio paginæ, est spatium historicum, quod his verbis tangit: *quas ex singularum gentium historiis congregantes sibi invicem fecimus esse contrarias.* ἃς ἴνας ἀλλήλαις ἀντιμετώπους ἐστοιχειώσαμεν. Oppositæ quidem sunt annis Abrahami, quod omnes collocatæ sint in spatio historico, sed inter se oppositæ non sunt, nisi per colores illos, de quibus supra loquuti sumus. Ut quidem hodie in vulgatis editionibus dispositæ sunt periochæ gestorum sine spatio historico, vere inter se sunt oppositæ. Sed tunc opus non erat colore, si omnia gesta sub titulis regnorum, non in spatio historico collocata fuissent. Regna itaque eorumque fila media sunt inter numerum Eusebianum, & spatium historicum. Numerus Eusebianus sinisterior: spatium historicum dexterius.

Primus Assyriorum rex NINUS.] De hallucinationibus Eusebii quædam perstrinximus in libris de emendatione temporum; inter alia, apud Philonem de eo genere hominum, quos ipse putavit esse Monachos Ægypti, quum tamen alibi oblitus sui de Essenis tantum à Philone tractari interpretetur. Eadem inconstantia est in eo, quod dicit, vocem ex Adytis Templi auditam fuisse tempore passionis Christi, quæ diceret, MIGREMUS HINC, quum in libris demonstrationis, paulo ante excidium Templi eam à Sacerdotibus exceptam fuisse scribat, quomodo & Josephus quoque ipse, & Corn. Tacitus admonuerunt. Extiterunt tamen quidam Obtrectatores, vere stercorei homines, qui à nobis levitate quadam, & studio reprehendendi potius, quam veritatis amore, id dictum interpretati sunt. Deinde eo insaniæ provecti sunt, ut aliud etymon Essenorum quærerent, ut se Hebraismi peritos probarent, in quibus potius se & veritatis hostes & Hebraismi prorsus imperitos ostenderunt. Ecquis contineat risum, qui leget nescio quod caput cucurbitę jurejurando affirmare Philonem Judæum non de Essæis Judæis, sed de Jessæis Christianis loqui? Talia sunt, quæ hodie venerantur homines. Ii sunt, qui veteres Patres nunquam errasse concedunt, qui nullum bonum librum se scribere posse putant, nisi in eam molem illum provexerint, ut ne ætas quidem homini ad legendum suppetat. Quid facient, quum tot commissa Eusebii legerint partim humanitus, partim consilio? Sed humanitus errata quis mavult adlatrare, quam corrigere, nisi qui omnis humanitatis expers est? Quæ vero consulto admissa sunt quis defender, nisi ii, qui nihil antiquius habent, quam mendacium, nihil alienius, quam veritatem? Quæ igitur per hallucinationem Eusebio exciderunt, satis est, si eo nomine ea indicentur, ut corrigantur, non ut auctori optime de antiquitate Ecclesiastica merito obtrectemus, quod insolenter facit Georgius Syncellus. Quæ vero sibi licere voluit adversus & auctoritatem Scriptorum, ex quibus sua depromsit, & veri ipsius, ut ita loquar, majestatem, ea nos indicabimus ita, ut & veritati sua ratio, & homini sua dignitas constet. Postquam igitur Eusebius deprehendit non tantam esse vetustatem Mosis, quantam jactabant Josephus & Justus, & post eos, homines Christiani, Clemens, Tatianus, Africanus, incurrit obices quosdam, quos amoliri nisi aliquo audaci facto se non posse existimavit. Videbat hunc fere omnium Scriptorum consensum esse, Teutanen sive Teutamon XXVII Assyriorum regem suppetias ivisse Priamo; & tamen ab ejus initio, ad excidium Trojæ, intervallum esse annorum CCXLV, ex dinumeratione Africani. Quomodo igitur tanto anachronismo occurreret, aliam viam non reperit, quam si quatuor reges, qui post Teutanen regnarunt, expungeret, & ita tempora Trojana regno Teutanis accommodaret. Hinc accidit, primum ut annum Nini XLIII, quo Abraham natum sibi persuasit, CCXLIII annis posteriorem faciat: deinde ut pro XLI regibus Assyriorum, XXXVII tantum publicaret: & tamen quum illos reges ab Africano acciperet, ita ut & ipsa verba Africani sine ulla immutatione usurpaverit, hos quatuor reges, tanquam apud Africanum non extarent, dissimulavit. Itaque Georgius, qui nullam occasionem exagitandi Eusebii omittit, nullam non quærit, post alia, οὐκοῦν πρόδηλον, inquit, ὅτι διὰ τὸν ἑαυτοῦ παραλογισμὸν καὶ τῶν Ἀσσυρίων χρόνους ἠλάττωσεν, καὶ τὴν ἅλωσιν Τροίας οὐκ ἀληθῶς ἐστοιχείωσεν. *Propter hallucinationem*, (imo propter culpam in se consulto admissam) *mutilavit Assyriorum tempora, & Ilii casum in alienum tempus contulit.* Utrunque verum est. Quatuor reges præterivit, & tempus Ilii capti in tempora Teutanis contulit, quum id accideit anno nono Thinæi XXXIII Assyriorum regis.

Cujus LXIII *imperii anno natus est Abraham.*] Abraham nascitur anno trigesimo Beluchi noni Assyriorum regis, anno XVI numeri Eusebiani. Itaque si omnia, quæ post Abraham natum contigerunt, ad numerum Eusebianum revocare vis, prius XV anni de numero sunt deducendi. Totidem enim annis veram rationem superat. Id, ut solet, ab illo ea gratia commissum, ut gesta quædam ad suas rationes applicaret, idque dupliciter, tam per imprudentiam, καὶ παραλογιστικῶς, quam consilio, quod Georgius vocaret temeritatem. Per imprudentiam, quum regibus Juda annos absolutos attribuit, qui sunt tantum currentes, ut vulgus loquitur, Abiæ triennium pro biennio, Athaliæ reginæ septennium pro sexennio, Sedekiæ undecim pro decennio. Consulto, quum duo-

duodecim annos Ammoni Manassis filio pro biennio, Josiæ triginta duos pro XXXI, adversus sacrorum librorum præscripta assignavit. quod tantum abest ut excusem, ut ultro factum damnem. Omnia constabunt suo loco & tempore. Numerus igitur Eusebianus major vero est nunc XIV, nunc XV annis, si ratio annorum Abrahami ineatur, & ad eos omnia examinentur.

Apud Aegyptios XVI Dynastia.] XVI Dynastia Ægyptiorum inivit CCCLIII annis ante numerum Eusebianum. Ut suos numeros cum Dynastiarum annis componeret, quæ immutaverit, perverterit, mutilaverit Eusebius, suis locis monebitur: quæ suo more gladiatorio animo persequitur Georgius Syncellus. Quum multæ caussæ Eusebium moverint, ut hæc innovaret, & perverteret, tum duæ, ut videtur, præcipuæ fuerunt. primum ut Pastorum Dynastiam temporibus Joseph Patriarchæ accommodaret: deinde ut Thuorim Trojanis temporibus æqualem faceret. prius, propter Apionem, & Josephum, qui Pastores Dynastiæ XVI interpretantur Israëlitas: posterius propter Manethonem, qui Thuorim eum esse ait, qui ab Homero Polybus vocatur, Alcandræ maritus. Sed utrunque mox refellemus.

Ab hoc tempore regnabant eis Thebæi annos CXC.] Ex hoc loco hæc accepit Epiphanius pag. 10. καὶ ἰδοὺ μὲν κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν Νίνος ἐν Ἀσσυρίοις καὶ Σεμίραμις σύγχρονοι ὄντες τῷ Ἀβραάμ, Αἰγυπτίων τε ἑξκαιδεκάτη δυναστεία. ἐν Σικυῶνι ἣ τότε μόνοι ἐβασίλευον. ἧς βασιλείας ἀρχὴ γέγονεν Εὐρώψ. Vides ipsissima verba Eusebii, & XVIII Dynastiam, perperam pro XVI. quam solus Eusebius σύγχρονον fecit τῷ Ἀβραάμ. XVI Dynastia erat Pastorum, qui regnaverunt annos DXVIII. Item XV Dynastia erat Pastorum Phœnicum, qui regnarunt annos CCXLII. Denique XVII Dynastia erat & aliorum Pastorum, quæ regnum obtinuit annos CCLXXXVII. Ubi ergo est illa XVI Dynastia Thebanorum Eusebii, quæ obtinuit annos CXC? Ad verbum suas Dynastias ab Africano sumpsit, ut fatetur etiam Georgius, & tamen ut tempora Dynastiarum suis rationibus accommodaret, non oportebat eum tam præfracte καὶ γυμνῇ κεφαλῇ ab Africano desciscere. Et quidem mirum est Georgium, qui reprehendendo Eusebio semper imminet, aut non animadvertisse, aut præteriisse. Verba Eusebii ἐκ τῆς νομαδικῆς γραφῆς, sive ex priore libro: Ἑκκαιδεκάτη δυναστεία, Θηβαίων βασιλεῖς πέντε, οἳ καὶ ἐβασίλευσαν ἔτη ρϙ΄. quæ omnia manifesto commentus est, πρὸς τὸν οἰκεῖον σκοπὸν πάντα ἐφαρμόζειν σπουδάζων, ἀπὸ μηχανῆς CXC annos pro DXVIII in scenam producens. De hoc facto Eusebii, quod nemo veritatis amans laudare possit, ita scribit Georgius: ὥστε ἐκ πάντων δείκνυσθαι διαμαρτάνειν ἐν τοῖς περὶ Μωσέως χρόνοις ἔτεσι τοὐλάχιστον διακοσίοις τὸν Εὐσέβιον, ὅθεν καὶ τὴν παρ' Αἰγυπτίοις τῶν λεγομένων Δυναστειῶν παρενόθευσε χρονολογίαν, καὶ τὴν παρ' Ἀσσυρίοις, &c. Regum Assyriorum & Dynastiarum Ægyptiarum tempora ab Eusebio temerata esse scribit. quod verum est. Rursus Georgius comparans ea, quæ scribit Africanus de Dynastiis Ægyptiorum, cum iis, quæ Eusebius ab eo totidem verbis accepit, hæc subjicit: Ἕως μὲν τούτων τῷ Ἀφρικανῷ συμφωνῶν ὁ Εὐσέβιος ἐν τοῖς πολλοῖς φαίνεται μέχρι καὶ λέξεων αὐτῶν, διαφωνῶν δὲ ἐν τοῖς συμβαλλομένοις τῶν προλογισμῶν αὐτοῦ.

ibid. *In Græcia vero secundo imperio Sicyoniis imperavit Europs.*] Secundum regem Sicyonis Europa fuisse dicit, utpote qui primo regi Ægialeo successerit. Epiphanius, ut multa alia, aliud agens dixit Εὐρώπα esse ἀρχὴν τῆς Σικυωνίων βασιλείας in verbis, quæ proxime protulimus, quæ accepit ab Eusebio.

Ninus condidit civitatem Ninum.] Mosi Assur Ninum condidit, Genes. X, 11. Ergo idem Ninus, qui Assur. Sed urbs Hebræis dicitur נינוה, Νινύα, quo nomine vocatus filius Nini & Semiramis, qui tertius à Nino regnavit. Hebræi tamen non Νινύα eam urbem dicunt, sed נינוה Νινευὴ, aut, ut Septuaginta Seniores, Νινευΐ. Post hæc editiones habent, *Ninivem, quæ ad præsens Nisibis nuncupatur*: quæ verba neque PR. neque PET. neque omnium vetustiss. BON. habent. FR. habet. Sed ab homine inepto assuta quis ex phrasi non videt? quis nescit aliam esse Nisibin à Nino?

à quo Aegialea.] Nihil frequentius occurrit in Commentariis Græcorum, quam τὴν νῦν Πελοπόννησον prius Αἰγιάλειαν vocatam fuisse, secundo Ἀπίαν, postremo Πελοπόννησον. Itaque tritissima omittemus. Qui enim hodie nihil magis verentur, quam ne potius parum, quam recte scripsisse videantur, non dubium est, quin hic omnia Grammaticorum armaria, & Mythologorum alveolos excussissent, ut moles cresceret. Theocritus Hercule Leontophono: Ἔλπομαι οὐκ ἄλλον τόδε τλήμεναι Αἰγιαλήων. ubi Αἰγιαλεὺς est Peloponnesius.

VII. *Apud Hebræos, usque ad nativitatem Abrahæ, computantur anni mille nongenti quinquaginta.*] Si præcise accipiantur anni 1656 à Diluvio, & duo post Diluvium, & reliqui usque ad LXX annum Taræ patris Abraham, fient proculdubio anni 1950. sed nos Diluvium anno 1656 contigisse, & anno secundo Seth, non tertio Arphaxad natum esse colligimus. Duobus igitur annis minus concipietur numerus annorum ab Adam, ad Abraham. Caussas hujus computationis alibi reddidimus. Sed quia isti anni ὁλοσχερῶς, non ἀκριβῶς sumi possunt, unicuique de eo libera voluntas relinquenda. Porro hanc & sequentem periocham POST. non habent, neque Editiones. In omnibus PR. eas reperii, quæ genuina Eusebiana esse fidem fecerint Græca, quæ supersunt.

Ibid. *& inde usque ad Abraham* CCXCIII. Ergo erunt 1949, non 1950. Sed in Græcis σ̄ϙβ̄; quomodo ratio postulat. Ita erunt ab Adam, ad Abraham, anni MDCCCCXLVIII, ut nostræ quoque rationes postulant.

Ibid. *Et ideo quadraginta Iobelei.*] Eusebius Iobeleum, sive Iobelæum, comprehendit annis integris quinquaginta: quum, ut & mediocriter docti sciunt, Iobeleum sit septies septem anni. Sed hic Eusebio error communis cum aliis, qui ante, & post eum scripserunt. Iste vero est proprius Eusebii, qui MDCCCCL vult esse quadraginta πεντηκονταετηρίδας, quæ sunt tantum triginta novem.

Ibid. *Zoroastres magus.*] Ctesias non Zoroastren, sed Oxyarten vocat eum regem Bactrianorum, in quem expeditionem fecit Ninus. Merito dubitat Plinius, an magus sit idem cum rege Bactrianorum. Mihi magus multis sæculis posterior videtur, à quo, ad διάβασιν Xerxis, annos putat DC vetustissimus scriptor Xanthus Lydius: Laërtius, Ξάνθος δὲ ὁ Λυδὸς εἰς τὴν Ξέρξου διάβασιν ἀπὸ τοῦ Ζωροάστρου ἑξακόσια φησὶν ἔτη γεγονέναι. Adjicit: τὴν δὲ γοητικὴν μαντείαν οὐδὲ ἔγνωσαν, φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Μαγικῷ, καὶ Δίνων ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἱστοριῶν, ὃς καὶ μεθερμηνευόμενον φησὶ τὸν Ζωροάστρην ἀστροθύτην εἶναι. Vult Zoroastren lingua Persica significare astrorum Sacrificulum. Nos scimus de posteriore verbo verissimum esse, & *Ster* Persice esse ἄστρον, aut ἀστέρα, unde Ester dicta fuerit. de priore membro quærant peritiores Persicæ linguæ. Non enim sumus ii, quos pudet non omnia scire. Propertius vero ait Semiramidem constituisse Bactra imperii sui sedem,

,, dem, alienane fide, an poëtarum licentia, nescio.
,, *Iussit & Imperio surgere Bactra caput.*

Ibid. *adversum quem Ninus dimicavit.*] In eo prælio non solum viribus, sed etiam magicis artibus decertatum scribit Arnobius libro primo: *Ut inter Assyrios & Bactrianos, Nino quondam, Zoroastreque ductoribus non tantum ferro dimicaretur, & viribus, verum etiam magicis & Chaldæorum reconditis disciplinis, invidia hæc nostra fuit?*

propter inundationem aggeres extruxit.] Euphratis inundationem intellige. Ad verbum ex Herodoto: αὕτη μὲν ἀπεδέξατο χώματα ἀνὰ τὸ πεδίον ἐόντα ἀξιοθέητα. πρότερον δὲ ἐώθεε ὁ ποταμὸς ἀνὰ τὸ πεδίον πᾶν πελαγίζειν. In nostra συναγωγῇ legimus: αὕτη διὰ ῥεύματα τοῖς ποταμοῖς περιέβαλε στόμια. Et Cedrenus habet. ubi nove στόμια ἀντὶ τῶν χωμάτων, quum στόμιον sit primum ἐκβολὴ ποταμοῦ εἰς θάλασσαν, deinde ἀνατροπὴ τοῦ ποταμοῦ, ut diserte extat in Æthiopicis Heliodori de obsidione Syenes, ubi simul ponuntur & distinguuntur χώματα καὶ στόμια. Sed illa χώματα à Semiramide excitata, & Babylonem ab eo constructam negat Berosus. Africanus vero ἐν τρίτῃ χρονογραφιῶν scribit illos aggeres fuisse sepulcra eorum, quos Semiramis, postquam eam eorum concubitus satias cœpisset, vivos ibi infodiebat: τοῦτον (Νίνον) διεδέξατο Σεμίραμις ἡ διαβόητος, ἣ πολλαχοῦ τῆς γῆς ἤγειρε χώματα προφάσει μὲν διὰ τὸν κατακλυσμόν. τὸ δ᾽ ἦν ἄρα τῶν ἐρωμένων ζώντων κατορυσσομένων.

XXV. *Telchinus.*] Metaplasmus Hieronymianus, *Telchinus, Eleusina,* pro *Telchin, Eleusin.* Huc facit quod scribit Stephanus, Sicyonem prius Τελχινίαν vocatam fuisse, nimirum non aliunde, quam ab hoc Telchine.

XLV. *à quo Apia.*] Et hoc quoque unum de tritissimis Originum Græcarum, Peloponnesum Apiam ab Api vocatam, quæ primus Ægialia dicebatur. Pausanias: οὗτος ὁ Ἄπις ἐς τοσοῦτον ηὐξήθη δυνάμεως, πρὶν ἢ Πέλοπα ἐς Ὀλυμπίαν ἀφικέσθαι, ὡς τὴν ἐντὸς Ἰσθμοῦ χώραν Ἀπίαν ἀπ᾽ ἐκείνου καλεῖσθαι. Telchinis filium faciunt Pausanias, & Eusebius. Apollodorus vero, & Rhianus Poëta Phoronei.

ἡμετέρη τοι, Τέκνα ἀπὸ Φορωνέος ἦν ....
ἀρχῆθεν γενεή. τοῦ δὲ κλυτὸς ἐκγένετ᾽ Ἄπις,
ὅς ῥ᾽ Ἀπίην ἐφάτιζε, καὶ ἀνέρας Ἀπιδανῆας.

Sed diversum de Api refert Æschylus in Supplicibus, quod sine negligentiæ crimine omittere non possumus:

αὐτῆς δὲ χώρας Ἀπίας πέδον τόδε
πάλαι κέκληται φωτὸς ἰατροῦ χάριν.
Ἄπις γὰρ ἐλθὼν ἐκ πέρας Ναυπακτίας
ἰατρόμαντις, παῖς Ἀπόλλωνος, χθόνα
τήνδ᾽ ἐκκαθαίρει κνωδάλων βροτοφθόρων,
ἃ δὴ παλαιῶν αἱμάτων μιάσμασι
χρανθεῖσ᾽ ἀνῆκε γαῖα μηνιῇ καὶ δάκη,
δρακονθ᾽ ὅμιλον, δυσμενῆ ξυνοικίαν.
τούτων ἄκη τομαῖα καὶ λυτήρια
πράξας ἀμέμπτως Ἄπις Ἀργείᾳ χθονὶ
μνήμην ποτ᾽ ἀντίμισθον εὕρατ᾽ ἐν λιταῖς.

Vult Apim non Regem Sycioniorum fuisse, sed quod regionem noxiis bestiis purgâsset, in beneficii accepti memoriam Ægialenses ab eo terram Apiam vocâsse in publicis supplicationibus, quæ antea Ægialea diceretur. Αἰγιαλεῖς, Ἀπιδανεῖς, Πελοποννήσιοι iidem sunt.

LI. *Principium XLI Iobelæi.*] A primo anno Abraham patriarchæ Iobelæa in hoc Canone digesta sunt per L annos, exemplo illius libri, qui μικρὰ γένεσις, λεπτὴ γένεσις, & λεπτογένεσιον dicebatur non postremæ apud priscos Ecclesiasticos auctoritatis opus mendaciorum multa impensa farctum, quod quia per Iobelæa digestum esset, ab eo Ἰωβηλαῖοι vocatum est auctore Epiphanio. neque aliunde accepit Africanus, & post eum Eusebius. cujus rei vestigia in Æthiopico computo licet videre. Sed tripliciter ab Eusebio hic erratum esse constat. primum, quod Iobelæa deducit à conditu rerum & primo Homine: deinde quod Iobelæum definit annis quinquaginta absolutis: postremo quod ab Hebræis ad LI annum Abrahæ ait putari annos MMMCCV, quum hoc contra ipsum faciat, qui non meminit hanc esse dinumerationem septuaginta Seniorum, non autem Hebræorum, quos ipse initio Canonis ait putare ab Adam, ad Abraham, annos MDCCCCXLIX. Itaque hic annus erit MM ab Adam ultimus πεντηκονταετηρίδος XL. non autem MMMCCXXXV. Sunt hallucinationes Eusebio familiares. Iobelæum autem non ab Adam, sed ab anno XLVIII Exodi incipere & periti sciunt, & nos in Canonibus Isagogicis satis disputavimus, qui hujus præstantissimæ antiquitatis causas & epochas aperuimus antea prorsus ignoratas, & præter alia validissima argumenta, ab Ezekiele confirmatas capite XXIX, 17. quem locum alii non capiunt, & Hieronymus miram ejus adfert interpretatationem, qui non solum hic comminiscitur ὕστερον πρότερον quod est adversus tenorem illius, & sequentis Capitis, sed etiam XXV annos, quorum mentio fit initio XL Capitis, existimat ab eadem historia pendere: quum tamen XXV anni illi putandi sint ab initio Sedekiæ, & ab anno XXVI Nabopollassati: isti vero XXVII anni initium capiant à XXVI anno Iosiæ. de quibus satis dictum, quum de Iobelæis tractaremus. Is annus apud Esekielem, quum esset decimus Sedekiæ, omnino erat 907 ab Exod. 47 autem semper deducenda esse de annis Exodii ut Iobelæa investigentur, nemo quoque negat. Deductis igitur 47 de 907, supersunt ab initio primi Iobelæi, ad X annum Sedekiæ, anni 860, quæ profecto sunt XVII Iobelæa exacta, & annus vicesimus septimus Iobelæi XVIII currentis. Vide quantum vera differant à commentitiis ea, quæ argumentis nituntur, ab iis, quæ ἀναποδείκτα. ille annus Sedekiæ congruit numero Eusebiano MCCCCXXVI Deductis 866 absolutis à primi Iobelæi initio, superest initium primi Iobelæi in numero Eusebiano DLX. Quomodo igitur Iobelæa putabuntur à primo anno Abraham, aut primo Homine, ut voluit Eusebius noster?

Ibid. *quinquagenarius annus.*] Ἰωβὴλ ὅ παρ᾽ αὐτοῖς ἡ πεντηκονταετηρίς. *Iobel ipsis est quinquagesimus annus.* non autem *quinquagenarius numerus.*

Ibid. *ab Adam, usque ad annum præsentem, fuerunt anni duo millia.*] ita editiones & FR. & Marian. Scotus: & ratio hoc postulat. Nam secundum Hebræos, ab Adam, ad Abraham, ponit annos MDCCCCL. Ergo præsens annus erit bis millesimus primus. At PET. MMMCLXXXIV. Pejus PR. MMCCXXXV. In Græcis etiam obrepsit hallucinatio: ὡς εἶναι ἀπὸ Ἀδὰμ κατ᾽ αὐτοὺς ἐπὶ με ἔτους Ἀβραὰμ, ἔτη ͵βν. quæ profecto Eusebius ita scripserat: ὡς εἶναι ἀπὸ Ἀδὰμ κατ᾽ αὐτοὺς ἐπὶ να ἔτους Ἀβραὰμ, ἔτη ͵β. Agitur enim de να, non με anno Abraham, item de quinquagesimo exacto post annos MDCCCCL. Ergo fiunt anni MM. Latina hoc clamant. Ita igitur scripsit Eusebius.

LII. *Zameis.*] In Græcis Africani Νινύας Ζάμης.

Ibid. *Ninyas.*] Plane est Hebræorum נינוי quomodo Ninus urbs illa dicitur, & pronunciatur ut νινυή. unde iste rex Νινύης vel Νινύας Græcis dicitur.

LVI. *Cres indigena.*] Diodorus Ἐτεόκρητας omnium Cretæ populorum vetustissimos fuisse dicit, quorum rex fuerit Κρής. Marcianus Heracleotes ὁ περιηγητὴς ex Ephoro αὐτόχθονα asserit:

πρώτους δὲ Κρῆτας φασὶ τῆς Ἑλληνικῆς
ἄρξαι,

Ἄρξαι, Ἰαλάσσης τε νησιώτιδας
Πόλεις κατασχεῖν, ἃς ἦ κ' συνοικίσαι
Αὐτῶν Ἔφορος εἴρηκεν, εἶναι φησί τε
Ἐπώνυμον τὴν νῆσον ἀπὸ Κρητὸς ἦν
Τῶ δὴ φυομένου βασιλέως αὐτόχθονος.

Sed αὐτόχθονα negat Stephanus ex Jove & Ida Nympha natum memorans.

Ibid. *quem ajunt unum Curetarum fuisse, à quibus Iupiter.*] Eustathius in Dionysium: οἱ δὲ ἀπὸ Κρητός ἑνὸς αὐτὴν Κρήτην ὠνόμασαν ἐκ τοῦ Διός. Ἀρριανὸς δέ φησι. Κρὴς, ὁ Κρήτη ἐπώνυμος, ὁ τὸν Δία κρύψας ἐν ὄρει Δικταίῳ, ὅτε Κρόνος ἐμάστευεν, ἐθέλων ἀφανίσαι αὐτόν. Apud hunc Creta hospitio exceptum Phœbum fuisse colligitur ex Tibullo, — *etiam Phœbo gratissima dona Cres tulit.* — Sed hæc incomperta sunt nobis. Nam nugantur qui de Dædalo interpretantur: qui non erat Cres, aut Cretensis. Præterea usus loquendi exigit, ut Cres apud Tibullum sit nomen proprium, non gentile.

„ Ibid. *Curetarum.*] Metaplasmus Hieronymianus, „ pro Curetum.

LXXV. *Primus annus repromissionis.*] Abraham natus est in urbe Ur Chaldæorum, & inde à patre in oppidum Charan traductus. Genes. XI, 31. In Pseudosibyllinis:

Ἐστὶ ἀνὴρ πόλεως αὐτόχθων Οὐρ Χαλδαίων,
Ἐξ ἧς δὴ γένος ἐστὶ δικαιοτάτων ἀνθρώπων.

Priorem versum non agnosces ne in editione quidem postrema Parisiensi. Quid ætatis esset Abraham, quum migravit Ur Chaldæorum, non meminit Scri„ ptura, sed quum ex oppido Charran se in terram „ Chanaan contulit, erat LXXV annorum. Geneseos XII, 4. Pater autem Abrahami Tara obiit in Charran annos natus CCV. Genes. XI, 32. Itaque LX annis ante mortem patris migravit ex urbe Charran. Nam anno patris sui septuagesimo natus est Abraham. Hæc quum luce clariora sint, tamen nubes oboritur ex Act. VII, 4. Τότε ἐξελθὼν ἐκ γῆς Χαλδαίων κατῴκησεν ἐν Χαρράν. Κἀκεῖθεν μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ μετῴκισεν αὐτὸν εἰς τὴν γῆν ταύτην, εἰς ἣν νῦν ὑμεῖς κατοικεῖτε. Nam omnino verbis Mosis repugnare videntur. Hanc caliginem dum quidam discutere volunt, multa somnia attulerunt, quum alii velint Abraham natum ultimis temporibus patris sui, primum autem numerari ante fratres Nachor, & Aran, non quod ætate, sed pietate eos anteiret. alii alia nescio quæ longe absurdiora vaticinati sunt: quum præstaret ingenua confessione culpam defugere, quam se doctis & piis deridendos propinare. Imitemur modestiam vetustiss. Judæorum, qui ubi in nodum vindice dignum inciderunt, hoc modo defunguntur, *Elias solvet.* Putant enim Eliam, quem ante adventum Messiæ expectant, omnia dubia soluturum, & omnia prava correcturum. Georgius quidem colligit recte LX annis Abraham ante patris mortem ex Charran migrasse. sed de loco Actorum mirum quam turbet, quam ridiculus sit, quum ait mortem patris Abraham spiritualem, non corporalem fuisse, quia qui idolis serviunt, mortui sunt. quæ profecto mera deliria sunt, ut quod ipse de aliis dicit, de eo melius posse videatur, καλῶς ἐπαπορήσας, ἀπόρως δὲ ἀπολύσας.

Ibid. *supputantur anni* CCCCXXX.] Georgius hunc locum respiciens: Εὐσέβιος τὰ υλ' ἔτη ἀπὸ τοῦ ε' καὶ ο' ἔτους Ἀβραάμ, ἤτοι ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους τῆς παροικίας αὐτοῦ εἰς γῆν Χαναάν, ἕως τοῦ πα' ἔτους Μωσέως, καὶ τῆς Αἰγύπτου πορείας τοῦ Ἰσραὴλ ἀπαριθμεῖ. & alibi se quoq; ita sentire scribit: ἡ δὲ υλ' ἐτῶν ἀπαρίθμησις τῆς ἐν γῇ Χαναὰν παροικίας τοῦ Ἰσραήλ, καὶ ἐν Αἰγύπτῳ κατὰ τὸ πρὸς Ἀβραὰμ τοῦ θεοῦ πρόρρησιν κατὰ πάντας τοὺς ἑρμηνεύσαντας καὶ ἱστορικοὺς ἀπὸ τοῦ ε' καὶ ο' ἔτους ἀριθμεῖται. Igitur à LXXV anno Abrahami tam veteres, quam recentiores annum primum horum CCCCXXX ordiuntur, Paulus Apostolus, Josephus, Eusebius, omnes Iudæi hodierni, omnes Magistri Iudæorum. Extiterunt tamen, qui à descensu Iacob in Ægyptum eorum initium faciunt, quod, ne quid tergiversemur, sequitur ex XII, 40, 41 Exodi. Sed quum avus Mosis Caath fuerit ex iis, qui una cum Iacob in Ægyptum descenderunt, omnino à Caath, etiam si infans in cunis fuisset, usque ad tempus Exodi, tantum intervallum intercedere non potest, ut complectatur annos CCCCXXX. Itaque hæc interpretatio non demonstratione nititur, sed auctoritate, qua modesti homines contenti esse debent, ut absurditas declinetur.

Ibid. *qua habitaverunt in Aegypto & in terra Chanaan.*] Postrema verba addita sunt in editione Septuaginta, ab interpretibus ipsis, an à Christianis, nescio. quæ si extarent in Hebraico, nullus quidem locus dubitationi relictus fuisset, sed tamen ἄπορον illud, quod jam tetigimus, declinari non potest. Quidam ex recentioribus ridicule verba hæc interpretantur ex Hebraismo, in quo relativum, sive, ut Græci Grammatici vocant, articulus potest referri tam ad habitationem, quam ad filios Israël. ἡ δὲ κατοίκησις τῶν υἱῶν Ισραὴλ, ἣν κατῴκησαν ἐν Αἰγύπτῳ. quæ est recta interpretatio. Potest etiam exponi, ἡ δὲ κατοίκησις τῶν υἱῶν Ισραὴλ, οἳ κατῴκησαν ἐν Αἰγύπτῳ. Hanc duplicem interpretationem patitur Hebraismus. Sed non video, quid inde οἱ περίεργοι consequantur. Nam tam hoc, quam illo modo, filii Israel manserunt in Ægypto, & illa mansio fuit CCCCXXX annorum. Ita Sophisma eluditur, quod alioquin ex multis Hebraici contextus testimoniis confutari poterat.

LXXXVIII. *deinde Saraceni dicti.*] Ammianus lib. XXII. *& Scenitas prætenditur Arabas, quos Saracenos nunc appellamus.* In XXXVII Geneseos, ubi in Hebræo יִשְׁמְעֵאלִים Onkelos vertit עַרְבָאֵי Σαρακηνοί, Σαρακαῖοι. Stephanus ait Σάρακα esse regionem finitimam Nabatæis, à qua τοὺς Σαρακηνοὺς dictos putat. Nos scimus νομάδας Ἄραβας ita dictos. Hoc enim *Sarak* Arabice sonat, id est, furaces καὶ λῃστρικούς, quales qui Turcis dicuntur Cosaki Tartari, quales Martolossi, quales Bandolieri in Pyrenæis. Non habemus vetustiorem Ptolemæo, qui eorum meminerit, præter „ Onkelos, qui vixit circiter excidium templi. De „ Sara perridiculum. Hoc modo oporteret aut à Sara Saræos dictos, aut uxorem Abrahami non Saram, sed Saracam vocatam fuisse. Avellenda est opinio hæc de animis hominum.

Ibid. *Saraceni.*] Epiphanius pag. 10. καὶ ἐκ τῆς παιδίσκης, Ἰσμαὴλ δὲ, ὡς ἔφην, τούτῳ ἦν ὄνομα. καταλαμβάνει δὲ οὗτος καὶ κτίζει τὴν Φαρὲς καλουμένην ἐν τῇ ἐρήμῳ. τούτῳ παῖδες γίνονται δεκαδύο τὸν ἀριθμόν. ἐξ ὧν αἱ φυλαὶ τῶν Ἀγαρηνῶν, τῶν καὶ Ἰσμαηλιτῶν, Σαρακηνῶν δὲ τανῦν καλουμένων. intelligit duodecim φυλὰς τῶν Σαρακηνῶν. unde φύλαρχοι Ἀράβων eorum Dynastæ dicti, quorum crebra mentio in historia, præsertim Procopio, & aliis illius ævi scriptoribus.

XCIX. *Sodoma & Gomorra succensa.*] Hæc extant in Editionibus, item in omnibus PR. Marianus tamen, & POST. non habent. Ex Græcis prioris libri certum est hanc pericopen ab Eusebio notatam fuisse.

CXXII. *Sicyoniorum sextus Aegydrus.*] Ita omnes PR. & POST. & Græca Αἴγυδρος. In Excerptis barbarolatinis *Egydrus.* Sed Pausaniæ Αἴγυρος, & Mariano

CLVI. THVRIMACHVS.] Augustinus lib. XVIII. cap III. de Civit. *Sane, quod prætereundum non fuit, etiam apud sepulchrum septimi sui regis Thurimachi sacrificare Sicyonios Varro refert.* Eodem libro capite III. *Apud Sicyonios Thuriaco, quem quidam Thurimachum scribunt.* Iam vivente Hieronymo Exemplaria hujus Chronici à librariis depravabantur, ut hinc & aliunde colligimus.

CLXI. *Xerxes qui & Balæus.*] Nihil tale Africanus, à quo accepit. & Balæus est decimus Assyriorum rex. Sed Augustinus Eusebium secutus idem habet libro XVIII. cap. III.

Apud Argivos.] Initium regni Argivorum caderet in annum secundum Sphæri XIV Assyriorum regis, si veritatis majorem, quam propositi sui rationem, habuisset Eusebius. Is erat annus DXXV ab initio Beli. Africanus conferebat initium regni Argivorum in annum CC Assyriorum. Sed non impune hoc illum ferre sivit Georgius: οὐ μοι δοκεῖ καλῶς, inquit, ὁ Ἀφρικανὸς ἐν γ λόγῳ τῶν ἱστοριῶν αὐτοῦ φάναι τὴν Ἀργείων βασιλείαν τῷ σ ἔτει τῆς Ἀσσυρίων βασιλείας ἄρξασθαι ἐπὶ Ἀρείου ε βασιλέως Ἀσσυρίων. Deinde demonstrative eum confutat. Sed quomodo ducentesimus annus Assyriorum in Arium V regem competit, quum ejus initium consurgat ex CCXVII anno à Belo?

Ibid. *A patre Inacho Inachus fluvius.*] Primo Καρμάνωρ: secundo Ἁλιάκμων: postremo Ἴναχος.

Ibid. *Bosporos.*] Hujus rei pleni veterum libri. sed tamen versus Æschyli ex Prometheo vincto non sunt omittendi.

Ἰσθμὸν δ' ἐπ' αὐταῖς στενοπόροις λίμνης πύλαις
Κιμμερικὸν ἥξεις, ὃν θρασυσπλάγχνως σε χρὴ
λιποῦσαν αὐλῶν' ἐκπερᾶν Μαιωτικόν.
Ἔσται δὲ θνητοῖς εἰσαεὶ λόγος μέγας
τῆς σῆς πορείας. Βόσπορος δ' ἐπώνυμος
κεκλήσεται ——

Ibid. *Castor.*] Iste fuit natione Galata, gener Deiotari Regis. Inter alia scripsit χρονικὰ ἀγνοήματα. Reliqua pete ex Suida. Citatur à Tatiano, Africano, Ausonio poëta, aliis.

Ibid. *usque in Sthenelantum.*] Est metaplasmus Hieronymianus, Sthenelantus pro Sthenelante, Gorgona pro Gorgone, Eleusina pro Eleusine, ut supra monuimus: & in quibusdam codicibus Telchinus pro Telchine. Propterea Augustinus libro XVIII, cap. VIII de Civit. scribit: *Et rex nonus Stenelas, sive Steneleus, sive Stenelus. Variè quippe in diversis auctoribus invenitur.* Quod igitur Eusebius, sive Castor, dicit, *usque in Sthenelantum*, terminus includitur ex idiotismo, quo tempus labens pro præterito sumitur. Nam dicendum erat, usque ad finem Sthenelanti, & initium Danai.

Anni CCCLXXXIV.] Biennio plus dicit. Ab initio enim Inachi, ad initium Danai, anni sunt CCCLXXXII.

Ibid. *Inachus.*] Clemens Alexandrinus ait ab initio Inachi, ad casum Trojæ, esse generationes plus quam XX. quod verum est. Sunt enim anni DCLXXIV. Illud vero non recte, quod & is, & Tatianus, & Africanus, & omnes, qui ante Eusebium Chronica scripserunt, exitum Israelis ex Ægypto ponunt sub Inacho. Primus omnium errorem, sed per caliginem, deprehendit Eusebius noster. quo nomine graviter cum eo expostulat Georgius Syncellus. Verba ejus præterire nefas duximus: Κατὰ Ἴναχον πρῶτον Ἀργοῦς βασιλέα, καθ' ὃν καὶ πάντες εἴτε ἐκ περιτομῆς, εἴτε ἐκ χάριτος ἱστορικοί, Ἰώσηππος καὶ Ἰοῦστος, Κλήμης ὁ ἱερὸς στρωματεύς, Τατιανός τε καὶ Ἀφρικανὸς συνομολογοῦσι γεγεννῆσθαι Μωσέα, καὶ κατὰ Φορωνέα τὸν Ἰνάχου παῖδα καὶ Νιόβης ἀκμάσαι. κατὰ Ἄπιδα δὲ τῆς ἐξ Αἰγύπτου πορείας τοῦ Ἰσραὴλ ἡγήσασθαι, τὰς ἀποδείξεις καὶ ἐκ τῶν παρ' Ἕλλησι δοκουμένων ἀποχόντες ἱστορικῶν. εἷς μόνος ὁ Καισαρεὺς Εὐσέβιος καὶ ἑαυτῷ ἀντιπίπτων χρόνοις ὕστερον μετὰ Κέκροπα τὸν Διφυῆ πρῶτον Ἀθήνησι βασιλέα μετὰ Ὤγυγον καὶ τὸν ἐπ' αὐτοῦ κατακλυσμὸν ἔφη γενέσθαι Μωσέα, καίτοι τῶν εἰρημένων ἐπιμνησθεὶς σοφωτέρων ἀνδρῶν. Sed solennia delirat. ipse potius reprehendendus, qui quum Eusebium objurget, quod à priscis dissentiat, ipse tamen exitum Israëlis non sub Inacho, ut illi, sed sub Api ponat. Tam ipse igitur, quam Eusebius, dissentiunt à veteribus, sed diversa via. Quare ergo ob unum hoc Eusebio irascitur, quod à veteribus dissentit? Iniqua est ratio.

CLXXXII. *Sarapim vocant.*] Quæ huc faciunt lege non vulgaria apud August. de Civit. XVIII. cap. V. Clemens primo Stromateo ex Tatiano: Ἆπίς τε ὁ Ἀργοῦς βασιλεὺς Μέμφιν οἰκίζει, &c. τοῦτον δὲ Ἀρίστιππος ὁ Ἀργεῖος ἐπονομασθῆναι φησὶ Σόραπιν, καὶ τοῦτον εἶναι, ὃν Αἰγύπτιοι σέβουσιν. Νυμφόδωρος δὲ ὁ Ἀμφιπολίτης ἐν τρίτῳ Νομίμων Ἀσίας τὸν Ἆπιν τὸν ταῦρον τελευτήσαντα καὶ ταριχευθέντα εἰς σορὸν ἀποτεθῆναι τῷ ναῷ τοῦ τιμωμένου δαίμονος, κἀντεῦθεν Σορόαπιν κληθῆναι καὶ Σάραπιν συνηθείᾳ τινὶ τῶν ἐγχωρίων ὕστερον. Quę verba ideo adduxi, quia eadem sunt cum illis Varronis, quæ Augustinus producit capite eodem. Sed quomodo sub Inacho Apidis facta sit mentio, caussam comminisci non queo. Hæc periocha potius pertinebat ad CCXII.

CXCI. *Apud Aegyptios per septimam Dynastiam regnaverunt Pastores.*] Tres Dynastiæ Pastorum fuerunt, XV, XVI, XVII. Sunt autem idem, qui Βουκόλοι dicuntur, & locus, ubi à reliquis Ægyptiis semoti degebant, Βουκόλια: quæ luculente in libro primo Æthiopicorum Heliodori describuntur. Ποιμένες autem & Βουκόλοι erant apud Ægyptios non solum fæx plebis, sed etiam execrabiles omnibus Ægyptiis tanquam καθάρματα, ut constat Genes. XLVI, 34: & alibi in Canonibus annotavimus. Propterea illis assignatæ erant paludes, tum ut haberent ubi greges & armenta sua alerent, tum ut ipsi à reliquis Ægyptiis secreti viverent, propter loca deserta & inaccessa, quorum natura freti sæpenumero in reges ipsos rebellarunt & tanquam ex arce belli quadam ex illis palustribus profecti, campestria Ægypti infestabant. eoque provecti sunt, ut etiam reges crearent, quorum ductu bellum legitimis Diospolitanis & Memphiticis regibus inferrent. Neque solum isti Bucoli priscis illis temporibus latrociniis & excursionibus Ægyptios fatigabant, sed etiam sub Romanis Cæsaribus multum molestiæ præfectis Ægypti facessebant. Quare illis à Romanis firmissimum præsidium militum impositum est, qui ab eo Bucolici dicebantur, quod ἐν τοῖς Βουκολίοις prætendebant, & pacata Ægypti ab eorum infestationibus defendebant. Eos Bucolos lingua Ægyptiaca Ὑσὼς vocatos fuisse scribit Manethos apud Iosephum. Quam non laudabili consilio has Dynastias temeraverit Eusebius, initio Canonis diximus. Quum enim tres Dynastiæ Pastorum fuerint, ut jam diximus, XV, XVI, XVII, ipse XVI dixit esse Thebanorum, XVII autem Pastorū, qui regnaverunt annis CIII: quum tamen XVII Pastorum regnaverit annis CLI. Itaque LXVIII annis eam mutilavit. neque tamen quod voluit, effecit. Nam XVII Pastorum Dynastia cœpit anno periodi Iulianæ 2863, numero Eusebiano CLXVI. qui est προχρονισμὸς annorum XXV. sed longe absurdior caussa est, quę eum ad hoc designandum impulit. Pastores enim hos credidit cum Iosepho fuisse Hebræos, qui cum Iacob in Ægyptum descenderunt. Quare ut hanc Dynastiam rationibus suis accommodaret, unam Dynastiam ex-

expunxit, ut supra diximus: & rem ridiculam, absurdam, & jocularem incurrit, qui hos pastores, quos vult esse progeniem Iosephi, ante Iosephi deportationem in Ægyptum regnare cœpisse scribit. Nam secundum eum Ioseph divenditus à fratribus in Ægyptum traducitur numero CCLXVI, annis LXXXVI ante hanc Dynastian. Dignum κατόρθωμα, propter quod Dynastias ita mutilaret. *Reges*, inquit, *Aegyptiorum Pastores conjicimus nuncupatos propter Ioseph, & fratres ejus, qui in principio pastores descendisse in Aegyptum comprobantur.* Atqui fratres eius & Pater secundum Eusebium descenderunt in Ægyptum anno CXCI, circiter finem hujus Dynastiæ. Secundum hæc Hebræi, qui Pastores vocati regnarunt in Ægypto, prius pastores vocati fuerint, & prius regnaverint in Ægypto, quam in Ægyptum descenderunt. Non deerunt tamen, qui non solum his hallucinationibus favebunt, sed etiam, qui armati pro illis pugnabunt. nam quid pariunt hodie Nundinæ Francofurtienses, quam hæc caprina prælia? Futile Eusebii dilirium de Essenis Philonis, quod Christiani fuerint, quantum stultorum hominum assensum meruit? quanto plausu veritatis hostibus exceptum? quo furore, insania, tumultu defensum?

Ibid. *Reges Aegyptiorum Pastores.*] Iosephus in Apionem: Ἐν ἑτέρῳ βίβλῳ τῶν Αἰγυπτιακῶν Μανέθων τοῦτό φησιν, ἔθνος τοὺς καλουμένους ποιμένας αἰχμαλώτους ἐν ταῖς ἱεραῖς αὐτῶν βίβλοις γεγράφθαι λέγων ὀρθῶς. Καὶ γὰρ τοῖς ἀνωτάτω προγόνοις ἡμῶν τὸ ποιμαίνειν πάτριον ἦν, καὶ νομαδικὸν ἔχοντες τὸν βίον οὕτως ἐκαλοῦντο ποιμένες. αἰχμάλωτοί τε πάλιν οὐκ ἀλόγως ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων ἀνεγράφησαν, ἐπειδήπερ ὁ πρόγονος ἡμῶν Ἰώσηπος ἑαυτὸν ἔφη πρὸς τὸν βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων αἰχμάλωτον εἶναι. Hic Manetho, ut puto, non de Pastoribus, qui per tres Dynastias regnum obtinuerunt, loquitur, sed in genere de infima gente hominum in Ægypto, qui vere erant pastores καὶ δοῦλοι. Quatuor enim discrimina populi in Ægypto fuerunt, ἱερεῖς summo in honore habiti: μάχιμοι & ipsi quoque honoratissimi: τεχνῖται nullo quidem in honore, sed tamen liberi: ποιμένες pessimæ conditionis, & servi, à reliquo populo in loco Bucoliis degentes, de quo loco satis alibi ex Heliodoro diximus: quibus adde ex Hieronymo in vita Hilarionis: *ad ea loca, quæ vocantur Bucolia, eo quod nullus ibi Christianorum esset, sed barbara tantum & ferox natio.* Itaque reges Ægypti captos in bello illis palustribus relegabant, quorum è numero fuerunt Phœnices quintadecima Dynastia. Hoc est quod voluit Manethon, neque Iosephus assequutus est. Itaque causæ non erat cur Iosephus post futilem auctorem & cymbalum mundi Apionem Pastores Hebræos Ægypti incolas & crederet, & Eusebio persuaderet. Neque enim una Pastorum fuit Dynastia, sed tres. & si concedamus Pastores Hebræos non solum dictos, sed reges fuisse, quænam ex tribus Dynastiis illa fuerit, ratio nulla iniri potest. Præterea quum Moses scribit, ab obitu Ioseph Patriarchæ, ad Exodi tempus, misera servitute Hebræos oppressos fuisse, quomodo illi in servitute regnare potuerint, non video. Et ineptissima sunt hæc. Denique tempora non conveniunt; quum XVII Dynastia desinat CCIII annis ante Exodum, XVI autem de qua intelligebat Iosephus, quæ DXVIII annos regnavit, CCCLIV ante Exodum esse desierit. Omnino & Iosephum, & Eusebium in omnibus his fugit ratio. Apud Iosephum quidam reges Pastores referuntur, qui non extant apud Africanum. Vide ἐν τῇ συναγωγῇ.

Ibid. *Reges Aegyptiorum Pastores.*] Longe aliter concepta est hæc pericope in PR. *Aegypti* XVII *Dynastia: Apud Aegyptios per septimamdecimam Dynastian regnaverunt Pastores annis centum tribus. ipsi sunt Pharaones.* Sed non sunt Eusebii.

CCXI. *Phoroneus Inachi filius & Niobæ.*] Apollodorus Inachi, & Melissæ Oceaninæ. Nam patrem Niobæ, non filium omnes fere veteres scribunt.

Ibid. *primus leges judiciaque constituit.*] Contra Porphyrius περὶ ἀποχῆς: Ἆπις λέγεται πρῶτος νομοθετῆσαι παρ' Ἕλλησι. Sed de Phoroneo constat. Clemens Protreptico: ὁ μὲν γὰρ Ἀθηναῖος τοῖς Σόλωνος ἐπέσθω νόμοις, καὶ ὁ Ἀργεῖος τοῖς Φορωνέως. Propterea dixit Tatianus: μετὰ δὲ Ἴναχον ὑπὸ Φορωνέως μόλις τοῦ θηριώδους βίου καὶ νομάδος περιγραφὴ γέγονε, μετεκοσμήθησάν τε οἱ ἄνθρωποι.

Ibid. *Quidam hujus filiam Nioben dicunt.*] Græca integriora sunt: ἐξ ἧς ποιεῖ τὸν παῖδα Ἆπιν τοῦ καὶ Σέραπιν. Apollodorus: ἐκ τῆς Λαοδίκης νύμφης Ἆπιν καὶ Νιόβην ἐγέννησεν.

Ibid. *Horum temporum quasi valde antiquorum.*] Hæc ad verbum ex Clemente Alexandrino desumpta sunt ex primo Stromateo: Ἀκουσίλαος γὰρ Φορωνέα πρῶτον ἄνθρωπον γενέσθαι λέγει. ὅθεν καὶ ὁ τῆς Φορωνίδος ποιητὴς εἶναι αὐτὸν φησι, πατέρα θνητῶν ἀνθρώπων. ἐντεῦθεν ὁ Πλάτων ἀκολουθήσας Ἀκουσιλάῳ γράφει, Καί ποτε προαγαγεῖν, &c.

Ibid. *quæ cuique civitati.*] τῇ τῆδε τῇ πόλει. *huic civitati.* Hieronymi interpretatio procederet, si legeretur τῇδε καὶ τῇδε.

Ibid. *de Phoroneo, qui primus hoc nomine appellatus.*] περὶ Φορωνέως τε τοῦ πρώτου λεχθέντος, de Phoroneo, qui primus homo dictus est. Hoc ipse Clemens explicavit, πρῶτον ἄνθρωπον γενέσθαι. unde Poëtæ veteri dictus πατὴρ θνητῶν ἀνθρώπων. Propterea etiam ἀρχέγονος dicitur Nonno, tanquam auctor generis humani. Hieronymus censet multos Phoroneos fuisse, huncque primum omnium ita vocatum. Sed manifesto alia est mens Græcorum, Platonis.

Ibid. *Niobæ omnium primæ mulierum, ut Græci perhibent, mixtus est Iupiter.*] Hygenus fabula CXLV. *Ex Phoroneo & * Cinna nati Apis & Nioba. Hanc Iupiter mortalem primum compressit. Ex ea natus est Argus, qui suo nomine Argos oppidum cognominavit.* Ad verbum ex Apollodoro. Νιόβης δὲ Διός, ᾗ πρώτῃ γυναικὶ Ζεὺς θνητῇ ἐμίγη, παῖς Ἄργος ἐγένετο. Inde notabile illud & non prætereundum Diodori lib. IV: Ζεὺς γὰρ πρώτῃ ἐμίγη γυναικὶ θνητῇ Νιόβῃ τῇ Φορωνέως, ἐσχάτῃ δὲ Ἀλκμήνῃ. Ταύτην δὲ ἀπὸ Νιόβης ἑκκαιδεκάτην οἱ μυθογράφοι γενεαλογοῦσι. Nonnus libro XXXII.

Οὐ τόσον ἠράσσαμην Νιόβης παρὰ γείτονι Λέρνῃ
Κούρης ἀρχεγόνοιο Φορωνέος —

Statius Theb. IV: MITISQVE PHORONEVS. Scholion: *Hic est, qui primus Iunoni sacrificasse dicitur, ut Dardanus Iovi. Phoroneus autem Inachi filius, qui primus mortalibus regnavit: cujus filiam Niobem (quia alia Tantali est) Iupiter primus mortalem dicitur compressisse.* Sed hæc omnia collegit ex Hygeno. Nam & de Iunone, & de regno Hygenus ita: *Phoroneus Inachi filius aram Iunoni primus fecit: qui ob eam causam primus regnandi potestatem habuit.* Et sane Scholia illa in Thebaidem Statianam majorem partem sunt centones ex Servio, Hygeni Mythologicis, & Astronomico ejusdem Arateo.

CCXXVI *Thessalus Græci filius.*] Omnes fere Æmonis filium faciunt, ut Strabo, & Rhianus.

Πύρραν δή ποτε τήν γε παλαιότεροι καλέεσκον
Πύρρης Δευκαλίωνος ἀπ' ἀρχαίης ἀλόχοιο.

Αἱμονίην δ' ἐξαῦθις ἀφ' Αἵμονος, ὅν ῥα Πελασγὸς
γείνατο φέρτατον υἱόν. ὁ δ' αὖ τέκε Θεσσαλὸν Αἵμων.
Τοῦ δ' ἀπὸ Θεσσαλίην λαοὶ μετεφημίξαντο.

Ubi habes diversas pro successione temporum Thessaliæ appellationes. Sed in primo versu legendum:

Πυῤῥαίαν πότε τήνγε παλαιότεροι καλέεσκον.

Strabo: καθόλου δὲ, ὅτι πρότερον ἐκαλεῖτο Πυῤῥαία ἀπὸ Πύῤῥας τῆς Δευκαλίωνος γυναικός. Stephanus non Thessalum Græci, sed contra illum hujus filium scribit. Γραικὸς ὁ Ἕλλην, ὀξυτόνως, ὁ Θεσσαλοῦ υἱός. ἀφ' οὗ Γραικοὶ οἱ Ἕλληνες. Sic apud Lycophronem, Γραικῶν ἀρχός. Callimachus, Γραικοὶ, καὶ γαίης ἡμετέρης ἀδαεῖς. Alexander Ætolus:

Ἀλλ' ὅγε πευθόμενος πάσχυ Γραικοῖσι μέλεος
Τιμόθεον. ——

Apollodorus: Ἕλληνος δὲ καὶ νύμφης Ορσηΐδος Δῶρος, Ξοῦθος, Αἴολος. αὐτὸς μὲν οὖν ἀφ' αὑτοῦ τοὺς καλουμένους Γραικοὺς προσηγόρευσεν Ἕλληνας. Atqui Γραῖοι prius dicti fuerunt, quod toties usurpatur à Latinis Poëtis. Postea Γραικοί. ut ab Ἀχαιοὶ, Ἀχαϊκοί. Sed una pars tantum Thessaliæ vocabatur Ἑλλὰς ab urbe Metropoli, cujus meminit Poëta:

—— εἰς Ἑλλάδα καλλιγύναικα.

Thessaliæ autem nomen non reperitur apud Homerum, quum tamen in Bœotia Thessali Herculis filii meminerit, à quo non potest videri dicta Thessalia. Vellejus eos reprehendit, qui de sæculo Iliaco loquentes, nomen Thessaliæ usurpant, quod nondum ita ea „regio vocaretur. Sed fortasse potuerunt facere „ κατὰ πρόληψιν, ut,
„ —— *Lavinaque venit Littora.*

CCXXIX. *Belochus.*] Clemens Βηλοῦχον vocat: Εἰ δὲ τὰ Ἀσσυρίων πολλοῖς ἔτεσι πρεσβύτερα τῶν Ἑλληνικῶν Κτησίας λέγει, φανήσεται τῷ δευτέρῳ καὶ τετρακοσιοστῷ ἔτει τῆς Ἀσσυρίων ἀρχῆς, τοῦ δὲ Βηλούχου τοῦ ὀγδόου δυναστείας τῷ δευτέρῳ καὶ τριακοστῷ ἡ Μωσέως κατὰ Ἄμωσιν τὸν Αἰγύπτιον, καὶ κατὰ Ἴναχον τὸν Ἀργεῖον ἐξ Αἰγύπτου κίνησις.

Ibid. *Telchines & Caryatæ.*] Hoc gestum Paulus Orosius libro primo, cap. 7. refert in annum MLXX ante Vrbem conditam, eodemq; modo illum sequutus Marianus Scotus: hoc est numero Eusebiano CXCIV. quod est ineptissimum. Prodigiosa autem huius loci discrepantia in omnibus scriptis & editis libris extat, etiam apud ipsum Orosium, ubi legitur: *Telchines & Carpathii persicax prælium adversus Phoroneum Regem Argivorum & Parapasios ancipiti spe sine fructu victoriæ gesserunt.* Sed illud *Parapasios* recte emendant omnes P R. in quibus clare legitur *Parrhasios*. Superest illud *Carpathii*: pro quo P E T. habet *Careatus*. F R. *Carsatis*. P R. *Cariatus*. B O N. *Chariatus*. In omnibus his extat vestigium veræ lectionis *Caryates*: ut manifesto exprimitur in Græcis Καροιᾶται, quod idem est quod Καρυᾶται per υ. Stephanus: Καρυάτης, Καρυάτος, καὶ Καρυαῖος, καὶ Καροιεύς. καὶ Καροιᾶτις μέλισσα. ut non referat utrum per υ, an per οι scribatur, ut in Eusebianis Græcis legitur. Duplices autem Καρύαι sunt, alteræ Laconicæ, alteræ Arcadicæ. Laconicæ erant sacræ Dianæ. Pausanias in Laconicis: τὸ γὰρ χωρίον Ἀρτέμιδος καὶ Νυμφῶν ἐστιν αἱ Καρύαι. καὶ ἄγαλμα ἕστηκεν Ἀρτέμιδος ἐν ὑπαίθρῳ Καρυάτιδος. χοροὺς δὲ ἐνταῦθα αἱ Λακεδαιμονίων παρθένοι κατὰ ἔθος ἱστᾶσι, καὶ ἐπιχώριος αὐταῖς καθέστηκεν ὄρχησις. Hanc celebritatem & choreas Καρυάτιδα vocat Hesychius. & manifesto tangit Statius quarto Thebaïdos accuratissimi operis:

Plaudentique habiles Caryæ resonare Dianæ.

Addit interpres vetus historiam non prætereundam: CARYÆ: *Templum in Laconia Dianæ sacrum, quod etiam Caryatium nominatum est ex hac causa: Quum luderent virgines, minitante ruina, omnis chorus in arborem nucis fugit, & in ramo ejus pependit, quam nucem Græci caryan vocant.* Notum ex Messeniacis Pausaniæ, quomodo sub Aristomene virgines Laconum Caryatidi Dianæ choros agitantes, captæ fuerunt. Et hæc de Caryis Laconiæ. Alteræ Caryæ sunt δῆμος Τεγέας in Arcadia. Pausanias in Arcadicis de Tegeatis: τοῖς δὲ ἀνθρώποις κατὰ δήμους εἶναι τοὺς οἰκιστὰς, Γαρεάτας, καὶ Φυλακεῖς, καὶ Καρυάτας τε, καὶ Κορυθεῖς. In eodem opere: Φενεατῶν δὲ τὸ πεδίον κεῖται μὲν ὑπὸ τὰς Καρύας. Post: Καρυῶν δὲ στάδια πέντε ἀφέστηκεν ἢ τὸ Ὄρεξις καλουμένη, &c. Καροιᾶται, sive Καρυᾶται, & Παῤῥάσιοι ambo sunt populi Arcadiæ, & Phoroneus non longe illis tractibus imperavit. Non mirum ergo, si inter se bellum gesserunt. Si quis quærit quomodo Telchines & Arcades inter se societatem coire potuerunt, quum Telchines è Rhodo in Cretam migraverint, neque inde in Peloponnesum venisse ullis monumentis proditum sit: sciat eos prius ex Peloponneso ejectos Rhodum venisse, ut infra aperietur numero CCLXXVI. quod alibi non memini me legere. Nam quin *Telchines* recta sit lectio, dubitare non sinunt tum Græca Eusebiana, tum Paulus Orosius, qui statim subjicit eosdem Telchinas Rhodum obtinuisse. Sed quod ille ait Telchinas cum Phoroneo bellum ancipiti spe sine fructu victoriæ gessisse, unde ille scire hoc potuit, quum Eusebius, seu potius Hieronymus, unde accepit hoc, nihil tale prodiderint? Hoc conjicit ex numero CCLXXVI. ubi narrantur Telchines Peloponneso excidisse. Quod *Carpathii* apud eundem Orosium mendose legatur, pluribus docendum non est. Hoc dico, quod habeat aliquam speciem veri, quum Carpathii sint Rhodiis vicini, Rhodum autem Telchines obtinuerunt. Apud Vitruvium libro primo ita legimus: *Carya civitas Peloponnesi cum Persis hostibus contra Græciam consensit. Postea Græci per victoriam glorioso bello liberati, consilio Caryatibus bellum indixerunt.* Hæc Carya non potest esse, nisi illa, quæ erat in Arcadia, quum Laconica fuerit tantum templum Dianæ, non autem civitas. Vnde ex ipso Vitruvio constat Persicis temporibus potentissimam fuisse, ut quæ finitimorum bellum in se concitaverit: ne miremur multo antea, quum potentior esset, bellum Phoroneo finitimo Regi intulisse. Taceo, quod quo tempore Telchines Rhodum tenebant, Carpathus nullos incolas habebat, quæ vix tandem post tempora Minois habitari cæpta est. Auctor Diodorus libro V.

Ibid. *Ogyges in Attica Eleusinam condidit.*] Ab Ogyge conditam etiam scribebat Africanus ἐν τρίτῃ χρονογραφιῶν. εἰ δὲ, inquit, ἀναφέρει τις ἐπιλογιζόμενος ἀπὸ τοῦ τέλους τῆς αἰχμαλωσίας ἀσοῦ ἔτη κατὰ ἀνάλυσιν εὑρίσκεται τοσοῦτον διάστημα ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ἀπὸ Αἰγύπτου διὰ Μωσέως ἐξόδου Ἰσραὴλ, ὅσον ἀπὸ τῆς πεντεκαιδεκάτης πέμπτης Ὀλυμπιάδος, ἐπὶ Ὠγυγον, ὃς ἔκτισεν Ἐλευσῖνα. Non ab Ogyge, sed ab Eleusine Ogygis filio conditam scribit Pausanias: Ἐλευσῖνα δὲ ἥρωα, ἀφ' οὗ τὴν πόλιν ὀνομάζουσιν, οἱ μὲν Ἑρμοῦ παῖδα εἶναι, καὶ Δαείρας Ὠκεανοῦ θυγατρὸς λέγουσι. τοῖς δ' ἐστὶ πεποιημένα Ὤγυγον εἶναι πατέρα.

Ibid. *Ogyges in Attica.*] Paulus Orosius lib. I. cap. 7. videtur legisse, *in Attica regnavit, & Eleusinam condidit.* Græca quoque mutilata sunt à Georgio. Nam Eusebius scripserat, Ὠγυγος ἐν Ἀκτῇ τῇ νῦν Ἀττικῇ ἐβασίλευσε, καὶ Ἐλευσῖνα ἔκτισεν, ὅτι παρθένος, &c.

Hæc

Hæc procul dubio ex quodam vetere scriptore refert Georgius Cedrenus: Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις Μωζέως γέγονέ τις ἀνὴρ μέγας ἐκ τῆς φυλῆς Ἰαφέθ, ὃς αὐτόχθων ὢν ἐβασίλευσε τῆς Ἀττικῆς ἔτη λβ. ὄνομα τῷ ἀνδρὶ Ὠγύγης. ἐπ᾽ αὐτοῦ γέγονε κατακλυσμὸς ἐν τῇ Ἀττικῇ μόνῃ. αὐτός τε ἀπώλετο, καὶ ἡ χώρα πᾶσα. καὶ ἕως ἐτῶν διακοσίων ἔρημος διέμεινεν. Sed alii Thebarũ, non Atticæ, regem faciunt. Primum omnium regnasse Thebis ferunt Calydnum. unde Καλύδνου τύρσιν Thebas vocat Lycophron. Post Calydnum Ogyges. unde Ogygiæ portæ Thebis. Καλυδναῖον veteribus poëtis est ἀρχαῖον, teste Hesychio, item ὠγύγιον, haud dubie ab utroque rege, propter eorum vetustatem. Quod autem Ogyges recte hic ab Eusebio annotatus sit, fidem faciunt veteres scriptores, qui illum plus quam mille annis ante primam Olympiadem ponunt. Orosius etiam ejus diluvium mille & quadraginta annis ante Vrbem conditam. Eleusina autem ἄστυ ῥον ἱπποκόωντος, hoc est ἄστυ Hippothoontis vocavit Nicander: quod in ea etiam regnavit Hippothoon à quo ἱπποθοωντὶς φυλὴ dicta in qua Eleusina.

Ibid. *cujus temporibus apud lacum Tritonidem.*] Hæc, ut non raro solet, ad verbum describit Augustinus de Civit. XVIII. cap. VIII. *Nam temporibus Ogygii ad Lacum, qui Tritonis dicitur, virginali fertur apparuisse ætate.* Qui primi Minervam ætate Ogygis scripserunt ad Tritonem apparuisse, habebant in animo regem Bœotiæ fuisse Ogygem, & Bœotiæ fluvium quendam esse, qui Triton vocetur. Nam ad hunc fluvium natam & altam quidam volunt. Pausanias Bœoticis: ῥεῖ δὲ καὶ ποταμὸς ἐνταῦθα οὐ μέγας χείμαῤῥος. ὀνομάζουσι δὲ Τρίτωνα αὐτὸν, ὅτι τὴν Ἀθηνᾶν τραφῆναι παρὰ ποταμῷ Τρίτωνι ἔχει λόγος. Nutrita autem est ab Alalcomenia Ogygii filia. unde dicta fuerit Ἀλαλκομενηΐς. De Alalcomene Ogygii filia habes apud Stephanum, & paulo ante apud eundem Pausaniam: quanquam ipse vult Minervam à viro quodam Alalcomene nutritam. Sed tamen addit quosdam putare Alacomenian Ogygii filiam, quæ Minervam nutrierit. Hanc igitur sententiam sequuti sunt ii, qui Minervam apud Tritonem tempore Ogygii extitisse ferunt: nimirum quia rex Bœotiæ fuerit Ogyges, fluvius Triton in Bœotia, nutrix Minervæ Alalcomenia Ogygii filia. Quare auctores illi, ut puto, παρὰ Τρίτωνι tantum dixerant. Eusebius τὸν Τρίτωνα in Τριτωνίδα λίμνην convertit, quia & ad lacum Tritonis in Lybia major pars fabulatorum Minervam natam scribit. Scholiastes Apollonii: Τρίτωνες τρεῖς, Βοιωτίας, Θεσσαλίας, Λιβύης. ἐν δὲ τῷ κατὰ Λιβύην ἐτέχθη ἡ Ἀθηνᾶ. Sthephanus tantum duos ponit.

CCXXXVII. *Iacob Mesopotamiam venit.*] Hic est annus Iacob LXXVII, ut apparet ex filo tituli Hebræorum. Africanus quoque: οζ ἐτῶν λέγεται ἐλθεῖν τὸν Ἰακὼβ εἰς Μεσοποταμίαν, ὡς ἐκ τῆς γραφῆς. Scholion Georgii: ἡ δὲ γραφὴ οὐδαμῶς τοῦτο φαίνεται λέγουσα. ἄλλως τε, εἰ τοῦτο δῶμεν, ἐστὶν ὁ Ἰωσὴφ κατὰ τὸ Ϛ, τοῦ Ἰακὼβ γεννηθεὶς, ὅπερ ἀδύνατον. Sequenti pagina injecta mentione de tentorio Jacob hæc in transcursu adjicit: ἡ τριχίνη σκηνὴ τοῦ Ἰακὼβ ἐν Ἐδέσσῃ σωζομένη κατὰ τοὺς χρόνους Ἀντωνίνου βασιλέως Ῥώμης διεφθάρη κεραυνῷ, ὥς φησιν ὁ Ἀφρικανὸς, ἕως τῶν χρόνων αὐτοῦ Ἀντωνίνου ἱστορήσας. Intelligit Antoninum Alagabalum.

& servit apud Laban annis septem.] Græca interpolata sunt, ἔτη κ. quanquam Marianus Scotus ait Hieronymum in suis epistolis scripsisse Jacobum apud Laban mansisse ann. XX.

CCXLVII. *Iacob genuit Levi.*] Georgius οὐ τῷ Ἀφρικανῷ πειθόμενον περὶ ἔτη τοῦ Ἰακὼβ λέγοντι γεννηθῆναι τὸν Λευὶ, οὔτε τῷ Εὐσεβίῳ λέγοντι τῷ πε ἔτει, κατ᾽ ἄμφω γὰρ ἢ τῷ Ϛ, ἢ τῷ Ϛ τῆς ζωῆς Ἰακὼβ εὑρεθήσεται γεννηθεὶς ὁ Ἰωσήφ. ὅπερ ἀσύμφωνον τῇ θείᾳ γραφῇ. Major pars P R. habet LXXXVII anno Iacob natum Levi. Editiones & F R. LXXXIX.

CCL. E regione hujus numeri P E T. habet: *Primo anno Ioseph nonaginta duorum annorum erat Iacob.* Sed hoc congruit numero CCLII.

CCLIV. *Mesapus.*] Augustinus lib. XVIII. cap. IV. de Civit. *Regnantibus Assyriorum decimo rege Balæo, & Sicyoniorum nono Mesapo, qui etiam Cephisus à quibusdam traditur, si tamen duorum nominum homo unus fuit, ac non potius alterum pro altero putaverunt fuisse hominem, qui in suis posuerunt scriptis alterum nomen.* Assentior illi, qui alterum pro altero nomen substitutum ait. unde jam tum non ex hoc solo loco, sed & aliis, appareat corrupta hæc Chronica fuisse Nam ridiculum est de Cephiso. Porro Pausanias hunc Mesapum non agnoscit.

CCLVI. *Hoc tempore in Sicilia Messana, quæ & Mamertina, conditur.*] Vereor, ut tanta vetustas sit hujus urbis, quæ sita est ad portum, qui prius idiomate Siculo Ζάγκλη dictus fuit. id δρέπανον, sive falcem sonat. Inde hæc urbs dicta etiam Ζάγκλη. Nicander decimo rerum Sicularum, citante Stephano:

Καί τοι καὶ Ζάγκλης ἕδαη Δρεπανήϊδος ἄστυ.

Hic portus prius à quibusdam prædonibus occupatus fuit, ducibus Cratæmene Samio, & Periere Chalcidensi, qui eum muro cinxerunt. Marcianus Heracleotes ὁ περιηγητής.

Μεγαρεῖς Σελινοῦνθ᾽ οἱ Γελῷοι δ᾽ ἔκτισαν
Ἀκράγαντα, Μεσσήνην δ᾽ Ἴωνες ἐκ Σάμου.

Messenii vero longo bello tandem à Lacedæmoniis patria ejecti & Anaxilai Rheginorum tyranni auxiliis aucti, loco potiti ex Zangla Messanam fecerunt, Olympiade XXX. Longo post tempore eam Mamertini Campana gens incoluerunt. unde Oscam vocat Silius lib. XIIII.

Incumbens Messana freto, minimumque revulsa
Discreta Italia, atq; Osco memorabilis ortu.

Osci enim gens Campana. Itaque à prioribus conditoribus Messana, à posterioribus colonis Mamertina dicta. Tantum abest, ut Jacobi Patriarchæ temporibus vel Messana, vel Mamertina dici potuerit, ut ab hoc anno ad primum ejus conditum, intersint anni MCX. Quanquam hodie amplissima, & celeberrima est urbs totius Siciliæ, & Messenæ nomen retinet, tamen Strabo scribit obtinuisse, ut Mamertina potius, quam Messana vocaretur. Cujus verba observet studiosus lector: πρῶτον δὲ ἐπεκράτησαν οἱ Μαμερτῖνοι παρὰ τοῖς Μεσσηνίοις, ὥστε ἐπ᾽ ἐκείνοις ὑπῆρξεν ἡ πόλις. καλοῦσι δὲ Μαμερτίνους μᾶλλον ἅπαντες αὐτοὺς, ἢ Μεσσηνίους. εὔοινος τε σφόδρα τῆς χώρας οὔσης, τὸν Μεσσήνιον καλοῦσι τὸν οἶνον, ἀλλὰ Μαμερτῖνον τοῖς ἀρίστοις ἐνάμιλλον ὄντα τῶν Ἰταλικῶν. Sane Ciceroni in Verrinis Mamertina dicitur. Plinius: *Oppidum Messana civium Romanorum, qui Mamertini vocantur.* Ita Romani coloni non Messenii, sed Mamertini dicti sunt. Ex hoc urbis istius cognomine oborta est Hieronymo hallucinatio, cujus verba hæc sunt ex primo in Jovinianum: *Quum quinquaginta virgines Lacedæmoniorum Messenii violare tentassent, de tanto numero ad stuprum nulla consensit: sed omnes libentissime pro pudicitia occubuerunt. Quamobrem grave bellum & longissimum concitatum est, & post multum*

multum temporis Mamertia subversa est. Messenæ duæ fuerunt, ut jam vidisti, Achaica, de qua sensit Hieronymus, quæ diuturnum bellum cum Lacedæmoniis gessit, & Sicula, quæ prius *Mamertina* à prioribus colonis, à posterioribus *Messene* vocata. Hieronymus vero putat Achaicam etiam Mamertinam dictam. Ibi Erasmus notat Mamertiam Hieronymo dici omnem regionem, quæ ad oppidum Mamertum pertinet. sed vellem prius ostendisset, ubi oppidum illud Mamertum esset tam vicinum Lacedæmoniis. Nullus labor fuisset Mamertiam regionem reperire, quæ non magis in Achaia fuit, quam Mamertum, aut Νεφελοκοκκυγία Aristophanis. Non solum autem Hieronymus Mamertinam cum Messena Achaica confudit, sed contra ex una historia duas fecit. Nam quod narrat de virginibus Lacedæmoniis, idem est cum eo, quod ab Aristomene factum prodit. Eadem prorsus est historia, quæ belli Messeniaci causa fuit. Sed quia diverse à Scriptoribus prodita est, propterea putavit historias diversas esse.

CCLXI *Diluvium Aegypti.*] Optimum vetustissimi scriptoris fragmentum apud Cedrenum, longe aliter dicit. negat enim in Ægypto ullum Diluvium fuisse. Ὅτι δύο κατακλυσμοὶ κτ̃ τὴν Ἑλλάδα γῆν διαβεβοημένοι γεγόνασι. πρῶτος μὲν ἐπὶ Ὠγύγου ἐν τῇ Ἀττικῇ. χρόνοις δὲ ὕστερον σμη̅ ἐν Θετταλίᾳ ἐπὶ Δευκαλίωνος, βασιλεύοντος Ἀθήνησι δεύτερου Κραναοῦ αὐτόχθονος. τούτου δὲ κατακλυσμοῦ, τοῦ ἐπὶ Δευκαλίωνος δηλονότι, δοκοῦσι μεμνῆσθαι καὶ Αἰγύπτιοι, φάσκοντες τὴν χώραν αὐτῶν μὴ κατακεκλύσθαι. καὶ δικαίως φιλονεικοῦσι μὴ κατακεκλύσθαι τότε τὴν Αἴγυπτον. τοπικὸς γὰρ γέγονεν οὗτος ὁ κατακλυσμός. τὸ γὰρ πρότερον, ἤτοι τὸν καθολικὸν κατακλυσμὸν οὐδὲ γινώσκουσιν. οὔπω γὰρ ἦν ὁ πατριάρχης αὐτῶν γεννηθείς. Χὰμ δὲ ὁ υἱὸς τοῦ Νῶε πατὴρ ἦν Μεσρὲμ, ἀφ' οὗ Αἰγύπτιοι. Luculentum fragmentum Scriptoris vetustissimi & doctissimi, & Christiani. Videndum, an Africani. Sed ex Græcis non dubium est, quin legendum sit in Attica, non autem in Ægypto. Accedit locuples auctor Paulus Orosius, qui post alia Eusebiana, mox hæc subjicit: *Ante annos urbis conditæ* MXL *in Achaia sævum diluvium vastatione plurima totius pene provinciæ fuit: quod quia Ogygii, qui tunc Eleusinæ conditor, & rex erat, temporibus effusum est, nomen loco, ac tempori dedit.* Editiones, & POST. habent tantum: *Diluvium, quod factum est sub Ogygo.* Si Orosio credimus, hoc diluvium contigerit numero Eusebiano CCXXIV. si Augustino, ultra CCC numerum hæc periocha ponenda fuerit. Nam hunc locum designans, ita scribit cap 8. lib. XVIII. de Civit. *Nostri autem, qui Chronica scripserunt, prius Eusebius, post Hieronymus, qui utique præcedentes aliquos historicos in hac opinione secuti sunt; post annos amplius quam trecentos jam secundo Argivorum Phoroneo rege regnante, Ogygii Diluvium fuisse commemorant.* Sed est μνημονικὸν σφάλμα tam hujus μεταχρονισμὸς XL annorum, quam illius προχρονισμὸς XXXVI. At contra Africanus ἐν τρίτῳ χρονογραφιῶν ab Ogygis diluvio, ad primam Olympiadem numerat annos MXX. ut ex ejus rationibus hoc contigerit numero CCXXI, ut Orosio: & proinde μεταχρονισμὸς commissus sit annorum XL. Adjicit idem: ἀπ' Ὠγύγου τοίνυν ἐπὶ Κύρου, ὅποσα ἀπὸ Μωσέως ἐπὶ τὸν αὐτῶν χρόνων, ἔτη ασλε. Ab Ogyge, ad primum annum Cyri, putari annos MCCXXXV. Annus Cyri primus numero Eusebiano MCCCCLXII. deductis MCCXXXV, remanet numerus Eusebianus CCXXII, congruens Diluvio sub Ogyge. XL igitur, aut XLI, annorum discrimen est inter rationes Africani, & Eusebii. Sed de sententia Africani super diluvio ita Georgius: ὅπερ Ἀφρικανὸς σύγγνωτώ μοι, ἀνθ' οὗ ἐπὶ Ὠγύγου τὸν Δευκαλίωνος εἴρηκεν, ἑαυτῷ ἀντιπίπτων. quod scilicet de diluvio contrariam huic sententiam alibi extulerit.

CCLXXI. *Apis.*] Apim hunc Phoronei filium non est verisimile esse eum, qui ab Ægyptiis pro eo colebatur, quamquam multi veterum hoc prodiderint. Apollodorus libro II: Φορωνεὺς δὲ ἁπάσης τῆς ὕστερον Πελοποννήσου προσαγορευθείσης δυναστεύων ἐκ τῆς Λαοδίκης Νύμφης Ἄπιν καὶ Νιόβην ἐγέννησεν. Ἄπις μὲν οὖν εἰς τυραννίδα τὴν ἑαυτοῦ μεταστήσας δύναμιν καὶ βίαιος ὢν τύραννος, ὀνομάσας ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν Πελοπόννησον Ἀπίαν ὑπὸ Θελξίονος καὶ Τελχῖνος ἐπιβουλευθεὶς, ἄπαις ἀπέθανεν. Neque igitur ejus frater fuit Ægialeus, sed patruus, neque in Ægyptum profectus est. Sed omnia audet mendax Græcia. Scias autem quæ Sicyonio Api attribuenda sunt, ea Argivo huic assignari, & contra, ne mireris inconstantiam stultorum Μυθολόγων.

CCLXXVI. *Telchines.*] De Telchinibus primis Rhodi colonis non est ignota historia. unus Strabo instar omnium esto lib. XIV. ἐκαλεῖτο δὲ ἡ Ῥόδος πρότερον Ὀφιοῦσσα, καὶ Σταδία, εἶτα Τελχινὶς ἀπὸ τῶν οἰκησάντων τὴν νῆσον. Ovid. VII.

Phœbeamque Rhodon, & Ialysios Telchinas.

Ibid. *Telchines victi.*] Manca est hæc interpretatio, quæ historiam nobilissimam dissimulat. Græca optime: Τελχῖνες ἐκπεσόντες Πελοποννήσου. *Telchines expulsi Peloponneso.* Quando? quum Caryatum opibus bellum Phoroneo & Parrhasiis intulerunt. A Phoroneo igitur, & Parrhasiis victi Peloponneso exciderunt. quod nuspiam legimus. Nam reliqui scriptores Telchinas ex Rhodo in Cyprum, & inde partem in Bœotiam Græciæ, partem in Cretam transfretasse. Hanc igitur historiam debemus Eusebio, cujus nulla notitia extat in Latina interpretatione. Apud Strabonem ex Cypro Rhodum migrasse dicuntur Telchines. Sed eos in Peloponneso habitasse qui prodiderit, non memini. veteres fabulatores, qui Actæonis canes in Telchinas conversos fuisse nugati sunt, meminerant eos in Bæotia fuisse.

Ibid. *quæ prius Ophiussa vocabatur.*] ὕστερον πρότερον. Nam Ophiussa dicta non est, donec à Phorbante serpentes, qui illam infestabant, interfecti sunt, numero CCCCXL. Vide animadversionem in illum locum. Chios quoque Ophiussa dicta fuit, teste Theone in Aratum.

CCLXXIX. *Memphis in Aegypto ab Ape condita.*] Hinc Epiphanius pag. II. ἐκεῖθεν δὲ ἀρχὴν ἔσχε τὰ παρ' Ἕλλησι μυστήρια τε καὶ τελεταὶ πρότερον παρ' Αἰγυπτίοις καὶ τῷ Φρυξὶ καὶ Φοίνιξι καὶ Βαβυλωνίοις κακῶς ἐπινενοημένα, μετενεχθέντα τε εἰς Ἑλλάδας ἀπὸ τῆς τῶν Αἰγυπτίων χώρας ὑπὸ Κάδμου καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰνάχου Ἄπιδος πρότερον κληθέντος καὶ οἰκοδομήσαντος τὴν Μέμφιν. De Memphi facit cum Eusebio. Sed illud novum, Inachum postea Apim vocatum. Apollodorus vero Memphim ab Epapho Ius filio conditam dicit: Ἔπαφος δὲ βασιλεύων Αἰγυπτίων γαμεῖ Μέμφιν τὴν Νείλου θυγατέρα, καὶ ἀπὸ ταύτης κτίζει Μέμφιν. Idem Hygenus fabula CCLXXV.

CCLXXXI. *Centum octaginta annorum Isaac moritur.*] Anno mundi MMCCXXIX. Deducto intervallo ab Adam ad natum Abrahaam, annis MDCCCCXLVIII, superest præsens numerus Eusebianus CCLXXXI. Ita quidem recte Eusebius omnium intervalla observat. Quadrant

drant enim optime cum ejus numero. Sed numerus non quadrat cum veritate: quia major est annis xv, ut initio Canonis ostendimus. Differentia enim periodi Julianæ & numeri Eusebiani sunt anni 2797. Differentia periodi Julianæ & annorum Abraham, anni 2712. Utriusque differentiæ differentia anni xv. Hoc semel satis dictum esto.

CCXCI. *Hoc anno, qui secundus famis fuit.*] Georgius: τῷ β΄ ἔτει τοῦ λιμοῦ κατῆλθον οἱ ἀδελφοὶ τοῦ Ἰωσὴφ εἰς Αἴγυπτον. ὅπερ ἦν τοῦ μὲν Ἰωσὴφ λθ΄ ἔτος, τοῦ δὲ Ἰακὼβ ϱχθ΄.

CCXCIV. *Apud Aegyptios per* XVIII *Diopolitanorum Dynastian.*] Semper in exemplaribus erratum est *Diopolitanorum* pro *Diospolitanorum*: quum Græcis sit semper cum σ, Διόσπολις. Ita vocantur Thebæ Ægyptiæ. Vetustissima Scholia Odysseæ: Θῆβαι πόλις Αἰγύπτου ἡ νῦν καλουμένη Διόσπολις. Diodorus quoque Διόσπολιν suo tempore dictam scribit, quæ antiquitus dicebatur Thebæ. Unde Διοσπολίτης νομός. In Græcis quoque Africani Διοσπολιτῶν ιη΄ δυναστεία legitur, non Διοπολιτῶν.

Ibid. *Amosis.*] Africano Ἀμῶς. De hoc Porphyrius περὶ ἀποχ. Κατέλυσε δὲ ἐν Ἡλίου πόλει τῆς Αἰγύπτου τὸν τῆς ἀνθρωποκτονίας νόμον Ἀμωσις. ὡς μαρτυρεῖ Μανεθὼς ἐν τῷ περὶ ἀρχαϊσμοῦ καὶ εὐσεβείας. De Gelone simile narrat Scholiastes Pindari: Γέλων σὺν Καρχηδονίους καρτερᾷ μάχῃ νικήσας τοῦ ἀνθρωποθυτεῖν ἔπαυσε.

CCC. *Sparta condita est.*] Filius Phoronei vocabatur Σπάρτων, non Σπάρτος. Proinde non Σπάρτη, sed Σπαρτωνία urbs à conditore suo vocanda erat. Stephanus Σπάρτωνα Φορωνέως ἀδελφὸν, non filium, in Μυκήναις. Pausanias negat ullum Σπάρτωνα fuisse Phoronei filium. Λακεδαιμονίοις γὰρ Σπάρτης μὲν γυναικὸς εἰκών ἐστιν ἐν Ἀμύκλαις. Σπάρτωνα δὲ Φορωνέως παῖδα θαυμάζοιεν ἂν καὶ ἀρχὴν ἀκούσαντες. Eustathius Σπάρτην ἀπὸ Σπάρτου υἱοῦ Ἀμύκλαντος dictam vult, sicut Stephanus, unde accepit: Σπάρτη ἀπὸ Σπάρτου τοῦ Ἀμύκλαντος, τοῦ Λέλεγος, τοῦ Σπάρτου. Alii ἀπὸ τῶν Σπαρτῶν Κάδμου.

CCCI. *Apud Sicyonios decimus Eratus.*] Corrupte apud Georgium Ἐραστος. Melior pars scriptorum Codicum habet *Eratos*, ut scripsisse videtur Eusebius. & ita est in excerptis barbarolatinis. Pausaniæ is est Πέρατος. Sed, quod dixi, Ἔρατον, non Πέρατον Eusebium scripsisse, tum Græca fidem fecerint, tum Augustinus libro XVIII. cap. VI.

CCCVI. *Argus.*] Apud Tatianum legitur Ἀργεῖος, ut in Excerp. barbarolatinis Argius. Apollodorus: Ἄργος δὲ λαβὼν παρὰ Φορωνέως τὴν βασιλείαν ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν Πελοπόννησον ἐκάλεσεν Ἄργος. καὶ γήμας Εὐάδνην τὴν Στρυμόνος καὶ Νεαίρας ἐτέκνωσεν Ἴασον, Πείρανθον, Ἐπίδαυρον, Κρίασον, ὃς καὶ τὴν βασιλείαν παρέλαβεν. Phoroneo in regnum successit Apis. hoc interfecto, nepos Phoronei ex filia Niobe accepit regnum ab avo. Quæro cur regno cessit Apidi filio, & postea nepoti, neque ei mortuo successerunt ambo? Hygenus inter Phoroneum & Argum nullum regem ponit.

CCCXVI. *Altadas.*] Excerpta barbarolatina *Altallus*. Africanus Σέθως. & tamen quum hos reges Assyriorum ab Africano desumpserit Eusebius, ut non solum Georgius testis est, sed etiam res ipsa indicat, mirum „ unde illud nomen expiscatus sit. Putamus Σέθως per„ peram à librariis substitutum.

CCCXIX. *Chebron.*] In Græcis Africani Χέβρως.

CCCXXXIII. *Amenophes.*] Africano Ἀμένωφθις.

Ibid. *ann.* XXI.] Imo XXIV Africano. Unde hæc discrepantia, nescio.

Ibid. *His temporibus.*] Tota hæc Perioche est apud Augustin. libro XVIII. cap. VIII, desumpta ex III χρονογραφιῶν Africani. μετὰ δὲ τέσσαρα καὶ ἐνενήκοντα ἔτη ἦν Προμηθεὺς, ὃς πλάσσειν ἀνθρώπους ἐμυθεύετο. σοφὸς γὰρ ὢν εἰς παιδείαν αὐτοὺς ἀπὸ τῆς ἄγαν ἰδιωτείας μετέπλαττε. Recte vero additum est, secundum quosdam. Nam quum Prometheus liberatus sit ab Hercule, Herculis temporibus æqualis fuerit. Ideo Africanus ait CXIV annis post Diluvium Deucalionis eum fuisse: hoc est circiter numerum Eusebianum DXCVIII. Sed ne sic quidem inciderit in tempora Herculis.

CCCXLVI.] In editionibus infarcta erat hæc Pericope: *Aegyptiorum reges omnes tunc Pharaones dicebantur, non hoc proprium habentes nomen, sed pro dignitate Reges tunc utebantur, sicut apud nos Imperatores Augusti appellantur. Habebat unusquisque Pharao proprium nomen. Hoc nos ex libris Manethonis sacerdotis Aegyptiorum lectum posuimus.* Planus ille, qui hæc commentus est, parum fidei sibi habitum iri veritus est, nisi etiam Manethonis auctoritatem tam inepte mentiretur. Et merito nullus scriptus codex hæc habet. Hæ sunt veterum Scripturæ interpretum conjecturæ. Cedrenus 16, 50. Ἀνέστη δὲ μετ' αὐτὸν βασιλεὺς ἐπ' Αἴγυπτον Φαραὼ, ὁ καὶ Ναρεχὼ καλούμενος, κρατήσας ἔτη, ὥς φασι, πεντήκοντα. Ἐκ τούτου οἱ ἀπὸ τοῦ γένους αὐτοῦ καταγόμενοι βασιλεῖς Φαραὼ προσηγορεύοντο. Quæ proculdubio sunt à quodam vetere Ecclesiastico Chronico, Panodori puta, aut Aniani, aut Johannis Antiocheni. In priore parte Græcorum Eusebianorum legimus, Αἰγυπτίων βασιλεὺς Ῥαμμεσσαμενὼς ἔτη ιθ΄. οὗτος πρῶτος Φαραὼ ἐν τῇ ἱερᾷ γραφῇ μνημονεύεται.

CCCLXIII. *Centum decem annorum Ioseph moritur.*] Africanus: Ἀπὸ Ἀδὰμ τοίνυν, ἐπὶ τὴν τελευτὴν Ἰωσὴφ, καὶ τῆσδε τῆς βίβλου, γίνεται μὲν κγ΄, ἔτη ,γφξγ΄. Scholion Georgii: Διαμαρτάνει περιφανῶς ἔτη ϱι. τῷ γὰρ αὐτῷ ,γφξγ΄ ἔτει τοῦ κόσμου ἐγεννήθη Ἰωσὴφ, ὡς ὑπόκειται. item alibi: ὁ μέντοι Ἀφρικανὸς ἔτη ϱθ΄ διαμαρτάνει κατ' ἔλλειψιν. item: ὁ δὲ Εὐσέβιος ἀπὸ Ἀδὰμ, ἕως πρώτου Ἀβραὰμ ἔτους, ,γρπδ΄, καὶ ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους Ἀβραὰμ, ἕως τέλους Ἰωσὴφ, ἐν ᾧ καταλήγει χρόνῳ τῆς Γενέσεως ἡ βίβλος, ἤγουν τῷ ϱι΄ ἔτει τῆς ζωῆς Ἰωσὴφ, ἔτη τξα΄ ἐπελογίσατο. Γίνονται οὖν κατ' Εὐσέβιον, ἀπὸ Ἀδὰμ, ἕως τελευτῆς Ἰωσὴφ, ἔτη ,γφμε΄. Διαμαρτάνει καὶ οὗτος ἔπεσι ϱκζ΄. Sed iste μεμψίμοιρος καὶ φιλόμωμος nihil aliud habet, quod Eusebio & Africano objiciat, præter omissionem τοῦ δευτέρου Καϊνὰν: unde censet corruere omnem structuram temporum Eusebianam. Sed Eusebius recte observavit intervalla à primo anno Abraham in suo numero. Unum vitium intervenit, quod ipse numerus peccat προχρονισμῷ XV annorum. Id non semel monuimus.

Ibid. *Fiunt autem omnes anni, quos Hebræi in Aegypto fecerunt,* CCXV.] Jacob obiit anno Abrahami CCCVII, ut supra notatum est. Vixit in Ægypto annos XVII, quibus deductis de CCCVII, supersunt anni CCXC ab Abraham nato, ad descensum Jacob in Ægyptum. Quia anni CCCCXXX moræ Hebræorum in Ægypto putantur ab anno LXXV Abrahami, illis deductis, remanent anni CCXV promissionis, quod est dimidium

anno-

annorum CCCCXXX, quos in Ægypto fecerunt Hebræi. Ergo reliqui totidem sunt à descensu Iacobi, ad Exodum. Stulti Iudæi CCX tantum putant. Thargum Hierosolymitanum Commate 40. cap. XII. Exodi: וּמוֹתַב בְּנֵי יִשְׂרָאֵל דִּיתִיבוּ בְמִצְרַיִם תְּלָתִין שְׁמִטִּין וּבְהֹן אַשְׁלִימוּ אַרְבַּע מְאָה שְׁנִין: *Habitatio filiorum Israël, quam habitaverunt in Ægypto, triginta Semitta; & in illis compleverunt annos* CCCC. Triginta Semittoth, sive Hebdomades annales, sunt anni CCX. idque colligunt ex verbo רדו Geneseos XLII. 2. quod verbum significat, Descendite, cujus literæ numerales colligunt CCX. Denique eo Judaica processit ἀκαιροφιλολογία, ut ex alio loco id collegerint, ex Thargum Cantici cap. II, 8. כְּשׁוּר בִּזְכוּת אֲבָהָתְהוֹן מְאָה וְתִשְׁעִין שְׁנִין: *Saltans in puritate avorum suorum centum nonaginta annis*. Ergo, inquiunt, supersunt anni CCX, de quadrin-
,, gentis. Addunt fabulæ Isaac prius vocatum fuisse
,, שִׂחָק per Sin sinistrum. Deinde Deum ab eo roga-
,, tum mutasse illud ש in צ. unde contigerit, ut mora
,, Israëlidarum in Ægypto tot annorum fuerit, quot de
,, CCCC remanent deductis XC. hoc est CCX. ש enim sunt
,, CCC, צ XC. Quod, inquiunt, indultum fuit à Deo
,, ut anni illi breviarentur, propter justitiam aut me-
,, ritum Isaac בִּזְכוּת יִצְחָק. vetustissima enim inter Ju-
,, dæos opinio fuit, tempora vindictæ divinæ arctari
,, propter justos. רָצָה הַקָּבָּ״ה לְמַהֵר הַקֵּץ בִּזְכוּת הָאָבוֹת. *Placuit*
,, *Sancto, qui benedictus est, accelerare finem propter meritum*
,, *Patrum*. Cujus sententiæ vestigia supersunt Matthæi
,, XXIV, 22. Sed nugatoribus nugas suas relinquamus. Quidam tamen præpostero Hebraismi amore his fanaticis argutiolis deliniuntur.

CCCLXV. *Misphragmutosis.*] Hæc quidem vis est. Duos reges expunxit, Ἀμερζὶν καὶ Μίσφριν. Georgius: ὀκτωκαιδεκάτη Δυναστεία Διοσπολιτῶν, Βασιλεῖς ιδ. ὧν πρῶτος Ἀμμώσης ἔτη κε. Κἀνταῦθα δύο βασιλεῖς ὁ Εὐσέβιος παρέκρυψεν, ἔτη δὲ προσέθηκε πε, τμη ἀντὶ σξγ τῶν παρ' Ἀφρικανῷ. Recte quidem in hoc Eusebium reprehendit: sed falsum CCLXIII tantum annos colligi ex Dynastia XVIII. Nam CCLXXXVII diserte consurgunt ex dinumeratione annorum. Addit præterea multa Georgius de Africano, quem, quia omisit Cainan secundum, eo quidem nomine objurgat, cæterum Eusebio præfert, quod sub Inacho migrationem ex Ægypto ponit: ut in Excerptis Africani Latinis, in quibus legitur temporibus Inachi Mosem natum esse. Certe hanc Dynastian pessimo exemplo, neque religiosis scriptoribus imitando, deformavit Eusebius; ut eam Manetho, si reviviscat, non possit agnoscere.

CCLXXVI. *Criasus.*] Hunc Κρίασον à quibusdam etiam Πείρασον dictum scribit Pausanias; natum Argo & Euadne Strymonis filia.

Ibid. *ann.* LIV.] Excerpta Africani Barbarolatina LVI.

CCCLXXVII. *In Argis prima sacerdotio*] Omnes libri tam scripti, quam editi: *In Argis primus sacerdotio functus est Callicias Perantis filius.* Nobis primo oculorum conjectu vitium oboluit, qui sciremus Argivæ Junonis sacerdotium non viris, sed feminis mandari solitum. Itaque statim legebamus: *prima sacerdotio functa est Callithyia Piranti filia.* Conjecturam nostram confirmarunt biennio post Græca Eusebii, in quibus ita plane est, ut emendavimus, nisi quod Σπείραντος non Πειράνθου habet, qui erat frater ipsius Criasi, quanquam & Πείραντα vocat Eusebius ipse, de hac Callithyia scribens lib. III προπαρασκευῆς ex Plutarcho: Λέγεται δὲ Πείρας ὁ πρῶτος Ἀργολίδος Ἥρας ἱερὸν εἱσάμενος τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Καλλίθυιαν ἱέρειαν καταστήσας ἐκ τῶν περὶ Τίρυνθα δένδρων ὄχνην τεμὼν εὐκτέανον Ἥρας ἄγαλμα μορφῶσαι. Hanc sacerdotem Callithoën vocat Hyginus fabula CXLV, ubi perperam excusum Callithoë. Sed Callithoën legendum esse constat ex Phoronidis auctore, cujus versus de Callithoë prima Junonis Argivæ Flaminica adducit Clemens Alexandrinus:

Καλλιθόη κλειδοῦχος Ὀλυμπιάδος βασιλείης
Ἥρης Ἀργείης, ἣ στέμμασι καὶ θυσάνοισι
Πρώτη ἐκόσμησεν περὶ κίονα μακρὸν ἀνάσσης.

Vocat πρώτην κλειδοῦχον Ἥρης Ἀργείης, primam æditaam Argivæ Junonis, quam infulis & vittis ornaverit circa columnam Deæ, id est simulacrum Deæ. Nam eo tempore Deorum simulacra erant tantum κίονες πυραμοειδεῖς, & πυραμίδι μὲν ὁ Μειλίχιος, κίονι δὲ Ἄρτεμις ἡ Πατρῴα ἦν εἰκασμένη in urbe Corintho: & Ἀπόλλων Ἀγυιεὺς nihil aliud erat, quam κίων εἰς ὀξὺ λήγων, columna acuminata, Pyramis. Scholia Theonis in Aratum vocant Καλλιθέαν. οἱ δὲ μυθολόγοι τὸν Ἡνίοχον λέγουσιν εἶναι εἴδωλον ἢ Βελλεροφόντου, ἢ Τροχίλου τοῦ Καλλιθέας παιδὸς τῆς πρώτης ἐν Ἄργει γενομένης ἱερείας ἅρμα πρῶτον ζεύξαντος. Si verum est, quod scribit Apollodorus, hæc Callithyia non fuerit prima Junonis sacerdos Argivæ; siquidem Io functa fuit illo sacerdotio. Ita enim de Io scribit: ταύτην, ἱερωσύνην τῆς Ἥρας ἔχουσαν Ζεὺς ἔφθειρε. Apud Hesychium: Ἰὼ καλλιθύεσσα ἐκαλεῖτο ἡ πρώτη ἱέρεια τῆς Ἀθηνᾶς. Videtur esse hæc, de qua loquimur, Καλλίθυια ἡ πρώτη ἱέρεια τῆς Ἥρας, non τῆς Ἀθηνᾶς. Et sane est error aut Hesychii, aut scriptoris, qui hoc illi persuasit. Nam pro Ἰὼ Καλλιθύεσσα legendum Ἰὼ, Καλλίθυια, ut duplex illi nomen fuerit, Ἰὼ, ut apud Apollodorum, Καλλίθυια, ut hic apud Eusebium. Ab ,,
hac Callithyia tempora sua putare instituerunt Argi- ,,
vi, quum hæc prima omnium Iunonis Argivæ sacer- ,,
dos fuerit, ab annis autem earum Fastos signare so- ,,
lebant, illo & illo anno Callithyiæ, &c. Thucydides ,,
initio libri II. τῷ δὲ πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει ἐπὶ ,,
Χρυσίδος ἐν Ἄργει. Glossæ: ἡ Χρυσὶς ἱέρεια ἦν ,,
ἐν Ἄργει. ἠρίθμουν δὲ τοὺς χρόνους οἱ Ἀργεῖοι ἀπὸ τῶν ,,
ἱερειῶν. ,,

CCCLXXVIII. *Mancaleus.*] Africano Ἀχάλιος. Utra lectio vera, nescio. Constat tamen alteram ex altera depravatam. Excerpta barbarolatina habent Macchaleus. Itaque non dubitandum est Eusebianorum codicum lectionem præferendam.

CCCLXXIX. *Atlas frater Promethei.*] Atlas pater Antæi. Antæus æqualis Herculi. Itaque una generatione Herculem antecedere debet.

Ibid. *montem esse altißimum.*] Euripidi ὑπερνεφές. ,,

CCCXCV. *Orthopolis ann.* LXIII.] Excerpta Africana barbarolatina LXV.

CCCXCIX. *Syrus indigena, ex cujus vocabulo Syria nomen accepit.*] Nugaces Græculi: Σινώπη πόλις τοῦ Πόντου ὠνομασμένη ἀπὸ τῆς Ἀσωποῦ θυγατρὸς Σινώπης, ἣν ἁρπάσας ὁ Ἀπόλλων, κατὰ Φιλοστέφανον, ἀπὸ Βοιωτίας ἐκόμισεν εἰς τὸν Πόντον, καὶ μιγεὶς αὐτῇ ἔσχε Σύρον, ἀφ' οὗ οἱ Σύροι. Hebræi omnem regionem, quæ duobus ingentibus fluminibus irrigatur, Euphrate & Tigri, item hinc quicquid ad terminos Ægypti porrigitur, generali nomine vocant Aram, sed diversis nominibus κατὰ προσθέσιν. Aram Padan est Mesopotamia: Aram Damesek, Damasci regio, quam Arabes Schem vocant. Sic Aram Rehoboth, Genes. X, 11: quod male quidem Onkelos vetus Paraphrastes; bene

autem

autem interpretatur Saadia Gaon in Paraphrasi Arabica. Græci vero vetustissimi Assyriam vocarunt quicquid inter Tigrim & fines Ægypti interjectum est. Postea usus obtinuit, ut pro Assyria diceretur Syria. Hoc ita esse præter alios, diserte docet Justinus: *Imperium Assyrii, qui postea Syri dicti sunt, mille trecentis annis tenuere.* Hygenus fabula CCLXXV. *Semiramis Dercetis filia in Syria Babylonem* (condidit) Hieronym. XX Esaiæ: *Quos veteres Assyrios, nunc nos vocamus Syros.* Huic decurtationi similes sunt aliæ, ut quum Σπανίαν pro Ἰσπανία dicunt.

CCCC. *Ammenophis.*] Ita etiam Africanus.

Ibid. *quem quidam putant Memnonem lapidem loquentem.*] — *dimidio resonant ubi Memnone chordæ.* De hoc Philostratus in vita Apollonii. Dionysius ὁ περιηγητής.

Θήβην Ὠγυγίην ἑκατόμπυλον, ἔνθα γεγωνὼς
Μέμνων ἀντέλλουσαν ἑὴν ἀσπάζεται ἠῶ.

Non possum omittere quæ scribit Pausanias in Atticis, qui postquam de saxo vocali Megaris verba fecisset, de quo nos olim in Cirim, deinde subjicit: ἣν δὲ τύχῃ βαλών τις ψηφῖδι, κατὰ ταῦτα οὕτως ἤχησε καὶ κιθάρα κρουσθεῖσα. ἐμοὶ δὲ παρέσχε μὲν καὶ τοῦτο θαυμάσαι. παρέσχε δὲ πολλῷ μάλα Αἰγυπτίων ὁ κολοσσὸς ἐν Θήβαις ταῖς Αἰγυπτίαις διαβᾶσι τὸν Νεῖλον πρὸς τὰς σύριγγας καλουμένας. ἔστι γὰρ ἔτι καθήμενον ἄγαλμα ἠλεῖον. Μέμνονα ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί. Legendum, ἠχεῖον. Notum est, quicquid resonat, hoc nomine à Græcis vocari. unde & ἠχεῖα theatralia Vitruvio. Illud ἄγαλμα, inquit, nihil aliud est, quam ἠχεῖόν τι.

Ibid. *quem quidam Memnonem putant.*] Recte. Non enim omnes id dicebant. Sequitur statim apud eundem Pausaniam: ἀλλὰ γὰρ οὐ Μέμνονα οἱ Θηβαῖοι λέγουσι, Φαμένωφα δὲ εἶναι τῶν ἐγχωρίων, οὗ τοῦτο ἄγαλμα ἦν. ἤκουσα δὲ καὶ Σέσωστριν φαμένων εἶναι τοῦτο τὸ ἄγαλμα, ὃ Καμβύσης διέκοψε. καὶ νῦν ὁπόσον ἐκ κεφαλῆς ἐς μέσον σῶμα, ἦν ἀπερριμμένον. τὸ δὲ λοιπὸν κάθηταί τε καὶ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν ἀνίσχοντος ἡλίου βοᾷ. καὶ τὸν ἦχον μάλιστα εἰκάσει τις κιθάρας, ἢ λύρας, ῥαγείσης χορδῆς. Quæ verba Eusebio illustrando necessaria erant, præsertim quum diversas opiniones Ægyptiorum de hac statua producat, & præterea Regem Φαμένωφα vocet, qui hic Amenophis dicitur. Reliqua de Memnone vocali pete ex Strabone libro VII, & Plinio libro XXXVI. Meminit & Lucianus, Tzetzes, „ Philostratus imaginibus, & Cor. Tacitus. In excusis „ sequebantur quædam nugatoria, quæ à nobis, ut alia, „ illuc unde venerunt, ire jussimus.

CCCCII. *Aethiopes ab Indo flumine.*] Hujus Indorum in Æthiopiæ fines migrationis meminit Philostratus de vita Apollonii, lib. III. ἦν τοίνυν, ἔφη, χρόνος, ὅτε Αἰθίοπες μὲν ᾤκουν ἐνταῦθα γένος Ἰνδικόν. Αἰθιοπία δὲ οὔπω ἦν. libro VI: σοφίας δὲ ταύτης ἐλθέσθε αὐτοὶ Πυθαγόρᾳ σύμβουλοι χρόνον, ὃν τὰ Ἰνδῶν ἐπῄνεσε, Ἰνδοὶ τὸ ἀρχαῖον πάλαι ὄντες. ἐπεὶ δὲ αἰδοῖ τοῦ λόγου, δι' ὃν ἐκ μιασμάτων τῆς γῆς ἀφίκεσθε δεῦρο, ἕτεροι μᾶλλον ἐβούλεσθε δοκεῖν, ἢ Αἰθίοπες οἱ ἀπὸ τῶν Ἰνδῶν ἥκοντες, πάντα ὑμῖν ἐς τοῦτο ἔδρασαν. ὅθεν ἐγυμνώθητε μὲν σκευῆς, ὁπόση ἐκεῖθεν, ὥσπερ συναποδυόμενοι τὸ Αἰθίοπες εἶναι, &c. Infra aliquot paginis interjectis: σοφώτατοι μὲν ἀνθρώπων Ἰνδοὶ, ἄποικοι δὲ Ἰνδῶν Αἰθίοπες. An alius veterum hujus expeditionis Indorum meminerit, in præsentia non succurrit. Studiosi quærant.

Ibid. *Aethiopes ab Indo flumine.*] Ergo antequam ad loca Nili pervenissent, Æthiopes vocabantur: ut populus quidam Indiæ Æthiopes regioni, quæ ultra Ægyptum jacet, nomen dederint: quod & ex ipso Philostrato probatur, ἕτεροι μᾶλλον ἐβούλεσθε, ἢ Αἰθίοπες οἱ ἀπὸ τῶν Ἰνδῶν ἥκοντες.

CCCCVIII. *Spherus annos* XX.] Totidem annos Excerpta Barbarolatina, sed Græca Africani κβ.

CCCCXXV. *Hoc anno natus Moses.*] Anno periodi Julianæ 3137, numero Eusebiano CCCCXL. Ubi est solennis προχρονισμὸς annorum XV. Plumbeum acumen Iudæorum hariolatur natum anno Computi hodierni 2368, feria quarta, septima Adar, horis tribus ab orto Sole, auctore Magistro Hija Hispano. Atqui ipsi non negant ab Adam, ad Diluvium, esse annos 1656. quibus deductis de *2368*, remanent anni *712*, à Diluvio, ad natales Mosis. Sed Moses natus est anno 718. VI annis igitur peccant κατὰ προχρονισμόν. Rursus annus *2368* habuit Tisri feria VII, Septembris XXIX, cyclo Solis XVI. Neomenia Adar feria VI, Februarii XXIV. Proinde septima Adar fuerit feria quinta, non quarta, ut volebat futilitas Genethliacæ Judaicæ.* Atqui Moses natus est anno Judaico *2184*, cujus Tisri feria VII, Septembris XXIII, cyclo Solis XXVIII. Neomenia Adar XVIII Februarii, feria prima, neglecta Translationum observatione. proinde septima Adar feria prima, siquidem verum est, quod nobis persuadere conantur Iudæi, Mosem natum esse VII Adar, quod ex Deuteron. XXXI, 2. se hausisse dicunt. Ego verò, qui meus est stupor, nihil tale inde colligere potui. In anno natalium Mosis Iudæi deficiunt à vero annis CLXXXIV κατὰ μεταχρονισμόν.

Ibid. *Amram genuit Mosem.*] Græci, qui nunquam ρ ponunt post μ, scribunt Ἀμβράμ. Epiphanius putat esse Ἀβράμ. Propterea patrem Mosis distinguit à Patriarcha, ut illum vocet τὸν πρῶτον Ἀβράμ, hunc autem τὸν δεύτερον Ἀβράμ. De hoc in Canonibus monuimus.

CCCCXXIX. *Epidaurus condita.*] Atqui tres sunt. Prima in Parthinis, quæ hodie Raguzi, secunda in Laconia. Vulgus Græcorum μονεμβασίαν, Itali nautæ Maluasiam vocant: quam poëta ἀμπελόεσσαν dicit, vini generosissimi feracem, ut etiam ab ea Cretense vinum illi certans Maluasia hodie vocetur. Tertia in Argolide vicina Trœzeni, Templo Asculapii nobilis. Tam certum de Argolide intelligendum esse, quam Argi filium Epidaurum ejus conditorem fuisse. Porro ab initio Argi, ad hunc annum, intersunt anni CXXIV, quod minus remotum est. Vna enim tantum generatione post Argum necessario conditam esse oportet.

CCCCXXX. *Horus ann* XXXVIII.] In Græcis Africani λζ.

CCCCXXXI. *Quidam scribunt Prometheum.*] Ut hæc ad verbum à Tatiano desumpta sunt, ita male ad epocham suam relata. Sub Triopa enim contigisse scribit Tatianus, & post eum Clemens: Κατὰ δὲ Τριόπαν Προμηθεὺς καὶ Ἄτλας, καὶ Ἐπιμηθεύς, καὶ ὁ διφυὴς Κέκροψ, καὶ Ἰώ. Qui tam vetustum Prometheum faciunt, meminerunt eum unum ex Titanibus fuisse.

Ibid. *& Io filiam Promethei.*] Ita omnes editiones, & Marianus Scotus, & libri scripti. Sed est error calami. Quia enim Promethei mentio ante facta erat, propterea per incogitantiam Io posita est filia Promethei, quæ erat filia Iasi, de qua sub Cecrope dicetur. Quum enim eam fuisse temporibus Cecropis veteres scripserint, eam una cum Cecrope, de quo hic fit mentio, locum habere putavit Eusebius. Sed aliud agens Promethei, non Iasi filiam dixit. In Etymologico quoque in voce Βόσπορος perperam legitur Io Cadmi filia: sive is auctoris, sive librariorum error fuit.

CCCCXXXVIII. *Primus regnavit in Thessalia Hamon.*]

 Vide

Vide numerum CCXXIV, & in eum nostra. Recte his temporibus assignatur Thessalus, pessime autem Thessalus Hæmonis pater dicto numero CCXXVI. Nam Hæmon est nepos Pelasgi, cujus frater Argus, pater Iasi, cujus filia Io incidit in hæc tempora. Linea generis: Inachus, Phoroneus, Niobe, Pelasgus, Thessalus, Hæmon. Aliter Pausanias Corinthiacis, Argos, Phorbas, Triopas, Iasus, Io.

CCCXL. *Hoc tempore Phorbas Rhodum obtinuit.*] Linea generis: Phorbas Rex Argivorum, Triopas, Phorbas cognominis avo, Pellem. Pausanias Achaicis. Puto nepotem, non avum fuisse, qui Rhodum occupavit. Nam certum est patrem Triopam fuisse unum τῶν Ἡλιαδῶν, qui Rhodo potiti sunt, ut extat apud Diodorum. Quod si quis objiciat hunc Triopam alium esse ab eo, qui Argis imperavit, respondeo, non novum esse ὁμωνυμίᾳ deceptos scriptores gesta inter se confundere: ut de Io Inachi, & Iasi filia contigit. & sane videtur alius esse, de quo Diodorus Siculus libro v. pag. 228. Μετὰ δὲ ταῦτα Ῥοδίας γῆς ἀνείσης ὄφεις ὑπερμεγέθεις, συνέβη πολλοὺς τῶν ἐγχωρίων ὑπὸ τῶν ὄφεων διαφθαρῆναι. διόπερ οἱ περιλειφθέντες ἔπεμψαν εἰς Δῆλον τοὺς ἐπερωτήσοντας τὸν θεὸν περὶ τῆς τῶν κακῶν ἀπαλλαγῆς. τοῦ δὲ Ἀπόλλωνος προστάξαντος αὐτοῖς παραλαβεῖν Φόρβαντα μετὰ τῶν συνακολουθούντων αὐτῷ, καὶ μετὰ τούτων κατοικεῖν τὴν Ῥόδον (οὗτος δὲ ἦν υἱὸς μὲν Λαπίθου, διέτριβε δὲ περὶ Θετταλίαν μετὰ πλειόνων, ζητῶν χώραν εἰς κατοίκησιν) τῶν δὲ Ῥοδίων μεταπεμψαμένων αὐτὸν κατὰ τὴν μαντείαν, καὶ μεταδόντων τῆς χώρας, ὁ μὲν Φόρβας ἀνεῖλε τοὺς ὄφεις, καὶ τὴν νῆσον ἐλευθερώσας τοῦ φόβου κατῴκησεν ἐν τῇ Ῥοδίᾳ. γενόμενος δὲ καὶ τἄλλα ἀνὴρ ἀγαθὸς ἔσχε τιμὰς ἡρωϊκὰς μετὰ τὴν τελευτήν. At Hyginus in asterismo Ophiuchi eum Triopæ filium facit. Cujus verba huic historiæ illustrandæ pernecessaria apponam: *Polyzelus autem Rhodius hunc Phorbanta nomine demonstrat, qui Rhodiis maximo auxilio fuisse demonstratur. Nam quum eorum insulam serpentium multitudine occupatā cives Ophiussam appellassent, & in ea multitudine ferarum Draco fuisset ingenti magnitudine, qui plurimos eorum interfecisset, & patria denique deserta carere coëgisset, dicitur Phorbas Triopæ filius ex Hycilla Myrmidonis filia natus eo tempestate delatus omnes feras, & Draconem interfecisse: qui quum maxime Apollini dilectus esset, locatus inter sidera dicitur interficiens Draconem laudis & memoriæ causa videretur. Itaque Rhodii, quotiescunque à litore longius prodeunt classes, prius sacrificant Phorbantis adventui, talis ut illis interventus inopinatæ virtutis accidat civibus (scientibus), qualis inscium Phorbanta futuræ laudis ad sidera gloriæ pertulit casus.*

Ibid. *Phorbas.*] Jam diximus non unum fuisse, qui hoc nomine vocatus sit. Fuit enim Phorbas Athenarum rex, Phorbas Lapithæ filius, de quo supra ex Diodoro, Phorbas Argi filius, Phorbas Triopæ filius, Phorbas rex Curetum interfectus ab Erecteo. Harpocratio: Φορβάντειον. Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους ὅτι τὸ Ἀθήνησι Φορβάντειον ὠνομάσθη ἀπὸ Φόρβαντος βασιλεύσαντος Κουρήτων καὶ ὑπ' Ἐρεχθέως ἀναιρεθέντος, δεδήλωκεν Ἄνδρων ἐν ὀγδόῃ τῶν συγγενειῶν. ἦν δὲ Ποσειδῶνος υἱὸς ὁ Φόρβας, καθά φησιν Ἑλλάνικος ἐν πρώτῳ Ἀτθίδος.

CCCCXLII. *Hercules primus fertur Antæum.*] Quomodo Hercules in hæc tempora incidere potuerit, non video; quem constat Olympicum agonem celebrasse numero Eusebiano DCCCXV.

CCCCXLVII. *Trochilus.*] Ita Marianus, BON. & PET. Reliqui omnes, tam PR. quam FR. ridiculam concipiunt lectionem, Tertullianus de spectaculis cap. IX. *Si vero Trochilus Argivus auctor est currus, primo Iunoni id opus dedicavit.* Ita emendavit summus vindex literarum Paulus Leopardus, quum antea Acrochilos legeretur. De hoc Trochilo scribit Pausanias in Atticis, quod propter inimicitias, quas cum Argivo Agenore Triopæ filio gerebat, relictis Argis, Eleusina se contulerit, ibique ducta uxore, ex ea duos filios suscepisse, τὸν Εὐβουλέα, καὶ τὸν Τριπτόλεμον. Vocat autem ἱεροφάντην, non quod Argis, sed quod Eleusine Flamen Dearum fuerit.

Ibid. *primus fertur junxisse quadrigam.*] Theon in Aratum scribit τὸν ἡνίοχον sidus esse εἴδωλον Τροχίλου τοῦ ἅρμα πρώτου ζεύξαντος. Hygenus in Astronomico vocat Orsilochum. idque videtur deesse in Panegyrico primo Corippi:

Orsilochum referunt primus junxisse quadrigas,
Et currus armasse novos, Pelopemque secundum
In soceri venisse necem ——

CCCCXLIX. *Hoc tempore Xanthus Triopa.*] Ἡλιάδαι οἱ πρῶτοι Ῥόδον κατοικήσαντες fuerunt septem fratres, Ὄχιμος, Κέρκαφος, Μάκαρ, Ἀκτὶς, Τενάγης, Τριόπας, Κάνδαλος. Hi in diversa loca colonias deduxerunt, Macar in Lesbon. Triopas in Cariam, occupato promontorio, quod ab eo Τριόπιον vocatum est. Sic alii alio. Hæc omnia contigerunt sub Cecrope Atheniensium Rege. Auctor Diodorus lib. v. Itaque si de hoc Triopa intelligendum, dupliciter dissentit à Diodoro auctor, quisquis fuit ille, unde hausit hæc Eusebius, primo quod ante Cecropem, deinde quod à Xantho Triopæ filio, quum Macar Triopæ frater Lesbon occuparit. Sed non de hoc Triopa intelligit, imo de Triopa Argivo. In eodem libro Diodori: Ξάνθος ὁ Τριόπα τῶν ἐξ Ἄργους Πελασγῶν βασιλεύων, καὶ κατασχὼν μέρος τι τῆς Λυκίας χώρας, τὸ μὲν πρῶτον ἐν αὐτῷ κατοικῶν ἐβασίλευσε τῶν συνακολουθησάντων Πελασγῶν. ὕστερον δὲ περαιωθεὶς εἰς τὴν Λέσβον οὖσαν ἔρημον, τὴν μὲν χώραν τοῖς λαοῖς ἐμέρισε, τὴν δὲ νῆσον ἀπὸ τῶν κατοικούντων αὐτὴν Πελασγίαν ὠνόμασε τὸ πρότερον καλουμένην Ἴσσαν.

CCCCLI. *Hoc tempore Cydon.*] Secundum Tegeatas Arcadiæ fortasse hoc admitti possit, qui Cydona vetustissimum faciunt, & tres fratres in Cretam venisse, Κύδωνα, Ἀρχίδιον, sive Καταρέα, καὶ Γόρτυνα. à quibus urbes Cretæ dictas fuisse. Contra Cretenses ajunt Cydonem Mercurio & Acallide Minois filia natum, Cortyna autem Rhadamanthyos filium. Itaque melius hæc periocha in tempora Minois conferretur.

CCCCLVIII. *Assyriorum Sparetus.*] POST. Sparæthus. Excerpta Africani Barbarolatina Spareus. Græca Africani Σπαρθαῖος.

Ibid. *Sicyoniorum* XIII *Marathus.*] Georgius post Orthopolim subjicit Echyrea, & post eum Marathonium. Sed est error librariorum. Hoc constat, qui hic Marathus vocatur, cum Georgio Μαραθώνιον esse. In Excerptis Barbarolatinis Africani Marathus, ut hic. Sed is apud Pausaniam nullus comparet, Orthopolin enim apud eum excipit Coronus, non Marathus.

CCCCLXI. *Trigesimo quinto anno Moysi Cecrops.*] Hoc verum est, si excipias προχρονισμὸν annorum XV, de quo toties monui. Sed Georgius instat, ut solet, durus secutor Eusebio, διαμαρτάνει δὲ ἀληθοῦς, inquit, κἂν τῷ λέγειν Μωϋσέα κατὰ Κέκροπα τὸν διφυῆ πρεσβύτερον πάντων τῶν παρ' Ἕλλησι, &c. Item: καὶ μάτην Εὐσέβιος Μωϋσέως τι κατεψεύσατο. Et post alia: ὥστε ἐκ

ἐκ πάντων δείκνυσθαι διαμαρτάνειν ἐν τοῖς περὶ Μωϋσέως χρόνοις ἔτεσι τοὐλάχιστον διακοσίοις τὸν Εὐσέβιον, ὅθεν καὶ τὴν παρ' Αἰγυπτίοις τῶν λεγομένων δυναστῶν παρενέθηκε χρονολογίαν, καὶ τὴν παρ' Ἀσσυρίοις, &c.

Ibid. *Primum oliva orta est.*] Plinius post Varronem: *Athenis quoque durare traditur olea in certamine edita à Minerva.* Sed vulgatissima est historia. Apollodorus: Μετὰ δὲ τοῦτον (Ποσειδῶνα) ἧκεν Ἀθηνᾶ, καὶ ποιησαμένη τῆς καταλήψεως Κέκροπα μάρτυρα, ἐφύτευσεν ἐλαίαν, ἣ νῦν ἐν τῷ Πανδροσίῳ δείκνυται. Eam olivam à Persis incensam eodem die ad duos cubitos repullulasse scribit Pausanias: cui idem honos habebatur, qui Romæ ficui Ruminali.

Ibid. *Athenæ nuncupatæ.*] Et hoc quoque nemo nescit. Præterea omnes veteres Scriptores sub Cecrope Athenas appellatas fuisse dicunt. Solus Justinus sub Amphictyone, qui est tertius à Cecrope.

Ibid. *Dicebatur autem Diphyes.*] Tzetzes ex eodem fonte, pagina 19.

Πρῶτος ἁπάντων Ἀττικῆς ὁ Κέκροψ βασιλεύει,
Ὁ πρῶτος ὁ καλούμενος καὶ Διφυὴς τοιῶσδε,
Ἢ ὅτι μέγεθος ἀνδρῶν δύο πρὸς μῆκος εἶχεν,
Ἢ ὡς Ἑλλάδος ἔμπειρος καὶ Αἰγυπτίας γλώσσης.

Quæ sunt ipsissima verba Eusebii. Eustathius Ἰλιάδ. Σ. aliam caussam adfert ex Agallia Corcyrensi: τὰς δὴ πόλεις ταύτας τὰς δύο Ἀγαλλίας τις Κερκυραῖος ἀνὴρ Ἀθήνας φησὶν εἶναι καὶ Ἐλευσῖνα, προσάγων οὕτω τὸ εἰκὸς τοῦ λόγου. γάμους γὰρ καὶ ὑμεναίους ἐν Ἀθήναις πρῶτον ἀχθῆναι ὑπὸ Κέκροπος, ὅθεν καὶ Διφυῆ τὸν Κέκροπα λέγεσθαι ὁ Χάραξ φησὶν, διὰ τὸ νομίμως ἐκ δύο φύεσθαι δι' αὐτὸν ἐπέγνων οἱ ἄνθρωποι τῇ τοῦ γάμου εὑρέσει. Idem habes apud Isacium Tzetzen in Lycophronem pag. 24. qui ad hanc rem profert hæc ex Iohanne Antiocheno: Πρότερον αἱ καθ' Ἑλλάδα γυναῖκες θηριωδῶς, ὥσπερ τὰ ἄλογα, καὶ οὐ κατὰ συζυγίαν ἐμίγνυντο. οἱ γοῦν παῖδες τότε μονοφυεῖς ἦσαν. μητέρα γὰρ μόνην, πατέρα δ' οὐκ ἐπεγίνωσκον. βασιλεύσας δ' ὁ Κέκροψ τῆς Ἀττικῆς κατέπαυσε τὸ θηριῶδες τῆς μίξεως, καὶ ἀνδράσι νομίμως ἐποίησε τὰς γυναῖκας συνάπτεσθαι. ἐπεὶ γοῦν ἐκ τούτου οἱ παῖδες πατέρα καὶ μητέρα ἐγνώριζαν ὡς αἰτίους τῆς αὐτῶν γεννήσεως δύο τυγχάνοντας φύσεων, διφυὴς καὶ ὁ Κέκροψ ἐκλήθη ὡς τούτου ποιήσας αὐτός. Hactenus Iohannes Antiochensis. cujus ratio ridicula est. Nam si homines propter copulam fecit διφυεῖς, non propterea ipse διφυὴς dici meruit. Sed ille Iohannes Antiochensis accepit à bono scriptore, mirum ni Africano, cujus fragmentum extat in quisquiliis Cedreni 67. 18. quod consulas licet, & Suidam in voce Προμηθεὺς totidem verbis. Diodorus libro primo ait Peteon patrem Menesthei Ægyptium fuisse, regem Athenarum, & Διφυῆ quoque vocatum, atque adeo ut sit idem cum Cecrope, nihil illi defuisse præter nominis communionem. Verba adferam: Τὸν γὰρ Πέτην (Πετεῶ) τὸν πατέρα Μενεσθέως τοῦ στρατεύσαντος ἐς Τροίαν φανερῶς Αἰγύπτιον ὑπάρξαντα τυχεῖν ὕστερον Ἀθήνησι πολιτείας τε καὶ βασιλείας. διφυοῦς δὲ αὐτοῦ γεγονότος, τοὺς μὲν Ἀθηναίους μὴ δύνασθαι κατὰ τὴν ἰδίαν ὑπόστασιν ἀποδοῦναι περὶ τῆς φύσεως ταύτης τὰς ἀληθεῖς αἰτίας, ἐν μέσῳ κειμένου πᾶσιν, ὅτι δυοῖν πολιτειῶν μετασχὼν, ἑλληνικῆς καὶ βαρβάρου, διφυὴς ὠνομάσθη, τὸ μὲν ἔχων μέρος θηρίου, τὸ δὲ ἀνθρώπου. Sed hallucinatio est, cujusmodi non paucas in tanto scriptore deprehendimus. Hoc enim ad Cecropem pertinet, non ad Peteon, quem certum est ab Ægeo Athenis pulsum in Phocide consenuisse.

Ibid. *Primus Cecrops bovem immolans Iovem appellavit.*] Jovem quidem appellasse concedit Pausanias: bovem immolasse negat: imo animalium victimas abdicasse. Ita scribit in Arcadicis: Δοκῶ ἔγωγε Κέκροπι ἡλικίαν τῷ βασιλεύσαντι Ἀθηναίων καὶ Λυκάονι εἶναι τὴν αὐτὴν, σοφίᾳ δὲ οὐχ ὁμοίως σφᾶς ἐς τὸ θεῖον βεβουλεῦσθαι. ὁ μὲν γὰρ Δία τε ὠνόμασεν ὕπατον πρῶτος, καὶ ὁπόσα ἔχει ψυχὴν, τούτων μὲν ἠξίωσεν οὐδὲν θῦσαι. πέμματα δὲ ἐπιχώρια ἐπὶ τοῦ βωμοῦ καθήγισεν, ἃ πελάνους καλοῦσιν ἔτι καὶ ἐς ἡμᾶς Ἀθηναῖοι.

Ibidem. *Iovem appellavit.*] Si credimus Athanasio, primus hoc fecerit Theseus, qui non solum Jovem, sed & alios Deos appellari primus omnium sanxit, oratione contra gentes: καὶ γὰρ οἱ πάλαι παρ' Ἕλλησι διαβεβοημένοι θεοὶ Ζεὺς καὶ Ποσειδῶν, καὶ Ἀπόλλων, καὶ Ἥφαιστος, καὶ Ἑρμῆς, καὶ ἐν θηλείαις Ἥρα, καὶ Δήμητρα, καὶ Ἀθηνᾶ, καὶ Ἄρτεμις τοῦ Θησέως τοῦ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἱστορουμένου διαταγαῖς ἐκρίθησαν λέγεσθαι θεοί. Sed melius in Theologicis Athanasio assentiar, quam in his.

CCCCLXVI. *Moyses Aegyptum derelinquens in eremo philosophatur.*] Ex Iosepho pag. 52. in fine, καὶ τῶν ὁδῶν φυλαττομένων, ποιεῖται διὰ τῆς ἐρήμου τὸν δρασμόν. "
Totam fabulam pete ex eodem, qui profectionis "
Mosis in Arabiam fabulosam caussam, non eam, "
quam Scriptura indicat, prodit. "

CCCCLXIX. *Acencheres.*] Eusebius ad verbum Dynastias ab Africano acceptas nulla necessitate alia coactus truncavit, quam ut tempora rerum Ægyptiacarum ad rationes suas accommodaret. Itaque ab hac Dynastia XVIII, ad illos reges, quos Iosephus ex Manethone refert, desultor transit. Iosephus enim post Oron ponit Ἀκεγχερῆν τὴν Ὥρου θυγατέρα, quæ regnaverit annis XII, mense uno. Eusebius totidem annos attribuit: & virum, non feminam putasse videtur. Iosepho est Ἀκέγχερης τούτου (id est Ὥρου) θυγάτηρ. Quum autem tam Africanus, quam Iosephus se à Manethone hos reges, & eorum tempora accepisse profiteantur; non dubium est, quin ex diversis Manethonis locis illa hauserint: cujus rei fidem fecerit, quod reges & anni, quos in XVIII Dynastia collocat Africanus, alii omnino sint ab iis, quos Iosephus ponit post Ὧρον. Ita Eusebio nulla religio fuit hæc contaminare, ut eo tempora regum Ægypti deduceret, ubi cum ejus rationibus paria facerent. Scito igitur Ἀκεγχερῆν feminam, non virum fuisse.

CCCCLXXI. *qui modulatam & inter se concinentem in armis saltationem.*] τὴν ἔνρυθμον ὄρχησιν. quod pertinet ad illud, quod in Catullo annotavimus περὶ κορυβαντιασμοῦ, qui morbus putabatur à Corybantibus immitti, de quo præter ea, quæ ibi ex Platone adduximus, præclare Origenes lib. III in Celsum: cujus hæc verba: ἀλλὰ καὶ ἐπὰν λέγῃ, ὅτι τοῦ παλαιοῦ λόγου παρακούσματα συμπλάττοντες, τούτοις προκαταυλοῦμεν καὶ προκατηχοῦμεν τοὺς ἀνθρώπους, ὡς οἱ τοὺς κορυβαντιζομένους περιβομβοῦντες. Nam Aretæus libro primo περὶ χρονίων παθῶν ait quendam esse morbum ἐπιλήψιος, eoque laborantes ἐγείρεσθαι αὐλῷ καὶ θυμηδίῃ, idem dicens, quod Origenes. Quum hoc in Commentariolo nostro Catulliano

liano legisset Hieronymus Mercurialis Medicus celebris, sed, quod sine ulla contumelia dictum velim, homo φιλαυτότατ@, tanquam ejus possessionem invasissem, dolorem suum ac zelotypiam dissimulare non potuit, quod se, qui omnia scire profitetur, homo ἀνιατρόλογ@ medicum tanti nominis docuissem, quid esset apud Catullum, *Solere imaginosum:* & quia negare non audet, recte id à nobis interpretatum, quod ne per somnium quidem illi in mentem venerat, tamen aliquid quærit, quo inscitiam nostram traducat. Quum omnia fecit, tandem eo venit, ut dicat, me negare illius morbi cognitionem, aut mentionem apud veteres medicos extare. Non satis fuit illi zelotypum se probare, nisi & calumniatorem ostenderet. Vbi hoc ego unquam dixi, medicis hunc morbum ignotum esse? ostendat, ubi ulla hujus tam manifestæ calumniæ in meis scriptis extet aut expressa nota, aut levis suspitio. Ego negarem hunc morbum medicis ignotum fuisse, qui scripsi veteres ejus meminisse? Hæc profecto pugnantia. Si ipse Latine intelligit, ego κορυβαντιασμοῦ nomen in hac significatione apud medicos veteres extare negavi, atque adeo nego, pernego. Et tamen homo φιλαλήθης quum super hoc reprehensionem suam instituit, ait nos perperam id negasse, quum ipsemet, inquit, libro III lectionum ex Aretæo dicat se ostendisse Corybantas esse inter genera insaniæ. Vbi primum calidissimum est mendacium. Nam neque ipse tale quid libro tertio prodidit, aut ullorum Corybantum mentionem fecit, neque usquam apud Aretæum κορυβαντιασμοῦ nomen extat, quanquam morbum describit. Deinde inscitia maxima est, homines κορυβαντιῶντας κορύβαντας dictos putare. inscitia, inquam, Græcismi, cujusmodi magna in omnibus ejus scriptis apparet. Nam qui dicitur κορύβας, non potest dici κορυβαντιῶν, quum alterum sit imitatio rei, alterum res ipsa. Si dicerem Sullam dictatorem tyrannidem appetentem sullaturire, quod verbum extat apud Ciceronem, non magis Criticorum dentes effugerem, quam nunc effugi medici latratus propter significationem imaginosi à me primum proditam. Vides vanitatem: vides inscitiam. Deinde cujusmodi sunt, quæ deblaterat de genere morbi, quasi nostra interesset omnes insaniæ species adferre, quum illa in Catullum commentaremur. Quanti vero est illud, quod adjicit: *Fallitur Scaliger, qui Corybantiasmum putat esse* ἄγρυπνον κῶμα. Vbinam ego istius ἀγρύπνου κώματος mentionem feci? Ego dixi patentibus oculis dormire, κορυβαντιᾶν à Græcis dici, idque eo pertinere, quod phreneticis multis id contingat: phrenetici autem quidam aut sunt κορυβαντιῶντες, aut proximi illis. Tanti erat zelotypia, ut damno existimationis illi constaret. Itaque totum illud caput est præconium zelotypiæ Hieronymi Mercurialis, quo capite nihil vanius, nihil calumniosius excogitari potest. Æquos lectores judices fero. Neque id, quod in sequenti capite vomuit, ab æquiore animo, aut meliore judicio profectum. Audi, lector, & togam compone. *Non minus etiam à vero scopo aberravit, quum apud Ovidium aquam sumere, esse urinam capere, & nescio quæ alia docens, quasi de novo quodam invento magnopere gloriatur.* Mene gloriari? Hæc profecto vis est. Egone ex Scaligero Mercurialis factus sum? Non est nostrum de nugis gloriari. Hoc relinquimus hominibus futilibus, vanis, & φιλαύτοις, qui trivialibus escis convivia sua instruunt, Variarum lectionum σκινδαψολογοῤῥάφοις. Si ullum vestigium gloriationis extat in iis, quæ de aqua sumenda conscripsi, si ego ullo verbulo explicationem meam venditavi, caussam non dico, quin homo, qualem iste me concinnare vult, futilissimus, nugacissimus, & nulli pretii sim. Itaque jam obtunso ore terga dedit calumnia. Ad interpretationem veniamus. Primum nos doceat, quid sit *urinam capere.* Nam hoc non est Latinū, nisi de myrotheciis Mercurialis. *Scaliger ignoravit meretrices post initam Venerem loculos aqua colluere.* Quid sit *inire Venerem*, ipse me docebit, quum ad hæc respondebit. loculos autem colluere an possint, ipse viderit, qui medicus est; siquidem scit distinguere vestibulum ab interioribus ædium. Denique vult nos ignorasse, quæ ante hos quadraginta quinque annos adolescentes didicimus ex Paulo Manutio; & quæ nos non ignorasse statim in fine illius annotationis diximus, quum illud Ovidianum aliter, ac Paulus Manutius accepit, interpretaremur:

Dedecus hoc sumpta dissimulavit aqua.

Itaque in eandem sententiam ab eodem Poëta dictum interpretatur illud:

Scilicet obstabit custos, ne scribere possis,
Sumendæ detur quum tibi tempus aquæ.

Atqui est ironia. Quasi vero, inquit, non possis fallere custodem, & prætextu vesicæ levandæ ire ad secessum, ut intra hoc tempus epistolium scribas, de condicendo tempore. Oro te, Hieronyme Mercurialis, quem locum habet hic lotio illa, post *initam*, ut tu nove loqueris, *venerem?* Nam nondum convenerunt, quum procus sit domi suæ, illa à custode aut janitore intus observetur in ædibus suis. Illa ne sumeret aquam ad eluendos, ut tu loqueris, illos loculos, à quibus ille amasiolus tam remotus est, cui illa per epistolam veneris ineundæ (libenter utor tuo lepido loquendi genere) tempus condicere debet? Ante coitum, ante denique quam illa ei condicat, ea lotione utetur? Denique Scaliger peccavit, quod non utatur lotura ante initam venerem, quæ tamen non adhibetur nisi post coitum. Quid pluribus opus? Petronius *petere aquam* dixit, pro eo quod est vesicam exonerare. Et tamen in Ovidio hoc verum non est, quia ubi primum Mercurialis à Paulo Manutio & aliis monitus fuit illius moris, ad hunc morem potius illius distichi mentem obtorto collo, invita Minerva pertraxerit. Quot sunt in illis Variis Lectionibus futilia, levia, imo istis leviora? ut quod περὶ ποδὸς τῶν κηρύκων dixit. Quæ deliria, quæ somnia protulit? De vite Theriaca contra Muretum? Theriaca est genus vitis; ergo Theriacam bibere recte dicitur, & Latine. Apud Columellam Biturica vitis est. Bituricam bibere ideo dicetur pro vino Biturigum Vibiscorum? Ut concedamus verum esse & Latinum, quid hoc ad mentem Varronis apud Nonium, in quibus hæc somniabat Victorius, sed non in bicipiti Parnasso? Longius digressus sum, benevole lector, dum hominis ad reprehendendum non satis sobrii calumniam à nobis amolimur. Tu patere æquo animo nos hæc momenta tibi & Eusebio nostro suffurari. Nam quæ homo in suo Agonistico, & in illis Lectionibus aut perperam alios reprehendendo, aut veterum locos explicando prudens imprudens effudit, suum tempus, suum locum, & otium postulant.

Ibid. *Curetes & Corybantes*] In Græcis: Οἱ ἀπὸ τῆς " Κρητείας, νῦν Ἀκαρνανίας Κρῆτες καὶ Κορύβαν- " τες. Quod quare prætermiserit, vel potius negle- " xerit, Hieronymus, causam comminisci non possum. " Certe prætereunda non erant. Ex Strabone discere " poteris Curetas, qui trās Acheloum habitabāt, Ἀκαρ- " νᾶνας dictos fuisse. Ideo non mirum Acarnaniam Cu- " retiam dictā prius fuisse. Locus Strabonis extat libro " x. Pausanias quoque Κρητίδα, quę postea Acarnania, "
dictam "

„ dictam fuisse perhibet. Idem quoque Plinius memo- „ riæ prodidit.

CCCCLXXII. *Chaldæi contra Phœnices dimicant.*] Χαλδαῖοι κατὰ Φοινίκων ἐστράτευσαν. Chaldæi in Phœnices expeditionem susceperunt. Historia nobis ignota à studiosis fortasse eruetur. Istud tempus congruit anno ultimo Lamprais XXIII Assyriorum Regis: ut inde colligi possit Assyriorum jugum à Chaldæis multo tempore ante initium Nabonassari excussum fuisse.

CCCCLXXIII. *Musicus Euctæi.*] Hic jculariter omnes PR. depravati sunt. FR. *Eutæi.* BONG. *Euthei.* PET. *Euethei.* quod propius abest à vera lectione *Euctæi*. Sed quis sit iste Euctæus, quis pater Musicus, quæ Nympha ἀνώνυμος, quæratur: Omnia mihi suspecta. In Editionibus ineptissime, *Musæus Erecthei filius.*

CCCCLXXIX. *Deorum judicium.*] Cecropem arbitrum in hoc judicio fuisse negat Apollodorus: γινομένης δὲ ἔριδος ἀμφοῖν περὶ τῆς χώρας, Ἀθηνᾶν καὶ Ποσειδῶνα διαλύσας Ζεὺς κριτὰς ἔδωκεν, οὐχ', ὡς εἶπόν τινες, Κέκροπα, καὶ Κραναὸν, οὐδὲ Ἐρεχθέα, θεοὺς δὲ δώδεκα. καὶ τούτων δικαζόντων ἡ χώρα τῆς Ἀθηνᾶς ἐκρίθη.

CCCCLXXXI. *Aegyptiorum Achorris.*] In Græcis prioris libri Ἀθωρις. Possumus cum Euripide dicere, ἄνω ποταμῶν παγαί. Iterum revertitur ad XVIII Dynastian. & uno verbo dicam, neq; nominibus regum, neque annis, neque successioni ratio constat. Ipse omnia hæc commentus est. quod & conqueritur Georgius. Nam quis tam alienus à vero, ut hac in parte ei faveat?

Ibid. *ann.* VII.] In Græcis prioris libri, ἔτη λϛ. falso.

Ibidem. *Io Iasi filia.*] Ita liber PET. & BONG. Reliqui omnes *Inachi filia.* Marianus quoque recte habet *Iasi.* At Græca retinent Ἰνάχου, quod non mediocriter miramur, nisi Georgii sit παρεγχείρημα. quod non dubito. De hac Io Iasi filia jam diximus. Eam δευτέραν Ἰὼ vocat Eusebius, ut distinguatur ab altera Inachi filia numero DXXIV, in Græcis. Stephanus ait τὸ Ἄργος Ἴασον cognominatum ἀπὸ Ἰάσου τοῦ κατ' ἐνίους πατρὸς Ἰοῦς. alibi Ἴασος τὸ Ἄργος, καὶ Ἰάσιοι οἱ κατοικοῦντες.

Ibid. *qua in bovem conversa.*] Huc faciunt pene ad verbum quæ scribit Epiphanius: ἦν δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ Ἴναχος παρ' Ἕλλησι γνωριζόμενος, οὗ θυγάτηρ Ἰὼ ἡ καὶ Ἀτθὶς καλουμένη, δι' ἣν καὶ ἡ Ἀττικὴ, ἐξ ἧς καὶ ὁ Βόσπορος, οὗ ἐπώνυμος πόλις Βόσπορος ἐν τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ καλουμένη. καλοῦσι δὲ αὐτὴν Αἰγύπτιοι Ἶσιν, ἣν καὶ ὡς θεὰν προσκυνοῦσιν. ὁμώνυμος δὲ τούτῳ καὶ ποταμός ἐστιν ὁ Ἴναχος οὕτω καλούμενος. Quæ omnino ipsa Eusebii verba sunt, quibus de suo duo nova adjecit, Ἰὼ vocatam esse Ἀτθίδα, quum tamen Ἀτθὶς Κραναοῦ καὶ Πεδιάδος filia fuerit. Deinde illud quoque innovavit, quod infra adjecit, Inachum postea Ἆπιν vocatum fuisse, quum constet diversos fuisse. Alibi quoque legitur τὴν Ἰὼ ἀπὸ τοῦ ἰέναι dictam, quod totum orbem peragraverit. Inde Clementi Alexandrino περίοδος Σωθιακή. id est, πλάνη Ἰσιακή. Nam Σῶθις est Ἶσις, sive Ἰὼ, & περίοδος est πλάνη. unde περίοδος Πέτρου, peregrinatio Petri. Maximinus in Diatagmate in Christianos apud Eusebium Histor. Eccles. libro IX, pag. 102. τῆς τυφλῆς ἐκείνης πλάνης καὶ περιόδου παντάπασιν ἀποστάντες. Meminimus etiam de hoc alibi à nobis aliquid dictum. Quod autem Eusebius tam longo intervallo post Inachum hic mentionem de Io iteraverit, causam ipse patefecit, quum hanc non Inachi, sed Iasi filiam dicat. At Apollodorus unam tantum fuisse putat: Ἄργου δὲ καὶ Ἰσμήνης τῆς Ἀσωποῦ παῖς Ἴασος, οὗ φασιν Ἰὼ γενέσθαι. Κάστωρ δὲ ὁ συγγράψας τὰ χρονικὰ ἀγνοήματα, καὶ πολλοὶ τῶν τραγικῶν Ἰνάχου τὴν Ἰὼ λέγουσιν. Ἡσίοδος δὲ καὶ Ἀκουσίλαος Πειρῆνος αὐτὴν φασιν εἶναι. Sed recte Eusebius aliam facit, ut & Pausanias Corinthiacis: Ἰὼ μὲν οὖν Ἰάσου θυγάτηρ, εἴτε ὡς Ἡρόδοτος ἔγραψεν, εἴτε, καθὸ λέγουσιν οἱ Ἕλληνες, εἰς Αἴγυπτον ἀφικνεῖται.

Ibid. *quæ nupta postea Telegono.*] Apollodorus, unde accepit Eusebius, καὶ τὸν Ἔπαφον εὑροῦσα, εἰς Αἴγυπτον ἐλθοῦσα ἐγαμήθη Τηλεγόνῳ τῷ βασιλεύοντι τότε Αἰγυπτίων. Sed dissentit ab auctore suo, quod ex Telegono Epaphum genuisse perhibet, quem Jovis omnes & Ius filium dicunt, non Telegoni & Ius. An iste sit idem cum eo, quem Protei filium facit Apollodorus, haud temere dixerim. Quædam justa suspicio est, quia Proteus regnavit in Ægypto. Sed tempora non conveniunt. Infra numero DXI Telegonus Ori Pastoris filius regnavit in Ægypto.

CCCCLXXXVI. *Cecrops in Eubœa Athenas.*] Imo Dias Abantis Alconis & Arethusæ frater has Athenas condidit, non Cecrops. unde volunt Διάδας cognominatas, ut ab Athenis Atticis distinguerentur. Alioqui Κεκροπίδες cognominatæ fuissent, si verum erat, quod hic dicitur. Ludovicus Vives vir apprime eruditus in IX caput lib. XVIII Augustini de Civit. scribit has Athenas Chaldas vocatas fuisse. Sed aut vitium ejus Commentario à Typographis oblatum est, aut in vitiosos Eusebii codices ipse incidit. quod vero propius est.

Ibid. *quas & Diadas.*] Quarum cives dicuntur Διαδεῖς. In nummo Domitiani: ΔΙΑΔΕΩΝ ΝΕΟΚΟΡΩΝ. obscure autem dixit, *quas & Diadas.* vertendum erat *quæ & Diades.*

Ibid. *quam urbem Euboici.*] Εὐβοεῖς, Euboenses. Nam Εὐβοικὸς aliud est. Est enim κτητικὸν, non ἐθνικόν.

Ibid. *Orchomenon.*] Hallucinatio ab homonymia. Ἀθῆναι Εὐβοϊκαὶ cognomento Διάδες. Ἀθῆναι vero Βοιώτιαι, aut Βοιωτικαὶ alio nomine Ὀρχομενὸς dictæ. De his Stephanus: ἐκλήθη δὲ ἡ πόλις, ὥς τινες μὲν φασιν, Ἀθῆναι, ἄλλοι δὲ, Ὀρχομενὸς, ὡς οἱ Βοιωτοί. quæ sunt ipsa verba Eusebii, sed alio detorta, qui Athenas Bœoticas ab Euboicis non distinguit. Aliquot numerat Stephanus, quem vise. Porro si verum erat à conditore Diante Athenas cognominatas fuisse, non Διάδας dictas oportuit, sed Διαντίδας. Hoc enim omnino exigit analogia. Ego non dubito à promontorio Eubœæ, ad quod sitæ erant, dictas, cui nomen Δῖον, & ei cognomen oppidum apud Homerum Δῖόν τ' αἰπὺ πτολίεθρον: ut ab alterutro Διάδες dictæ sint: & propterea primam produci: quod non fuerit, si ἀπὸ τοῦ Δίαντος cognominatæ fuissent. Quare in vita Arati ita legimus, sed prius fœdissimis mendis sublatis: καὶ πάλιν Ἀθῆναι μέν εἰσι τῆς Ἀττικῆς, εἰσὶ δὲ καὶ τῆς Εὐβοίας Ἀθῆναι Διάδες, ὧν μέμνηται ἐν Γλαύκῳ Ποντίῳ Αἰσχύλος. Κ' ἀπ' Ἀθήνας Διάδας παρὲκ πτερῶν, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν ἐν τῇ Ἀττικῇ οἱ πολῖται Ἀθηναῖοι. ἀπὸ δὲ τῶν ἐν Εὐβοίᾳ, Ἀθηνῖται λέγονται. Hæc vitiosissime excusa sunt. Vides primam in nomine Διάδας produci, quæ in Δῖας corripitur. At promontorii prior syllaba

syllaba circumflexa, Δῖον. unde non dubitamus dictas. Itaque Stephanus mutavit sententiam in Δία. τὸ ἐθνικὸν Διεύς. καὶ τὸ θηλυκὸν Διάς. ὅθεν καὶ Διάδες Ἀθῆναι. Jam non ἀπὸ τοῦ Δίαντος, ut antea, quod absurdum erat: sed ἀπὸ τῆς Δίας. Sed ubi est illa Δία, quæ Athenis Diadibus cognomen fecit? Est Εὐβοίας tertio loco posita à Stephano. Ab ea igitur, aut à Dio promontorio, Διάδες Ἀθῆναι dictæ. Rursus in Δῖον mutat sententiam, ab eo & Διάδας Ἀθήνας dictas esse scisit, ut & nos.

CCCCLXXXVIII. *Sicyoniorum XIV Marathus.*] Georgio Μαράθιος. Deest in Excerptis Barbarolatinis Africani, neque agnoscitur à Pausania.

Ibid. *Cenchres ann.* XVIII.] In Græcis prioris libri ἔτη ις.

CCCCXC. *Diluvium.*] Hæc omnia totidem verbis Tatianus sub Crotopo, non sub Triopa contigisse scribit: κατὰ δὲ Κρότωπον ἡ ἐπὶ Φαέθοντος ἐκπύρωσις, καὶ ἡ ἐπὶ Δευκαλίωνος ἐπομβρία. Idem Clemens, sed de tempore παραλογεῖ, quum ab Exodo, ad hæc gesta, interjicit generationes XL, hoc est annos MCCC amplius. quod est portentosum. Ἀπὸ δὲ τῆς Μωϋσέως στρατηγίας καὶ Ἰνάχου, ἐπὶ τὸν Δευκαλίωνος κατακλυσμὸν (τὴν δευτέραν λέγω ἐπομβρίαν) καὶ ἐπὶ τὸν Φαέθοντος ἐμπρησμόν, ἃ δὴ συμβαίνει κατὰ Κροτωπὸν, γενεαὶ τεσσαράκοντα ἀριθμοῦνται. Sed quum hunc locum Eusebii in animo haberet Paulus Orosius, Diluvium sub Amphictyone rege Atheniensium, non sub Cecrope, contigisse refert libro primo cap. IX. *Anno* DCCCX *ante Vrbem conditam Amphyction Athenis tertius à Cecrope regnavit, cujus temporibus aquarum illuvies majorem partem populorum Thessaliæ absumpsit, paucis per refugia montium liberatis, maxime in monte Parnasso, in cujus circuitu Deucalion tunc regno potiebatur.* Confundit gestum numeri CCCCLXVI cum hoc. Sed neutro modo procedit tempus annorum DCCCX ante Urbem conditam: ut taceam de rege Amphictyone. Nam annus DCCCX ante Urbem conditam, congruit numero Eusebiano CCCCLIIII, quo tempore nullus erat rex Atheniensium. Amphictyon vero inivit regnum Athenarum numero DXIX, annis ante Urbem conditam DCCXLV, non DCCCX, ut ipse vult.

Ibidem. *Diluvium, quod sub Deucalione.*] Augustinus lib. XVIII, cap. X. *His temporibus, ut Varro scribit, regnante Atheniensibus Cranao successore Cecropis, ut autem nostri, Eusebius & Hieronymus, adhuc eodem Cecrope permanente, Diluvium fuit, quod appellatum est Deucalionis, eo quod ipse regnabat in earum terrarum partibus ubi maxime factum est. Hoc autem Diluvium nequaquam ad Aegyptum, neque ejus vicina pervenit.* Vltima verba explicantur illis Græcis, quæ produximus numero CCLXI. Τούτου τοῦ κατακλυσμοῦ τοῦ ἐπὶ Δευκαλίωνος δηλονότι δοκοῦσι μεμνῆσθαι καὶ Αἰγύπτιοι φάσκοντες τὴν χώραν αὐτῶν μὴ κατακεκλύσθαι. Vide reliqua. Tria enim Diluvia numerantur, primum sub Ogyge, secundum sub Deucalione, tertium sub Dardano. quæ singulatim describit Nonnus libro tertio his streperis versiculis:

Πρώτου γὰρ κελάδοντος ἐπήρξη νιφετοῖο
Ὠγυγος ἠλιβάτοιο δι' ὕδατος αἰθέρα τέμνων,
Χθὼν ὅτε κεύθετο πᾶσα κατάρρυθος, ἄκρα δὲ πέτρης
Θεσσαλίδος κεκάλυπτο, καὶ ὑψόθι Πυθιὰς ἄκρη
Ἀγχινεφὴς νιφόεντι ῥόῳ κυμαίνετο πέτρη,
Δεύτερος ὄμβρος ἔην, ὅτε κυκλάδος ἄντυγα γαίης
Χεύματι βυσσήεντι κατέκρυφε δύσνιφον ὕδωρ,
Δευκαλίων ὅτε μοῦνος ὁμόστολος ἥλικι Πύῤῥῃ
Ὀλλυμένων μερόπων ἐνὶ λάρνακι κοιλάδι τέμνων
Χεῦμα παλινδίνητον ἀτεκμάρτου νιφετοῖο
Ἠέρος ὑδατόεντος ἑλιξ πρυμνοῦτο ναύτης.
Καὶ τρίτατος Διὸς ὄμβρος, ὅτε χθονὸς ἔκλυσεν ἕδρην
Καὶ σκοπέλους ἔκρυψεν. Ἀθωϊάδος δὲ, καὶ αὐτῆς
Ἀβροχα Σιθονίης ἐκαλύπτετο νῶτα Κολώνης.
Ὑψιπόρου τότε χεῦμα διαχίζων νιφετοῖο
Δάρδανος ἀρχαίης ἐπεβήσατο γείτονος Ἴδης.

Ibidem. *& incendium, quod sub Phaëtonte factum est*] Mirum res tam contrarias, diluvium & incendium, sub idem tempus concurrisse. Deinde quum ab Eusebio hæc conjiciantur in Cecropis regnum, de Phaëthonte omnino procedere non potest, qui fuit quintus à Cecrope secundum Apollodorum. Cecrops, Herse, Cephalus, Tithonus, Phaëton. Ovidius Solis & Clymenes filium dicit. Veteres, in quibus Censorinus, scribunt post immanem periodum annorum mundum exaquescere, & post aliam totidem annorum exignescere. Non igitur in idem tempus concurrere possunt κατακλυσμὸς, καὶ ἐκπυρησμὸς, ut post alios scribit Eusebius noster.

Ibid. *in Aethiopia.*] Ita diverse hanc fabulam vexant. Tamen Eridanus, in quem Phaëton cecidit, longe ab Æthiopia. Ægyptii vero quotannis rubrica greges, armenta, arbores inficiebant ineunte vere, idque se ideo facere testabantur, quod vere novo ignis totum orbem depastus sit: Epiphanius 23: ἀλλὰ τοῦ προβάτου τυχόντος ἐν τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ ἔτι παρ' Αἰγυπτίοις τυγχάνει ἀδομένη ἡ παράδοσις καὶ τοῖς εἰδωλολάτραις. ἐν γὰρ τῷ καιρῷ, ὅτι τὸ πάσχα ἐγίνετο ἐκεῖσε, (ἀρχὴ δὲ αὕτη γίνεται τοῦ ἔαρος, ὅτι ἡ πρώτη ἰσημερία,) ἐκμίλτως λαμβάνουσι πάντες Αἰγύπτιοι κατὰ ἀγνωσίαν, καὶ χρίουσι μὲν τὰ πρόβατα, χρίουσι δὲ καὶ τὰ δένδρα καὶ τὰς συκᾶς καὶ τὰ ἄλλα, φημίζοντες, καὶ λέγοντες, ὅτι, φασὶ, τὸ πῦρ ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ κατέφλεξέ ποτε τὴν οἰκουμένην. τὸ δὲ σχῆμα τοῦ αἵματος τὸ πυρωπὸν ἀλεξιτήριόν ἐστι τῆς τοιαύτης πληγῆς καὶ τοιαύτης.

Ibid. *& multæ pestilentiæ locales.*] Paulus Orosius post ea, quæ de Diluvio: *Tunc etiam in Aethiopia pestes plurimas dirosque morbos pene usque ad desolationem exæstuasse Plato testis est.*

Ibid. *ut Plato memorat.*] In Timæo: τὸ δὲ τούτων αἴτιον τόδε. πολλαὶ καὶ κατὰ πολλὰ φθοραὶ γεγόνασιν ἀνθρώπων καὶ ἔσονται πυρὶ καὶ ὕδατι μέγισται, μυρίοις δὲ ἄλλοις ἕτεραι βραχύτεραι. τὸ γὰρ οὖν παρ' ὑμῖν λεγόμενον, ὥς ποτε Φαέθων ἡλίου παῖς, &c.

CCCCXCVI. *à Deucalionis Hellene.*] Vide Notam ad CCXXVII.

Ibid. *Et Acta Attica vocata.*] Ἀπὸ τῆς Ἀτθίδος τῆς Κραναοῦ. Quare sub Cranao hæc notanda erant.

Ibid. *Corinthus condita est.*] Si verum est, quod refert Apollodorus, immanis προχρονισμὸς commissus fuerit. Nam scribit Ephyran à Sisypho conditam fuisse: Sisyphus vero duabus generationibus tantum Trojana tempora antecedit, puta sexaginta, aut septuaginta annis, circiter numerum DCCLX plus minus. Si igitur conditor Ephyræ in illa tempora incidit, longe inferiorem tempore esse oportet Corinthum, à quo Corinthus transnominata. Corinthii soli, ut notat Pausanias, origines urbis suæ ἐπιφημίζοντες Corinthum Iovis filium fuisse dicunt: quum tamen ejus genus & origo ignoretur. Vide proverbium Διὸς Κόρινθος apud Pindari Scholiasten. Velleius perhibet Aletem Corinthi conditorem esse. Sed nugatur.

Ibid,

Ibid. *Corinthus condita est.*] Hæc ad verbum, ut solet, ex Hieronymo transferens Isidorus plus dicit: *Hoc tempore in Græcia Corinthus condita, ibique pictura ars à Cleanthe reperta est.* Sed neque ullus scriptus, neque editus codex illa postrema agnoscit, & sunt à Plinio, lib. XXXIV, cap. III. de quo etiam Strabo lib. VIII.

Ibid. *Apollinis Delii templum.*] Præter Græca Eusebii extat & fragmentum apud Cedrenum 67, 16. ἐπὶ τούτου (Κέκροπος) τὸ ἐν Δήλῳ ἱερὸν Ἀπόλλωνος Δηλίου ὑπὸ Ἐριχθονίου ἱεροῦ Κέκροπος ἱδρύθη. Quod Delos ab Erychthone occupata sit, meminit etiam Athenæus lib. IX. ὡς κατέσχεν Ἐρυσίχθων Δῆλον τὴν νῆσον.

CCCCXCVIII. *Hercules cognomento Desanaus.*] In Græcis pro Desanaus Διώδας. Unde tanta discrepantia, caussam non dispicio. Neuter mihi notus. Deinde Hercules Μέλκαρθος Phœnicibus dicebatur, teste Philone Bybliensi, non Diodas. Quare hoc valde suspectum mihi. Pro Dasanaus, Lud. Vives legit Delphinas lib. XVIII. cap. XII. de Civit.

Ibid. *A Cappadocibus & Eliensibus.*] Quid Phœnicibus cum Cappadocibus? aut quis cultum illius Herculis ex Phœnice in Cappadociam transtulit?

,,Ibid. *Et Eliensibus.*] An isti Elienses in Mesopotamia, ,,ut Sex. Aurelio: *Nocturna vero Eliensi ad Singaram pugna.* ,,Omnia quidē mihi incomperta. Non magis mihi noti isti Elienses, quam Hercules Desanaus, aut Dosenaus, ut habet Marianus, aut Desinaus, ut alii codices. In Græcis pro Elienses, est Ἰλιέων, qui sunt Trojani. Apud Hesychium legimus, Δορσάνης, Ἡρακλῆς παρ' Ἰνδοῖς. Sane Dorsanes proxime abest à Dosenaus, quod legitur apud Marianum. Sed meliores codices scripti habent Desanaus, & Indi non sunt Ilienses, aut Cappadoces, & controversia non tollitur varietatis, quod Διώδας in Græcis, in Latinis Desanaus legitur.

DI. *Hoc tempore Areopagus nomen judicii constitutus.*] Manca & obscura interpretatio. Græca: Ἄρειος πάγος ἐκλήθη, καὶ δικαστήριον κατέστη. *Areopago nomen impositum est, & judiciorum locus constitutus.* Vide Augustin. lib. XVIII, cap. X. Sed ipse Ἄρειον πάγον Martis pagum interpretatur. Atqui πάγος non est Latinorum pagus, sed rupes. ut apud Æschylum -- τῷδ' ἀπανθρώπῳ πάγῳ: *huic inhumano saxo.* Quemadmodum enim Romæ Tarpeium Saxum, ita Athenis Ἄρειος πάγος, *Mavortium Saxum.* Est enim, ut scribit Stephanus, ἀκρωτήριον Ἀθήνησι, quemadmodum ἀκροκόρινθον, hoc est arcem Corinthi in edito colle structam πάγον prius vocatam fuisse scribit Stephanus. Cur autem in regnum Cecropis hoc gestum collatum sit ab Eusebio, hæc causa est, quod Mars cæso Halirrhothio primus causam capitis dixerit XII Diis judicantibus in Areopago. Hoc inter omnes scriptores convenit. Quod autem sub Cecrope acciderit, docet Servius in illud - OLEÆQUE MINERVA INVENTRIX - *Eo tempore, quo adversum Neptunum de nomine civitatis contendit: quod jam supra dictum est. Cui fabulæ hoc additur, quod postquam Minerva inventa olea Neptunum vicerit, indigne ferens Alisotheus (Halirrothius) Neptuni filius oleas cœpit excidere: cui, dum hoc facit, ferrum de manubrio decidit, & ei caput amputavit. Neptunus vero dolens filii sui obitum Martem homicidii cœpit arguere. Inde effectum est, ut Mars & Neptunus de hac re judicium apud Athenas experirentur. Unde locus, ubi Iudices sederunt, AREOSPAGOS, Indices Atheniensium AREOPAGITÆ appellantur.* Judicium, inquit, constitutum est postquam Minerva Neptunum vicit. Hoc autem sub Cecrope contigisse constat ex numero CCCCLXXIX. Rectè ergo in tempus Cecropis hoc gestum relatum. Prius locus πάγος, id est Saxum, dicebatur. Postquam Mars ibi caussam dixit, Martis Saxum vocatum. Itaque locus Servii insignis est, quia alii omnes Halirrhothium à Marte, quod filiam ejus Alcippen attentâsset, interfectum produnt. Pausanias, item Apollodorus: Ἀγραύλου μὲν οὖν καὶ Ἄρεος Ἀλκίππη γίνεται. ταύτην βιαζόμενος Ἁλιρρόθιος ὁ Ποσειδῶνος καὶ νύμφης Εὐρύτης ὑπὸ Ἄρεως φωραθεὶς κτείνεται. Ποσειδῶν δὲ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ κρίνεται δικαζόντων τῶν δώδεκα θεῶν Ἄρη, καὶ ἀπολύεται. Locus tum vitiosus, tum mancus. Mens hæc Apollodori: Ποσειδῶνος δὲ ἐνάγοντος, ἐν Ἀρείῳ πάγῳ κρίνεται, δικαζόντων τῶν δώδεκα θεῶν, Ἄρης, καὶ ἀπολύεται. Nam deest participium ἐνάγοντος, διώκοντος, aut simile, hoc est in jus vocante. Sed ex caussa Orestis, non autem Halirrhothii, primum judicium capitis ibi disceptatum fuisse vult Æschylus in Eumenidibus: cujus versus hi plurimum ad hoc argumentum faciunt, ex persona Minervæ:

Κλύοιτ' ἂν ἤδη θεσμὸν Ἀττικὸς λεώς
Πρώτας δίκας κρίνοντες αἵματος χυτοῦ.
Ἔσται δὲ καὶ τὸ λοιπὸν Αἰγέως στρατῷ,
Αἰεὶ δ' ἑκάστῳ τοῦτο βουλευτήριον
. . . .
Πάγον δ' Ἄρειον τόνδ' Ἀμαζόνων ἕδραν,
Σκηνάς θ' ὅτ' ἦλθον Θησέως κατὰ φθόνον
Στρατηλατοῦσαι, καὶ πόλιν νεόπτολιν
Τήνδ' ὑψίπυργον ἀντεπύργωσαν τότε.
Ἄρει δ' ἔθυον. ἔνθεν ἐστ' ἐπώνυμος
Πέτρα, πάγος τ' Ἄρειος. ---

Primum judicium capitis in caussa Orestis. Ideo vetus Scholiastes animadversione dignum judicavit: σημείωσαι, inquit, ὅτι πρώτη ἐπὶ Ὀρέστῃ γέγονε δίκη ἐν τῷ Ἀρείῳ πάγῳ. Deinde quod Amazones illum locum pro arce belli muniverunt, & Marti hostias immolarunt, ab eo Martis petram vocatam fuisse. Huc pertinent ea, quæ Harpocratio in Ἀμαζόνιον: quæ profecto observatione digna sunt. Sed quid faciemus Scholiaste Aristophanis, qui scribit Orestis judicium fuisse sub regno Pandionis? Nam antequam caussam diceret, & nemo cum eo propter cædis maternæ piaculum solemni Liberi Patris epulas communicaret, Pandion singulis convivis suum congium vini apponi jussit, & Oresti suum, ne ex ejus communione piaculum contraherent. Unde postea institutum festum, quod Χοᾶς, sive Congiorum solenne vocabatur. Quomodo potuit hoc sub Pandione contingere, siquidem Πανδίων ὁ δεύτερος erat proavus Demophontis, quo regnante Ilium eversum est, adhuc adolescente Oreste? Itaque in hoc argumento est ἀναχρονισμὸς trium generationum absolutarum. Sed hoc mendum corrigit Phanodemus apud Athenæum, qui hoc sub Demophonte institutū perhibet. Quum vero causam reddiderimus, cur Eusebius hoc gestum in tempus Cecropis contulerit, viderit ille, aut auctor, quicunque fuit, unde acceperit, quomodo Alcippe Cecropis ex filia Aglauro neptis rectè in hoc tempus conferatur. Sed respondebitur, nihil frequentius, quam avis adhuc superstitibus, nepotes etiam uxores duxisse, & liberos suscepisse.

Ibid. *Areopagus nomen judicii.*] Vertendum: *Areopagus vocatus est.* Antea enim Πάγος tantum vocabatur. Postquam Mars caussam in eo dixit, ceptus vocari Ἄρειος Πάγος, *Martis saxum.*

DV. *Vitis inventa.*] In Græcis: ἀμπελουργία ὑπὸ Διονύσου ἐγνωρίσθη, *Vitium cultura à Libero patre prodita est*

est non utique illo Semeles filio. Hunc Eusebii locum habebat in animo Augustinus lib. XVIII, cap. XII. *His temporibus Dionysium, qui etiam Liber Pater dictus est, & post mortem ejus Deus habitus, vitem ferunt ostendisse in Attica terra hospiti suo.* Probus scribit uvam à Pastore Staphylo regi Oeneo oblatam, ab Oeneo autem appositam fuisse Baccho in mensa, quum eum domi Oeneus excepisset. Bacchum vero culturam vitis Oeneum docuisse. Alii dicunt Bacchum ab Icario exceptum vitem & culturam ejus ab eo accepisse.

Ibid. *Moses octogesimum agens annum.*] Eusebius primus omnium veterum recte singula intervalla servavit, ab Abraham, ad Exodum, quum Clemens, Africanus, Tatianus, & alii rationes omnes conturbarint, & mare cœlo miscuerint, atque utinam partim sciens, partim per imprudentiam filum temporum bene ceptum non interrupisset. Peccat enim, quod toties diximus, προχρονισμῷ annorum XV, aut XIV. Iste anachronismus committitur intervallo à templi conditu, ad ejus excidium. Primum sciens prudensque Regi Ammoni XII annos pro biennio tribuit, Iosiæ XXXII pro XXXI adversus scripturæ auctoritatem. Imprudens autem Sedekiæ annos XI, pro X, Ahtaliæ septem pro sex, Regi Abiam III, pro duobus. Postremo autem unum suffuratur intervallo ab Exodo, ad conditum Templi, unde accrescit annus intervallo à Templi conditu, ad ejus excidium. Summa, anni XV ἀναχρονισμοῦ. Quare à conditu Templi putat annos CCCCXLII ad ejus excidium, quum tantum sint CCCCXXVII. Differentia, anni XV, anni scilicet illius ἀναχρονισμοῦ. quum autem bene desinat (excidium enim Templi recte collocat in anno III Olymp. XLVII) necessarium est male initium instituisse, quum illud anticipaverit annis XV. Tamen si ejus anachronismi culpam in se non admisisset, non dubium est, quin ratio illi constitisset à primo anno Abraham, ad excidium Templi, qui sunt anni MCCCCXXVII, ut quidem ipse colligit, MCCCCXII autem, ut ratio postulat. Quare Exodus debebat esse DXX, quum hic tantum sint DV. Nam ab Abraham, ad conditum Templi, addendi sunt anni XV; à conditu Templi, ad ejus excidium, sunt detrahendi, sed paulatim, singuli Regi Abiam, & Reginæ Athaliæ, decem Regi Ammoni, singuli Regibus Iosiæ, & Sedekiæ: quia labes commissa est intervallo postremo κατὰ πρόσθεσιν. & hoc intellige de intervallis Sacræ Scripturæ. Ea enim peccant προχρονισμῷ ab Abraham, ad conditum templi: μεταχρονισμῷ à conditu, ad excidium. Intervalla autem exoticæ historiæ recte habent. Nam certum est, à prima Olympiade retro, ad excidium Trojæ, esse annos CCCCVI, & ab eadem Olympiade, ad aliud quodvis intervallum, nihil peccatum esse. propterea quod Eusebius ad exoticæ historiæ Canones sacram historiam accommodat, non autem exoticam ad sacram.

Ibid. *& dux itineris ex Aegypto.*] Contigit anno periodi Iulianæ 3217, numero Eusebiano DXX; numero aureo VI, Epacta æquabili XXVI, castigata XXVII propter bisextum, ED litera duplici, cyclo Solis XXV. Neomenia Nisan feria V, quarto Non. Aprilis. Epocha omnium aut Sacræ historiæ, aut exoticæ certissima, examinata χαρακτηριστικῶς per feriam neomeniæ primæ Exodi, & per annum Sabbaticum excidii Templi, deinde ἱστορικῶς per annum primum expeditionis Syriacæ Nabuchodonosori, & tricesimum annum Nabopallassari. Hinc omnes rationes temporum Biblicæ historiæ pendent. Res tam antea ignorata, quam nunc ab omnibus partim per stuporem, partim per fastidium, aut invidiam neglecta.

Ibid. *& dux itineris ex Aegypto.*] Egressus contigit XV Aprilis, πεντεκαιδεκάτῃ κατὰ τὴν σελήνην. Et tunc annus Hebræorum cœpit putari ab æquinoctio veris. Exod. XII, 2. quum antea iniret ab æquinoctio autumni. Exodi XXXIV, 22. XXIII, 16. Porro de tempore hujus migrationis Epiphanius pag. 11: πέμπτῃ γενεᾷ κατὰ τὸν Λευὶ ἔξεισιν Ισραὴλ ἐκ τῆς Αἰγύπτου. Mosem vult esse quintum à Levi, quum fuerit quartus duntaxat per patrem, Levi, Kahath, Amram, Moses: tertius per matrem, Levi Iochabed, Mose. Hic vero Georgius non temperat se à contumelia, quod Eusebius cum XLV anno Cecropis Diphyeos tempus Exodi comparaverit. Audi hominem: τῷ με ἔτει Κέκροπος τοῦ Διφυοῦς πρώτου βασιλέως Ἀθηναίων τὴν δὲ Αἰγύπτου πορείαν τοῦ Ισραὴλ διὰ Μωσέως φησὶν ὁ Παμφίλου ἐμβρόντητος Εὐσέβιος γενέσθαι ὅπερ (κατ᾽ ἐκείνου μὲν παραλογισμὸν) τοῦ δὲ Ἀδὰμ ἔτος ἦν ,Γ Ϡ παθ. κβ ἢ ἀπὸ Ἀδ. Legendum ,Γ XIIΘ. Nota civile facinus monachi, quo Eusebium ἐμβρόντητον vocat.

Ibid. *Aegyptiorum Acherris.*] Non potest dici quantum sibi permiserit Eusebius in hac Dynastia XVIII temeranda. Nam solum reges comminiscitur, qui neque apud Africanum, neque apud Iosephum extant, sed & annos eorum mutilat, extendit, ut illi visum est. Itaque non mirum si adeo acerbe cum eo expostulat Georgius. Tamen & ipse quoque dum Eusebium insectatur, imprudens reprehensioni sese objicit. Loquens de XVIII Dynastia, κἀνταῦθα, inquit, δύο βασιλεῖς ὁ Εὐσέβιος παρέκρυψεν, ἔτη ἢ προστέθηκεν πε, τμη, ἀντὶ τξγ τῶν παρ᾽ Ἀφρικανῷ. Dicit eum duos reges ex hac Dynastia sustulisse. Africanus XVI recenset, totidem Eusebius. Non igitur mutilavit, sed alios totidem pro veris supposuit. Præterea quod dicit apud Africanum colligi annos XVIII Dynastiæ CCLXIII, manifestum est codicum mendum, quum sint CCLXXXVII, quos Eusebius auxit annis LXI, ut explicant intervalla temporum suorum. Pergit deinde Eusebium graviter objurgans, quod non sub Amosi posuerit tempus migrationis ex Ægypto: Africanum vero, quanquam alias eum fugerit ratio, tamen melius ordini temporum consuluisse, quod Exodum Hebræorum in Amosin regem referat. ἰδοὺ δὴ ὁ μὲν Ἀφρικανὸς βουληθεὶς κατὰ τὸ π ἔτος Μωσέως τὸν Ἄμωσιν ἐκθέσθαι, διὰ τὴν ἔλλειψιν τῶν ρι ἐτῶν, ἣν ὑπέστη ἐκ τῆς ιγ γενεᾶς τοῦ δευτέρου Καϊνᾶν υἱοῦ Ἀρφαξὰδ, ὡς εἴρηται ἡμῖν, καὶ ῥηθήσεται πολλάκις, πλὴν φιλαληθέστερος ὢν Εὐσεβίου, καὶ εἰδὼς τὴν τῶν πολλῶν δόξαν οὕτω κρατοῦσαν, ὅτι ἐπὶ Ἀμώσεως Φορωνεὺς Ἀργείων ἐβασίλευσε, καὶ πρό γε τούτου Ἴναχος ὁ τούτου πατὴρ, ἐφ᾽ οὗ Μωσῆς γεννᾶται κατὰ τὸ μα ἔτος, ἠναγκάσθη, καίπερ οὐ συμφωνούσης τῆς τοιαύτης ψήφου τελείως ταῖς ἀποδείξεσιν αὐτοῦ, πλὴν διὰ τὸ ἀληθὲς, καὶ μᾶλλον τῇ τῶν πολλῶν ἐξηκολούθησε δόξῃ. Denique ad tædium oggerit, omissione τοῦ δευτέρου Καϊνᾶν Eusebium hæc peccasse. Unde factum, ut sub alio rege, quam sub Amosi, migrationem Hebræorum contigisse scripserit. Atqui initium Amoseos incidit in annum periodi Julianæ 3014, CIII annis ante Exodum. Exodus vero in annum quartum Acherris decimi regis hujus XVIII Dynastiæ: Subjicit Georgius ὁ δὲ Εὐσέβιος οὔτε τῷ Ἀφρικανῷ, οὔτε τῷ Ἰωσήππῳ, οὔτε ἄλλῳ τινὶ συμφωνῶν τὰ μὲν τῶν ὀνομάτων ἐκ τῶν παρὰ τῷ Ἀφρικανῷ ιε δυναστείας εἰς τὴν ιζ μετήγαγε. τοὺς δὲ χρόνους περιέκοψε, σύγχρονον Μωϋσέως δοξαι

δεῖξαι τ̃ Κέκροπι τ̃ διφυῆ βουλόμενος, &c. Hæc quidem vere objicit. Sed illud delirium est, quod ait, Eusebium nomina Regum, quæ extarent in XV Dynastia apud Africanum, in XVII Dynastian transtulisse. Nam Africanus non retulit reges XV Dynastiæ, quæ fuit Pastorum, neque eorum annos κατὰ πλάτος ἐστοιχείωσε, sed καθ' ὁμάδα annos totius Dynastiæ concepit: quod & Eusebius facit in XVII Dynastia, cujus annos CCC III tantum καθ' ὁμάδα refert, regum nominibus dissimulatis. Alia quoque deliria alibi apponit, quod alius sit Ἀμὼς, alius Ἄμωσις, & quidam rex Ἀσσὴθ, quem quum ipse apud Africanum, & Iosephum extare neget, mirum unde expiscatus sit.

Ibid. *Acherres.*] In Græcis libri prioris: τὰ Κεγχέρης ἔτη ιϛ. κατὰ τοῦτον Μωϋσῆς τῆς ἐξ Αἰγύπτου πορείας τῶν Ἰουδαίων ἡγήσατο. Scholion Georgii Syncelli: Μόνος Εὐσέβιος ἐπὶ τούτου λέγει τὴν τοῦ Ἰσραὴλ διὰ Μωσέως ἔξοδον, μηδενὸς αὐτῷ λόγου μαρτυροῦντος, ἀλλὰ καὶ πάντων ἐναντιουμένων τῶν πρὸ αὐτοῦ, ὡς μαρτυρεῖ (Παννόδωρος). Hoc unum objicit Eusebio, quod sub hoc rege Exodum Hebræorum ponat, quum alii sub Amosi. quæ ratio non est unius assis. Sed his omissis, vide quomodo Eusebius annos hujus Dynastiæ interpolando id affectavit, ut principium Acherris præcise in tempus Exodi incideret, quasi si sub eo regé voluisset Exodum contigisse, nihil agere videretur, nisi in principio ejus regni Exodum ipsam statueret.

DVIII. *Sicyoniorum Echyreus.*] Hic quoque rex ignotus Pausaniæ.

DX. *Crotopus.*] Pausanias inter Triopam & Crotopum collocat Iasum: qui videtur Triopam regno exuisse, ut coactus fuerit in Caria novas sedes quærere.

DXI. *In Aegypto regnavit Telegonus Oris pastoris filius.*] Oris est metaplasmus Hieronymianus. Or, Oris: ut Diacon, Diaconis, & similia infinita sæculo Hieronymi, & ante tempora Diocletiani. Orus enim rectum est, non Or. Sic quidam Episcopus Origenista Or vocatur eidem Hieronymo libello ad Ctesiphontem in Pelagianos. Et sane Ὠριγένους nomen hinc deductum est. Hoc modo non fuerit metaplasmus. Tamen idem est Ὦρ Ὦρος, (unde Ὠριγένης) quod Ὦρος Ὥρου. unde Ὡρογένης dicendum esse analogia postulat. De quo nomine Pausanias: ἐμοὶ μὲν οὖν Αἰγύπτιον φαίνεται, καὶ οὐδαμῶς Ἑλληνικὸν ὄνομα Ὦρος εἶναι. Et verum est. Orus enim vere Ægyptiacum est nomen. & tale videor ex tenebris eruisse apud Dionem Chrysostomum in oratione περὶ τοῦ Ἴλιον μὴ ἁλῶναι, quum fabulas Homeri comparat ægrorum somniis: ἐν γὰρ τοι σορῷ γεγραμμένοις ὀνείρασιν οἱ ἄνθρωποι τοιαύτας ὄψεις ὁρῶσιν. ubi proculdubio legendum, ἐν γὰρ τοῖς Ὥρῳ γεγραμμένοις ὀνείρασιν ut intelligatur liber onirocriticus Ori, ut puto, Apollinis. Nam alioquin de eo nihil aliud mihi constat, nisi quod certo certius est ita apud Dionem legendum esse. Orus autem, quem Eusebius vult Telegoni patrem fuisse, non potest esse alius ab eo, quem posuit numero CCCCXXXI, qui est nonus hujus Dynastiæ apud Africanum. Ita tempora conveniunt. ut dubium non sit, si Ori fuit filius, alium Orum esse non posse præter hunc. Sed quomodo ille Orus Pastor esse potuerit, ipse viderit, quum hæc Dynastia nullum regem Pastorem habuerit, cujusmodi tres antecedentes habuerunt.

Ibid. *Septimus ab Inacho.*] Si septimus ab Inacho, quomodo ergo Io Inachi filia nupsit illi numero CCCCLXXXI? Sed posteriorem Io uxorem duxisse credendum est; quæ erat f[illegible] Inacho. Itaque ejus filius Epaphus est septimus ab Inacho, non Telegonus. Est ἀλογιστία. Stemma: Inachus, Phoroneus, Niobe, Argus, Iasus, Io, Epaphus. Septem.

DXIV. *Aegyptiorum Cherres.*] Satis fuerit semel & iterum monuisse, ab Eusebio horum regum annos, & nomina interpolata fuisse: quem totus Areopagus absolvere non possit. & satis in eum super hac re peroravit Georgius Syncellus.

Ibid. *Hoc tempore in Creta regnavit Apteras.*] Si Pausaniæ credimus, is non Ἀπτέρας, sed Πτερᾶς vocabatur. Ita enim scribit de templo Delphico loquens: λέγεται δὲ καὶ ἕτερος λόγος, ὡς τὸν ναὸν κατεσκεύασεν ἀνὴρ Δελφός. ὄνομα δὲ αὐτῷ Πτερᾶν εἶναι. κατὰ τοῦτο οὖν γενέσθαι καὶ τῷ ναῷ τοὔνομα ἀπὸ τοῦ οἰκοδομήσαντος.

Ibid. *qui & urbem condidit.*] Subjicit Pausanias: ἀπὸ τούτου δὲ τοῦ Πτερᾶ καὶ πόλιν Κρητικὴν προσθήκῃ γράμματος Ἀπτεραίους φασὶν ὀνομάζεσθαι. Aliam rationem nominis hujus urbis pete ex Stephano & nostris Ausonianis lectionibus.

DXX. *Deucalionis filius Dionysius.*] Quis sit iste Διόνυσος ὁ Δευκαλίωνος, neminem puto scire, neque ullus extat auctor, ex quo colligi possit, Deucalioni ullum filium Dionysium fuisse. Sed si Hieronymus hæc integra vertisset, laborem quærendi nobis imminuisset, qui priusquam in Græca incideremus, multum æstuavimus, ut hunc Dionyson Deucalionis filium è latebris erueremus. Frustra nos laborasse clamant Græca: Κατὰ Ἀμφικτύονα τὸν Δευκαλίωνος υἱὸν, τινές φασι Διόνυσον εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐλθόντα ἐπιξενωθῆναι Σημάχῳ. *Temporibus Amphictyonis filii Deucalionis ajunt Liberum patrem, quum in Atticam venisset, apud Semachum divertisse*, vel, ut Hieronymus recte vertit, *à Semacho hospitio receptum fuisse*. Non igitur Dionysus iste Deucalionis fuit filius, sed Amphictyon, sub quo Dionysus in Atticam venit. Apollodorus: Κραναὸν δὲ ἐκβαλὼν Ἀμφικτύων ἐβασίλευσε. τοῦτον μὲν ἔνιοι Δευκαλίωνος, ἔνιοι δὲ Αὐτόχθονος λέγουσιν. Hujus hallucinationis nullam aliam causam fuisse puto præter properantiam. Dictabat enim hæc, non scribebat. Absque Græcis fuisset, idem error nobis quoque hæsisset. Sed error latere potuit, quia quod debebat vertere *sub Amphictyone*, vertit, *His temporibus*. Pausanias tamen non solum sub Amphictyone in Atticam Dionyson venisse, sed ab ipso quoque Amphictyone epulo tum eum, tum alios Deos exceptos scribit in Atticis: Μετὰ δὲ τὸ τοῦ Διονύσου τέμενος ἐστὶν οἴκημα ἀγάλματ' ἔχον ἐκ πηλοῦ, βασιλεὺς Ἀθηναίων Ἀμφικτύων ἄλλους τε θεοὺς ἑστιῶν καὶ Διόνυσον.

Ibid. *à Semacho.*] Ita in Græcis Σημάχῳ. Stephanus: Σημαχίδαι δῆμος Ἀττικός, ἀπὸ Σημάχου, οὗ καὶ ταῖς θυγατράσιν ἐπεξενώθη Διόνυσος. ἀφ' ὧν αἱ ἱέρειαι αὐτοῦ. ἔστι δὲ τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς. Φιλόχορος δὲ τῆς Ἐπακρίας φησὶ τὸν δῆμον. ὁ δημότης Σημαχίδης, &c. Meminit quoque Hesychius.

Ibid. *Filiæ ejus.*] Stephanus in illis, quæ supra produximus, non παρὰ Σημάχῳ, ut Græca Eusebii habent, sed παρὰ ταῖς Σημάχου θυγατράσιν ἐπιξενωθῆναι scribit.

Ibid. *Filiæ ejus.*] Non unam fuisse jam scis ex Stephano.

Capreæ pellem.] Τὴν νεβρίδα. Hoc est, traditione τῆς νεβρίδος docuit μυστήρια, καὶ τελετάς. Unde νεβρίζειν verbum τῶν μυστῶν, καὶ τῶν ἐποπτῶν. Idcirco filiæ Semachi fuerunt ab eo tempore Sacerdotes Bacchi, ut habes apud Stephanum, καὶ ἐνέβριζον τῷ Διονύσῳ.

DXXIII. *Templum Deli.*] Vide quæ ad CCCCXLVII notavimus. Nam eadem est περιοχή. & cur hic repetitur,

titur, aut cur ibi locum habebat, si hic ponenda erat, non video. Quod Erysichthon in insula Delos fuerit, ibi ostendimus ex Athenæo. Alioquin etiam monet Pausanias: τὰ μὲν δὴ δύο (ἀγάλματα) Κρητικά καὶ Φαίδρας ἀναθήματα ἔλεγον αἱ γυναῖκες. τὸ δὲ ἀρχαιότατον Ἐρυσίχθονα ἐκ Δήλου κομίσαι.

DXXV. *Epaphus filius Ionis.*] PET. Ionis, & Jovis. FR. & Edit. filius *Io, & Ionis.* Sed alterum est nota variæ lectionis, quæ irrepsit in textum. Græca habent Ἰοῦς, sine mentione Jovis: quamvis verum est Διὸς καὶ Ἰοῦς παῖδα esse.

Ibid. *Memphin.*] Hygenus in CCLXXV fabula: *Epaphus Iovis filius in Aegypto Memphin (condidit).* Ubi poterat quoque legi *Ionis.* Apud Isidorum legitur Jovis lib. XV. Orig. cap. primo.

Ibid. *quum in secunda Aegypto regnaret.*] Priusquam in Græca incideremus, interpretabamur secundam Ægyptum τὴν κάτω. Ita sæpe illudunt nobis conjecturæ nostræ, ubi in mendosos codices, aut præposteras interpretationes incidimus, cujusmodi hæc est. In Græcis erat, Ἔπαφος Ἰοῦς τῆς δευτέρας, ἐβασίλευσεν Αἰγύπτου, καὶ Μέμφιν ἔκτισεν. *Epaphus Ionis posterioris filius, regnabat in Aegypto & Memphin condidit.* Sed Georgius interpolaverat. Nam alibi recte citat, scil. ἡ δευτέρα εἰς Αἴγυπτον. τὴν δευτέραν Ἰώ, ut alibi monuimus, vocat Ἰὼ τὴν Ἰάσου, πρὸς διαστολὴν Ἰοῦς τῆς Ἰνάχου. Sic alibi Ἰὼ ἡ δευτέρα εἰς Αἴγυπτον κατά τινας, ἣ καὶ Ἶσις προσηγορεύθη Φαρία. καὶ γημαμένη Τηλεγόνῳ Ἔπαφον ἐγέννησεν. Igitur prior Io est Inachi filia, posterior Iasi: neq; ulla est δευτέρα Αἰγυπτος, ut putavit Hieronymus.

DXXIX. *Armais.*] Duo hoc nomine à Josepho ex Manethone ponuntur. prior quartusdecimus à Tethmosi, qui regnavit annos IV, mensem unum. Alter est decimus nonus, qui & Danaus, quem hic ponit Eusebius, & cujus caussa totam XVIII Dynastian susque deque permiscuit, ut Argivorum & Danai, qui Argis imperavit, tempora in hunc Armaim convenirent. Sed falso persuasit Josepho Apion, Josephus Eusebio, Danaum esse Armaim, quum Danai initium conveniat anno XXVI Acherris decimi Regis XVIII Dynastiæ. Hoc nomine pessime de Ægyptiaca Chronologia meritus est Eusebius, ne in illum promam, quæ tam acerbe in in eundem distringit Georgius.

DXXX. *qui ab Homero Erectheus vocatur.*] In Bœotia:

> Οἱ δ' ἄρ' Ἀθήνας εἶχον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον
> Δῆμον Ἐρεχθῆος μεγαλήτορος, ὅν ποτ' Ἀθήνη
> Θρέψε Διὸς θυγάτηρ, τέκε δὲ ζείδωρος ἄρουρα.

Ibi Eustathius: Τινὲς δὲ αὐτὸν καὶ Ἐριχθόνιον φασὶν ὁμώνυμον τῷ παλαιῷ Τρωϊκῷ βασιλεῖ Ἐριχθονίῳ.

Ibid. *his regnantibus fuit.*] Hæc verba omnes codices scripti, Marianus, & Editiones habent. In Græcis horum vestigium nullum. Et merito. Quid est enim Erichthonium, Erichthonio & Armai regnantibus fuisse?

Ibid. *Lacedæmon condita à Lacedæmone Semelæ filio.*] Nullus veterum prodidit Lacedæmona Semelæ filium fuisse. in Græcis est Λακεδαίμονος τοῦ ἐκ Μεσσήνης. quæ lectio est remotissima à Semele, ut supra Διώδας à Desanao. Itaque tantæ discrepantiæ nescio an caussa reddi possit. Aliis Λακεδαίμων υἱὸς Διὸς ἐξ Ἠλέκτρας τῆς Ἀτλαντίδος. aliis non est Electra, sed ejus soror Taygete, ut Apollodoro.

DXXXII. *Argis Stheneleus.*] Augustinus ex Varrone libro XVIII. cap. VIII. *In quibus Criasi regis conjux Melantonice, & Phorbas filius eorum, qui post patrem rex Argivorum sextus fuit, & septimi regis Triopæ filius Iasus, & rex nonus Stenelas, sive Steneleus, sive Stenelus, varie quippe in diversis auctoribus invenitur.* Hæc ego protuli, ne quis varietatem hujus nominis imitaretur. Occurrit enim non raro, ut ait Augustinus.

Ibid. *Arcas filius Iovis.*] Lycaon, Nyctimus, Callisto, Arcas. Sub Nyctimo Diluvium contigit, auctore Apollodoro. Diluvium Deucalionis CCCCXC. à quo, ad hoc tempus, anni XLII. Non male relatum est tempus. Inter Nyctimum enim & Arcada, una est generatio.

DXXXIV. *Remesses.*] Armais apud Josephum, unde hos reges deprompsit Eusebius, frater Sesothios, ipso fratre expeditionem in Asiam faciente, invasit regnum Ægypti: unde postea à fratre expulsus est. Iste Sesothis trinominis fuit, teste Manethone. Vocatus enim est Ramesses, & præterea Ægyptos. Sed Josephus hæc omnia permiscuit. Nam Sesothis Josephi est Σέσωστρις Herodoti, & Σεσόωσις Diodori. Σέσωστρις quoque dicitur Africano ex Manethonis Tomo secundo tertius rex Diospolitarum XII Dynastiæ. ut autem hæc omnia ad Argivorum tempora accommodaret Eusebius, à XVIII Dynastiæ regibus, ad illos transfuga se contulit, quos Josephus ex alio Tomo Manethonis collegit.

Ibid. *ann. LXVIII.*] Nulli anni à Josepho apponuntur. de suo largitus est. Manetho in XII Dynastia XLVIII annos tantum attribuit.

Ibid. *Aegyptus, qua prius Aeria vocabatur.*] Stephanus: Ἀερία: Αἴγυπτος παρὰ τὸν ἀέρα. καὶ γὰρ ἠερόεσσαν αὐτὴν φασιν. οἱ ἄνθρωποι Ἀέριοι, καὶ Ἀερίτης, ἐκ τῆς ἀέρος γενικῆς. Eustathius in Dionysium: ἐκλήθη δέ ποτε κατὰ τὴν ἱστορίαν ἡ τοιαύτη χώρα καὶ Ἀερία, καὶ Ποταμία, καὶ Αἰθιοπία διὰ τοὺς ἐκεῖ Αἰθίοπας, περὶ ὧν πολλοὶ τῶν παλαιῶν ἱστοροῦσι. καὶ μὴν καὶ Ἀετία ἔκ τινος Ἰνδοῦ Ἀετοῦ καλουμένου. καὶ Ὠγυγία δὲ καὶ Μελάμβωλος, καὶ Ἡφαιστία. Apollodorus: Δαναὸν μὲν οὖν Βῆλος ἐν Λιβύῃ κατῴκισεν, Αἴγυπτον δὲ ἐν Ἀραβίᾳ, ὃς καὶ καταστρεψάμενος τὴν Μελαμπόδων χώραν ἀφ' ἑαυτοῦ ὠνόμασεν Αἴγυπτον. Legendum, τὴν μελάμβωλον χώραν.

Ibid. *Aeria dicebatur.*] Multæ regiones hoc nomine dictæ: Thasus insula, Ægyptus, Libya, Creta, Sicilia, Antiochia, Cyprus. Hesych.

Ibid. *Ab Aegypto tunc ibi regnante.*] Manethos: ἡ δὲ χώρα ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος Αἰγύπτου. Sed Nilus Homero est Αἴγυπτος.

DXXXVIII. *Dardanus condidit Dardaniam.*] Ex Tatiano: κατὰ Σθένελαον ἡ ὑπὸ Δαρδάνου τῆς Δαρδανίας κτίσις.

DXLII. *Post Sthenelum.*] Multa horum traducta huc sunt ex Apollodoro: ἐντεῦθεν δ' ἧκεν εἰς Ἄργος, καὶ τὴν βασιλείαν αὐτῷ παραδίδωσιν Ἐλάνωρ (Γελάνωρ) ὁ τότε βασιλεύων. αὐτὸς δὲ κρατήσας τῆς χώρας ἀφ' ἑαυτοῦ τοὺς ἐνοικοῦντας Δαναοὺς ὠνόμασεν. ἀνύδρου δὲ οὔσης τῆς χώρας, &c.

Ibid. *quem quum Argivi imperio pepulissent.*] Historiam cum sua caussa habes apud Pausaniam Corinthiacis. Quum lupus taurum vicisset, Argivi tauro Gelanora, lupo Danaum, quod extraneus esset, comparaverunt. Vide cætera.

Ibid. *eandem aquis abundare fecit.*] Quum antea scilicet δίψιον Ἄργος vocaretur. καὶ ἀποδείξας τὰ ἐν Ἄργει ὕδρεια, διὰ τοῦτο ὡς σοφὸς ἐτιμήθη, inquiunt Græci. proinde Danaum ὑδροφόρον vocat Nonnus, id est, Aquilegem: quem ait scientiam librandi aquas habuisse, libro Δ.

> Ἀρχεκάκου Δαναοῖο φερέσβιον ἔκρυφε τέχνην,
> Ὑδροφόρου Δαναοῖο. τί γὰρ πλέον εὗρεν Ἀχαιοῖς,
> Εἴ ποτε χαλκείῃσι πεδοσκαφέεσσι μακέλλαις

Χάσ-

Χάσματος ὑδαίοιο χυτὸν κενεῶνα κολάψας
Δίψιον Ἄργος ἔπαυσε, κονιομένοις δὲ πολίταις
Ὑγρὰ πεδῶν ἐπίβαθρα πόρεν ξεινήιον ὕδωρ
Ἐκ βυθίων λαγόνων ὀλίγον ῥόον ; ---

Ibid. *abundare fecit.*] Τὸ κοιλώτατον omisit interpres, διὰ τῶν Δαναΐδων. Nam filiarum ministerio eum hoc peregisse scribunt Græci. Apollodorus: ἀνύδρου δὲ τῆς χώρας οὔσης, &c. τὰς θυγατέρας ἔπεμψεν. Unde proverbium,

Ἄργος ἄνυδρον ἐὸν Δαναοὶ θέσαν Ἄργος ἔνυδρον.

Ibid. *Danaus per filias.*] Hæc in POST. & Edit. temere divulsa sunt Græca enim fidem faciunt continuationis. quæ Hieronymus ita interpretatus est, ac si Eusebius scripsisset: ἄνυδρον αὐτὸ ἐποίησε διὰ τῶν λεγομένων Δαναΐδων (αὗται δὲ αὐτῷ ἦσαν θυγατέρες ν̄) ὑπὸ ν̄ υἱοὺς τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Αἰγύπτου διεχειρίσαντο. Sed properabat, quum hæc verteret, Hieronymus. Nam omnino illud διὰ τῶν λεγομένων Δαναΐδων continuandum cum antecedentibus propter proverbium à nobis proxime productum, & ab illa continuatione pendet mens totius periochæ.

Ibid. *Neque vero multitudo filiorum.*] Ex multis pellicibus uno patre Danao natas vult. sed contra ex una Euryope filia Nili quinquaginta filios suscepisse Ægyptum auctor Hippostratus apud Phlegontem: Ἱππόστρατος δέ φησιν ἐν τῷ περὶ Μίνω Αἴγυπτον ἐκ μιᾶς γυναικὸς τῆς Νείλου Εὐρυόπας πεντήκοντα υἱοὺς γενῆσαι, Δαναὸς τε ὁμοίως πεντήκοντα θυγατέρας ἔχειν. Quod autem Paulus Orosius libro primo, capite XI, hoc contigisse dicit anno ante Urbem conditam DCCLXXV, non est error librariorum, sed ipsius Orosii, qui in his numeris non raro hallucinari deprehenditur. Contigit enim hoc annis DCCXXII ante Urbem conditam.

Ibidem. *Quum tam innumerabiles habeant concubinas.*] Propter eandem caussam L liberorum pater fuit Priamus. Non enim ex una Hecuba. Et longe major hodie est filiorum numerus regum Muhammedanorum propter multitudinem concubinarum. Polus Venetus lib. III, cap. VI scribit in insula Ziamba se vidisse regem patrem liberorum CCCXXV ex diversis mulieribus.

Ibid. *minoresque ejus.*] καὶ οἱ ἀπόγονοι αὐτοῦ μετ' αὐτὸν Δαναΐδαι καλούμενοι. *Et ejus posteri, qui Danaidæ vocantur.*

DXLII. *Erichthonius primus quadrigam.*] Poëta:
Primus Erichthonius currus & quatuor ausus
Iungere equos, rapidisque rotis insistere victor.

„ Ibi Philargyrus: *Varro in libro, qui Admirabilium inscri-*
„ *bitur, Erichthonium ait primum equos quatuor junxisse ludis,*
„ *qui Panathenæa appellantur.* Sed Diphilus poëta auctor Theseidos Σῆμον vocat eum, qui primus quadrigas agitavit, his Scazontibus:

Θρέψας δὲ πώλους, ὡς οἱ Μαντινεὺς Σῆμος,
Ὃς πρῶτος ἅρμα τ' ἤλασεν παρ' Ἀλφειῷ.

Citat Scholiastes Pindari in Olympionicis. Hoc est, quod voluit Hygenus fabulator: *Elide, quæ urbs Peloponnesi est, certamina quadrigarum primum instituta.* Atqui primum certamen quadrigarum Elide institutum à Pelope, qui multis annis infra sæculum Erichthonii fuit.

Ibid. *Erat quippe apud alias nationes.*] Sive legas in Græcis παρὰ βαρβάροις, ut Hieronymus videtur legisse, sive, παρὰ βαρβάρων, ut scriptum reperimus, eodem sententia recidit. Erit ergo παρὰ βαρβάρων, ἀπὸ κοινοῦ ἐφευρεθέν. Nam apud Scythas fuit Erichthonius, & primus Græcorum inde aurum Athenas attulit. Hygenus fabula CCLXXIV. Quid ergo dicemus de Troilo, qui aliquot annis antea currum à se inventum Junoni consecravit?

DXLV. *Huc usque V libri Moysis continent annos* MMMDCCXXX. At secundum rationes ipsius Mosis, qui omnibus interpretibus præscribit, sunt tantum anni MMCCCCXCII. Nam post annos septem incipit Hebdomas annalis. anni autem à conditu rerum per septem divisi relinquunt veros annos Hebdomadicos. Ab Adam enim ad primi Iobelei initium, sunt anni 2499: quæ sunt Iobelæa absoluta LI. Annus enim quadragesimus Exodi est septenarius.

Ibid. *gesta annorum* MMMDCCXXXV.] Ita omnes co- "
dices scripti, præter PET. qui uno centenario plus ha- "
bet. Ita etiam Beda, qui hæc ad verbum descripsit. Ni- "
cephorus Patriarcha novem annis minus, ,ΓΨΚΑ. "
MMMXXI. Sed quum Eusebius putet ab Adam, ad na- "
talem Abrahæ, annos 3184, accedente præsente "
numero DXLVI, fient iidem anni MMMDCCXXX. Ergo "
differentia computi LXX Seniorum & numeri Euse- "
biani sunt anni 3184. Rursus ex computatione LXX "
Seniorum ab Adam, ad primum annum Christi Dio- "
nysianũ, colliguntur anni 5500, currente numero Eu- "
sebiano MMXVI. Differentia annorum Mundi secun- "
dum LXX Interpretes, & numerum Eusebianum, anni "
3484. Igitur hæc differentia alia est, ab Adam, ad ex- "
cessum Mosis, alia ab excessu Mosis, ad Christum: "
major enim hæc posterior priore annis CCC. quia ni- "
mirum ex LXX editione ab excessu Mosis ad tem- "
plum, & à capto Sedekia ad laxationem captivita- "
tis, plures anni colliguntur, quam ex ipsa fide hi- "
storiæ. "

Ibid. *Iesus successit Moysi, &c. qui dux fuit annis* XXVII.] Hos annos non exprimit Scriptura. tamen ἡ ἄγραφος παράδοσις hos admisit. Georgius de hoc loco Eusebii: τὰ μὲν (ἔτη) Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, καὶ τῶν μετ' αὐτὸν πρεσβυτέρων ἡ γραφὴ παρεσιώπησεν. ἡ δὲ ἄγραφος συνήθεια τοῦ μὲν Ἰησοῦ κζ, τῶν δὲ πρεσβυτέρων ιη παρέδωκε. καὶ οὕτω σχεδὸν πάντες ὁμοφωνοῦσιν. Εὐσέβιος δὲ μόνος ὁ Καισαρεὺς τὰ τῶν πρεσβυτέρων οὐ παρέλαβεν, &c. Reliqua alibi explicantur.

Ibid. *Principium quinquagesimi primi Iobelei secundum Hebræos.*] Duo errores. Ab Adam, ad initium primi Iobelei instituti à Mose, sunt anni, ut proxime diximus, 2499. quæ sunt Iobelea LI absoluta. Ergo secundum Hebræos proxime initurum erat quinquagesimum secundum Iobel, non, ut noster vult, quinquagesimum primum. Alter error, quod nondum inierat Iobel, sed septem annis post mortem Mosis, octavo anno magistratus Josuæ. à quo anno, ad decimum Sedekiæ inclusive, sunt Iobelea XVII, & XXVI anni absoluti de XVIII Iobel. Ab annis enim mundi, ad primum annum γεωργίας, constituimus intervallum annorum 2499. Annus decimus Sedekiæ erat 3359 ab Adam. deductis 2499, relinquuntur anni γεωργίας 860. qui haud dubie sunt Iobelea XVII absoluta, & præterea anni XXVII de Iobel XVIII inchoato. Ezekiel cap. XXIX, 1. *Decimo anno.* id est, Sedekiæ labente. Ibidem, Commate 17. *Vigesimo septimo anno, primo mense, prima mensis:* Ex dinumeratione annorum, quæ negari non potest, annus decimus Sedekiæ est vigesimus septimus Iobelei decimi octavi. Quidam cerebrosi negant, imperiti dubitant. Negent, dubitent. τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ, inquit Regina Veritas, cum qua male ageretur, si tam infirmis judiciis penderet. Is locus valde torquet Iudæos, quos vera Iobelea ignorasse cõvincit trigesimus ille annus altera, Crux cerritorum interpretũ in principio

cipio Ezekielis. quos alii volunt esse trigesimi Iobelei, alii putant à XVIII Iosiæ, utrique valde avii à regione veri, ut loquitur Lucretius. Qui negat Iudæos rationem Iobeleorum habuisse extra fines terræ Israël, obtunduntur hoc loco Ezekielis. Et sane hactenus Iudæi verum annum Sabbaticum observant, quanquam vera Iobelea ignorant. Annum Christi 1600 Dionysianum, qui erat Iudæorum 5361, Iudæi notarunt esse Sabbaticum: quod quidem verum est, sed quoti Iobelei quota hebdomas sit, nesciunt. Inibat annus ab Adam 5550. Deductis per perpetuam regulam, 2499, remanent anni γεωργίας 3051, hoc est XLII Iobelea solida, anni XIII absoluti de Iobeleo inchoato LXIII. Inibat igitur annus septimus Hebdomadis secundæ Iobelei sexagesimi tertii finiendi in anno Christi 1636, excipiente anno primo Iobelei LXIV in autumno dicti anni Dionysiani 1636 Fatendum ergo, quemadmodum hactenus epocha Exodi ignorata fuit, & Iobelea quoque ignorata fuisse.

Ibid. *Quinquagesimi primi Iobelei.*] Secundum Hebræos ostendimus post septē annos à morte Mosis inire LII Iobel. Sed secundum rationes Eusebii, qui Iobel putat esse L annos completos, ad mortem Mosis, debebant esse anni absoluti MMDL Quod & ipsum ridiculum. Beda odoratus est absurditatem: de quo consule illum in Chronico, initio magistratus Iosuæ.

DXLVI. *Transeuntes hospites crudeli scelere interficiens.*] Græca: καὶ τοὺς παροδεύοντας κατέθυε ξένους. *prætereuntes immolans hospites.* Nisi ita verteris, omnino, quod præcipuum in hac historia est, ignorabitur, à Busiride homines non cæsos, quod commune est sicariis, aut latronibus, sed immolatos, quæ immanitas illius propria fuit.

DLIV. *In Creta regnavit Lapis.*] In Græcis Λάπης. Erit ergo Λάπης, Λάπητος, ut Φάνης, Φάνητος, Χάρης, Χάρητος. Proinde fuerit Lapes, non Lapis. Sed quis est iste sive Lapis, sive Lapes? Quæratur ergo. quanquam frustra fore puto, quum ex iis, qui extant hodie, auctoribus, hoc erui non possit.

DLXII. *Phœnix & Cadmus.*] Non congruit tempus. Epaphus, Libya, Agenor, Phœnix cum Cadmo. Si Busiris filius Epaphi vivebat numero DXLVI, ejus quoque soror Libya iisdem temporibus fuit. At illa est avia Phœnicis. Non ergo Phœnix & Cadmus in hoc tempus conferuntur. Rursus tres generationes absolutæ sunt ab Epapho, ad Phœnicem, hoc est anni centum. Quod si Epaphus proavus Phœnicis vivebat numero DXXV, profectio Phœnicis & Cadmi competeret in numerum DCXXV. quod non abhorret ab iis, quæ Eusebius ad DCXXXI memorat. Nam tunc Cadmum potitum Thebis perhibet. Sed Eusebius habet diversos auctores, quos sequitur. Scholiastes Nemeaci X Pindari: ὁ Δαναὸς Βήλου παῖς ὢν τοῦ Ἄργους ἐβασίλευσεν. ὁ δὲ Αἴγυπτος τῆς ὁμωνύμου χώρας. ὁ δὲ Ἀγήνωρ τῆς Φοινίκης. Si verum dicit, iste Scholiastes vetustissimus, recte Eusebius in tempora Danai Phœnicem Agenoris filium contulerit. sed debuit in ultimis temporibus Danai ponere.

DLXIII. *Sicyoniorum Corax.*] Pausanias ponit Epopea ante Coraca. Eusebius contra.

DLXVI. *Templum Delphis à Phlegya incensum.*] Statius I Thebaidos:

Iejunum Phlegyam subter cava saxa jacentem
Perpetuo premit accubitu ---

Vetus enarrator: *Phlegyas filius Martis, qui apud Delphos templum Apollinis incendit: cujus Vergil. meminit: Phlegyasque miserrimus omnes Admonet.* Habet à Servio in eundem locum. *Phlegyas autem Ixionis pater habuit Coronidem filiam, quam Apollo vitiavit, unde suscepit Aesculapium: quod pater dolens incendit Apollinis templum, & ejus sagittis est ad inferos trusus.* Statius --- *Phlegyam subter cava saxa jacentem Perpetuo premit accubitu.* Pausanias non ab uno, cui nomen Phlegyas fuerit, sed à gente Phlegyarum templum incensum ait, de Templo Delphico ita scribens: τοῦτό τε ὁ Εὐβοεὺς λῃστής, καὶ ἔτεσιν ὕστερον τὸ ἔθνος τὸ Φλεγυῶν, ἔτι δὲ Πύρρος ὁ Ἀχιλλέως ἐπεχείρησεν αὐτῷ. Eustathius: Φλεγύαι ἔθνος ἀπὸ Φλεγύου ἀδελφοῦ Ἰξίονος ὅμορον τοῖς ἡρωϊκοῖς Θεσπρωτοῖς, κατὰ δὲ ἑτέρους Γυρτώνην Φωκικὴν ἢ Μαγνῆτιν κατοικῆσαν, λῃστρικὸν δὲ καὶ ἀσεβὲς γινόμενον καὶ τὰς Θήβας ἀναστατῶσαν, καὶ τὸν ἐν Πυθοῖ ναὸν τοῦ Ἀπόλλωνος πρῆσαν ὑπ' ἐκείνου ταρταρωθῆναι μυθεύονται

Ibid. *A Phlegya.*] Varronem, aut alios auctores sequutus Augustinus ait templum non Phlegya, sed à Danao incensum, lib. XVIII, cap. XII. *Tunc Apollini instituti sunt ludi Musici, ut placaretur ira ejus, quod putabant afflictas esse sterilitate Græciæ regiones, quia non defenderunt templum ejus, quod rex Danaus, quum easdem terras bello invasisset, incendit.*

DLXIX. *In Creta regnavit Asterius.*] Xanthum vocat Augustinus, & aliis quoque nominibus dictum prodit, lib. XVIII, cap. XII. *Per eos annos à rege Xantho Cretensium, cujus apud alios aliud nomen invenimus, rapta perhibetur Europa.* Hujus famulum Marnam pro Deo cultum apud *Gazæos* scribit Epiphanius 513. Καὶ Μαρνᾶς δοῦλος Ἀστερίου τοῦ Κρητὸς παρὰ Γαζαίοις (τιμᾶται) Stephanus aliter de Gaza loquens: ἐκλήθη δὲ καὶ Μινώα, ὅτι Μίνως σὺν τοῖς ἀδελφοῖς Αἰακῷ καὶ Ῥαδαμάνθει ἰὼν. ἐξ αὐτοῦ ταύτην ἐκάλεσεν. ἔνθεν καὶ τὸ τοῦ Κρηταίου Διὸς παρ' αὐτοῖς εἶναι, ὃ καὶ καθ' ἡμᾶς ἐκάλουν Μαρνᾶν ἑρμηνευόμενον Κρηταγενῆ, τὰς παρθένους γὰρ οὕτω Κρῆτες προσαγορεύουσι Μαρνάν. Multum discrepant ab iis, quæ Epiphanius retulit. De Marnæ idolo Gazensium habes plene in historia Ecclesiastica.

DLXXIII. *Post mortem Iesu subjectos tenuerunt Hebræos, alienigenæ.*] Hic intervallum statuunt veteres Ecclesiastici Chronologi, quod vocant τὰ πρεσβυτέρων ἔτη ιη ut Georgius. Nicephorus Patriarcha κγ. Africanus λ. Georgius: Εὐσέβιος δὲ μόνος ὁ Καισαρεὺς τὰ τῶν πρεσβυτέρων οὐ παρέλαβεν. ὁ δὲ Ἀφρικανὸς ἔτη λ αὐτοῖς ἀπένειμεν· ᾧ πλεῖστα καὶ ἐγκαλεῖ ὁ Εὐσέβιος ὡς μεγάλα, φησὶ, διαμαρτόντι καὶ τολμηροτάτῳ πράγματι ἐπικεχειρηκότι, πρὸς τούτοις ἄλλα ο ἔτη τε, καὶ μ τὰ τῆς ἀναρχίας, λ δὲ τὰ τῆς εἰρήνης οἴκοθεν παρεμβάλλοντι, τὰ ὅλα ρ. Objurgationi Eusebii ita respondet: ἀλλὰ ὁ μὲν Ἀφρικανὸς περὶ τούτων ὡς διαφωνουμένων ἐν τέλει τοῦ πέμπτου λόγου καθομολογεῖ. ὁ δὲ Εὐσέβιος τὰ παρὰ τῷ θείῳ ἀποστόλῳ ἐν ταῖς Πράξεσι, τῶν Κριτῶν ἔτη υν συστῆσαι βουληθεὶς συνεχρήσατο τούτων τισί, &c.

DLXXXII. *Apud Argos sacerdotio functa est Hypermnestra.*] Hygenus scribit Hypermnestræ & Lynceo fanum factum esse. Quod si verum est, Hypermnestra Iunonis Argivæ sacerdos fuit simul, & ipsa sacerdotem habuit, siquidem ei fanum, sive ἡρῷον constitutum. fortasse mortuæ ἡρῷον constitutum fuisse intelligit. Sed & ipsam Hypermnestram templum Παλλάδι Πειθοῖ posuisse scribit Pausanias.

DLXXXIII. *Assyriorum Belochus.*] Duo sunt cognomines, nonus, & decimus nonus.

Ibid.

Ibid. *cujus filia Atossa.*] Ita habent POST. omnes vero PR. *Iossa.* Editiones *Actosa* proxime vero. Duæ Semiramides fuerunt, prior uxor Nini, posterior hæc quingentis annis; quæ à Syris specie columbæ adorabatur, quod ovo à columba excluso natam fabulantur, & Semiramim lingua Syriaca vocatam. Nos in nullis scriptis Syrorum columbam ita vocari legimus. Sed apud Hesychium ita scriptum extat. Σεμίραμις, περιστερὰ ὄρειος ἑλληνιστί. Auctor Hebræus libri מְאוֹר עֵינַיִם Semiramidis signum fuisse columbam. inde apud Ieremiam sub columbæ nomine Assyrios significari. Eam igitur Semiramim etiam Atossam dictam scribit Κόνων priscus scriptor in opusculo, cui διηγήσεις παλαιὰς titulum fecit. Photius 222: ἡ ἐννάτη τὰ περὶ Σεμιράμεως λέγει, καὶ Σεμίραμιν οὐχὶ γυναῖκα κατὰ τοὺς ἄλλους φησὶ Νίνου γενέσθαι, ἀλλὰ θυγατέρα. καὶ λόγῳ ἐνὶ ὅσα οἱ ἄλλοι περὶ Ἀτόσσης Ἀσσυρίου ἀναγράφουσι, ταῦτα οὗτος εἰς Σεμίραμιν ἀναφέρει. In excerptis Barbarolatinis ante regem Assyriorum Bilochum ponitur *Actosi & Semiramis*, id est, Ἀτοσσα, ἡ καὶ Σεμίραμις.

DLXXXVII. *Hoc tempore rapta Europa.*] Numero DLXXII dixit nuptam fuisse Asterio. non quod aut rapta anno DLXXXVII, aut nupta Asterio eodem tempore. Sed hæc ad hoc tempus refert Eusebius. Lycophron ait Europam à piratis traditam δάμαρτα Κρήτης Ἀστέρῳ στρατηλάτῃ, Asteron regem Cretæ ita vocans. Tatianus raptum Europæ conjicit in tempora Sthenelai non recte.

Ibid. *Cadmus regnat Thebis.*] Male eodem anno & Europam raptam, & Cadmum Thebis regnasse scribit. Inter utrumque gestum multa contigerunt Cadmo. Vide Nonnum, & alios.

DLXXXIX. *Melus & Paphus & Thasus, & Callista.*] In Græcis corrupte Ἀλκίσθη pro Καλλίστη. Est ea Thera insula, ut notum illo Callimachi Disticho:

> Καλλίστη τὸ πάροιθε, τὸ δ' ὕστερον οὔνομα Θήρη,
> Μήτηρ εὐίππου μητρὸς ἡμετέρης.

Sed est prochronismus plusquam annorum ccc. Nam Θήρας Αὐτεσίωνος υἱὸς avunculus Eurysthenis, & Proclis primorum Spartæ regum coloniam in insulam Callisten deduxit, & insulæ Theræ à se nomen fecit. Quin & ipsi reges Eurysthenes, & Procles illi expeditioni comites sese adjunxerunt. Ab hoc anno, ad initium Eurysthenidarum & Proclidarum, intercedunt anni cccxxxiii. Apud Pindarum, decima septima generatio à Medea deducit coloniam à Thera in Libyam duce Batto Cyrenarum conditore. Nam quarta generatio à Medea occupavit Callisten, tertia decima hinc duce Batto condidit Cyrenas: quæ colliguntur omnes generationes xvii. Sexdecim autem generationes absolutæ fiunt anni plus minus DXXX. Sed verisimile est ante Theran Autesionis filium coloniam in eam insulam deductam fuisse. Neque alia mens fuit Scriptoris, unde hoc accepit Eusebius.

Ibid. *Thasos.*] Hic Thasum collocavit propter Cadmum, cujus paulo ante mentio facta. Marcianus ὁ περιηγητής:

> Ἑξῆς Νεάπολις ἐστὶ καὶ νῆσος Θάσος,
> Ἣν βάρβαροι τὸ πρότερον ᾤκουν, ὡς λόγος,
> Ἔπειτα Φοίνικες μετὰ Κάδμου καὶ Θάσου
> Ἐκ τῆς Ἀσίας διαβάντες ἔλαβον δὴ Θάσον.
> Ἀπὸ τοῦ Θάσου καὶ τοὔνομ', ὡς καὶ νῦν ἔχει.

In Collectaneis nostris Θάσος ἐκτίσθη Olymp. xv, numero MCCXCVII. De Cadmo, & Thaso vide plura apud Apollodorum, quibus illustratur locus Marciani. Quod autem colonia in eam deducta sit Olympiade xv, eo pertinet oraculum Archilocho redditum:

> Ἄγγειλον Παρίοις Τελεσίκλεες, ὥς σε κελεύω,
> Νήσῳ ἐν Ἠερίῃ κτίζειν εὐδείελον ἄστυ.

Nam Archilochus eo tempore florebat. Ἠερία autem vocabatur, quæ postea Θάσος. Porro decem generationibus ante Herculem Thasus condita. Nam Thasus adjunxit sese comitem Cadmo investigandæ Europæ. Cadmus autem Agenoris filius, à quo, ad Herculem, sunt generationes decem. Belus Agenoris frater, Ægyptus, Lynceus, Abas, Acrisius, Danaë, Perseus, Alcæus, Amphitryo, Hercules. Non paucorum annorum videtur esse metachronismus. Nam x generationes sunt anni plus minus cccxxx. Itaque hoc modo Herculem necesse fuerit vixisse ad numerum Dcccc, & ultra. Apud Stephanum locum ita restitue: Θάσος, νῆσος πρὸς τῇ Θρᾴκῃ, ἔνθα Τηλέφασσα ἡ τῆς Εὐρώπης θνήσκει μήτηρ, ἀπὸ Θάσου. ἦν δὲ γενεαῖς Ἡρακλέους δέκα Θάσος παλαίτερος, &c.

DXCIII. *Epopeus.*] Iam indicavimus, Pausaniæ Epopea priore loco poni ante Coraca.

DXCIV. *Bithynia condita à Phœnice.*] Βιθυνία ἐκτίσθη ὑπὸ Φοίνικος, non ita feliciter Latine reddideris. Significat autem urbem, aut urbes in Bithynia conditas à Phœnice. vel: *Bithynia urbibus exculta est à Phœnice.* νῆσος ἐκτίσθη, & πόλις ἐν τῇ νήσῳ ἐκτίσθη, non uno verbo Latine reddi potest, ut Græce. Condere urbem in Italia dicam, condere Italiam non dicam. tamen feliciter Græci utrumque, κτίζειν Ἰταλίαν, καὶ κτίζειν πόλιν ἐν Ἰταλίᾳ. Itaque condere Bithyniam non dicam, sed condere urbem in Bithynia. Verterem igitur: *coloni in Bithyniam missi, ducti à Phœnice.* vel: *urbibus Bithynia instructa, exculta, habitata. urbibus Bithyniam occupare,* ut Velleius: *urbibus instruere,* ut Tertullianus: *urbibus inædificare,* ut Hircius VIII Comment. belli Gallici dixit, *castra coronis inædificare.* Itaque hac in re τὸ condere est verbum sterile: quod & Ennius nove vertit CREARE in Euhemero suo de Iove loquens: *Et sepulchrum ejus est in Creta in oppido Cnosso: & dicitur Vesta hanc urbem creavisse.* (ὃν λέγει) Ἑστία κτίσαι. Item: *Pan eum deducit in montem, qui vocatur cæli Stela.* (Οὐρανοῦ στήλη) *Postquam eo ascendit, contemplatus est late terras: ibique in eo monte aram creat Cœlo.* κτίζει βωμὸν τῷ Οὐρανῷ. Sic in Sacris, & apud Theologos κτίσις est creatura, quæ aliter conditio dicitur, pro eodem. Itaque, quod jam dixi, κτίζειν Græcis tam de solo, quam de superficio dicitur. apud Latinos condere de superficio duntaxat. Bithynia est solum: urbs, quæ in illa struitur, est superficium. Bithynia igitur non conditur, sed urbs, quæ in ea excitatur.

Ibid. *Mariandyni.*] Primo Mariandyni, secundo Galatæ, tertio Buccellarii, auctore Constantino Porphyrogeneta. Est autem pars Bithyniæ, non Bithynia. Sed mirum, ex quo ἐκτίσθη ὑπὸ τοῦ Φοίνικος, pro Mariandyna vocatam esse Bithyniam. Hoc ego crederem. siquidem ὁ κτίστης vocabatur Βιθυνός. Alioqui ἀπὸ τοῦ κτίστου, Φοινικία potius, quam Βιθυνία dicenda fuit. Sed unde in Asia Phœnix, qui habitabat in regione à se dicta Phœnice in Syria? Hæc digna sunt investigatione. μυθολόγοι scribunt Phœnicem Ægyptium fratrem Cadmi in Syriam venisse, & regionem, in qua habitavit, à se Phœnicen nominasse. Nos agnoscimus regionem, quæ antea Canaan dicebatur, ab eo nominatam

Phœnicem. Ægyptum autem fuisse negamus. Hoc enim pugnat cum Phœnicum Annalibus, quos vetustissimos Philo Bybliensis Græce conversos publicavit. Præterea nomina φοῖνιξ, & Κάδμος mera Phœnicia, sive Cananæa sunt. פנחס quo nomine Aaronis nepos summus Sacerdos dictus est, sine ulla mutatione est φοῖνιξ, si adhibeatur vocalis distinctio פִּינְחָס quod Hebræis est פִּנְחָס Phinhas. קַדְמִי quoque Cadmus & ipsum ex eodem fonte. Phœnix igitur natus in Phœnice Cananæorum; non in Ægypto transfretavit εἰς τὴν παραλίαν τῆς Ἀσίας. In versibus Asii Poëtæ epici dictus est Ancæus Phœnicis ex Astypalæa nepos Lelegibus Asiæ minoris imperasse, nimirum, quos subegerat avus ejus Phœnix, ut reliquam oram maritimam Asiæ minoris.

DXCVII. *Linus Thebæus.*] Non est hujus temporis, quum fuerit æqualis Herculi, à quo interfectus est magister ingrato discipulo.

DXCIX. *Idæi Dactyli.*] Non multum abludit à vetere Chronico apud Clementem, ex cujus rationibus Idæi Dactyli conjiciuntur in numerum Eusebianũ DLXXVII, annis XXII, ante hoc tempus. De Idæis Dactylis habes multa apud Strabonem, & Mythologos, Scholiastas Poëtarum, sed nusquam plura, quam in Scholiis Apollonii vetustissimis, lib. primo in illud:

Δάκτυλοι Ἰδαῖοι Κρηταιέες ---

Ibid. *qui ferrum repererunt.*] Strabo, & alii. Vetus Chronicon apud Clementem, quod Idæ incendium tempore Idæorum Dactylorum contigisse scribit: nimirum quod Ida incensa, metallis ferri vi ignis liquefactis, hinc ferrariam didicerint Idæi Dactyli. Phoronidos quoque vetustissimus epicus poëta eorum, & fabricæ ferrariæ meminit.

Κέλμις, Δαμναμενεύς τε μέγας, καὶ ὑπέρβιος Ἄκμων,
Εὐπάλαμοι θεράποντες ὀρείης Ἀδρηστείης,
Οἳ πρῶτοι τέχνην πολυμήτιος Ἡφαίστοιο
Εὗρον ἐν οὐρείῃσι νάπαις, ἰόεντα σίδηρον
Ἐς πῦρ τ' ἤνεγκαν, καὶ ἀριπρεπὲς ἔργον ἔδειξαν.

Ait Dactylos Idæos εἰς πῦρ ἐνεγκεῖν artem ferrariam. nimirum ab incendio Idæ edocti ferrum mollire. Sed horum multis locis meminit Nonnus. In duobus tamen τοῦ Δαμναμενέως nomen corruptum est. lib. XXIII. 399. καὶ γνωτῷ περ ἐόντι συνέστιχε. διαμναμένη δὲ Σκέλμις. Nam vera lectio, καὶ γνωτῷ περ ἐόντι συνέστιχε Δαμναμενῆι Σέλμις ἀκυμάντοιο καθιππεύων ποταμοῖο. Et lib. XXVIII. 494. Δαμεὺς μὲν πολέμιζεν. pro, Δαμναμενεὺς πολέμιζεν. Quamvis multi Dactyli à Scholiaste Apollonii & ab aliis referuntur, tamen duo præcipui eorum sunt, Κέλμις, & Δαμναμενεύς. Clemens: Κέλμις δ' αὖ καὶ Δαμναμενεὺς οἱ τῶν Ἰδαίων Δακτύλων πρῶτοι σίδηρον εὗρον ἐν Κύπρῳ.

DC. *Amphion & Zethus.*] Nycteus fuit frater Lyci Thebanorum tyranni. Lycum Amphion & Zethus interfecerunt anno XX ejus tyrannidis. Ita Amphion & Zethus sunt σύγχρονοι tam Lyco, quam ejus fratri Nycteo. sed Nycteus bellum gessit cum Epopeo rege Sicyoniorum, sub quo hæc gesta dicuntur. Ergo hi duo fratres Thebani in tempus Epopeos recte conjecti sunt, qui æqualis est Nycteo, æquali istis fratribus. Scholia tamen Apollonii pag. 215. edit. Henrici Stephani perhibent Antiopem adhuc gestantem uterum ad Epopea confugisse.

DCI. *Principium quinquagesimi secundi Iobelei.*] Imo quinquagesimi tertii, ut taceam Iobelea non esse L annorum solidorum, ut ipse vult. Hoc satis supra confutatum numero DXLV. Consule animadversionem in illum annum.

DCII. *Aegyptiorum Menophes.*] Apud Africanum duo postremi Reges XVIII Dynastiæ sunt, Rammeses, & Ammenoph. Rammeses unum annum regnavit, Amenoph ann. XIX. Eusebius πλημμελέστατα πράγματι ἐπιχειρήσας (ut in eum dicam, quod ipse in Africanum) ut hunc Rammesem eundem faceret cum Rammese, qui Ægyptus cognominatus est, pro uno anno, LXVIII illi attribuit, Ammenophi autem pro XIX ann. XL. Ita nihil pensi habuit historiam interpolare, dummodo κατὰ συστολὴν καὶ διαστολὴν, ut lorum quoddam, eam ad suas rationes accommodaret.

DCV. *Ea, quæ de Demetra.*] Apollodorus lib. II, de Io Inachi: ἱδρύσατο δὲ ἄγαλμα Δήμητρος, ἣν ἐκάλεσαν Ἶσιν Αἰγύπτιοι, καὶ τὴν Ἰὼ Ἶσιν ὁμοίως προσηγόρευσαν. Clemens, unde hæc hausit Eusebius: Λέων δὲ ὁ τὰ περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον θεῶν πραγματευσάμενος τὴν Ἶσιν ὑπὸ Ἑλλήνων Δήμητρα καλεῖσθαί φησι.

DCVII. *Bellepares.*] Excerpta Barbarolatina *Bellerepares.* Africanus Βαλατόρης

Ibid. *ann.* XXX.] Excerpta Barbarolatina ann. XXXIV.

Ibid. *Ephyra, quæ nunc Corinthus, à Sisypho condita.*] Apollodorus, unde Eusebius: Σίσυφος δὲ Αἰόλου κτίσας Ἐφύραν τὴν νῦν λεγομένην Κόρινθον γαμεῖ Μερόπην τὴν Ἄτλαντος. Duo vero fuerunt Sisyphi: prior Æoli filius conditor, ut ajunt, & rex Ephyræ, quæ postea Corinthus dicta. Ab hoc Sisypho, ad Aleten Heraclidan, qui Sisyphidas regno Corinthi evertit, sunt generationes sex, id est anni CC. Itaque iste Sisyphus accommodandus erat numero DCCXV, plus minus. Nam hic locum non habet. Alter Sisyphus fuit latro, insessor viarum Corinthi, qui Anticliam matrem Ulyssis quum ad Laërtem deduceretur, compressisse fertur. unde natus sit Ulysses circiter numerum DCCXC plus minus. quo nomine poëtis dicitur Sisyphides.

DCX. *Harmonia rapta à Cadmo*] Athenæus lib. XIV. « Εὐήμερος ὁ Κῷος ἐν τῷ τρίτῳ τῆς ἱερᾶς ἀναγραφῆς τοῦτο ἱστορεῖ, ὡς Σιδωνίων λεγόντων τοῦτο ὅτι Κάδμος μάγειρος ὢν τοῦ βασιλέως, καὶ παραλαβὼν τὴν Ἁρμονίαν αὐλητρίδα καὶ αὐτὴν οὖσαν τοῦ βασιλέως, ἔφυγε σὺν αὐτῇ. »

DCXI. *Minos filius Europæ.*] Post Tatianum Clemens Minoa locat sub tempora Lyncei. Ζάλευκος τε ὁ Λοκρὸς πρῶτος ἱστορεῖται νόμους θέσθαι. οἱ δὲ Μίνω τὸν Διὸς ἐπὶ Λυγκέως. οὗτος μετὰ Δαναὸν γίνεται (βασιλεὺς Ἄργους) Tatianus autem: Μίνως μὲν γὰρ ὁ πάσης προύχειν νομισθεὶς σοφίας ἀγχινοίας τε καὶ νομοθεσίας ἐπὶ Λυγκέως τοῦ μετὰ Δαναὸν βασιλεύσαντος γέγονεν, ἑνδεκάτῃ γενεᾷ μετὰ Ἴναχον.

Ibid. *Cadmea condita est.*] Καδμεία fuit arx Thebarum, ut Λάρισσα τοῦ Ἄργους, Βύρσα τῆς Καρχηδόνος, ἀκροκόρινθος Κορίνθου, Capitolium Romæ.

Ibid. *& Side in Cilicia.*] Hallucinatio duplex. primum quod nulla Side est in Cilicia, sed in Pamphylia in qua naves suas fabricabant Cilices. Deinde quod duæ mulieres Sidæ fuerunt: altera filia Mentauri, uxor Moli, à qua dicta urbs Pamphyliæ: altera Danai filia, uxor Orionis, à qua Side urbs Bæotiæ, de qua hic intelligendum esse duo convincunt, tempus, & locus. Tempus, quod Side est σύγχρονος τῷ Λυγκεῖ, ut pote filia Danai. locus quia Cadmia, de qua prius loquebatur, est in Bœotia: ut has duas eodem tempore, eodem loco conditas fuisse auctor is scripserit, unde hæc deprompsit Eusebius.

Ibid.

Ibid. *Eleusine Celeus regnavit.*] Ex Apollodoro, qui libro tertio scribit sub Pandione Celeum Eleusinis regnum tenuisse. Ἐριχθονίου δὲ ἀποθανόντος καὶ ταφέντος ἐν τῷ αὐτῷ τεμένει τῆς Ἀθηνᾶς Πανδίων ἐβασίλευσεν. ἐφ᾽ οὗ Δημήτηρ καὶ Διόνυσος εἰς τὴν Ἀττικὴν ἦλθον. ἀλλὰ Δήμητρα μὲν Κελεὸς εἰς τὴν Ἐλευσῖνα ὑπεδέξατο, Διόνυσον δὲ Ἰκάριος. Nonnus Eleusina vocat πόλιν Κελεοῖο. Contra Virgilius & Ovidius pauperem senem Celeum fuisse scribunt, non regem. Sane Servius regem Eleusinis agnoscit.

Ibid. *distribuisse frumenta.*] Primus omnium locus, in quo frumentum ab eo satum est, dictus fuit Ἀρόη, postea Πάτραι τῆς Ἀχαΐας. Auctor Etymologici: Ἀρόη κώμη πάλαι τῆς Ἀχαΐας, νῦν δὲ πόλις ἡ καλουμένη Πάτραι, περὶ ἧς, καὶ λόγιον ἐκ Σιβύλλης ἐξέπεσε τρίμετρον, οἷον, Ἀρόη τρίπυργος ἔσσετ᾽ εὐδαίμων πόλις. ὅτι Τριπτόλεμος ὁ Κελεοῦ ὑπὸ τῆς Δήμητρος κελευσθεὶς διδάσκειν τοὺς ἀνθρώπους τὴν γεωργίαν τοῦ σίτου ἐν αὐτῇ πρῶτον ἤροσεν τε καὶ ἔσπειρε, τὸ συμφυὲς τῆς γῆς καταμαθών. παρὰ τὸ ἀρόσαι οὖν Ἀρόη προσηγορευκέν. οὕτως εὗρον ἐν Ἐπιγράμμασι τῶν πρώτων. Vide etiam Pausaniam in Achaicis περὶ τῆς Ἀρόης.

Ibid. *Est figura, quæ possit recipi.*] Græcis hoc diceretur: εὐσχήμων ὁ λόγος. Terentio & Ciceroni: *Honesta oratio est.* Sed longe abest à mente Eusebii. ὑπονοῆσαι δὲ πτερωτὸν ὄφιν εἶναι τὴν ναῦν, ἔχειν δέ τι καὶ τοῦ σχήματος. *suspicatos homines navem alatum serpentem fuisse: & quidem aliquid ejus figuræ habuisse.* Dicit enim homines, quum viderent primo navem, suspicatos fuisse alatum serpentem esse. alatum propter vela, vel potius remigium: serpentem, propter figuram longam. Erat enim μακρὰ ναῦς. quemadmodum meminimus navigium longum Anguillam à nostris Aquitanis dictum fuisse à figura. His & multis aliis in hoc opere satis ostendit Hieronymus se hæc prius dictasse, quam cogitasse.

DCXIII. *qui copulantur temporibus Aod.*] Eusebium objurgat Anianus Monachus Ægyptius, qui sub Arcadio florebat, quod Iudicum annos cum annis Allophylorum, qui Israëlem oppresserunt, conjungat, ut propterea Aod Iudicem omisisse videatur, quod ejus annos cum illis LXXX. per quos Israëlitæ Allophylis subjecti fuerunt, commisceat. Post quædam hæc subjicit: Τοῦτον τὸν Καϊνᾶν οὐκ ἐγενεαλόγησεν ὁ Εὐσέβιος πεκνώσαντα ἐν τῷ ρλ ἔτει τῆς ζωῆς αὐτοῦ τὸν Σάλα. ἔτι καὶ Αώδον τὸν Κριτὴν οὐκ ἐστιχείωσεν κρίναντα τὸν Ἰσραὴλ ἔτη π. οἱ δὲ ο ἑρμηνευταὶ ἐνδέκατον Κριτὴν αὐτὸν ἔταξαν. ἔτι δὲ καὶ τὰ τῆς ἐπικρατήσεως τῶν ἐν τοῖς Κριταῖς σποράδην βασιλευόντων ἐξ ἀλλοφύλων ἔτη ριαʹ οὐκ ἐψηφίσατο λογισάμενος ἐν τοῖς Κριταῖς λελογίσθαι αὐτόν. οἱ δὲ ο ἑρμηνευταὶ ὀνομαστὶ ἡρμήνευσαν αὐτοὺς κρατήσαντας τοῦ Ἰσραὴλ ἔτη ριαʹ. τοὺς ιγ Κριτὰς κρίναντας Ἰσραὴλ ἔτη σϟθ. ὡς εἶναι καὶ ὅλον τὸ τῶν Κριτῶν βασίλειον ἐτῶν υι. ἔτι δὲ καὶ μ τῆς τελευτῆς Σαμψὼν τοῦ Κριτοῦ, τῆς ἀναρχίας, ἤτοι τῆς εἰρήνης τοῦ λαοῦ, μ ἔτη ἐν τῷ κατὰ πλάτος οὐκ ἔθηκεν. ὁ δὲ Ἀφρικανὸς αὐτῶν ἐμνημόνευσεν, καὶ τῇ τοῦ χρονογραφίου αὐτοῦ ὁμάδι συμψηφισάμενος ἥνωσεν. Subjicit statim Georgius: Ταῦτα Ἀνιανὸς ἐπὶ λέξεως φησὶ μεμφόμενος Εὐσέβιον τὸν Παμφίλου δικαίως περὶ παραλείψεως τῶν σϟ ἐτῶν, συνωδὰ δὲ αὐτῷ καὶ Πανοδώρος περὶ τούτων ἐγκαλεῖ. Denique objurgatur Eusebius, quod ab Exodo, ad conditum Templum, CCCCLXXX annos colligat, ita præcipiente scriptura: quod intervallum ut incolume servet, opus est multos annos Allophylorum cum annis Iudicum comprehendere, ut etiam hodie & Iudæi, & peritiores homines ex nostris fecerunt. Itaque tam Georgius, quam Anianus cum Pannodoro potius in hoc castigandi sunt, quam Eusebius.

DCXIX. *Achaia ab Achæo condita.*] Non magis potest condi Achaia, quam Bithynia: quod supra tetigimus. Non enim opus est regiones condere, sed urbes in regionibus. Xuthus Hellenis filius Thessalia expulsus Peloponnesum occupavit: & ex Creusa Erechthei filia Achæum suscepit & Iona, à quibus Achaia dicta in Peloponneso, & Ionia in Acte. Itaque huic gesto locus erat post Erechthea simul cum Ionis ævo & gestis.

Ibid. *Erechthei filiam.*] Integriora sunt Græca. Quidam libri rejiciunt hanc periochen in IX annum Erechthei. quod fortasse melius: quanquam Eusebius non raro his prolepsibus utitur.

Ibid. *& sub hoc Mysteria cæperunt.*] Sub Erechtheo scilicet: in quem expeditionem fecit Eumolpus Thrax mysteriorum repertor. Homerus hymno in Cererem, qui hodie non extat, scribebat eodem tempore Triptolemum, Dioclen, Eumolpum, & Celeum Eleusinos regem didicisse mysteria à Cerere:

> Δεῖξεν Τριπτολέμῳ τε, Διοκλεῖ τε πληξίππῳ,
> Εὐμόλπου τε βίῃ, Κελεῷ θ᾽ ἡγήτορι λαῶν
> Δρησμοσύνην ἱερῶν, καὶ ἐπέφραδεν ὄργια πᾶσι.

Sed tres fuerunt Eumolpi: Primus iste Thrax, de quo in superioribus versibus: item tertius, & quintus ab hoc. Ab hoc postremo mysteria minuscula inventa scribunt. Acesodorus vetustissimus scriptor in Scholiis Oedipi Colonei: Κατοικῆσαι δὲ τὴν Ἐλευσῖνα ἱστοροῦσι πρῶτον μὲν τοὺς αὐτόχθονας, εἶτα Θρᾷκας τοὺς μετ᾽ Εὐμόλπου παραγενομένους πρὸς βοήθειαν εἰς τὸν κατ᾽ Ἐρεχθέως πόλεμον. Τινὲς δέ φασι καὶ τὸν Εὔμολπον εὑρεῖν τὴν μύησιν τὴν συντελουμένην κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἐν Ἐλευσῖνι Δήμητρι καὶ Κόρῃ. Ἀνδροτίων μὲν οὖν γράφει οὐ τὸν Εὔμολπον εὑρεῖν τὴν μύησιν, ἀλλ᾽ ἀπὸ τούτου Εὔμολπον πέμπτον γεγονότα. Εὐμόλπου γὰρ γενέσθαι Κήρυκα. τοῦ δὲ Εὔμολπον. τοῦ δὲ Ἀντίφημον. τοῦ δὲ Μουσαῖον τὸν ποιητήν. τοῦ δὲ Εὔμολπον τὸν καταδείξαντα τὴν μύησιν, καὶ ἱεροφάντην γεγονότα. In "his notandum μύησιν τὴν κατ᾽ ἐνιαυτὸν συντελου- "μένην esse minuscula mysteria, quum majuscula anno "quinto celebrarentur. Eumolpidas vero τῶν τελετῶν "ἐξάρχους fuisse nemo paulo eruditior ignorat. Sophocles, οὗ πότνιαι σεμναὶ τιθηνοῦνται τέλη θνατοῖσιν, ὧν καὶ χρυσέα κλῇς ἐπὶ γλώσσᾳ βέβακεν προσπόλων Εὐμολπιδᾶν. Quum igitur duæ fuerint de origine mysteriorum opiniones, prior mysteriorum inventum ad primum Eumolpum referens, altera ad Eumolpum ab eo quintum, priorem sequutus est Eusebius. Scholia "tamen Phœnissarum Euripidis aliter de Eumolpo "pronunciant, eumque unum agnoscit. "

Ibid. *Fabula Proserpinæ.*] Magnus anachronismus. Nam quantum hinc distat sæculum Thesei?

Ibid. *Fabula Proserpinæ.*] Non absimilia ex veteri scriptore fortasse Africano, refert Cedrenus 66, 30. Vise locum. Eusebius vero hic Tatianum sequitur, qui in tempora Lyncei τὴν Κόρης ἁρπαγὴν confert.

Ibid. *Aidoneus, id est Orcus.*] Tzetzes:

> --- καὶ δὴ πάλιν μολόντες
> Εἰς χώραν γῆς τῶν Μολοσσῶν, ὧν βασιλεὺς ἦν
> Ἅδης.

Ibid. *Pirithoum devoravit.*] Sic Tzetzes, qui pene hæc ad verbum refert:

Κατα-

Καταχθέντων δὲ αὐτῶν Πειρίθους μὲν ἐβρώθη τῷ τρικεφάλῳ τῷ κυνὶ, Θησεὺς δ' εἱρκτῇ κρατεῖται.

Nam quid secutus sit Hieronymus, quum Græca ita concipiantur? ᾧ τὸν Πειρίθουν ὕστερον διεχρήσατο. Certum est enim eum ὅς, non ᾧ, legisse. sed quod διεχρήσατο verterit, devoravit, fortasse ita fuit apud Eusebium, mutaverit autem Georgius. Sed hoc est divinare.

Ibid. *& ob id quasi ab inferis receptus.*] Tzetzes:

ὁ δ' Ἡρακλῆς ὡς πρὸς αὐτὸν ἦλθε ποτὲ τ' Ἅδου
τὸν Εὐρυσθέως πρόσταγμα ἀπαγαγεῖν τὸν κύνα,
Καὶ τὸν Θησέα τῶν δεσμῶν ἀπέλυσεν εὐθέως,
Ἔνθεν ἐκεῖνον ἔφασαν ἀναδραμεῖν ἐξ ᾅδου.

DCXXII, *Pelops.*] Immanis anachronismus. Neque enim his temporibus esse potuit, quum pater ejus Tantalus referatur numero DCLIV.

DCXXVIII. *Sicyoniorum Laomedon.*] Ita omnes scripti, & editi, & Excerpta Barbarolatina, & Græca. Tamen Λαμέδων, non Λαομέδων dicitur Pausaniæ, sextus decimus ab Ægialeo, qui hic est XVIII.

DCXXX. *Ea, quæ de Perseo.*] Hic locum non habet Perseus, si quidem nepos fuit Acrisii, qui XLIII annis post hoc tempus regnare cœpit.

DCXXXI. *expulso Cadmo.*] Nycteus sub Epopeo rege Sicyoniorum erat tutor Labdaci Cadmi ex filio Polydoro nepotis. Quare ante Epopea necesse est hæc contigisse: & magnum anachronismum commissum fuisse. Horum anachronismorum culpa non in Eusebium, sed in auctores, quos sequitur, conferenda est. Inde evenit, ut idem gestum pluribus locis ab eo referatur pro diversitate auctorum, quos sequitur.

DCXXXIV. *Argivorum Abas.*] Hinc Pindarus Pythico VIII Argos vocat Ἄβαντος ἀγυιάς. Scholion: Ἄβαντος δὲ ἀγυιὰς τὸ Ἄργος φησὶν, ὅτι ὁ Ἄβας ὁ Λυγκέως Ταλαοῦ πατὴρ (ἐξ οὗ ὁ Ἄδραστος) ᾤκισε τὸ Ἄργος. εἶτα μετέστη εἰς Εὔβοιαν. ὅτι δὲ Λυγκέως Ἄβας, ἐξ ἐκείνου δῆλον.

Σφαγὰς δὲ Δαναοῦ παρθένων Λυγκεὺς φυγὼν
Ἄβαντα φύει διάδοχον τυραννίδος.

DCXXXIV. *Secundum quorundam opinionem hac ætate Phrixus.*] Horum opinio recta, & rationi consentanea. Deucalion, Hellen, Æolus, Athamas, Phrixus. Generatio quinta à Deucalione, hoc est anni CXXXV circiter post numerum CCCCXCVI. Tempus convenit. Sed in Græcis est, κατὰ τούτους, id est *tempore horum regum*, sive *Heroum*. Hieronymus, *Secundum quosdam*, longe à sententia.

Ibid. *Fuit autem ei navis parata fugienti.*] In Græcis: καὶ ἐτύχησε πλοίου. *& navigium nactus est.* Ut infra de Dædalo: πλοίου λαβόμενος. quod idem est. At Hieronymus vertit, tanquam legerit ἐτύχησε πλοῖον. Et ne sic quidem procederet. Legendum enim esset, καὶ ἔτυχε πλοῖον.

Ibid. *cujus insigne aries erat.*] παράσημον, quod erat in prora: & ibi statuebatur Deus, Heros, bestia, aut aliud quid, unde nomen habebat navis. In XXVIII cap. Actorum Apostolicorum; ἐν πλοίῳ παρασήμῳ Διοσκούροις. nimirum τὸ παράσημον τοῦ πλοίου ἐν τῇ πρώρᾳ εἶχε τοὺς Διοσκούρους. Glossa Juvenalis: PEGASUS. *Trierarchi filius, ex cujus Liburnæ parasia nomen accepit.* Videtur accipere *parasiam* pro *parasemo*, si locus mendo vacat, & Liburna ea habuit παράσημον Pegasum. At Tutela statuebatur in puppe; quæ differebat à parasemo dupliciter, tum quod illius locus semper erat in prora, hujus autem in puppe: tum quod Tutela semper erat Deus, aut Dea. παράσημον erat Deus, aut Heros, aut animal, aut aliud quid. Denique navis à parasemo, non à Tutela nomen habebat. Ovidius:

Est mihi, sitque precor, flavæ tutela Minervæ
Navis, & à picta Casside nomen habet.

Nimirum Cassis erat τὸ παράσημον, & ab ea Navis vocabatur Cassis. Minerva autem, cujus erat tutela, destituta erat in puppi, aut in Aplustri. In primo Iliados, στεῦται γὰρ νηῶν ἀποκόψειν ἄκρα κόρυμβα. Scholion: ἐπειδὴ ἐπὶ τῶν ἀκροστολίων ἦσαν ἀγάλματα καὶ εἰκόνες τῶν θεῶν. Hesychius: Πάταικοι. θεοὶ, Φοίνικες οὓς ἱστᾶσι κατὰ τὰς πρύμνας τῶν νεῶν. Persius: *Ingentes de puppe Dei* --- Glossa vetus: *Navium tutelam dicit, quam in puppibus habent, vel pingunt.* Plutarchus: πυνθανόμενος τοῦ τε ναυκλήρου τοὔνομα καὶ τοῦ κυβερνήτου, καὶ τῆς νεὼς τὸ παράσημον. Nam ἀπὸ τοῦ παρασήμου nomen habebat, ut illa, in qua Paulus Apostolus navigabat, vocabatur Castores. Scio equidem de Tutela navium multos scripsisse. sed tum eos video non bene hæc distinguere: tum etiam Grammaticos τὸ παράσημον cum Tutela confundere. Græci παράσημον exprimunt, Tutelam autem non habent, quo exponant. Locus autem in prora, ubi ponebatur nomen navis, dicitur πλυχὶς Polluci, πλύχη Scholiastæ Apollonii Rhodii, qui Apollonium Alexandrinum Grammaticum ideo reprehendit, quod ἀκροστόλιον male interpretatus sit. Ἀπολλώνιος ἐν τῇ λέξεσιν ἀποδέδωκεν ἄφλαστον τὸ ἀκροστόλιον, οὐκ εὖ, ἐπειδὴ τὸ ἀκροστόλιον ἐστὶ τοῦ στόλου· στόλος δὲ λέγεται τὸ ἐξέχον τῆς πλύχης, καὶ διῆγον ἄχρι τῆς πρώρας ξύλον. πλύχη δὲ λέγεται, ὅπου τὸ τῆς νεὼς ἐπιγράφεται ὄνομα. Ergo nomen non in puppi, sed in prora inscribebatur. Itaque Centaurus in V Æneidos dicta fuit ab animali, quod proræ impositum erat, ut Capricornus in veteri inscriptione Romana:

D. M.
L. ANNIO. SEVERO. MIL.
CLASSIS. PR. MISENESIS
EX. CAPRICORNO. TRIERE.

Capricornus scilicet vocabatur ab animali, quod in prora destitutum erat.

Ibid. *Palæphatus affirmat Arietem vocatũ nutritorem ejus.*] Nutritorem Phrixi Arietem vocatum scribit Scholiastes Apollonii lib. IV: Διονύσιος ὁ Μιτυληναῖος ἄνθρωπόν φησι γενέσθαι παιδαγωγὸν τοῦ Φρίξου ὀνόματι Κριόν. Est enim τροφεὺς, sive nutritor, idem, qui pædagogus: quem infima vetustas *Bajulum* vocat, ut apud Gregorium Turonensem & alios. Scholia Ajacis μαστιγοφόρου. Παιδαγωγὸς καὶ παιδοτρίβης ὁ λεγόμενος βαίουλος. ut apud Comicum, *quem ego parvulum gestavi.* Inde enim *Bajulus*, & *Bajula*. Unde Italis hodie *Balia*. Dicitur & *Pappas*. Juvenalis: *Discipuli custos præmordet Acœnonetus.* Glossa vetus: *Eunuchus pædagogus, proprium pappatis.* Nam pappas est nutritor, sive bajulus. Juvenalis: --- *timidus prægustet pocula pappas:* qui scilicet alumnum vocabat Dominulum suum. Digestis de legatis lib. XXXII. l. 41. §. 4. *Publio Mævio Dominulo meo.*

Ibid. *Palæphatus.*] Palæphati nomen habebat in animo, locum vero alius auctoris. Est σφάλμα μνημονικόν. Nam Palæphatus non τροφέα, sed ἐπίτροπον τῶν χρημάτων vocat. Ἀθάμας ὁ Αἰόλου τοῦ Ἕλληνος ἐβασίλευσε τῆς Φθίας. ἦν δὲ αὐτῷ ἀνὴρ ἐπίτροπος τῶν χρημάτων, ὃν μάλιστα πιστὸν ἡγεῖτο, ὀνόματι

ὀνόμαζε Κρέος. Multum differt Dispensator à pædagogo, aut bajulo. In Aldino exemplari Palæphati excusum est Ἀθάμας ὁ στόλος τῶν Ἑλλήνων. Unde jocula- riter interpres vertit: *Athamas Græcorum exercitus profectus erat.* Saltem classem debuisset vertere.

DCXXXVII. *Lamprides ann.* XXXII.] Ita etiam Excerpta Barbarolatina. Sed Græca Africani ἔτη λ̄.

DCXLII. *Aegyptii per nonamdecimam Dynastiam.*] Sic major pars PR. Sed quidam eorum habent, *Post* XVIII *Dynastiam.* Aliter Edit. & POST. & Marianus. Hanc quoque XIX Dynastiam non majore fide tractavit, quam superiorem. Ut enim tempora Thuoris regis Trojano excidio congruerent, de hac Dynastia unum regem, & novem annos expunxit.

Ibid. *Suo imperatore uti cœperunt.*] Fortasse in Græcis fuerat αὐτοκρατορεύεσθαι ἤρξατο. An non & aliæ Dynastiæ suos αὐτοκράτορας, aut βασιλεῖς habuerunt? „ Ego hæc non capio, & POST. lectionem præfero, „ quæ habet Ægypti XIX *Dynastia, quorum primus Se-* „ *thus ann.* LV.

Ibid. *Sethus ann.* LV.] Ita BONG. & omnes PR. & Græca prioris libri Eusebiana, Σεθὼς ἔτη νη̄. Sed omnes Edit. POST. & Marianus male Zethus.

DCXLVI. *Bellum, quod sub Eumolpo.*] Apollodorus: καὶ πολέμου ἐνστάντος πρὸς Ἀθηναίους, ὑπὸ Ἐλευσινίους, ἐπικληθεὶς (ὁ Εὔμολπος) ὑπὸ Ἐλευσινίων μετὰ πολλῆς συνεμάχει Θρακῶν δυνάμεως. Pausanias Atticis meminit, item alibi. Meminerunt & alii. Clemens sub Proeto contigisse ait: κατὰ δὲ Προῖτον ὁ Εὐμόλπου πρὸς Ἀθηναίους πόλεμος. Acesodorus apud Scholiasten Oedipodis Colonei: Θρᾷκας τοὺς μετὰ Εὐμόλπου παραγενομένους πρὸς βοήθειαν εἰς τὸν κατ' Ἐρεχθέως πόλεμον. Vide Etymologicum in Βοηδρόμια, item in Ἐσχατιῶτις. Si bellum susceptum fuit in Erechtheum, non dubium, quin ad tempora Erechthei conferendum sit. Ion Xuthi filius electus fuit πολέ- „ μαρχος illius expeditionis adversus Thracas. Ti- „ resias apud Euripidem Φοινίσσαις dicit bellum Eu- „ molpi tum fuisse, quum septem ad Thebas pugna- „ rent, qui est maximus hiatus temporis, & me tacente „ vetus Scholion hoc arguit. τέσσαρσι γενεαῖς τοῦ Θη- „ βαϊκοῦ πολέμου πρεσβύτερός ἐστιν ὁ πρὸς Ἐρεχθέα πό- „ λεμος. Ἐρεχθέως μὲν γὰρ Πανδίων, οὗ Αἰγεύς, οὗ Θησεύς, „ ὁ τῶν ἐν Καδμείᾳ πεσόντων σώματα ἀνελόμενος, &c. „ Quare peccat Euripides μεταχρονισμῷ τεσσάρων „ γενεῶν, ut Virgilius προχρονισμῷ trecentorum an- „ norum, quæ sunt γενεαὶ novem, dum Æneæ tempus in „ primordia Karthaginis conjicit. Cæterum Græcorum partem postremam omisit Hieronymus. ἀφ' οὗ οἱ Εὐμολπίδαι Ἀθήνησι. vide quæ ad numerum DCXIX.

DCXLVIII. *Melampus.*] Melius hæc ad regnum Proeti referrentur, cujus filias à furore curavit Melampus. Nam homines tunc floruisse Chronologi dicunt, quum aliquod eorum gestum referunt.

DCLXIX. *In Dardania.*] Majorem partem omisit Hieronymus. Consulas Græca.

DCL. *Apud Pythium.*] Ita omnes scripti, quos vidimus. In Græcis Πυθοῖ. id est in urbe Pythone, aut in urbe Pytho. ἡ Πυθώ. Male editiones Pythiam: Hoc solo nomine τὴν Πυθοῖ Ἀπόλλωνος ἱέρειαν dictam fuisse nemo ignorat. Sed Hieronymus semper, quod Græce est Πυθοῖ, *apud Pythium* vertere solet. Vide numerum DCCXXXV.

Ibid. *Vates prima Phemonoë.*] Propterea πρόμαντις πρώτη dicta est Pausaniæ. μεγίστη δὲ καὶ παρὰ πλείστων ἐς Φημονόην δόξα ἐστὶν, ὡς πρόμαντις γένοιτο [ἡ Φημονόη] τοῦ θεοῦ πρώτη, καὶ πρώτη τὸ ἑξάμετρον ᾖδεν. Notum vero primum Hexametrum, quod primo afflatu effudisse dicitur: συμφέρετε πτερά τ' οἰωνοὶ, κηρόν τε μέλισσαι. Non convenit inter Scriptores de temporibus Phemonoës. Hic statuitur Phemonoë sub Abante Argivorum rege: aliis sub Acrisio. Clemens: καὶ ἐάν τις ἡ μὲν λέγη Φημονόην πρώτην χρησμῳδῆσαι Ἀκρισίῳ, ἀλλὰ ἴσω, ὅτι μετὰ Φημονόην ἔτεσιν ὕστερον εἴκοσι ἑπτὰ οἱ περὶ Ὀρφέα, καὶ Μουσαῖον καὶ Λίνον τὸν Ἡρακλέους διδάσκαλον.

Ibid. *hexametris versibus.*] Idque Hexametrum primum fuisse, quod supra retulimus, cujus generis inventrix fuerit ipsa. Eustathius in prolegomenis: μάλιστα δὲ σὺν ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ ἡρωΐζοντας, ὧν κατάρξαι λέγεταί τις Φημονόη γυνὴ, προφῆτις Ἀπόλλωνος. Alii dicunt non heroi carminis auctorem fuisse, sed primam heroo carmine vaticinatam, in quibus est Eusebius noster, & Clemens. Carminis vero heroici inventum ad feminas quidem, sed vetustiores refert Clemens Alexandrinus: ἔτι φασὶ τὸ ἡρῷον Φανοθέαν τὴν γυναῖκα Ἰκαρίου, οἱ δὲ Θέμιν μίαν τῶν Τιτανίδων εὑρεῖν.

DCLII. *Phrygas rexit Tantalus, qui prius Maones vocabantur.*] Ex his verbis Hieronymi suspicio incessere posset, tunc primum vocatos Mæonas, quum illis imperare cœpit Tantalus. Sane Græca nihil aliud ostendunt, quam imperasse Phrygibus, qui & Mæones quoque vocentur. Sed aut Eusebius, aut auctor, unde hæc habuit, frustra Phrygiæ attribuit, quod est Lydiæ. Lydia enim, non autem Phrygia, dicta fuit Mæonia à Mæone fluvio. Itaque est hallucinatio.

DCLIV. *Ob raptum Ganymedis.*] Aliam rationem rapti Ganymedis habes in Quisquiliis Cedreni à 98, 55, usque ad 99, 19. (quæ & apud Suidam leguntur) ex bono auctore, fortasse Africano, nisi quibusdam verbis à mutilatore incrustata essent. Paulus Orosius lib. primo, cap. XII. hanc periochen adumbravit: *Non mihi nunc enumerare opus est Tantali & Pelopis facta turpia, & fabulas turpiores: quorum Tantalus rex Phrygiorum Ganymedem Trois Dardaniorum regis filium quum flagitiosissime rapuisset, majore conserti certaminis fœditate continuit, sicut Phanocles poëta confirmat, qui maximum bellum excitatum ob hoc fuisse commemorat, &c.* Est paraphrasis verborum Eusebii, ex cujus fide hæc recitat, non quod Phanoclem Poëtam unquam legerit, ne Eusebius quidem ipse, sed potius auctor, à quo Eusebius desumpsit.

Ibid. *Troi patri Ganymedis, & Tantalo.*] Alii non Troi, sed Ilo Ganymedis fratri. Scholia Lycophronis pag. 60. ἕτερος δέ τις ἱστορικὸς οὕτω λέγει, τὸν τόπον (Γεζινοῦντα) κληθῆναι ἀπὸ τοῦ πολλοὺς ἐκεῖ πεσεῖν ἐν τῇ συμβολῇ τοῦ πολέμου, ὅτε διὰ τὴν ἁρπαγὴν Γανυμήδους ἐμάχοντο Τάνταλος ὁ ἐραστὴς Γανυμήδους, καὶ Ἶλος ὁ ἀδελφός.

Ibid. *raptrix Aquila.*] Epiphanius ait raptum à Iove & conjectum in navem, cujus insigne fuerit Aquila: μηδέποτε ἀετὸς γενόμενος, ἀλλὰ ἐν πλοίῳ παρασήμῳ Ἀετῷ ὀνομαζομένῳ διὰ τὸ τάχος, Τροίαν παραπλεύσας, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ βασιλέως Τρώων Γανυμήδην ἁρπάσας τὴν φθορὰν ἀπειργάσατο.

Ibid. *ut scribit Phanocles.*] Nimirum in poëmate, cui titulum fecerat Ἔρωτες, ἢ καλοί. Argumentum erat τὰ παιδικὰ, παῖδες ἐρώμενοι, παῖδες ἡρπαγμένοι, & ejusmodi ἑλληνικῆς λαγνείας παροψωνήματα. Omnino huc referenda ex Plutarcho lib. IV, cap. V. συμπόσ. καὶ Φανοκλῆς ἐρωτικὸς ἀνὴρ ὧδέ πως πεποίηκεν,

Εἰδὼς θεῖον Ἄδωνιν ὀρειφοίτης Διόνυσος
Ἥρπαζεν, ἠγαθέην Κύπρον ἐποιχόμενος.

quod distichon quis negare audeat non longe abfuisse ab eo loco, quem in animo habebat Eusebius? Itaque mirifice hæc Eusebiana hoc Plutarchi testimonio illustrantur. Extant etiam Elegia aliquot apud Stobæum de Orpheo pæderaste à mulieribus discerpto. Ex eodem quoque tanquam aurum ex sterquilinio illud est elegion:

Ἀλλὰ τὸ μοιράων νῆμ' ἄλλυτον οὐδέ πη ἐστὶν
Ἐκφυγέειν, ὅσσοι γῆν ἐπιφερβόμεθα.
Parcarum non quimus inexuperabile filum,
Munere quot terræ vescimur, effugere.

Ibid. *Frustra igitur Iovis fabula.*] Μάτην ἄρα τοῦ Διὸς ὡς ἀετοῦ τοῦτον ἁρπάσαντος ὁ μῦθος κατεψεύδετο. *Falso igitur fabula insimulat Iovem tanquam Aquilam illum rapuisse.* Vult dicere διὰ τὸ ὀξὺ τῆς ἁρπαγῆς Iovem Aquilam vocatum.

Ibid. *Iovis fabula & raptrix Aquila.*] Apud Cedrenum: ἐντεῦθεν ἐμυθεύσαντο τὸν Δία γενόμενον ἀετὸν, διὰ τὸ τῆς ἁρπαγῆς ὀξὺ, τὸν Γανυμήδην ἀναλαβεῖν „ εἰς τὸ οἰνοχοεῖν αὐτῷ. quæ procul dubio sunt Afri„ cani. Sed diversas hujus rei opiniones habes apud Eustathium Ἰλιάδ. Υ. τινὲς δέ φασιν ὑπὸ τοῦ Ταντάλου αὐτὸν ἁρπαγῆναι, καὶ ἐν κυνηγεσίῳ πεσεῖν, καὶ ταφῆναι ἐν τῷ Μυσίῳ Ὀλύμπῳ. οἱ δὲ ἱστοροῦσιν ὑπὸ τοῦ Μίνωος ἁρπαγῆναι, καὶ τὸν τῆς ἁρπαγῆς τόπον Ἁρπάγιον κληθῆναι. φασὶ δὲ καὶ ὅτι βιαζόμενος κατεκρήμνισεν ἑαυτόν. τῷ δὲ πατρὶ ἐπέμφθη πλάσμα, ὅτι θύελλα καὶ νέφος ὑφήρπαζεν αὐτὸν οἰνοχόον τῷ Διΐ.

Ibid. *Tityus convixit Tantalo.*] συνεχρόνιζεν. *æqualis tempore fuit, contemporaneus fuit.* Est argumentum Clementis Alexandrini ex primo Stromateo. Latona fuit temporibus Tantali. Nam Tityus, qui contemporaneus fuit Tantalo, fuit contemporaneus Latonæ, utpote cui vim inferre voluerit. Sed prius probandum erat Clementi τὸν Τιτυὸν συγχρονίσαι τῷ Ταντάλῳ, quod ἀναπόδεικτον reliquit. Pelasgus, Lycaon, Orchomenos, Elara, Tityus. Orchomeni autem soror Callisto mater Arcados. Arcas itaque & Callisto erant ἀνεψιάδαι, ex fratre & sorore prognati. Erant igitur σύγχρονοι Elara mater Tityi, & Arcas. Sed Arcas erat numero DXXII. à quo, ad hoc tempus, nimirum ad numerum DCLIV, intercedunt anni CXXII. Tantum temporis à matre Elara, ad Tityon fluxisse neque concedimus, neque verum est. Non igitur his temporibus vixit Tantalus: aut, si vixit, non fuit æqualis Tityo. Atqui tempora congruunt Tantalo. non igitur Tityo. Quod autem legitur hic *Tityo*, id in POST. est *Tityoni.* quæ si vera est lectio, non solum mirus fuerit metaplasmus, Τιτύων ἀντὶ τοῦ Τιτυὸς, sed etiam ἀλογία, ut eodem loco, qui paulo ante Τιτυὸς, idem Τιτυὼν vocetur.

Ibid. *qui cum Hercule servivit Admeto.*] Hæc in procemio Eusebii, ubi ejusdem fabulæ injicitur mentio, tetigimus, ubi produximus verba Clementis, unde hæc deprompsit Eusebius: quæ sunt ex quodam vetere Poëta, quæ non multum ab his aberant:

Ἀδμήτῳ δὲ ἄναξ θητεύσε Φοῖβος Ἀπόλλων
Σύν τε καὶ Ἡρακλεῖ κρατερῷ μέγαν εἰς ἐνιαυτόν.

Sed Herculem cum Apolline Admeto servivisse tantum abest, ut uspiam legerim, ut ne unquam Admeto servivisse meminerim. Quærant igitur studiosi, quod ingenue fatemur nos ignorare.

DCLXI. *sub quo celebrata sunt Isthmia.*] Ita etiam Græca ἐφ' οὗ, *cujus temporibus*, vel, ut Hieronymus, *sub quo.* Sed est error Eusebii procul dubio, qui ἐφ' οὗ scripsit, pro ἐφ' ᾧ. *propter quem*: Nam explodat, si dicam sub Melicerta ludos Isthmia celebratos, qui eo mortuo propter eum instituti. Clemens: Γλαῦκος ἐπὶ Μελικέρτῃ Ἴσθμια ἔθηκεν. Certo certius est auctorem, unde hausit Eusebius, ἐφ' ᾧ, non ἐφ' οὗ scripsisse. Sed epocha vera priorum Isthmiorum Glauci convenit numero DCLVII, anno primo Proeti Argivorum regis, ut extat in optimo Chronico, quod in calcem Canonum Isagogicorum rejecimus. Glaucus vero Sisyphi filius, qui primus Isthmia celebravit, fuit pater Bellerophontis, qui erat sub Proeto, ut in hoc tempus recte hæc conferantur. Itaque propius absunt à vera epocha PR. quam POST. qui assignant num. DCLXV.

DCLXVIII. *à quo Sicyonii nuncupati sunt.*] In Excerptis Barbarolatinis: *Sicyoniorum, qui nunc Elladii vocantur.* quorum Græca sunt in Farragine Cedreni: εἰς Σικυωνίτας τοὺς Ἑλλαδικοὺς μετεπεκλήθη. Suidas: Σικυὼν ἡ νῦν Ἑλλὰς καλουμένη. Hoc alibi me legere non memini. Alibi Cedrenus 99, 10. βασιλεία Ἑλλήνων, ἤτοι Πελοποννησίων. Scio quidem sub Romanis Ἀχαΐας nomine τὴν Ἑλλάδα intelligi. Sed hoc nihil ad hunc locum.

Ibid. *Hoc tempore Pelops.*] Recte Pelops cum Sicyone comparatur: quia quidam Pelopis filium Sicyonem esse dixerunt, in quibus Ibycus, auctor Pausanias.

DCLXXI. *Erechthei frater Perseus.*] Erechthei fratrem fuisse Perseum neque verum est, neque extat in Græcis Eusebianis. Unde habeat Hieronymus, quærendum. Nam ita habent omnes scripti & editi Codices: ut omnis suspicio mendi absit. Sed manifesta luxatio “ commissa est. Nam legendum *Cecrops secundus Erech-* “ *thei frater ann.* XL. Sed ne sic quidem historiæ consu- “ litur. Nam Cecrops ὁ δεύτερος erat πρεσβύτατος “ τῶν Ἐρεχθέως παίδων. Si Cecrops iste erat maximus “ natu filiorum Erechthei, quomodo ejus frater potuit “ esse? Itaque quod remedium huic incommodo pare- “ tur, non video, præsertim quum omnes veteres libri “ constantissime hanc lectionem retineant. “

Ibid. *Gorgona.*] Metaplasmus Hieronymianus. Γοργὼν Γοργόνος Hieronymo est Gorgona. At Γοργὼ Γοργοῦς eidem est Gorguns Gorguntis, miro metaplasmo, in fine lib. I. in Iovinianum: *Cleobulinam, Gorguntem, Timocliam.* Pro eo quod hic est *mentis inopes*; quidam codices melius meo judicio, habent *impotes.* Petavian. *impotentes.*

DCLXXV. *sive, ut Palæphatus scribit.*] Cujus verba hæc: Βελλεροφόντης ἦν φυγὰς ἀνὴρ τὸ γένος Κορίνθιος, καλὸς καὶ ἀγαθὸς, ὃς πλοῖον κατασκευάσας μακρὸν ἐληΐζετο τὰ παραθαλάσσια χωρία. ὄνομα δὲ ἦν τῷ πλοίῳ Πήγασος, ὡς καὶ νῦν ἕκαστον τῶν πλοίων ὄνομα ἔχει. Μᾶλλον δὲ δοκεῖ πλοίῳ, ἢ ἵππῳ ὄνομα εἶναι Πήγασος. Intelligit τὸ παράσημον τῆς νεὼς habuisse Pegasum, unde navis vocata fuerit. A figuris enim, quæ proræ imponuntur, & dicuntur παράσημα, naves ipsas vocari solitas supra ostendimus ad numerum DCXXXIV. Quod quum ita sit, si Pegasus non est equus, quid igitur erat illud, quod proræ impositum nomen navi dedit? Oportet enim Pegasum, aut hominẽ, aut bestiam, aut aliud quid esse, quod παράσημον navis constitueret. Ita Liburna illa Trierarchi patris Pegasi Jurisconsulti habebat παράσημον equum alatum nomine Pegasum: unde non solum Liburna Pegasus dicta fuit à parasemo suo, sed & filius Trierarchi clarissimus Jurisconsultus, & honoribus omnibus splendidissime functus Pegasus vocatus fuit. Si igitur parasemon navis Bellerophontis non habebat equum alatũ Pegasum, quæro quid proræ impo-

impositũ fuerit, quod Pegasus diceretur, & à quo ipsum quoque navigium eodem nomine appellatum fuit.

Ibid. *Bellerophontis navis.*] Isaacius Tzetzes in Lycophrona: κάκεῖν৫ δὲ οὐκ ἦν ἵππ৫, οὐ γάρ ἐστιν ὅπου τις ἐπτερωμένον ἵππον εὑρήσει. ἀλλὰ πλοίῳ ἐμβὰς, ὃ πτερὰ τυγχάνει τὰ λαίφη. Iohannes ejus frater in versibus politicis:

Καὶ ἵππ৫ δὲ ὁ Πήγασ৫ ὁ τοῦ Βελλεροφόντου,
Ὃν περ οἱ μῦθοι πλάττουσι τῶν πτερωτῶν ὑπάρχειν,
Μέθ' οὗ περ κατειργάσατο τὰ τρόπαια ἐκεῖνα,
Τριήρης ἦν ὁλκὰς κούφη, λαίφη πτερὰ λαχοῦσα,
Καὶ δι' ὑδάτων τρέχουσα θαλάσσης πηγαζόντων.

Ridicula vero ἐτυμολογία, dictum Πήγασον διὰ τὴν θάλασσαν πηγάζουσαν. ὕδωρ πηγάζον scio quid sit, θάλασσαν πηγάζουσαν qui dicere possimus, non video.

DCLXXIX. *His temporibus Cyrene.*] Condita est decima septima generatione à Medea, ut alibi diximus ex Pindaro. At nondum Medea erat. Ridiculum ergo. Hæc omnia, quæ de eadem re bis, ter, quater repetuntur ab Eusebio, sunt ex diversis auctoribus. Non enim ea est culpa Eusebii: tantum abest: ut potius eo nomine illi plurimum debeamus, quod quę sparsa erant apud auctores, cum suis epochis signata in hunc Canonem suum conjecerit. Neque aliter debent facere, qui Canones Chronicos scribunt. Hoc unum non laudo, quod nomina auctorum, unde excerpsit, non apposuit.

DCLXXXII. *Ion vir fortis.*] Tatianus quoque τὸν δεύτερον Κέκροπα καὶ τὴν Ἴων৫ εἰς τὰς Ἀθήνας ἄφιξιν in tempora Acrisii regis Argivorum confert. neque aliter potuit, quum Ion fuerit Erechthei nepos ex filia Creusa.

Ibid. *vir fortis.*] Πολέμαρχ৫. Certe non idem est vir fortis & πολέμαρχ৫. & qui alterutrum fuerit, alterum esse necessario non statim sequitur. Vertendum erat, *imperator.* Creatus enim fuit ab Atheniensibus imperator, quum summa belli administrandi tradita illi fuit, quod cum Atheniensibus Eleusinii sub Eumolpo gesserunt. Pausanias Corinthiacis: ἐκβληθῆναι δὲ αὐτὸν ὑπὸ Ἐλευσίν৫ ὑπὸ Ἴων৫, ὅτε Ἴων Ἀθηναίοις ὁ Ξούθου πολέμαρχ৫ τοῦ πρὸς Ἐλευσινίους ᾑρέθη πολέμου. Sed hæc debebant potius rejici in numerum DCXLVI, quando bellum sub Eumolpo gestum fuit. Tunc enim Ἴων creatus πολέμαρχ৫.

„ Ibid. *Ion vir fortis*] Vertendum erat: *Ion dux belli*
„ *creatus Athenienses Ionas à se nominavit.*

Ibid. *Athenienses Iones vocavit.*] Vide omnino Harpocrationem in Ἀπόλλων πατρῷ৫.

DCLXXXV. *Hoc tempore gesta Persei.*] Perseus, quum fuerit Acrisii ex Danaë filia nepos, non habet hic locum, sed minimum XL annis ab hoc numero. Tamen respondebitur, sub Proeto, cui successit Acrisius, Bellerophontem ab uxore Proeti attentatæ pudicitiæ insimulatum fuisse. Ne hoc quidem liberat Græcos inconstantiæ crimine, qui jam adultum sub Proeto Persea faciunt, qui non debuit nasci nisi sub Acrisio.

„ DCLXXXVI. *Dionysius, qui & Liber pater*] Non dici-
„ tur Διονύσι৫, sed Διόνυσ৫. Nam alterum est no-
„ men proprium virile. & tamen omnes Codices ha-
„ bent *Dionysius*, non *Dionysus*. Doctos quoque nostri
„ ævi eodem in errore esse video, qui Liberum patrem
„ Dionysion, non Dionyson vocant. Corrigẽdus error.

• Ibid. *Nysam urbem.*] Quot urbes huic cognomines fuerint, pete ex Stephano, Hesychio, & aliis. Omnes illæ Liberum patrem sibi vindicant, & à se denominatum volunt. Mirum vero τοῦ Διονύσου ἔτυμον protulit Nonnus, quod scilicet Iupiter in femore insutum gestans ea parte claudicaret propter oneris gravitatem. Claudum autem lingua Syracusana νῦσον vocari. Unde Διόνυσον dictum, quasi Iovis claudicationem.

Πατρῴην ἐπέθηκεν ἐπωνυμίην τοκετοῖο
Κικλήσκων Διόνυσον, ἐπεὶ ποδὶ φόρτον ἀείρων
Ἠϊε χωλαίνων Κρονίδης βεβριθότι μηρῷ,
Νῦσ৫ ὅτι γλώσσῃ Συρακοσσίδι χωλὸς ἀκούει.

Quæ ridenda magis, an confutanda sint, nescio. Quur enim potius Syracusana lingua, quam alia, præsertim quum de tot urbibus, quæ Nysæ vocantur, nulla ejus nominis fuerit in Sicilia? Neque minus ridiculi Grammatici: Διόνυσ৫, quasi Διόνυσ৫, ἐπειδὴ βασιλεὺς ἐγένετο Νύσσης. Δεῦνον γὰρ τὸν βασιλέα λέγουσιν οἱ Ἰνδοί, ὡς Ἰόβας. Tzetzes:

Κατ' Ἰνδοὺς δὲ Διόνυσ৫ δεῦν৫ καὶ ἄναξ Νύσσης.

DCLXXXIX. *Fuerunt autem duro corde, & ut ita dixerim, saxei.*] οὓς εὐλόγως ὑπολητέον ἠλιθίους τινὰς ἀνθρώπους. λιθίνους pro ἠλιθίους legit Hieronymus. Ne- "
que dubitamus eam veram lectionem esse. "

DCXCIV. *Navi, cujus insigne fuit Taurus.*] Parasemon erat Taurus in prora destitutus. Unde navis vocabatur Taurus: siquidem à parasemo suo naves nomen nanciscebantur. Non mirum ergo, si à Tauro rapta dicatur. Omisit vero Hieronymus Græca, ὡς Ἡρόδοτος φησίν. Herodotus ait, quod à Phœnicibus rapta fuerit Io, propterea Græcos hanc injuriam ulturos Europam rapuisse. Item dixit Lycophron, atque adeo navigio avectam, cujus insigne fuerit Taurus:

Αὖθις γὰρ ὕβριν τὴν βαρεῖαν ἁρπαγῆς
Κρῆτες ἀντίποινον Ἰδαῖοι κάπρει
Ζητοῦντες αἰχμάλωτον ἤμπρευσαν πόριν
Ἐν ταυρομόρφῳ τράμπιδ৫ τυπώματι
Σαραπτίαν Δικταῖον εἰς ἀνάκτορον
Δάμαρτα Κρήτης Ἀστέρῳ στρατηλάτῃ.

Similiter Taurentum Massiliotarum ita dictum, quod, qui illud condiderunt, navi avecti fuerant, cujus insigne erat Taurus. Stephanus: Ἀπολλόδωρ৫ ἐν πρώτῃ γεωγραφουμένων φησὶν, ὅτι ταυροφόρ৫ ἦν ἡ ναῦς οἱ Μασσαλίωτα ἐκ τὴν πόλιν κτίσαντας, οἱ ἀποῤῥιφέντες ἀπὸ τοῦ στόλου τῶν Φωκαέων, καὶ προσενεχθέντες αὐτόθι ἀπὸ ἐπισήμου τῆς νεὼς τὴν πόλιν ὠνόμασαν. Ideo hæc produximus, ut nobis viam sternant ad ea, quæ alibi de Trieribus dicemus.

DCXCVI. *Pelops.*] Tatianus quoque τὴν Πέλοπ৫ διάβασιν ἀπὸ Φρυγίας in Acrisii tempora contulit.

DCXCVII. *Aegyptiorum Ramses.*] Ita omnes scripti, & Editiones. Tamen Græca Eusebii Ῥάψης. Græca Africani Ῥαψάκης: quo nomine vocabatur magister militiæ Sennacheribi Assyriorum Regis. Isaiæ XXXVI.

Ibid. *ann.* LXVI.] In Græcis Africani ξα.

Ibid. *Ea, quæ de Spartis.*] Quia paulo ante, DCXCIII Cadmum posuerat, consentaneum, ut Spartos paulo post subjiciat.

Ibid. *ex omni parte consluctus.*] Omnes PR. *confluitos.* BONG. *conflatus.* PR. Edit. & PET. *confluentes.* Marianus, *conflictus*, nos putamus, *confluctus.* quia substantivum nomen esse oportet, ut antecedens. Sed ne sic quidem mihi satisfacio, vel potius ipse Hieronymus, qui sententiam quidem Eusebii reddidit, sed multum à verborum tenore discessit, ut & ipse Eusebius à verbis Palæphati: quem consulas licet. Fortasse *confluentes* non est aspernandum. ut confluentes dicuntur ἡ συμβολὴ τῶν ποταμῶν, *Confluentes fluviorum.*

Ibid. *Midas.*] Non est tam vetustus. Propterea alibi ponitur numeris MCCLXXX, MCCCXX.

Ibid. *Ilium ab Ilo condita.*] Optimum Chronicon apud Clementem assignat VI annis antea, numero DCXCI. At FR. & Edit. pessime numero DCCIX. Secundum illud eximium Chronicon Ilium conditum fuerit anno, quo Olympia Pelopis celebrata fuerunt, numero DCCI. ut optime habet PET. Cod.

DCCV. *Perseus Acrisio.*] In reliquiis prioris libri Perseo primo Mycenarum regi attribuuntur anni VIII, totidem filio ejus Sthenelo. Hic vero post octo annos ab imperio Argivorum Mycenas translato consurgit initium Eurysthei Stheneli filii Persei nepotis. Aut igitur ne unum quidem annum regnavit Perseus, & proinde in reliquiis prioris libri perperam illi octo anni attribuuntur, aut, quod non dubito, simul cum filio Sthenelo octo illos annos regnavit. Porro in veteribus libris hic relictum erat spatium vacuum octo annorum, neque annis Stheneli digestis, neque nomine ipsius apposito: quæ nos suo loco restituimus.

DCCXIII. *Eurystheus ann.* XLIII.] Initium Eurysthei numero DCCXIII. initium Atrei DCCLVI. Intervallum, anni XLIII. Tot igitur annos illi assignamus. Termini enim nos in ordinem redigunt, ut neque plus, neque minus annorum illi attribuamus. Inepte igitur omnes editi & scripti, & Marianus annos XLV Eurystheo dant. Quare oportet vetustissimum mendum esse.

DCCXIV. *Laius Chrysippum rapuit.*] Apollodorus: ὁ δὲ (Λάϊος) ἐν Πελοποννήσῳ διατελῶν ἐπιξενοῦται Πέλοπι, καὶ τούτου παῖδα Χρύσιππον ἁρματοδρομεῖν διδάσκων ἐρασθεὶς ἀναρπάζει. Notissima est historia. Alii in puteum à fratribus projectum dicunt Hippodamiæ matris instinctu. Tzetzes in versibus politicis:

> Ἀτρεὺς, Θυέστης ἀδελφοὶ, καί τινες ἄλλοι πλείους,
> Παῖδες οἱ πάντες Πέλοπος, καὶ τῆς Ἱπποδαμείας,
> Χρύσιππος τούτοις ἀδελφὸς ἐξ Ἀξιόχης νόθος,
> Ὅν περ φθονοῦντες τῷ πατρὶ τιμώμενον ἀμέτρως,
> Ἱπποδαμείας ταῖς βουλαῖς Ἀτρεύς τε καὶ Θυέστης
> Εἰς φρέαρ ἀποπνίγουσιν. ὅπερ μαθὼν ὁ Πέλοψ
> Ἀπ' ὀφθαλμῶν ἐποίησε πάντας αὐτοῦ τοὺς παῖδας.
> Ὁ δὲ χρησμὸς τὸν Λάϊον φησὶ τοῦτον ἁρπάσαι.

Oraculum, quod in mente habebat Tzetzes, quum hæc scriberet, in quo Chrysippi à Laio rapti mentionem fieri monet, apponemus:

> Λάϊε Λαβδακίδη, παίδων γένος ὄλβιον αἰτεῖς,
> Δώσω τοι φίλον υἱόν. ἀτὰρ πεπρωμένον ἐστὶ
> Σοῦ παιδὸς χείρεσσι λιπεῖν φάος. ὡς γὰρ ἔνευσε
> Ζεὺς Κρονίδης Πέλοπος στυγεραῖς ἀραῖσι πιθήσας,
> Οὗ φίλον ἥρπαξας υἱόν. ὁ δ' ηὔξατο σοὶ τάδε πάντα.

Ibid. *Templum in Eleusina ædificatum.*] Tatiano sub Lynceo Rege ἡ τεμένους ἐν Ἐλευσῖνι καθίδρυσις. Ab initio Lyncei, ad hunc annum, intervallum est annorum CXXII. Sed tunc vivebat Eumolpus Thrax. hoc vero tempore Eumolpus ab illo Thrace quintus. & hunc abnepotem Mysteriorum Eleusiniorum auctorem supra docuimus: & proinde sequitur & Eleusinium fanum ab eo conditum. neque de hoc dubitandum: præsertim quum alii primum illum Thraca, alii hunc postremum mysteria docuisse scribant. Tres autem Eumolpos fuisse eodem loco diximus.

DCCXX. *Dinarchus poëta.*] Hunc Dinarchum poëtam
„ ego non magis agnosco, quam Liberum patrem, præ-
„ lio cum Perse commisso, ab eo interfectum fuisse.
„ Hoc alibi non leges. Et certe Kephallion historicus
„ libro priore hujus operis Eusebiani scribit Persea
„ metu Bacchi fugisse. καὶ ἀφικνεῖται Περσεὺς ὁ Δανάης
„ εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ ναῦς ἄγων ϛ. ἔφευγε δὲ ὁ Περ-
„ σεὺς Διόνυσον τὸν Σεμέλης υἱέα. Qui adeo Bacchum
„ metuebat, ut fuga sese ab eo abduceret, qui potuit, aut ausus fuit cum eo congredi? & quod “
minus est, eum interficere? “

Ibid. *juxta Apollinem aureum.*] Ἐς δὲ τὸν ναὸν τὸ ἐσωτάτω παρέχουσί τε ἐς αὐτὸ ὀλίγον, καὶ χρυσοῦν Ἀπόλλωνος ἕτερον ἄγαλμα ἀνάκειται. Pausanias. quem tamen minor illud Bacchi sepulcrum omisisse. Græca prioris libri plura concipiunt: παρὰ τὸν Ἀπόλλωνα τὸν χρυσοῦν, ἔνθα καὶ τὸ ὅπλον ἀνάκειται) Αὐγούστου Καίσαρος καὶ Νέρωνος ἡ κιθάρα. Quin autem Diodorus ex his Philochori de Baccho eadem descripserit, non dubitabit, qui alterius verba cum illius verbis contenderit ex lib. quarto: καὶ τὸν μὲν ἐκ Σεμέλης γενόμενον ἐν τοῖς νεωτέροις χρόνοις φασὶ τῷ σώματι γενέσθαι τρυφερὸν καὶ παντελῶς ἁπαλὸν, εὐπρεπείᾳ δὲ πολὺ τῶν ἄλλων διενεγκεῖν, καὶ πρὸς τὰς ἀφροδισιακὰς ἡδονὰς εὐκατάφορον γεγονέναι. κατὰ δὲ τὰς στρατείας γυναικῶν πλῆθος περιάγεσθαι καθωπλισμένων λόγχαις τεθυρσωμέναις. Itaque illa Philochori, quæ omisit Hieronymus, διά τε ἄλλας αἰσχρὰς αἰτίας, expressa sunt ex illis, καὶ πρὸς τὰς ἀφροδισιακὰς ἡδονὰς εὐκατάφορον.

Ibid. *ad arma viris feminas allegebat.*] Μιξόθηλυν στρατὸν ὥπλιζεν. *Miscellum ex viris & feminis exercitum armabat. Feminas promiscuam cum viris ad militiam conscribebat.*

Ibid. *allegebat.*] Ita PET. sed FRE. *allegabat.* Edit. “
& PR. & BON. *alligabat. legere* est exercitum con- “
scribere. “

DCCXXX. *Miletus condita.*] Tempore Sarpedonis, & Minois. Strabo & Apollodorus. Aut tempus convenit, aut parvus dictu anachronismus est.

DCCXXXII. *Europa Agenoris filia, ut in quibusdam legimus, rapitur.*] Hoc gestum non uno in loco in hoc Canone legitur, propter diversos, qui eam rem diverse prodiderunt, scriptores. & sic judicandum de aliis, quæ bis aut ter iterantur, ne quis putet per imprudentium hæc Eusebio excidisse.

DCCXXXV. *Pandion fugit à Metionidibus passus insidias.*] Paulus Orosius: *Prætermitto Pandionis Atheniensium regis flebilem fugam.* Metionidibus vero metaplasmus Hieronymi, & aliorum ejus ævi pro Metionidis. οἱ Μητιονίδαι. Pausanias de hac re: καὶ δὴ καὶ Πανδίων ἐβασίλευσεν ὁ τοῦ Ἐρεχθονίου καὶ ὁ Κέκροπος τοῦ δευτέρου. τοῦτον οἱ Μητιονίδαι τῆς ἀρχῆς ἐξελαύνουσι. Idem reperies apud Apollodorum.

Ibid. *Philammon.*] In omnibus PR. ita reperio: *Philammon Delphius nobilis habetur, qui primus apud Delphos Pythiorum ludos constituit. Vel ita: Apud Pythium chorum constituit.* Itaque duplex lectio in unam periochen conjecta est. Sed posterior vera est, eamque retinuimus auctoribus POST. & Mariano, & Edit. Nam prior falsa est. Non enim Philammon Pythiorum ludos instituit primus. Imo ridiculum.

Ibid. *Apud Pythium.*] Πυθοῖ. Ita solet vertere, ut numero DCL. Sed Πυθὼ non est Pythius, neque Pythium. Veteres Græci Πυθὼ & Δελφοὺς pro una urbe accipiunt. Apud Ptolemæum legimus: Φωκίδος, Πυθία, Δελφοί. Πυθίαν fortasse vocat τὴν Πυθώ, quod nullus alius scriptor. Sed sine dubio sunt diversæ. Nam constat Delphos esse eandem urbem, quam Πυθώ.

Ibid. *chorum constituit.*] Plutarchus de Musica: Φιλάμμωνα χοροὺς πρῶτον περὶ τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν στῆσαι. Explicat Pausanias: ἀρχαιότατον δὲ ἀγώνισμα γενέσθαι μνημονεύουσι, καὶ ἐφ' ᾧ πρώτῳ ἆθλα ἔθεσαν, ᾆσαι ὕμνον ἐς τὸν θεόν· καὶ ᾖσε καὶ ἐνίκησεν ᾄδων Χρυσόθεμις

ἐκ Κρήτης, ἣ δὴ λέγεται ὁ πατὴρ Καρμάνωρ καθῆραι Ἀπόλλωνα. Χρυσόθέμιδος ὕστερον Φιλάμμωνά τε ᾠδῇ μνημονεύουσι νικῆσαι, καὶ ἐπ' ἐκείνῳ Θάμυριν τὸν Φιλάμμωνος.

DCCXXXVII. *Qui visus est simulacra fecisse moventia.*] Omnia ξόανα sive simulacra veteres vocabant Δαίδαλα. Auctor Pausanias, cujus ævo etiam tunc Bœotii simulacra lignea non aliter vocabant: quanquam proprie ita dicerentur τὰ αὐτοκίνητα καὶ αὐτόματα, qualis Columba Archytæ: quæ omnia ad auctorem Dædalum referebantur. Euripides, quum vellet ostendere eum, qui sapiens vulgo habebatur, frustra haberi, dicit eum perinde ac τὰ Δαίδαλα esse, quæ quum naturaliter moveri videantur, non per se hoc faciunt, sed per ea, quæ intus ab arte sunt instructa. Ita in Eurystheo:

οὐκ ἔστιν, ὦ γεραιὲ, μὴ δείσῃς τάδε.
τὰ Δαιδάλεια πάντα κινεῖσθαι δοκεῖ,
βλέπειν τ' ἀγάλματ'. οὐδ' ἀνὴρ κεῖνος σοφός.

Tam lignea, quam ænea αὐτοκίνητα vocabantur Δαίδαλα. Cratinus Θρᾴτταις.

--- πάνυ κακὸν δεῦρο μαστεύων. Α. τί νύ ποτε
Χαλκοῦν, ἢ ξύλινον ἢ χρύσεον προστιθῶ;
Β. οὐδαμῶς ξύλινος ἐκεῖνος, ἀλλὰ χαλκοῦς ὢν
ἀπέδρα.
Α. πότερον Δαιδάλειος ἦν. ἤ τις ἔκλεψεν αὐτόν;

Clarius τὴν αὐτοκινησίαν declarat Plato Comicus:

οὗτος τίς εἶ; λέγε ταχύ. τί σιγᾷς; οὐκ ἐρεῖς;
Β. Ἑρμῆς ἔγωγε. Δαιδάλου φωνὴν ἔχων
Ξύλινος βαδίζων αὐτομάτως ἐλήλυθα.

Non potuit melius exprimere τὴν αὐτοκινησίαν. Themistius paraphrasi prima εἰς τὸ περὶ ψυχῆς p. 68. ὅλως γὰρ οἱ κινουμένην κατὰ τόπον τὴν ψυχὴν κινεῖν τὸ σῶμα ἀποφαινόμενοι παραπλήσιόν τι λέγουσι Φιλίππῳ τῷ κωμῳδιδασκάλῳ. φησὶ γὰρ ὁ Δαίδαλος παρ' αὐτῷ κινουμένην ποιῆσαι τὴν ξυλίνην Ἀφροδίτην ἐγχέας ἄργυρον χυτόν. Pindarus, quæ Dædali erant propria, eorum inventum ad Rhodios transtulit Olympico septimo:

--- αὐτοῖς δὲ σφιν ὤπασε τέχναν
Πᾶσαν ἐπιχθονίων, ὡς γλαυκῶπις ἀριστοπόνοις
χερσὶ κρατεῖν.
Ἔργα δὲ ζωοῖσιν ἑρπόντεσσί θ' ὁμοῖα κέλευθοι
φέρον ---

Scholia post alia: Ἀρίσταρχος δὲ τὰ κατὰ Δαίδαλον φησὶν αὐτὸν μεταφέρειν νῦν ἐπὶ τῶν κατὰ τὴν Ῥόδον τεχνιτῶν. ἔτι τοιαῦτα κατεσκεύαζον ἔργα. Πολέμων γάρ φησι παρὰ Χίοις μὲν τὸν Διόνυσον δεδέσθαι, καὶ παρ' Ἐρυθραίοις δὲ τὸ ἕδος τῆς Ἀρτέμιδος. καὶ ὅλως πολὺν κατεσπάρθαι λόγον ἀγαλμάτων, ὡς μὴ μενόντων, ἀλλὰ προδρομένων ἄλλοσε πλεονάκις. Quidam παροιμιογράφοι referunt ad αὐτοκινησίαν illud proverbium, τὰ Δαιδάλου ποιήματα. Ego puto non tantum τὰ αὐτοκίνητα, sed etiam omnia affabre facta dici Δαιδάλου ποιήματα, ut postea ostendetur.

Ibid. *Primus enim omnium pedes statuarum à se invicem separavit.*] Græci scribunt veterum simulacra τοῖς ποσὶ συμβεβηκότα fuisse: primum autem omnium Dædalum διαβεβηκότα fecisse. Grammatici παροιμιογράφοι, & Harpocration: Δαιδάλου ποιήματα. Ἐπὶ τῶν ἀκριβέντων τὰς τέχνας. ἐπειδὴ οἱ παλαιοὶ δημιουργοὶ συμμεμυκότα σὺν ὀφθαλμοὺς ἐποίουν. ὁ δὲ Δαίδαλος ἀνεπέτασεν αὐτοὺς, καὶ σὺν πόδας διέστησε. Tzetzes in versibus Politicis:

τὰ δὲ Δαιδάλεια φασὶ κινεῖσθαι πιστευτόπως.
Τοὺς ἀνδριάντας πρότερον πρὸ χρόνων τοῦ Δαιδάλου
Ἐδημιούργουν ἄχειρας, ἄποδας, ἀομμάτους.
Πρῶτος δ' ὁ Δαίδαλος αὐτοῖς διεῖλε χεῖρας, πόδας,
Δακτύλους διηρμόσατο, καὶ βλέφαρα, καὶ τἄλλα.
Ὅθεν ὁ μῦθος πέπλωκε κινεῖσθαι τὰ Δαιδάλου.

quæ ad verbum Eusebianis facem allucent. Mira vero ratio. Non enim quod distincta crura, pedes, & manus habebant, propterea movebantur. Hoc magis competeret in Praxitelis, & Phidiæ signa longe expolitiora, quam illa Dædalea. sed αὐτοκίνητα revera erant, infuso in illa argento vivo, ut ex Themistio ostendimus. Inde Bacchi signum apud Chios vinculis in sede sua firmatum fuisse proditur, quia erat αὐτοκίνητον. Neque aliud habebant in animo nugacissimi Iudæi, quum ejusmodi αὐτόματα simulacra in arce Iebusæorum constituta fuisse impudenter comminiscuntur; de quibus vide Levi ben Gersom in II Samuel. v. vers. 7. 8 Sinarum quoque aut aliorum nescio quorum orientalium nationum simulacra, quæ misera illa gens adorat, audio αὐτοκίνητα esse, quod non potest, nisi vivo argento infuso. Sed ut ad rem redeamus, veterum statuarum illarum rudium quædam exempla diu manserunt, in quibus neque oculi distincti, neque manus, neque pedes disjuncti. Philostratus lib. VI. de statua Memnonis: λίθου δὲ εἶναι μέλανος, συμβεβηκέναι δὲ τὼ πόδε ἄμφω κατὰ τὴν ἀγαλματοποιΐαν τὴν ἐπὶ Δαιδάλου. Ubi interpres οὐδὲν ὑγιές. Apollodorus libro tertio περὶ Παλλάδος τοῦ διοπετοῦς. ἦν δὲ τῷ μεγέθει τρίπηχυ, τοῖς δὲ ποσὶ συμβεβηκός. hoc est pedibus junctis, cujusmodi erant illa vetera δείκελα. Interpres: *pedibus ita compositis, ut ambulare videretur.* quod omnino tam menti auctoris, quam historiæ ipsi contrarium. Hujus igitur distinctionis inventum omnes Dædalo attribuerunt, ut ex iis, quæ supra attulimus, colligi potest, & præterea ex Diodoro; 192: πρῶτος δὲ (Δαίδαλος) ὀμματώσας, καὶ διαβεβηκότα τὰ σκέλη ποιήσας, ἔτι δὲ τὰς χεῖρας διατεταμένας ποιῶν εἰκότως ἐθαυμάζετο παρὰ τοῖς ἀνθρώποις. οἱ γὰρ πρὸ τούτων (τούτου) τεχνῖται κατεσκεύαζον τὰ ἀγάλματα τοῖς μὲν ὄμμασι μεμυκότα, τὰς δὲ χεῖρας ἔχοντα καθειμένας καὶ ταῖς πλευραῖς κεκολλημένας. Et quod de Memnone dixit Philostratus, idem de omnibus vetustissimis simulacris Ægyptiorum dicas licet, quæ omnia pedibus junctis, & manibus demissis, atque ad latera adglutinatis effecta erant, cujusmodi multa reperiuntur sigilla in cadaveribus Ægyptiorum conditis, quas Mumias vocant, & nos aliquot vidimus, & penes nos habuimus. Heliodorus III Æthiopicorum: διὸ τῶν θεῶν Αἰγύπτιοι τὼ πόδε ζευγνύντες καὶ ὥσπερ ἑνοῦντες ἱστᾶσι. Sed frivola ratio est, quam reddidit. Eam vide apud illum.

Ibid. *Palæphatus memorat.*] Ejus verba: λέγουσι περὶ Δαιδάλου, ὡς ἀγάλματα κατεσκεύαζε προϊόμενα. τὸν δ' ἀνδριάντα δι' αὐτοῦ βαδίζειν ἀδύνατον εἶναι δοκεῖ ἔμοιγε. τὸ δ' ἀληθὲς τοιοῦτον. οἱ τότε ἀνδριαντοποιοὶ καὶ ἀγαλματοποιοὶ κατεσκεύαζον ἀνδριάντας συμπεφυκότας, (καὶ) σὺν πόδας. Δαίδαλος δὲ ἐποίει διαβεβηκότας τὸν ἕνα πόδα. οἱ δὲ ἄνθρωποι ἔλεγον ὁδοιπορεῖν τοῦτο τὸ ἄγαλμα, ὃ εἰργάσατο Δαίδαλος, ἀλλ' οὐχὶ ἑστηκός, ὡς καὶ νῦν λέγομεν. εἰσὶ δὲ καὶ μαχόμενοι ἄνδρες γεγραμμένοι, καὶ τρέχοντες ἵπποι, καὶ χειμαζομένη ναῦς. Uno verbo plus dixit, quam reliqui. Nam ideo moveri videri simulacra, quod divisis pedibus

pedibus essent, jam nugatorium esse arguimus: imo quod non solum divisis pedibus essent, sed etiam uno extra lineam alterius promoto, hoc est vere πόδα πρὸ ποδὸς ἐρείδειν, quod est principium gradus. Sed quod addit de pictura, quamvis ibi possit gradus imaginum exprimi, tamen extra argumentum est, quod non pictorem, sed statuarium fuisse Dædalum accepimus.

Ibid. *nec non cum eodem filio.*] Scilicet idem Palæphatus eadem memorat alio capite, cujus initium: Φασὶν, ὅτι Μίνως Δαίδαλον.

Ibid. *propter investigabilem fugam*] Ita omnes Codices scripti, & editi pro *ininvestigabilem* fugam, ἀνεύρετον. Sic illud Apostoli Rom. xi. 33. ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ, *ininvestigabiles viæ ejus.* ut citat Hieronymus Epitaphio Paulæ. Sed editiones habent *investigabiles.* quod si vitiosum non est, & hic quoque eodem modo legendum. Et ita Glossæ: ἀνεξιχνίαστος, *investigabilis.* Tertullianus tamen, ut & Hieronymus, vertit *ininvestigabiles.* Alibi apud eundem Hieronymum vertitur *investigabiles*, idque non semel.

DCCXLIII. *Cyzicus hoc tempore condita.*] A Minyis scilicet. Ovidius:

Cyzicon Aemoniæ nobile gentis opus.

Pomponius Mela: *Trans amnem sedet in cervice peninsulæ Cyzicum. Nomen Cyzicus indidit, quem a Minyis imprudentibus, quum Colchos peterent, fusum acie, cæsumque accepimus.* De hac inopina cæde vide Cedrenum 47, 30, Apollonium Rhodium libro II. Val. Flaccum.

DCCXLIV. *Argonautæ.*] ὕστερον πρότερον, aut πρότερον ὕστερον. Nam aut Argonautæ ante numerum DCCXLIII. collocandi erant, aut Cyzicus post DCCXLIV. siquidem in ipsa expeditione ab Argonautis condita.

Ibid. *Tyrus condita ante templum Ierosolymorum* CCXL.] Secundum rationes Eusebianas convenit tempus. Conditus Templi numero DCCCCLXXXIV. Deductis DCCXLIV, remanet intervallum propositum, anni CCXL. Sed anachronismus annorum XV, de quo toties monuimus, turbat rationes Eusebii. Tyri enim conditus congruit numero DCCLIX. In omnibus PR. scriptum est annis CCXLIII, triennio amplius. quod confirma-
„tur autoritate Iosephi lib. VIII: ᾠκοδομήθη ναὸς ἀπὸ
„ Σολομῶνος τοῦ βασιλέως ἔτεσι θᾶττον ρμγ, καὶ μησὶν η τοῦ κτίσαι Τυρίους Καρχηδόνα.

Ibid. *annis* CCXL.] Intervallum, hinc ad epocham Templi conditi Eusebianam, satis falsitatem coarguit aliorum codicum, PR. qui omnes habent, CCXLIII, & PET. qui CCXLVI, & Græca, quæ depravata sunt. BONG. Marianus, FR. & Edit. recte CCXL.

Ibid. *ut scribit Iosephus in tertio.*] Imo in quarto: ἀπὸ δὲ τῆς οἰκίσεως Τύρου εἰς τὴν οἰκοδομίαν τοῦ ναοῦ, διεγεγόνει χρόνος ἐτῶν τεσσαράκοντα καὶ διακοσίων. Tamen
„ in superiore testimonio ex lib. VIII. triennio plus
„ dicit, ut Editiones, & PR.

DCCXLVII. *Musæus filius Eumolpi.*] Diodoro est filius Orphei, lib. IV, de Hercule: καὶ μετέσχε τῶν ἐν Ἐλευσῖνι μυστηρίων, Μουσαίου τοῦ Ὀρφέως υἱοῦ τότε προεστηκότος τῆς τελετῆς. Tempus convenit. Huc pertinent ea Harpocrationis: περὶ δὲ Μουσαίου Ἀριστόξενος ἐν τοῖς Πραξιδαμαντείοις φησὶν, ὅτι οἱ μὲν ἐκ Θράκης εἰρήκασι τὸν ἄνδρα εἶναι, οἱ δὲ αὐτόχθονα ἐξ Ἐλευσῖνος. εἰρήκασι δὲ περὶ αὐτοῦ ἄλλοι τε καὶ Γλαῦκος. Sane qui ἐκ Θράκης eum faciunt, nihil aliud quam Eumolpi Thracis filium fuisse opinantur.

DCCLIII. *Sicyoniorum Inachus.*] Ita habent omnes scripti, Marianus & Editiones. Denique ita scripsit Eusebius, sed perperam. Est enim Ἰανίσκος Pausaniæ. Nam nullus rex Inachus fuit, præter Argivum illum primum Regem. Inter Polybum & Ianiscum Pausanias Adrastum posuit, male. Adrastus enim fuit σύγχρονος τοῖς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις.

DCCLIV. *Ex qua de Hypsipyle.*] Octo annis ab expeditione Argonautica contigisse τὰ τῶν Λημνιάδων, quando omnes viros interfecerunt, non credet, nisi qui ignorat id jam antea contigisse. A Pagasæo portu, ad Lemnon, navigatio secundo vento est unius diei, aut brevior. Quum huc appulissent Argonautę, tum regnabat Hypsipyle. Si alios auctores sequitur Eusebius, ergo post hoc tempus Argonautarum expeditionem assignare debuit, aut hoc Lemniadum gestum ante numerum DCCXLVI. Sed Argonautica contigerunt sub Theseo, non sub Ægeo. Nam Hercules unus Argonautarum erat σύγχρονος Theseo, & paucis annis ante Trojanum excidium periit: ut expeditio Argonautica pauculis annis antecesserit casum Iliacum. Quid quod Circe Medeæ amita vivebat post Iliaca? Rursus Ascalaphus Martis filius utrique expeditioni interfuit Argonauticæ, & Iliacæ; qui etiam unus ex procis Helenæ fuit antequam Menelao nuberet. Porro Ægei & Thesei initium nimis alte repetitum est. Hinc magna labes in Argonautarum collocatione consequuta est, quum ex rationibus Eusebianis ab Argonautica expeditione, ad cladem Trojanam, intersint anni LXXXIX. quod plane est absurdissimum. Hic tantus anachronismus commissus est omissione aliquot annorum in antecedentibus regibus Atheniensibus, quibus plures anni attribuendi erant. Præterea in regibus Mycenarum multum peccatum est, præsertim omissione Plisthenis patris Agamemnonis & Menelai.

DCCLVI. ATREUS ET THYESTES.] Ut tempora conveniant Trojano excidio, LXV annorum intervallum opus est: quod omne his duobus fratribus attributum est, omisso Plisthene Atrei filio Agamemnonis & Menelai patre: quos plerique Atrei filios putant, non Plisthenis, propterea quod Atridæ vocentur.

Ibid. *Si ergo inter Argonautas fuerunt Castor & Pollux.*] Ab hoc tempore, ad excidium Ilii, anni sunt LXXIX: ut Helenam admodum anum fuisse oportuerit, si Argonautica hoc tempore contigerunt. Nam adultis Castoribus, Helenam quoque maturam viro fuisse necesse est. Quod si Argonautica hic collocentur, tempore excidii Iliaci Helena fuerit major annorum CXX. Hoc est, quod objicit Eusebius, & merito. Sed non advertit τὸ ἀπότευγμα, quod proxime attigimus, de initio Ægei & Thesei multis annis anticipato: quum de antecedentium regum annis multum decesserit, ut Ægei initium acceleraretur. Itaque qui Chronologias instituent, hanc ruinam fulcire debent. Nam inter Argonauticam expeditionem & casum Ilii, non intercedunt XX anni secundum ea, quę jam demonstravimus. Lucianus Ἀλεκτρυόνι· εἶδον γὰρ λευκὴν μέν τινα, καὶ ἐπιμήκη τὸν τράχηλον, ὡς εἰκάζειν κύκνου θυγατέρα εἶναι, τ' ἄλλα δὲ πάνυ, πρεσβῦτιν, ἡλικιῶτιν σχεδὸν τῆς Ἑκάβης, ἥν γε Θησεὺς πρῶτον ἁρπάσας ἐν Ἀφίδναις, εἶχε. Κατὰ τὸν Ἡρακλέα γενόμενος. ὁ δὲ Ἡρακλῆς πρότερον εἷλε Τροίαν κατὰ τοὺς πατέρας ἡμῶν τοὺς τότε μάλιστα, &c.

Ibid.

Ibid. *Quæ post multos annos virgo rapitur.*] In Græcis: ἡ μήπω μετὰ πολλὰ ἔτη παρθένος ἁρπάζεται, *quæ non multis post annis virgo capitur.* Sive culpa librariorum, sive, quod verisimilius, Hieronymi properantia, accidit, ut negatio in Latina interpretatione expressa non sit, omnino ridicula sententia efficitur. Nam quo remotior fuerit raptus Helenæ, eo credibilior erit. contra, quo propior his temporibus, eo remotior à Trojæ excidio, ideoque minus credibile Helenæ tempus in hujus sæculi tractum incidisse.

Ibid. *Contra Cadmum constitisse.*] Adde: In Græcis: Καδμείοις πολεμεῖν. *Cadmeis,* hoc est *Thebanis, bellum intulisse.* Non enim Cadmum, sed Cadmeos, infestasse tam constat, quam non est necesse pluribus confirmare.

,, Ibid. *quomodo potest eorum soror Helena credi.*] Hoc ,, ἀπόρημα veteres auctores tam mythologos, quam ,, historicos dubitare coëgit, utrum Helena major He- ,, cuba fuerit, & si fuerit, quare Hecuba, non illa, anus ,, vocata. Seneca Epist. LXXXVIII: *Hoc quidem me quæ- ,, rere, utrum major ætate fuerit Homerus, an Hesiodus, non ,, magis ad rem pertinet, quam scire, an minor Hecuba ,, fuerit, quam Helena, & quare tam male tulerit ætatem.*

Ibid. *Sphingam vero.*] Metaplasmus Hieronymianus & ejus sæculi, *Sphinga, Gorgona, Telchinus, Eleusina, Salamina.*

Ibid. *scribit Palæphatus*] Verba ejus: Κάδμος ἔχων γυναῖκα Ἀμαζονίδα, ᾗ ὄνομα Σφίγξ, ἦλθεν εἰς Ἀθήνας (εἰς Θήβας) καὶ ἀποκτείνας τὸν Δράκοντα τὴν τούτου βασιλείαν παρέλαβε. μετὰ δὲ καὶ τὴν ἀδελφὴν Δράκοντος, ᾗ ὄνομα Ἁρμονία. ἐπιγαμηθείσης δὲ ἡ Σφίγξ, ὅτι καὶ ἄλλην ἔγημε, πείσασα σὺν πολλοὺς τῶν πολιτῶν συναπᾶραι αὐτῇ, καὶ τῶν χρημάτων τὰ πλεῖστα ἁρπάσασα, καὶ τὸν Ποδώκην κύνα, ὃν ἧκε Κάδμος ἄγων, λαβοῦσα, μετὰ τούτων ἀπῆρεν εἰς τὸ λεγόμενον ὄρος Σφίγγιον, καὶ ἐντεῦθεν ἐπολέμει τῷ Κάδμῳ. De hac etiam re consulendus Pausanias Bœoticis. Sphinx vero Græcorum differt longe à Sphinge Ægyptiaca: quod illa sit capite velato, sine alis; Græca capite nudo, capillis compositis, pennata. Ægyptias multas vidimus tam marmoreas, quam in marmoribus sculptas Romæ. Græcam habes in nummis Chiorum, quorum insigne erat Sphinx, ut Carthaginiensium ἵππου προτομή, Rhodiorum rosa, Siciliæ tricrurium. Duo numismata Chiorum apud antiquarios visuntur, æreum, & argenteum. In ærei altera superficie est Sphinx alata, racemum pede sinistro anteriore tenens. in altera superficie σκαπάνη luctatorum, cum inscriptione ΛΑΜΠΡΟΣ ΧΙΟΣ. Nimirum ille Lamprus παλαιστής erat, & ex ligone ostendit se lucta vicisse Olympia, ut de Milone Theocritus dixit:

ὤχετ' ἔχων σκαπάναν τε καὶ εἴκατι τουτόθε μᾶλα.

In argentei nummi altera superficie est Homeri caput cum titulo ΟΜΗΡΟϹ. in altera Sphinx pinnata, & titulus ΧΙΩΝ. Apparet plane, quod diximus, Chiorum insigne Sphinga fuisse: & Græcorum omnes Sphingium figuras alatas sculpi, aut pingi solitas. Gergithii quoque Sphinga in altera parte nummi figurabant, in altera Sibyllam municipem suam. Stephanus: ἀφ' οὗ Γεργιθία χρησμολόγος Σίβυλλα, ἥ τις καὶ τετύπωτο ἐν τῷ νομίσματι τῶν Γεργιθίων, αὐτή τε καὶ ἡ Σφίγξ, ὡς Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάδων πρώτῃ. ἐν δὲ τῷ ἱερῷ τοῦ Γεργιθίου Ἀπόλλωνος Σιβύλλης φασὶν εἶναι τάφον. Ælianus de animalibus lib. XII. cap. XXXVIII. τὴν σφίγγα ὑπόπτερον γράφουσί τε καὶ πλάττουσι πάντες ὅσοι περὶ χειρουργίας σπουδαῖον, καὶ πεπιημένον. Ausonius:

Sphinx volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

DCCLXIII. *Aegyptiorum Amenophthes.*] In Græcis Dynastiarum Eusebianis libro priore, Ἀμένωφθις. In Græcis Africani Ἀμμενεφθῆς.

Ibid. *ann.* XL.] Græca Africani XX. Ita κατὰ συστολὴν καὶ διαστολὴν, πρόσθεσιν καὶ ἀφαίρεσιν diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis. Aliter non constarent rationes ejus, nisi ab Africano dissentiret γυμνῇ κεφαλῇ, à quo tamen omnes Dynastias verbatim accepit.

DCCLXV. *Assyriorum Sosarmus ann.* XIX] Græca Africani μβ. Hic quoque in Eusebio fidem requiro, qui XXIII annos hinc sustulit, ut rationes suas æquaret. Est pessimo exemplo ab eo factum. Sed de tempore hujus Dynastiæ ab eo mutilato satis egit Georgius.

Ibid. *Minos mare obtinuit.*] Atqui alibi diu antea Minos vivebat, ut numero DCXI. Duo Minoës fuerunt. Inde utriusque gesta inter se confunduntur. Sic de duobus Eumolpis idem judicium est, quorum alteri adscribitur, quod alterius est. Stemma ita habet. Asterius ex Europa suscipit Minoa, Rhadamanthyn, & Sarpedona. Minos ex Itone filia Lyctii Lycastum: Lycastus ex Ide Corybantis filia Μίνωα τὸν δεύτερον, ὅν τινες Διὸς υἱὸν ἀναγράφουσιν. οὗτος πρῶτος Ἑλλήνων ναυτικὴν δύναμιν ἀξιόλογον συστησάμενος ἐθαλασσοκράτησεν. Diodorus lib. IV. 183. eadem dicit, quæ Eusebius: nempe θαλασσοκρατῆσαι. Hunc locum Eusebii habebat in animo Cedrenus 100, 28. Ἐν τοῖς ἀνωτέρω τῶν εἰρημένων χρόνοις Μίνως τῆς Κρήτης ὁ υἱὸς τῆς Εὐρώπης ἐβασίλευσε, καὶ θαλασσοκρατῶν Ἀθηναίοις ἐπολέμει, καὶ νόμους ἐξετίθει.

Ibid. *& Cretensibus leges dedit, ut Paradius memorat.*] Non frustra suspectum habui hoc monstrum nominis, quod non esset Græcum. Itaque joculariter me in omnes partes convertebam, ut in verum nomen aliquod reformarem. Græca Eusebii docuerunt me tam frustra fuisse in quærendo hoc nomine, quam Hieronymum in vertendo. καὶ Κρησὶ παρὰ Διὸς ἐνομοθέτει. *& Cretensibus à Iove acceptas leges dabat.* Nam nemo ignorat quid Plato & omnes veteres de Minoë scripserint, eum leges accipere solitum à Iove in antro Cretensi, ut Numam Pompilium ab Ægeria in nemore Aricino. Germanus error in Excerptis barbarolatinis: *Post Codrum autem primus filius ejus Diabeus.* πρῶτος υἱὸς αὐτοῦ διὰ βίου. hoc est ἄρχων διὰ βίου. Quid ergo? an propterea Hieronymus Hellenismi imperitus erit? propterea insultandum tanto viro, quod aliud agens, & Notario hæc dictans, perperam quædam verterit? Hoc faciunt δοκησίσοφοι hujus ævi, qui Miscellanea sua & varias lectiones hujusmodi nugatoriis infarciunt, neque aliud tempus bene collocatum putant, nisi quod maledicendo, obtrectando, calumniando impenditur. Satis illis est minutus quidam error ad damnandum quodlibet opus alioquin numeris suis absolutissimum. Sed de hujusmodi Vitilitigatoribus non erat hic locus.

Ibidem. *Leges dedit.*] Non recte omissum est illud, κομίζων σὺν νόμους ἐξ ἄντρου τοῦ ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐνεαλήλυθε. *referens leges ex antro illo, cui operam dedit in suo illo intervallo novem annorum.* quanquam videtur legendum Ἰδαίᾳ ex Porphyrio, non ἰδίᾳ. Allusum enim ad illud Homericum Ὀδυσσ. Τ.

Τοῖσι δ' ἐνὶ Κνωσσὸς μεγάλη πόλις, ἔνθα τε Μίνως
Ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής.

Porphyrius περὶ ἀποχῆς hoc exponens: ἔτη δι' ἐννέα

ἐννέα ἐτῶν ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον ὁμιλεῖν ἐνομίζετο τῷ Διΐ. item: ἀνιόντα αὐτὸν εἰς τὴν Ἴδην διὰ ἐνναετίας συνθεῖναι νόμους, καὶ φέροντα διαβεβαιοῦσθαι ὡς ὑπὸ τοῦ Διὸς εἶεν διδόμενοι. quæ ad verbum Eusebiana interpretantur. Eadem verba invenies in Scholiis Didymi in illum locum Homeri. Sed quid alios citem, quum hæc omnia sint à Platone in Alcibiade secundo?

Ibid. *quod Plato falsum esse convincit.*] An aliquid tale extet in libris de legibus, quos citant Græca Eusebiana, equidem non memini, quod diu est, postquam illos libros legi. Certe in Alcibiade secundo aliter sentit, ut ex superiore animadversione constare potest. Manca vero est Hieronymi interpretatio, quum ita concipienda fuerit: *quod Plato in legibus refellit.*

DCCLXVII. *Thamyris Ammonis filius.*] Hæc est omnium tam scriptorum, quam excusorum, & Mariani lectio. Sed quis unquam veterum dixit Thamyrin Ammonis, & non potius Philammonis filium? Ita sane Eusebius dixit: & Græca ejus habent Φιλάμμωνος, non Ἄμμωνος. Recte vero Thamyris in hoc tempus confertur, nempe sæculum Herculis, qui Euryton Oechaliæ regem interfecit, sub quo Thamyris vixit.

— ἔνθα τε Μοῦσαι
Αντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς
Οἰχαλίηθεν ἰόντα παρ' Εὐρύτου Οἰχαλιῆος.

Inde opportune subjicitur mentio Herculis in proxima periocha DCCLXVIII.

DCCLXVIII. *Hercules consummat certamina.*] Huc spectat, quod insani Græculi Alciden, sive Alcæum quod Antæum lucta vicerit, Παλαίμονα dictum fuisse nugantur, neque prius ἡρακλέα vocatum, quam certamina imperata consummasset, propterea quod mortalibus grata beneficia contulisset. Hoc enim est ἦρα φέρειν. Itaque ei oraculum, si Diis placet, in eam rem redditum est à Pythia:

Οὔτε γὰρ Ἀλκαῖος κεκλήσεαι, οὔτε Παλαίμων,
Ἡρακλέην δέ σε Φοῖβος ἐπώνυμον ἐξονομάζει.
Ἦρα γὰρ ἀνθρώποισι φέρων κλέος ἄφθιτον ἕξεις.

Sed alius est spiritus in ἦρα, alius est in Ἡρακλῆς.
„ Quare puerilia sunt hæc, futilia, nugatoria, Græcu-
„ lorum Grammaticorum deliria.

Ibid. *Ilium vastat.*] Desiderantur in Græcis.

Ibid. *quia solorum, quæ in terra exercentur, certaminum peritus erat.*] Apollodorus: ψαύοντα γὰρ γῆς ἰσχυρότατον συνέβη γίνεσθαι. διὸ καὶ γῆς τινὲς ἔφασαν τοῦτον εἶναι παῖδα. Vulgaria sunt. sed non illa Eusebiana, quæ non tota vertit Hieronymus: τὸν λεγόμενον γηγενῆ διὰ τὸ ἐπιστήμονα εἶναι τοῦ λεγομένου παρὰ τοῖς παλαισταῖς τρόπου χαμαὶ, ὡς ἀπὸ τῆς μητρὸς γῆς βοηθεῖσθαι δοκεῖν. *Interfecit eum, qui dicebatur Terræ filius, propterea quod peritus esset illius modi (luctæ) qui dicitur* χαμαὶ *à palæstritis, ita ut videretur à matre terra juvari.* Sed quod sit πάλαισμα illud, sive ille τρόπος ὁ λεγόμενος χαμαὶ, quæratur. Non est ἡ ἁφή. Certum quidem est designari à Philostrato in Arrichione, lib. II εἰκόνων. οἱ παγκρατιάζοντες, ὦ παῖ, κεκινδυνευμένῃ προσχρῶνται τῇ πάλῃ. δεῖ γὰρ αὐτοῖς ὑπτιασμῶν τε, οἳ μή εἰσιν ἀσφαλεῖς τῷ παλαίοντι, καὶ συμπλοκῶν, ἐν αἷς περιγίνεσθαι χρὴ οἷον πίπτοντα. quod egregie describitur à Theocrito ἐν Ἡρακλίσκῳ:

Ὅσσα δ' ἀπὸ σκελέων ἑδροστρόφοι Ἀργόθεν ἄνδρες
Ἀλλήλους σφάλλοντι παλαίσμασιν, ὅσσα τε πύκτα
Δεινοὶ ἐν ἱμάντεσσιν, ἅ, τ' ἐς γαῖαν προπεσόντες
Πυγμάχοι ἐξεύροντο παλαίσματα σύμφορα τέχνᾳ.

Ubi πυγμάχοι sunt παγκρατιασταί. Ista non assecutus est Hieronymus, reliqua omisit. ὁ ἩρακλῆΣ ἰσχυρὸς ὢν * μὴ προσδεηθεὶς (μηδενὸς δεηθεὶς) ζώσας (τὸν Ἀνταῖον) τοῖς ἅμμασι, καὶ μετεωρίσας διεχειρίσατο. *Quem Hercules pollens viribus, neque externæ opis indigus connexum ulnarum prehensionibus, & sublimem elevatum interfecit.* Verba inclusa virgulis (τὸν Ἀνταῖον) manifestum est glossema. ἅμματα vocat, quod aliter vocabant Palæstritæ ἀγκωνισμόν. ἀγκωνίζειν est adversarium per ilia sublimem elevatum brachiorum vel ulnarum complexibus angere. De hoc loquens Apollodorus: ἀράμενος ἔγκασι μετέωρον, θλίψας ἀπέκτεινεν. Idem prorsus, sed aliis verbis, sonant αἴρειν ἔγκασι, sublimem tollere per ilia complexu brachiorum. Nostri Galli dicunt, *par le faus du corps*, ubi sunt τὰ ἔγκατα. Interpres putavit ἀγκὰς legendum, qui verterit *ulnis*. Sed longe aliud est ἀγκὰς αἴρειν. hoc enim est ἐναγκαλίζεσθαι, ut nutrices solent infantes suos. Sic apud Philostratum in Imaginibus: συνείληφε τὸν Ἀνταῖον μέσον ἄνω κενεῶνος, ἔνθα αἱ πλευραί. quæ Apollodori locum interpretantur. Et in Arrhichione: ὅθεν τὸν Ἀρριχίωνα μέσον ἤδη ἠρηκὼς ὁ ἀντίπαλος ἀποκτεῖναι ἔγνω. καὶ τὸν μὲν πήχυν τῇ δειρῇ ἐνέβαλεν, ἀποφράττων αὐτῷ τὸ ἆσθμα, τὰ σκέλη δὲ τοῖς βουβῶσιν ἐναρμόσας, καὶ περιδιείρας εἰς ἑκατέραν ἀγκύλην ἄκρω τὼ πόδε, &c. Vide reliqua. Non dubium est, quin difficultas Hieronymum à vertendo deterruerit.

Ibid. *Hydram autem callidissimam sophistriam fuisse asserit Plato.*] In Euthydemo. Verba ejus: πολὺ γάρ που εἰμὶ φαυλότερος τοῦ Ἡρακλέους, ὃς οὐχ οἷός τε ἦν τῇ τε ὕδρᾳ διαμάχεσθαι σοφιστρίᾳ οὔσῃ, καὶ διὰ τὴν σοφίαν ἀνιείσῃ, εἰ μίαν κεφαλὴν ἀποτμηθείη τοῦ λόγου, πολλὰς ἀντὶ μιᾶς. Quod autem postremo loco in Græcis Eusebianis legitur, id non solum ridiculum est, sed etiam apud Platonem non extat, ut propter Hydram Sophistriam Hercules Ilion expugnaverit. Nam quo referenda sint illa, non video. Sed sine dubio hæc à Georgio interpolata, & transposita. Nam initio pericopes ita ponenda fuisse ex Hieronymi interpretatione colligitur. Ἡρακλῆς σὺν ἄθλους ἐτέλει. Ἴλιον ἐπόρθησε, τὴν Ὕδραν κατεπόρθησεν (aut aliud verbum) καὶ Ἀνταῖον ἐν τῇ Λιβύῃ, &c. Quia enim de Hydra loquitur in fine, omnino indicat de ea jam antea mentionem factam fuisse.

DCCLXXII. *Bellum Lapitharum & Centaurorum.*] Sæculo Thesei & Pirithoi hoc contigit. Sed meminisse debemus initia Ægei, & Thesei non paulo altius repetita esse, ut supra monuimus.

Ibid. *quos scribit Palæphatus libro de incredibilibus, nobiles fuisse Thessalos.*] Hoc negamus, aut huic simile à Palæphato proditum, qui scribit longe ab Eusebio diversa. Eum consule capite primo, nisi mavis Tzetzen audire ejus metaphrasten:

Τίνες δ' ἦσαν οἱ Κένταυροι, Παλαίφατος μὲν λέγει.
Γέλιν ἵπποις μονοσκέλησιν οὐκέτι ἐποχοῦντο.
Ταύρων δ' ἀγρίων Θετταλῶν τὴν χώραν πιεζόντων,
Νέοι τινὲς τῶν σθεναρῶν κέλησιν ἐπιβάντες
Τοὺς ταύρους κατηκόντιζον. ὥσπερ τινὲς ἰδόντες
Ὡς ταύρους ἀκοντίζοντας ὠνόμασαν Κενταύρους.
Ἱπποσμιγεῖς δ' ἐνόμισαν ὡς πόρρωθεν ἰδόντες.
Χρὴ Κεντοταύρους λοιπὸν, μηδὲ Κενταύρους λέγειν

Παλαί-

Παλαιφάτε σοφώτατε. Τὰ Παλαιφάτε ταῦτα. σοφώτατον εἰρωνικῶς vocat, deridens ejus allegorias. ut alibi de eadem re verba faciens mirum quantum insultat Palæphato:

μεγάλα δ' ἀβρυνόμενός τις ἐν ἀλληγορίαις
Παλαίφατος φιλόσοφος ἐκ Στωϊκῶν τῆς φύσεως
μηδὲν δὲ λέγων οὐδαμῶς τῶν ἐπαξίων λόγου, &c.

Lege cætera pagina 170. Aliud agebat Eusebius, quum hunc locum Palæphati in animo haberet. Paulus Orosius lib. primo, cap. XIII, plus dicit, quam Eusebius, quum tamen verba Eusebiana describeret: *Iisdem diebus Lapithæ & Thessali famosis nimium certavere conflictibus. Sed Thessalos Palæphatus in libro primo incredibilium prodit ipsos à Lapithis creditos dictosq; fuisse Centauros, eo quod discurrentes in bello equites veluti unum corpus equorum & hominum viderentur.* Hæc omnia de suo Orosius, & à Grammaticis, qui ita de Centauris fabulati sunt. sed plus dicit, quam voluit Eusebius, & nihil eorum, quæ Palæphatus, qui vult Κενταύρους dictos eo quod τοὺς ταύρους ἐκέντουν. Sed & in tempore longe discedit ab Eusebio. Eusebius confert in annum Abrahami DCCLXXII, qui est CCCCXCII ante urbem conditam. Orosius vero in ann. DLX ante prima urbis Palilia. Et quidem non pauca sunt apud Orosium in ratione temporum ἀλογισήματα. Hoc gestum Lapitharum POST. Edit. & Beda in tempora Thola Iudicis rejiciunt.

Ibid. *libro de incredibilibus.*] Verum quidem est hodie unum tantum librum τῶν ἀπίστων Παλαιφάτου superesse: sed plures scripserat. Idem citatur ἐν ἑβδόμῃ Τρωϊκῶν Harpocrationi in Μακροκέφαλοι.

DCCLXXIII. *Abimelech.*] De hoc ita Georgius: Τοῦτον τὸν Ἀβιμέλεχ, καὶ τοὺς ο̅ ἀδελφοὺς αὐτοῦ ἡ βίβλος τῶν Κριτῶν πρῶτον τοῦ Γεδεὼν υἱοὺς λέγει σαφῶς, ἔπειτα δὲ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Ἱεροβάαλ, ὃς συνῴκησε τῷ Γεδεὼν περὶ τὰ τέλη αὐτοῦ, ὡς αὐτόθι γέγραπται καὶ δοκεῖ πως ἄπορον εἶναι. Ἀφρικανὸς δὲ τοῦ Ἱεροβάαλ αὐτοὺς λέγει πάντας, πλὴν Ἰωνάθου τοῦ νεωτέρου. Insignis hallucinatio, vel potius deliratio. Ait in libro Iudicum Abimelech & fratres ejus dici filios Gedeonis. Hoc nemo negat. In eodem libro dici filios fratris ejus Ierubaal, hoc negamus. Nam Ierubaal non est frater Gedeonis, sed Gedeon ipse. Iud. VII, 1. Itaque IX, 1, Abimelech vocatur filius Ierubaal, qui VIII, 31, dicitur filius Gedeonis & concubinæ ejus. Quare qui Eusebium objurgare solet super iis, quæ ipse adversus auctoritatem Scripturæ commentus est, quanto justius castigandus, quod ausus sit dicere scriptum extare in libro Iudicum τὸν Ἱεροβάαλ συνοικῆσαι τῷ ἀδελφῷ Γεδεὼν περὶ τὰ τέλη αὐτοῦ. Hujus rei ne minima quidem suspitio extat in textu Græco, aut si extaret, adversus Hebraicam veritatem esset. Tamen mirum est Africano quoque eandem suspitionem incessisse.

DCCLXXVI. *magistratum Minois fuisse Taurum.*] στρατηγόν. Eusebius. hoc est præfectum, vel magistrum militiæ. Isacius Tzetzes in Lycoph. 157. Γνωσσὸς πόλις Κρήτης, ὅθεν ἦν καὶ Ταῦρος ὁ στρατηγὸς ὁ τὴν Εὐρώπην ἁρπάσας, ὁ Γνώσσιος. Et pagina 165 totidem verbis, sed uberius: Ταῦρος ὁ Γνώσσιος στρατηγὸς παρὰ Ἀστερίου, τοῦ καὶ Μινωταύρου, βασιλέως Κρήτης πεμφθεὶς ἀφήρπασεν αὐτὴν (Εὐρώπην) ἐκ Σαρεπτίας πόλεως Φοινίκης μεταξὺ Σιδῶνος καὶ Τύρου κειμένης. Itaque idem est Taurus, qui Europen rapuit, & qui hic memoratur. Scholia Achilleidos Statianæ Taurum notarium Minois faciunt, in fine libri primi: *Nam Taurus notarius Minois fuit, quem Pasiphaë amavit, cum quo in domo Dædali concubuit.* quæ accepit à scriptore Græco, cujus verba profert Cedrenus 100, 30. Τότε καὶ Δαίδαλος, καὶ ὁ Ἴκαρος καὶ ὁ Ταῦρος ἔνεκεν τῆς Πασιφάης τῆς Μίνωος ἐθρυλλοῦντο γυναικός. Ἐκ τοῦ Ταύρου μὲν οὖν νοθεία αὐτῆς ὄντος μοιχευθεῖσα ἔτικεν υἱόν, ὃς Μινώταυρος ἐκλήθη. Verba vero Philochori, quæ hic designantur, extant apud Plutarchum in vita Thesei. Porro principium hujus epochæ non vertit " Hieronymus. "

Ib. *ob quod Athenienses pueri tributaria pœna.*] Non pueri, sed Athenienses, liberati sunt puerorum tributo. Græca: συνέβη δὲ τοὺς παῖδας, καὶ διασωθῆναι τὴν πόλιν ἀφαιρεθῆναι τοῦ δασμοῦ. *unde contigit, ut & pueri evaserint, & urbs tributo liberata sit.* Ad verbum Philochorus, ἀπέ- " δωκε τῷ Θησεῖ τοὺς παῖδας, καὶ ἀνῆκε τῇ πόλει τὸν δασ- " μόν. Hieronymus hæc ita permiscuit, ut dissimillimam sententiam extulerit.

DCCLXXXIII. *Theseus, qui adversum Thebas dimicavit.*] Propter sepulturam Oedipodarum, quam Creon Rex Thebarum edicto vetuerat. Pausanias Atticis: ὀλίγῳ δὲ ἀπωτέρω τοῦ φρέατος ἱερὸν Μετανείρας ἐστί, καὶ μετ' αὐτὸ τάφοι τῶν ἐς Θήβας. Κρέων γάρ, ὃς ἐδυνάστευε τότε ἐν Θήβαις, Λαοδάμαντα ἐπιτροπεύων τὸν Ἐτεοκλέους, οὐ παρῆκε τοῖς προσήκουσιν ἀνελομένοις θάψαι. ἱκετεύσαντος δὲ Ἀδράστου Θησέα, μάχης Ἀθηναίων γενομένης πρὸς Βοιωτούς, Θησεύς, ὡς ἐκράτησε τῇ μάχῃ, κομίσας ἐς τὴν Ἐλευσινίαν τοὺς νεκροὺς ἐνταῦθα ἔθαψεν. Sequitur expeditio τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. Post illud tempus hæc pugna Thesei cum Thebanis contigit.

DCCLXXXIV. *Androgeos Athenis interficitur.*] Interfectus est statim post Παναθήναια. Venit enim in Atticam Παναθηναίων συντελουμένων: & postea, curante Ægeo, ἐδολοφονήθη. Auctor Diodorus. τῶν δὲ Μίνωος υἱῶν Ἀνδρόγεως μὲν εἰς τὰς Ἀθήνας κατήντησε, Παναθηναίων συντελουμένων, Αἰγέως βασιλεύοντος. Hic ergo est ridiculus anachronismus. quod non sub Ægeo, sed sub ipso Theseo interfectus fuerit. Atqui supra DCCLXXVI sub Ægeo interfectus erat. recte. Hæc quamvis à diversis auctoribus desumpsit Eusebius, tamen eorum non magnum delectum videtur habuisse, qui quum videret eos auctores inter se dissentire, non monuerit lectorem absurditatis, saltem ne illi adscriberetur.

DCCLXXXVI. *Theseus Helenam.*] Theseus patre Ægeo regnante rapuit Helenam, non quum ipse regnaret. Itaque & hic ridiculus quoque anachronismus. Sed neque Apollodorus, neque alii Mythologi sibi constant. Non enim est culpa Eusebii, sed eorum, quos sequitur. Sic & neque de ætate Helenæ, quum rapta est, convenit inter Fabulatores. quorum alii virgunculam à Theseo raptam, & statim à Castoribus receptam fuisse, alii Iphigeniam ex ea Theseum suscepisse περαπολογοῦσιν. Addunt etymi nominis causam --- οὕνεκα δή μιν Ἶφι βιησαμένη Ἑλένη ὑπεγείνατο Θησεῖ; ut nugabatur Euphorion. Usque adeo nullus modus nugandi, nullus pudor horas in his perdendi fuit Græculis illis, qui nihil disertum sine mendacio esse putarunt.

Ibid. *ipso peregrinante.*] Θησέως ἀποδημοῦντος, *ipso* " *absente.* "

DCCLXXXIX. *Theseus quum Athenienses prius per regionem dispersos.*] Quo nomine institutum solenne Μετοίκια, mensis Hecatombæonis die XVI, qui mensis tum dicebatur Κρόνιος. Etiam τὰ Θησεῖα idem festum

stum vult esse Scholiastes Pluti Aristophanis. Ταῖς δὲ ὀγδόαις τὰ Θησεῖα ἦγον. ἑορτὴ δὲ αὐτῷ ἐπετελεῖτο, ἐπειδὴ αὐτὸς συνήγαγε τῆς Ἀττικῆς πρότερον σποράδην καὶ κατὰ κώμας οἰκουμένην. Charax ὁ περιηγητής. ὁ Θησεὺς τὰς ἕνδεκα πόλεις τὰς ἐν τῇ Ἀττικῇ συνοικίσας εἰς Ἀθήνας Συνοίκια ἑορτὴν κατεστήσατο. Itaque Μετοίκια & Συνοίκια eadem sunt. Tamen, quanquam eandem caussam institutorum Theseorum dicit fuisse Suidas, putat post mortem Thesei introducta. Eadem etiam caussa τῶν Παναθηναίων. Idem: Παναθήναια Ἀθήνησιν ἑορτὴ ἐπὶ τῷ ὑπὸ Θησέως γενομένῳ συνοικισμῷ, πρῶτον ὑπὸ Ἐριχθονίου τοῦ Ἡφαίστου καὶ τῆς Ἀθηνᾶς, ὕστερον δὲ ὑπὸ Θησέως συναγαγόντος τοὺς δήμους εἰς ἄστυ. Pausanias Arcadicis: Παναθήναια δὲ κληθῆναι φασὶν ἐπὶ Θησέως, ὅτι ὑπὸ Ἀθηναίων ἐτέθη συνειλεγμένων ἐς μίαν ἁπάντων πόλιν. Itaque non mirandum, quod scribit Diodorus, Androgeon Minois filium Athenas venisse regnante Ægeo, συντελουμένων τῶν Παναθηναίων, quum à Pandione antea instituta ob Atticos ex diversis locis in unam urbem collectos, à Theseo ex eadem caussa instaurata fuerint. Item Apollodorus de Ægeo: αὐτὸς δὲ ἧκεν εἰς Ἀθήνας, καὶ τὸν τῶν Παναθηναίων ἀγῶνα ἐτέλει. ἐν ᾧ ὁ Μίνωος παῖς Ἀνδρόγεως ἐνίκησε πάντας. Ex his discimus idem solenne fuisse Θησεῖα, Μετοίκια, Παναθήναια, eaque XVI die Hecatombæonis instaurari solita, quinto quoque anno, plenilunio, omnium Olympiadum anno tertio. idque institutum numero MCCCCLII, ut suo loco diximus, quum antea quotannis celebrarentur. Vide igitur quæ ad numerum MCCCCLII notamus.

Ibid. *ignominiose ejectus est per signa testarum.*] Ita vertit τὸν ὀστρακισμόν. De hac autem re Scholia Pluti: μετὰ τὸ χαρίσασθαι τὴν δημοκρατίαν τοῖς Ἀθηναίοις τὸν Θησέα, Λύκος τις συκοφαντήσας ἐποίησεν ἐξοστρακισθῆναι τὸν ἥρωα. Alibi non memini legere.

„ Ibid. *per signa testarum.*] Cornel. Nepos in The-
„ mistocle vocat suffragia testarum, *Miltiades testarum*
„ *suffragiis è civitate ejectus.* In Aristide: *collabefactus*
„ *testula illa exilio decem annorum multatus est.*

Ibid. *eandem legem primus ipse constituens.*] Theseum auctorem ὀστρακισμοῦ fuisse nusquam legi, qui meminerit: imo contra sero tandem ab Athenensibus institutum non diu obtinuisse. Auctoris nomen in controverso est. Ælianus Clisthenem dicit, lib. XIII, cap. XXIV, Ποικίλης. Κλεισθένης δὲ ὁ Ἀθηναῖος τὸ δεῖν ἐξοστρακίζεσθαι πρῶτος εἰσηγησάμενος αὐτὸς ἔτυχε τῆς καταδίκης πρῶτος. Achilleus Photio 252: ὁ τὸν ὀστρακισμὸν ἐπινοήσας Ἀθήνησιν Ἀχιλλεὺς ἐκαλεῖτο υἱὸς Λύσωνος. De tempore Diodorus lib. XI. 270. τὸν ὀστρακισμὸν ἐπαγαγόντες αὐτῷ, ὃς ἐνομοθετήθη μὲν ἐν ταῖς Ἀθήναις μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶν τυράννων τῶν περὶ Πεισίστρατον. Cui consentaneum quod scribit Harpocratio: Ἵππαρχος ὁ Πεισιστράτου. ἄλλος δέ ἐστιν Ἵππαρχος ὁ Χαρίνου, ὥς φησι Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Λεωκράτους. περὶ δὲ τούτου Ἀνδροτίων ἐν τῇ δευτέρᾳ φησὶν, ὅτι συγγενὴς μὲν ἦν Πεισιστράτου τοῦ τυράννου, καὶ πρῶτος ἐξωστρακίσθη, τοῦ περὶ τὸν ὀστρακισμὸν νόμου τότε πρῶτον τεθέντος. Plane eodem tempore ostracismum introductum ait, quo & Diodorus: neque
„ Himerio Sophistæ accedendum, qui à Solone sanci-
„ tum scribit apud Photium 578. Tantum abest τὸν Θησέα ἐξοστρακισθῆναι, ut tot sæculis post ejus mortem ὀστρακισμὸς introductus fuerit, quo per decennium ii cogebantur abesse ab Urbe, quorum potentia & gratia, & opes suspectæ erant, siquidem eos sex millibus aut majore numero testularum damnari contigisset. Infra illum numerum damnati non cogebantur abire. Scholia Equitum Aristophanis: ἀριθμηθέντων δὲ (τῶν ὀστράκων) ᾧ πλεῖστα γένοιτο, καὶ μὴ ἐλάττω ἑξακισχιλίων, τοῦτον ἔδει ἐν δέκα ἡμέραις μεταστῆναι τῆς πόλεως. εἰ δὴ μὴ γένοιτο ἑξακισχίλια, οὐ μεθίστατο. Quæ verba consulto posui, ut confutaretur sententia Iohan. Tzetzæ Grammatici, qui mille tantum testulis condemnari solitos scribit in versibus Politicis pag. 255.

Εἰς ὄστρακον γὰρ γράφοντες τὸ ὄνομα ἐκείνου
Ἐρρίπτουν εἰς Κυνόσαργες. τόπος δ' Ἀθήναις οὗτος,
Οὗ καὶ τοὺς νόθους ἐρρίπτουν τοῖς χρόνοις τοῖς προτέροις.
Ἑκάστοτε καὶ τὰ ὄστρακα ἔξωθεν ἐρρίπτουν.
Ἂν οὖν ἡμέρα τῇ τακτῇ χίλια εὑρέθη,
Ἀσυμπαθῶς ἐστέλλετο πρὸς τὴν ὑπερορίαν.
Εἰ δ' ἦσαν ἀποδέοντα τὰ ὄστρακα χιλίων,
Ἐν τῇ πατρίδι μένων ἦν ἐπιτυχὼν συγγνώμης.

De millibus ergo testulis aut sine auctore, aut non bono auctore dicit: ut de Cynosarge, in quo vult eum actum celebrari solitũ, quum certum sit τὸν ὀστρακισμὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ peragi solitum, &, ut Plutarchus in Aristide scribit; ἐν τόπῳ τινὶ τῆς ἀγορᾶς δρυφράκτοις περιπεφραγμένῳ, cui decem exitus essent, quod tot essent αἱ φυλαὶ, ut Scholiastes Aristophanis admonuit, cujusmodi erant septa, quæ & ovilia, in campo Mar- „
tio, quibus se continebat populus, quum suffragia fer- „
re vellet.

DCCXCV. *Sicyoniorum Phæstus annos octo.*] In Excerptis Barbarolatinis ann. L. Apud Georgium ἔτη ι. Sed perperam scriptum est ibi Ἥφαιστος pro Φαῖστος. Videtur etiam in hujus regis annis aliquid sibi permisisse Eusebius.

DCCCI. *Minos leges ac jura constituit.*] Hic locus verus Minois sæculi videtur esse: & magis confirmat sententiam nostrã de initiis Ægei & Thesei nimis alte repetitis.

Ibid *Adrastus.*] Virgil. VI. *Et Adrasti pallentis imago.* „
Servius: *Rex Sicyonis primo, post Argivorum, socer Tydei &* „
Polynicis. Apud Pausaniam ante Janiscum, quem Euse- „
bius ridicule Inachon vocat, collocatur Adrastus. Homerus facit regem primum Sicyonos, si Grammaticis credimus. καὶ Σικυῶν' ὅθ' ἄρ' Ἄδρηστος πρῶτ' ἐμβασίλευεν. Sed videndum, an ibi intelligendum sit πρῶτα, ἀντὶ τοῦ πρότερον. Sicyone, ubi prius regnavit Adrastus, quam scilicet Argis imperaret. De Adrasto, & quomodo propter filiam Polybi regis, quam duxerat uxorem, regnum assequutus sit, vide omnino Scholia vetustissima in Pindarum, Nemeaco IX.

DCCCIII. *Ammenemes ann.* XXVI.] Africano ἔτη ε. Ut hic quoque videas libertatem Eusebii, ut leniore vocabulo appellem, quã quo dignus est, pro factis istis.

DCCCIV. *Philistus scribit à Zoro.*] Ita habent POST. At PR. Ziοro. Græca Ἐζώρου. Appiano Ζῶρος, ut excusi. οἰκισταὶ δὲ αὐτῆς ἐγένοντο Ζωρός τε καὶ Καρχηδὼν, ὡς δὲ Ῥωμαῖοι, καὶ αὐτοὶ Καρχηδόνιοι νομίζουσι, Διδὼ γυνὴ Τυρία. De Carthaginis conditu lege quæ in Appendice Operis de Emend. Temp. notavimus. Diverse refertur tempus hujus urbis, propter diversos conditores. Omnino prior sedes fuit arx Βύρσα, quæ eorum lingua Βύσρα, בִּצְרָה Id significat ἄκραν, arcem, ut revera erat. posterior fuit, quam vocabant *Karthada*, id est Νεάπολιν apud Solinum. Et sane partis illius urbis, quæ Νεάπολις dicebatur, meminit Diodorus.

Dicta

„ Dicta est νεάπολις ad differentiam, τ Καδμείας, „ quæ significat παλαίπολιν. Nam quemadmodum „ Tyrus, unde Carthaginienses oriundi, habebat „ παλαίτυρον: Ita Carthago παλαίπολιν. Hoc enim „ Καδμεία eorum lingua denotat קַדְמָה. Quod hic diximus, verissimum est. Non enim sumus, qui omnia ex Hebraismo deducunt, etiam idioma Indicum, *Brachmanas*, & alia ejusmodi putiditatis καὶ τύφε argumenta. Vix gustarunt Hebraismum, & præceptiones Grammaticas dictant. Ubi Lexica Hebraica non suppeditant, quod volunt, implorant opem Arabismi, quem non norunt. Nos igitur scimus Phœnices Chananæorum lingua locutos à principio, quę fuit mera Hebraica. Testantur id quum alia, tum reliquiæ Philonis Bybliensis, ad quas quidam nunc arrigunt aures, postquam viam ad fontem indicavimus in Appendice oneris de Emend. Temp. Qui negabit quod de Βύρσα & בצרה diximus, neque ullum gustum harum rerum habet, fruatur sua δοκησισοφίᾳ, & per me insaniat, aut ringatur, licet. Ego hujusmodi capitibus non invideo, ut sua sine rivali ament. Nos scimus vera nos dixisse, & valde imperitum, ἄμεσον καὶ ἀμαθῆ esse, ad quem harũ rerum sensus non pervenerit. Si retinemus Ἔζωρος, ut est in Græcis, merum fuerit Tyrium & Chananæum nomen אזור *balteus militaris*. Sic unus ex Tyriorum Dynastis vocatus fuit Bad-Ezor. Καρχηδὼν autem est plane כר כידן *miles* aut *centurio clipeatus*, vel *hastatus*. Nam de Neapoli, & Karchada minus verisimile.

Ibid. *Carthaginem conditam.*] Appianus: Καρχηδόνα τὴν ἐν Λιβύῃ Φοίνικες ᾤκισαν ἔτεσι πεντήκοντα πρὸ ἁλώσεως Ἰλίου. Ergo numero DCCLXXXV. Postea addit à Zoro & Carchedone conditam, ut habes supra.

DCCCVII. *Sicyoniorum Polyphides.*] Hujus non meminit Pausanias, sed Tzetzes:

> Τὸν δ' Ἀγαμέμνονα τροφὸς μετὰ τοῦ Μενελάου
> ἀγεῖ πρὸς Πολυφείδεα κρατοῦντα Σικυῶνος.

quod nescio unde habeat, quum illi auctores, qui extant, Polyphidis hujus non meminerint. Præterea tempus non convenit. Longe enim posterior hoc Polyphide fuit Agamemnon.

DCCCX. *Hercules agonem Olympicum.*] De hoc vide, quæ in Canonibus Isagogicis notavimus.

Ibid. *à quo, usque ad primam Olympiadem, supputantur anni* CCCCXXX.] Quinque annis plus dicit. Hoc enim congruit numero DCCCXV, ad quem, ab Olympiis primis Pelopis, anni sunt CXIV, hoc est Cycli Lunares sex. Rursus ab illo, quod in honorem ejusdem Pelopis, instauravit Atreus filius, anni XIX, id est Cyclus unus. Itaque hinc colligimus ipsos Græcos tunc celebrasse Olympia, quotiescunque novilunium incidebat in IX Iulii. Et sane à Pelope, usque ad multos annos infra Herculem, novilunium competebat in eam diem, quotiescunque numerus aureus erat XVI. Tunc enim epacta erat XVII, quæ congruit diei IX. Iulii. Sane hæ non sunt epulæ plebeiorum ingeniorum, & horum, qui hodie miseras chartas disperdunt fanaticis suis Chronographiis. Hæ igitur periochæ de Olympiis Pelopis, Atrei, & Herculis, quia characterem cælestem habent, utpote novilunia, non sinunt nos dubitare quibus temporibus Pelops, Atreus, & Hercules fuerunt, quum tantam scriptorum de hac re inconstantiam passim in hoc Canone Eusebiano videamus. Apud Clementẽ vero legimus à bello Thebano, ἐπὶ τὸν Ὀλυμπικὸν ἀγῶνα, ὃν Ἡρακλῆς ἔθηκεν ἐπὶ Πέλοπι, ἔτη τρία. ita ut bellum Thebanum congruat numero Eusebiano DCCCXII. Itaque error est in optimo Chronico apud eundem Clementem. ex cujus rationibus Agon Olympicus Herculis congruit numero DCCC. Nam XV. annis minus dicit. Porro apud Georgium legimus: ἐν Ὀλυμπίᾳ πρῶτον ὑφ' Ἡρακλέους ἀγῶνα ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους Σαμψῶν ἀριθμῶν εὑρήσεις ἔτη υλ', ἕως πρώτης Ὀλυμπιάδος. Habebat hunc locum in animo.

Ibid. *Sub Tautane rege Assyriorum Troja capta est.*] Diodorus: Τευτάμου γὰρ βασιλεύοντος τῆς Ἀσίας, ὃς ἦν εἰκοστὸς ἀπὸ Νίνου τοῦ Σεμιράμιδος, φασὶ τοὺς μετ' Ἀγαμέμνονος Ἕλληνας ἐπὶ Τροίαν στρατεῦσαι. Sed timide hoc dixit Diodorus, ut ex sequentibus apparet. Alios enim hoc scribere dicit. Nam alioquin falsum est regnum Teutanis Assyrii in Trojana tempora incidisse. Obiit enim Teutanes annis CCV ante excidium Trojanum, annis CCXV ante conjurationem Græciæ in Aulide. Quod autem XXV regem facit, quem Africanus XXVI à Nino, caussa est, quod Africanus XLI Reges recte protulit, Diodorus XXXV tantum. Itaque Diodorus minus sex ponit, quam Africanus: quos quidem sex ante Teutamum jam ablatos esse à Diodoro hinc colligimus: nisi codex Diodori mendosus est: quod non dubitamus. Sic ibidem τριάκοντα βασιλεῖς mendose excusum pro τριάκοντα πέντε. At Eusebius ex XL. à Nino, quos memorat Africanus, IV sustulit post Teutamum, ut Teutami regis regnum in Trojana tempora incideret.

Ibid. *Bellum Amazonum contra Thebas.*] Historia docet, & Græca Eusebiana non κατὰ Θηβῶν, ut legebat Hieronymus, sed κατ' Ἀθηνῶν, legendum esse. Sic vetustissimus Criticus Dionysius Phaselites in Pindarici Pythico II pro λιπαρῶν ἀπὸ Θηβῶν legebat λιπαρῶν ἀπ' Ἀθηνῶν. & proclivis lapsus est, ut apud Palæphatum: Κάδμος ἔχων γυναῖκα Ἀμαζονίδα, ᾗ ὄνομα Σφίγξ, ἦλθεν εἰς Ἀθήνας. Legendum enim Θήβας.

DCCCXIII. *Minos in Sicilia adversum Dædalum arma corripiens à filiabus Cocali occiditur.*] Tzetzes de Dædalo:

> Τοῦτον καὶ Μίνως ἐκζητῶν ἦλθεν ἐς Σικελίαν,
> Ὑπὸ τῶν θυγατέρων δὲ θνήσκει τῶν τοῦ Κωκάλου
> Ζέμα θερμὸν περιχυθεὶς, καὶ παραυτίκα ψύξας.

Contigit hoc in urbe Cocali Regia, cui nomen erat Camicos: & sic scribe in Tzetze:

> Ὁ Δαίδαλος δ' εἰς Κάμικον σώζεται Σικελίας.

Nam κάμινον, & fornacem somniavit interpres. Vide Pausaniam, Aristotel. lib. Polit. secundo, cap. octavo, Scholia quarta Nemeaci Pindari, Ovidium Metamorph. VIII.

DCCCXVI. *Atreus Argis regnat.*] Atreo & Thyesti assignat Eusebius annos LXV. quibus subjungit Agamemnonem, omisso patre Agamemnonis Plisthene, propterea quod multi Agamemnonem & Menelaum Atrei filios faciunt, qui revera erant Plisthenis filii, Atrei nepotes. Itaque ex illis LXV annis pars attribuenda Plistheni: nisi dicamus Plisthenem ante Atreum obiisse.

Ibid. *Phædra Hippolytum amat.*] Profecto sub Theseo hoc contigit, utpote adhuc Athenis regnante. Est anachronismus non ferendus.

DCCCXX. *Iephthe in libro Iudicum.* Iudic XI, 26 De hoc

loco Eusebii Georgius: ὁ Ιεφθαὲ τὰ ἀπὸ Μωσέως, ἕως αὐτοῦ, τοῦ λέγει εἶναι τῇ βίβλῳ τῶν Κριτῶν, δηλονότι τῆς τῶν ἀλλοφύλων ἐπικρατήσεως. οὕτω γὰρ χρὴ νοεῖν, καὶ οὐχ ὡς Ευσέβιος συναριθμῶν τοῖς τῶν Κριτῶν χρόνοις τοὺς τῶν ἀλλοφύλων, καὶ μὴ λογιζόμενος αὐτοὺς ἰδίως ἑκάστους, ὡς ἡ γραφή. μετὰ δὲ τὴν τοῦ Αυδὼν τελευτὴν ἀλλόφυλοι Φιλισιαῖοι ἐκράτησαν τοῦ Ισραὴλ ἔτη μ. Sed quod putat illos CCC annos ab eo tempore, quo Allophyli Israëlitas oppresserunt, præterquam, quod non multum promovet ejus rationes, est anile delirium, quod liber Iudicum manifesto confutat.

„Ibid. *ab ætate Mosis.*] τὰ ἀπὸ τοῦ Μωσέως. Obscure „dictum ab Eusebio, obscurius redditum ab Hiero-„nymo.

DCCCXXII. *interfectorum posteri.*] Epigoni est omnis posteritas. Sed κατ' ἐξοχὴν ita vocantur posteri eorum, qui ad Thebas occubuerunt; ut nemo, qui vel minimum Græcis imbutus fuerit, ignorat. Numero DCCLXXXIII notatur ἡ στρατεία τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. Hic vero τῶν Επιγόνων στρατεία numero DCCCXXII. Intervallum XXXIX anni. Atqui decem anni duntaxat intercedunt inter cladem τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, & expeditionem τῶν Επιγόνων. Apollodorus: μετὰ δ' ἔτη δέκα οἱ τῶν ἀπολομένων παῖδες κληθέντες Επίγονοι στρατεύειν ἐπὶ Θήβας προῃροῦντο τὸν τῶν πατέρων θάνατον τιμωρήσασθαι βουλόμενοι. Quare in hoc intervallo viginti novem annis plus dicit. Sed Græca mutilavit Georgius; quæ integra ad verbum extant in iis, quæ ex Apollodoro adduximus, unde Eusebius ad verbum exscripserat: οἱ τῶν ἀπολομένων παῖδες κληθέντες Επίγονοι στρατεύουσιν ἐπὶ Θήβας. Ita Apollodorus: ita etiam totidem verbis Hieronymus, & ita Græca supplenda.

DCCCXXV. *Hercules in morbum.*] τὴν ἡρακλέους ἀποθέωσιν Vellejus Paterculus ait contigisse annis CXX ante Heraclidarum reditum. Hoc est XL annis ante Ilii eversionem, numero DCCXCV. Quod falsum convincit numerus DCCCXV, quo agon Olympiacus ab Hercule est instauratus.

„Ibid. *se jecit in flammas.*] Unde locus dictus Γρήσιον. „auctor Scholiastes Thebaidos Statii.

Ibidem *Esebon.*] Qui factum sit, ut Esebon dicatur, „qui Αβαισὰν in Græcis Bibliis emendatis, in aliis „Εβεσὰν dicitur, caussam nescio. Omnes codices tam scripti, quam editi habent, *Esebon.* Marianus quoque & Nicephorus Εσβών. ut omnes ab Eusebio hoc nomen accepisse videantur. In Clemente Alexandrino „vitiose editum est Αβαιθάν. Hebraice אִבְצָן. Ibetzan. „Si in Hebraico legeretur אֶצְבָּן, non אִבְצָן: tunc rectum „esset ἐσβών. quomodo extat apud Theophilum in „Autolycum lib. III. ut hujus depravationis auctor „Eusebius non fuerit, sed quædam exemplaria ita ha-„buerint. In x. προπαρ. ἐσβών, non Αβαισάν, ab ipso „Eusebio dicitur.

DCCCXXIX. *Thuores ann.* VII.] Africanus ἔτη ς. Propter hunc Thuorem, regum, annorum, & Dynastiarum ipsarum interpolatio commissa ab Eusebio, ut hunc regem cum temporibus Trojanis compararet. Neque vidit quantam absurditatem incurrit, quum ultimum annum hujus regis claudit cum excidio Ilii, ut præcise ibi eum statuat desiisse in humanis esse, ubi & Ilium quoque desiit esse. Atqui superfuisse IlioPolybum, quem Thuorim esse volunt, testis Homerus ipse, qui Menelaum ab eo exceptum, & muneribus donatum canit. Alioquin bene conveniebat huic regi esse eum, quem Polybum Homerus vocat, quandoquidem eum regnasse Thebis Ægyptiis dicit, & ipse Thuoris quoque est ultimus hujus Dynastiæ, quæ Thebanorum sive Diospolitarum fuit. Sed quum sex duntaxat anni ab Africano illi attribuantur, commentum non procedit. Nam ab initio hujus regis, ad excidium Ilii, anni sunt XXXIII. Quod si XXXV, aut XXXVI anni illi assignati fuissent, nihil erat, quod huic argumento opponi posset.

DCCCXXXII. *Iudex Aelon rexit populum ann.* X. *qui non habetur apud* LXX.] Quam vere hunc Iudicem apud LXX Seniores extare neget Eusebius, ipsos LXX judices fero. καὶ ἔκρινε μετ' αὐτὸν τὸν Ισραὴλ Αιλὼν ὁ Ζαβουλωνίτης δέκα ἔτη. Hoccine est non extare, quod optima fide conceptum est? Sed Eusebius solennia facit. Quid dicemus de doctissimo sui ævi Beda, apud quem ita legitur: *Achialem Zabulonites annis* X. *Hic cum annis decem suis in* LXX *Interpretibus non habetur: pro quorum damno supplendo Eusebius Iosuæ filio Nun, Samueli, & Sauli, quorum annos Scriptura non dicit, plures annos, quam in Iosepho legebat, annotavit, quatenus ab egressu Israel ex Aegypto, usque ad ædificationem templi* CCCCLXXX *annorum summam, quam Scriptura prædicat, haberet.* An dicemus Iudicum codicem Græcum, quem hodie habemus, non esse ex LXX Seniorum interpretatione? Certe Clemens alio ordine Iudices hos posteriores recenset: Ιεφθαὲ Γαλααδίτης ἐκ φυλῆς Μανασσῆ ἔτη ἕξ. Αβαιθὰν ὁ ἐκ Βηθλεὲμ φυλῆς Ιούδα, ἔτη ἑπτά. Εβρὼν ὁ Ζαβουλωνίτης ἔτη ὀκτώ. Αιγλὼν Εφραϊμίτης ἔτη ὀκτώ. Φιλισιεὶμ ἔτη τεσσαράκοντα. Qui vocatur Elon Zabulonites, ipsi est Εβρὼν, cui octo tantum annos tribuit. Sed est error librarii. Nã pro Εβρὼν, legendum Εβδών. Et pro Εφραϊμίτης, reponendum Φαρθαμίτης. χιασμὸς enim commissus. Et cognomentum sive nomen gentilitium alterius alteri restituendum. Scripsit igitur Clemens: Αιγλὼν ὁ Ζαβουλωνίτης ἔτη ι. Εβδὼν ὁ Γαρθαμίτης ἔτη ὀκτώ. Nullum alium igitur Iudicum librum, præter hunc Græcum, quo hodie utimur, in veteri Ecclesia fuisse, vel unus Theodoritus idoneus testis erit, qui non alium agnoscit, quam hunc. quin etiam eo vetustiores Patres non alium habuisse manifesto deprehenditur. Quare trajectio illa apud Clementem, librariorum est menda. Quid autem habebat in animo „Eusebius quum hęc scriberet? Nã lib. x. προπαρασκ. „diserte meminit ipsius Αιγλών. Εσβὼν ἔτη ζ. Αι-„γλὼν ἔτη ι. Λαβδὼν η. Αβαισὰν autem non extare in illo libro, aut μνημονικὸν Eusebii σφάλμα est, aut tale παρεγχείρημα, quale quum dicit in libro LXX Seniorum XII annos attribui Regi Iudæ Ammoni filio Iosiæ, in Hebraico autem II tantum. Hæc suo loco animadvertentur. Interea sciamus non audiendum esse Eusebium, qui Ailon negat in Græcis LXX seniorum exemplaribus extare. & magis mirandum, quod Bedæ summo & diligentissimo Scriptori idem persuaserit: qui non solum hac in re Eusebium sequitur, sed & *Labdon* dixit pro *Abdon*, ut Eusebius, & tamen *Abæsan*, non *Esbon*, Eusebium sequutus posuit.

DCCCXXXIII. *Hebræorum Labdon.*] Λαβδὼν etiam habet Chronicon Casaubonianum. Augustinus XVIII. XIX. Nicephorus Λαμβδών. quum tamen in editione LXX interpretum sit recte Αβδών. Quare Eusebius est auctor harum deformationum: quem sequitur fere semper Nicephorus, & Chronicon Casaub. in quo etiam Εσεβὼν, ut apud Eusebium, & Nicephorum legitur. Sed Africanus habebat recte Αβδὼν, non Αυδών. Georgius: Αυδὼν Κριτὴς ἔκρινεν τὸν Ισραὴλ ἔτη η. Αφρικανὸς ἔτη κ, οὐ καλῶς.

Ibid. *Memnon & Amazones Priamo.*] Duæ expeditiones Amazonum in Troada regnante Priamo. In

priore

priore bellum intulerunt Priamo, in altera illi suppetias venerunt. Prioris mentio Ἰλιάδ. Γ. ἤματι τῷ, ὅτε ἦλθον Ἀμαζόνες ἀντιάνειραι. In eo bello Μυρίνα Ἀμαζὼν occubuit, ὅτε κατὰ τῆς Τροίας ἐςρατεύσαν, ait vetustiss. Scholiastes. Alterius expeditionis meminerunt multi: Virgil. primo Æneidos: Justinus lib. secundo: Quintus Smyrnæus lib. primo.

Ibid. *Memnon.*] Hunc Trojam venisse negat Philostratus lib. VI. Περὶ δὲ τοῦ Μέμνονος τάδε ἀναγράφει Δάμις, ὡς μὲν παῖδα γενέσθαι αὐτὸν, ἀποθανεῖν δὲ οὐκ ἐν Τροίᾳ, ὅτι μηδ' ἀφικέσθαι ἐς Τροίαν. vide reliqua.

DCCCXXXV. *Mopsus regnavit in Cilicia.*] Fortasse aliquot annis post Troica hoc contigerit. Nam post Trojæ excidium Calchas convenit cum Colophone ad Clarium oraculum, non in Cilicia. Itaque post hæc tempora Cilicia potitus videtur.

Ibid. *à quo Mopsicrene, & Mopsistia.*] Epigrammation:

> Μόψου τὴνδ' ἐσορᾷς κλεινὴν πόλιν, ἥν ποτε μάντι
> Δείματο, τῷ ποταμῷ κάλλος ὑπερκρεμάσας.

Intelligit τῷ ποταμῷ Πυράμῳ ἐπικειμένην fuisse.

Ibid. *Thuores Rex Aegypti ab Homero Polybus vocatur, maritus Alcandræ.*]

> Φυλὼ δ' ἀργύρεον τάλαρον φέρε, τόν οἱ ἔδωκε
> Ἀλκάνδρα Πολύβοιο δάμαρ, ὃς ἔναι' ἐνὶ Θήβης
> Αἰγυπτίαις — Οδυσ. Δ.

Tempora conveniebant, si plusquam XXXIV anni illi assignati fuissent. Eusebius affectavit VII annos illi attribuere, ut præcise eodem tempore moreretur, quo Ilii excidium contingeret, & mortuus Menelaum post longam jactationem maris hospitio exciperet. Sed omissis hallucinationibus aliorum, si ullus rex Thebanorum in Ægypto Menelaum ex Ilii clade reducem hospitio excepit, is fuerit primus rex sequentis Dynastiæ XX, siquidem ille rex plusquam XXVII annos regnaverit. Nam Africanus, & eum sequutus Eusebius nomina, & annos κατὰ πλάτος non apposuerunt, sed καθ' ὁμάδα.

Ibid. *Menestheus moritur in Melo.*] Ultimo anno Menesthei & primo Demophoontis captum Ilion scribit doctissimus Clemens Alexandrinus. Hic vero reducem ex clade Ilii Menesthea in Melo obiisse. Contra in Scholiis Lycophronis 130 legimus ita: Μενεσθεὺς εἰς Μῆλον ἐλθὼν βασιλεύει, τοῦ ἐκεῖ βασιλέως Πολυάνακτος τελευτήσαντος. Quod ridiculum. Quomodo enim spreto regno suo Atticæ alienum & nihil ad se pertinens prætulisset?

Ibid. *Colligitur omne tempus secundum Assyrios.*] Contigit hic casus Assyriorum anno MCLXXV à Belo, MCXX à Nino. Prochronismus est Eusebio annorum CCLXXXV propter temeratam ab eo, &, ut Georgius loquitur, παρανομηθεῖσαν regum Assyriorum Chronologiam.

Ibid. *secundum Hebræos, à primo anno nativitatis Abrahæ.*] A nato Abraham, ad Ilii excidium, sunt anni DCCCXX. Quindecim anni sunt μεταχρονισμοῦ, de quibus toties monuimus. Memineris hæc distinguere, ut supra docuimus. In intervallis Scripturæ Eusebius peccat προχρονισμῷ XV annorum: in intervallis historiæ exoticæ, si comparentur cum intervallis scripturæ, peccat μεταχρονισμῷ totidem annorum. Re vera enim Abraham natus est numero XVI, non primo. Exodus contigit numero DXX, non DV. conditus Templi numero DCCCCXCIX, non DCCCCLXXXIV. Contra evenire necesse est, si ab Abraham nato, ad casum Trojæ, aut ad primam Olympiadem intervalla putentur. Tunc enim reperies illos XV annos esse μεταχρονισμὸν, non προχρονισμόν. Sic à nato anno Abraham, ad excidium Trojæ, putat annos DCCCCX secundum rationes suas. Sed quia est μεταχρονισμὸς XV annorum, à nato Abraham, ad excidium Ilii, fuerint anni CCCXCV duntaxat. Denique in numero Eusebiano à primo anno ipsius numeri, ad aliud intervallum scripturæ, est προχρονισμὸς XV annorum. Contra à primo anno ipsius numeri, ad aliquod intervallum exoticæ historiæ, est μεταχρονισμὸς totidem annorum. Sed à conditu Templi Salomonici incipit variare numerus, ut suo loco disputabitur.

Ibid. *à nativitate vero Mosi.*] Jam diximus. anni illi peccant μεταχρονισμῷ comparati cum intervallo exoticæ historicæ.

Ibid. *ad vigesimum annum Menesthei, cujus Homerus meminit.*] In Bœotia:

> Τῶν δ' αὖ ἡγεμόνευ' υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς.

Ibid. *à captivitate Trojæ, usque ad primam Olympiadem, fiunt anni numero quadringenti VI.*] Uno anno minus dicit. Nam sunt anni CCCCVII. Itaque excidium Trojæ contigit anno Eusebiano DCCCXXXIV, non autem DCCCXXXV. Ratio petenda est ex caussis Tetraëteridon Atticæ, quarum indicio Ephorus, & post eum Dionysius Halicarnassensis casum Ilii divinitus eruerunt, quum à XXIII Thargelionis, ad κέντρον θερινὸν, essent XVII περιτταὶ ἡμέραι. Ex quo consequens est hunc casum congruere anno undecimo periodi Atticæ, 3531 periodi Julianæ: de quibus si deducantur per perpetuam regulam, 2697, remanebit epocha Ilii capti in numero Eusebiano DCCCCXXXIV. Itaque uno anno plus dicit. Unde consequens est, ut anno minus sit intervallum, ad primam Olympiadem. de variis sententiis super mense, aut anni tempore, quo Troja capta fuit, vide τὴν συναγωγὴν in historia Ἀθδῶν Judicis. Æschylus vult captum Ilium κατὰ τὴν Πλειάδος δύσιν.

> — ἀσπιδηφόρος λεὼς
> Πήδημ' ὄρουσεν ἀμφὶ Πλειάδος δύσιν.

DCCCXXXVI. *de tertio tomo Manetho.*] Ita etiam Græca Eusebiana libri prioris habent, & Græca Africani. Unde colligimus tribus tomis Dynastias Ægyptiorum à Manetho Sacerdote Ægyptio explicatas fuisse. De quo in Canonibus Isagogicis.

Ibid. *Aegyptiorum XX Dynastia Diopolitanorum. ann. CLXXVIII.*] Africanus ἔτη ρξε. Eusebius annos LIII de suo largitur, ut Waphris tempora cum excidio Ierosolymitano competerent.

DCCCXXXIX. *sive, ut quidam volunt, post annos VIII, regnavit Aeneas.*] In illis, qui VIII anno post casum Ilii Æneam in Italiam venisse scripserunt, Virgilius censetur:

> — *nam te jam septima portat*
> *Omnibus errantem terris & fluctibus æstas.*

DCCCXL. *Lydi mare obtinuerunt.*] Tempus addunt Græca: Λυδοὶ, οἱ καὶ Μαίονες, ἐθαλασσοκράτουν ἔτη ϞΒ. Quæ autem toties in hoc Chronico de illis referuntur, qui mare obtinuerunt, sciendum est omnia a Castore Rhodio desumpta esse, qui inter alia περὶ θαλασσοκρατησάντων scripsit. Vide Suidam.

Ibid. *qui computantur temporibus Iudicum posteriorum.*] Ex Græcis debebant amplius hæc addi: *temporibus Sampson & Iudicum posteriorum*. Georgius: Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου τὰ μ ἔτη ταῦτα τῶν ἀλλοφύλων τοῖς τοῦ Σαμ-

Σαμψὼν συναριθμεῖ ὀλίγως, καὶ τὸν μετ' αὐτὸν Κριτῶν ἔτεσι, μὴ στοιχειώσας αὐτὰ ἐν τῷ Κανόνι αὐτοῦ, μηδὲ τὸ λοιπῶν ἀλλοφύλων, κατὰ ἵνα, φησὶν, Ἑβραίων παράδοσιν. περιφανῶς δὲ, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις, ἀντίκειται τῇ γραφῇ.

DCCCXLIII. *Assyriorum Teutæus* XX.] Africano μδ. Quatuor annos igitur expunxit noster.

Ibid. *Ascanius Aeneæ filius Albam urbem condidit.*] Æneas ultimo tempore regni sui Lavinium condidit. Trigesimo anno post conditum Lavinii Ascanius condidit Albam longam, auctore Dionysio. Itaque tempus Albæ conditæ competebat numero DCCCLXXI. Triginta enim illi anni significati sunt per triginta fœtus scrophæ albæ, ut omnes sciunt. quos fœtus non ad annorum, sed ad turrium numerum retulit Lycophron:

> Κτίσει δὲ χώραν ἐν τόποις Βορειγόνων
> Ὑπὲρ Λατίνους Δαυνίους τ' ᾠκισμένην
> Πύργους τριάκοντ' ἐξαριθμήσας γονὰς
> Συὸς κελαινῆς, ἣν ἀπ' Ἰδαίων λόφων
> Καὶ Δαρδανείων ἐκ τόπων ναυσθλώσεται
> Ἰσαριθμίων θρέπτειραν ἐν τόκοις κάπρων.

Sed tam condonandum hoc homini Græco, Romanorum Originum ignaro, quam illi auctori, quisquis is fuit, qui Eusebio persuasit Ascanium initio regni sui condidisse Albam, quum eam condiderit postquam novercale Lavinium reliquisset.

DCCCXLIV. *Ea, quæ de Vlysse.*] Hic Græca mutila sunt: quæ, ut periocha hæc illustretur, ita, ut videntur concepta fuisse, apponam. Τὰ περὶ Ὀδυσσέως μυθολογούμενα, πῶς τριήρη τὴν Τυρρηνῶν Σκύλλαν διέφυγε σὺν ξένους συλᾶν εἰωθυῖαν. *Ea, quæ de Vlysse fabulæ narrant, quomodo Scyllam Tyrrhenorum triremem, quæ hospites spoliare solebat, effugerit.* Tyrrheni Troicis temporibus piraticam exercebant, myoparonibus, & triremibus suis mare & oram maritimam infestantes: quarum triremium una nomine Scylla ut reliquas vincebat celeritate, ita supra omnes mercatoriis navigiis insidiabatur. Eam triremem, ut ait Palæphatus, Ulysses & celeritate navis suæ, & secundo vento usus feliciter effugit.

Ibid. *trieri Tyrrhenorum Scyllam fugerit.*] Ita habent omnes codices scripti. Editi *triremi.* quod idem est. Hieronymus vocem Græcam retinuit. sed quum τριήρει pro τριήρη legit, totam sententiam Eusebii dissimulavit. Nam Eusebius dicit Ulyssem effugisse Tyrrhenorum trierem piraticam, quæ vocabatur Scylla: Hieronymus verò Ulyssem effugisse Scyllam monstrum marinum trieri sua, sive navi, qua vehebatur. Soli Palæphato, unde hæc hausit Eusebius horum explicationem acceptam ferre debemus.

Ibid. *trieri.*] τριήρει. At τριήρη legere, & Trierem vertere debebat. Inde tenebræ obortæ huic loco. Palæphatus: ἦν δὲ ναῦς τριήρης ταχεῖα τότε ὄνομα Σκύλλα.

Ibid. *Spoliare hospites solitam.*] Quamvis hoc nihil deterit de sententia, tamen non ita concepit illud Palæphatus: αὕτη ἡ τριήρης τὰ λοιπὰ τῶν πλοίων συλλαμβάνουσα πολλάκις ἁρπάζετο βρῶμα. *Ipsa navis alia navigia correpta devorabat*, id est spoliabat, perdebat.

Ibid. *Scribit Palæphatus incredibilium libro primo.*] Hic liber ἀπίστων Παλαιφάτου solus hodie superest de quinque. Virgilius in divino poëmatio Ciri, Palæphatum citat super eadem Scylla, sed ex alio libro, quam ex primo. Nam ait apud Palæphatum hanc Scyllam, *quod cupidos quæstu passim spoliaret amantes*, propterea in canes & monstra marina mutatam fuisse

> *Quæ mala multiplici juvenum quod septa caterva*
> *Vixerat, atque animo meretrix jactata ferarum,*
> *Infamem tali meritorum more fuisse*
> *Docta Palæphatia testatur voce papyrus.*

Duæ enim Scyllæ fuerunt. prior Tyrrhena, quam navem piraticam fuisse dixit libro primo: altera & ipsa Tyrrhena, quam, quod miseros amantes devorabat, id est quæstu spoliabat, ideo in canes mutatam fuisse fingi. quod quidem in alio de quinque libris prodiderat Palæphatus.

DCCCLIII. *Ascanius derelicto novercæ suæ Lavinio.*] Propterea novercale Lavinium dicitur Juvenali. *Atque novercali sedes prælata Lavino.* Hoc, ut supra diximus, contigit annis XXX post conditum Lavinium, circiter DCCCLXX numerum Virgil. lib. primo — AB SEDE LAVINI TRANSFERT. Servius: *Verum est. Vitans enim novercalem invidiam deseruit Lavinium (quod timore Ascanii Lavinia post Aeneæ mortem ad Tirrum paternum pastorem gravida confugit ad silvas, ibique Silvium peperit) & Albam condidit ab omine porcæ albæ repertæ, vel situ civitatis.* Græca vero horum non extant. Suspicor esse Hieronymi, qui ab excidio Trojæ in hoc Chronico se multa de historia Latina aspersisse dicit.

DCCCLVIII. *balneas Byzantinorum.*] Hieronymi " sine dubio. λουτροῦ τοῦ λεγομένου Ζευξίππου in urbe Byzantina multi meminere. Zonaras vocat λουτρὸν Ζευξίππου. Cedrenus à Jove Ζευξίππῳ, in cujus templo constructum fuit, appellatum vult. Meminerunt etiam Epigrammata Græca in Anthologia. Præter omnes luculente Petrus Gyllius Aquitanus, vir doctissimus libr. II. cap. VII Topographiæ Constantinopoleos. Ridiculum vero à rege Sicyoniorum balneas Severi dictas fuisse, quasi idem sit Sicyon, & Byzantium.

DCCCCLXI. *In Hebræorum libro inveniuntur* XL *anni.*] Georgius: κατὰ Ἀφρικανὸν Ἠλεὶ ἱερεὺς ἡγήσατο τοῦ Ἰσραὴλ ἔτη κ' κατὰ τοὺς ο', κατὰ δὲ τὸ Ἑβραϊκὸν, ὧ καὶ Εὐσέβιος ἠκολούθησεν, ἔτη μ', καὶ οὐχ οὕτως ἐπαγγελλόμενος.

Ibid. *Hebræi hunc credunt esse Phineem.*] Conjectura facta ex Judicum cap. XX. 28. Aliter Hieronymus Traditionibus Hebraicis super libris Regum: VENIT AUTEM VIR DEI AD ELI, 1 Samuel II, 27. Hieronymus: *Hunc virum Dei Iudæi Phinees dicunt. quem & Eliam autumant.* Ubi Solomo Scholiastes. *Quidam*, inquit, *dicunt, quod ipse est Elkana. Fortasse hic erat acceptus illis. Sed nuspiam reperimus, quod prophetiam habuerit. Possumus dicere, quod fuerit Phinees secundum modum prophetarum, quæ memorantur in libro Iudicum.* Sane ab excessu Aaronis, cui successit Eleazar pater Phinees, anni sunt plus minus CCC. Judæi tamen dicunt, עלי הכהן הגדול המקבל תורה שבעל פה מפנחס: Ἠλεὶ ἀρχιερεὺς κατηχηθεὶς τὸν διὰ στόματος νόμον ὑπὸ τοῦ Φινεές. Non est autem idem cum Phinees 1 Chron. IX, 19. " qui erat tantum de familiis Levitarum. Quod si fuis- " set idem cum illo summo sacerdote, prodigiosa fuisset " καὶ ἄπιστος longævitas. "

Ibid. *Eli Sacerdos.*] Georgius: Τὰ κατὰ Ἀφρικανὸν ἀπὸ Ἀδὰμ, ἕως πλοῦς τῶν Κριτῶν, καὶ ἀρχῆς Ἠλεὶ τοῦ ἱερέως, ΔϹϞβ. κατὰ δὲ Εὐσέβιον τοῦ Παμφίλου, Δμδ. κατὰ δὲ τὴν ἀκριβῆ καὶ εὐαγγελικὴν παράδοσιν, καὶ τόδε χρονογράφιον, Δτνβ.

DCCCLXII. *Hectoris filii.*] Non raro mirati sumus, quomodo Ilium Hectoridæ repetiverunt jam deletum & solo æquatum: quanquam Strabo scribit suo tempore Ilienses credidisse nunquam penitus deletum fuisse. Deinde qui sunt isti Antenoridæ præter posteritatem

ritatem Antenoris, qui Venetiis occupatis Patavium condidit? Denique quomodo Helenus potuit esse auctor hujus expeditionis, qui semper post excidium Trojæ in Epiro vixit, & Pyrrhi Neoptolemi liberorum tutor ibi fuit? Postremo quos Hectoridas hic intelligere debemus, omnibus liberis Hectoris, etiam puero Astyanacte, interfectis? Hæc profecto pugnant cum omni Troïcarũ rerum memoria. Tamen unde hæc Eusebio? A supposititiis scriptoribus Dictye Crete, & Darete Phryge. Apud utrumq; reperies, Troja ab Antenore & Ænea prodita, regnum Trojæ à Græcis Antenori ultro oblatum. præterea Neoptolemum filios Hectoris Heleno concessisse: & alia, quæ huc faciunt: quæ inde petas licet. Apud Dionysium Halicarnassensem libro primo, Ascanius dicitur restituisse in paternum imperium τῶν Ἑκτορίδας ὑπὸ Νεοπτολέμου ἐξ Ἑλλάδος ἀφειμένους. Hoc habet aliquid commune cum historia hac, quam tangit Eusebius.

Ibid. *Heleno sibi subsidium ferente.*] Græca: Ἑλένου γνώμῃ. *Suasu Heleni, auctore Heleno*: quod posterioribus temporibus, senescente Latinitate, dictum *ex suggestu*, συμβουλεύοντος Ἑλένου. alterum esset, βοηθοῦντος, συλλαμβανομένου.

DCCCLXVI. *Secundum quosdam Heraclidarum descensus.*] Ἡρακλειδῶν κάθοδος est Heraclidarum reditus in Peloponnesum. Sic κάθοδος εἰς τὴν πατρίδα est reditus, non descensus in patriam. Semper Hieronymus κάθοδον descensum vertit, quia & ea quoque ejus verbi notio est: ut in optimo Chronologo apud Clementem Αἰνείου κάθοδος, appulsus Æneæ in Laurentum litus. Heraclidæ, mortuo Eurystheo, à quo Peloponneso pulsi fuerant, aliquoties reditum tentarunt frustra: primo, Hyllo Herculis filio eorum duce singulari certamine interfecto ab Echemo Arcadum Dynasta. Secundo idem tentantibus male cessit. Tertio voti compotes facti sunt Tisameno in Peloponneso rerum potiente. Tunc Cresphontes Messenen sorte obtinet, pulsis inde Nelei posteris: Temenos frater ejus Argos occupat. Filii gemini Aristodemi fratris amborum Eurysthenes, & Procles Sparta potiuntur: à quibus duplex familia regia apud Spartanos propagata. Duo conatus primi irriti τῆς καθόδου Ἡρακλειδῶν in caussa fuerunt, ut veteres scriptores reditum Heraclidarum in diversa tempora conjiciant: quum certum sit octoginta post Ilii excidium annis eos patriæ restitutos, imperium Peloponnesi obtinuisse. Tisameno, ut dixi, illis regionibus imperante. Aristomachus vero trium illorum fratrum Cresphontis, Temeni, Aristodemi pater erat, quartus ab Hercule, Cleodæi filius, Hylli nepos, Herculis pronepos. Itaque illi tres fratres quinti erant ab Hercule. Historia ita breviter conjici potest; Interfecto ab Heraclidis Eurystheo, & Mycenis ab Atreo occupatis, Heraclidæ bello patriam repetere decreverunt. quibus quum Atreus obviam cum ingenti exercitu iret, Hyllus quemlibet ex hostibus ad singulare certamen provocavit, ea conditione proposita, ut si Hyllus vinceret, Heraclidæ in patriam redirent, atque Eurysthei regnum, quod Atreus invaserat, obtinerent. Sin autem, ut post quinquaginta annos redirent. Hoc contigit XXX annis post Ilii excidium. Victo Hyllo Heraclidæ redierunt Tricorinthum numero Eusebiano DCCCLXV, quod apprime quadrat rationibus Eusebii. Vide omnino Diodorum libro IV, 181, 182. sine quo hæc capere non potes.

Ibid. *Heraclidarum descensus.*] Quando Hyllus interfectus est ex provocatione certaminis, triginta annis post Ilii eversionem. Diodor. Eusebius libro priore: κάθοδος Ὕλλου τοῦ πρεσβυτέρου παιδὸς Ἡρακλέους ἡγουμένου τῆς κατὰ Πελοποννησίων μάχης, ἥτις ἐπεκράτησεν ἱκανοῖς ἔτεσι μεταξὺ Πελοποννησίων καὶ Ἡρακλειδῶν.

DCCCLXVII. *Ascanius Iulum.*] Silvium Posthumum Ascanii fratrem Julio Ascanii filio in regno prælatum fuisse scribit Dionysius. Servius vero, Ascanium, quod sine liberis esset, fratrem suum, quum moreretur, regni successorem reliquisse.

DCCCLXX. *Amazones Ephesi templum incenderunt.*] Clemens Protreptico: τοῦτο τὸ πῦρ καὶ τὸν ἐν Ἄργει νεὼν σὺν καὶ τῇ ἱερείᾳ κατέφλεξε Χρυσίδι, καὶ τὸν ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀρτέμιδος δεύτερον μετὰ Ἀμαζόνας. Ex duobus incendiis templi Ephesini prius illatum est ab Amazonibus, ut colligimus ex illis Clementis verbis. Atqui Amazones templum Ephesinum construxere. Solinus: *Epheso decus templum Dianæ Amazonum fabrica adeo magnificum, ut Xerxes, quum omnia Asiatica templa igni daret, huic uni pepercerit.* Mela: *Ibi Ephesus, & Dianæ clarissimum templum, quod Amazones Asia potitæ consecrasse traduntur.* Item Justinus, & Jornandes sub Volusiano Augusto templum Ephesiæ Dianæ à Gotthis incensum ab Amazonibus constructum. Dionysius ὁ περιηγητής·

Τάων ἀμφοτέρων γε βορειοτέρην ἐσίδοιο
Παρράλιην Ἐφέσοιο μεγάλην πόλιν Ἰοχεαίρης,
Ἔνθα θεῇ ποτε νηὸν Ἀμαζονίδες τετύκοντο
Πρέμνῳ ἐνὶ πτελέης περιώσιον ἀνδράσι θαῦμα.

Amazones, inquit, construxerunt Templum in stipite ulmi. quod sane absurdum est. Unde Priscianus non tetigit hunc locum. si scripsisset πρέμνῳ ὑπὸ πτελέης, rectum esset. Nam simulacrum Dianæ Ephesinæ erat truncus acutus ulmeus. unde Ephesus prius vocata fuit Πτελέα, cives Πτελεαῖοι, Πτελεάται, auctore Stephano. Quare non mirum, si hunc locum Dionysii Eustathius enarrator non assecutus est. Hoc vult Dionysius: Amazones construxerunt templum in honorem trunci ulmei, hoc est simulacri Dianæ. Plinius viti- " gineum, non ulmeum truncum, Callimachus autem " fagineum fuisse perhibet.

Σοὶ καὶ Ἀμαζονίδες πολέμου ἐπιθυμήτειραι
Ἔν κοτε παρραλίῃ Ἐφέσῳ βρέτας ἱδρύσαντο
Φηγοῦ ὑπὸ πρέμνῳ. τέλεσεν δέ τοι ἱερὸν Ἱππώ.

Quæ verba haud dubie imitatus est Dionysius. Ex quibus colligitur Ἱππὼ Amazona condidisse templum, simulacrum vero consecrasse in fagino trunco. Sed Pausanias Messeniacis templum Ephesinum vetustius Amazonibus perhibet: solum autem simulacrum ab illis consecratum. Ἐφεσίαν δὲ Ἄρτεμιν πόλεις τε ὀνομάζουσιν αἱ πᾶσαι, καὶ ἄνδρες ἰδίᾳ θεῶν μάλιστα ἄγουσιν ἐν τιμῇ. τὰ δὲ αἴτια, ἐμοὶ δοκεῖν, ὅτι Ἀμαζόνων τε κλέος, αἳ φήμην τὸ ἄγαλμα ἔχουσιν ἱδρύσασθαι. καὶ ὅτι ἐκ παλαιοτάτου τὸ ἱερὸν τοῦτο ἐποιήθη. Disertius in Achaicis, ubi etiam Pindarus reprehenditur, quod templum Dianæ dixerit esse opus Amazonum. Πολλῷ δὲ πρεσβύτερα, ἢ ἐπὶ ἡ κατὰ Ἴωνας, τὰ ἐς τὴν Ἄρτεμιν τὴν Ἐφεσίαν ἐστίν. οὐ μὴν πάντα γε ἐς τὸ θεὸν ἐπύθετο, ἐμοὶ δοκεῖν, Πίνδαρος, ὃς Ἀμαζόνας τὸ ἱερὸν ἔφη τοῦτο ἱδρύσασθαι στρατευομένας ἐπὶ Ἀθήνας τε καὶ Θησέα. αἱ δὲ ἀπὸ Θερμώδοντος γυναῖκες ἔθυσαν μὲν καὶ τότε τῇ Ἐφεσίᾳ θεῷ, ἅτε ἐπιστάμεναί τε ἐκ παλαιοῦ τὸ ἱερὸν, καὶ ἡνίκα Ἡρακλέα ἔφυγον, &c. Sed vetustissima opinio erat & templum, & simulacrũ " una ex cœlo decidisse, ut priscũ Epigramma testatur: "

Τίς ποτ' ἀπ' οὐλύμποιο, μελέαγε παρθενεῶνα
Τὸν πάρος οὐρανίοις ἐκβεβαῶτα δόμοις,

,, Ἐς πόλιν Ἀνδρόκλοιο θοῶν βασίλειαν Ἰώνων,
,, Τὰν δορὶ καὶ Μούσαις αἰπυτάταν Ἔφεσον.
,, Inde colligitur cur διοπετὴς simulacrum Dianæ vo-
,, cetur Actorum XIX, 35.

DCCCLXXVI. *Agon Lyciorum primus actus.*] Ita omnes scripti, editi, & Marianus: item Græca Eusebii: ὁ τῶν Λυκίων ἀγών. Nullus tamen veterum vocat Λύκια, sed Λύκαια, Pindarus, Scholia ejus vetustissima & optima, item Pausanias, & Porphyrius. Instituta scribit Pausanias à Lycaone patre Nyctimi. Sed sub Nyctimo fuit Diluvium. Igitur diluvio antiquiora sunt Lycæa, nunc vero dicuntur instituta, quia fortasse instaurata. Sic Olympias ab Iphito instituta dicitur, quum ille agon à Pelope institutus, ab Hercule & Atreo instauratus, ab Iphito in Tetraeteridas inductus fuerit. Lycæorum celebritate humano sanguine litari solitum prodidit Theophrastus apud Porphyrium περὶ ἀποχῆς, lib. II. pag. 27. ἀφ' οὗ μέχρι τοῦ νῦν οὐκ ἐν Ἀρκαδίᾳ μόνον τοῖς Λυκαίοις, οὐδ' ἐν Καρχηδόνι τῷ Κρόνῳ κοινῇ πάντες ἀνθρωποθυτοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ περίοδον τῆς τοῦ νομίμου χάριν μνήμης ἐμφύλιον αἷμα ῥαίνουσι τοῖς βωμοῖς. Idem ergo sacrificium erat Lycæis in Arcadia, quod Latiari sacro Romæ. Et sane id non tacuit ipse Porphyrius pag. 35. ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν τίς ἀγνοεῖ κατὰ τὴν μεγάλην πόλιν τῇ τοῦ Λατιαρίου Διὸς ἑορτῇ σφαζόμενον ἄνθρωπον; Tatianus: εὗρον δὲ παρὰ μὲν Ῥωμαίοις τὸν Λατιάριον Δία λύθροις ἀνθρώπων καὶ τοῖς ἀπὸ ἀνδροκτασιῶν αἵμασι τερπόμενον, Ἄρτεμιν δ' οὐ μακρὰν τῆς μεγάλης πόλεως τὸν αὐτὸν τῶν πράξεων ἐπανῃρημένην τὸ εἶδος. Ubi tam Porphyrius, quam Tatianus μεγάλην πόλιν Romam intelligunt, non Megalopolin Arcadiæ, ut putavit vir eruditus Conradus Gesnerus. Nam Tatianus intelligit de nemorali sacro cruento Aricinæ Dianæ, de quo Ovid. in Fastis, & Strabo. quamvis id proprie non esset sacrum, sed vis & occupatio ejus, qui polleret viribus. Quod autem Porphyrius, Tertullianus, & alii dicunt etiam ævo suo Latiari Jovi humana victima litari, Plinius scribit sublatum illud nefarium sacrum C. Cornelio Lentulo, P. Licinio Crasso Cofs. Senatusconsulto in hoc facto, ne homo immolaretur. palamque in tempus illud sacra prodigiosa celebrata; ab eo autem tempore sublata. Tempus congruit numero MDCCCCXX. Epiphanius Ἀγκυρωτῷ enumerans aliquot Joves, ubi ad secundum devenit, ὁ δὲ ἄλλος, inquit, πατριάριος φόνιμος, δι' ὅπερ οἱ μονομάχοι γεγόνασιν. Non operosum est emendare Λατιάριος. Senatusconsulto cautum, ne Gallus & Galla, ut antea solebat, immolarentur. Sed in eorum locum bestiariorum sanguinem profundi indicat Tertullianus: *Ecce in illa religiosissima urbe Aeneadarum piorum, est Iupiter quidam, quem ludis suis quidam humano proluunt sanguine: sed bestiarii, inquitis.*

Ibid. *Lyciorum.*] Λύκαια, non Λύκια, ut vult Eusebius, vocanda sunt. Pausanias Arcadicis: Ἔστι δὲ ἐν τῷ Λυκαίῳ Πανός τε ἱερὸν, καὶ περὶ αὐτὸ ἄλσος δένδρων, καὶ ἱππόδρομός τε, καὶ πρὸ αὐτοῦ στάδιον. Τὸ δὲ ἀρχαῖον τὸν Λυκαίων ἦγον τὸν ἀγῶνα ἐνταῦθα. Item non longe à principio operis: Λυκάων δὲ ὁ Πελασγοῦ παῖδες εὗρεν, ἢ ὁ πατὴρ, ἢ σοφώτερα. Λυκόσουράν τε γὰρ πόλιν ᾤκισεν ἐν τῷ ὄρει τῷ Λυκαίῳ, καὶ Δία ὠνόμασε Λυκαῖον, καὶ ἀγῶνα ἔθηκε Λύκαια. Omnino Lycæorum agon videtur esse omnium vetustissimus. Pindarus Olympico VII: ὅ, τ' ἐν Ἄργει χαλκὸς ἔγνω μιν, τά τ' ἐν Ἀρκαδίᾳ ἔργα. Scholion: Τὰ ἐν Ἀρκαδίᾳ ἆθλα. τελεῖται δὲ ἐν Ἀρκαδίᾳ, τὰ Λύκαια ἀνακείμενα τῷ Λυκαίῳ Διΐ. Sed non uno loco τῶν Λυκαίων meminere tam Pindarus, quam ejus optima & vetustissima Scholia.

DCCCLXXX. *Aphidas.*] Interfectus à fratre naturali Thymœte.

DCCCLXXXI. *Thymœtes.*] Interfecto Aphida Thymœtes fraticida regnum invadit. Athenæus: Καὶ ὁ Λεωνίδης Δήμων ἐν τετάρτῳ Ἀτθίδος Ἀφείδαντα, φησὶ, βασιλεύοντα Ἀθηνῶν Θυμοίτης ὁ νεώτερος ἀδελφὸς, νόθος ὢν, ἀποκτείνας αὐτὸς ἐβασίλευσεν.

DCCCLXXXIII. *Assyriorum XXVIII Thineus.*] Vigesimum octavum à Nino facit, qui est tricesimus tertius à Bēlo, expunctis quatuor regibus, Arabelo, Chalaio, Anabo, Babio, quorum omnium anni colliguntur CLXII. Atque hoc quidem pessimi exempli παρέγχείρημα ideo ab eo patratum, ut regnum Teutami in Trojana tempora conveniret. Facinus profecto neque bono viro, neque homine ecclesiastico dignum: quod me tacente, satis illi objicit Georgius Syncellus, qui hoc inultum non est passus.

DCCCLXXXIX. *Reges Sicyonii defecerunt, qui regnaverunt annis DCCCLXII.*] Præsenti anno DCCCLXXXIX accedant LII Ægialei primi regis. item XXI præteriti de regno Europis. Colliguntur DCCCCLXII, ut antea. Triennio minus est apud Augustinum lib. XVIII, cap. XIX: *Regnum Sicyoniorum consumptum est, quod per annos nongentos quinquaginta novem traditur fuisse porrectum.* A fuga Charidemi, ad primam Olympiadem, sunt anni CCCLII. Quare Excerpta Barbarolatina male concipiunt ann. CCCXXVII.

Ibid. *Castoris Chronographia.*] Utinam haberemus. Hic scriptor interfectus fuit à Deiotaro Rege Galatię, ut scriptum extat apud Suidam. Testimonium autem hoc de regibus Sicyoniorum, & alibi de Regibus Atticæ & Argivorum, petitum est ex Chronologia, cui titulum fecerat χρονικὰ ἀγνοήματα, cujus operis meminit Suidas, item Apollodorus lib. II. Κάστωρ ὁ συγγράψας τὰ χρονικὰ ἀγνοήματα. Unde illustrastratur Ausonius: *Quod Castor cunctis de regibus ambiguis.*

Ibid. *Sacerdotes Carnii.*] οἱ ἱερεῖς τοῦ Καρνείου. Sacerdotes Karnei Apollinis. de quorum sacerdotio, vel περὶ ἱερατείας ἀνυπερθέτου nihil legimus apud ullum eorum, qui hodie extant, scriptorem. Nomina septem Sacerdotum, qui sacerdotium cum Dictatura obtinuerunt, supersunt in Excerptis Barbarolatinis Africani: Ἀρχέλαος, Αὐτομήδης, * Μητρόδοτος, Εὐνεύς, Θεόνομος, Ἀμφικτύων, Χαρίδημος.
Sed liber prior Eusebii aliter concipit: Ἀρχέλαος, "
Αὐτομέδων, Θεόκλυτος, Εὐνεὺς, Θεόνομος, Ἀμ- "
φιγύης, Χαρίδημος. Hi dicuntur summam pote- "
statem obtinuisse annos XXVIII, hoc est minus quin- "
que, quam ponit Eusebius. Sed in priore libro ex "
Porphyrio plures anni colliguntur. "

Ibid. *Erechthidarum imperio destructo, Atticorum Principum regnum.*] In Græcis quoque Ἀττικῶν λεγομένη βασιλεία. Quæratur igitur à studiosis, an uspiam Erechthidæ vocati sint βασιλεῖς Ἀττικοί. hoc est, reges à Cecrope, ad Melanthum. Ita vero cognominati sunt, ut distinguerentur à peregrino homine Melantho. Non enim Atticus dici poterat, quum esset Pyliensis: de quo vide omnino Athenæum libro III.

Ibid. *Apaturion.*] Quod quidem per triduum celebrabatur mense Pyanepsione. Prima dies vocabatur

δόρπια,

δόρπια, quia in ea vesperi οἱ Φράτορες epulabantur. Sequens ἀνάῤῥυσις, quod in ea victimæ immolarentur. ἀναῤῥύειν enim prisco sermone est θύειν. Tertiæ nomen erat Κουρεῶτις, quod pueri puellæque nomen suum in Tabulas referri curabant. Harpocratio per quatriduum celebrari solita scribit. Hujus solennis caussas & historiam, quam hic delibavit Eusebius, habes fuse apud Scholiasten εἰρήνης, καὶ Ἀχαρνέων Aristophanis, & Polyænum libro primo, item auctorem Etymologici in Ἀπατούρια. Nonnus tangit quidem hunc morem & cultum, sed aliam caussam adfert, lib. XXVII:

Αἰγίδα σεῖο τίνασσε παρασπίζουσα Λυαίου
Σεῖο κασιγνήτου Μελαναιγίδος, ὅς σέο πάτρην
Ῥύσεται ἐξελάσας Βοιώτιον ἡγεμονῆα.
Καὶ μέλος ἀείσει ζωάγριον ἄστυ Ἐλευθοῦς
Πιστὸν ἀνευάζων ἀπατήλιον ἦμα Θυώνης.

Ope enim Bacchi hoc factum dicit, & ab aliis scriptoribus dissentit. Auctor Etymologici præterea adjicit Ἀπατηνόρι Διὶ Apaturia celebrari solita.

„DCCCC. *Mortuo Heli sacerdote, Arca testamenti ab alie-*
„*nigenis possidetur.*] Imo Heli sacerdos propter arcam
„testamenti ab alienigenis possessam animi dolore
„moritur. I Samuel. III, 18. Attentionem interprete
„requirimus, qui per properantiam præpostere
„hæc vertit: Μετὰ τὴν πλάνην τὴν Ἡλεὶ τοῦ ἱερέως ἡ κιβω-
„τὸς τῆς διαθήκης εἰς οἶκον Ἀμινάδαβ ποιεῖ ἔτη κ.
„*Post mortem Eli sacerdotis Arca testamenti* XX *annos facit*
„*in domo Aminadab.* I Samuel. VII, I. In Græcis ergo
„nulla mentio possessæ arcæ post mortem Heli.

DCCCCVIII. *Homerus.*] Vide omnino τὴν συναγωγὴν in Regibus Iuda, in Rege Ioas. Herodotus in vita Homeri CXXX ann. Lesbum habitatam prodit post expeditionem Græcorum & conjurationem Aulidis hoc numero Eusebiano DCCCCLV. Deinde post XX annos Κύμην cognomine Φρικωνίδα conditā numero DCCCCLXXV. Post annos duodeviginti, Smyrnam Coloniam Cumanorum deductam numero DCCCCXCIII. atque adeo tunc Homerum natum ait. Sed quod subjicit, DCXXII annos esse ab Homero nato, ad Xerxis expeditionem, est ἀλογιστία. Totidem anni sunt ab Heraclidarum reditu, non à Smyrna Colonia. Sed quæcunque vetustissimi Scriptores de Homeri ætate dixerunt, ea in unum locum contributa vise in Synagoge, ut jam monuimus.

Ibid. *ex quibus Crates ante descensum Heraclidarum.*] Plutarchus: οἱ δὲ περὶ Κράτητα καὶ πρὸ τῆς τῶν Ἡρακλειδῶν καθόδου λέγουσιν αὐτὸν γενέσθαι, ὡς οὐδὲ ὅλα ἔτη ὀγδοήκοντα ἀπέχειν τῶν Τρωϊκῶν.

Ibid. *Aristarchus Ionica migratione, sive post annos centum.*] Ita Græca, & omnes scripti, & Editiones. Sed est error Eusebii, sive librarii. Nam Ἡρακλειδῶν κάθοδος LXXX annis post Ilii cladem. Ἰωνικὴ ἀποικία, quæ & Ἰωνικὴ κτίσις dicitur, annis LX μετὰ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον. Colliguntur ἀπὸ τῆς Ἰλίου ἁλώσεως, ἐπὶ τὴν Ἰωνικὴν κτίσιν, anni CXL. Igitur quadraginta annis minus dicit. Aristoteles ἐν τῷ τρίτῳ περὶ ποιητικῆς auctor est, Homerum natum Ionica migratione; ne hoc uni Aristarcho auctori tribuamus.

Ibid. *Apollodorus Atheniensis* CCLX *anno eversionis Ilii.*] Ita omnes scripti, & Editiones & Glossæ Iuvenalis in VII Satyram: *Fuit autem Homerus annis ante Vrbem conditam centum sexaginta: post Ilium captum ducentis sexaginta.* Manifestum mendum *centum sexaginta* pro *centum se-*„
ptuaginta. qui cum CCLX componunt intervallum ab „
Ilii excidio, ad prima Palilia, ann. CCCCXX. Græca „
Eusebii habent ἔτη ρμ, σπ. h. e. centum an. post Ioni-
cā migrationem, quæ Philochoro, & Aristarcho sta- „
tuitur CXL an. post Troïca, non LXXX, ut Crates & alii. „
Et profecto ita legendum est, ut extat apud Tatianum. Ἀπολλόδωρος δὲ μετὰ ἔτη ἑκατὸν τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας. Quare in Latinis Hieronymi legendum CCXL, non CCLX, ut nos olim, antequam Græca videremus, emendabamus. Delirat Tzetzes, qui Homerum LXXX annis post casum Ilii fuisse, testem adducit Apollodorum, quum ea non fuerit Apollodori sententia, sed aliorum veterum Grammaticorum, λεγόντων περὶ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον Ὅμηρον γεγονέναι μετὰ ἔτη ὀγδοήκοντα τῆς Ἰλίου ἁλώσεως. Versus Tzetzæ pag. 227.

Ὁ δ' Ἀπολλόδωρός φησι τὸν Ὅμηρον ὑπάρχειν
Μετ' ἔτη ὀγδοήκοντα πολέμου τοῦ τῶν Τρώων,
Ὅ ποτε καὶ ἡ κάθοδος Ἡρακλειδῶν ὑπῆρχεν,
Εἰς τὴν Ὀλυμπιάδα δὲ τὴν πρώτην ἐκ καθόδου
Ὀκτὼ καὶ τριακόσια καὶ εἴκοσι τὰ ἔτη.

Ergo hallucinatio est hominis Apollodorum pro alio ponentis.

Ibid. *id est* CCCC *retro annis.*] Plutarchus: ἀλλὰ παρὰ τοῖς πλείστοις πεπίστευται μετὰ ἔτη ἑκατὸν τῶν Τρωϊκῶν γεγονέναι οὐ πολὺ πρὸ τῆς θέσεως τῶν Ὀλυμπίων, ἀφ' ἧς ὁ κατὰ Ὀλυμπιάδα χρόνος ἀριθμεῖται. Aut est magnus error Plutarchi, aut legendum τετρακόσια, ut hic, pro ἑκατόν. quanquam valde differt lectio τῶν ἑκατὸν, καὶ τῶν τετρακοσίων. Est hallucinatio, ut uno verbo dicam. Sed de Homeri sæculo vide Philostratum imaginibus in Euphorbo.

Ibid. *licet Archilochus* XXIII *Olympiadam.*] Græca: καὶ ἕτεροι κατὰ Ἀρχίλοχον. Sed quis Hieronymiana intelligat, non dicam aliorum, sed Hieronymus ipse? Græca ita aperta sunt, ut non indigeant Oedipo: alios scilicet conferre ætatem Homeri in XXIII Olympiadem, qua florebat Archilochus. quod desumptum ex Tatiano. ἕτεροι δὲ κάτω τὸν χρόνον ὑπήγαγον σὺν Ἀρχιλόχῳ γεγονέναι τὸν Ὅμηρον εἰπόντες. ὁ δὲ Ἀρχίλοχος ἤκμαζε περὶ Ὀλυμπιάδα τρίτην καὶ εἰκοστὴν κατὰ Γύγην τὸν Λυδὸν τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι πεντακοσίοις. Apud Clementem Alexandr. Archilochus vigebat κατὰ τὴν εἰκοστὴν Ὀλυμπιάδα. Qui Homerum circiter CCCC annis ponunt post Ilii excidium, propius à vero abesse videntur. Nam Homerus Troica tanquam rem vetustissimam narrat, & hominem unum illius ævi sustulisse onus, quod duodecim homines sui sæculi non ferrent: & multa alia, quæ ostendunt eum multum à Troicis, non multum à prima Olympiade abfuisse.

Ibid. *licet Archilochus* XXIII *Olympiadam.*] Herodo- „
tus parer historiæ lib. primo ex eo conjicit Archi- „
lochum floruisse sub Gyge, quia, inquit, in trime- „
stris suis meminit Gygæ illius. Quæ autem trimetra „
intelligit, sine dubio hæc sunt: „

Οὔ μοι τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει. „
Οὐδ' εἷλέ πώ με ζῆλος, οὐδ' ἀγαίομαι, „
Θεῶν ἔργα. μεγάλης δ' οὐκ ἐρῶ τυραννίδος. „
Ἀπόπροθεν γάρ ἐστιν ὀφθαλμῶν ἐμῶν. „

Gyges sane inivit regnum anno primo Olymp. XVI. „
obiit ann. III, Olymp. XXVI. At argumentum futile „
est, scriptores floruisse tempore eorum, quorum „
mentio „

„ mentio ab illis fiat: Hoc modo Homerus vixerit „ Trojanis temporibus. quin & Anacreon, qui sub Dario Hystaspida, sub Gyge fuisse diceretur, quod „ non solum ejus meminerit, sed etiam Archilochi verba aliis versibus expresserit:

„ Οὔ μοι μέλει Γύγαο
„ Τοῦ Σάρδεων ἄνακτος,
„ Οὐδ' αἱρεῖ με χρυσὸς,
„ Οὐδὲ φθονῶ τυράννοις.

„ Quę nemo negaverit ab Archilocho desumpta esse. „ Ideo propter mentionem Gygæ Archilochum sub „ Gyge vixisse, infirmum argumentum est. Etiam „ propter mentionem Gygæ Anacreontis ætatem „ quidam veterum in XXV Olympiadem contulerunt, „ qui tamen vixit tempore Polycratis Samii, & Darii „ Hystaspidæ.

Ibid. *In alia historia reperimus.*] Videntur esse Hieronymi.

Ibid. *Lavinia & Melampodis filium.*] Hic Melampus mihi ignotus est.

DCCCCXIII. *Assyriorum Dercylus.*] Novum est hunc Regem Oneum ab Augustino vocari libro XVIII. cap. XX. Unde habet Augustinus Reges Assyriorum, nisi ab Eusebio? Mirum ergo quomodo Oneus ex Dercylo factus sit. Nam quid dissimilius?

DCCCCXVI. *Eurystheus.*] Anno LXXX ab Ilio deleto Heraclidæ reversi sunt in Peloponnesum ducibus Temeno, Cresphonte, Aristodemo, ut infra dicetur numero DCCCCXVIII. Aristodemi duo gemini Eurysthenes, & Procles sortiti sunt Lacedæmona, & ibi duas familias Regum ex se propagarunt, quarum prior Eurysthenidarum, altera Proclidarum dicta fuit, ut plene habes ἐν συναγωγῇ ἱστορικῇ. Utriusque familiæ reges, eorumque anni, per quos regnarunt, ordine secundum tempora sua à Diodoro Siculo digesti fuerant, usque ad illud tempus, quo utraque familia extincta ἡ Λακεδαίμων ἀβασίλευτος πολιτεύεσθαι ἤρξατο. Eusebius novem tantum Eurysthenidas, reliquis ex eadem, & tota Proclidarum familia omissis, proposuit, quasi novem tantum Reges Lacedæmone regnarint. Nam post nonum Regem aperte monet regnum Lacedæmonis defecisse, ne quis putet injuria temporis eos Reges periisse. Nos utriusque familiæ Reges ex Pausania, & Diodoro ἐν συναγωγῇ collegimus. Anni tantum eorum regni desiderantur; quod eos Pausanias non apposuit. Consule igitur caput Regum Lacedæmonis, ut expleas lacunam, quam Eusebius reliquit; dum putat nullos alios Lacedæmone regnasse. Minora peccantur hodie in historia, quæ tamen graviter castigantur. Quod si quis eandem culpam in se admisisset, quam Eusebius, non effugisset φιλομόμφους nostros, & merito.

Ibid. *Corinthiorum primus Aletes.*] Pindarus Olympico XIII: Παῖδες Ἀλήτα. Scholia: Τοῦτ' ἔστιν οἱ Κορίνθιοι. Ἀλήτης γὰρ ἡγήσατο τῆς ἀποικίας τῶν Ἡρακλειδῶν, ὅτε οἱ Ἡρακλεῖδαι κατῄεσαν εἰς Πελοπόννησον, καὶ αὐτὸς εἰς τῶν Ἡρακλειδῶν. ἦν γὰρ Ἱππότου τοῦ Φύλαντος τοῦ Ἀντιόχου τοῦ Ἡρακλέους. οὗτος ἐκράτησε Κορίνθου. διόπερ παῖδας εἶπεν Ἀλήτου τοὺς Κορινθίους, ὡς ἀπογόνους. Si hoc verum est, non soli tres fratres duces Heraclidarum fuerunt Temenus, Cresphontes, & Aristodemus, sed & Aletes quoque. At Didymus negat colonos Corinthum deduxisse, sed Corinthiorum Regem fuisse. Δίδυμος δέ φησιν, inquit idem Scholiastes, τὸν Ἀλήτην μὴ οἰκιστὴν τῆς Κορίνθου γεγονέναι, ἀλλὰ βασιλεῦσαι ἔτη τριακοσίῳ μετὰ τὴν τῶν Δωριέων ἄφιξιν. hoc est annis CX. post Ilii excidium obtinuisse regnum Corinthi. quod tempus congruit numero DCCCCXLV. Quomodo autem regnum obtinuerit, lege apud eundem Scholiasten ibidem. Nam digna sunt cognitu, utpote quum hanc historiam delibarit tantum Pausanias. Quod si Alete cum Doriensibus, sive Heraclidis, in Peloponnesum venit, merito ejus initium cum initio Eurysthenidarum conjungit Eusebius.

Ibid. *Aletes.*] Velleius: *Paulo ante Aletes sextus ab Hercule, Hippotis filius Corinthum, quæ antea fuit Ephyre, claustra Peloponnesi continentem in Isthmo condidit.* Utrumque falsum, & sextum fuisse ab Hercule, qui quintus esset, & Corinthum condidisse, quam Sisyphidæ per multos annos antea obtinuerant.

DCCCCXVIII. *Heraclidarum descensus.*] Satis fuerit semel monuisse, κάθοδον hic esse reditum, non descensum, ut semper vertit Hieronymus. κάθοδος εἰς τὴν πατρίδα, est reditus in patriam, non descensus. Hoc superius monuimus, quum ageremus de reditu Heraclidarum duce Hyllo, XXX annis ab Ilii excidio. Hic vero reditus L annis ab illo priore, LXXX ab Ilii casu, numero Eusebiano DCCCCXV, non DCCCCXVIII, ut hic habetur, & omnes PR. retinent: neque DCCCCXVII, ut POST. Velleius: *Post Orestis interitum, filii ejus Penthilus, & Tisamenus regnavere triennio. Tunc fere anno octagesimo post Trojam captam, centesimo & vigesimo, quam Hercules ad Deos excesserat, Pelopis progenies, quæ omni hoc tempore, pulsis Heraclidis, Peloponnesi imperium obtinuerat, ab Herculis progenie expellitur. Duces recuperandi imperii fuere Temenus, Cresphontes, Aristodemus, quorum atavus fuerat.* Imo abavus. Tres enim illi fratres quinti ab Hercule, non sexti, ut vult codex Vellei, nisi Velleius scripserit *abavus*, non *atavus*. Nam antea dixerat Ægisthum post excidium Ilii VII annos regnasse: illo occiso Orestem LXX. post cædem Orestis ejus liberos Tisamenum & Penthilum triennium. Tertullianus libro de Pallio videtur Tetenum solum ducem Heraclidarum constituere in repetenda Peloponneso: *Sic & Herculea posteritas, qui Temeno pariter Peloponneso occupando prodierunt.* Male vulgo *producunt*. & Græcismus est Temeno pariter, ἅμα Τημένῳ. Et in XXX de Anima Temenidas pro Heraclidis dixit. Sed non solum Heraclidarum descensus hic alieno loco notatur, verum etiam importune divulsus est ab initio Regum Lacedæmonis, quorum majorem natu Εὐρυσθένη imprudenter vocat Εὐρυσθέα. Est enim error Eusebii, non librariorum, quum omnia exemplaria ita habeant, neque in Græcis Eusebii aliter legatur.

DCCCCXXIII. *Eurystheus & Procles Spartam obtinuerunt.*] Si eorum regni initium congruit numero DCCCCXV, quis dubitet eos Reges fuisse annis VIII postea? Itaque hæc superflua sunt. Sed Eusebius solet ponere rem eandem diversis locis, prout eam apud auctores reperit. Diodorus ait Ephorum continuasse historiam suam à " reditu Heraclidarum ad annum IV Olymp. CIX, con- " tinentem annos fere DCCL. Certe hinc ad illius O- " lymp. annum IV. sunt anni tres amplius **

DCCCCXXVII. *Atheniensium Codrus.*] Augustinus, & Servius falso hunc eundem faciunt cum eo Virgiliano: *Si quas aut Alconis habes laudes, aut jurgia Codri.* Uterq; enim Pastor est apud Virgilium. Idem alibi monuimus.

DCCCCXXX. *Iones profugi se Athenas contulerunt.*] Græca integriora sunt, ἐκπεσόντες ἐξ Ἀχαΐας. Pausanias Achaicis: οἱ δὲ ἀπόγονοι τοῦ Ἴωνος τὸ Ἰώνων ἔσχον κράτος, ἐς ὃ ὑπ' Ἀχαιῶν ἐξέπεσον. καὶ αὐτοὶ καὶ ὁ δῆμος.

Ibid. *Se Athenas contulerunt.*] Metachronismus ingens. Hoc contigit sub Melantho, non sub Codro.

Pausa-

Pausanias ibidem: Ἴωνας δὲ ἀφικομένους ἐς τὴν Ἀττικὴν Ἀθηναῖοι καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν Μέλανθος Θεοπόμπου συνοίκους ἐδέξαντο Ἴωνος τε ἕνεκα, καὶ ἔργων, ἃ ἔπραξε πολεμαρχῶν Ἀθηναίοις. Ergo sub Melantho, non sub Codro, hæc assignanda erant.

DCCCCXXXIX. *Incursus in Asiam Amazonum.*] Strabo libro primo: οἵ τε Κιμμέριοι, οὓς τε καὶ Τρήρωνας ὀνομάζουσιν, ἢ ἐκείνων τι ἔθνος πολλάκις ἐπέδραμον τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ Πόντου, καὶ τὰ συνεχῆ αὐτοῖς ποτὲ μὲν ἐπὶ Παφλαγόνας, ποτὲ δὲ καὶ Φρύγας ἐμβαλόντες, ἡνίκα Μίδαν αἷμα ταύρου πιόντα φασὶν εἰς τὸ χρεὼν ἀπελθεῖν. Si hoc contigit, quando Mida Rex tauri epoto sanguine extinctus est, hoc gestum conjiciendum erat in numerum MCCCXX. ubi & mors Midæ collocatur ab Eusebio. Ita προχρονισμὸς fuerit annorum CCCLXXXI. Paulo Orosio an hujus anachronismi incesserit suspitio, videndum, qui hoc contigisse scribit anno XXX ante Urbem conditam, id est numero MCCXXXIV, libro primo, cap. XXI. Sed est error librariorum. Nam ut Eusebius, ita ille hoc gestum continuat cum bello Codri. Itaque sentit eodem pene tempore & incursum Cimmeriorum, & bellum Peloponnesiacum contigisse. Quare sine dubio Orosius scripsit, anno CCCXXX ante Urbem conditam. Quam depravati sunt numeri annorum apud illum scriptorem post, & ante Urbem conditam, sciunt, qui ejus lectio-
,, ni operam dederunt. Porro de Cimmeriis Asiam in-
,, undantibus habes apud Arrianum citante Eustathio.
,, Vide pag. 58. *a.*

DCCCCXLVI. *Peloponnenses contra Athenas dimicant.*] Hanc periochen omnes PR. bis ponunt, primo DCCCC
,, XXXVII. ut Editiones & PR. deinde DCCCCXLVI:
,, quod proxime abest à vero. Eamque lectionem nos
,, sequimur. Est bellum, in quo animam suam hostibus devotavit Codrus, ut illi Decii Romani. Notissima est historia. Vide Justin. *II.* Orosium lib. *I.* cap. XVIII. Val. Max. lib. V. cap. VII. Pausaniam Achaicis. Augustinum XVIII. cap. XIX.

,, Ibid. *contra Athenas dimicant.*] ἐστράτευσαν ἐπ' Ἀ-
,, θήνας. Adversus Athenas expeditionem fecerunt.
,, Nam potest quis στρατεύειν, & tamen non dimicare.
,, Imo sæpe accidit. De hac τοῦ στρατεύειν præpostera
,, interpretatione Hieronymiana alibi etiam monui-
,, mus.

DCCCCLIII. *Assyriorum Eupales.*] In Græcis Africani Εὐπάκμης.

DCCCCLIX. *Pelasgi mare obtinuerunt.*] Addunt annos Græca: Πελασγοὶ ἐθαλασσοκράτησαν ἔτη πε. Sed qui Pelasgi? Plurimi enim fuerunt eodem nomine, non iisdem regionibus.

DCCCCLXI. *Magnesia in Asia condita.*] Utra? Μαγνησία ἐπὶ Μαιάνδρου, an Μαγνησία ὑπὸ Σιπύλῳ; Hanc puto. Nam ei mox adjungitur Myrina vicina Magnesiæ sub Sipylum. A Lacedæmoniis Magnesiam colonis occupatam scribit Velleius.

DCCCCLXXXIV. *Myrina condita.*] ἡ Αἰολὶς ab Amazonibus. Nam est & alia in Lemno. Velleius scribit Myrinam occupatam ab Æolibus, non conditam. Hieronymus non omnia vertit. Omisit enim quod præcipuum erat, ἡ παρ' ὅτι Σμύρνα λεγομένη. Nam quidam confundunt Smyrnam, quæ prius Naulochos dicebatur, cum Smyrna Æolide. Smyrna Naulochos à Tantalo prius condita, à Smyrna Amazone ampliata, & ab eadem de ejus nomine vocata fuit: quemadmodum hæc Myrina ab eadem Amazone Smyrna dicta.

DCCCCLXVI. *Cyme in Italia condita vel Cumæ.*] Ita correximus, quum tamen omnia scripta & edita exemplaria, & Marianus habeant *Mycene.* Hieronymus primum voluit reddere nomen Græcum Cyme. deinde Latinum apposuit Cumæ. Quis tam bonarum literarum imperitus, ut Hieronymum ita scripsisse neget?

Ibid. *Cumæ.*] Hic conditus Cumarum in Italia ponitur annis CXXXI post Troica. Strabo & Velleius ante Troica. Verba Velleii: *Nec multo post Chalcidenses, orti, ut prædiximus, Atticis, Hippocle & Megasthene ducibus, Cumas in Italia condiderunt. Hujus classis cursum esse directum alii columbæ antecedentis volatu ferunt, alii nocturno æris sono, qualis Cerialibus sacris cieri solet.* De Columba satis multa à nobis in Appendicem Virgilianam, ex Statio & aliis. Duæ sunt in Asia, una ἡ Αἰολὶς, ex qua pater Hesiodi, altera Φρικωνῖτις, vel Φρικωνίς. Ex Æolide coloni in Eubœam traducti Κύμην ἐν τῇ Ἰταλίᾳ condiderunt, quæ vocata est Κύμη Ὀπικὴ, item Κύμη ἐν τοῖς Ὀπικοῖς. Latini Cumas vocarunt. Hoc est, quod monet Hieronymus, Cymen, & Cumas in Italia eandem unamque urbem esse. Duces coloniæ à Strabone iidem, qui à Velleio, nominantur, Ἱπποκλῆς ὁ Κυμαῖος, καὶ Μεγασθένης ὁ Χαλκιδεύς. Corrige Strabonem obiter eodem loco: ὠνομάσθαι δὲ ἔνιοι Κύμην ἀπὸ τῶν κυμάτων φασί. ῥαχιώδης γὰρ καὶ προεχὴς ὁ πλησίον αἰγιαλός. non προσεχής. Ex rationibus Herodoti hic est προχρονισμὸς annorum IX. Nam κτίσις Κύμης Φρικωνίδος congruit numero DCCCCLXXV. Marcianus ὁ περιηγητὴς Κύμην Ὀπικὴν ait primum à Chalcidensibus, postea ab Æolibus conditam. Est hallucinatio. Semel enim condita à Chalcidensibus Cumanis, qui erant Æoles:

Μετὰ δὲ Λατίνους ἐστὶν ἐν Ὀπικοῖς πόλις
Τῆς λεγομένης λίμνης Ἀόρνου πλησίον
Κύμη, πρότερον ἣν Χαλκιδεῖς ἀπῴκισαν,
Εἶτ' Αἰολεῖς. μάλιστα τ' εὐανδρουμένη
Κατὰ τὴν Ἀσίαν Κύμη 'στι κειμένη πόλις.

DCCCCLXVIII. *Ephesus condita ab Androclo.*] Ita omnes PR. & PET. At FR. Androco. Edit. *ab Andronico sive Androco.* Androco propius accedit ad verum. Androclos enim est κτίστης τῆς Ἐφέσου, non autem Andronicus. Pausanias Achaicis: Κρῆσος δὲ αὐτόχθων τις καὶ Ἔφεσος (Καΰστρου δὲ τοῦ ποταμοῦ τὸν Ἔφεσον παῖδα εἶναι νομίζουσιν) οὗτοι τὸ ἱερόν εἰσιν οἱ ἱδρυσάμενοι, καὶ ἀπὸ τοῦ Ἐφέσου τὸ ὄνομα ἐστὶ τῇ πόλει. Λέλεγες δὲ τοῦ Καρικοῦ μοῖρα καὶ Λυδῶν τὸ πολὺ οἱ νεμόμενοι τὴν χώραν ἦσαν. ᾤκουν δὲ καὶ περὶ τὸ ἱερὸν ἄλλοι τε ἱκεσίας ἕνεκα, καὶ γυναῖκες τοῦ Ἀμαζόνων γένους. Ἄνδροκλος δὲ ὁ Κόδρου (οὗτος γὰρ δὴ ἀπεδέδεικτο Ἰώνων τῶν ἐς Ἔφεσον πλευσάντων βασιλεὺς) Λέλεγας μὲν Λυδοὺς τὴν ἄνω πόλιν ἔχοντας ἐξέβαλεν ἐκ τῆς χώρας. In quibus habes omnia, quæ hanc historiam spectant. Quum igitur Ephesus conditor nomen urbi dederit, non possum satis mirari quid habebat in animo Hieronymus scriptor doctissimus, quum in Proœmio Commentarii III ad Ephesios scriberet, *Ephesus in Latina lingua interpretatur voluntas sive consilium meum in ea, vel certe, Anima mea in ea.* Nam quæ lingua hæc exprimere potest? quanquam ἔφεσις est voluntas, aut appetitus. ,,
Et tamen magnas molitiones allegoriarum ex hoc etymo arcessit, & totum prologum in illa re occupatum habet. Ejusdem notæ est, quod in fine Prologi Tychicum silentem significare ait. quod tam verum, quam quod de Epheso dixit. item quod de Philemone, Apphia, Onesimo, Archippo in fine Epist. ad Philemonem.

Ibid. *ab Androclo.*] Strabo initio libri XIV. ἄρξαι δέ φησιν (ὁ Φερεκύδης) Ἄνδροκλον τὸν τῆς Ἰώνων ἀποικίας ὕστερον τῆς Αἰολικῆς υἱὸν γνήσιον Κόδρου τοῦ βασιλέως Ἀθηνῶν. γενέσθαι δὲ τοῦτον Ἐφέσου κτίστην. In Epigrammate:

Εἰς πόλιν Ἀνδρόκλοιο θοῶν βασίλειον Ἰώνων
Τὰν δορὶ καὶ Μούσαις αἰπυτάταν Ἔφεσον.

DCCCCLXXVIII. *Carthago condita est.*] Vide numerum DCCCIV.

Ibid. *à Carchedone Tyrio.*] Stephanus: Καρχηδὼν μητρόπολις Λιβύης διασημοτάτη πόλις ἀπὸ Καρχηδόνος Φοίνικος.

Ibid. *à Didone filia ejus.*] Maximus prochronismus. Nam Dido migravit Tyro annis CCXCI post excidium Trojæ. Vide Appendicem de Emend. Temp. pag. XXVII.

Ibid. *post Trojanum bellum ann.* CXXXIII. Cur ergo non appositum est hoc gestum numero DCCCCLXVIII? Tamen omnes codices huc conjiciunt hanc periochen. neque est error in intervallo. Totidem enim annos Græca continent, ἔτεσι ρλγ. Sed est jocularis hallucinatio Eusebii, cujusmodi multæ aliæ in ejus libris deprehenduntur. Josephus priore in Appionem scribit, Carthaginem conditam fuisse post templum Solomonis annis CXLIII. Hic vero pro templo Solomonis ponitur Trojanum bellum. quod tanti est, ut confutatione non indigeat. Verba Josephi 922. Ἐν τούτοις (Φοινίκων γράμμασι) γέγραπται, ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ᾠκοδομήθη ναὸς ὑπὸ Σολομῶντος, τοῦ βασιλέως ἔτεσι θᾶττον ἑκατὸν τεσσαράκοντα καὶ τρισὶ, καὶ μησὶν ὀκτὼ τοῦ κτίσαι Τυρίους Καρχηδόνα.

DCCCCLXXV. *Ionica emigratio.*] Apponam quatuor nobilia intervalla inter cladem Ilii, & primam Olympiadem, quibus tanquam metis intervallum illud CCCCVII annorum veteres Chronologi, Herodotus, & alii, designant.

	Intervallum ab Ilii excidio.	*Numerus Eusebianus.*
Ἡρακλειδῶν κάθοδος	LXXX.	DCCCCXV.
οἰκισμὸς Λέσβου καὶ πόλεις	CXX.	DCCCCLV.
Ἰωνικὴ ἀποικία, καὶ κτίσις Κύμης Φρικώτιδος	CXL.	DCCCCLXXV.
κτίσις Κύμης ὑπὸ Σμυρναίων	CLVIII.	DCCCCXCIII.

Ibid. *Ionica emigratio.*] CXL annis post cladem Ilii. Tempus convenit. Philostratus in Euphorbo scribit Ionicam migrationem contigisse anno CXXVII post Ilii excidium, atque tunc Homerum floruisse.

Ibid. *in qua quidam Homerum.*] Homerum nemo veterum scripsit fuisse in illis colonis, sed tempore illius Coloniæ. Itaque Græca aliam sententiam concipiunt: *Ionica migratio, & Homerus fuisse dicitur.* Hoc est, hoc tempore Ionica emigratio contigit, & Homerus quoque florebat. cujus sententiæ auctor Aristarchus supra, numero DCCCCVIII. De Ionica vero expeditione Velleius: *Subsequenti tempore magna vis Græciæ juventutis abundantia virium sedes quæritans in Asiam se effudit. Nam & Iones, duce Ione, profecti Athenis nobilissimam partem regionis maritimæ occupavere, quæ hodieque appellatur Ionia, urbesque constituere Ephesum, Miletum, &c.* Post multa: *Et mox Aeolii eadem profecti Græcia longissimisque acti erroribus, &c.* Ergo Velleius Æolicam expeditionem posteriorem facit Ionica, cui opponimus Strabonis ea verba, quæ supra adduximus: ἄρξαι δέ φησιν Ἄνδροκλον τῆς τῶν Ἰώνων ἀποικίας ὕστερον τῆς Αἰολικῆς, διατριβὰς δὲ λαβεῖν καὶ χρόνους μακροτέρους. Statim reddit caussas illius longissimæ molitionis. Nam mortuo Oreste dicit Penthilum ejus filium sexaginta annis post excidium Trojanum hanc expeditionem suscepisse. Atqui ab excidio Trojæ, ad Ionicam expeditionem, sunt tantum anni CXL, omnium veterum consensu: de quibus deductis sexaginta, remanebunt octaginta anni ab expeditione Æolica, ad Ionicam. Quomodo igitur vocat LXXX annos τέτταρας γενεὰς, quum τρεῖς γενεαὶ sint C anni? Quod vero Strabo dicit intercessisse διατριβὰς καὶ μακροτέρους χρόνους, hoc plane vocat Velleius longissimos errores. *Aeolii eadem profecti Græcia longissimisque acti erroribus non minus illustres obtinuerunt locos.* In hoc utrique congruit, non in tempore; quum Strabo Æolicam expeditionem antecessisse dicat, ille contra. Ionicæ expeditionis caussa hæc fuit: Codro Melanthi filio, qui se pro patria hostibus devoverat, cæso, filii ejus Medon & Nileus de regno certabant. Medon, quo, major natu esset, regnum sibi vindicabat. Medonta, quod uno pede claudus aut truncus esset, bello & regno inhabilem perhibebat Nileus. Lis ad Pythiam defertur. Regnum Medonti oraculo adjudicatur. Nileus indignum judicans Regi debili & claudo parere, expeditionem trans mare suscipit, quæ est celeberrima illa ac veteribus decantata Ἰωνικὴ ἀποικία. Pausanias Achaicis: οὕτω δὴ ὁ Νειλεὺς καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Κόδρου παίδων ἐς ἀποικίαν ἀπεστάλησαν, ἄγοντες μὲν καὶ αὐτῶν Ἀθηναίων τὸν βουλόμενον. τὸ δὲ πλεῖστον σφισιν ἦσαν τοῦ στρατεύματος οἱ Ἴωνες. Inde Theocritus ἠλακάτῃ, Miletum vocat πόλιν Νείλεω. Vide Ælian. VIII, v. Variæ. Et in Codice Græco hæc legebamus: Νειλεὺς Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων ἡγούμενος εἰς Ἀσίαν ἐλθὼν τῆς Ἰωνίας ᾤκισε πόλεις, ἐκβαλὼν τοὺς Κᾶρας.

DCCCCLXXXIV. *Solomon Templum ædificare cœpit.*] XV annorum προχρονισμός, quod toties monuimus.

Ibid. *consummavitque annis octo.*] Ita Græca ad verbum. Sed POST. habent *consummavitque opus.* Lectio, quam retinuimus, ut extat in PR. vera est, quia vestigiis Græcorum Eusebii verborum insistit.

Ibid. *annis octo.*] Ita etiam Græca. Eusebius annum labentem pro absoluto posuit. Septem enim tantum annos solidos operi impendit Solomon. Quare BONG. habet anno VIII. PET. & FRE. ann. VIII.

Ibid. *annorum CCCCLXXX, ut regnorum liber tertius.*] Georgius Εὐσεβιομάστιξ, qui nihil prius in delitiis habuit, quam Eusebium ex omni caussa exagitare, ita super hoc loco Eusebii scribit: Ἀπορεῖ μέντοι (Εὐσέβιος) λέγων τὰ μετὰ τὴν Μωσέως τελευτὴν ἄλλως κεῖσθαι μέχρι Σολομῶντος, καὶ τῆς τοῦ ἱεροῦ ἐπισκευῆς ἐν τῷ γ τῶν βασιλειῶν. λέγει γάρ. Καὶ ἐγένηθη ἐν τῷ υπ ἔτει τῆς ἐξόδου τῆς ἀπ' Αἰγύπτου ἤρξατο οἰκοδομεῖν Σολομῶν τὸν ναόν. Τὸ δὲ Ἑβραϊκόν. καὶ ἐγένηθη ἐν τῷ υ καὶ π ἔτει. ταῦτα δέ, φησιν, οἱ τῶν Ἰουδαίων Διδάσκαλοι ἀκριβῶς συνάγεσθαι ἔλεγον, μόνης τῆς τῶν ἐξ Ἰσραὴλ Κριτῶν χρονοκρατίας ἀριθμουμένης, καὶ μὴ λογιζομένης ἰδίως τῆς τῶν ἀλλοφύλων, ἀλλὰ τῆς τῶν Κριτῶν συνουσμένης. ὅπερ οὐ συνᾴδει τῇ ἱερᾷ τῶν Κριτῶν βίβλῳ. Τόν γε μὴν ἱερὸν Ἀπόστολον φησι υν ἔτη τῶν Κριτῶν σὺν ἀκριβολογούμενον εἰπεῖν, ἀλλὰ ἐκδοχῇ κοινοτέρᾳ. Ἐὰν οὖν κατὰ τὸν Ἀπόστολον τὰ τῶν Κριτῶν υν ἔτη, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς ἐρήμου μ ἔτη Μωϋσέως, Ἰησοῦ τε κζ, καὶ τῶν μετ' Ἰησοῦν πρεσβυτέρων ιη, καὶ ἐπὶ Ἡλεὶ τοῦ ἱερέως κ, καὶ Σαοὺλ μ, Δαβίδ τε μ, καὶ Σολομῶντος δ συνα-

συναριθμήσωμεν, ἔστι ὁ πᾶς ἀπὸ τῆς ἐξόδου χρόνος, ἐπὶ τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευὴν, ἐτῶν χνθ, κατὰ δὲ Εὐσέβιον χ, καὶ κατὰ Ἀφρικανὸν ὑπὲρ τὰ ψμ.

Ibid. *ut Regnorum liber tertius.*] 1 Regum, cap. VI. 1.

„ DCCCCLXXXV. *Hebræorum sacerdos Sadoc octavus*
„ *ab Aharon.*] In posteritate Aharon duo fuere Sadoc.
„ prior undecimus ab Aharon. 1 Chron. VI, 8. poste-
„ rior decimus octavus ab eodem Aharon. Ibid. 12.
„ Is vixit sub Davide. II Samuel. VIII. 17. Hoc au-
„ tem anno DCCCCLXXXV, sacerdotio fungebatur non
„ iste Sadoc, sed Azarias proavus istius Sadoc. quod
„ miror. 1 Chron. VI, 10. Erat enim quintusdecimus
„ ab Aharon. Quare nodus ille meliore vindice indi-
„ get, quam me. Sed quod hic dicitur hunc Sadoc fuisse
„ octavum ab Aharon, aut deest nota denarii numeri,
„ quum fuerit octavus decimus, aut est error solennis
„ auctoris.

DCCCCLXXXVII.] Georgius de Solomone: εἰσὶν οὖν ἀπὸ Ἀδὰμ, ἕως τοῦ ἔτους αὐτοῦ, ͵Δυοη. Κατὰ δὲ τὸν Ἀ-
„ φρικανὸν ͵Δ υνζ. κατὰ δὲ Εὐσέβιον ͵Δγο. imo ͵Δ ρξθ,
„ biennio minus.

DCCCCXCVI. *Homerum, atque Hesiodum.*] Sunt Hieronymi. Gellius: *Homerum ante Romam conditam vixisse Silviis Albæ regnantibus, annis post bellum Trojanum, ut Cassius in primo Annalium de Homero atque Hesiodo scriptum reliquit, plus centum atque sexaginta: ante Romam conditam, ut Cornelius in primo Chronicorum de Homero dixit, annis circiter centum & sexaginta.* Tempus convenit. Nam anni CLX cum numero DCCCCXXXV, in quo Trojæ casus, compositi conflant numerum præsentem DCCCCXCV, uno anno minus. quod est negligendum. Atque hæc ex historia Latina Cassii, vel potius ex Gellio, Hieronymus hic annotavit.

MII. *Carthago.*] Putamus esse Hieronymi. Secundum rationes Phœnicum Carthago condita fuerit numero MCXLII.

MIII. *Archippus.*] Philochorus apud Tatianum scribit Homerū quadraginta annis post migrationē Ionicam, hoc est annis CLXXX post cladem Trojanam, floruisse ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀρχίππου, vel, ut alii legunt, Ἀρξίππου. id est numero Eusebiano MXV. qui est annus Archippi XIII. Hunc Archippum, ut dixi, quidam Ἄρξιππον vocant, ut Tzetzes Scholiis in Hesiodum: & non XIX, ut Eusebius, sed XXXV. annos illi attribuit.

MIV. *Aegyptiorum Semendis.*] Ita etiam in Græcis prioris libri. Africano Σμένδης.

Ibid. *ann.* XIX.] Dissentit primum ab Africano, qui habet κς, deinde à seipso, qui totidem posuit in priore libro. VII igitur annos γνωσιμαχῶν amputavit.

MXIV. *Tertio mare obtinuerunt Thraces ann. decem & novem.*] In Græcis ἔτη οθ.

MXX. *ob reges Iudæorum, qui ex Iudæ stirpe.*] Certe Reges Iuda dicti sunt, quod in Tribu Iuda regnabant, non quod ex stirpe Iudæ essent. Neminem puto hoc probaturum. Quid dicendum est de illo toties totiesque iterato? *Regnavit in Iuda.* quod dictum, ut regnavit in Samaria. Neque hic ullam stirpem Iudæ imaginari possumus, non utique magis quam stirpem Samariæ.

Ibid. *qui ex Iudæ stirpe.*] Græca, ἐκ φυλῆς Ἰούδα, *ex tribu Iuda.* Nihilo tolerabilius, Iudæos dictos, quod reges eorum essent ex tribu Iuda, quam, (ut vertit Hieronymus,) quod ex stirpe Iuda. Sed quod ipsi de stirpe Iuda essent, non quod eorum reges de eadem stirpe.

MXXV. *Susakim rex Aegypti.*] Qui Hebraice dicitur Sesac. 1 Reg. cap. XIV, 25. is in Bibliis Græcis dicitur miro metaplasmo Σουσακείμ.

Ibid. *contra Iudæos dimicans.*] Multa omisit Hieronymus, ut ex Græcis constat. Quod si Susakim rex Ægypti sub Semendi rege Ægypti spoliavit templum, consequens est, ut aut Susakim & Semendis sit unus idemque rex διώνυμος, aut duos reges eodem tempore in diversis Ægypti partibus regnasse, quod olim sæpe contigisse patet ex priore libro Eusebii. Quod si unus rex tunc erat in Ægypto, isque binominis fuit, nullus alius esse potest præter septimum XXI Dynastiæ nomine Susennem, qui anno regni sui XIII hanc expeditionem in Iudæam fecerit.

MXXVIII. *Latinorum septimus Silvius.*] Diverse Albanorum Æneadarum regum nomina à Dionysio, Ovidio, & Eusebio concipiuntur. Nos ea aliis discutienda relinquimus.

MXXXI. *Samus condita.*] Velleius ab Ionibus conditam scribit in celeberrima illa Ἰωνικῇ ἀποικίᾳ, cujus verba antea produximus, quanquam peccat anachronismo. Unde dicta Ἰωνικὴ Σάμος πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς Θρηκίας Σάμου. Contra Iamblichus ab Ancæo, Sames Cephalleniæ cive, qui collectis undecunque ex Græcia colonis, urbem Samon condiderit in insula, quæ prius Melamphyllos, postea Samos ab ipsa urbe dicta. Oraculum, quod illi datum de colonia deducenda, ejusmodi fuit:

> Ἀγκαῖ' εἰναλίαν νῆσον, Σάμον ἀντὶ Σάμης δὲ
> οἰκίζειν κέλομαι. Φυλλὰς δ' ὀνομάζεται αὕτη.

Ex stirpe hujus Ancæi Pythagoræ genus deducitur.

Ibid. *& Smyrna in urbis modum ampliata.*] Fortasse in Græcis fuit ἐπολίσθη. Smyrna prius condita à Tantalo, & Naulochon vocata, mox amplificata à Smyrna Amazone, quæ & illi nomen dedit. Noster vero videtur velle ab Ionibus ampliatam. Velleius κατὰ Αἰολικὴν ἀποικίαν hoc factum dicit. Herodotus in vita Homeri CLXIX annis post conjurationem Græcorum in Aulide. quod tempus congruit numero Eusebiano DCCCCXCIV. hoc est XXXVI annis ante hunc annum. Isidorus à Theseo conditam lib. XV. cap. I. Ad quod "
fortasse luserit Epigramma in Pisistratum IV. An- "
thologiæ: Εἰς εἰκόνας βασιλέων. Εἴπερ Ἀθηναῖοι "
Σμύρναν ἀπῳκίσαμεν. Sed Iones illi Asiatici erant "
Athenis oriundi. Malim ergo de illis intelligere. "
Smyrna vero μητρόπολις fuit Asiæ. Nummi ΣΜΥΡ- "
ΝΑΙΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. "
Propterea conventum vocat Hieronymus libro de "
scriptoribus Eccles. in Polycarpo: *Scripsit ad Philip-* "
penses valde utilem epistolam, quæ usque hodie in Asiæ con- "
ventu legitur. id est in urbe Smyrna, cujus Episcopus "
fuit Polycarpus ipse, quæ conventus, id est metro- "
polis Asiæ dicitur. Nam Sophronius male reddidit "
σύνοδον. Quod conventus metropolim significat, "
potuisti ex Plinio discere lib. III. cap. I. & ex capite "
nono Indicis Inscriptionum Grutterianarum, item ex "
commentario de bello Hispanico. Et apud Tertullian. "
ad Scapulam cap. III, conventus Uticensis nihil aliud "
quam Utica metropolis. "

MXLI. *Aegyptiorum Psesennes annis* XLI.] Uno anno minus, quam Africanus, apud quem ἔτη μβ.

MXLII. *Hebræorum Pontifex Maximus Abimelec.*] "
Unde hunc Pontificem Maximum expiscatus sit Euse- "
bius, viderit historia: certe nullus hoc nomine Pon- "
tifex Maximus fuit, ut vult noster Eusebius. In Chro- "
nico Casaub. est Ἀχιμέ λχ. Et ita sine dubio scripse- "
rat "

„rat Eusebius. Sed ex I Chr. XXIV, 3 divinat fuisse „Pont. Maximum sub Asa. quum locus ille Chron. „pertineat ad ævum Davidis: quod firmatur II Samuel. VIII, 17.

MXLV. *Thraces Bebryciam.*] Thraces duplices fuerunt, Europæi & Asiatici, ut scribebat Arrianus in Bithynicis apud Eustathium in Dionysium: ὅτι Θρᾶκες οὐ μόνον Εὐρωπαῖοι, ἀλλὰ καὶ Ἀσιανοὶ κατὰ τὴν τοῦ Ἀρριανοῦ ἱστορίαν λέγοντος, ὥσπερ Φρύγας καὶ Μυσοὺς, οὕτω δὴ καὶ Θρᾶκας ἐξ Εὐρώπης διαβῆναι εἰς Ἀσίαν μετὰ Πατάρου τινὸς ἡγεμόνος, ὅτε οἱ Κιμμέριοι τὴν Ἀσίαν κατέτρεχον, οὓς ἐκβαλόντες ἐκ Βιθυνίας οἱ Θρᾶκες ᾤκησαν αὐτοί. In quibus habes & trajectum Thracum ex Europa in Asiam, & tempus, quo illud contigit. Quod si verum est, aut alieno tempore trajectus hic ab Eusebio assignatus, aut non unus trajectus Thracum fuit. Si enim tunc trajecerunt, quando Cimmerii Asiam inundarunt, hoc contigerit numero DCCCCXXXIX. Porro FR. hanc periochen rejicit in numerum MXXXVI. In hoc vero anno notatum est: *Thraces mare obtinuerunt.*

Ibid. *Bebryciam, quæ nunc Bithynia vocatur.*] Imo Bebryces populus Europæus fuerunt; & pars Thraciæ. Strabo septimo: καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ Φρύγες (οἱ καὶ) Βρύγες εἰσὶ Θρᾴκιόν τι ἔθνος, καθάπερ καὶ οἱ Μυγδόνες καὶ οἱ Βέβρυκες. lib. 12. καὶ οἱ Βέβρυκες ἢ οἱ τούτων προεποικήσαντες τὴν Μυσίαν, Θρᾶκες ἦσαν, ὡς εἰκάζω ἐγώ. Supra Eusebius monuit quando Thraces mare obtinebant. Tunc potuerit hic trajectus contingere, quando Mysi, Thyni, Bithyni, Getæ, Maryandini, Bebryces & aliæ Thracici generis traduces in Asiam transfretarunt; ut iisdem locis testatur Strabo.

Ibid. *Bebryciam.*] Quamvis poetæ, & Solinus Bebryciam cum Bithynia confundunt, diversas tamen ex Strabone esse ostendimus, qui Bithynos alios à Bebrycibus facit; & diversis locis appellationes suas reliquerunt. Mirum vero atque animadversione dignum, quod in veteribus Scholiis in Lycophronem ab Isaacio Tzetze collectis legimus. Lycophron: Εἰς Βεβρύκων ῥίψαν ἰσχβατηρίαν. Scholion: Δίων δὲ Κοκκειανὸς τοὺς Ναρβωνησίους Βέβρυκας λέγει γράφων οὕτω. Τῶν πάλαι μὲν Βεβρύκων, νῦν δὲ Ναρβωνησίων ἐπὶ τὸ Πυρηναῖον ὄρος. τὸ δὲ ὄρος τοῦτο χωρίζει Ἰβηρίαν καὶ Γαλατίαν. Bebryces esse populos Narbonensis provinciæ alibi non memini legere, præterquam apud Marcianum τὸν περιηγητήν·

— Εἶτ' Ἴβηρες οἱ τοῖς . . . .
Προσεχεῖς. ἐπάνω τούτων δὲ κεῖνται τῶν τόπων
Βέβρυκες. ἐπὶ τὰ παραθαλάττιοι κάτω
Λίγυες ἔχονται --

„Item apud Silium Italicum libro III, *Iamque per* „*& colles, & densos abiete lucos Bebryciæ Pœnus fines tran-* „*scenderat aulæ. Inde ferox quæsitum armis per inhospita* „*rura Volcarum populatur iter, tumidique minaces Accedit* „*Rhodani festino milite ripas.*

Ibid. *quæ nunc Bithynia.*] Claudianus II in Eutropium:

Thyni Thraces arant, quæ nunc Bithynia fertur.

qui locus mirifice facit ad hunc Thracum trajectum: ut & illud Scholion vetus in Argonautica Apollonii lib. II. Διτταί εἰσι Βιθυνίαι. ἡ μὲν ἐπὶ τῆς Εὐρώπης, ἡ δὲ ἐπὶ τῆς Ἀσίας. καὶ ἡ μὲν ἐπὶ τῆς Εὐρώπης περὶ Σαλμυδησσὸν κεῖται ἐπὶ τῆς Θρᾴκης. ἡ δὲ ἑτέρα καθήκει ἐπὶ τὸν Βόσπορον καὶ ἐπὶ τὸ στόμα τοῦ Πόντου. Item: ἦρχεν ὁ Φινεὺς τοῦ Βοσπόρου Θρακῶν πάντων τῶν ἐν Ἀσίᾳ. εἰσὶ δὲ οὗτοι Βιθυνοί τε καὶ Παφλαγόνες.

MXLVIII.] Hic BON. & PET. in margine èregione IX anni Asa habet: *Principium sexagesimi primi Iobele secundum Hebræos.* Erat annus ab Adam 2996. quæ sunt LXI Iobel, & una Hebdomas absoluta. Itaque erat annus septimus LXII Iobel.

MLIII. *Capys.*] In Canonibus Isagogicis monuimus ita legendum apud Ovidium.

Ille dedit Capyi repetita vocabula Trojæ. Hoc est, in hoc Albano Capye repetitum esse nomen illius veteris Dardanidæ, qui & Capys dicebatur. FR. in hoc anno iterum notat: *Thraces mare obtinuerunt.*

MLXIV. *Atheniensium Phorbas.*] Pausanias hujus meminit Ἠλιακῶν β. πρώτην ἡγοῦμαι Μεγαρεῦσι τὴν νίκην Ἀθήνησιν ἄρχοντος γενέσθαι Φόρβαντος, ἄρχοντος δὲ διὰ τοῦ βίου αὐτοῦ παντός. ἐνιαύσιαι γὰρ οὐκ ἦσαν πω τότε Ἀθηναίοις αἱ ἀρχαί.

MLXVI. *Assyriorum Orphrateus annis XX.*] Unum annum expunxit. Africanus enim ἔτη κα.

MLXXXI. *Latinorum Carpentus.*] Ita habent omnes scripti, non Calpetus. & MXCIII. *Tiberinus Carpenti filius.* Sed Græca prioris libri Κάρπεντος.

MLXXXV. *Aegyptiorum Amenophis.*] Græca prioris libri, item Africani, Ἀμένωφθις.

MLXXXVI. *Assyriorum Orphratenes.*] Excidit hoc nomen Eusebio adhuc prioris Orphratei nomen in animo habenti. Ephacheres enim vocabatur, non Orphratenes.

Ibid. *ann.* L.] Et huic quoque regi biennium abstulit. Africano enim νβ ἔτη.

MLXXXVI. *Pseudoprophetæ vero erant Sedechias, Eliezer.*] Sedekias quidem Pseudopropheta I Regum, XXII, 11, 24. Eliezer vero nunc non succurrit. & suspectum est.

MC. *Aegyptiorum Psinaces.*] Ita posuimus, auctoribus POST. & Græcis tam Eusebii, quam Africani, ubi diserte est Ψινάκης. Omnes PR. & Edit. Spinaces; quod non exemplo caret. In veteribus enim inscriptionibus Spycharion pro Psycharion legi monuimus olim in Manilianis. Vide Indicem Grammaticum Inscriptionum Grutteri nostri.

MCI. *In Latina historia.*] Tota hæc periocha Hieronymi est, qui quadraginta annorum προχρονισμῷ peccat. Annus enim CXXIV ante urbem conditam, cujus infra fit mentio, convenit numero MCLX.

Ibid. *Vt testatur Apollodorus Grammaticus.*] Negamus. Apollodorus: Μετὰ ἔτη ἑκατὸν τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας. hoc est CCXL post casum Trojanum: proinde numero Eusebiano MLXXV. Hoc modo μεταχρονισμὸς fuerit annorum XXVI.

Ibid. *& Euphorbus testatur.*] Iste Euphorbus, ut habet Marianus, aut Euphorbius, ut omnes scripti & editi, est παραχάραγμα τοῦ Ἑλληνικοῦ κόμματος. pessimæ notæ nomen Græcum, ex depravato depravatissimum. Prius fuit Εὔφορος, deinde degeneravit in Εὔφορβος. Nam bis reperies apud Clementem Alexandrinum Εὔφορος pro Ἔφορος, & apud alios, ut Laertium in Thalete. Sic in nummo Antonini Pii ΕΥΦΥCΙΩΝ ΔΙC ΝΕΟΚΟΡΩΝ. Id est ΕΦΕCΙΩΝ. Quod Ephorus & de Homero & de Originibus priscis scripserit, satis ex solo Dionysio Halicarnassensi constare potest. Liber autem, in quo Ephorus de Homero hoc, quod hic proponitur, disseruit, vocatus est ab ipso Ephoro σύνταγμα ἐπιχώριον, in quo etiam scripsit Ἡσίοδον Ὁμήρου ἀνεψιὸν καὶ σύγχρονον fuisse."

Ibid. *ante urbem conditam ann.* CXXIV] Iam diximus hoc competere in numerum MCXL. Marianus mendose, CXXXIV.

Ibid.

Ibid. *&, ut Cornelius Nepos ait, ante Olympiadem primam annis* C.] Duo insignes errores. prior, si centum annis ante primam Olympiadem, ergo numero MCXII, ut supra, non MCI. Alter error, quod sexaginta annis minus dicit. Cornelius enim Nepos annis CLX ante Urbem conditam Homerum fuisse ait, hoc est numero Eusebiano MCIV, qui profecto proxime abest ab hoc tempore. Errores hi à librariis ne sint, an ab interprete, viderint studiosi. Ego contentus eos notasse, ad alia transeo. Omnes certe libri scripti & excusi ita habent.

MCIX. *Aegyptiorum Pseusennes ann.* XXXV.] Africano ἔτη ιδ. Sic XXI annos de suo dat, ut rationes suas æquet. Non probo.

MCXVII. *Ionadab filius Rechab.*] II Regum. X, 15. Ierem. XXX.

MCXXIII. *qui solus post Mosem annos* CXXX *vixit.*] Paralip. primo, cap. XXIV, 15. Suidas: Ιωδαέ. ἔτος ἱερεὺς ἦν, ὃς διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ εὐσέβειαν ἐβίωσεν ἔτη ρλ.

MCXXVII. *Quinto mare obtinuerunt Phryges.*] Græca amplius habent. Supra ex Strabone colligimus Phrygas esse Thraciam gentem, quæ diu mare excursionibus infestarit.

MCXXX. *Zacharias occiditur.*] II Paralip. XXIV, 20, 21. Matthæi XXIII, 35. ubi Hieronymus: *Simpliciores fratres inter ruinas Templi & Altaris, sive in portarum exitibus, quæ Siloam ducunt, rubra saxa monstrantes Zachariæ sanguine putant esse polluta.* Itinerarium Burdigalense: *In marmore, ante Aram, sanguinem Zachariæ ibi dicas hodie fusum. Etiam parent vestigia militum, qui eum occiderunt, in totam aream,*
,, *ut putes in cera fixum esse.* Tres fuerunt Zachariæ, iique
,, omnes prophetæ, filius Iojadæ hic, filius Barachiæ
,, penultimus XII prophetarum, pater Iohannis Bapti-
,, stæ, atque ξίφει ἀναιρεθέντα ἐν τῷ ναῷ nugantur
,, Græci in suo Menologio V Septembris, confunden-
,, tes hujus historiam cum hoc filio Ioiadæ.

MCXXXII. *Lycurgum.*] Tatianus: Λυκοῦργος δὲ πολὺ μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν πρὸ Ὀλυμπιάδων ἔτεσιν ἑκατὸν νομοθετεῖ Λακεδαιμονίοις. Tempus congruit numero MCXLI, annis novem post hunc. quæ parva dictu est differentia. Sed Clemens hæc Tatiani verba designans quinquaginta insuper annos addidit. Λυκοῦργος δὲ μετὰ πολλὰ τῆς Ἰλίου ἁλώσεως γεγονὼς ἔτη πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων ἔτεσιν ἑκατὸν πεντήκοντα νομοθετεῖ Λακεδαιμονίοις. Sine dubio in Tatiano desunt L anni. Tempus igitur congruit numero MXCI. Idem Clemens de Lycurgo: Διευχίδας γὰρ ἐν τετάρτῳ Μεγαρικῶν περὶ τὸ διακοσιοστὸν ἐννενηκοστὸν ἔτος ὕστερον τῆς Ἰλίου ἁλώσεως τὴν ἀκμὴν Λυκούργου φέρει. nimirum numero MCXIV. qui tantum octennio discrepat ab anno proposito. Hoc proculdubio habebat in animo Eusebius. Phlegon à Lycurgo, ad primam Olympiadem, putat annos CXVIII. Ergo florebat numero MCXXVIII. Convenit illi cum Eusebio. Apud Ælianum ποικίλ. XIII, cap. XLII Epaminondas gloriatur se Laconicam ferro & igne vastasse, quæ per D ann. intacta fuerat, nimirum à legibus Lycurgi. Dicebat hoc circa tempus, quo Messenem instauraverat, numero MDCXLVIII. Leges igitur Lycurgi acceptæ sunt, & respublica Lacedæmoniorum constituta circiter numerum MCXLVIII. quæ ratio non multum ab anno propo-
,, sito discedit. Porphyrius ponit Lycurgum CVIII
,, annis ante primam Olympiadem. Quibus de numero
,, MCCXLI deductis, remanet numerus præsens
,, MCXXXIII. Eusebius libro priore.

MCXXXVI. *Assyriorum Ocrazapes.*] Quidam scripti Acrazapes. Africano Ακραγαρνής.

MCXLII. *Aremulus Silvius.*] Iste Ἀλλάδης vocatur Dionysio.

Ibid. *præsidium Albanorum.*] Sola ea Eusebiana putamus: *qui ob impietatem fulminatus interiit.* Reliqua haud dubie sunt ab Hieronymo ex historia Latina.

MCXLIV. *Sesonchosis.*] Ita etiam aliis Græcis dictus. Sed Africano Σέσογχις.

MCXLI. Tres fuerunt Zachariæ, iique Prophetæ: "
filius Iojadæ hic, filius Barachiæ penultimo loco "
positus in libro XII Prophetarum, & pater Iohannis "
Baptistæ, quem ἐν τῷ ναῷ ξίφει ἀναιρεθῆναι somni- "
ant Græci in suo menologio V Septemb. confunden- "
tes hunc cum filio Ioiadæ. In PET. hæc verba extant: "
Apud Hebræos Zacharias propheta à rege Ioas occiditur. Hic Zacharias Ioiade Pontificis filius fuit, qui pro veritate regi contradicens occiditur, quem Euangelista Barachiæ filium vocat, quem propter annorum prolixitatem patris, & vitæ sanctitatem Barachiam vocabant, hoc est Benedicitur. Sed nullus alius codex scriptus aut editus illa habet.

MCLVIII. *Zacharias propheta interficitur à Rege Ioas*] "
Atqui supra interficiebatur numero MCXXX. Chro- "
nicon Casaubon. duodecimo anno regis Ioas. hoc est "
numero MCXXXIV. Sed quis scit quoto anno regis Ioas "
interfectus sit, quum tempus à scriptura non desi- "
gnetur? "

MCLXI. *Aventinus Aremuli superioris filius in eo monte.*] Hieronymi ab historia Latina.

MCLXVII. *Carthaginem hac ætate.*] Hieronymus habebat in animo locum Iosephi de Carthagine à Tyriis condita CXLIII annis post Templum, quod secundum rationes Eusebii congruit numero MCXXVII. secundum veram rationem MCXLII, propter prochronismum annorum XV. Ne sic quidem ratio constat. Erit enim hoc modo metachronismus maximus. Ex annalibus Phœnicum ab initio Iromi Tyriorum regis, ad fugam Didonis, colliguntur anni CLXXVIII, qui desinunt in numero Eusebiano MCXXV. Secundum hæc, à conditu Templi, ad fugam Didonis, fuerint tantum anni CXLI, non CXLIII, ut notabat Iosephus. Servius ait Carthaginem conditam LXX annis ante prima Palilia, hoc est numero MCXCIV. Melius Trogus LXXIII annis ante primam Olympiadem, hoc est præsenti anno MCLXVII.

MCLXXI.] *Sub Ariphrone Assyriorum regnum destructum.*] LXX annis ante primam Olympiadem ex rationibus Eusebianis, qui regnum Assyriorum quatuor regibus privavit, & regibus ipsis, quot voluit annos attribuit. Sed secundum rationes Ctesiæ, & Africani regnum Assyriorum finem accepit annis XCVII. ante primam Olympiadem. Excerpta barbarolatina LXVII annis ante Olympiadem. Orosius annos LXIV. fortasse totidem, ut legendum sit, LXVII. Porro PET. & BONG. "
habent, *qui Sardanapallus.* At neque PR. neque FRE. "
habent τὸ Qui. Si igitur hanc lectionem, quam "
publicavimus, & quam editiones habent, retineamus, "
constabit sententia. Regnum Assyriorum, & ipsum "
Sardanapalum deletum fuisse. Sed Græca Sardana- "
pali non meminerunt; eaque lectio placuit Arnaldo "
Episcopo. Altera nititur omnium codicum aucto- "
ritate: alteri Græca Eusebiana favent. "

MCLXXVIII. *Thonos Concoleros.*] Nusquam leges ab ullo veterum Sardanapalum ita vocatum. Certe Sardanapalus est purum putum Assyriacum שרדן־פל. posterior vocula legitur etiam in medio nomine illius Assyrii Regis Teglath-phal-Esar. At Thonos Concoleros nihil spirat Assyriacum præ illo. Omnes vero libri manuscripti concipiunt per geminum ll Sardanapallum.

pallum. & videtur hoc nomen in obscœnam notam à Græcis detortum. Nam παλλὸς, idem, qui φαλλός. Unde τρίπαλλος, pro τρίφαλλος. Tibullus: *Placet Tripalle?* Varro: *Et orthopallica attulit psalteria.* Quare Cicero III de Repub. *Sardanapallus ille vitiis multo, quam nomine ipso deformior.* Obscœnum vita perinde ac nomine manifesto dicit. Ergo nomen obscœnum, ut vita. Obscœnum autem propter alterum membrum, quod cum Sardan componit integrum nomen.

,, Ibid. *Tanos Concoleros.*] In priore libro Eusebii ,, dicitur etiam Μακοσκόλορος.

MCLXXXIV. *Sardanapalus eodem tempore Tarsum.*] Græca Eusebii, Strabo, & alii non eodem tempore, quod non est mirum, sed ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, una die.

Ibid. *semet incendio concremavit.*] Puto fuisse in Græcis, ἑαυτὸν ἐπὶ τῇ πυρκαϊᾷ κατέκαυσε. in succenso rogo sese cremavit.

MCXCIII. *Aegyptiorum Petubastes ann.* XXV.] Dissentit à se, qui in priore libro posuit ἔτη κα. item, quod solenne illi est, ab Africano, qui habet ἔτη μ. quod non est modicum discrimen.

MCXCVII. *à primo anno Nini supputantur* MCCLX.] Imo MCCCCXXIX. de quibus quatuor reges expunxit, quorum omnium anni colliguntur CLXII. quibus deductis de MCCCCXXIX, remanerent anni MCCLXVII. Sed Eusebius non contentus quatuor hos reges abdicare, illis, quos reliquit XXVII annos erogavit, nunc singulos, nunc binos uni plus tribuens. Hinc factum, ut MCCXL, non MCCLXVII à Nino, ad casum Sardanapali, colligantur. Ita diruens, ædificans, addens, detrahens fecit quod voluit, non quod postulabat ratio. De hoc satis egimus, quando locus & tempus exigebant. Georgius, ἡ Ἀσσυρίων βασιλεία κατέληξε διαρκέσασα ἐπὶ ᾳυξ ἔτη. Minus dicit an. XXIII. Sed audi verba ipsius Georgii: ὁ μέν τοι Εὐσέβιος καίπερ πραγματείαν οὐ τὴν τυχοῦσαν συλλεξάμενος φιλοπόνως, καὶ ταύτῃ τὴν ἑαυτοῦ χρονικὴν συγγραφὴν κατασεμνυνάς, &c. ἐν λζ βασιλεῦσι τὴν Ἀσσυρίων ἀρχὴν περιέλαβεν, ἔτεσι δὲ ᾳτ, τῷ Κάστορι μᾶλλον ἀκολουθήσας, οὗ καὶ μαρτυρίαν προσήγαγεν ᾳσπ ἔτη φάσκουσαν τοὺς Ἀσσυρίων βασιλεῖς ἄρξαι, καὶ τοῦτο διὰ τὸ συμβάλλεσθαι τῷ παραλογισμῷ αὐτοῦ κατὰ τοὺς χρόνους, ὧν πέπονθεν ἐν τοῖς ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, ἕως Ἀβραὰμ χρόνοις μὴ χρονολογήσας μετὰ τὸν κατακλυσμὸν Καϊνᾶν υἱὸν τοῦ Ἀρφαξάδ. Quod ait eum ex Castoris sententia potius, quam Africani in XXXVII regibus totum Assyriorum imperium explicasse annis MCCLXXX, quid velit, nescio, quandoquidem per omnia Africanum in regibus & eorum annis sequutus sit Eusebius, ut ipsemet Georgius non semel testatus est, his duobus exceptis, uno, quod quibusdam regibus singulos, aut binos annos plusquam Africanus attribuit, ut rationes suas æquet: altero, quod quatuor reges ex eadem caussa præterivit, καὶ τὴν Ἀσσυρίων παρενόθευσεν ἱστορίαν, ut ejus verbis utar. Deinde quomodo sequitur Castorem in annis regum, quum Castor universum Assyriorum imperium MCCLXXX annis definiat, Eusebius MCCC, ut ipse ait, nimirum ab initio Beli; Postremo neque illud ferendum, Eusebium ideo contraxisse annos imperii Assyriorum, ut hiatum illum occultaret, quem commisit omissione annorum Cainam minoris, quum hæc non fuerit caussa illa. Nam potuit recte applicare omnes annos imperii Assyriorum, si voluisset, secundum ratiocinia sua, quæ intervallum à Diluvio, ad natum Abraham, definiunt annorum DCCCCXLII. Initium vero Beli competit præcise in CCCXLI annum à Diluvio secundum ipsius computationem. Quare nullam rationem habuit illius hiatus de posteriore Cainan, quem sciens prudens omisit, sed hoc sibi proposuit, ut anni Teutami regis inciderent in Troica tempora. quod facere non potuit, nisi aliquot regum omissione. Itaque dum Georgius odio Eusebii cæcus nullum omittit tempus aut caussam homini obtrectandi, sæpenumero sibi ipse adversatur, & argumentis illum aggreditur, quæ omnino sunt contraria prioribus, quibus eum oppugnabat. Tale est illud: οὐκοῦν πρόδηλον, ὅτι διὰ τὸν ἑαυτοῦ παραλογισμὸν καὶ τοὺς Ἀσσυρίων χρόνους ἠλάττωσεν, καὶ τὴν ἅλωσιν Τροίας οὐκ ἀληθῶς ἐστοιχείωσεν. Propter hallucinationem suam, inquit, in omittendis annis Cainan mutilavit tempora regum Assyriorum, & alieno loco Trojæ excidium retulit. Itane? imo ob eam caussam tempora Assyriorum imminuit, ut suo tempore Ilii casum collocaret. Tempus autem capti Ilii idem putavit, quod veteres, regnante nempe Teutamo, cujus ævum non poterat comparare cum ævo Capyos Trojani, nisi mutilatione temporis quatuor Regum Assyriæ.

Ibid. *à primo anno Nini supputantur* MCCXL.] Et à primo anno Beli MCCC, secundum ipsum Eusebium, ut ait Georgius; quomodo & Trogus. Augustin MCCCV. libro XVIII, cap. XX.

Ibid. *& interim sine principibus res agebatur.*] Expressit ex loco Herodoti: Ἀσσυρίων ἀρχόντων τῆς ἄνω Ἀσίης ἐπὶ ἔτεα εἴκοσι καὶ πεντήκοντα πρῶτοι ἀπ' αὐτῶν ἤρξαντο Μῆδοι ἀπίστασθαι. καί κως οὗτοι περὶ τῆς ἐλευθερίης μαχεσάμενοι τοῖσι Ἀσσυρίοισι ἐγένοντο ἄνδρες ἀγαθοί, καὶ ἀπωσάμενοι τὴν δουλοσύνην ἠλευθερώθησαν. μετὰ δὲ τούτους καὶ τ' ἄλλα ἔθνεα ἐποίεε τωὐτὸ Μήδοισι. Ἐόντων δὲ αὐτονόμων πάντων ἀνὰ τὴν ἤπειρον, ὧδε αὖτις ἐς τυραννίδας περιῆλθον. Ἀνὴρ ἐν τοῖσι Μήδοισι ἐγένετο σοφὸς, τῷ οὔνομα ἦν Δηϊόκης.

Ibid. *In medio autem tempore Chaldæi prævalebant.*] Nempe anno XIX Artycæ quarti regis Medorum Chaldæi à Medis defecerunt duce Nabonassaro, qui excusso Medorum jugo Chaldæis & Babyloniæ imperavit. cujus successio ad XXI usque annum Cyri continuata est.

Ibid. *Quorum quædam separatæ regum successiones.*] A Nabonassaro, ad finem Nabonidi cognomento Medi, qui Darius Medes dictus est. Quod hæc non intellexerit Paulus Orosius, colligi potest ex ejus cap. II. lib. II, ubi insigniter fallitur, quod illos reges, præsertim Nabuchodonosorum, inter illustres haberi neget. Certe si legisset Strabonem, Berosum, Megasthenem, aliter sensisset. Cui persuadebit Nabonassarum, Mardokempadum, Nabopollassarum, Nabuchodonosorum non fuisse reges illustres? Sed venia illi danda, quod solum Latinum Eusebii Chronicon legerat, neque illos summos scriptores, quos nominavimus, fortasse ne de nomine quidem, aut saltem nomine tenus noverat. Nam Græci sermonis imperitus fuit, utilis alioquin auctor, & valde necessarius.

MCCIV. *Macedonum primus Caranus.*] Caranus Heraclida undecimus ab Hercule, septimus à Temeno, qui dux gentilium suorum Heraclidarum fuit, quum in Peloponnensum reverterentur. Propterea successores reges vocarunt sese Heraclidas, & eorum capita in nummis etiam hodie visuntur exuviis Leonis exemplo Herculis induta. Inde Theocritus Alexandrum Magnum, & Ptolemæum Lagiden ab eodem Heraclide ait genus deducere: hoc est, ut ego interpretor, ab uno Carano.

Ἀθά-

Ἀθάνατοι δὲ καλεῦνται θεῶν νέποδες γεγαῶτες.
Ἀμφοῖν γὰρ πρόγονος σφὶν ὁ καρτερὸς Ἡρακλείδας.
Ἀμφότεροι δ' ἀριθμεῦνται ἐς ἔσχατον Ἡρακλῆα.

ubi νέπους verbum Doricum, quod in Latina lingua retentum est, Nepos. Callimachus de Simonide:

---- οὐ γὰρ ἐργάτιν νέμω
Τὰν μοῦσαν, ὡς ὁ Κεῖος Ὑλλίχου νέπους.

Ita olim adolescentes in juvenilibus Conjectaneis emendabamus. Sed de Heraclidis regibus Macedoniæ testatur Epigramma VI Ἀνθολογ. cap. ἀπὸ κυνηγῶν, Epigrammate Τὸν πάρος Ὀρβήλοιο. Lege.

Ibid. *Primus rex Caranus.*] Paulinus Opusculo de Regibus, citante Ausonio:

Et Caranus, Pellæa dedit qui nomina regum.

MCCX. *Hesiodus insignis habetur, ut vult Porphyrius.*] Excerpta barbarolatina citant Porphyrium in historia Philosophiæ: quæ nihil aliud erat, quam Chronologia Philosophorum, & eorum Decretorum, cujusmodi fuit Plutarchi στρωματεὺς de Placitis Philosophorum: item Eudemi historia Matheseos, Chronologia nempe eorum, quæ quisque in Mathematica studia contribuisset. Ex eo libro Porphyrii puto hoc testimonium depromptum. Cyrillus in Julianum Homero Hesiodum recentiorem dicit, eumque sub Azaria Iudæorum, & Proca Silvio Albanorum rege floruisse testatur. quod profecto aut ex hoc loco Eusebii, aut unde Eusebius hausit.

MCCXIII. *Prophetabat apud Hebræos Osee, Amos, Isaias, Ionas.*] De Iona possumus dubitare. Legimus II. Reg. XIV, 25, Amasiam regem Iuda fines regni sui ad oram usque maritimam protulisse, quemadmodum antea prædixerat Ionas filius Amathi. Inde colligunt Ionam sub Amasia prophetasse. Atqui non sequitur eum vixisse sub eo rege, cujus tempore evenerit id, quod ipse prædixerit. imo prophetiæ hæc summa gloria est, multis annis, aut aliquot seculis, rem prædicere ante eventum rei. Ego non dubito eum vixisse sub Rege Ioas, cujus anno XIII cæpit regnare infamis vitæ maculis Sardanapalus, quo in obscœnum modum soluto, quis dubitet & omnem Assyriam, & Ninivem Assyriæ metropolim nunquam majore infamia turpitudinum flagrasse, ut Deus propterea prophetam suum Ionam eo destinaverit, qui illos imminentis ruinæ admoneret, nisi resipiscerent? Atqui, inquies, pœnitentiæ præclarum ediderunt testimonium, jejunio publice indicto. Hoc verum est. Ideo Deus Ninivem non abolevit, sed Ninivitis dominum mutavit, imperio ad Arbacem translato. Omnino tempora conveniunt. At tempus, quod hic assignatur ab Eusebio, congruit decimo anno Oziæ: qui est vigesimus secundus ejusdem regis juxta paralogismum Eusebii. omnino Ionas vixit sub Sardanapalo & circiter initium Arbacis.

MCCXVII. *Phidon Argivus.*] Φείδων, per ει, non Φίδων, ut apud Plutarch. in Amatoriis narrationibus. Tamen ,, Poëtæ detrito iota corripiunt. Val. Flaccus lib. VI ,, *Non Rhadalo cum fratre Phidon.* Ut apud Ausonium ,, Φιδίας. Fuit autem frater Catani. Ideo in idem tempus eum conjicit Eusebius. Imperfectam vero extulit verborum Eusebii sententiam interpres Hieronymus, *Phidon Argivus.* In Græcis Ἄργους κρατῶν, *Argorum compos factus.* ad verbum vertendum fuerat: *quum Argorum potiretur.* Eum Argorum tyrannum fuisse, præter alios Scriptores, Pausanias infra docebit.

Ibid. *mensuras & pondera primus instituit.*] Plinius: *Mensuras & pondera Phidon Argivus, aut Palamedes, ut mavult Gellius.* De Palamede vide quæ fuse notavimus in Manilianis 391. Pindarus Olympico XIII: ---πολλὰ δ' ἐν καρδίαις ἀνδρῶν ἔβαλον ὧραι πολυάνθεμοι ἀρχαῖα σοφίσματα. Scholia vetustissima: οὐ μόνον δ' ἐνδόξους διὰ τὰς νίκας τοὺς Κορινθίους αἱ ὧραι ἐποίησαν, ἀλλὰ καὶ τῇ καρδίαις αὐτῶν ἐνέβαλον σοφίαν. φησὶ δὲ ταῦτα, ἐπειδὴ Φείδων τὶς Κορίνθιος ἀνὴρ εὗρε μέτρα καὶ σταθμία. Corinthium vocat, quem omnes, & ipse quoque Scholiastes alibi Argivum dicit. Rursus Pindarus: ἱππείοις ἐν ἔντεσι μέτρα. Scholiorum est violenta interpretatio: ἵππεια δ' ἔντεα τὰ Φειδώνια ἀκούειν, διὰ τὴν κοιλότητα. διὰ τί δὲ αὐτὰ ἵππεια εἶπεν; ὅτι Φείδων ὁ πρῶτος κόψας Κορινθίοις τὸ μέτρον Ἀργεῖος ἦν. τὸ δὲ Ἄργος ἵππειον λέγουσιν οἱ ποιηταί. Ridicula quidem solutio, sed quæ hunc locum Eusebii diserte illustrat. Pollux libro IX. τάχα δ' ἄν τις φιλότιμον εἶναι νομίζοι καὶ τὸ ἐπὶ νομίσματι λόγον ἐπιζητεῖν, εἴτε Φείδων πρῶτος ὁ Ἀργεῖος ἔγραψε (ἐχάραξε) νόμισμα, &c. Quum autem recte hujus gesti memoriam in tempus Carani conjecerit Eusebius, quia Phidon frater erat Carani, ut extat in priore libro Eusebii, oportet eum admodum senem decessisse. Nam legimus, ipsum ascitum à Pisæis anno primo Olympiadis octavæ, LIII annis post hoc tempus. Verba Pausaniæ: Πισαῖοι δὲ ἐφηλκύσαντο αὐθαίρετον συμφορὰν, ἀπεχθανόμενοί τε Ἠλείοις καὶ σπουδὴν ποιούμενοι θεῖναι τὸν Ὀλυμπικὸν ἀγῶνα ἀντὶ Ἠλείων, οἵγε Ὀλυμπιάδι μὲν τῇ ὀγδόῃ τὸν Ἀργεῖον ἐπηγάγοντο Φείδωνα τύραννον τῶν ἐν Ἕλλησι μάλιστα ὑβρίσαντα. καὶ τὸν ἀγῶνα ἔθεσαν ὁμοῦ τῷ Φείδωνι.

Ibid. *mensuras & pondera.*] Adde & numismata. Εὐβοϊκὸν νόμισμα. quod ita vocatum ajunt Grammatici, ἐπειδὴ Φείδων ὁ Ἀργείων βασιλεὺς ἐν Εὐβοίᾳ χωρίῳ τοῦ Ἄργους πρῶτος ἔκοψε χρυσοῦν νόμισμα. ὠνόμασται δὲ τὸ χωρίον ἀπὸ Εὐβοίας τροφοῦ τῆς Ἥρας. Item: Πάντων πρῶτος Φείδων Ἀργεῖος νόμισμα ἔκοψεν ἐν Αἰγίνῃ. καὶ διὰ τὸ νόμισμα ἀναλαβὼν τοὺς ὀβελίσκους ἀνέθηκε τῇ ἐν Ἄργει Ἥρᾳ. Idem supra Pol- „ lux. Mirum in verbis Scholiastæ Olympici XIII, quæ „ supra adduximus, legi κόψας μέτρον, quum potius „ dicendum fuerit κόψας νόμισμα.

MCCXVIII. *Osorthon.*] In Africano Ὀσορχῶ. & η̄ annis, non θ̄.

Ibid. *Lycurgi leges à Lacedæmone.*] Pauxilli temporis „ metachronismus fuerit, si fidem Thucydidis sequi- „ mur. Ille enim ab eo tempore, quo Lacedæmonii „ Lycurgi legibus uti cepere, ad finem belli Pelopon- „ nesiaci, putat an. CCCC, hoc est ad numerum MDCXII. „ ἔτη γάρ ἐστι μάλιστα τετρακόσια, καὶ ὀλίγῳ πλείω „ ἐς τὴν τελευτὴν τοῦδε τοῦ πολέμου, ἀφ' οὗ Λακεδαι- „ μόνιοι τῇ αὐτῇ πολιτείᾳ χρῶνται. CCCC igitur annis de „ numero MDCXII deductis, remanet numerus MCCXII, „ quo antiquiorem νομοθεσίαν Lycurgi esse ait. Sed & „ numero MCXCV Lycurgus Lacedæmoniis jura com- „ ponit. Procul dubio tempus id, quod designabat Thu- „ cydides. Illa ergo ἔτη ὀλίγῳ πλείω sunt XVII. „

MCCXIX. *Agamestor ann. XX.*] vide hæc verba Hieronymi ad Damasum de prima visione Esaiæ: *Regnavit autem Ozias annis quinquaginta duobus, quo tempore apud Latinos Amulius, apud Athenienses Agamestor undecim annis imperabat.* Quæ ego non capio. Undecimus enim annus Agamestoris erat nonus Amulii, & trigesimus octavus Oziæ.

MCCXX. *Zacharias menses VI.*] ἑξάμηνον. II Reg. XV. 8. PR. male novem menses.

Ibid. *Sellum dies tres.*] Imo mensem, μίωα ἡμερῶν, hoc est dies xxx. Ibid. 31. Hic dormitabat Eusebius.

Ibid. *Numitor.*] Aut nihil ab Eusebio hic, aut pauca. Reliqua ab Hieronymo ex historia Latina. Nam videntur ex scriptore Latino potius, quam Græco.

Ibid. *quæ propter pulchritudinem & rapacitatem corporis.*] In Collectaneis Græcis: ζῶόν τι γὰρ ἁρπακτικὸν ἡ λύπα &c.

MCCXII. *Manahem ann.* x.] Georgius. Μαναὴμ ἔτη ιβ. τὰ δὲ πολλὰ τῶν ἀντιγράφων ἔτη ι ἔχουσιν. Atqui nullum exemplar non habet δέκα, non δώδεκα, quod iste Eusebiomastix hariolatur.

MCCXXX. *Trieres prima navigat in Corinthum.*] Imo primi omnium Corinthii triremes fabricarunt: & inde Corintho alio, non aliunde Corinthum, velificatum est. Thucydides libro primo: πρῶτοι δὲ Κορίνθιοι λέγονται ἐγγύτατα τοῦ νῦν τρόπου μεταχειρίσαι τὰ περὶ τὰς ναῦς, καὶ τριήρεις ἐν Κορίνθῳ πρῶτον τῆς Ἑλλάδος ναυπηγηθῆναι. φαίνεται δὲ καὶ Σαμίοις Ἀμεινοκλῆς Κορίνθιος ναυπηγὸς ναῦς ποιήσας τέσσαρας. Hunc locum Thucydidis tangit etiam Plinius VII. cap. LVI. Sed à quo tempore Aminocles has naves fabricavit, ad se, Thucydides putat annos CCC. Scribebat autem circiter annum Iphiti CCCLX. Itaque hic Aminocles videtur circiter XVII, aut XVIII Olympiadem has naves fabricasse. Sed ab Eusebio hoc gestum refertur numero MCCLV. hoc est anno XV à prima Olympiade. Igitur prima triremis, sive τριήρης Corinthi fabricata est, non aliunde Corinthum navigavit, ut aliud agens scribit Eusebius. Antea enim longis navibus tantum utebantur. Prima longa navis fuit ea, quæ Argonautas vexit, ut Plinius, & alii fere omnes veteres scribunt. Nos hodie id genus Galeas vocamus, & pridem illud nomen obtinuit adhuc vigente imperio Constantinopolitano. In Tacticis legimus, Γαλαίας, μονήρεια. Nostræ enim Galeæ, & veterum naves erant μονήρεις, hoc est uno versu remorum agebantur. Quemadmodum enim πύργος μονήρης, διήρης, τριήρης à numero tabulatorum dicitur, qui aliter πύργος μονόστεγος, δίστεγος, τρίστεγος, ita & ναῦς μονήρης, διήρης, τριήρης dicta, quæ totidem, ut ita loquar, tabulatis constabat, ac proinde totidem utrinque ordinibus remorum. Quum igitur differentiam navium longarum constituat numerus ordinum, primæ in usu fuerunt, quæ unum tantum remorum versum habebant. Duplex vero earum constituitur differentia, à numero remorum, & à numero ordinum. Quæ à numero remorum dicuntur, earum nomen terminatur in ορος, εἰκόσορος, τριακόντορος, τεσσαρακόντορος, πεντηκόντορος. Quæ vero à numero versuum, eæ terminantur in ηρης, μονήρης, διήρης, τριήρης, τετρήρης, πεντήρης. Vetus auctor τακτικῶν ad calcem Æliani: ἡ τριακόντορος, καὶ τεσσαρακόντορος, καὶ πεντηκόντορος λέγεται κατὰ τὸ πλῆθος τῶν κωπῶν, ἡ μονήρης, καὶ διήρης, καὶ ἐφεξῆς, κατὰ τοὺς στίχους τοὺς κατὰ τὸ ὕψος ἐπ' ἀλλήλοις. Sed scito citra εἰκόσορον nomen componi non posse. hoc est: non dicebatur quot remorum, sed quot scalmorum esset, siquidem minus haberet, quam vicenos remos. πεντεκαιδεκάσκαλμος, δωδεκάσκαλμος, ut δωδεκάσκαλμος πάκτων Straboni. Est enim σκαλμὸς, paxillus, ad quem alligatur remus. Quare alia mente ut multa, Æschylus Persis νῆες τρίσκαλμοι pro triremibus dixit: quum τρίσκαλμος ναῦς tantum dici possit, quæ trinis remis agitatur. Erat & alia differentia, ut naves quæ citra magnitudinem alicujus essent, eæ dicerentur ἡμιολίαι. ut quæ inter magnitudinem τριακοντόρου, ea dicebatur ἡμιόλιος τριακόντορος, major quidem, quam εἰκόσορος, minor vero quam τριακόντορος. Sic quæ citra magnitudinem τριήρους, ea dicebatur τριήρης ἡμιολία. Nam τὸ ἡμιόλιον continet assem cum semisse. Ideo τριηρημιολία erat magnitudine τῆς διήρους, & præterea aliquanto amplior. Neque vero necesse erat exacte dimidium accedere, non magis quam in semitonio musico. Tonus enim bifariam non dividitur. Quare ut dicitur ἡμιόλιος τοῦ, sic eadem constructione ἡμιολία τριήρης, sed non eadem ratione. Nam potius dici debuerat διήρης ἡμιολία, utpote quæ magnitudine διήρους esset, aut aliquanto major. Sed usus obtinuit, ut potius vocaretur ab ea, à cujus magnitudine proxime abesset; quam ab illa, quam non solum æquabat, sed etiam aliqua parte superabat. Hæ igitur naves εἰκόσοροι, τριακόντοροι, πεντηκόντοροι solæ Græcis in usu primum fuerunt ad illud usque tempus, quod hic ab Eusebio determinatum est, earumque ἡμιολίαι. Hujus generis inventum Sidoniorum est. Græci ante expeditionem Iasonis Colchicam id genus non tentarunt. Vnde ejusdem modi naves σιδώνιαι Græcis dicebantur. Euripides Helena:

> Χώρει σὺ, καὶ ναυῶ τοῖσδε πεντηκόντορον
> Σιδωνίαν δὸς, κἀρετμῶν ἐπιστάτας.

Eas diximus esse, quas Græci μακρὰς ναῦς, nos Galeas vocamus: qualis Iasonia, quæ πεντηκόντορος fuit, ut ex numero Argonautarum constat. Nam ipsi Heroes fuerunt αὐτερέται, ut omnes sciunt. Vnde Sereno poëtæ Hercules dictus *semiremex Hercules*: quod remex quidem inter Argonautas esset, sed imperitus, & ei muneri ineptus. Alii plures Argonautas numerant. Ideo μείζονα πεντηκοντόρου τὴν Ἀργὼ fuisse necessarium est. Quare Theocritus in Hyla τριακοντάζυγον Ἀργὼ dixit: hoc est ἑξηκόντορον. utrinque tricenis remigibus impulsam. Earum navium, quæ pluribus remorum versibus agebantur, videtur Trieres prima fuisse. quæ dicta, ut monuimus, à numero tabulatorũ, κατὰ τοὺς στίχους τοὺς κατὰ τὸ ὕψος ἐπ' ἀλλήλοις, ut ait ille vetus scriptor τακτικῶν: *Secundum versus alium alii juxta altitudinem incumbentes.* Itaque imus ordo erat propior aquæ, supremus propior foris navis, medius inter imum & supremum. Remiges imi versus θαλαμῖται dicebantur, medii ζυγῖται, supremi θρανῖται. Eadem etiam navigia dicuntur μονόκροτα, δίκροτα, τρίκροτα. Biremis, sive διήρους, vel δικρότου formam ex veteribus marmoribus exhibet Bayfius, & fatetur eam esse veram biremem veterum, in qua superior ordo ternis, inferior binis instructus est. cujusmodi intelligendum fuisse illam" apud Ovidium in XI:

> *At juvenes, quærente moras Ceyce, reducunt* "
> *Ordinibus geminis ad fortia pectora remos* "
> *Aequalique ictu scindunt freta.* --- "

deinde alias duas Biremis formas profert, quarum uterque ordo quaternis remis constat. Eam, ut diximus, veram biremem credit esse. Sed, (vide desultoriam sententiam) proposita etiam forma veræ triremis ex veteribus Romæ monimentis, eam negat esse Triremem. Certe si altera, ut ipse fatetur, est biremis, quæ duplici remorum versu instructa est, hæc ab eadem caussa Triremis fuerit, quæ triplici remorum versu prædita est, Et contra, si hæc non est Triremis, falso altera Biremis

Biremis ab eo credita est. Quis putaret tanto viro tam absurdam sententiam excidisse? Caussam jocularem prætendit. quia, inquit, si θρανῖται, ζυγῖται, θαλαμῖται à triplici versu remorum dicti sunt, quomodo in διήρει erunt, quæ duos tantum versus habet, aut in πεντήρει, ἑξήρει, ἑπτήρει, quæ plures? Huic objectioni & puer occurrerit. Nam in διήρει infimi & superiores sunt tantum, nulli autem medii. Neque enim necessarium est, ut ζυγῖται adsint. sed quum sunt plures ordines duobus, semper medii sunt ζυγῖται; infimus & supremus ordo sunt semper θαλαμῖται & θρανῖται. Si major pars Romanorum prænomen, nomen, & agnomen habebant, non ideo sequitur, ut omnes habeant agnomen. Quid ergo adfert novi ad illam objectionem? Rem ridiculam ac tanto viro indignam. Dividit navem in tres partes: à prora, ad malum: à malo, ad initium ἀκροστολίων: inde ad summum aplustre. A prora, ad malum, θρανίτας vocat: hinc ad initium ἀκροστολίων ζυγίτας: inde, ad summum aplustre, θαλαμίτας. Si exemplum Aretalogorum, qui pro commentariis, Tomorum decurias edunt, sequi vellem, neque temporis, neque chartæ satis esset tam puerili commento confutando. Sed omissis ineptiis, auctor Τακτικῶν dixit κϛʹ στίχους τοὺς κατὰ ὕψος ἐπ' ἀλλήλοις. non dixit κατὰ μῆκος. Quid melius ejus commentũ eluserit? στίχοι κωπῶν aliud est quam κῶπαι, & κατὰ τὸ ὕψος, quam κατὰ τὸ μῆκος. Vegetius de quinqueremibus: *quinos sortiuntur remigum gradus.* Si gradus, ergo in altum, non in longum. Virgilius:

> ---- *triplici pubes quam Dardana versu*
> *Impellit, triplici consurgunt ordine remi.*

Sane consurgentes remorum ordines dici non possunt de longitudine. Longitudo jacet, altitudo consurgit. idem dixit Lucanus de Quadriremi, lib. III:

> *Quosque quater surgens extructi remigis ordo*
> *Commovet, & terno consurgunt ordine remi.*

Extructos remigum ordines non possumus accipere in porrectum. Hoc enim non est extruere. Illustris locus ille est in excerptis Memnonis apud Photium: καὶ ὀκτήρης μία ἡ λεοντοφόρος καλουμένη, ἡ μεγέθους ἕνεκα καὶ κάλλους ἥκουσα εἰς θαῦμα. ἐν ταύτῃ γὰρ ρ̄ μὲν ἄνδρες ἑκατόνστοιχοι ἤρεττον, ὡς ὦ ἐκ θατέρου μέρους γενέσθαι, ὀκτακόσιοι δὲ ἑκατέρων, χιλίους καὶ ἑξακοσίους. Octeres dicta ab octo utrinque remigum versibus, centenis remigibus in versum: ut essent in universum bis octingenti remiges, hoc est MDC. Quid diceret hic Baysius? octingentos homines in porrectum esse? Aut quid, si non hoc? Sed illarum navium prodigiosa moles. Ad Triremes, ordinarium & usitatissimum navigium revertor. Thranitarum, id est, supremi ordinis, remos longiores esse, quam Zygitarum, & horum, quam Thalamitarum, ratio convincit. Thalamitæ enim erant propiores aquæ. inde eorum remi κολοβοὶ erant, & non longi. Lucanus in descriptione τῆς ἑξήρους, *summis longe petit æquora remis.* Intelligit θρανιτικὰς κώπας, quæ θρανίτιδες vocabantur teste Hesychio quas omnium longissimas fuisse necesse est. Itaque, οἱ θρανῖται majus stipendium percipiebant, quam Thalamitæ. Scholia Βατράχων. οἱ δὲ θαλάμακες ὀλίγον ἐλάμβανον μισθὸν, διὰ τὸ κολοβαῖς χρῆσθαι κώπαις παρὰ τὰς ἄλλας (τρεῖς) τάξεις τῶν ἐρετμῶν, ὅτι μᾶλλον ἐγγύς εἰσι τοῦ ὕδατος. ἦσαν δὲ τρεῖς τάξεις τῶν ἐρετμῶν, καὶ ἡ μὲν κάτω θαλαμῖται, ἡ δὲ μέση ζυγῖται, ἡ δὲ ἄνω θρανῖται. Hactenus bene. Reliqua, quæ sequuntur sunt illis optimis Scholiis infarcta ex fæce sequioris seculi. θρανίτης οὖν ὁ πρὸς τὴν πρύμναν, ζυγίτης ὁ μέσος, θαλαμίτης ὁ πρὸς πρῷραν. Ad hoc præclarum oraculum Baysius pellibus incubuit stratis somnosque petivit, unde illud somnium suum protulit de nave in porrectum trifariam dividenda. Illa quoque vox (τρεῖς) inclusa virgulis delenda. Hæc sunt quæ de Triremibus, & aliis veterum navibus in tabulata consurgentibus breviter ac pro loco ac temporis angustiis dicere potuimus. Duo sunt, quæ satis mirari non possum, quomodo singuli homines tam longos remos moliri possent; quum in nostris Galeis aliter hodie fieri videamus. Nam in illa immani Octere, cujus Memnon mentionem facit, singuli homines tantum remis adhibebantur. Et tamen quo plures erant versus, eo longiores supremi ordinis remos fuisse necesse est. Alterum, cujus non mediocris nobis incessit admiratio, est moles Hexerum, Decerum, &, ut Plinius scribit, etiam illarum, quæ ad XV, XXX, XL, & L ordines remotum constructæ sunt. Quomodo, inquam, eas in bello moliri possent? unde tam longæ arbores, quæ Thranitarum remis sufficerent? Virgilius quoque quas in pugna Actiaca egit Antonius, Cycladibus comparat. Idem etiam scribit Dio. Si verum erat, quod Baysius somniavit, remos in porrectum expansos, non in altitudinem extructos fuisse, quo major remorum numerus foret, eo expeditior fuisset Triremis bireme, Tetreres Triere, Penteres Tetrere. Atqui contrarium apparet ex Floro, libro quarto de illis Cycladibus Antonii, & Augusti in classe Actiaca: *Nobis quadringentæ non amplius naves, ducentæ non minus hostium. sed numerum magnitudo pensabat. Quippe à senis in novenos remorum ordinibus: ad hoc turribus atque tabulatis allevatæ castellorum & urbium specie non sine gemitu maris & labore ventorum ferebantur: quæ quidem ipsis moles exitio fuit. Cæsaris naves à triremibus in senos, non amplius, ordines creverant. Itaque habiles in omnia, quæ usus poscebat, ad impetus, & recursus, flexusque capiendos; illas graves & ad omnia præpeditas, singulas plures adortæ, missilibus simul cum rostris, ad hoc ignibus jactis, ad arbitrium dissipavere.*

Ibidem. *In Corinthum navigarit.*] Jam hoc castigavimus, & ostendimus Corintho in alias oras, non aliunde Corinthum primam triremem navigasse. Diodorus libro XIV, 419. de Dionysio seniore: Ἀκούων γὰρ ὁ Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ ναυπηγηθῆναι τριήρη πρῶτον, ἐπεθύμει κατὰ τὴν Σικελίαν ὑπ' ἐκείνων πόλιν αὐξῆσαι τὸ μέγεθος τῆς τῶν νεῶν κατασκευῆς. Postea addit primam πεντήρη à Dionysio constructam, quum tamen Plinius libro VII. cap. LVI scribat, *Quinqueremem instituit Nesichthon Salaminius.* Porro hanc periochen " omnes PR. in hunc numerum MCCXXX conferunt. " PET. in MCCXXVIII. BONG. in MCCXXIII. FR. " MCCXXIII. Editiones MCCX. Tanta est inconstantia. "

MCCXXXI. *Macedonum Coenus.*] Ita scribendum, ut & scripti, & editi habent, non Καῖνος, ut quidam Græci. Nam Κοῖνος dictus fuit. cujus rei rationem reddit auctor Etymologici, & perperam à quibusdam Καῖνον dici scribit. Verba digna sunt, quæ & hic quoque locum habeant: Λέγεται δὲ Κοῖνος βασιλεὺς Μακεδόνων. Μαρσύας ἱστορεῖ, ὅτι Κνώπης τὸ γένος Κολχὸς εἰς Μακεδονίαν ἐλθὼν διέτριβε παρὰ Καράνῳ. υἱοῦ δὲ γενομένου τῷ Καράνῳ καὶ βουληθέντι τὸν παῖδα ἀπὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς ὀνομάζειν Κισσῆα(?) ἀνθίστατο ἡ μήτηρ καὶ αὐτὴ ἀπὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς ὀνομασθῆναι τὸν παῖδα βουλομένη. Κνώπης δὲ ἐρωτηθεὶς εἶπε μηδετέρου ὀνομάζεσθαι αὐτόν. διόπερ Κοῖνος ἐκλήθη.

ἔνιοι δ' ἁμαρτάνουσι Καῖνον αὐτὸν καλοῦντες. Quia est nomen proprium, propterea mutandus fuit accentus, ut pro Κοινὸς, diceretur Κοῖνος. Omnino Κοῖνος est nomen proprium apud Macedonas, ut ille Polemocratis filius fortissimus dux apud Arrianum de gestis Alexandri.

MCCXXXVII. *Phaceas ann.* X.] Georgius Φακαίας ἔτη ι. Ἀφρικανὸς ἔτη β. Si in ea sententia fuit Africanus, multum eum fugiebat ratio.

,, MCCXXXVII. *Bocchoris jura constituit.*] Suidas. Βόκ-
,, χορις ἐπὶ τοῦ δικαιοτάτου. Plutarchus sævissimum fuisse memorat, ideoque aspidem illi ab Iside immissam, qua moneretur, ut recte judicaret. Ælianus quoque omnem justitiam ab eo & æquitatis gloriam abjudicat. Tantum abest, ut jura constituisse dicat: lib. XI. cap. XI. de animalibus: Βόκχορις ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς κατὰ κλέος ψευδὲς καὶ φήμην οὐδὲν λέγουσαν ὑγιὲς, οὐκ οἶδα ὅπως ἁρπάσας, δίκαιός τε ἐν τοῖς κρίσεσιν ἐδόκει, καὶ πρὸς τὸ θεῖον τὴν ψυχὴν κεκοσμημένος. ἦν δὲ ἄρα ἔμπαλιν πεφυκὼς ἐκεῖνος. Sed futiles caussas, cur ita crederet, adducit: quod Tauro, quem Ægyptii adorant, honorem nullum habuerit. Supersti-
,,tiosissimus enim, si quis alius, est Ælianus. Cur ergo
,, Bocchorin pro justo judice veteres intellexerint,
,,caussæ non erat, nisi ipsum Bocchorin justum fuis-
,,se ipsis constaret.

Ibid. *Bocchoris.*] Hujus patrem Νεόχαβιν vocat Athenæus lib. X. μετρίᾳ τροφῇ κεχρῆσθαι τὸν Βόκχοριν, καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ Νεόχαβιν. qui tamen homo privatus fuit.

Ibid. *sub quo agnus loquutus est.*] Ælian. eodem opere, lib. XII. cap. XIII. λέγουσιν Αἰγύπτιοι, καὶ ἐμὲ μὲν ἥκιστα πείθουσι, λέγουσι δ' οὖν ἄρνα καὶ ὀκτάπουν, καὶ δίκερκον κατὰ τὸν Βόκχοριν τὸν ᾀδόμενον ἐκεῖνον γενέσθαι, καὶ ῥῆξαι φωνήν. Vide cætera.

,, MCCXXXVIII. *Corinthiorum reges defecerunt.*] Hæc
,,quoque extabant in excerptis: οἱ Λακεδαιμονίων
,,βασιλεῖς, καὶ οἱ Κορινθίων ἕως τούτου τοῦ χρόνου διήρ-
,,κεσαν ἔτεσι τν. μεθ' οὓς οἱ ἐνιαύσιοι Πρυτάνεις, ὡς
,,μέν τινες ἐπ' Αἰσχύλου ἄρχοντος, καὶ τῆς πρώτης
,,Ὀλυμπιάδος. ὡς δὲ ἕτεροι, μετὰ ταῦτα.

Ibid. *constituti sunt annui Prytanis.*] Ita POST. Edit. At PR. *annui Principes.* Πρυτάνεις Corinthi magistratus annui eligebantur ex genere Bacchiadarum, auctore Pausania, donec Periander tyrannidem Corinthi.
,, invasit. Nos satis multa in Canonibus diximus. Hi
,, Prytanes regia potestate erant, sed annua, ut & duo
,, Suffetes Carthaginienses, quos quidam scriptores
,, ideo *reges* vocant. Ea omninò tam πρυτάνεις Co-
,, rinthii, quam Suffetes Carthaginienses erant βασι-
,, λεῖς δι' ἔτους, non διὰ βίου. De his Prytanibus ac-
,, cipe locum Senecæ cap. III. de Tranquill. ani-
,, mi: *Non vis enim, nisi Consul Prytanis, aut * terix,*
,, *aut suffes administrare rempublicam.* Longe à vero sunt,
,, qui πρυτάνεις Atheniensium intelligunt. Quid
,, enim illis cum Suffetibus, aut Consulib. Rom. com-
,, mune? Sed magis eos fugit ratio, qui pro illa voce
,, cui asteriscum apposuimus, legunt *Ceryx*, & ἱεροκή-
,, ρυκας, qui sacra Cereris tractabant, intelligunt;
,, quod mens Senecæ, & ipsa ratio satis confutat. Ego
,, puto vocem peregrinam, hoc est neque Græcam,
,, neque Latinam, desiderari, cujusmodi est Suffes.
,, Et Topasoras apud Tripolitas. ut in Augusti num-
,, mo: ΜΥΦΩΝ ΤΩΠΑΣΩΡΑΣ. Purum putum Sy-
,, riacum טְפְּסוֹר. Qui cudi illum nummum curavit, eo significat se summum magistratum in urbe Tripoli- "
tana gessisse, qui apud Tripolitanos Syriæ Topaso- "
ras, apud Tyrios, Sidonios, & Pœnos Suffetes dice- "
batur. Sic nummus ejusdem Principis præfert hanc "
scripturam, ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΣΥΑΜΒΥΠ, & in alio "
ejusdem ΑΣΚΑΛΩΝΙΤΩΝ ΔΟΡ. Uterq; nummus "
cusus in urbibus Syriæ. propterea ΣΥΑΜΒΥΠ, aut "
ΣΥΑΜΒΥΠΑΣ erat summus magistratus in ea urbe, "
ut ΔΟΡΑΣ Ascalone. Itaque locus ille Senecæ me- "
minerat magistratus barbari, cujus eadem potestas "
erat, quæ Suffetum apud Tyrios. varietas lectionum "
in scriptis codicibus satis ostendit nondum de vera "
lectione constare. In illis legitur, *ceris*, *cetrix*, *terix*, "
tenyr. Omnino desideratur vox Barbara, non Græ- "
ca. Terix תריך. Syriace est ἁρμοστὴς, corrector. "
Quod menti Senecæ valde accommodum fuerit, si "
quidem ita legendum esset, de quo deliberandum. "

MCCXLI. *Hic constituitur Olympias.*] Salutare fuit hoc institutum ad temporum custodiam, cujus beneficio non solum exoticæ, sed etiam Bibliacæ historiæ intervalla ad veras epochas revocavimus. Pythium consulentibus Græcis de recto sacrificiorum & solennium ritu, responsum est, bene illis cessurum, si κατὰ τὰ πάτρια καὶ κατὰ τρία sacrificarent. hoc est κατ' ἐνιαυτοὺς, κατὰ μῆνας, κατὰ ἡμέρας. Post multas annorum formas frustra tentatas, quibus putabant oraculo satisfieri, tandem elegantissimam, ut erat captus illorum temporum, rationem inierunt, ut annus esset dierum CCCLX, cum duabus appendicibus, quas veteres Athenienses ἀνάρχους ἡμέρας vocabant: ita tamen ut in quatuor annis unus mensis cavus esset. Unde accidebat, ut quatuor anni fierent dierum MCCCCLXVII. quæ fiunt syzygiæ XLIV minus scrup. 1.16.40. Ita quinti anni neomenia prima incidebat in novilunium. Aliquando etiam mensis unus intercalabatur. & tunc Tetraëteris erat dierum MCCCCLXXVII. Sic oraculo satisfactum putabant. Nam secundum annum & mensem sacrificabant, quod menses essent pleni, utpote tricenum dierum: item annus ex plenis mensibus constitutus per embolismum ad sua initia redibat, saltem proxime ad caput accedebat. Hæc causa est, quare quinto quoque anno majores Græcorum Πανηγύρεις per quadriennia in orbem redibant. Nam Olympia in Elide, & Panathenæa
,, Athenis, & Pythia Delphis, & Carnea Lacedæmone quinto quoque anno plenilunio celebrabantur. Si enim ex oraculi præcepto menses pleni omnes esse debent, & plenilunio mensis primi solenne celebrandum, hoc non potest fieri in illa anni forma, nisi quinto anno redeunte. Nos hallucinationem Pausaniæ olim castigavimus, qui scribit Herculem Olympicum agonem quinto quoque anno ideo instituisse, quod ipse & fratres ejus erant quinq; numero. Atqui non quinto anno expleto, sed ineunte, Olympias instaurabatur, quatuor solidis inter duas Olympiadas relictis. Porro hujus præstantissimæ observationis nostræ tantus fructus est, ut sine hac doctrina frustra omnis opera collocetur in ratione temporum Græcorum. Atque utinam hac tanta utilitate sua gratiam hominum promereri potuisset. quod illi hactenus non contigit. Solis adhuc nobis familiaris est, qui illam ex latebris & ruderibus venerandæ vetustatis eruimus: ab omnibus vero adhuc aut præteritur tanquam inutilis, aut ludibrio habetur, tanquam commentitia. Quæ hæc, obsecro, est hujus sæculi infelicitas, ut Artaxerxæ pii, Artaxerxæ Assueri, Darii nescio qui ex Cyropædia Xenophontis regnum obtineant, harum autem reconditarum, jucundissimarum, ac liberalibus ingeniis dignissimarum rerum nullus sensus, nullus sapor sit? Quod igitur nobis primis

scire

ſcire contigit, id quoque nobis primis viam ad rationem anni Græci popularis ineundam patefecit. Ex uno enim Pindaro cognovimus plenilunio Olympiadem celebrari. Nam quod quinto anno redeunte id fieret, non opus eſt monitore. quod menſes omnes pleni eſſent, non alternis cavi, ex multis auctoribus aperuimus. Supereſt igitur, ut his omnibus concurrentibus, annus præter duodecim plenos menſes, etiam appendices duas dies haberet, præter quartum, qui appendices quidem duas habebat, ſed unam ex aliquo menſe eximebat, qui ſolus in Tetraëteride erat menſis cavus: quos nos docuerunt Cicero in Verrinis, & Plutarchus. Sed non repeto quæ in primo libro de emendatione temporum, & in Canonibus diſputavimus. Menſis primus Olympicus inivit IX Julii ſtatim poſt κέντρον θερινὸν, feria tertia. Olympias prima celebrata XXIII Julii, numero aureo V, Cyclo Solis Romano XVIII. Hoc nemo ante nos ne odoratus quidem erat: neque Marrucini, qui poſt nos Chronologica tentarunt, eo perveniſſent ſine Mercurio, qui digitum ad fontem intenderet: in quibus quidam homo ſtercoreus hoc tanquam vulgare & tritiſſimum obiter notat, ne videatur à nobis accepiſſe: cui nebuloni ludus eſt aliquando nobis tacito nomine obtrectare. Sed Deus meliora, quam ut mihi contingat ab ejuſmodi Cercopithecis laudari potius, quam vituperari.

,, Ibid. *in qua Corœbus extitit victor.*] Athenæus lib. VIII. ,, ὁ πρῶτος τὸν Ὀλυμπιάσιν ἀγῶνα ἀναδησάμενος Κόροιβος Ἠλεῖος μάγειρος ἦν.

Ibid. *Aeſchyli Athemenſium Iudicis.*] Nove dixit, & tamen ſcite, ἄρχοντος, *Iudicis*. Sic Judices Hebræorum, Gedeon, Othoniel, Samſon, erant vere ἄρχοντες, quales Athenis οἱ διὰ βίου, & apud Pœnos tam Tyrios, quam Carthaginenſes Suffetes, qui ſunt Hebræorum שׁוֹפְטִים *Suffetim* ab eadem origine.

Ibid. *Hanc Africanus temporibus Ioatham.*] Georgius: Εὐσέβιος δὲ τὴν α Ὀλυμπιάδα ἐπὶ Ἰωάθαν συνάγει μετὰ η ἔτη βασιλεύσαντος Ἰούδα. καὶ τὸν Ἀφρικανὸν προσφέρει συνάδοντα αὐτῷ ἐν τούτῳ. ὁ δὲ Ἀφρικανὸς μᾶλλον ἐναντιοῦται τῷ Εὐσεβίῳ κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος Ἄχαζ τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα φάσκων ἤχθαι ἔν τε τῷ τρίτῳ καὶ ἐν τῷ τετάρτῳ λόγῳ τῶν ἱστοριῶν αὐτοῦ τρανῶς, ἐν οἷς ὧδε γράφει, τὴν πεντεκαιδεκάτην ἐνίκα Κόροιβος στάδιον. τότε ἐβασίλευσεν Ἄχαζ ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ ἔτος πρῶτον. εἶτα ἐν τῷ δ φησίν. ὥστε ἄρα τῆς Ἄχαζ βασιλείας ἔτος πρῶτον, ὡς συντρέχειν ἀπεδείξαμεν τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα. Si Africanus primam Olympiadem comparat cum primo anno Achaz, falſo Euſebius anno primo Ioatham illam cum aſſignare ſcribit: & propterea jure cum eo expoſtulat Georgius. Quod ſi concedamus in primum Ioatham annum Olympiadem primam conlatam eſſe ab Africano, quare Euſebius dicit: *Noſtra quoque ſupputatio iiſdem temporibus eam exhibuit?* Falſum enim ab Euſebio eam primo anno Ioatham aſſignari, quum ad quinquageſimum annum Azariæ eam annotarit, annum vero primum Ioatham quarto anno Olymp. I. Duæ igitur manifeſtæ ſunt hallucinationes, quum Ioatham pro Achaz apud Africanum legit, & quum dicit ſe primo anno Ioatham Olympiadem poſuiſſe, quæ poſita eſt quinquageſimo Azariæ. Quis ἀλογιστίαν non miretur?

Ibid. *Aeſchylus Agameſtoris filius apud Athenienſes obtinuit principatum annis XXIII. qua ætate Ioatham regnabat in Ieruſalem.*] Duobus tantum locis Africanus facit mentionem primi anni Achaz, cui dixerit congruere primam Olympiadem: eoſque locos jam Georgius ſupra adduxit. Unde igitur hoc teſtimonium Africani expiſcatus eſt Euſebius.

Ibidem. *Noſtra quoque ſupputatio iiſdem temporibus.*] Quia ſibi perſuaſit primam Olympiadem cum primo anno Regis Ioatham concurriſſe, ideo ſtudioſe affectavit eidem Epochæ eam aſſignare: quod tamen non fecit, ſed alia hallucinatione rationes conturbavit, quum in quinquageſimo anno Azariæ illam ſtatuerit. Sed quum id quoque eniteretur, ut caſum Sedekiæ in III annum Olymp. XLVII conjiceret, à quo ad hunc retro, ſunt anni LXXXVI, neque videret idem eſſe intervallum à L Azariæ, ad ultimum Sedekiæ, (minus enim eſt annis XIII) quomodo illos XIII annos infulſerit, ut ratio conveniret, ſuo loco dicemus. Hoc tantum monendus eſt lector, tria affectaſſe Euſebium, primo, ut primam Olympiadem huc conjiceret, ſecundo, ut in tertium annum Olymp. XLVII Ieroſolymorum excidium conferret, & inde LXX annos deſolationis ordiretur. tertio ut LXX annus deſolationis in ſecundum annum Darii conveniret. Hæc tria diligenter obſervet lector. Nam à conditu Templi, ad caſum Sedekiæ, eſt anachroniſmus annorum XV. Rurſus à prima Olympiade, ad eundem caſum, eſt tantum XIII annorum anachroniſmus. Caſus Sedekiæ pariat cum veris rationibus. Hæc infra ſuo loco fuſius demonſtrabuntur.

Ibid. *Noſtra quoque ſupputatio*] In Græcis; καὶ ὁ ἡμέ- " τερος δὲ κανών. id eſt, *Et noſter quoque Canon.* Nam hic " liber Canon vocatur. "

Ibid. *qua ætate Ioatham.*] Pro Achaz, Ioatham poſuit, quod mallem putare μνημονικὸν σφάλμα, quam παρεγχείρημα Euſebii, niſi obſtaret ipſe Euſebius, qui " x. προπαρ. 295 diſerte ait ſub Achaz primam Olympiadem actam. μεθ' ὃν Ἄχαζ ἔτη ς. κατὰ τοῦτον ἡ " πρώτη Ὀλυμπιὰς ἤχθη, ἣν ἐνίκα στάδιον Κόροιβος " Ἠλεῖος. Sed fallitur Africanus de epocha Olympiados, quæ non in primum Achaz competit, ſed XXXVII Azariæ, XIII annis ante epocham, quæ ab Euſebio aſſignata eſt, ut jam diximus.

Ibid. *quo tempore Arctinus.*] Tzetzes diſcipulum Homeri facit:

Ἀρκτῖνος ὁ Μιλήσιος ἦν μαθητὴς Ὁμήρου.

Miror tamen idem Suidas. Ἀρκτῖνος Τήλεω τοῦ Ναύτεω ἀπογόνου Μιλήσιος, ἐποποιὸς, μαθητὴς Ὁμήρου, γεγονὼς κατὰ τὴν θ Ὀλυμπιάδα, μετὰ τετρακόσια ἔτη τῶν Τρωϊκῶν. Dionyſius Halicarnaſſ. lib. I. καὶ Σάτυρος ὁ τοὺς ἀρχαίους μύθους συναγαγὼν, καὶ ἄλλοι συχνοὶ, παλαιότατος δὲ, ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, ποιητὴς Ἀρκτῖνος. Clemens dicit eum commiſſum fuiſſe cum Leſche Leſbio, ab eoque victum. Si verum eſt, floruerit XXX Olympiade, in quod etiam tempus eum contulit Euſebius noſter. Hunc Arctinum Iambi pedis auctorem " fuiſſe ſcribit Diomedes, eumque ex brevi priore, " poſteriore longa ſyllaba conſtituiſſe, quod ſi, qui ja- " culantur, ex brevi acceſſu in extenſum paſſum profe- " runtur, ut promptiore niſu telis ictum confirment, " ipſumque Arctinum id his verſibus teſtatum fuiſſe. "

— ὁ δ' ἴαμβος "

Ἐξ ὀλίγου διαβὰς προφόρῳ ποδὶ, ὄφρ' οἱ γυῖα "
Τεινόμενα ῥώοιτο καὶ εὐσθενὲς εἶδος ἔχησι. "

Quod plane idem cum eo, quod Ovidius de cruribus " ranarum dixit: "

— utque eadem ſint longis ſaltibus apta, "
Poſterior partes ſuperat menſura priores. "

Ibid. *Eln quinquennale certamen agunt, quatuor annis in medio expletis.*] Ab initio Olympicum ludicrum non celebrabatur per quadriennia, ſed quando numerus

aureus erat XVI. Tunc enim Epacta Juliana erat XVII, novilunium IX Julii. Hujus rei illustre exemplum habemus trina Olympia à Pelope, Atreo, & Hercule celebrata. Intervallum enim Olympiorum Pelopis & Atrei sunt quinque Enneadecaëterides. Inter Atrei autem & Herculis ludicrum, est tantum intervallum unius cycli. Neutrum intervallum est quaternarium. Itaque ab initio Olympias post quadriennium non celebrabatur: sed quoties novilunium incidebat in IX Julii, statim post κέντρον θερινόν. Hoc negari non potest. Ludicra illa trina omnem tergiversationem tollunt. Itaque quamvis tunc rationes motus Lunaris ignotæ erant, tamen mirum est, illos sine Enneadecaëteridum doctrina tam exactam noviluniorum rationem inire potuisse. A Pelope igitur, ad CCXVIII annos, Epacta XVII conveniebat in numerum aureum XVI. Quoties hoc incidebat, videntur commissi ludi Olympici. Sed secundum Aristodemum & Polybium, prima Olympias videtur celebrata anno periodi Julianæ 3830, eaque, quam Iphitus instauravit, fuisse vigesima octava. Secundum Callimachum prima Olympias celebrata anno periodi Julianæ 3886, & prima Iphiti, in qua Corœbus stadium vicit, fuit quartadecima. Hæc luculentissima sunt, & ostendunt jam ab aliquot annis Olympiadas tetraëtericas ante Iphitum institutas fuisse, tetraëtericas autem non fuisse à Pelope, ad Troïca, & infra Troïca tempora. Ab illa vero, quam instauravit Iphitus, Græci putant tempora sua, propterea quod victores stadio scribi ἐν κύρβεσιν καὶ „ στήλαις cœperunt, quando ἀγὼν primo στεφανίτης „ factus, ut postea gesta ignorari non potuerint. Nusquam de Olympiados vetustate plura invenies, quam hic à nobis disputata sunt. Nam rationem quadrienniorum Olympicorum ex caussis anni Græcanici petendam esse ex iis, quæ jam diximus, scire potuisti.

Ibid. *in quibus Principes annui.*] Ἄρχοντες, id est, magistratus, sive Ἑλλανοδίκαι, qui nihil aliud erant, quam ἀγωνοθέται ludorum Olympicorum, qui erant novem numero, quum antea duo tantum crearentur. Tzetzes:

Ἑλλανοδίκας νόει μοι τοὺς πρὶν διαιτηθέντας
τὴν Ὀλυμπίων ἑορτὴν καὶ τὸν ἀγῶνα τοῦτον.
Θέατρον Πανελλήνων γὰρ ἦν τότ' .... Ὀλυμπία.
Οἱ τοῦ ἀγῶνος τούτου δὲ τὰς κρίσεις ἐφορῶντες
Ἑλλανοδίκαι σύμπασιν ἐλέγοντο, ὡς ἔφην.
Ἦσαν Ἑλλανοδίκαι δὲ ἐκ τῶν Ἀμφικτυόνων,
Οἱ Αἰτωλοὶ δὲ μάλιστα, καὶ σὺν αὐτοῖς Ἠλεῖοι.
Ἦσαν οἱ Ἑλλανοδίκαι δ' οἱ Αἰτωλοὶ τοιῶσδε.
Ὁ Ἡρακλῆς ὁ μέγας γὰρ ἀπαίρων ἐξ ἀνθρώπων
Τῷ Αἰτωλῷ κατέλιπεν Ὀξύλῳ τὸν ἀγῶνα
Οἰκονομεῖν, διδόναι, πᾶν περὶ τούτου κρίνειν.
Ἐξ οὗ μετῆλθε τοῖς Αἰτωλοῖς τὸ ἑλλανοδικίας.

Huc vero pertinent illa ex tertio Olympico Pindari; ᾧ τινι κραίνων ἐφετμὰς Ἡρακλέος προτέρας ἀτρεκὴς Ἑλλανοδίκας βλεφάρων Αἰτωλὸς ἀνὴρ ὑψόθεν ἀμφὶ κόμαισι βάλοι γλαυ — κόσμον ἐλαίας. Cujus rei caussas pete ex Scholio vetustissimo ad illum locum, unde ad verbum omnia fœneratus est Tzetzes. Paulo aliter rem tractat Strabo, qui „ Oxylum non Herculi æqualem fuisse, sed cum Hera„ clidis in Peloponnesum rediisse, & Olymp. agona „ constituisse dicit cum Ætolis. Αἰτωλοὶ γὰρ συγ„ κατελθόντες Ἡρακλείδαις μετὰ Ὀξύλου, &c. Post: „ καὶ δὴ καὶ ὁ ἀγὼν εὕρημα ἐστὶν ἐκείνων Ὀλυμπικός, „ καὶ τὰς Ὀλυμπιάδας τὰς πρώτας ἐκεῖνοι συνετέλουν. Sed vereor de Amphictyonibus ut verum „ sit, quod adjecit Tzetzes, nempe ex Amphictyonibus τοὺς Ἑλλανοδίκας eligi. Nam Ἀμφικτυόνες erant αἰσυμνῆται τῶν Πυθίων, non autem τῶν Ὀλυμπίων. Hellanodicæ vero non solum de palmario, quod βραβεῖον vocabatur, judicabant, sed etiam instar Censorum Romanorum, disciplinam severe ab athletis exigebant: ac quemadmodum Censores ex animi sententia equitem jusjurandum adigebant, an equum bene curaret, & politias summa severitate exigebant; ita etiam Hellanodicæ athletas jurare cogebant, an disciplinæ omnes numeros explevissent per decem menses ante diem certaminis. quo nomine in Curia Elidensium erat terribile numen Jupiter cognomento Ὅρκιος utraque manu fulmen tenens. Coram hoc signo Jovis non solum γυμνασταὶ καὶ ἀθληταί, sed etiam illorum patres, fratresque jurabant, nihil ab athletis eorum, quæ ad disciplinam pertinent, omissum aut neglectum fuisse. si scientes fallerent, sibi omnia mala imprecari. cujus rei gratia porculo piaculo faciebant, ad cujus cæsa & porrecta jusjurandum concipiebatur. quo peracto porcum abjiciebant, neque eo vesci fas erat. Omnia enim τόμια ὅρκια non alia victima, quam porco, fiebant. quod enim jurejurando patrato nefas esset illis vesci, & ideo projicerentur, auctor Homerus.

Ἦ καὶ ἀπὸ στομάχους κάπρου τάμε νηλέϊ χαλκῷ.
Τὸν μὲν Ταλθύβιος πολιῆς ἁλὸς ἐς μέγα λαῖτμα
Ῥῖψ' ἐπιδινήσας βόσιν ἰχθύσι —

Pausanias: τῷ κάπρῳ δὲ ὅ, τι χρήσασθαι σφίσι μετὰ τὸν ἀθλητῶν τὸν ὅρκον καθέστηκεν, οὐκ ἐμνημόνευσα ἐπερέσθαι, &c. Jurabant & ipsi Hellanodicæ vicissim se nullum munus neque ab athletis, neque ab eorum affinibus, neque eorum nomine accepturos. Hoc dicebatur Athenis ἀνάκρισις, quum in candidatorum mores inquireretur, non absimilis ei, quam θεσμοθετῶν ἀνάκρισιν vocabant. Postremo Hellanodicæ candidatos ad stadium missuri his verbis ita alloquebantur: Εἰ πεπόνηται ὑμῖν ἐπαξίως τοῦ ἐς Ὀλυμπίαν ἐλθεῖν, καὶ μηδὲν ῥᾴθυμον, μηδὲ ἀγεννὲς εἴργασθε, ἴτε θαρροῦντες. οἷς δὲ μὴ ὧδε ἤσκηται, χωρεῖτε οἳ βούλεσθε. Luculentum præceptum. Vocabatur πρόρρησις Ἠλείων.

Ibid. *Principes annui.*] Semper ἄρχοντας Hieronymus vertit Principes pro Magistratu in hoc Chronico. Ita in Actis cap. XVI. 19. εἵλκυσαν εἰς τὴν ἀγορὰν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας. Ad Rom. XIII, 13. οἱ γὰρ ἄρχοντες οὐκ εἰσὶ φόβος τῶν ἀγαθῶν ἔργων. Utrobique Magistratum vertere debebat; ut hic.

Ibid. *Iphitus filius Praxonidis filii Aemonis primus constituit.*] ἀνῆγεν, *instauravit.* quod in priore libro dicitur ἀνενεώσατο. Nam non instituit, ut pote quod à Pelope institutum, ab Atreo, & Hercule, & tandem ab ipso Iphito instauratum.

Ibid. *Ab hoc tempore Græca.*] O bene quod illis veteribus Græcis in mentem venerit hoc ludicrum summa religione quinto quoque anno instaurare. Salve veneranda Olympias custos temporum, vindex veritatis historicæ, frenatrix fanaticæ Chronologorum licentiæ. Absque te foret, omnia etiamnum atro tenebrarum tegmine operirentur, quum etiam hodie inveniantur, qui noctuinis oculis ad fulgorem tuum caligent. Per te non solum ea, quæ post te, sed & quę ante te gesta sunt, explorata sunt, Ilii excidium, Heraclidarum reditus, Ionica migratio, alia non pauca, quæ nosse tui divini beneficii est. Per te epochas sacræ historiæ deprehendimus.

dimus. Quod si fungos fatuos & Catharos audiamus, sine sacris literis tuam epocham erui non posse dicendum erit. Qua stultitia quid prodigiosius excogitari potest?

Ibid. *Nam ante hæc, ut cuique visum est.*] Libere hæc vertit, quanquam eadem mens est.

Ibid. *ut cuique visum est.*] Propterea hoc intervallum μυθικὸν Græci vocarunt. Itaque Diodorus: Τῶν δὲ χρόνων τούτων περιειλημμένων ἐν ταύτῃ πραγματείᾳ, τοὺς μὲν πρὸ τῶν Τρωϊκῶν οὐ διοριζόμεθα βεβαίως, διὰ τὸ μηδὲν παράπηγμα παρειληφέναι περὶ τούτων πιστευόμενον. Ubi etiam vides, quod alii ἐποχὴν, Censorinus Titulum vocat, id παράπηγμα, hoc est terminum fixum & hærentem, à Diodoro dici. quo nomine etiam tempestatum, & ventorum vices atque σημασίας in orbem recurrentes vocabant.

Ibid. *Porro & nos in prima Olympiade Ioatham posuimus.*] In quarto anno primæ Olympiadis posuisti, non in primo, ut tibi propositum erat.

Ibid. *A captivitate Troiæ, usque ad primam Olympiadem, anni* CCCCV.] Ita habent omnes scripti, editi, & Beda. Tamen in prooemio putat annos CCCCVI, quod intervallum convenit numeris Eusebianis. Ilii excidium numero DCCCXXXV. Prima Olympias MCCXLI. Differentia CCCCVI. Tantum tamen consensum codicum damnare non ausi sumus. Eratosthenes annis CCCCVII, Diodorus annis CCCCVIII illud intervallum definit. Caussam harum diversitatum, quæ pendet ex notitia Tetraëteridos Græcæ, pete ex opere de Emendatione temporum. Omnes enim, qui certius rem putarunt, uno ore definiunt XXIII Thargelionos Ilium captum (unus aut alter aliam diem assignant.) Sed in configuratione Lunæ inter eos non convenit. Alii enim plenilunio, alii septima Luna, alii vicesima tertia captum scribunt: quorum omnium sententias dicto loco retulimus. Quare si Luna silente hic casus contigit, hoc fuerit anno primo Tetraëteridos: si octava Luna, secundo anno: si plenilunio, tertio: si vicesima tertia Luna, quarto. Vides utilitates hujus divinæ doctrinæ. Itaque qui volunt Ilium captum anno CCCCVIII ante primam Olympiadem, ii putant hoc contigisse plenilunio. Sed consule locum illum.

Ibid. *Lacedæmoniorum reges defecerunt.*] De tot regibus duarum familiarum novem tantum prioris apposuit, quasi post nonum prioris familiæ, sequentes ejusdem & omnes alterius familiæ non fuerint in rerum natura. Quare ergo in priore libro de Alcamene loquens ita scribit? οὗτος πένπτος ἐστὶ τῆς πρώτης οἰκίας. τῆς δὲ δευτέρας οἰκίας κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἐβασίλευσαν ἓξ βασιλεῖς. Si eodem tempore alterius familiæ sex reges regnarunt, quare eos, ut & novem illos prioris, non apposuit? Quomodo excusem, nescio. Nam tametsi sex illos alterius familiæ apposuisset, non tamen omnem culpam à se amolitus esset. Omnes enim utriusque familiæ apponendi erant. In temporibus etiam & annis regni multum peccatum esse oportet, quandoquidem Nicostratus Charilli filius regnare cœperit numero MCCVIII, Charillus autem Polydectæ filius numero MCXLIV. Polydectes vero erat sextus à Procle auctore alterius familiæ. Quare hoc tempore octavus rex Nicandrus, qui aliter Nicostratus, regnabat; mortuusque est numero MCCXLVII. Tantum abest, ut sex tantum reges alterius familiæ regnaverint, quum novem prioris jam regnassent.

Ibid. *Phacee ann.* XX.] Georgius: Φακεὲ ἔτη κη, κατὰ τὸν ἀκριβῆ λόγον. εἰσί τινα τῶν ἀντιγράφων κ̄ ἔχοντα ἔτη τοῦ Φακεὲ, ὡς καὶ Ἀφρικανὸς, καὶ Εὐσέβιος, καὶ ἕτερα ιη. ἀλλὰ οὐ χρὴ πείθεσθαι, διὰ τὴν ἀναγκαίαν αἰτίαν. Sed qui effusis habenis in Eusebium solet ruere, dicat nobis, unde colligit Phacee XXVIII annos attribuendos esse κατὰ τὸν ἀκριβῆ λόγον. Scriptura viginti attribuit, ut Africanus, ut Eusebius. Hiccine est ἀκριβὴς λόγος auctoritati scripturæ præscribere? Sed habet, quo confugiat. Ita enim se invenisse in quodam perantiquo exemplari ex Bibliotheca Cæsareæ Cappadociæ, quo etiam usus fuerit Basilius Magnus. Ἐν ἑνὶ δὲ ἀντιγράφῳ λίαν ἠκριβωμένῳ κατά τε στιγμὴν καὶ προσῳδίαν ἐκ τῆς ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας ἐλθόντι εἰς ἐμὲ βιβλιοθήκης, ἐν ᾧ καὶ ἐπιγέγραπτο, ὡς ὁ μέγας καὶ θεῖος Βασίλειος τὰ ἐξ ὧν ἐκείνῳ ἀπεγράφη, ἀντιβαλὼν διορθώσατο βιβλία. ἐν τούτῳ οὖν εὗρον κη ἔτη τῆς βασιλείας Φακεὲ, &c.

Ibid. *Sub hoc Teglath Phalassar.*] Hieronymus Commentario in Oseam, in fine: *Legamus Regum, & Paralipomenon libros: & inveniemus sub Rege Phacee, qui regnabat decem Tribubus, venisse Teglath Phalassar Regem Assyriorum, & magnam partem populi Samariæ in Assyrios transtulisse: quo tempore apud Græcos secundus annus primæ Olympiadis fuit: & apud Latinos (necdum Roma condita fuit) Albæ vicesimo anno Amulius imperabat, quem postea Romulus regno pepulit.*

MCCXLIII. *Macedonum Tyrimmas.*] Hoc nomen rarum est. Τυρίμμας quidam, cujus filiam corruperit Ulysses, memoratur Parthenio in Eroticis.

MCCXLIV. *Remus & Romulus.*] Ergo vicesimo tertio ætatis anno Romam condiderunt, cui sententiæ repugnant ea, quæ Dionysius, & alii classici scriptores prodiderunt, Romulum XVIII, aut XIX anno ætatis Romam condidisse.

Ibidem. *Remus & Romulus.*] Hieronymus Damaso de prima visione Esaiæ: *Post cujus (Azariæ) mortem Esaias prophetare hanc visionem, quam explanare nunc nitimur, vidit, id est, eo anno, quo Romulus Romani imperii conditor natus est: sicut manifestum esse poterit esse his, qui voluerint legere Temporum librum, quem nos in Latinam linguam ex Græco sermone transtulimus.*

MCCL. *Eumelus poëta, qui Bugoniam.*] Varro secundo rerum rusticarum: *Sed bono animo es. non minus satis faciam tibi, quam qui Bugoniam scripsit.* Quamvis nobis non constat, quid velit Varro, tamen non obscurum est eum de hoc Eumelo sentire, qui Bugoniam scripsit. Eumelus Amphilyti filius Corinthius stirpis Bacchiadarum, vetustissimus Poëta multa scripsisse dicitur. Sed omnium, quæ illi adtribuuntur, unicum tantum προσόδιον ἐς Δῆλον ejus esse creditur: ex quo poëmatio hæc adducit Pausanias:

Τῷ γὰρ Ἰθωμάτᾳ καταθύμιος ἔπλετο μοῖσα
Ἁ καθαρὰ ...... καὶ ἐλεύθερα σάμβαλ' ἔχοισα.

Illud Solonis:

Μνημοσύνης καὶ Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἀγλαὰ τέκνα.

Clemens Alexandrinus expressum dicit ex illo Eumeli:

Μναμοσύνας καὶ Ζανὸς Ὀλυμπίου ἀγλαὰ τέκνα.

Ibid. *qui Bugoniam scripsit.*] Βουγόνους & βουγενεῖς apes dictas à poëtis fuisse produnt veteres Grammatici. Unde βουγονίαν opus suum inscripsit Eumelus, ut ex Varrone didicimus. Hesychius: Βουγενέων, τῶν μελισσῶν. Καλλίμαχος. ἄρμενα πὰρ Δαναοῦ γῆς ἀπὸ βουγενέων. καὶ ἡ μέλισσα βουγενὴς, ὅτι ἐκ βοείων ὀστέων γεννᾶται. Versum Callimachi auctor Etymologici aliter legit in voce ἀρμοῖ; ἀρμοῖ γὰρ Δαναῶν γῆ ὡς ἀπὸ βουγενῶς. Sed omnia depravate. Bianor poëta: Φεῦ βρέφος ὡς ἀδίκως ἔλιπε, βουγενέες, id est Apes.

Ibid.

Ibid. *Et Europiam.*] Jam diximus ex omnibus opusculis, quæ Eumelo attributa sunt, unicum προσόδιον ἐς Δῆλον ejus fuisse. Itaque Εὐρωπίαν veteres non audent illi vindicare, Pausanias, & Clemens Alexandrinus, quorum alter quidem Εὐρωπίαν vocat, Pausanias Εὐρώπην. Εὐρωπία dicta fortasse ἀπὸ τῆς Εὐρώπου. Sed de Sicyoniorum rege intelligendum esse quo minus credam, faciunt ea, quæ ex illa poësi adducit Clemens, quæ manifesto ad Argivas res, non ad Sicyonias, pertinent. Quæ vero à Pausania proferuntur, pertinent ad Bœotica. Fortasse duæ poëses fuerint diversæ, Εὐρωπία, καὶ Εὐρώπη. Ex Europia hæc adducit Clemens:

ὄφρα θεῶ δεκάτην ἀκροθίνιά τε κρεμάσαιμεν
Σταθμῶν ἐκ ζαθέων, καὶ κίονος ὑψηλοῖο.

Ex quibus probare nititur vetera simulacra fuisse columnas pyramidis specie, quod sane non hinc colligitur, sed ex iis, quæ ex Phoronide adducit. Nam in versibus ex Europia hoc tantum colligimus, ex antis, postibus, & columnis spolia, καὶ ἀκροθίνια suspendi solita. Sed si conjecturæ locus est, tam Εὐρώπην, quam Εὐρωπίαν dictum fuisse illud opus verisimile est. Nam veteres Græci Εὐρωπείαν, & Εὐρωπίαν dicebant, quæ postea Εὐρώπη. Euripides Θησεῖ. σχεδὸν παρ' αὐτοῖς κρασπέδοις Εὐρωπίας. Sophocles αἰχμαλωτίσι. καὶ νησιώτας καὶ μακρᾶς Εὐρωπίας. Itaque mirum non est Εὐρώπην vocari à Pausania, quæ ab aliis Scriptoribus Εὐρωπία dicitur. De Europa igitur tertia orbis parte illud opus scriptum erat, aut de Europa Agenoris filia, Cadmi sorore.

Ibid. *& Arctinus, qui Aethiopidam.*] ὁ τὴν Αἰθιοπίδα γράψας ἀνώνυμος citatur Pindari Isthmiaco IV.

Ibid. *& Ilii persin.*] Ἰλίου πέρσις idem, quod Ἰλίου ἅλωσις. Λέσχεως, sive Λέσχης ὁ Αἰσχυλήνου Πυῤῥαῖος citatur à Pausania ἐν Ἰλίου Περσίδι. Stesichorus quoque apud eundem, item apud Harpocrationem in Καθελών. Utrobique puto legendum Ἰλίου πέρσιδι. Λέσχεως autem iste videtur idem, qui Λέσχης, cujus μικρὰ Ἰλιὰς adducitur apud Scholiasten Pindari, Nemeaco sexto. Apud Athenæum rursus producitur ἐκ τῆς Ἀκάτου Ἀργείου Ἰλιοπερσίδος. puto legendum Ἰλίου πέρσεως. Legitur & Ἰλιόπερσις. Sed Hellenismus exigit Ἰλιοπερσία. Quod enim de excidio Ilii in illo opere Acati tractaretur, constat ex iis, quæ inde Athenæus producit: καὶ ἐὰν μὲν σοῦ τις πύθηται, τίνες ἦσαν οἱ εἰς τὸν δούρειον ἵππον ἐγκαταχλεισθέντες, ἑνὸς, καὶ δευτέρου ἴσως ἐρεῖς ὄνομα. καὶ οὐδὲ ταῦτα ἐκ τῶν Στησιχόρου (σχολῇ γὰρ) ἀλλ' ἐκ τῆς Ἀκάτου Ἀργείου Ἰλιοπερσίδος. οὗτος γὰρ παμπόλλους κατέλεξεν, &c.

MCCLIV. *Oded.*] II Chron. XV, I.

MCCLV. *Hesiodus secundum quosdam clarus habetur.*] Hesiodus florebat eo sæculo, quo Arcturus ἀκρόνυχος oriebatur in Bœotia VIII die Martii, si quid hoc ad conjecturam facit, saltem apud excellentes Astrologos, qui ex hoc parapegmate infra septuaginta plus minus annos sæculum Hesiodi deprehendere possunt.

Ibid. *Hesiodus.*] Tzetzes XXV annis recentiorem ponit:

Κατὰ τὴν ἑνδεκάτην δ' ἦν τῶν Ὀλυμπιάδων
Ἡσίοδος φαινόμενος ἀκμάζων ἐν τῷ βίῳ.

Ibid. *Athenis primum Trieres navigavit Aminocleo cursum dirigente.*] Athenis est in loco, non ex loco. Nam in Græcis est Ἀθήνησι. Sed quid sit Ἀθήνησι navigare, equidem non intelligo. deinde ἐναυπηγήθη, & navigavit, longe longeque differunt. Postremo Aminocleo cursum dirigente ὑπὸ Ἀμεινοκλέους putavit Hieronymus dici, ut si diceretur Argo navigavit sub Tiphy, id est directore Tiphy. Sed neque ita Græci loquuntur, neque Aminocles fuit κυβερνήτης, sed ναυπηγός. quo magis miror Eusebium hanc historiam παραγνοῆσαι. Nam de hoc Aminocle verba Thucydidis aliter tinniunt, qui dicit Aminoclem hunc domo Corinthium, naves Samiis fabricasse quatuor. φαίνεται δὲ καὶ Σαμίοις Ἀμεινοκλῆς Κορίνθιος ναυπηγὸς ναῦς ποιήσας τέσσαρας. Dices eundem & Atheniensibus navem potuisse fabricare. Si ita vis, equidem manus do. Sed errorem tam Græci auctoris, quam interpretis non excusabis. Sed Thucydides adjicit, ex quo ab " Aminocle naves quatuor fabricatæ sunt, ad finem " belli Peloponnesiaci, interfluxisse annos CCC: ἔτη " δέ ἐστι μάλιστα τριακόσια ἐς τὴν τελευτὴν τοῦδε " τοῦ πολέμου, ὅτε Ἀμεινοκλῆς Σαμίοις ἦλθε. Finis " belli Peloponnesiaci numero MDCXII. Deductis " CCC, superest numerus MCCCXII. prochronismus " LVII annorum. Hunc locum Thucydidis retulimus " supra numero MCCXXX. "

MCCLVII. *In Lacedæmone primus* Ἔφορος.] Ita " vox Ἔφορος Græce concepta est in BONG. & " PET. Quemadmodum Athenis unus ex novem " magistratibus dicebatur ἐπώνυμος ἄρχων, à quo annus Athenis, ut Romæ à Consulibus, signabatur; sic ex Ephoris unus erat, qui & ἐπώνυμος dicebatur, & Fastos signabat. Centum & triginta circiter annis post Lycurgum creati sunt Ἔφοροι quinque, quot numero erant ii, qui dicebantur Βιδιαῖοι, Polydoro & Theopompo Regibus, ipso Theopompo legem ferente. Θεοπόμπου μετριάσαντος τοῖς ἄλλοις, καὶ τὴν τῶν " Ἐφόρων ἀρχὴν ἐπικαταστήσαντος. Aristot. Polit. V. " Primus Elatus renunciatus Ἔφορος ἐπώνυμος. Ab hoc tempore quemadmodum Athenis dicebatur, τοῦτο γέγονεν ἄρχοντος τοῦ δεῖνα, ita Lacedæmone ἐφορεύοντος τοῦ δεῖνα. Tanta vero eorum erat potentia, ut ne regibus quidem ipsis assurgerent.

Ibidem. *Fuit autem sub regibus Lacedæmoniorum ann. CCCL.*] Unius tantum Ephori meminit, quum tamen essent quinque, propterea quod unius esset mentio in Fastis, qui ἐπώνυμος, dicebatur. sed numeri CCCL falsi sunt. Sublatus enim ille magistratus ab ultimis Spartæ regibus Cleomene & Agide, cæsis à Cleomene Ephoris. quod contigit non multo ante aut post initium Philippi penultimi Macedonum regis; circiter CCCCXC annis ab hac epocha. Primus ἐπώνυμος fuit Chilon unus ex septem sapientibus. Laërtius: γέγονε δὲ Ἔφορος κατὰ τὴν πεντηκοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα. Παμφίλη δέ φησι κατὰ τὴν ἕκτην, καὶ πρῶτον ἔφορον γενέσθαι ἐπὶ Εὐθυδήμου, ὥς φησι Σωσικράτης. καὶ πρῶτος εἰσηγήσατο ἐφόρους τοῖς βασιλεῦσι παραζεύγνυσθαι. Si igitur Chilon primus fuit ἐπώνυμος numero Eusebiano MCCCCLXI, adjectis CCCL annis, consurgit numerus MDCCCXI, qui est XIII annus Philippi penultimi Macedonum regis, quo tempore desivit iste magistratus. Quare hoc modo verum dixerit Eusebius, magistratum illum obtinuisse annis CCCL. at non à præsenti anno, ut ipse vult, sed à numero, ut diximus, MCCCCLXI. Quibus animadversis non Elatus fuerit primus Ephorus, sed Chilon. Quod verissimum est.

MCCLIX.

MCCLIX. *Cinathon Lacedæmonius.*] Quam Eusebius Telegoniam vocat, eæ videntur γενεαλογίαι fuisse, ut ex Pausania colligi potest, qui non semel hujus poëtæ meminit. Sic Ορεσία quoque videtur habuisse nescio quæ γενεαλογέμενα. De quo vero Telegono ibi agebatur, quandoquidem non unus Telegonus fuerit, non magnopere scire laboro. Unum tantum moneo, eos falli, qui Theogoniam pro Telegonia legunt. Sunt autem duo Poëtæ, qui propter affinitatem nominis confundi possunt, Κιναίθων ὁ Λάκων ὁ τὴν Τηλεγονίαν γράψας, & Κύναιθος ὁ Χῖος ὁ πρῶτος τὰ Ὁμήρου ῥαψῳδήσας. Cave confundas.

Ibid. *Theræi Cyrenem.*] Quod Theras Autesionis filius Aristodemi liberorum tutor, paulo ante Ionicam migrationem, coloniam in insulam Callisten deduxerit, quæ ab eo postea Thera dicta fuit, & nos supra tetigimus numero DLXXXIX, & sciunt, qui Herodotum, Pausaniam, & alios legerunt. Præterea notum & illud, ex posteris horum Theræorum colonorum Polymnesti ex Phronime pellice filium, nomine Aristotelem, cognomento Βάττον à linguæ tarditate coloniam in partes Syrtis prope Jovis Ammonis oraculum deduxisse. quod luculente Herodotus, & Pindarus in Pythiis exequuntur. Hactenus inter auctores convenit. De tempore non una est sententia. Pindarus ait decima septima generatione à Medea Cyrenem conditam. Tempus Argonautarum assignatum numero DCCXL. à quo, ad annum præsentem, intervallum est anni DXIX. quæ sunt prope generationes XVI absolutæ. Itaque hoc modo convenit de tempore. Rursus Solinus longe post hoc tempus Cyrenarum conditum rejicit: cujus verba adscribam: *Major Syrtis ostentat oppidum, (Cyrenas vocant) quod Battus Lacedæmonius Olympiade prima & quadragesima, Rege Marcio res Romanas tenente, anno post Trojam captam quingentesimo sexagesimo octavo condidit. quæ domus Callimachi poëtæ fuit, & patria.* Insignis hic locus est. sed Lacedæmonium vocat, qui erat oriundus Lacedæmone. Porro regnum Battiadarum apud Cyrenenses duravit annos CC, ut restatur Pindari Scholiastes Pythico quarto, alternis Battis & Arcesilais succedentibus. Quod si verum est, hoc est, si Cyrene colonia deducta numero præsenti MCCLIX, illud regnum finem cœperit numero MCCCCLXI. hoc est anno III Olymp. LIV. quod si ad epocham Solini addideris annos CC, vel Olympiades L, consurget Olympias XCI, qua regnum illud defecerit, Arcesila octavo à Cyrenensibus interfecto, quadraginta annis post Olympicam victoriam. Itaque non dubium est, quin regnum Battiadarum inierit Olympiade XLI, ut voluit Solinus. Quod autem non deducta fuit ea colonia, argumento fuerit dissensio Scriptorum super tempore ejus gesti. Itaque non ab uno Batto, neque primo deducta est, sed à Batto regnum inivit Battiadarum, quorum postremus octavus ab Aristotele Batto Arcesilas à Cyrenensibus, ut paulo ante dictum est, interfectus fuit.

Ibidem. *oraculo sic jubente.*] Incertum utrum intelligat hoc,

> Βάττ' ἐπὶ φωνὴν ἦλθες. ἄναξ δέ σε Φοῖβος Ἀπόλλων
> Ἐς Λιβύην πέμπει μηλοτρόφον οἰκιστῆρα.

an illud,

> Βάττε τρὸ δὲ κακὸν, τὸ δὲ δεύτερον ἐσθλὸν ἔρδειν.
> Ἔρχεο, λεῖπ' ἄλλαν χώραν. ἤπειρος ἀμείνων
> Ἡ ὅς. πρότερον δόλον ἔμβαλε πειθοῖ πείθων.
> Στεῖραν γῆν ὁσίως μίσει πολλῶν ἀθεμίστων.
> Οἷά τ' ἀνὴρ ἔρξοι, τοῖον τέλος αὐτὸν ἱκάνει.

Posteriore hoc oraculo præcipitur relinquere Theram tum propter sterilitatem soli, tum propter scelera incolarum.

Ibid. *cujus proprium nomen Aristoteles.*] Sic POST. " Inepte Editiones *Aristæus*. Callimachus in Apolli- " nem: "

> — ἐκ δέ σε Θήρης
> Οὖλος Ἀριστοτέλης Ἀσβυστίδι πάρθετο γαίῃ.

Pindarus: ὅν Ἀριστοτέλης ἄγαγε ναυσὶ θοαῖς. Scholia Pindari Pythico IV. Ἡρόδοτος μέν φησιν, ὅτι ἡ Πυθία τὸν πρῶτον Βάττον προσηγόρευσεν (Ἀριστοτέλην πρότερον λεγόμενον) τῇ Λιβύων φωνῇ. Negamus Herodoto Battum notum fuisse nomine Aristotelis. imo illud ignorasse videtur. τῷ οὔνομα ἐτέθη Βάττος, ὡς Θηραῖοί τε καὶ Κυρηναῖοι λέγουσι. ὡς μέντοι ἐγὼ δοκέω, ἄλλο τί. Βάττον vero à Libybus regem vocari scribit idem Herodotus. alii τραυλὸν vel ψελλὸν, vel ἰσχόφωνον. Posterius verum esse oraculo probatur, Βάττ' ἐπὶ φωνὴν ἦλθες. Et regem, & ἰσχόφωνον significare notant Glossæ Hesychii: Βάττος, βασιλεὺς, τύραννος. Λίβυες. τραυλόφωνος, ἰσχνόφωνος. Nota μνημονικῶν σφάλμα apud Eustathium de Cyrene in Scholiis in Dionysium: ἀποικία δέ ἐστιν ἡ Κυρήνη νησιωτῶν Θηραίων τῶν ἐκ Λακεδαίμονος ἀνέκαθεν μετοικησάντων. ὁ Θήρας γὰρ ἐκεῖνος ὁ στείλας εἰς αὐτὴν ἀποικίαν, Λάκων ἄνωθεν ἦν, ὡς καὶ Πίνδαρος ἱστορεῖ. Non est inscitia, sed hallucinatio. Nam non Θήρας deduxit Cyrenem coloniam, sed in insulam Callisten, quæ ab ipso postea Thera vocata est, & ab ea incolæ Theræi, Lacedæmonios colonos deduxit. XIII generatione postea Aristoteles Battus domo Theræus Cyrenem aut condidit, aut instauravit.

MCCLXII. *Hebræorum Oseæ.*] Inepte in secundum annum Achaz conjicitur initium Oseæ regis Israël ultimi. Itaque necessario nonus annus Oseæ cadit in undecimum Achaz. quod est absurdissimum. Convenire enim debebat in VI Ezechiæ, quo accidit deportatio X Tribuum, siquidem melius creditur Scripturæ, quam Eusebio omnia pro arbitrio susque deque permiscenti. Neque hoc absurdum intactum reliquit Georgius: Τῷ ια ἔτει Ἀχὰζ βασιλέως Ἰούδα τὸ δ ἔτος Ὠσηὲ συνέταξεν Εὐσέβιος ἐν τῷ Κανόνι αὐτοῦ. ὅπερ πάντη ἀσύμφωνον.

MCCLXIII. *Athenis Principes.*] ἄρχοντες. Melius *magistratus*. Primo βασιλεῖς, post mortem Codri ἄρχοντες ut potestate, ita etiam appellatione imminuta. τῶν ἀρχόντων primi διὰ βίου, secundi δεκαετεῖς, tertii ἐνιαύσιοι. Ita tres imminutiones. ex regibus magistratus perpetuus, ex perpetuis decennales, ex decennalibus annui.

MCCLXIV. *Atheniensium Charops.*] Dionysius Halicarnassensis auctor est τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος fuisse ἄρχοντος Ἀθήνησι τῆς δεκαετίας Χάροπος ἔτος πρῶτον. qui tamen est hic ultimus annus VI Olympiad.

Ibid. *construxeruntque urbem Naucratim.*] Hæc verba habent omnes PR. & Edit. & Marianus. Soli POST. non habent.

Ibid. *urbem Naucratim.*] De Naucrati urbe Athenæi patria consule Athenæum ipsum. Stephanus quoque à Milesiis conditam scribit. Ναύκρατις, πόλις Αἰγύπτου ἀπὸ Μιλησίων τόποι θαλασσοκρατούντων. Καὶ Στράβων ἑπτακαιδεκάτῃ. Hæc verba sunt ipsa Eusebiana: quæ mirifice illustrantur loco Strabonis, quem indicavit Stephanus: πλεύσαντες γὰρ ἐπὶ Ψαμμιτίχου τριάκοντα ναυσὶ Μιλήσιοι κατὰ Κυαξάρην (οὗτος δ' ἦν βασι-

βασιλεὺς τ̃ Μήδων) κατέσχον εἰς τὸ σόμα τὸ Βολβίτινον, εἶτα ἐκβάντες ἐτείχισαν τὸ λεχθὲν κλίσμα. χρόνῳ δὲ ἀναπλεύσαντες εἰς τ̃ Σαϊτικὸν νομὸν, καταναυμαχήσαντες Ἰναρον, πόλιν ἔκτιζαν Ναύκρατιν. Sed est μέγα χάσμα ἀναχρονισμοῦ. Nam diserte Strabo ostendit sub Cyaxare Milesios appulisse ad ostium Bolbitinum, ibique munimentum construxisse: post aliquod tempus ad præfecturam Saiticam delatos Naucratim ibi condidisse. Itaque Naucratis condita est circa aut finem regni Cyaxaris, aut initium Astyagis. Qui sane est immanis anachronismus. Apollonius vero Rhodius scripsit librum, cui titulum fecit, Κτίσις Ναυκράτεως.

Ibid. *Nonnulli Romanorum.*] Quia Varro anno III sextæ Olympiadis, Cato anno IV.

MCCLXV. *Romæ Palilibus.*] Hieronymi, & sequentia.

MCCLXVI. *Thales Milesius.*] Duo Thaletes Milesii fuerunt. prior κατὰ Λυκοῦργον, Ἡσίοδον, καὶ Ὅμηρον, auctore Laërtio, & Strabone lib. X. alter notissimus Philosophus Examii filius sub Crœso. Neutri convenit præsens epocha. ac nescio, an ille prior fuerit patria Milesius; quem Strabo magnificat, & μελοποιὸν, καὶ νομοθετικὸν ἄνδρα vocat.

MCCLXVII. *Aradus insula condita.*] Urbibus aut habitatoribus occupata. Ipsa vero insula adeo parva erat, ut oppidum totam occuparet. Mela: *Arados etiam in Phœnice est parva, & quantum patet, tota oppidum, frequens tamen, quia etiam subter aliena tecta sedem ponere licet.* Hieronymus inde mutuatus est, XXVII in Ezekielem: *Aradum insulam, quæ tota sit civitas, & contra se positum oppidum habeat.*

Ibid. *Cyzicus condita.*] Ita POST. In PR. vitiose Gyze. Sed & Editiones habent Gyzicus.

Ibid. *Circensibus Consualibus.*] Hieronymi.

MCCLXX. *Prima captivitas Israël.*] Non mirum si hic deportatio X Tribuum collocatur, quum in XI Achaz statuat nonum annum Oseæ ultimi regis Israël. De hoc vide supra numero MCCLXII. Annis undecim descendit à vero. Largius peccat Clemens, qui non ἑνδεκάτῳ, sed πεντεκαιδεκάτῳ ἔτει βασιλέως Ἀχὰζ hoc gestum memorat, nisi forte ἑνδεκάτῳ pro πεντεκαιδεκάτῳ legendum censeas.

Ibid. *Sennacherib, qui & Salmanassar.*] Non bene hi duo in unum confunduntur, & satis constat de falso. Ineptius Georgius: Σαλμανασσὰρ ὁ καὶ Ναβονίδιος. Sed non unius Eusebii hæc fuit fabula. Jam ante eum idem putavit Clemens: Δημήτριος δέ φησιν ἐν τῷ περὶ τ̃ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ βασιλέων τὴν Ἰούδα φυλὴν καὶ Βενιαμὶν καὶ Λευὶ μὴ αἰχμαλωτισθῆναι ὑπὸ Σενναχηρείμ. Hieronymus XV Esaiæ: *eo tempore, quo Sennacherib captivum duxit Israël.*

Ibid. *Sennacherib.*] Huic errori similis & ille Procopii in Esaiam, qui ait Samariam & Judæam à Nabuchodonosoro expugnatas. Τελευτῶντος μὲν γὰρ κατὰ Ἰουδαίας ὁμοῦ καὶ Σαμαρείας ἐπιστρατεύσας Ναβουχοδονόσωρ εἷλε. καὶ παρέτεινον ἐπὶ ἑβδομήκοντα ἔτη αἰχμάλωτοι. Quid opus erat Samariam expugnare, quæ CLII annis antea desolata fuerat? Ea sub Nabuchodonosoro nihil movere, neque res novas moliri in Regem Chaldæorum potuit, utpote quæ à tanto tempore Regibus Assyriæ, & illis devictis, regibus Chaldæorum parebat.

Ibid. *Rege Chaldæorum.*] Non satis erat semel hallucinari, nisi alterum portentum adhibuisset, de Assyriis Chaldæos faciens. Hoc idem videtur sentire Georgius, quum eundem vult esse Salmanassarem cum Nabonido, qui temporibus Cyri regnum Chaldæorum obtinebat. His confutandis multum Aretalogi lascivissent.

Ibid. *Regnatumque est in Samaria ann. CCC.*] Georgius: διήρκεσε δὲ ἡ αὐτὴ τ̃ ῑ φυλῶν βασιλεία ἐν Σαμαρείᾳ ἀπὸ τοῦ ᾱ βασιλέως αὐτῶν Ἱεροβοὰμ δούλου Σολομῶντος ἐν βασιλεῦσι ιθ, ἔτεσι δὲ σξ. ἀπὸ γὰρ τοῦ κοσμικοῦ ͵Δφηγ δεξαμένη, εἰς τὸ ὑποτεταγμένον ͵Δψοα ἔληξεν. κατὰ δὲ Ἀφρικανὸν ͵Δψν. κατὰ δὲ Εὐσέβιον ͵Δυνς. Εὐσέβιος δὲ Καισαρεὺς σν. ἔτη ἐπιλογίσατο, ὡς ἄλλοι σμς. Sed vide librum tertium Ca- "
nonum Isagogicorum. "

Ibid. *ad custodiendam regionem Iudæam.*] Judæa aliquando pro XII Tribubus sumitur, ut, *Notus in Iudæa Deus.* item: *Facta est Iudæa sanctificatio ejus.* Juda autem semper pro duabus Tribubus, Juda & Benjamin: quod & Hieronymus statim in principio in Esaiam monuit. Sed hic non est ferenda ἀκυρολογία, Judæam, pro Samaria. Nam quis Judæum vocat Samaritam? quis Samariam, Judæam? Nusquam religiosius servanda fuit distinctio Samariæ à Judæa, quam hic, ubi agitur de Samaritis. Deinde falsum est, regem Assyriorum misisse custodes ex Assyria ad tuendam Samariam. Misit enim Colonias ex iis locis, in quæ Samaritas deportaverat, in ea, unde eos deportaverat. Nam omnino regio Samaria vacua à cultoribus non erat relinquenda. II Reg. XVII, 24. Eadem ἀκυρολογία apud Epiphanium: μέτοικοι δὲ ὄντες ἀπὸ Ἀσσυρίων εἰς τ̃ Ἰουδαίαν. Nam duę Tribus adhuc incolumes supererant & regnũ Juda: quæ proprie est Judæa. Quare, ut Judæam pro XII Tribubus aliquando dici concedamus, tamen ubi de Samaritis mentio est, vitanda est amphibologia. Sane in Hebræo semper est Iuda. In Scriptura bis le- "
gimus Israël pro Iuda. II Chron. XXI, 2. *Iosaphat rex* "
Israël. Eod. XXVIII, 19. *Achaz rex Israël.* Sed nos iis "
ancipitibus appellationibus abstinere oportet, ubi "
amphibologia vitari non potest, cujusmodi est Iudæa "
pro Samaria. "

Ibid. *qui æmulatores legis Iudææ.*] Pentateuchum hactenus tantum retinent à tempore Ieroboam priscis & veris characteribus Hebraicis scriptum. Epiphanius: μέτοικοι δὲ ὄντες ἀπὸ Ἀσσυρίων εἰς τὴν Ἰουδαίων (nota Ἰουδαίων pro Σαμαρέων) καὶ λαβόντες τὴν πεντάτευχον μόνην Μωϋσέως, τοῦ βασιλέως αὐτοῖς ἀποστείλαντος ἀπὸ Βαβυλῶνος διὰ ἱερέως Ἔσδρα καλουμένου. An intelligat Esdram filium Hecaliæ celeberrimum scribam legis, quærendum amplius. Tamen non dubito, quin eum intellexerit. quid ni? qui Salmanassarem eundem cum Nabuchodonosoro facit, quos intervallum annorum ut minimum CXX à se disjungit. Longus liber de ejusmodi Epiphanii hallucinationibus contexi posset, quarum postrema non est, qua Samaritanos sectæ Hessenorum fuisse scribit. Quod vero ille attribuit Esdræ, id de Rabbi Dusthai fabulantur portentosi Iudæi: סַנְחֵרִיב שָׁלַח לְכוּתִיִּים רַבִּי דוּסְתַּאי בַּר יַנַּאי לְלַמְּדָם תּוֹרָה *Sennacherib misit Cuthæis Magistrum Dusthai filium Iannai ad docendum eos legem.* Ubi vides Iudaicum esse commentum, Sennacherib & Salmanassar unum eundemque esse. Non omittendum, quod nugatores Græci de Samariæ etymo dicunt, ne forte mireris Σαμαρείτας quasi φύλακας dictos Hebraica lingua. Aiunt ergo τὴν Σαμάρειαν dictam, quasi σῆμα Ἄρεως, tumulum Martis, quod Mars in ea urbe filium suum Ascalaphum condiderit. Scholion vetus Ἰλιάδ. ō. τὸν δὲ ῥηθέντα τοῦ Ἄρεως υἱὸν Ἀσκάλαφον φασὶν εἰς Ἑβραίων μετακομισθέντα τετάφθαι, ἀφ' οὗ καὶ Σαμάρειαν κληθῆναι, διὰ τὸ ἐκεῖ σᾶμα τ̃ Ἄρεω, τοῦτ' ἔστι σῆμα ποιῆσαι τῷ υἱῷ. Epitaphium hoc fuisse fabulantur:

Σαμ

Σάμ' Ἄρεως ἔτυμον βεβοημένον Ἑλλάδι φωνῇ,
Οὕνεκ' Ἄρης ταύτῃ τίκνον ἔχωσε πόλει.

Sed hunc Ascalaphum alii ex veteribus neque in Troade interfectum, ut Homerus, neque in Samaria sepultum, ut alii fanatici, sed in partes Ponti profectum, ibi Achæorum nationi nomen dedisse volunt. unde Dionysius ὁ περιηγητής.

— καὶ ἀλκήεντες Ἀχαιοί,
Τοὺς ποτ' ἀπὸ Ξάνθοιο καὶ Ἰδαίου Σιμόεντος
Γνοιαὶ νοσφίσαντο νότοιο τε καὶ Βορέαο
Ἑσπομένους μετ' ἄνακτα Ἀρητιάδῃ βασιλῆϊ.

Ubi Ἀρητιάδης βασιλεὺς est Ἀσκάλαφος υἱὸς Ἄρεος, non Agamemnon, ut strenue nugatur ibi enarrator Eustathius. Priscianus melius:

Et qui Trojanæ post prælia gentis Achæi
Ascalaphi regis victricia signa sequentes
Dispulsi ventis istas venere sub oras.

Ibid. *Ceninenses.*] Hæc, & duæ sequentes periochæ, sunt ab Hieronymo.

Ibid. *Samaritæ vocati sunt, quod Latina lingua exprimitur custodes.*] Si Assyriorum coloni vocati sunt custodes, ergo omnes coloni eodem jure vocari possunt custodes. Ab Eusebio accepit Epiphanius, aut uterque ab eodem alio, Ἑρμηνεύονται δὲ Σαμαρεῖται φύλακες, διὰ τὸ ἐν τάξει φυλάκων τετάχθαι ἐν τῇ γῇ. propterea & ἐγκαθέτους vocat, quod idem est, quod stationarii, vel incolæ. In Bibliis Græcis II Samuel. VIII, " 14. καὶ ἔθετο ἐν τῇ Ἰδουμαίᾳ φρουράν. Procopius non " φρουρὰν, sed ἐστηλωμένους legit. ἐστηλωμένους δέ φησι " τοὺς σὺν ἐγκαταστάντας φρουρούς, οὓς νῦν τινὲς ἐγκα- " θέτους φασίν. Leontius de Sectis: αἰχμαλωτίσας δὲ τοὺς Ἰσραηλίτας, ἀντ' αὐτῶν ἄλλους ἐκεῖσε κατέστησε πρὸς φυλακὴν τῆς χώρας, οἵ τινες ἐκλήθησαν Σαμαρεῖται, ἐπειδὴ Σαμαρείτης λέγεται ὁ φύλαξ παρ' Ἑβραίοις. Sed Epiphanius, quia ex Scriptura manifesto urgetur, dictos fuisse à Semer, à quo locum emptum urbi instruxerit, & à venditore Samariam nominaverit, Rex Israëlis Omri, addit, partim quod φύλακες essent, partim à Semer Samaritas dictos fuisse, imo à pluribus caussis, καὶ συμβέβηκε τὸ ὄνομα ἐκ διαφόρων προφάσεων καλεῖσθαι Σαμαρείτας ἔκτι τοῦ Σωμὴρ, ἔκτι τοῦ Σωμόρων, ἔκτι τοῦ φυλάττειν τὴν γῆν, ἔκτι τοῦ φυλάττειν παιδεύματα τοῦ νόμου. Is est mos ipsius, ut diversa etyma eidem nomini assignet: ut Jesum ab Hebræo verbo, quod σώζειν significat, item à Græco ἰᾶσθαι deducit. Sed audi eundem de hac re ita scribentem: γίνεται οὖν ἐντεῦθεν ἀπὸ τοῦ χρόνου Ἰεχονίου ἡ αἰχμαλωσία ἡ εἰς Βαβυλωνίαν. Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ αἰχμαλωσίας προσῆλθον οἱ πρεσβύτεροι τῷ Ναβουχοδονοσόρῳ ἐν Βαβυλῶνι παρακαλοῦντες ἀποσταλῆναί τινας τῶν ἰδίων αὐτοῦ ἐγκαθέτους εἰς τὴν Ἰσραηλιτῶν γῆν, ὅπως μὴ ἡ χώρα ὑλομανοῦσα ἐρημωθῇ. Attribuit Nabuchodonosoro, Babylonio, quod erat proprium Salmanassari Assyrii, ut non mirum sit in Babylonia cum regnasse. Jam enim illi hoc regnum attribuerat & Eusebius ipse. tamen Græca illa omnia non habent, & videntur admixta ab Hieronymo. Ipsemet fatetur à capto Ilio se multa addidisse, multa admiscuisse. Non est dubium esse ab Hieronymo, ut illa: *quod Latina lingua exprimitur custodes*. Quod etymon valde arrisit ei, ut in Epitaphio Lucinii Bætici. *Sanctam te corpore & spiritu servet ille Samarites, id est servator & custos, de quo in Psalmo scribitur: Non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israël,* quæ est inusitata interpretatio, ut illa in Epitaphio Paulæ: *Clementiam Samaritæ, id est, custodis.*

MCCLXXIII. *Lacedæmonii contra Messenios vicennale bellum habebant.*] Viginti annos absolutos bellum durasse ait. Quare recte initium ejus accommodaretur anno primo Olympiadis IX. Sed Tyrtæus εἰκοσῷ ἔτει terminatum canit. quapropter XIX annos tantum duraverit.

Εἰκοσῷ δ' οἱ μὲν κατὰ πίονα ἔργα λιπόντες
Φεῦγον Ἰθωμαίων ἐκ μεγάλων ὀρέων.

& clarius:

Ἀμφ' αὐτὴν δ' ἐμάχοντ' ἐννεακαίδεκ' ἔτη.

Finem enim hoc bellum cœpisse scribit Pausanias, anno primo quartædecimæ Olympiadis, hoc est anno LIII Iphiteo. Quare deductis XIX solidis annis de LIII, initium belli cadet in annum II Olymp. IX. Caussas ejus belli pete ex Pausania. Paulus Orosius repetit initium ejus belli anno XX ante urbem conditam. hic vero assignatur anno XXIX ante ejusdem Urbis Palilia. Ob spretas virgines, vel contumelia affectas à Messeniis hoc bellum ortum est. Unde *Messenam nocentem* vocat Manilius, ὅτι πρώτη χειρῶν ἀδίκων ἦρξατο.

Non annosa canam Messanæ bella nocentis.

MCCLXXXI. *Naxus condita.*] Strabo libro VI scribit suo sæculo non fuisse Naxon & Megara. Pausanias " Ἠλειακῶν β. Νάξου δὲ οἰκισθείσης ποτὲ ἐν Σικελίᾳ ὑπὸ " τῶν Χαλκιδέων τῶν ὑπὸ τῷ Εὐρίπῳ τῆς πόλεως μὲν οὐδὲ " ἐρείπια ἐλείπετο ἐς ἡμᾶς ἔτι. Frustra ergo hujus ævi " Geographi æstuant hodiernas earum appellationes eruere conantes. Strabo: αἱ δὲ μεταξὺ Καταάνης καὶ Συρακουσῶν ἐκλελοίπασι Νάξος καὶ Μέγαρα. Post: φησὶ δὲ ταύτας Ἔφορος πρώτας κτισθῆναι πόλεις Ἑλληνίδας ἐν Σικελίᾳ τῇ γενεᾷ μετὰ τὰ Τρωϊκά. Mirum doctissimum interpretem Xylandrum non animadvertisse legendum esse δεκάτῃ γενεᾷ, hoc est CCCXXX plus minus annis, circiter numerum MCLXIV. Hic vero dicitur condita CCCCXLVI annis post Troica tempora. Et nos postea animadvertimus sententiam nostram à Marciano confirmari:

— εἶθ' Ἑλληνικὰς
Ἔχει πόλεις, ὥς φασιν, ἀπὸ τῶν Τρωϊκῶν
Δεκάτῃ γενεᾷ μετὰ ταῦτα, Θεοκλέους στόλον
Παρὰ Χαλκιδέων λαβόντος. ἦν δ' οὗτος γένει
Ἐκ τῶν Ἀθηνῶν. καὶ συνῆλθον, ὡς λόγος,
Ἴωνες, εἶτα Δωριεῖς οἰκήτορες.
Στάσεως δ' ἐν αὐτοῖς γενομένης, οἱ Χαλκιδεῖς
Κτίζουσι Νάξον, οἱ Μεγαρεῖς δὲ τὴν Ὕβλαν.

Plinius Naxon hanc prius *Tauromenion* vocatam asserit, quum tamen Straboni diversæ sint coloniæ. item Marciano: εἶθ' Ἱμέρα καὶ Ταυρομένιον ἐχομένη " neque dubitamus Plinium falli. Solinus Plinium, ut solet, sequitur. *Peloritana ora habitatur Tauromenia colonia, quam prisci Naxon vocabant.* Thucydides libro VI. τὸν οἰκιστὴν τῆς Νάξου Θουκλέα vocat, ut Marcianus. Erat autem Chalcidensis ex Eubœa.

MCCLXXXIII. *Syracusæ in Sicilia conditæ.*] Triennio post Naxon conditam hic ponitur conditus Syracusarum. Thucydides annum interponit inter utriusque natales, lib. VI: Ἑλλήνων δὲ πρῶτοι Χαλκιδεῖς ἐξ Εὐβοίας πλεύσαντες μετὰ Θουκλέους οἰκιστοῦ Νάξον ᾤκισαν. Paulo post: Συρακούσας δὲ τοῦ ἐχομένου ἔτους Ἀρχίας τῶν Ἡρακλειδῶν ἐκ Κορίνθου ᾤκισε Σικελοὺς ἐξελάσας πρῶτον ἐκ τῆς νήσου, ἐν ᾗ νῦν οὐκέτι περικλυζομένη ἡ πό-

ἡ πόλις ἡ αὐτὸς ἐςι. Strabo: Τὰς δὲ Συρακούσας Ἀρχίας μὲν ἔκτισεν ἐκ Κορίνθου πλεύσας περὶ τὸν αὐτοὺς χρόνους, οἷς ᾠκίσθησαν ἥ τε Νάξος καὶ τὰ Μέγαρα. Ideo apud Stephanum male vulgo editum est: Συρακοῦσαι πόλις Σικελίας μεγίστη, ὡς Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ, κτίσμα Ἀρχίου Κορινθίου ἀποικος τῆς ἐν Σικελίᾳ καὶ Νάξῳ ὁμόχρονος, quæ sunt nihili. Lege ergo: ἀποίκοις τοῖς ἐν Σικελίᾳ. ait eodem tempore conditas, quo primi coloni in Siciliam deducti, & Naxos condita. Scholion II Pythici Pindari: Ἀρχίας τέσσαρας πόλεις καταστρεψάμενος εἰς μίαν συνήγαγεν. εἰσὶ δὲ αὗται, Ἀχραδινή, Νεάπολις, Ἐπιπολαί, Τύχη. &: Ὀρτυγία νῆσος οὖσα πρότερον ταῖς Συρακούσαις συνήφθη. Ego censeo Syracusas maximam Europæ urbium fuisse sub Hierone, & Gelone. Theocritus eas Ἐφυραίων ἄσυ vocat propter Archiam & colonos indidem Corinthios. Idem ἠλακάτῃ. καὶ γάρ τοι πατρὶς, ἣν ὠ'ξ Ἐφύρας κτίσε ποτ' Ἀρχίας. id est: Syracusæ est tibi patria. Marcianus ὁ περιηγητής.

Τὸ δ' ἐπὶ Ζέφυρον τῆς Ἰταλίας οἱ Δωριεῖς
Κατέσχον. Ἀρχίας δὲ τούτους παραλαβὼν
Ὁ Κορίνθιος μετὰ Δωριέων, κατῴκιζεν
Ἀπὸ τῆς ὁμόρου λίμνης λαβούσας τοὔνομα
Τὰς νῦν Συρακούσας παρ' αὐτοῖς καλουμένας.

,, Vide etiam Plutarch. in Narrat. Amator. Ovidius
,,in Metamorph.
,, *Et qua Bacchiadæ bimari gens orta Corintho*
,, *Inter inæquales posuerunt mœnia portus.*
,, Nam Archias fuit ex genere Bacchiadarum.

Ibid. *Catina.*] Hæc eodem anno condita, quo Syracusæ, Thucydidi quinto anno: Θουκλῆς δὲ, καὶ οἱ Χαλκιδεῖς ἐκ Νάξου ὁρμηθέντες ἔτει πέμπτῳ μετὰ Συρακούσας οἰκισθείσας, Λεοντίνους τε πολέμῳ τοὺς Σικελοὺς ἐξελάσαντες, οἰκίζουσι, μετ' αὐτοὺς, Κατάνην: Ridiculum hujus urbis etymon adfert Stephanus, κέκληται δὲ οὕτως, ἐπειδὴ κατέβη πρὸς τὸν Ἀμελιανὸν ποταμὸν ἡ Θεοκλέους τοῦ Χαλκιδέως ναῦς, ἣν Δωριεῖς χωρὶς τοῦ ὕναν φασίν. Quod non video quomodo constare possit. Catinam eversam postea ab Hierone instauratam novo Ætnę nomine imposito docent Scholia Pythiorum Pindari. Mirum tamen non Ætnæ, sed Catanæ nomen hodie retineri, quum fere hoc soleat accidere, ut urbes antiquitus instauratæ posterius nomen potius, quam prius hodie retineant: quanquam Ierosolyma non Ælia, sed priscum nomen retinent:
,,item Messana non Mamertina, quod posterius ei no-
,,men fuit, hodie vocatur.

MCCLXXXIV. *Messena à Lacedæmoniis capitur.*] Si hoc bellum inivit anno primo IX Olympiadis (fuit enim vicennale) quomodo desinit in anno ultimo Olympiadis undecimæ? quomodo ex vicennali factum est duo-
,, decennale? Nam BONG. ponit anno primo Olymp.
,, XII, FRE. anno primo X Olymp. PET. anno secun-
,, do XI. Mira varietas.

,, Ibid. *Mare obtinent Cares.*] Nimirum iterum. Nam
,, prius imperium in mare illis ademit Minos. Thucyd.
,, lib. I.

MCCXCVI. *Atheniensium Hippomenes.*] Si credimus Pausaniæ, hic fuerit μεταχρονισμὸς annorum quatuor, qui annum primum Olympiadis XIV ait fuisse quartum magistratus decennalis Hippomenis. Ita enim ubi de bello Messeniaco verba facit: ὁ δὲ πόλεμος ἔλαβεν οὗτος τέλος ἔτει πρώτῳ τῆς τετάρτης καὶ δεκάτης Ὀλυμπιάδος, ἣν Δάσμων Κορίνθιος ἐνίκα στάδιον, Ἀθήνῃσι Μεδοντιδῶν τὴν ἀρχὴν ἔτι ἐχόντων τὴν δεκαετῆ, καὶ ἔτους Ἱππομένει τετάρτου τῆς ἀρχῆς ἠνυσμένου. Quia dicit ἠνυσμένον ἔτος, videtur illi, quintus annus inivisse Olympiadis XIV anno primo. Itaque non quadriennii, sed quinquennii metachronismus fuerit. proinde annus primus Hippomenis congruit primo Olympiadis XIII. Hic metachronismus non est parvi momenti, quum à fine τῶν Μεδοντιδῶν δεκαετῶν pendeat initium τῶν ἀρχόντων ἐπετείων, qui dicti sunt ἐπώνυμοι, quod signarent fastos, ut Ephori Lacedæmone, Consules Romæ. Itaque si erratum sit in illis magistratibus, erratum quoque fuerit in annorum notatione: & quum Eryxias sit ultimus decennalium magistratuum, si aliquid gestum sit Athenis, & magistratus nomen, ut fiebat, appositum fuerit, quinquennio semper serius gestum videbitur secundum Eusebium. Et sane Eryxiæ annus ultimus competit Olympiadis XXII anno quarto, qui ex Eusebii sententia fuerit anno primo Olymp. XXIII. Suidæ Ἱππομάνης meo judicio vocatur, qui hic Ἱππομένης, & dicitur τῶν Κοδριδῶν τοῦ γένους, & πλευταῖος βασιλεύσας. quod falsum est. Vide locum, voce Παρίππον.

Ibid. *Bellum, quod in Thyrea.*] Ovidius in Fastis de Termino:

Si tu signasses olim Thyreatida terram,
Corpora non leto missa trecenta forent:
Nec foret Othryades congestis tectus in armis.
O quantum patriæ sanguinis ille dedit!

Vide Valer. Max. lib. III. cap. II. Suidam, Plutarch. Parallelis, Herodotum imprimis, qui tempus etiam designat scribens Crœsum Sardibus à Cyro obsessum suppetias, quas à Lacedæmoniis expectabat, impetrare non potuisse, Lacedæmoniis in bello Thyreatico occupatis. Captum autem Crœsum scribit Eusebius anno primo Olympiadis quinquagesimæ nonæ. Igitur in illud tempus conferendum erat hoc bellum. Ingens enim fuerit anachronismus. Adde quod à numero MCCXCIII, ad MCCCXXXII, nihil in Lacedæmonios hostile fecerunt. Nam Ithome expugnata, & bello Messeniaco profligato anno primo Olympiad. XIV, hoc est numero MCCXXXII, ut jam dictum est, Lacedæmonii Messenios jusjurandum adegerunt, nihil hostile in posterum adversus se molituros. quod Messenii sancte observarunt annos undequadraginta, ad numerum MCCCXXXII. post quod tempus non solum à Laconibus defecerunt, sed & in societatem defectionis Argivos & Arcadas suscitarunt, quum tamen Argivi per multos annos antea nihil in Lacedæmonios movissent. Quomodo igitur à numero MCCXCIII, ad MCCCXXXII, inter Argivos & Lacedæmonios ortum bellum, quum omnia pacata essent? Sed suos auctores sequutus est Eusebius, quibus adscribenda est discrepantia hæc, non ipsi. Nam quidam ex veteribus hoc gestum confe- "
runt in tempus Theopompi regis Lacedæmoniorum "
ex familia Eurypontidarum: cujus regnum in hunc "
temporis tractum competit. Alios sequutus Solinus "
longe retro hanc epocham summovet, cap. XIII. *Anthea, & Cardamyle, ubi quondam fuit Thyrea, nunc locus dicitur: in quo anno XVII regni Romuli inter Laconas & Argivos memorabile fuit bellum.* Secundum ista, hoc contigerit numero MCCLXXXI. ut necesse sit Eusebium & Solinum ab eodem fonte hausisse, sed alterutrum ab auctore suo descivisse.

MCCCI. *In Sicilia Chersonesus condita.*] Intellige Græce ἐκτίσθη, ut alibi notavimus. Nam non Chersonesus condita est, sed urbs in ea, quæ Μύλαι dicebantur.

bantur. Scholia optima & vetustissima Apollonii lib. IV: Μύλας ἡ Χερρόνησον Σικελίας, ἐν ᾗ οἱ τοῦ Ἡλίου βόες ἐνέμοντο. Retinet nomen hodie *Mylasso*. quod profecto videtur non ex Μύλαι, sed ex Μυλαιστὸς depravatum: ut oppidum illius Cherronesi non solum Μύλαι, sed etiam Μυλαιστὸς dictum videatur: unde Ausonius formarit Mylasenum in cultissimo poëmate Mosellæ.

Aut Pompejani Mylasena pericula belli
Euboicæ referunt per amœna sonantia cymbæ.

Non enim ἀπὸ τῶν Μυλῶν formatur Μυλασηνὸς, sed ἀπὸ τοῦ Μυλαιστός. At ἀπὸ τῶν Μυλῶν fit Μυλαΐτης „gentile, Μυλαϊκὸς possessivum. Quare vero priorem „in *Mylæ* produceret Silius, caussæ non erat, lib. XIV. „ *Subsidium infidum fugientibus æquora Mylæ.*

MCCCII. *ad Capreæ paludem nusquam apparuit.*] Sine dubio in Græcis fuit, ἐπὶ τῷ τῆς Καπρέας ἕλει ἠφανίσθη. siquidem hæc conversa sunt ex Græcis. Sin autem, auctor de viris illustribus eodem modo locutus est: *Quum ad Capreæ paludem exercitum lustraret, nusquam comparuit.* Est igitur hæc perioche Hieronymi. Sic in Victore Tununensi: *Attila Hunorum rex nusquam comparuit.* ἠφανίσθη. Gellius de Varrone: *& ad eum diem septuaginta hebdomadas librorum conscripsisse, ex quibus aliquos jam diu, quum proscriptus esset, direptis bibliothecis suis, non comparuisse.* id est ἀφανισθῆναι.

Ibid. *Mortuo Romulo*] Hieronymus ab Eutropio.

„MCCCIV. *Numa, qui & Pompilius.*] Perinde ac si „diceret, Marcus, qui & Tullius. Nam Numa est „prænomen, Pompilius nomen. Erat enim de gente „Pompilia ex Sabinis.

MCCCV. *Aegyptiorum Taracus Aethiopus.*] Iste cum ingenti exercitu ex Æthiopia profectus Ægyptum invasit. quam postquam diu excursionibus infestavit, Sevichum regno eversum interficit, rerum in ea potitur, anno Ezekiæ regis XXIII. Iam vivente Sevecho, & vix regnum ingresso, in Palæstinam ac Syriam cum eodem exercitu se impressionem facturum minabatur, anno XIV regis Ezekiæ. Isaiæ XXXVII, 9. ubi vocatur תרהקה, in emendatis exemplaribus Græcis Θαρακά. Quod autem hunc regem regnum Ægypti iniisse anno eodem, quo Manasses suum inivit in Iudæa, putat Eusebius, frustra est. Nam aliquot annis ante Manassem rerum potiebatur in Ægypto: ut taceam, quod hic non bene statuitur initium Manassis, propter paralogismum, de quo toties questi sumus.

Ibid. *Sibylla, quæ Herophila.*] Sibyllæ ita numerantur à Clemente: Σίβυλλα ἡ Σαμία, ἡ Κολοφωνία, ἡ Κυμαία, ἡ Ἐρυθραία, ἡ Φυτὼ, ἡ Ταραξάνδρα, ἡ Μακέτις, ἡ Θεσσαλὴ, ἡ Θεσπρωτίς. Alii alias, & aliter. Vide Lactantium, ac post eum, Augustinum.

Ibid. *Manasses.*] In excusis: *Manasses impius Esaiam interfecit, statuamque suam posuit quinque facies habentem.*] quæ nullus scriptus codex habet. De statua videtur esse antiquitus recepta opinio. quanquam non πεντεπρόσωπον, sed τετραπρόσωπον designat Cedrenus 91. 5. καὶ τὸν μέγαν Ἡσαΐαν πρίσας ξυλίνῳ πρίονι, καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ αἱμάτων ἀδίκων πληρώσας οὐχ ἧττον εἰδωλολάτρησε τῶν Ἀμορραίων, καὶ τὸν οἶκον κυρίου καταμολύνας, καὶ τετραπρόσωπον εἴδωλον τοῦ Διὸς ἐν αὐτῷ στήσας οὐ διέλιπεν οἰωνιζόμενος, καὶ φαρμακεύων, καὶ περιεργῶν. Quæ sunt à Georgio, sed interpolatis ejus verbis, ut solet. Apud Suidam eadem verba sunt, quæ apud Cedrenum: ut potius Georgius verba Suidæ mutaverit, quam verba Georgii Cedrenus.

MCCCVI. *& congiarium dedit.*] In Græcis, Κογγιάριον ἔδωκεν. Hunc locum tangit Epiphanius. ΚΟΓΓΙΑΡΙΟΝ. Τοῦτο τὸ μέτρον ἐστὶν ἐν χρονογραφίαις Εὐσεβίου, καὶ τῶν ἄλλων χρονογράφων δηλούντων, ὡς ἕκαστος τῶν τότε βασιλέων κατὰ φιλοτιμίαν τῷ δήμῳ Ῥωμαίων πρὸς εὐφρασίαν ἐχαρίζοντο.

Ibid. *asses ligneos & scorteos.*] Tertium genus addidit Græca lectio omissum ab Hieronymo, ἀσσάρια ξύλινα, καὶ σκύτινα, καὶ ὀστράκινα. Sed mirum Numam „scorteos, ligneos, & figlinos nummos dedisse, quum „contrarium fecerit, siquidem veteri auctori, quem „Suidas producit, aliqua fides habenda. Ἀσσάρια, ὀβολοί. Νουμμᾶς ὁ πρῶτος βασιλεὺς μετὰ Ῥωμύλον „Ῥωμαίων γεγονὼς ἀπὸ σιδήρου καὶ χαλκοῦ πεποιημένα „πρῶτος ἐχαρίσατο Ῥωμαίοις, τὴν πρὸ αὐτοῦ πάντων „διὰ σκυτίνων, καὶ ὀστρακίνων τὴν χρείαν πληρούντων „ἅπερ ὠνόμασεν ἐκ τοῦ ἰδίου ὀνόματος νούμμια. quem „locum expressit Cedrenus: καὶ ἀσσάρια δὲ ἀπὸ ἀσημίου καὶ χαλκοῦ πεποιημένα πρῶτος Ῥωμαίοις ἐχαρίσατο τὸ πρὶν διὰ σκυτίνων, καὶ ξυλίνων, καὶ ὀστρακίνων τὴν χρείαν πληρούντων. ἅπερ ἐκ τοῦ ἰδίου ὀνόματος νούμμια ἐκάλεσε. *Asses ex non signato argento & ære cusos primus Romanis largitus est, quum antea eorum usum scortei, lignei, & figlini supplerent.* Ubi vides à Numa sublatum nummorum scorteorum, ligneorum, & figlinorum usum, apud Eusebium autem ab eodem Numa introductum. De nummis habet auctores, quos sequatur. à quibus etiam Isidorus hæc mutuatur: *Numi autem à Numa Romanorum rege vocati sunt, qui eos primum apud Latinos imaginibus notavit & titulo nominis sui proscripsit.* Epiphanius περὶ μέτρων: πόθεν νουμμίον πεπύρωται ὑπὸ τοῦ Νουμᾶ τινὸς βασιλέως τῶν Ῥωμαίων. Sed audi quomodo eruditissimus interpres locum Cedreni reddiderit. *Primus Romanis asses æreos litera A signatos largitus est, quum ii necessitatibus suis ante hac coriaceis, ligneis, testaceisque pecuniis usi essent.* Dicas aliud cuid potius, quam verba Cedreni vertisse. Et tamen ne sic quidem ea assequimur. Legit vero ἀ σημείου, pro ἀσήμιον, quod Cedrenus usurpavit ἀντὶ τοῦ ἀσήμου. Nam ἄσημον usitatius est, quam ἀσήμιον. Id significat, ut vulgo notum est, argentum non signatum. In Epigrammate, ἀνθολογίας II. cap. εἰς φειδωλοὺς, sumitur etiam pro argento cavo, hoc est supellectile vasaria argentea. καὶ τότε θαυμάσῃ κοῦφον ἄσημον ἔχων. Etiam Targum Bibliorum habet אסימון nulla mutatione literarum, pro quo male in paraphrasi Psalmi LXVIII, אוכמא. pro אסימא. Sed quis credidisset tam peritum hellenismi virum nescisse, quid est, πληροῦν τὴν χρείαν; Qui eum per imperitiam lapsum putaverit, eum vero imperitum esse oportet. Properantiæ enim est peccatum, non inscitiæ. Quod & de Hieronymo quoque statuendum, qui pene in hoc Chronico prius interpretationem dictavit, quam sententiam conciperet.

MCCCVII. *Nicomedia condita, quæ prius Astacus vocabatur.*] Imo contra: *Astacus condita, quæ postea Nicomedia vocata est.* Ammianus: *& Astacum secuto tempore Nicomediam à Rege cognominatam.* Quare hic necessario aut à Græco auctore, aut ab interprete hallucinatum. Trebellius Pollio in Gallienis: *Denique Astacum, quæ postea Nicomedia dicta est, incensam graviter vastarunt.* Video nondum animadversum esse duas fuisse Astacos, quarum una ampliata, postea vocata est Nicomedia. Strabo lib. X. καὶ πόλις Ἀστακὸς ὁμώνυμος τῇ περὶ Νικομήδειαν. *Cognominis ei quæ proxime Nicomediam.* Atque adeo videtur Strabo, quum duas Astacos constituat, alteram distin-

distinguere ab ipsa Astaco, quam tamen eandem cum Astaco omnes faciunt. lib. XII: ἐν ᾧ Νικομήδεια ἔκλισεν ἐπώνυμος ἑνὸς τῶν Βιθυνῶν βασιλέων ὁ κτίσας αὐτήν. Paulo post: ἦν δὲ ἐν αὐτῷ τῷ κόλπῳ καὶ Ἀστακὸς Μεγαρέων κτίσμα. In eodem sinu duas urbes vicinas collocat, Ἀστακὸν κτίσμα Μεγαρέων, & Νικομήδειαν κτίσμα ἑνὸς τῶν Βιθυνίας βασιλέων. Non igitur eadem est Ἀστακὸς & Νικομήδεια. imo diversæ. Plinius quoque diversas facit Astacon & Nicomedian circa finem lib. V. Sed vicinas adeo esse oportet, ut amplitudo Nicomediæ offecerit alteri minoris famæ. Pausanias à quodam Zypœte sive Zipœte Thrace Astacon dicit conditam, ἠλιακ. α. Ἀπὸ τούτου (Νικομήδους) καὶ τῇ μεγίστῃ τῶν ἐν Βιθυνίᾳ πόλεων μετεβλήθη τὸ ὄνομα Ἀστακῷ τὰ πρὸ τούτου καλουμένῃ. τὰ δὲ ἐξ ἀρχῆς αὐτῇ Ζυποίτης ἐγένετο οἰκιστὴς Θρᾷξ γένος εἰκάζοντι γε ἀπὸ τοῦ ὀνόματος. Quod Thracium nomen sit, adjuvat & Memnon, de bello quodam Heracleotarum loquens. ἀπὸ δὲ σὺν αὐτοὺς χρόνους ἐκδέχεται τοὺς Ἡρακλεώτας ὁ πρὸς Ζιποίτην τὸν Βιθυνὸν πόλεμος, ὃς τοῦ Θυνιακῆς ἐπῆρχεν Θρᾴκης. non est, quod in dubium revocetur, quum Tzetzes Zypœten dicat fuisse patrem Nicomedis ejus, qui nomen urbi Nicomediæ dedit.

> Ὁ τοῦ Ζιποίτου μὲν υἱὸς ἐκεῖνος Νικομήδης
> Ὁ κτίσας Νικομήδειαν πατὴρ ὁ τοῦ Προυσίου.

Quare Pausaniæ favet Memnon, idem scribens de Zipœte patre Nicomedis, Astaci conditore.

Ibid. *Nicomedia condita.*] Non dubitandum, quin ita scribendum fuerit, ut monuimus, *Astacus condita, quæ postea Nicomedia vocata est*: quomodocunque aut scripserit Eusebius, aut verterit Hieronymus. Neque possum divinare quomodo hæc periocha Græce concepta fuerit, ut tam præpostere Latine redderetur. Condita vero Astacus est à Megarensibus. Nam, ut scribit Strabo, est κτίσμα Μεγαρέων, à quibus condita, Olympiade XVII ineunte. Memnon: τὴν Ἀστακὸν δὲ Μεγαρέων ᾤκισαν ἄποικοι Ὀλυμπιάδος ἱσταμένης ιζ, Ἀστακὸν ἐπίκλην κατὰ χρησμὸν θέμενοι ἀπό τινος τῶν λεγομένων Σπαρτῶν καὶ Γηγενῶν τῶν ἀπογόνων τῶν ἐν Θήβαις Ἀστάκου τὴν κλῆσιν ἀνδρὸς γενναίου καὶ μεγαλόφρονος. Postea subjicit de Zipœte patre Nicomedis. Hic igitur est metachronismus biennii. Nam anno III Olympiad. XVIII assignatur. In PET. ponitur anno secundo.

MCCCIX. *Deioces Ecbatanam condit.*] An Ecbatanam numero singulari, feminino genere scripserit Hieronymus; an, ut Græci, neutro Ecbatana, penes codices auctoritas esto. Ego in omnibus scriptis Ecbatanam & Ecbataniam reperio.

Ibid. *Deiocis Ecbatanam condit.*] Plus Græca habent. Δηϊόκης ὁ Μήδων βασιλεὺς ἔκτισεν Ἐκβάτανα τὴν πόλιν μεγάλην καὶ περιβόητον. Herodoti verba huc pernecessaria libro primo de Deioce: ὁ δὲ ὡς ἔσχε τὴν ἀρχήν, τοὺς Μήδους ἠνάγκασε ἓν πόλισμα ποιήσασθαι, καὶ τοῦτο περιστέλλοντας τῶν ἄλλων ἧσσον ἐπιμέλεσθαι. πειθομένων δὲ καὶ ταῦτα τῶν Μήδων, οἰκοδομέει τείχεα μεγάλα τε καὶ καρτερά, ταῦτα, τὰ νῦν Ἐκβάτανα κέκληται, ἕτερον ἑτέρῳ κύκλῳ ἐνεστῶτα. Plinius contra: *Ecbatana caput Mediæ Seleucus condidit.* Ego interpretor prius diruta postea à Seleuco instaurata. neque dubitandum. Alii Dario Hystaspis filio attribuunt. Est & oppidum in Syria huic amplissimæ civitati cognomine. Herodotus libro tertio: Ἐκβάτανα τῆς Συρίης. Meminit & Plinius. Est autem nomen compositum. prius membrum monosyllabum est, nomen fortasse proprium. Nam id asserere meum non est. Alterum constanter asserimus Chaldaicum esse, & palatium, sive regiam significare, בֵּיתָן, Bethan, aut Baithan. Unde & illa urbs sine priore membro dicitur Βαθανεία, vel Βατάνεια, auctore Stephano. Βάτανα bis legigitur apud Isidorum Characenum. Demetrius apud Stephanum: Ἀγβάτανα δισσὰ, τὰ μὲν τῆς Μηδείας, τὰ δὲ τῆς Συρίας. Diversitas prioris membri Ἀγ-βάτανα, & Ἐκ-βάτανα satis ostendit vocem esse compositam בֵּיתָן-אַג aut בֵּיתָן-אֶךְ. Hæc vera sunt. Non enim sumus, ut alibi diximus, qui linguam Sinarum aut Indorum ex Hebraismo repetimus, ut Βεκκέσελην͂ος Hebraismum ex Brabantico Teutonismo.

Ibidem *Hi, qui Partheniæ vocabantur.*] De Phalantho & Partheniis vulgatissima sunt. Marcianus ὁ περιηγητής.

> Εἶτ' ἐστὶ μεγίστη τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Τάρας
> Ἀπό τινος ἥρωος Τάραντος λεγομένη,
> Λακεδαιμονίων ἄποικος, εὐδαίμων πόλις.
> Οἱ Παρθενίαι γὰρ ταύτην ἔκτισαν πρότε.

De Partheniis non opus iterare, quæ tot Scriptores referunt. Tritissima enim historia. Vide Iustinum libro III.

Ibid. *& Corinthii Corcyram*] Corcyram Corinthiorum coloniam esse præter alios meminit Thucydides. Diodorus libro quinto ait τὸν Κορκύρας ἀποικισμὸν τῶν Φοινίκων contigisse ὕστερον ἔτεσιν ἑκατὸν ἑξήκοντα τῆς κατὰ Καρχηδόνα κτίσεως. Carthago condita secundum Annales Phœnicum numero MCXLII. Ergo ἀποικισμὸς Κορκύρας τῶν Φοινίκων numero MCCCVII, quod septem tantum annis prius est præsenti numero. Satis convenit.

MCCCXIV. *Croton condita.*] Fere eodem tempore, quo Syracusæ. Archias Corinthius, & Myscellus Alemonis filius Achivus ἐκ τῶν Πυθῶν oraculum consuluere de colonia deducenda. Archiæ divitias petenti indicata est à Pythio Sicilia, Myscello divitiis salubrem locum præferenti proposita magna Græcia hoc oraculo:

> Μύσκελλε βραχύνωτε παρὲκ θεὸν ἄλλο ματεύεις
> Οὐδὲν ἀλλὰ θηρεύων. δῶρον δ', ὅ, τι δῶ τις, ἐπαίνει.

Aliter historia refertur ab Ovidio, libro XV. In nostris Olympiadum Collectaneis Croton condita anno tertio Olymp. XVII, numero MCCCVIII. Sex annorum discrimen tantum est. In editionib. IV. anno Olymp. XVIII. ut in POST.

Ibid. *& Parion.*] In ora Hellespontí juxta Lampsacum. Coloniam vocat Plinius. In vetustissimis nummis legitur ΠΑΡΙΑΝΩΝ. Hinc fuit Neoptolemus Parianus Poëta, quem ad verbum fere expressit Horatius in Epistola de arte Poëtica ad Pisones. A Pario fit Παριανὸς, à Paro Πάριος. Retinet nomen vetus hodie. Videtur hic intelligi de instauratione hujus urbis, non de primo conditu. Condita enim primum à Pario filio Iasionis, auctore Stephano. Eustathius ὀδυσσ. ε. ὁ δὲ Ἀρριανὸς ἱστορεῖ, καὶ ὅτι Ἰασίων ἀδελφὸς Αετίωνος καὶ Δαρδάνου, πρόγονος Πριάμου ἐκ Δήμητρος καὶ Κόρης κάτοχος γενόμενος εἰς τι Σικελίαν ἦλθε, καὶ ἐπὶ πολλὴν ἄλλην γῆν ἐπλανήθη τὰ ἐκείνης ὄργια δεικνύων. διὸ λόγον ἔχειν, ὡς Δημήτηρ αὐτῷ μίγνυται. τούτου, φησὶν, υἱὸς Πάριος, ὁ ἐπώνυμον τὸ ἐν Ἑλλησπόντῳ Πάριον ὡς οἰκιστῇ. Ammianus: *& Parion, quam condidit Iasonis filius Parius.* Legendum *Iasionis.* Hic vero

vero Eusebius intelligit de instauratione ejus, aut potius colonia deducta à Milesiis, & Erythræis. κτίσμα δέ ἐστι τὸ Πάριον Μιλησίων, καὶ Ἐρυθραίων, καὶ Παρίων. Apud Suidam aliud est Πάριον, ὄνομα ἀγροῦ: neque huc pertinet.

Ibid. *& Sibaris.*] Et ipsa quoque ab Achæis condita: eversa à Crotoniatis anno IV Olympiadis LXVII: instaurata à Thessalis anno secundo Olymp. LXXXII. iterum instaurata anno tertio Olymp. LXXXIII, Callimacho magistratu Athenis; & Θούριον vocata à fonte, qui est prope antiquam Sybarim. Nam prius instaurata in suis antiquis sedibus, posterius traducta juxta fon-
,, tem. Marcianus ὁ περιηγητὴς scribit eversam à Cro-
,, toniatis postquam stetisset annis ccx. Quod si à Cro-
,, toniatis eversa est anno IV Olympiadis LXVII, nu-
,, mero Eusebiano MDVIII: deductis ccx, remanebit
,, tempus conditus ejus, numerus MCCXCVIII. ut hic
,, commissum fuerit metachronismo XV annorum.
Caussam eversionis habes fuse apud Diodor. lib. XII. Longe diversam reddit Dionysius ὁ περιηγητής.

Ἔστι δέ τοι κἀκεῖθι Διὸς μέγα χωσαμένοιο
Δειλαίη Σύβαρις ναίεταις στενάχουσα πεσόντας
Μνωομένους ὑπὲρ αἶσαν ἐπ' Ἀλφειοῦ γεράεσσι.

Diserte ait vindicta & ira Iovis periisse, quod inviderent præmiis Olympici certaminis, id est, quod voluissent tollere certamen Olympicum, aliud simile in sua urbe statuendo. Propositis enim præmiis majoribus, quam Olympiæ, ludicrum instituerunt, ad quod magnitudine præmiorum invitati homines vetus illud Olympicum negligerent. Eodem namque die, quo Olympicum instaurabatur, illi indixerunt suum. Quum igitur illos ludos celebrarent, Crotoniatæ incautos oppresserunt. auctor Marcianus ὁ περιηγητὴς his versibus:

Ἀθρομίσθιον δὴ γυμνικόν τιν' ἐπετέλουν
Κατὰ τὸν χρόνον τὸν αὐτὸν Ἠλείοις, ἵνα
Πᾶς τις πρὸς αὐτοὺς τοῖς ἐπάθλοις ἀγόμενος
Σπεύδοι καταντᾶν ἀπολιπὼν τὴν Ἑλλάδα.
Κροτωνιᾶται πλησίον δὲ κείμενοι
Κατὰ κράτος αὐτοὺς ἧραν ἐν βραχεῖ χρόνῳ
Τὰ πάντα διαμείναντας ἀπταίστως ἔτη
Ὡς ἑκατὸν ἐνενήκοντα πρὸς τοῖς εἴκοσι.

Locum Dionysii non assecutus est Eustathius. Priscianus vero Dionysii metaphrastes aliam caussam adfert. versus ejus hi sunt:

Post hæc est Sybaris, periit quæ numinis ira
Præponens hominum tumulos cælestibus aris.

Tangit enim oraculum, quo monebantur Sybaritæ tunc eorum exitium fore, quum hominem Deo præferrent. Et oraculum, & caussam habes apud Athe-
,, næum libro XII. Inde petas licet, & ex Suida, Ἀμυ-
,, ρις μαίνεται.

MCCCXVIII. *Lydorum quintus Gyges.*] Hinc orditur opus suum Herodotus. Unde ad transitum Xerxis Dionysius Halicarnassensis ipsius Herodoti popularis putat annos CCXL, libro περὶ τῶν Θουκυδίδου ἰδιωμάτων. De numero MDXXXVII, quo transitus Xerxis contigit, deductis CCXL, superest numerus MCCXCVII, annus primus Olymp. XV. Itaque non convenit illi cum Eusebio. Differentia, anni XXI. Sed locum Dionysii corruptum esse fidem fecerit alius in epistola ejusdem ad Cn. Pompejum, in qua non CCLX, sed CCXX legitur. σκ, non σμ. Nã quoties in codicibus scriptis numerales μ, & κ mutentur, sciunt, qui harum rerum usum habent. Itaque detractis CCXX de numero MDXXXVII, remanet numerus MCCCXVII. Eusebius igitur Dionysium sequitur, nos aliam rationem sequuti sumus in Canonibus.

,, Ibid. *Sybaris.*] Martianus in iis, quæ proxime ex eo citavimus, aut Sybarim statuisse CCX annis, quum «
à Crotoniatis vastaretur. Ea clades contigit anno IV «
Olympiadis LXVII, ut supra monuimus, numero «
Eusebiano MDVIII. de quo deductis CCX, remanebit «
annus conditæ Sybaridis MCCXCVIII, quindecim an- «
nis ante præsentem numerum MCCCXIII, quinque «
ante epocham quam illi assignat P E T. & edi- «
tiones. «

MCCCXX. *Mida, quum.*] Plutarchus in Flaminino tradit quosdam literis prodidisse Annibalem Themistoclis & Midæ exemplo taurinum sanguinem ebibisse. Strabo lib. primo: ἡνίκα Μίδαν αἷμα ταύρειον πιόντα φασὶν ἀπελθεῖν εἰς τὸ χρεών. Eadem verba habet Eustathius Ὀδυσσ. Λ. 1671, 23, ἐπεὶ καὶ Μίδας λέγεται αἷμα ταύρου πιὼν, ὡς Θεμιστοκλῆς ὕστερον, εἰς τὸ χρεὼν ἀπελθεῖν. Sed si qua fides Straboni, male hic assignatur mors Midæ, quum Strabo dicat tunc hoc contigisse, quum Cimmerii numerosis suis exercitibus Asiam inundarunt, numero DCCCCXXXIX. Sane Mida vetustior est prima Olympiade annis plusquam CC, æqualis Homero, quod quidem Epigramma illud ostendit:

Χαλκῆ παρθένος εἰμὶ, Μίδου δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι.

Hoc enim Epigramma epitaphio ejus Homerus rogantibus Midæ affinibus condidit.

MCCCXXV. *Aegyptiorum Merres.*] In Græcis est Ἀμμερῆς. & Eusebius aliunde habet, quam ab Africano: apud quem novem hujus Dynastiæ extant reges, quot apud Eusebium. Sed Eusebius adjecit Ἀμμερῆν de suo, quem non habet Africanus. Ψαμμιχέριτην autem omisit, quem ultimum Africanus habet. Ita quam laxissimis habenis utitur Eusebius, quas adducit, & remittit prout voluntas illi, non ratio dictavit. Præterea eadem licentia usus est contrahendis, aut extendendis annis regum hujus Dynastiæ. Aliter Vaphrem ad tempus excidii Ierosolymorum non perduxisset.

MCCCXXIX. *Hipponax notissimus redditur.*] Plinius libro XXXVI cap. V. *Hipponactis Poëtæ ætate, quem certum est* LX *Olympiade fuisse.* Non potest igitur locum habere Olympiade XXIII. Sed Eusebius Tatianum sequitur. «
Vide ad numerum DCCCCVIII. «

MCCCCXXXIII. *Macedonum Argeus.*] Ita habent veteres libri, ut sit Ἀργεῖος, non Ἀργαῖος, quod alii maluerunt, ut apud Pausaniam Ptolemæi Lagidæ frater Ἀργαῖος vocatur, non Ἀργεῖος. Ita etiam apud Polyænum libro IV. Ego ubique Ἀργεῖος reponendum censeo: unde reges Macedonum Ἀργεάδαι dicti Sibyllæ:

Αὐχοῦντες βασιλεῦσι Μακηδόνες Ἀργεάδῃσι.

Nam ab Ἀργαῖος non fieret Ἀργεάδης, aut Ἀργάδης.

Ibidem. *Athenis annui Principes.*] Hippomenis annus quartus absolutus erat anno primo Olympiadis quintæ decimæ, quum bellum Messeniacum finem cœpit. Scribit enim Pausanias: ἔτος τέταρτον Ἱππομένει ἦν ἠνυσμένον. Ergo τὸ πέμπτον ἔτος ipsi inibat anno primo Olympiadis XIV. Quare annus primus Olympiadis XIII congruebat anno primo Hippomenis. Post XL annos instituti sunt annui Archontes. Ergo primus Archon annuus creatus anno primo Olympiadis XXIII, non XXIV, ut hic. Solidæ Olympiadis μεταχρονισμὸς com-

commissus est.' ac proinde Creon primus annuus Archon collocandus numero MCCCXXIX. Sed iste anachronismus de primo Prætore, sive Archonte Atheniensi, apud alios quoque scriptores extat: ita ut incertum sit, quando ὁ πρῶτος ἄρχων creatus. Africanus à Creonte, ad CCL Olympiadem, in qua opus suum absolvit, ait Athenis DCCCCIII ἄρχοντας fuisse. Κρέοντος πρώτε ἄρχοντος ἡγησαμένε, ἐπὶ τῆς ιϛ Ὀλυμπιάδος, οἱ δ' ἐπὶ τῆς κε. ἀφ' ȣ͂, ἐπὶ σν Ὀλυμπιάδα, ἄρχοντες ϡ γ, μέχρι Φιλίνε. Sane Philinus fuit noningentesimus tertius ἄρχων à Creonte, Olympiade CCL. Hoc modo Creon iniverit magistratum anno tertio Olymp. XXIV, non XXV, aut XIX. Africanus „ scribit DCCCCIII ἄρχοντας fuisse ad CCL Olympia- „ dem, excluso termino. Itaque anno IV Olympiad. „ CCXLIX Philinum fuisse Athenis noningentesimum „ tertium ἄρχοντα numero Eusebiano MMCCXXXVI. „ de quo deductis DCCCCIII, remanet numerus præ- „ sens MCCCXXXIII. Itaque constat ratio.

Ibid. *Novem Principes.*] Verte, *Novem Magistratus.* Ἐννέα ἄρχοντες, ut mediocriter docti sciunt, hi erant, ὁ ȣ͂ ἐνιαυτȣ͂ ἐπώνυμος, ὁ βασιλεὺς, ὁ πολέμαρχος, οἱ ἓξ θεσμοθέται: quorum annuo imperio respublica regebatur. Ex nobilibus autem eligi necessarium non erat, quum Athenis esset Democratia, non Aristocratia: nisi fortasse initio ita fuerit. Nam non semper fuisse satis constat. Illud Æliani non intelligo libro V Ποικίλης. cap. XIII: εἶτα ὕστερον δέκα τ̃ πολιτῶν καθ' ἕκαστον ἔτος ἦρχον τῆς πόλεως. Nam ἐννέα erant, ut vidimus, non δέκα.

Ibidem *præfuerunt annuo imperio.*] Hæc Hieronymiana ostendunt Græca mutila esse, & legendum Ἀθήνησιν ἀρχὴ ἐνιαυσία κατεστάθη.

MCCCXL. *Glaucus Chius.*] Meminit Herodotus, Pausanias Bœotiis verbis Herodoti, Proverbium Γλαύκȣ τέχνη.

Ibid. *Chius.*] Polybius apud Stephanum in Αἰθάλη perhibet Lemnium. Πολύβιος δ' ἐν τριακοστῇ τετάρτῃ λέγει Αἰθάλειαν τὴν Λῆμνον καλεῖσθαι, ἀφ' ἧς ἦν ὁ Γλαῦκος εἷς τ̃ τὴν κόλλησιν σιδήρȣ εὑρόντων. δύο γὰρ ἦσαν. ὅτος μὲν Σάμιος, ὅστις καὶ ἔργον ἀοιδιμώτατον ἀνέθηκεν ἐν Δελφοῖς, ὡς Ἡρόδοτος. ὁ δ' ἕτερος Λήμνιος ἀνδριαντοποιὸς διάσημος. Est contradictio. Nam ὅστις ἔργον ἀοιδιμώτατον ἀνέθηκεν, est Glaucus ὁ τ̃ κόλλησιν σιδήρȣ εὑρών. quomodo ergo Σάμιος, quem paulo ante Lemnium faciebat? ut taceam, quod neque Samius, neque Lemnius, sed Chius erat. Alia vanitas Græcanica. Nam idem Stephanus postea ait τὴν Χίον vocatam fuisse Αἰθάλην, & Χίȣς Αἰθαλίτας. Hoc modo Glaucus Chius, non Lemnius. quod certe verum est: & ita ab Herodoto & aliis vocatur. Sed quia tam Lemnos, quam Chios Αἰθάλη, aut Αἰθάλεια cognominabantur, propterea Græculi male secum agi putarunt, nisi aliquid præter receptam opinionem dicerent, ut ii, qui Melitam Pauli Apostoli, non eam, quæ Africæ, sed quæ Dalmatiæ opposita est, interpretantur.

Ibid. *In Sicilia Gela, in Pamphylia Phaselis conditæ.*] Recte hæc oppida tempore conjunguntur. Aristænetus enim in primo Commentario de Phaselide scribebat, duobus fratribus Lindiis, Lacio, & Antiphemo de colonia deducenda oraculum consulentibus responsum fuisse Lacio, ut orientem versus, Antiphemo, ut ab oriente navigarent. Itaque à Lacio Phaselida in Pamphylia, ab Antiphemo Gelam in Sicilia conditas. Quod enim Lindii essent, odorari possumus ex Herodoti Polyhymnia, ubi etiam legitur Ἀντιόφημος pro Ἀντίφημος. Sane Pausanias Ἀντίφημον Γέλας οἰκιστὴν vocat. Scholia Pindari in II Olympicum: Ἀντίφημος ὁ Ῥόδιος, καὶ Ἔντιμος ὁ Κρὴς εἰς Γέλαν στείλαντες ἀποικίαν, &c. Athenæus libro VIII ex Philostephano: Λάκιον τ̃ Ἀργεῖον, τῶν σὺν Μόψῳ ἀφικομένων, ὅν τινες μὲν Λίνδιόν εἶναι λέγȣσιν, ἀδελφὸν δὲ Ἀντιφήμȣ τ̃ Γέλαν οἰκίσαντος, &c.

MCCCXLI. *Post Caras mare obtinuerunt Lydii.*] In hoc Chronico crebra est mentio populorum, qui mare obtinuerunt, Æginetarum, Ægyptiorum, Carum, Lesbiorum. quæ omnia deprompta sunt ex libris Castoris περὶ τ̃ θαλασσοκρατησάντων. Duos autem libros de ea re is auctor reliquerat. Sed Herodotus his omnibus refragatur, qui primum omnium post Minoëm tradit Polycratem Samium mare obtinuisse, libro III: Πολυκράτης γάρ ἐστι πρῶτος, τ̃ ἡμεῖς ἴδμεν, Ἑλλήνων, ὃς θαλασσοκρατέειν ἐπενοήθη, &c.

MCCCXLII. *Chalcedon condita.*] A Megarensibus. Strabo, & Stephanus. In PET. sub MCCCXXX. & Gela „ & Phaselis in MCCCXXVI. In Cassiodoro sub Tullo Ho- „ stilio. item Byzantium.

MCCCXLIV. *Tullus Hostilius primus Regum Romanorum purpura.*] De purpura perperam Numæ attribuit Cedrenus. ὅτος ἐκ τ̃ Ἰσαύρων τὴν τ̃ χλαμύδος στολὴν φορεῖν ἐφεῦρε. Trabeam intelligit, quæ erat purpurea.

Ibidem. *& fascibus usus est.*] Græca; καὶ ῥάβδον κατέσχεν. *& sceptrum tenuit, gestavit.* Hieronymi codex videtur habuisse ῥάβδȣς, *fasces*, cum securibus scilicet. Sed nec sic quidem constaret lectio. Nam τὸ κατέσχεν ei notioni non convenit. Non enim rex τὰς ῥάβδȣς κατέσχεν, sed Lictores. Videndum tamen, num ita legendum: καὶ ῥάβδȣς καὶ ȣ͂ ἔσχεν. quod videatur ita Hieronymus legisse. Videtur verum esse.

MCCCXLVII. *Nudipedalia.*] Γυμνοπόδια legit Hieronymus, quomodo legitur apud alios scriptores, pro Γυμνοπαιδεία, vel, ut est in Græcis Eusebii, Γυμνὴ παιδεία. Igitur Γυμνὴ παιδεία, composita, erat chorus puerorum nudorum, quod & etymon ipsum ostendit, qui laudes canebant eorum, qui fortiter dimicando in Thyreatico bello perierant, auctore Suida. Ubi vitio librariorum Γυμνοπόδια legitur, quemadmodum legit Hieronymus. Sed caussæ tempus non convenit: quia Thyreatica posteriora sunt, ut supra loco suo meminimus. Etymologici auctor ait Γυμνοπαιδείαν institutam in laudes eorum, qui ad Pylæan occubuerunt, non ad Thyream. Sed pugna Leonidæ ad Pylas longe posterior Thyreatica. Quocunque nomine, & quandocunque hoc institutum fuerit, constat Γυμνοπαιδείαν chorum puerorum fuisse Apollini dicatum. Falsum enim, quod scribit Suidas: Γυμνοπαιδεία ἡ παλαίστρα, ἣ ὑπὸ ἐφήβȣς Λυκȣ͂ργος ἠνάγκαζεν .... Supplendum, ἀλλήλȣς τύπτειν. Hoc satis confutat Hesychius: Γυμνοπαιδεία. Ἔνιοι μὲν ἑορτήν φασι Σπαρτιατικὴν, ἐν ᾗ ὑπὸ ἐφήβȣς κύκλῳ περιθεῖν τ̃ ἐν Ἀμυκλαίῳ βωμὸν, τύπτοντας ἀλλήλων τὰ νῶτα. Ταῦτα δὲ ἐστι ψεῦδος. ἐν γὰρ ἀγορᾷ ἑορτάζȣσι. πληγαὶ δὲ ȣ͂ γίνονται, ἀλλὰ πρόσοδοι χορῶν γεγυμνωμένων. Nihil verius. Pausanias: Σπαρτιάταις δὲ ἐπὶ τ̃ ἀγορᾶς Πυθαέως τέ ἐστι καὶ Ἀπόλλωνος, καὶ Ἀρτέμιδος,

καὶ

καὶ Λητοῦς ἀγάλματα. χορὸς δὲ οὗτος ὁ τρόπος καλεῖται πᾶς, ἐπὶ ἐν τῇ Γυμνοπαιδείαις (ἑορτὴ δὲ, εἴπις καὶ ἄλλη, αἱ Γυμνοπαιδεῖαι διὰ σπουδῆς Λακεδαιμονίοις εἰσίν.) ἐν ταύταις οὖν οἱ ἔφηβοι χοροὺς ἱστᾶσι τῷ Ἀπόλ-„λωνι. Vide Plutarchum libro de Musica. Apud Thu-„ cydidem libro v. τηρήσαντες αὐτὰς τὰς Γυμνοπαιδίας „ Glossæ: ἑορτὴ τῶν Λακεδαιμονίων, ἐν ᾗ γυμνοὶ ἠγω-„νίζοντο. Idem, quod Suidas.

Ibid. *Nudipedalia.*] Satis probatum est Hieronymum legisse Γυμνοποδία numero plurali. At id proprium Iudæorum, ut in nona Ab mensis. & à paganis quoque Nudipedalia indici pro pluvia impetranda scribit Tertullianus.

MCCCLIII. *Aristoxenus.*] Aristoxenus Musicus, & philosophus longe abest ab hac epocha, ut pote qui auditor Aristotelis fuerit. Est προχρονισμὸς CCC annorum. An parum esse censemus? Sed neque Simonides hic sedem habet, qui post Persica tempora floruit. Hi „ anachronismi non sunt Eusebii, quod toties totiesque „ diximus, sed auctorum, quos sequitur. Nam apud „ Clementem, Simonides æqualis ponitur Archilocho. „ Σιμωνίδης μὲν οὖν κατ' Ἀρχίλοχον φέρεται.

MCCCLV. *Zaleucus.*] Zaleucus fuit Pythagoreus. Pythagoras vero florebat Olympiade sexagesima. Quomodo ergo potuit νομοθετεῖν Olympiade XXIX? An Eusebii culpa? an aliorum, quos sequitur? Aliorum proculdubio, qui adeo antiquum Zaleucum faciunt, ut primum omnium leges posuisse, easque à Minerva didicisse prodiderint. Clemens: Ζάλευκός τε ὁ Λοκρὸς πρῶτος ἱστόρηται νόμους θέσθαι. οἱ δὲ Μίνω τὸν Διὸς ἐπὶ Λυγκέως. Alibi: Χαμαιλέων τε ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ περὶ μέθης, καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Λοκρῶν πολιτείᾳ Ζάλευκον τὸν Λοκρὸν παρὰ τῆς Ἀθηνᾶς τοὺς νόμους λαμβάνειν ἀπομνημονεύουσι. Marcianus Heracleotes:

---- οἱ δὲ λεγόμενοι
Ἐπιζεφύριοι πλησίον κεῖνται Λοκροί.
Τούτους δὲ πρώτους φασὶ χρήσασθαι νόμοις
γραπτοῖσιν, οὓς Ζάλευκος ὑποθέσθαι δοκεῖ.

Idem Strabo de Locrensibus: πρῶτοι δὲ νόμοις ἐγγράπτοις χρήσασθαι πεπιστευμένοι εἰσί. Val. Maximus: *Zaleucus sub nomine Minervæ apud Locrenses prudentissimus habitus est.* Vide de Zaleuco plura apud Diodorum, & divinum ejus legum proœmium apud Stobæum.

MCCCLVII. *Cypselus in Corintho.*] Initium tyrannidis ejus consurgit ex anno secundo Olympiadis XXXI. Hic prochronismus est quinquennii.

Ibid. *Annis* XXVIII.] Imo annis XXX. Vide Canones Isagogicos. PR. mendose XXIV. PET. XXV. Edit. & FR. minus à vero, XXVIII.

MCCCLIX. *Byzantium condita.*] Cassiodorus, qui ad verbum Eusebiana describere solet, hanc periochem cum ea, quæ ad numerum MCCCXLII, conjungit, & in „ tempus Tulli Hostilii conjicit. Georgius vero Codi-„ nus Curopalates à Byzante heroë, ad initium Severi „ Aug. putat annos 685. Quum re vera sint 850. Ingens „ hallucinatio.

Ibid. *Byzantium.*] Anastasius Bibliothecarius, & Nicephorus, quum hunc locum in suum Chronicon transferrent, non huic anno ultimo Manassis, sed duodecimo apponunt. Cassiodorus quidem conditum una cum Chalcedone anno XXXVIII, ut proxime diximus. Quod Byzas dux fuerit Megarensium, qui Byzantium condiderit, habes apud Stephanum, & Eustathium. Marcianus: ἑξῆς Μεγαρέων, εὐτυχοῦν Βυζάντιον. Aliis Βύζας est heros Κεροέσσης τῆς Ἰοῦς filius. atque adeo in æreis numismatis ejus προτομὴ galeata impressa est cum titulo ΒΥΖΑΣ. Quæcunque de Byzantio dici possunt, compendi facere nos jubet egregium opus Petri Gyllii Albicensis de Constantinopoli, quem consule libro primo. Et recte idem Gyllius scribit conditori nomen Βύζας potius, quam Βύζης fuisse. Nam ἀπὸ τοῦ Βύζαντος fit Βυζάντιον, ἀπὸ τοῦ Βύζης Βυζαῖον. Adstipulatur Claudianus.

— *quod tertius urbis*
Conditor, hoc Byzas Constantinusque videbunt.

Stephanus dictum Byzantium ἢ ἀπὸ Βύζαντος τοῦ Κεροέσσης τῆς Ἰοῦς θυγατρὸς καὶ Ποσειδῶνος, ἢ ὅτι τοῦ στόλου τις Βύζης ἦν ἡγεμὼν, ἢ ὅτι οἱ ἐχῖνοι αἰσθητικώτατοι τῶν ἀνέμων ἐκεῖ. *quod Byzas condiderit, aut quod expeditionis dux Byzes, aut quod Echini illic maxime ventos sentiunt.* Quid hæc postrema volunt? Notum ex Plinio, Æliano, libro VII, cap. XXXIII. Oppiano libro secundo ἁλιευτ. echinos tempestatem præsentientes lapillis correptis adversus vim ventorum sese saburrare, & stabilire. Venti autem βύκται dicuntur à primigenio inusitato βύζω. Unde βυζόντων ἀνέμων αἰσθητικωτάτους ἐχίνους in illis partibus esse dixit. Sed hæc frivola & anilia Græculorum Grammaticorum deliramenta sunt, cujusmodi illud Isidori libro XV, cap. I. *Hæc condita primum à Pausania rege Spartanorum, & vocata Byzantium, vel quod tantum pateat ad Adriaticum mare, & Propontidem, vel quod sit receptaculum terræ marisque copiis.* Nam in nomine Byzantii quæ significatio potest esse patendi, aut receptaculi? Sed non intellexit verba Orosii, unde accepit, à quo etiam Pausaniam conditorem Byzantii fuisse didicit. Orosius autem à Iustino. Intellige igitur colonos à Pausania deductos. Nam longe antiquius Pausania Byzantium.

MCCCLX. *Amon secundum* LXX *Seniorum interpretationem* XII *annis.*] Quis est ille codex Bibliorum LXX Seniorum, qui soli Eusebio notus fuerit, vetustissimis autem Scriptoribus ignotus? An alio usus est Clemens Alexandrinus, quam ex LXX Seniorum interpretatione? quis aliter dixerit, nisi qui verum oderit? Is duos annos ex suo codice Regi Amon attribuit, totidem omnes, qui ante Eusebium scripserunt: quin ipse Eusebius lib. X προπαρ. pag. 296. Vnde igitur διωπετὲς istud exemplar Eusebio? Dicamus cum Georgio, τὸν Ἀμὼς υἱὸν Μανασσῆ ιβ ἔτη Εὐσέβιος λέγει βασιλεῦσαι κατὰ τοὺς ο. ψεύδεται δέ. Non dixit διαψεύδεται. Non enim vult mendacium excusare. Sed non novit caussam istius interpolationis. Affectavit enim, ut annus septuagesimus captivitatis in secundo Darii filii Hystaspis desineret. & quum initium Ioatham collocaverit dedita opera in quarto anno primæ Olympiadis, & ab eo principio, ad secundum annum Darii, decem anni excurrant supra rationes annorum regis Israel, illud decennium de scrinio largitionum suarum Ammoni dedit potius, quam alii regi, quia illius regni tempus brevissimum à scriptura assignatum esset, utpote unius biennii. Hæc est ratio, quare posteritati non veritus sit persuadere XII annos Ammoni Regi à LXX Senioribus assignatos esse, apud quos ne minima quidem ejus rei suspitio extat. Nemini tamen, præter paucos, qui ejus verba ex illius Chronico in sua transcripserunt, persuadere potuit: in quibus Nicephorus Patriarcha, Beda, Marianus, & ante illos Isidorus.

Ibid. *Amon.*] In editione LXX Ἀμώς, licet quidam audaculi mutarint in Ἀμών. Ἀμωσὸς quoque Iosepho ex Septuaginta. Quod quis non miretur?

Ibid. *Alcmæon.*] Ita habent omnes scripti & editi. Sed legendum *Alcman.* Sic olim castigavimus. Adstipulantur Græca, in quibus Ἀλκμὰν legitur, non Ἀλκμαίων. Præterea tempus secundum quosdam convenit, qui hunc sub Ardye Lydorum rege floruisse tradunt, ut Crates vetustissimus Criticus, qui etiam negat eum fuisse Laconem. Apud Suidam: Ἀλκμὰν Λάκων ἀπὸ Μεσσόας, κατὰ δὲ τὸν Κράτητα τῷ ὄντι Λυδὸς ἐκ Σάρδεων, λυρικὸς, υἱὸς Δάμαντος, ἢ Τιτάρου. ἦν δὲ ἐπὶ τῆς κζ΄ Ὀλυμπιάδος, βασιλεύοντος Λυδῶν Ἄρδυος τοῦ Ἀλυάττου πατρός. Est autem Μεσσόα locus in Laconia, ut testatur Strabo, & post eum Stephanus. Lilius Gyraldus scribit ex urbe Messana fuisse, & perperam apud Suidam Μεσσόας legi pro Μεσσήνης. Quomodo vocaret eum Λάκωνα; Certe Laconas non esse eosdem cum Messeniis satis ei persuadere debebat vicennale bellum dirissimum plurimo sanguine inter eos gestum. Crateti suffragatur Vellejus, qui negat Laconem fuisse, & frustra à Laconibus vindicari. Ego Laconem fuisse arbitror, quum Laconica dialecto usus sit. Præterea quare homo Lydus Dorica dialecto potius usus esset, quam Ionica, ut Herodotus & Hippocrates vetustissimi scriptores, qui quum Dorice loquerentur,
„ Ionice tamen maluerunt scribere? Sed & Alcmæon
„ est vetustissimus poëta: ex quo Priscianus hæc citat:
„ νεομήναρχε παρθένε ἄειδεν, καὶ ναὸς ἁγνᾶς εὐπύρ-
„ γω θεραπαίνας.

Ibidem. *Lesches Lesbius, qui parvam fecit Iliadem.*] Scholia Nemeaci sexti Pindari citant ἐκ Λέσχου μικρᾶς Ἰλιάδος hoc:

---- ἀμφὶ δὲ πόρκης
Χρύσεος ἀστράπτει, καὶ ἐπ᾽ αὐτῷ δίκρος * δὴν
(ἄρδις)

ex quo versiculo Æschylum & Sophoclem conjecisse hastam Achillis δίκρουν, id est bicuspidem, fuisse. Non videtur eadem fuisse Ἰλιὰς μικρὰ, καὶ Ἰλίου πέρσις. Ἰλιάδα μικρὰν scripsit Stasimus, Ἰλίου πέρσιν Λέσχης, qui & Λέσχεως, Lesbius, ex urbe Pyrrha. Ἰλίου πέρσεως meminit Aristoteles in Poëtica: qui tantum abest, ut eandem faciat cum minuscula Iliade, ut ex ea τὴν Ἰλίου πέρσιν propagatam esse dicat. Nos vero alibi demonstravimus Λέσχεων Pyrrhæum auctorem τῆς Ἰλίου πέρσεως fuisse. Itaque non video quomodo Eusebium & Scholiasten Nemeorum cum Aristotele conciliare possim.

Ibidem. *Acanthus condita & Stagira.*] Acanthum & Stagiram in Isthmo, sive Χερρονήσῳ montis Atho collocat Plinius. In septima Epitome Strabonis: καὶ ἔστιν ἀπὸ πόλεως Ἀκάνθου ὁ περίπλους τῆς Χερρονήσου, ἕως Σταγείρου πόλεως τῆς Ἀριστοτέλους, στάδια υ΄. Ut non mirum sit eas simul hic ab Eusebio locatas esse.

Ibid. *Acanthus.*] Condita ab Andriis. Marcianus:

Τὸν Ἄθω δὲ παραπλεύσαντι παράλιος πόλις
Ἄκανθός ἐστιν Ἀνδρίων ἀποικία,
Παρ᾽ ἣν διώρυξ δείκνυται τετμημένη
Ἑπτὰ σταδίοις, Ξέρξην δὲ λέγετ᾽ αὐτὴν τεμεῖν.

Utrunque verum. Historiam pete à Plutarcho, Quæstionibus Græcanicis, Sectione XXX.

Ibid. *Istrus condita.*] Nummi, ΙΣΤΡΙΗΩΝ. quod dictum ἀντὶ τοῦ Ἰστριέων, Ionice. βασιλέων, βασιλήων.

MCCCLXII. *Lampsacus condita.*] Vide Strabonem & Stephanum. à Phocaensibus condita iisdem, quibus & Massilia.

Ibidem. *Abdera.*] Ab Hercule condita. Tzetzes pag. 25.

Ἐφ᾽ ᾧ πόλιν τὴν Ἄβδηρα ὁ Ἡρακλῆς ἑδράσας
Πρὸς Εὐρυσθέα τὸ λοιπὸν ἐκόμισε τοὺς ἵππους.

A Diomedis sorore Solinus: *Inde non procul Abdera, quam Diomedis soror condidit, & à sese vocavit, mox Democriti domus Physici, ac, si verum rimere, ideo nobilior. Hanc Abderam Olympiade prima & trigesima senio collapsam Clazomenii ex Asia ad majorem faciem restitutam, obliteratis, quæ præcesserant, nomini suo vindicarunt.* Vides tempus à Solino assignatum præsenti anno convenire. Unde malè Editiones in annum II Olymp. XXXII conji- „ ciunt. Igitur Olympiade XXXI Tei & Clazomenii vicini ambo in altera peninsulæ Ionicæ ora siti simul huic coloniæ deducendæ communicarunt. Unde proverbium:

Ἄβδηρα καλὴ Τηΐων ἀποικία.

Ibid. *Selinus in Sicilia condita*] A Megarensib. Strabo: qui negat suo ævo ullam fuisse. Marcianus:

Μεγαρεῖς Σελινοῦντ᾽, οἱ Γελῷοι δ᾽ ἔκτισαν
Ἀκράγαντα ----

Frustra igitur hodiernum nomen investigant docti hujus sæculi Geographi.

Ibid. *In Ponto Borysthenes condita est.*] A Milesiis: unde Μιλητόπολις & Ὀλβιόπολις dicta. Plin. Stephanus: ἔστι καὶ πόλις ἑλληνὶς πρὸς ἑσπέραν, Μιλησίων ἀποικία, ἣν οἱ μὲν ἄλλοι Βορυσθένην, αὐτοὶ δὲ Ὀλβίαν, ἣν μιξοῦσιν ὅ, τε Βορυσθένης καὶ Ὕπανις. etiam τῶν Ὀλβιοπολιτῶν horum meminit Herodotus in Melpomene. Alii diversas putant Olbiam & Borysthenem. Ex verbis Stephani colligimus Hypanim misceri Borystheni. Itaque falso dicit Cornelius Gallus Hypanim Europam ab Asia dividere: *Uno qui terras dividit amne duas.* Qui potest, quum majori fluvio misceatur? Tricosi vero sunt, qui negant Borysthenem esse, qui hodie *Neper*, aut *Nieper* vocatur. Nam de Borysthene ita scribit ὁ περιηγητής.

ἧχι Βορυσθένεος ποταμοῦ πλατυνόμενον ὕδωρ
Μίσγεται Εὐξείνῳ Κριοῦ προπάροιθε μετώπου.

hodie in toto illo tractu nullus magnus fluvius in Euxinum exoneratur è regione τοῦ Κριοῦ μετώπου in fine Tauricæ Peninsulæ, præter *Neper.* Ergo *Neper* est Borysthenes, & *Bog*, qui in illum illabitur, is est Hypanis: quod & doctis quoque placere video.

MCCCLXX. *Terpandrus.*] Τὰ Κάρνεια ludicrum Spartæ institutum Olympiade XXVI, numero MCCCXLI: quæ primus omnium Terpander vicit. Itaque ab ejus victoria, ad hunc numerum, sunt anni XXIX. Convenit ergo tempus: quod post victoriam Carneorum potuit adhuc vivere. Sed rectius fuisset numero MCCCXLI hoc assignari, in quo victoriam adeptus est.

Ibid. *Oraculo Dodonæo primum Græcia usa est.*] Quomodo tunc primum oraculo uti cæpit, quo jam utebatur ævo Homeri, aut potius Trojanis temporibus? Ὀδυσσ. π.

ἢν μέν κ᾽ αἰνήσωσι Διὸς μεγάλοιο Τόμουροι,
Αὐτός τε κτανέω, τούς τ᾽ ἄλλους πάντας ἀνώξω.

Iubet τοὺς ὑποφήτας consulere, quos Τομούρους vocat. Ita legitur apud Strabonem lib. VII. Sed in vulgatis Homeri exemplarib.

--- Διὸς μεγάλοιο θέμιστες.

Clarius Ἰλιάδ. π.

Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε, Πελασγικὲ, τηλόθι ναίων,
Δωδώνης μεδέων δυσχειμέρου. ἀμφὶ δὲ Σελλοὶ
Σοὶ ναίουσ᾽ ὑποφῆται ἀνιπτόποδες, χαμαιεῦναι.

ὑποφῆται, sive προφῆται, qui & Τόμουροι, jam Trojanis temporibus oraculo Dodonæo operabantur. Tantum abest ut Olympiade XXXIII oraculi Dodonæi usus esse cęperit, ut potius tunc defecisse videatur. Apud Solinum

linum cap. XIII. *Dodone Ismaro celsa est.* Legendum *Tmaro.* Τμάρος, sive Τόμαρος, mons Dodones. Vide Strabonem. Quidam, *ut Maro*, quasi velint ejus Ma-
,, ronem meminisse. Frustra. Videtur autem Hiero-
,, nymus legisse, πρῶτον ἐξηγήσατο. Sed τὸ πρῶτον
,, abest à Græcis Eusebii.

MCCCLXII. *Iosias Iustus ann.* XXXII.] Quemadmodum patri annos decem, ita filio unum præter justum modum admetitur, quum certe exploratum sit XXXI tantum annos regnasse, neque plures illi à Scriptura attribui. Beda: *In Hebræo XXXI tantum annis regnasse Iosias legitur. In LXX interpretibus XXXII.* Quod sane falsum est. Nam tam in II lib. Regum, quam in II Paralip. τριάκοντα ἓν ἔτος regnasse dicitur. Pergit: *Sed & Eusebius inter regnum ejus & Ioachim alium de suo adjecit annum propter menses bis ternos, quibus Ioachaz vel Ioachin regnaverat. Verum quid veritas habeat, Ieremias pandit, qui se à decimotertio anno Iosiæ, usque ad annum quartum Ioachin* XXIII *annis prophetasse perhibet.* &c. Erudite Eusebii licentiæ testimonium Ieremiæ opponit, qui adversus scripturæ dignitatem unum annum plus justo assignarit. Marianus verba de Septuaginta interpretibus ex Beda desumit.

MCCCLXXV. *Ancus Martius.*] Totidem verbis apud Eutropium leguntur. Sed POST. non habent XVI autem miliario, non, ut in PR. XIII, legendum. Festus Pompejus, & Rufus habent XVIII, non XVI. Sed Cassiodorus, Beda, & Marianus, qui Eusebiana ex professo describunt, XVI.

MCCCLXXVII. *Thales Milesius Examii filius primus Physicus agnoscitur*] Habet quos sequatur, Eusebius. Nam quum major pars veterum hoc anno natum putent, alii tamen hac XXXV, & XXXVII Olympiade floruisse scripserunt. γεγονὼς περὶ Κροίσου ἐπὶ λε Ὀλυμπιάδος, κατὰ δὲ Φλέγοντα γνωριζόμενος ἐπὶ ζ. Sane si ἐγνωρίζετο ἐπὶ λζ, secundum Phlegontem, potuit agnosci octo annis antea, secundum Eusebium.

,, Ibid. *Numæ ex filia nepos.*] Numæ nepos diceba-
,, tur, quia ejus pater ignorabatur. Seneca, quanquam
,, alii scripserunt genitum Numa Marcio, qui urbis pre-
,, fectus fuerit sub Tullo Hostilio.

,, Ibid. *Hostiam condidit civitatem.*] In nummis Mar-
,, ciæ gentis una superficies habet capita Numæ &
,, Anci regum, altera coloniam Hostiam: Strabo. κτίσ-
,, μα δέ ἐστι τὰ Ὄστια Ἄγκου Μαρκίου.

MCCCLXXIX. *Messana à Lacedæmoniorum societate discedit.*] Bellum primum Messeniacum finem cæpit anno primo Olympiadis XIV. Per XXXIX solidos annos nihil hostile Messenii adversus victores moliti sunt. Tandem quadragesimo anno bellum, quod communicatis cum Achivorum gente clandestinis consiliis instruxerant, Lacedæmoniis indicunt. Auctor Pausanias. Quadragesimus annus putatus à primo Olympiadis XIV, convenit in quartum Olympiadis XXIII, qui fuit primus secundi belli Messeniaci, quum tamen hic assignetur anno tertio Olympiadis XXXV, quadraginta septem annorum metachronismo. Finitum vero hoc bellum anno primo Olympiadis XXVIII, Athenis magistratu Autosthene, Ira à Lacedæmoniis capta. Auctor Pausanias. ἑάλω δὲ ἡ Εἶρα, καὶ ὁ πόλεμος ὁ δεύτερος Λακεδαιμονίων καὶ Μεσσηνίων τέλος ἔσχεν, Ἀθηναίοις ἄρχοντος Αὐτοσθένους, ἔτει πρώτῳ τῆς ὀγδόης τε καὶ εἰκοστῆς Ὀλυμπιάδος ἣν ἐνίκα Χίονις Λάκων. Duravit igitur secundum bellum annis XVII, primum XIX. De tertio, quod contigit post tempora Persica, nihil dicimus. Apud Ælianum Ποικίλ. XIII, cap. XLII, legimus Messenem ab Epaminonda instauratam annis CCCXXX postquam vastata fuit. Instaurata vero anno quarto Olympiadis CII, numero MDCXLVIII. de quo deductis CCCXXX, superest initium secundæ rebellionis Messeniorum, numero MCCCXVIII. Itaque differentia est annorum LXI. Immanis anachronismus.

MCCCLXXXIII. *Myrtæus Atheniensis Poëta.*] Ita Græca habent, item PET. BON. & PR. Alii Mysthæus, ut FR. & edit. Unde Lilius Gyraldus Mysteum inter poëtas retulit. Nos non dubitamus legendum Tyrtæum. Nam secundo bello Messeniaco is accitus fuit Athenis. erat enim Atheniensis, auctore Trogi breviatore Iustino. Alibi Tyrtæus ab Eusebio refertur. quod non novum. Hoc enim, quod sæpe monuimus, Eusebius facit pro auctorum varietate, à quibus accepit. quanquam potest esse error Eusebii: quod facile crediderim. Sive igitur Eusebii error est, sive auctoris, unde descripsit, omnino legendum Tyrtæus. Nam tempus convenit, quandoquidem eo ævo bellum Messeniacum contigit. Quod Mysteus non est nomen "
Græcum, ut est in quibusdam exemplaribus, item "
quod Myrteus nullus fuit eo nomine apud Athenien- "
ses, imo ne nomen quidem Græcum est, satis de vitio "
lectionis nos monere potest. "

MCCCLXXXVI. *Sinope condita.*] A Milesiis. Vide Strabonem lib. XII. Stephanus aliter: Σινώπη πόλις διαφανεστάτη τοῦ Πόντου, κτίσμα Μακριτίου Κώου, ὥς φησι Φλέγων.

Ibid. *Lipara condita.*] Lipara Æolidum maxima, Cnidiorum colonia. Strabo VI. Marcianus ὁ περιηγητής.

Μία δ' ἐστὶν αὐτῶν Δωρικὴν ἀποικίαν
Ἔχουσα, Λιπάρα δ' ὄνομα, συγγενὴς Κνίδου.

Eam occuparunt Carthaginenses anno tertio Olympiadis LXII, annis CXXXVIII. postea Romani eam Charthaginensibus eripuerunt, anno IV Olymp. XCVI.

Ibid. *Battus condidit Cyrenem.*] Secundum Solinum anno primo XLI Olymp. Itaque fuerit prochronismus annorum XIV. Herodotus dicit Battum cognomine Eudæmona, tertium à Batto conditore temporibus Apriæ regis vixisse. quod conveniet, si quidem præsenti anno MCCCLXXXVI Battus Cyrenas condidit: quod non procedit, si cum Solino conditum Cyrenarum statuamus numero MCCCCI. Tunc Battus Eudæmon vixerit annos V post mortem Apriæ, sive Vaphris. à Batto Cyrenai- "
ca provincia dicitur Βαττικὴ Synesio Epistola CXXV. "

Ibid. *Prophetabat Olda mulier.*] *II* Regum, c. XXII, 14.

Ibid. *Scythæ usque ad Palæstinam.*] Integram historiam pete ex Herodoti libro primo. Tunc Scythopolim ab illis conditam ajunt quidam veterum. Quia vero hoc gestum in Cyaxaris tempus ab Herodoto confertur, neque tempus alicubi certum ab eo designatum est, propterea Eusebius hoc conjecit in annum primum Cyaxaris. Alioqui Cyaxare in Media, & Psammiticho in Ægypto regnantibus hoc gestum fuisse scribit Herodotus, atque adeo, ne in Ægyptum excurrerent, partim precibus, partim precio ab eis Psammitichum impetravisse: quo tempore Uraniæ Veneris templum in urbe Ascalone incenderunt. Quare falsus est memoriæ Hieronymus Epitaphio Fabiolæ, qui hoc sub Dario Medorum rege gestum ait. cujus verba hæc sunt: *Ecce subito discurrentibus nunciis Oriens totus intremuit: ab ultima Mæotide inter glacialem Tanain, & Massagetarum immanes populos, ubi Caucasi rupibus feras gentes Alexandri claustra cohibent, erupisse Hunnorum examina, quæ pernicibus equis huc illuc volitantia cædis pariter ac terroris cuncta complerent. Aberat tunc Romanus exercitus, & bellis civilibus in Italia tenebatur. Hanc gentem Herodotus refert sub Dario rege Medorum viginti annis Orientem tenuisse captivum, atque ab Aegyptiis & Aethiopibus annuum exegisse vectigal.* Sed neque exegerunt tributa ab Ægyptiis & Æthio-

& Æthiopibus, ad quos non penetrarunt, neque viginti, sed viginti octo annis Asia potiti sunt, neque sub Dario Medorum rege fabuloso, & ex Danielis prophetia ementito, sed sub vero Medorum rege Cyaxare hoc gestum refert Herodotus.

MCCCLXXXVII. *Prusias condita.*] Prusias, inquit Stephanus, à Prusa differt. Prusias enim est urbs Bithyniæ dicta à conditore Prusia Zelæ filio, quum antea Κίος vocaretur. Lege Κίερος. Memnon de Prusia Rege, Μετὰ τ ἄλλων καὶ Κίερον πόλιν Ηρακλεωτῶν ἔσαν ὑφ' ἑαυτὸν ἐθετο τῷ πολέμῳ ἀντὶ Κίερυ Πρυσιάδα καλέσας. Itaque Prusias non condidit, sed nomen mutavit, pro Kiero Prusiada appellans. Prusa vero est & ipsum quoque Bithyniæ oppidum exiguum ab eodem Prusia conditum, qui bellum cum Cyro gessit. Strabo nullam Prusiadem agnoscit, sed duplicem Prusam, alteram conditam, à Prusia Zelæ filio prius Κίον vocatã (Κίερον Memnoni:) alteram ab eo Prusia, qui bellum gessit cum Crœso. ut in alterutro scriptore mendum commissum sit commutatione nominis Crœsi in Cyrum. Stephanus, ἀπὸ τ Πρυσιάδος civis dicitur Πρυσιεὺς, ἀπὸ δὲ τ Πρύσης, Πρυσαεύς: Astipulatur Straboni Ptolemæus, qui duas Πρύσας agnoscit, Πρῦσαν τὴν πρὸς Ολύμπῳ τῷ ὄρει, item Πρῦσαν τὴν πρὸς Ιππίῳ ποταμῷ. Numisma Lucii Veri Aug. ΠΡΟΥΣΙΕΩΝ ΠΡΟΣ ΙΠΙΩ, cum simplici Π, & sine articulo, quemadmodum apud Ptolemæum in manuscriptis legitur, non, ut in editis, πρὸς τῷ Ιππίῳ, πρὸς τῷ Ολύμπῳ. Πρῦσα igitur πρὸς Ολύμπῳ est antiquior, videturque esse ea, de qua hic scribit noster Eusebius; siquidem tempora convenirent. Sed immanis hinc est hiatus ad tempora Cyri & Crœsi.

MCCCLXXXIX. *Apud Corinthios tyrannidem exercuit Periander.*] Obiit anno ultimo Olympiadis XLVIII. Tyrannidem obtinuit an. XL. auctore Laertio. Ergo ejus initium an. primo Olymp. XXXVIII, ut hic recte assignatũ.

MCCCXC. *Phalaridis tyrannis destructa.*] Invasit tyrannidem numero MCCCLXII. Eversus ea MCCCXC. Intervallum anni XXVIII. Sed Suidas ait inivisse regnum Olympiade LII. Magnus igitur prochronismus à numero MCCCLXII, ad numerum MCCCCXLV. Intervallum, anni LV. Paulus quoque Orosius Phalaridis ævum cum ævo Cyri comparat.

Ibid. *Epidamnus condita.*] A Corcyræis duce Phalio Eratoclidæ filio domo Corinthio, stirpe Heraclidarum. Thucydides libro primo. quem omnino vide. Strabo libro VII: Επίδαμνος Κερκυραίων κτίσμα ἡ νῦν Δυῤῥάχιον ὁμωνύμως τῇ Χερσονήσῳ λεγομένη, ἐφ' ἧς ἵδρυται. Marcianus ὁ περιηγητής.

Πρὸς τῇ θαλάττῃ δ' ἐστὶν Επίδαμνος πόλις
Ελληνὶς, ἣν Κόρκυρ' ἀποικίσαι δοκεῖ.

Vide necessario Appianum libro II Εμφυλ. ubi balbutit de Epidamno. Ait enim Δυῤῥάχιον, quod esset ominosum nomen, mutatum in Epidamnum à Græcis. Imo contra Epidamnum ominosum à Latinis in Dyrrachium mutatum. Ego neutrum verum puto. Sed quum Epidamnus esset oppidum, Dyrrachium ejus navale, à loco celebriore ab exteris Dyrrachium potius, quam Epidamnum vocatum.

MCCCXCIII. *Dracon.*] Ex Tatiano, quem & sequutus est Clemens: Δράκων δὲ ὁ καὶ αὐτὸς νομοθέτης περὶ τὴν τριακοστὴν καὶ ἐννάτην Ολυμπιάδα γεγονὼς εὑρίσκεται. Vide Ælianum Ποικίλης VIII, cap. VIII.

MCCCXCVIII. *Cyaxares adversus Assyrios.*] Herodot. lib. primo. Hieronym. prologo in Ionam. Sed nos non dubitamus Ionam non de hac obsidione prædixisse, sed de Nino ab Arbace capienda. Nam quamvis propter justitium & jejunium à Ninivitis indictum, & pœnitentiam anteactæ vitæ publice testatam, Deus illis tunc pepercit, tamen non multo post mutatio rerum illius urbis consecuta est, Sardanapalo extincto, & ad Arbacem toto ejus imperio traducto. Denique possumus objicere librum Ionæ nullum vaticinium de Nini excidio continere præterquam sub exceptione, nisi resipiscant. Tamen scimus Ionam tempore Sardanapali vixisse, quod plenius alibi disputavimus. Ninive autem adhuc integra stabat ævo Ammiani Marcellini.

Ibid. *Arion Methymnæus.*] Recte refertur hæc historia ad tempora Periandri, non tamen ad verum annum, ut postea ex Solino aperitur: cujus historiæ argumentum suo tempore extitisse scribit Herodotus, duo ænea simulacra, Delphinum, & Delphino hominem insidentem: quæ se vidisse quoque testatur Pausanias Laconicis: ἀναθήματα δὲ ἄλλα τέ ἐστιν ἐπὶ Ταινάρῳ, καὶ Αρίων ὁ κιθαρῳδὸς χαλκοῦς ἐπὶ δελφῖνος. Ea autem simulacra Periandrum statuisse argumento est "Epigramma: "

Εστησεν Περίανδρος Αρίονος εἰκόνα ταύτην, "
Καὶ τ ἀπολλυμένῳ σύνδρομα νηξάμενον "
Εινάλιον δελφῖνα ---- "

Epigramma vero, quod à Pausania, quamvis harum rerum diligentissimo, omissum est, ab Æliano autem relatum, à nobis quoque referetur:

Αθανάτων πομπαῖσιν Αρίονα Κύκλονος υἱὸν
Εκ Σικελοῦ πελάγους σῶσεν ὄχημα τόδε.

Sed quo piaculo pretermittemus hymnum εὐχαριστήριον ipsius Arionis, super tam insperata salute?

Υψιστε θεῶν πόντιε
Χρυσοτρίαινα Ποσειδῶν
Γαιήοχ' ἐγκύμον' ἅλμαν
* * * βράγχιοι.
Περὶ δέ σε πλωτοὶ θῆρες
Χορεύουσι κύκλῳ
Κούφοισι ποδῶν ῥίμμασιν
Ελάφρ' ἀναπαλλόμενοι
Σιμοὶ φριξαύχενες,
Ωκύδρομοι σκύλακες,
Φιλόμουσοι δελφῖνες,
Εναλα θρέμματα κουρᾶν
Νηρηΐδων θεᾶν,
Ας γείνατ' Αμφιτρίτη,
Οἵ μ' ἐς Πέλοπος γᾶν
Ταιναρίαν ἀκτὰν ἐπορεύσατε
Κυρτοῖσι νώτοις χορεύοντες,
Αλοκα Νηρείας πλακὸς
Τέμνοντες, ἀστιβῆ πόρον.
Φῶτες δ' ὡς δόλιοι μ' ἀπὸ ἁλιπλόου
Γλαφυρᾶς νεὼς ἐς οἶδμα
Αλιπόρφυρον λίμνας ῥίψαν
* * *

Sed hoc tempus assignatur anno primo Olympiadis XXIX à Solino. *Et Tænarum, & promontorium adversum Africæ, in quo fanum est Methymnæi Arionis, quem Delphine eo advectum imago testis est ad effigiem casus & operis expressa ære: præterea tempus signatum. Olympiade enim undetricesima, qua in certamine Siculo idem Arion victor scribitur, idipsum gestum probatur.* Et vera fuit historia, non fabula, & ejus tempus ignorari non patitur annus primus Olympiadis XXIX, qui notatus erat in regestis victorum Siculorum, ex quibus metachronismus arguitur annorum XLV. Propius tamen abest à sententia Suidæ, qui " floruisse scribit κατὰ τὴν λη Ολυμπιάδα. "

MCCCXCIX.

MCCCXCIX. *Tarquinius Priscus.*] Non dubium, quin hæc sint Hieronymi ex Eutropio, ut omnia, quæ superius notata sunt de Tullo Hostilio, & Anco Martio. Nos tamen ea Græce alio ordine concepta reperimus apud Cedrenum. quæ, an ex Pæanio Eutropii metaphraste, aut ex alio scriptore descripserit, compertum non habeo.

Ibid. *Capitolium construxit.*] Corn. Tacitus Historia III: *Voverat Tarquinius Priscus Rex bello Sabino, jeceratque fundamenta spe magis futuræ magnitudinis, quam quo modicæ Populi Rom. res sufficerent. Mox Servius Tullius sociorum studio, deinde Tarquinius Superbus capta Suessa Pometia, hostium spoliis extruxere.*

MCCCCIII. *Panætius primus in Sicilia.*] Modum, quem illa vulpes in Leontinorum tyrannide occupanda instruxit, vide apud Polyænum libro V.

Ibid. *Primus in Sicilia arripuit tyrannidem.*] Si primus tyrannus Siciliæ, quid ergo faciemus Phalaride, quem tot annis antea tyrannidem Agrigentinorum arripuisse notavit? Manifesta ἀντιλογία. Sed diversos auctores sequitur.

Ibid. *Iosias rex Iudæorum cum Nechaone rege Aegyptiorum congressus occiditur.*] Hanc pugnam commissam ad planitiem Mageddo testatur Scriptura. quem locum Maximianopolim vocari scribit ex aliquo vetere scriptore Beda, quam Ægypti urbem fuisse ex notitia Imperii constat. Herodotus vero scribit hoc accidisse ad urbem Magdolum sitam in finibus Ægypti. cujus etiam mentio in numismate Antonini Pii. ΜΑΓΔΩΛΙΤΩΝ. Occurrit enim Nechaoni rex Iosias, ut eum intercluderet aditu in Palæstinam, & in Ægyptum summoveret. Itaque prælio commisso rex Iudæorum Dei observantissimus occiditur. Ægyptius non solum Palæstinam ingreditur, sed etiam ad fines Euphratis pervenit, ubi acie cum Nabuchodonosoro congressus vincitur. Hinc attritis viribus in Ægyptum regressus est anno secundo imperii sui, Joiakimo rege Iuda constituto sub indictione tributi. neque postea pedem ponere ausus in Palæstina.

Ibid. *cum Nechaone.*] In Græcis, *cum Nechaone, qui & Nechepsos.* & paulo ante, *Nechao, qui & Nechepsos.* Sed sine auctoritate hunc secundum Nechao vocat Nechepson. Nihil enim tale apud Africanum.

Ibid. *At mihi miraculo est.*] Multa omisit. *Sed admiratio mihi incessit, quomodo tempora concurrerunt secundum propositum Canonem, ut rex Aegyptiorum Nechao (qui & Nechepsos) è regione Regi Iosiæ oppositus sit, quem divina Ieremiæ scriptura Pharaonem Nechao nominat.* Ego vero, qui meus stupor, hoc argumentum non capio, tempus Ægyptii Nechaonis non potuisse concurrere cum tempore Iosiæ, quia rex Ægyptius ab Ieremia propheta Nechao Pharao vocetur. Qui meliore ingenio sunt, hanc subtilitatem ventilent. Omisit Hieronymus inter alia illud, κατὰ τὸν προκείμενον Κανόνα, quia, ut sæpe diximus, hunc librum Κανόνα vocatum fuisse ignoravit.

Ibid. *Post quem Eliakim.*] Iste Joakim Hebraice vocatur יְהוֹיָקִים Ἰωϊακίμ. Græci interpretes Ἰωακίμ, vel Ἰωακείμ. At is, qui ante Sedekiam tres menses tantum regnavit, penultimus rex Iudæorum, cum quo captivus abductus est Ezechiel propheta, vocatur יְהוֹיָכִין Ἰωϊαχίν, in Bibliis Græcis Ἰωαχίμ. Itaque distinguuntur à Græcis interpretibus solis literis κ & χ. quum tamen finalibus literis distinguendi essent μ, & ν. Hoc necessario monendum fuit, quia horum regum nomina in Latinis exemplaribus culpa librariorum sæpe confunduntur; & utriusque regis, ut nomina, sic gesta. Atque adeo Clemens Alexandrinus eum, cui Sedekias successit, ὁμώνυμον dicit τῷ κατ' Ἰωσίαν βασιλεύσαντι. Ἰωσίαν, inquit, διαδέχεται Ἰεχωνίας, ὁ καὶ Ἰωαχάζ, ὁ υἱὸς αὐτοῦ μῆνας τρεῖς, καὶ ἡμέρας δέκα. τοῦτον Νεχαὼ βασιλεὺς Αἰγύπτου δήσας ἀπήγαγεν εἰς Αἴγυπτον καταστήσας ἀντ' αὐτοῦ Ἰωακεὶμ ἐπὶ φόρῳ τῆς γῆς ἔτη ἕνδεκα. Μετὰ τοῦτον ὁ ὁμώνυμος αὐτοῦ Ἰωακεὶμ τρίμηνον βασιλεύει. Doctissimus Hieronymus initio Commentarii in Danielem recte monet alterius nomen desinere in KIM, alterius in CHIN.

Ibidem. *& in ditionem suam redactis plurimis Iudæorum*] Mirum Græca lectio concipit, ͵γκγ Ἰουδαίων αἰχμαλώτους λαβών. quæ Hieronymus omisit, & merito. Nullum enim hujus numeri vestigium extat in Scripturæ contextu.

Ibid. *tributario Eliakim facto.*] Hæc fuit caussa expeditionis Nabuchodonosori, quæ fuit annorum solidorum XIII. Eliakim constitutus rex Iudæorum à Nechao non multo post per præfectos Nabuchodonosori tributo illi indicto triennium solidum regi Chaldæorũ paruit. II Reg. XXIV, I. Deinde rebellionem professum. Nabuchodonosorus à patre Nabopollasaro missus in ordinem redegit pecunia multatum, & parte sacrorum vasorum Babylonem asportata, & majore procerum & nobilium abducta, in quibus Daniel fuit. Danielis I, I. Octo annos continuit sese in officio. iterum rebellionis consilia renovantem Nabuchodonosorus octavum annum Tyrum oppugnans, ut Berosus, & Annales Phœnicum testantur, missis expeditis Chaldæorum, Syrorum, Moabitarum, & Ammonitarum manipulis, vinculis & catenis constrictum Babylonem deportavit. Is est consensus Berosi, & Annalium Phœnicum cum sacræ historiæ libris.

MCCCCVIII. *Alcman, ut quibusdam videtur.*] Quem quidam Lacedæmonium faciunt: alii à Lacedæmoniis arcessitum. Ælian. XII. cap. L: μετεπέμψαντο γεμὴν Τέρπανδρον, καὶ Θάλητα, καὶ Τυρταῖον, καὶ τὸν Κυδωνιάτην Νυμφαῖον, καὶ Ἀλκμᾶνα. αὐλῳδὴς γὰρ ἦν. Scribe: αὐλῳδὸς γὰρ ἦν, *canebat ad tibiam.* Nam αὐλῳδὴς est vox nihili, quæ docto interpreti fraudi fuit.

MCCCCX. *Cyaxares Medus subvertit Ninum.*] Fortasse in Græco conceptum fuit: Κυαξάρης ὁ Μῆδος τὴν Νίνον αἱρεῖ. *Capit, expugnat.* Nam proculdubio non subvertit. Sed hæc asserere, temerarium. Non raro imponunt nobis conjecturæ nostræ. Sed supra MCCCXCVIII idem gestum narratur.

Ibid. *cum Phrynone.*] Vide Strabonem libro XIII, Laertium statim initio Pittaci, Suidam, Herodotum, Polyænum libro primo; qui addit hinc retiariorum gladiatorum morem derivatum fuisse. Meminit & Sex. Pompeius.

Ibid. *Olympionice.*] Vicit stadio Olympiade XXXVI, ut habes in Collectaneis.

MCCCCXIV. *Sappho & Alcæus poëtæ clari habentur.*] Recte hi duo conjunguntur. Notum illud Alcæi ad Sappho apud Aristotelem in Rhetoricis:

Θέλω τιν εἰπεῖν, ἀλλά με κωλύει
Αἰδώς. —

Respondet Lesbia:

Αἰ δ' ἦχες ἐσλῶν ἵμερον, ἢ καλῶν,
Καὶ μή τι εἰπεῖν γλῶσσ' ἐκύκα κακὸν,
Αἰδώς κέ νυ σ' οὐκ εἶχεν ὄμματ',
Ἀλλ' ἔλεγες περὶ τῶ δικαίω.

Vixerunt ergo eodem tempore. ac propterea merito hic conjunguntur.

MCCCCXV. *Ioachim.*] Ioachin est filius, pater Ioakim. Solæ syllabæ finales KIM & CHIN discrimen inter nomen patris & filii constituunt. Ioakim est filius Iosiæ. Hunc Iechoniam, Sellum, Amasiam etiam dictum scribit Epiphanius pag. 15. quod quia omnibus etiam rudioribus manifesto falsum esse constat, de eo nihil dicam amplius. Satis est indicasse. Sæpe monui ejuscemodi multa apud eum scriptorem extare, quę cum delectu legenda sunt.

Ibid. *menses tres.*] Hippolytus nimium licenter annos tres. Georgius: Ἰεχονίας, ὁ καὶ Ἰωαχεὶμ, μῆνας γ. ἄλλοι δὲ ἔτη γ, ὡς καὶ ὁ ἱερὸς Ἱππόλυτος. Quid licentius, quam ex mensibus annos facere?

Ibid. *Hunc Ioachim rex Babylonius captum.*] Cum eo abductum Danielem putat idem Hippolytus ἐν τῷ περὶ Σωσάννης. Georgius de Hippolyto: τούτῳ, φησὶ, τῷ τρίτῳ ἔτει γέγονεν ἡ αἰχμαλωσία ὑπὸ Ναβουχοδονόσορ ἀναστήσαντος αὐτὴν εἰς Βαβυλῶνα, καὶ ι χιλιάδας ἀνδρῶν. ἐν οἷς καὶ τὸν Δανιὴλ, καὶ σὺν τοῖς γ παῖδας συναπενεχθῆναί φησι. Τοῦτον λέγει εἶναι τὸν ἄνδρα Σωσάννης Ἰωακείμ. Quæ non tanti sunt, ut confutare velim. Ex hoc errore Hippolyti, tanquam tradux quædam, producta est illa Leontii sententia, quæ non solum cum Sedekia Danielem cum tribus sociis, sed, quod longe absurdissimum, Esdram cum Ezekiele deportatum autumat. Ναβουχοδονόσορ βασιλεὺς τῶν Ἀσσυρίων ἐλθὼν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα ἐπὶ Σεδεκίου τοῦ βασιλέως, καὶ τοὺς Ἰουδαίους ᾐχμαλώτευσε, καὶ ἔλαβεν εἰς Περσίδα, ἐν οἷς Ἀνανίας, Ἀζαρίας, Μισαὴλ, καὶ Ἰεζεκιὴλ, καὶ Ἔσδρας, &c.

Ibid. *Secundo veniens in Iudæam.*] Fallitur, si putat ante tredecim annos Nabuchodonosorum pedem ex Syria extulisse. Nunquam enim reversus est ante mor-
„ tem patris, anno Sedekiæ quinto. Sed in Iudæam
„ fortasse rediisse intelligit, quamvis non putet ex Syria
„ discessisse.

MCCCCXIV. *Perinthus condita.*] Verbum κτίζειν, quod toties monuimus, ἀντὶ τοῦ ἀποικίζειν, *colonias deducere*, usurpavit, & hic ita intelligendum. Deducta colonia à Samiis. Marcianus:

— καὶ Σαμίων ἀποικία
Πέρινθός ἐστιν, ἐχομένη δ' ἡ Σηλυμβρία.

Vetustior enim est, quam ut hoc anno condita videatur potius, quam colonis occupata. Ante Herculem enim erat. Tzetzes pag. 54.

Μιᾷ νηῒ ὁ Ἡρακλῆς πρὸς Ἀμαζόνας πλέων,
Ὡς Ἱππολύτης φέροιε ζωστῆρα τῆς ἀδμήτης,
Ἐν τῷ περίπλῳ σύμπαιζαν πρωθεῖ τῶν Βεβρυκίαν,
Καὶ Δηϊπύλου τῷ Μυσῷ Λύκῳ δωρεῖται ταύτην,
Μυγδόνα καὶ τὸν Ἀμυκον τοὺς ἀδελφοὺς νικήσας.
Ἡράκλειαν ὁ Λύκος δὲ ταύτην καλεῖ τὴν πόλιν
Τὴν Θρακικὴν τὴν Πέρινθον, τὴν πρώην Μυγδονίαν,
Τιμῶν τὸν χαρισάμενον τὴν χώραν Ἡρακλέα.
„ Ὁ Ἀπολλόδωρος φησὶ ταύτην τὴν ἱστορίαν
„ Τῷ περὶ νήσων, πόλεων, καὶ δήμων δὲ βιβλίῳ.

Ergo primo Mygdonia, secundo Heraclea, postremo Perinthus, hoc nimirum tempore. Hieronymus Minerio & Alexandro: *Theodorus Heracleotes, quæ urbs olim Perinthus vocabatur.* Nempe Μυγδονία ἀπὸ τοῦ Μυγδόνος τοῦ Ἀμύκου ἀδελφοῦ, Ἡράκλεια ἀπὸ Ἡρακλέους τοῦ δωρησαμένου χώραν τῷ Λύκῳ, Πέρινθος ἀπὸ Περίνθου τοῦ μετ' Ὀρέστου στρατευσαμένου. Georgius Codinus: Περινθίοις ἐτάχθησαν δουλεύειν τοῖς καλουμένοις Ἡρακλεώταις. Magis tamen obtinuit posterioribus temporibus, ut Heraclea vocaretur. Ammianus Marcellinus libro XXII: *& civitatem, quam Hercules conditam Perinthi comitis sui memoriæ dedicavit.* Perinthum facit Herculis, non Orestis συστρατιώτην, in quo videtur diversæ auctores sententiæ secutus. Errant, qui Perinthum eam putant, quæ hodie *Rodosto* Græcorum vulgo dicitur.

Ibid. *Camerina.*] In eandem periocham harum urbium duarum colonias conjicit Marianus. Alii separant. Nullus autem codex est scriptus, aut editus, in quo non Camerina, non autem Camarina legatur. Marianus quoque & scripti codices ita habent: quum tamen Græcis non Καμερίνα, sed Καμαρίνα dicatur. Silio quoque lib. XIV. Camerina dicitur. *Et cui non li-* "
citum fatis Camerina moveri. Scholia Pindari Olymp. V "
κτίζεται μὲν γὰρ ἡ Καμαρίνα τεσσαρακοστῇ πέμπτῃ Ὀλυμπιάδι. ἐπικλησάντων δὲ τῶν Συρακουσίων προθεῖται τῇ νζ Ὀλυμπιάδι. εἶτα ἐν τῇ πε Ὀλυμπιάδι τῷ μεταξὺ χρόνῳ, καθ' ὃν ἐνίκησεν ὁ Ψαῦμις, ἀνακτίζεται. Conditam Olympiade XLV. dirutam LVII. instauratam LXXXV. Hic tantum est παραχρονισμὸς unius anni. Συρακουσίων κτίσμα dicit Marcianus ὁ περιηγητὴς, & ab iisdem iterum instauratam, postquam ab illis condita fuit.

Συρακόσιοι δὲ τὴν Καμαρίναν λεγομένην.
Αὐτοὶ δὲ ταύτην ἦραν ἐκ βάθρων πάλιν
Πρὸς ἓξ ἔτη καὶ τετταράκοντ' ᾠκισμένην.

Sed τὸ αἴρειν est verbum ambiguum, ut Latinis tollere. Videndum ergo, num idem dicat, quod Scholiastes Pindari, funditus eversam quadraginta sex annis postquam condita.

MCCCCXVII. *Massilia condita.*] Timæus apud Marcianum scribit conditam annis CXX ante pugnam ad Salamina,

— Μασσαλία δ' ἐστ' ἐχομένη
Πόλις μεγίστη, Φωκαέων ἀποικία.
Ἐν τῇ Λιγυστινῇ δὲ ταύτην ἔκτισαν
Πρὸ τῆς μάχης τῆς ἐν Σαλαμῖνι γενομένης
Ἔτεσι πρότερον, ὥς φασιν, ἑκατὸν εἴκοσι.
Τίμαιος οὕτως ἱστορεῖ δὲ τὴν κτίσιν.

Διάβασις Ξέρξου contigit numero MDXXXXVII. Deductis CXX, remanet præsens annus MCCCCXVII, Olymp. XLV. Quare constat ratio. Accedit Solini testimonium. *At ex altera parte per Ligurum oram in Narbonensem provinciam pergit, in qua Phocenses quondam fugati Persarum adventu, Massiliam urbem Olympiade quadragesima quinta condiderunt.* Sed cum multis abutitur Phocensium nomine, quum Massiliotæ non sint oriundi ex Phocensibus, sed ex Phocæensibus. Φωκὶς est regio Græciæ, cujus metropolis Delphi, à qua Φωκεῖς, Phocenses. Φωκαία, vel Φώκαια, urbs Ioniæ, ex qua Φωκαεῖς, Phocæenses, & Φωκαεῖται, Latine etiam Phocæi. Horatius:

— *Phocæorum*
Velut profugit execrata civitas.

Harpocration, ὑπὸ Φωκαίων ᾠκίσθη ἡ Μασσαλία. nisi legendum sit, Φωκαέων. Sed non est necesse. Mela: *Massilia à Phocæis condita.* non autem, Phocensibus. Seneca in Epigrammate.

Corsica Phocaio tellus habitata colono.

In vetustissima inscriptione:

LITORE. PHOCAICO. PELAGI. VI. EXANIMATAS.

Loquitur de Corsica. Ammianus: *A Phocæa vero Asiaticus populus Harpali inclementiam vitans Cyri Regis præfecti Italiam navigio petiit: cujus pars in Lucania Veliam, alia condidit*

didit

didit in Viennensi Massaliam. Quare excusari non possunt veteres scriptores, summi alioquin viri, qui hæc confundunt. Seneca ad Helviam matrem de Massiliensi-
,, bus, cap. VIII: *Phocide relicta*. Jul. Hygenus apud
,, Gell. x, XVI. &c. *Nam qui ab Harpalo Regis Cyri præ-*
,, *fecto ex terra Phocida fugati sunt, alii Veliam, partim Mas-*
,, *siliam condiderunt*. Atqui non Φωκίδα regionem Græciæ, sed Φωκαίαν urbem Asiæ reliquerunt. De Lucano nihil mirum post patruum tantum virum.

— nec Phocidos undis

Massilia —

Φωκίδα Μασσαλίαν vocat potius, quam Φωκαΐδα. Ejus exemplo Sidonius:

Ibi Phocida, Sextiasque Baias.

Desine mirari Eustathium, qui commentario in Dionysium de Massilia loquens non semel Φωκεῖς pro Φωκαεῖς dixit. Habet majorum gentium auctorem, quem sequatur, Callimachum.

Φωκείων μέχρις κε μένῃ μέγας εἰν ἁλὶ μύδρος.

Producitur iste versus Callimachi à Scholiis in Antigonam Sophoclis in illud, καὶ πῦρ διέρπειν. Sed οὐδὲν πρὸς ἔπος. Qui Φωκεῖς & Φωκαεῖς sine delectu usurpat, potest Ioniam Asiæ eandem putare cum Pho-
,, cide Græciæ. Neque melius Ovidius:

,, *— exemplum veri Phocæus amoris.*

,, Pylades erat Φωκεὺς, non Φωκαῖος. In veteribus
,, illis magni nominis scriptoribus hæc non est insci-
,, tia, sed καταχρήσις. Nam pro Φωκαΐδα Φωκί-
,, δα dicebant, ut Δικαρχίδα, pro Δικαιαρχίδα. Pe-
,, tronius — *magnaque Dicarchidos arva*, & quemadmo-
,, dum Ovidio Phocæus pro Φωκεὺς, ita eidem Pho-
,, caicus pro eodem, cum *Phocaico* Erymantho. Sic
,, iidem magni viri χαλκίδα Eubœæ, & Καλχηδόνα
,, Asiæ minoris confundebant. Recte in veteribus nummis hæc distincta sunt. In nonnullis ΦΩΚΙΔΟΣ, in aliis ΦΩΚΑΙΕΩΝ. Alterum est Græciæ, alterum Asiæ. Massiliam vero à mercatore conditam quidam veterum prodiderunt: item, quod non omittendum, prius conditam à Phocæensibus, interjecto tempore aliam coloniam Phocæensium accepisse. Harpocratio: Μασσαλία. Ἰσοκράτης μὲν φησὶν ἐν Ἀρχιδάμῳ, ὡς Φωκαεῖς φυγόντες τὴν τοῦ μεγάλου βασιλέως δεσποτείαν εἰς Μασσαλίαν ἀπῴκησαν. ὅτι δὲ περὶ τούτων τῶν χρόνων ἤδη ὑπὸ Φωκαίων ᾤκιστο ἡ Μασσαλία, καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Μασσαλιωτῶν πολιτείᾳ δηλοῖ. Massiliotas trilingues vocavit Varro, quod Græce, Latine, & Gallice loquerentur. Lege Isidorum Orig. lib. xv, cap. I.

MCCCCXIX. *Astyages.*] Meminit hujus loci Eusebiani Georgius: ὁ μέν τοι Εὐσέβιος τὸν Ἀστυάγην ἀπὸ τοῦδε τοῦ Σεδεκίου ἐστοιχείωσεν, βασιλεύσαντα Μήδων ἔτη λη, ἤτοι ἀπὸ τοῦ ιβ ἔτους Ναβουχοδονόσορ, &c. Sane IV Sedekiæ, cui appositus est Astyages, erat
,, duodecimus Nabuchodonosori, ut notat Geor-
,, gius.

MCCCCXXI. *In Babylone prophetabant Daniel & Ezechiel.*] Hoc verum est. Visio Ezechielis contigit anno antecedente, qui erat quintus & captivitatis Iechoniæ, & regni Sedekiæ. De Daniele vero veteres Ecclesiastici Chronologi inter se velitati sunt, utrum priore captivitate, id est Iechoniæ; an posteriore, Ierosolymis & templo deletis, contigerit. Hippolytus priore, Africanus posteriore, Panodorus vetus monachus portentose desolatione Samariæ, & deportatione x Tribuum. Georgius Syncellus: Ταῦτα δὲ ὁ Ἀφρικανὸς μαρτυρεῖ, ὅτι ἐκ τῆς δευτέρας αἰχμαλωσίας Ἰούδα ἦν ὁ, τε Δανιὴλ, καὶ οἱ τρεῖς παῖδες. Πανόδωρος δὲ καὶ ἕτεροι τῶν ἱστορικῶν ἐκ τῆς ἐν Σαμαρείᾳ ὑπὸ Σαλμανασὰρ αἰχμαλωσίας. Item: ὁ ἅγιος Ἱππόλυτος ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας Ἰούδα καὶ τοὺς τρεῖς παῖδας λέγει τῆς ἐπὶ Ἰωαχείμ. ἄλλοι δὲ ἐκ τῆς ἐν Σαμαρείᾳ. De Iechonia imposuit illis confusio τοῦ Ἰωακεὶμ καὶ Ἰωαχεὶμ, vel potius ὁμωνυμία. Diserte ipse Daniel tertio regni Ioiakim filii Amon se deportatum fuisse scribit statim initio libri sui. Quare rejiciendum vetus Scholion ad illum locum Danielis, Βασιλείας Ἰωακείμ. Scholion: Ἰωακεὶμ λέγει τὸν υἱὸν Ἰωακείμ, Ἰωσίου δὲ ἔκγονον, ὃς καὶ Ἰεχονίας ἐπικέκληται. Nam ὁμωνύμους credit Ammonis filium & nepotem, ut Clemens Alexandrinus, quod supra indicavimus simul, & confutavimus.

MCCCCXXII. *Solon.*] Sententiam contentus reddere Hieronymus licenter hunc locum vertit. Sed Solon leges tulit in magistratu suo; quem gessit anno sequente. Itaque unius anni fuerit προχρονισμός. Solon enim fuit ἄρχων anno III Olymp. XLVI. Potuit alium auctorem sequi Eusebius.

Ibid. *Sua jura constituit.*] Ita excudi curavimus ex fide POST. Mariani, & Editionum. PR. vero habent: *nova genti, cui præerat, jura constituit.* cujus rei nullum vestigium extat in Græcis. Et quidem inepta sunt. "

Ibid. *Extra ea, quæ ad sanguinem pertinebant.*] Ælianus ποικίλ. VIII; cap. x, de Solone: καὶ ποτὲ ἐπαύσαντο Ἀθηναῖοι χρώμενοι τοῖς Δράκοντος. ἐκαλοῦντο δ' ἐκεῖνοι θεσμοί. μόνους δ' ἐφύλαξαν τοὺς φονικοὺς αὐτοῦ.

MCCCCXXVI. *Epimenides Athenas emundavit.*] In omnibus PR. *Athenas subvertit*. Nimirum quia Græce scribebatur sine apicibus accentuum, ΚΑΘΑΙΡΕΙ. Dubium enim est, utrum sit Καθαιρεῖ, an Καθαίρει, *subvertit*, an *emundat*. Profecto Hieronymus *subvertit* scriptum reliquit, non *emundavit*, quod quidam, quibus nota erat historia, supposuerunt. Nam quis unquam divinasset *subvertit* legendum esse, si Hieronymus *emundat* scripsisset? At quia historia notissima est, non magni laboris fuit emendare, & pro *subvertit*, *emundavit* legere. Quod enim tempore Hieronymi libri sine apicibus scriberentur, testis locus apud eundem Commentario in XIV cap. Zachariæ, ubi arborem ἄγνον dictam putat, quod casta sit, quum arbor vitex scribatur ἄγνος, castus autem ἁγνός. ut taceam ipsum cum aliis putasse salicem & populum unam arborem esse, & Græce ἄγνον vocari. quum salix, populus, & ἄγνος tres sint. neque ignoramus Grammaticos dixisse arborem ἄγνον quasi ἁγνὸν dictam. Ergo non est idem ἄγνος, & ἁγνός. Possumus etiam dicere, Hieronymum utram- ,,
que lectionem interpretatum fuisse, Καθαίρει; *emun-* ,,
dat: Καθαιρεῖ, *subvertit*. Unde factum, ut pars libro- "
rum priorem, pars altera posteriorem retinuerit. "

Ibid. *Epimenides Athenas emundavit.*] Vertendum erat: *Epimenides Athenas lustrat*. Puto ἕκτῃ Θαργηλιῶνος. Nam ab eo tempore καθαρμὸς τῆς πόλεως ea die quotannis fiebat. Hinc Epimenides cognominatus fuit Καθαρτής, auctore Iamblicho, id est Lustrator: qui proprie dicebatur Atheniensibus ἀπομάκτης. & Lustrationes ipsæ ἀπομάγματα. Sophocles Αἰχμαλωτίσι: στρατοῦ καθαρτὴς κἀπομαγμάτων ἴδρις. item: δεινότατος ἀπομάκτης τε μεγάλων συμφορῶν. Apud Iamblichum lego καθαρτής. quo nomine etiam Melampodem Amythaonis filium dictum perhibet Servius fine tertii Georgici. Epiphanius in Marcionem,

Hæresi

Hæresi LXII, 159, vocat Epimeniden ἀρχαῖον φιλόσοφον καὶ Μίθρα τοῦ παρὰ Κρησὶν εἰδωλείου .... deest ἱερέα, ut videtur legisse Cornarius, aut ἱεροφάντην. Sed falsum est antistitem aut Flaminem Mithræ apud Cretenses Epimenidem fuisse, quum Mithras sit Persicum idolum temporibus Epimenidis ne fando quidem Græcis notum. Sed quot ejusmodi sunt in illo eximio scriptore?

Ibid. *emundat.*] καθαίρει. Sed Hieronymus legebat καθαιρεῖ. quem errorem excusaverit Aristoteles, qui III Nicomacheon disputans περὶ τέλους βουλῆς, ubi probare vult, neminem sponte esse sceleſtum, neque invitum bonum, adducit proverbiale οὐδεὶς ἑκὼν πονηρὸς, οὐδ' ἄκων μακάριος. Atqui μακάριος non opponitur πονηρῷ. Quod mirum est tantum philosophum fugisse. Quare illud proverbiale non pro se, sed adversus se citavit. Est autem versus proverbialis, οὐδεὶς ἑκὼν πόνηρος, οὐδ' ἄκων μάκαρ. Nemo sponte est ærumnosus, nemo invitus beatus. Quod est scitum elegantissimum. Nam aliud est πόνηρος, μόχθηρος accentu in prima, aliud accentu in ultima: prius est ærumnosus, alterum sceleſtus. itaque eodem modo accentus decepit Aristotelem, quo Hieronymum.

MCCCCXXVI. *His temporibus.*] Hic mira inconſtantia est codicum in collocanda hac periocha. Marianus statuit anno primo Astyagis. PET. proxime ante annum primum captivitatis, qui est hic quidem annus, sed tamen alii aliter, quamvis hoc eoden. anno.

Ibid. *certantibus in agone.*] Ἀγωνιζομένοις. *certantibus.* nam superflua vox *agone.* περὶ τράγου καὶ τραγῳδίας quare actum agam, & quod ab aliis animadversum, hic repetam?

Ibid. *certantibus.*] Propterea quidam veteres Virgiliani codices II Georgic. olim non habebant. *Præmiaque ingentes pagos & compita circum.* sed *ingeniis.* Philargyrus. Quidam legunt *ingeniis*: ut sit, præmia posuerunt ingeniis. Dabatur autem hircus præmii nomine. unde hoc genus poëmatis Tragœdiam volunt dictam. Puto Virgilium *ingeniis* scriptum reliquisse, Quis non videt importune pagos ingentes vocari?

Ibid. *Hebræorum captivitas.*] Duplex error. quod XI annos attribuit Sedekiæ, qui X solidis regnavit. item quod hic statuit ultimum annum Sedekiæ, quum is inciderit in sequentem, nempe III Olympiad. XLVII. Sed anno sequenti, quem statuit primum captivitatis numerus Eusebianus, qui hactenus ἀναχρονισμῷ peccabat, incipit cum veris rationibus paria facere.

Ibid. *quod ab initio ædificationis suæ permanserat ann. CCCXLII.*] Plus dicit annis XV, ut ostendimus, quos prudens & imprudens justo numero adjecit, ut decem Ammoni Iosiæ filio dedita opera, & unum Iosiæ imprudens: undecim Sedekiæ, quum deberet decem, &c.

Ibid. *Sententiæ autem nostræ etiam Clemens congruit.*] Georgius Syncellus post illa verba, Μέμνηται δὲ τοῦ Οὐαφρῆ Ἱερεμίας, &c. subjicit: Ταῦτα Εὐσέβιος ὑποτάξας τῷ ια' ἔτει Σεδεκίου τὴν ἀπαρίθμησιν τῶν ο' τῆς αἰχμαλωσίας ἐτῶν ἀπὸ τοῦ θ' ἔτους Ἀστυάγους πεποίηται, &c. Sed mirum est, hunc Georgium, qui nullum errorem Eusebii præterire solet, hic duos insignes non animadvertisse, neque magnam ejus ἀλογιστίαν deprehendisse. Primo enim Eusebius loquitur de capto Sedekia, Clemens vero de capto Iechonia. deinde Eusebius agit de tertio anno XLVII Olympiadis, Clemens de anno primo XLVIII. ita ut sex anni inter utriusque Scriptoris tempus assignatum intercesserint.

Ibid. XLVIII. *Olympiade captivitatem Iudæorum factam esse contestans.*] Verba Clementis: τοῦ ἑνδεκάτου τοίνυν ἔτους πληρουμένου κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἑπομένου, βασιλεύοντος Ἰωακεὶμ, ἡ αἰχμαλωσία εἰς Βαβυλῶνα γίνεται ὑπὸ βασιλέως Ναβουχοδονόσορ, τῷ ἑβδόμῳ ἔτει βασιλεύοντος αὐτοῦ Ἀσσυρίων, Αἰγυπτίων δὲ Οὐαφρῆ βασιλεύοντος τῷ δευτέρῳ ἔτει, Φιλίππου δὲ Ἀθήνησιν ἄρχοντος τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης καὶ τεσσαρακοστῆς Ὀλυμπιάδος. καὶ ἔμεινεν ἡ αἰχμαλωσία ἐπὶ ἔτη ἑβδομήκοντα, καταλήξασα εἰς τὸ δεύτερον ἔτος τῆς Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου βασιλείας, τοῦ Περσῶν, καὶ Ἀσσυρίων, καὶ Αἰγυπτίων γεγονημένου βασιλέως. Loquitur, ut diximus, de Ioachin, sive Iechonia, quem ipsum Ἰωακεὶμ imprudenter nominat: à cujus deportatione dicit incipere annos septuaginta captivitatis ab Ieremia prædictæ, cap. XXIX, *10.* ubi propheta ad eos scribens, quos cum Ioiachin Babylonem deportaverat Nabuchodonosor, post LXX annos ait, eos restitutum iri in patriam. quo quid clarius dici potuit? Itaque à Iechonia capto recte à Clemente putantur anni septuaginta captivitatis. Atque hactenus bene Clemens. Sed quum à XLVIII Olympiade ineunte, ad secundum annum Darii, putat annos LXX, fugit eum ratio. Rursus quod ait eum fuisse secundum annum Waphris, non multum quidem discedit à vero, discedit tamen. Nam Waphres cœpit regnare anno septimo Sedekiæ; qui & septimus erat captivitatis Iechoniæ. ut hic error non tanti momenti est, ita ille maximi, quod secundum annum Waphris dicit congruere cum primo Olymp. XLVIII, quum is fuerit annus III Olympiadis XLVI.

Ibidem. *Phænippo.*] In Clemente Φιλίππου ἄρχοντος. Puto verum nomen illi Archonti Phænippo fuisse.

Ibid. *Hujus Vaphris quoque Ieremias certo loco meminit.*] Cap. XLIV, in fine. ubi vocatur חפרע quod pronunciandum est Haprea, quum Herodoto vocetur Ἀπρίης, Hapries. Sed Masoritæ, qui peregrinæ historiæ fuerunt imperitissimi, חָפְרַע Hophra. LXX, & Græcis aliis Οὐαφρῆς, ut Clementi, vel Οὐαφρῆς. Quem funestum finem nactus sit hic rex, habes plene apud Herodotum, quod jam ab Ieremia prædictum fuerat eodem loco. Hoc contigit anno periodi Julianæ 4145, annis XXI post casum Sedekiæ. Lege Herodotum, qui hanc historiam bona fide & convenienter verbis Ieremiæ describit: in quo videbis mirabilem consensum Herodoti cum verbo divino, tam in actu rerum, quam in ratione temporum. Pessime de historia, de veritate, de Christianismo meriti sunt, qui vetustissimos historiæ exoticæ auctores aversantur tanquam sacris Bibliis contrarios: cujus temerarii judicii hunc fructum percipiunt, ut qui priscos auctores mendacii postulent, ipsi omnium mendacissimi, vanissimi, & imperitissimi deprehendantur.

MCCCCXXVII. *Primus annus captivitatis.*] Hic sane est primus annus captivitatis Sedekiæ, non autem illius, à quo septuaginta anni denumerandi sunt. In hoc enim fallitur, quod hinc eos annos, non à capto Iechonia, putat, quum Ieremias diserte hinc, non à casu Sedekiæ, eos putandos esse doceat. Quod autem Eusebius recte in XLVII Olympiadis annum III exitium Sedekiæ contulerit, non judicio hoc fecit, sed casu, quemadmodum pictor ille apud Plinium, cui quum equus ab eo pictus displiceret, iratus operi suo, spongia impacta, expressit fortuitò, quod ab ingenio non potuerat. Sic Euse-

Eusebius, quia aliquot annos partim imprudẽs, partim sciens in dinumeratione regum Iuda infulsit, à casu consecutus est & ab errore, quod alioqui non potuisset, si superfluos annos regibus Iuda non adjecisset. Itaq; quum in omni intervallo duo termini sint, principium, & finis; in principio intervalli à prima Olympiade, ad casum Sedekiæ, auctorem sequutus est Clementem, qui primam Olympiadem statuit initio regni Ioatham. In fine autem illius intervalli, ejusdem Clementis quoque vestigiis hæsit, qui finem LXX annorum terminat anno secundo Darii Hystaspis filii. Sed quia in illo intervallo XII anni amplius sunt, quam ab initio Ioatham, ad secundum annum Darii Hystaspis, unum annum Iosiæ, & decem Ammoni, & unum item Sedekiæ extra numerum dedit. ita æquavit rationes suas, quæ, ut dixi, casu, non judicio cum veritate pariant. Nam certo certius est III anno Olympiadis XLVII excidium templi contigisse, anno Sabbatico, ut testatur Ieremias, XXVIII Iobelei, ut est apud Ezekielem, XXIX, 17, anno DCCCCVIII ab Exodo. Ab Exodo enim, ad conditum templi, anni sunt CCCCLXXX, hinc ad casum Sedekiæ anni CCCCXXVII. Colliguntur ab Exodo, ad casum Sedekiæ, anni 907. Ergo anno 908 currente captus Sedekias, & templum deletum. Deductis per perpetuam regulam 47. annis ab Exodo, ad primũ annũ γεωργίας, remanent anni à primo γεωργίας, ad casum Sedekiæ, 861. quæ sunt Iobelea absoluta XVII, & anni XXVIII de XVIII Iobeleo labente. Ita intervallum ab Exodo, ad casum Sedekiæ, demonstratum est. Nunc accommodandum epochis exoticæ historiæ. Erat XIX annus currens expeditionis Syriacæ Nabuchodonosori, septimus à morte Nabopollassari, id est trigesimus sextus ab initio Nabopollassari. Quintus enim annus Sedekiæ erat trigesimus Nabopollassari, Ezekielis I, I. At Nabopollassar cœpit imperare anno periodi Iulianæ 4089, quibus adjectis XXXV absolutis, componitur annus 4124 in periodo Iuliana, quo Sedekiæ clades contigit. qui profecto erat annus III Olymp'ad. XLVII, ut erat propositum. Sed & epocha Nabonassari aliter & validius demonstrata est in notis ad caput Epocharum Canonum Isagogicorum. Itaque negari non potest, veram esse hanc epocham capti Sedekiæ: in quam tot incurrunt demonstrationes: ut primus mensis Exodi inierit feria quinta: ut annus capti Sedekię fuerit non solum Sabbaticus, sed etiam XXVIII Iobelei XVIII currentis: ut annus Nabopollassari patris Nabuchodonosori trigesimus fuerit quintus regni Sedekiæ: ut annus XIII expeditionis Nabuchodonosori fuerit trigesimus ipsius Nabopollassari: ut idem annus XIII mirifice conveniat cum annalibus Phœnicum: ut denique anni Sabbatici Iudæorum hodierni congruant cum annis Sabbaticis prioris Templi. quod ostendit Iudæos perinde in deportatione annos Sabbaticos, ut diem Sabbati observasse. Multa alia concurrunt, quæ ideo non repetimus, quod suis locis disputata sunt. Hæc omnia hactenus ignorata fuisse satis ostendunt, quibus Sol in meridie non lucet, & à quibus partim per stuporem, partim per æmulationem confessio ingenua exprimi hactenus non potuit.

Ibid. *regnante apud Aegyptios Vaphre, apud Athenas Phænippo.*] Non regnabat Phænippus, sed magistratus erat. Vertendum: *Regnante apud Aegyptios Vaphre, Athenis prætore Phænippo.* non enim dixit βασιλεύοντος, sed ἄρ-
„ χοντος. Regnandi verbum odiosum Athenis.

MCCCCXXIX. *Corinthiorum monarchia destructa est.*] Nempe morte Periandri, quæ accidit anno primo Olympiadis XLVIII, ut hic notatum est, & Laërtius monuit, cui bene cum Eusebio convenit.

MCCCCXXX. *Solis facta defectio.*] Constat defectionem Solis accidisse, quando Medi & Lydi in procinctu erant, ut confligerent, quum derepente die in noctem vertente à prælio committendo utraque acies destitit. auctor Herodotus libro primo. Hæc defectio contigit anno tertio Olympiad. quadragesimæ octavæ, primo periodi Atticæ, Μουνυχιῶνος ἐνάτῃ φθίνοντος, die XXVIII Mai; anno periodi Julianę 4129, numero aureo VI, epacta castigata *. Erat annus sextus capti Iechoniæ; septimus Astyagis, trigesimus Alyattis. Quare hæc eclipsis pertinet ad annum Julianum, qui congruit numero MCCCCXXXII. Plinius in quartum annum Olympiadis XLVIII confert, propter exiguum intervallum inter hanc eclipsim, & anni sequentis initium. Supererant enim ad finem anni dies LII. Sic multi scriptores Palilia prima conjiciunt in annum primum Olympiadis VII, ut Dionysius Halicarnassensis, propter duos menses, qui intersunt inter Palilia anni IV Olympiadis VI, & initium anni primi Olympiadis sequentis. Video sæpe numero hoc nobilioribus scriptoribus contigisse, sive illis imposuerit exiguum intervallum inter epocham propositam, & initium sequentis anni; sive quia illius propter pauxillos dies rationem non habuerint.

MCCCCXXXI. *Alyattes & Astyages dimicaverunt.*] ὕστερον πρότερον. Nam hoc contigit ante defectionem Solis. non utique quod jam non potuerint dimicare, sed quia defectio debet sequi. quod verum est. Defectio enim collocanda numero MCCCCXXXII, ut jam monuimus. Et quidem ibi eam statuit BON. omnium „ codicum vetustissimus, anno III Olymp. XLVIII. „ Herodotus negat dimicasse, sed in eo fuisse, ut dimicarent. & mihi persuasit.

Ibid. *Alyattes & Astyages.*] Quidam scripti hanc periodum non habent. Fortasse commisso prælio deterriti sunt interventu defectionis sideris. Herodotus pater historiæ, & vetustissimorum scriptorum princeps, quo non capiuntur nisi elegantia ingenia, & quem Simioli non capiunt, is, inquam, ita scribit: οἱ δὲ Λυδοί τε καὶ οἱ Μῆδοι, ἐπείτε εἶδον νύκτα ἀντὶ ἡμέρης γενομένην, τῆς μάχης τε ἐπαύσαντο, καὶ μᾶλλόν τι ἔσπευσαν καὶ ἀμφότεροι εἰρήνην ἑωϋτοῖσι γενέσθαι.

Ibid. *& Astyages.*] Erat annus septimus Astyagis. Nam Herodotum fugit ratio de Cyaxare, sub quo hoc gestum contigisse refert. Ut accedimus Solino, qui hoc bellum inter Astyagen & Alyatten, non Cyaxarem gestum dicit, ita ab eo discedimus, quum dicit hoc contigisse anno post Ilium captum sexcentesimo quarto. Is enim fuerit annus Iphiti CXCVII, & proinde primus Olympiadis quinquagesimæ. quo magis castigandus ipse, qui dicit hoc gestum Olympiade quadragesima nona. Errat, quum contra hypothesin XLIX „ Olymp. pro LI ponit: deinde, quum anno DCIV à „ capto Ilio contigisse dicit, qui tantum erat annus „ DXCVIII. Herodotus enim sex annos bellum hoc „ durasse refert ante defectionem sideris: post defectionem statim Medos & Lydos in amicitiam coiisse interventu regis Babyloniæ, qui haud dubie est Nabuchodonosorus. Contigit enim hoc deliquium Solis anno CLXIV Nabonassari, Tybi XIII, feria quarta, anno XIV post mortem Nabopollassari, & visionem Ezekielis, qui est quintusdecimus imperii Babylonici Nabuchodonosori, & vigesimus octavus expeditionis Syriacæ; & quartusdecimus à somnio Nabuchodonosori. Daniel. II. Vide hanc synopsim Chronologicam.

ΒΑΒΥΛΩΝΟΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΧΡΟΝΟΓΡΑΦΙΑ ΕΚ ΤΩΝ ΜΕΓΑΣΘΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΒΗΡΩΣΣΟΥ ΒΑΒΥΛΩΝΙΑΚΩΝ.

Numerus Euſebianus. *Anni Nabonaſſar.*

Ναβοπολλάσαρος ἔτη κθ.
Nabopollaſſarus annos XXIX.

MCCCXCII,	123.	Primus annus Nabopollaſſari.
MCCCXCVI.	127.	Eclipſis Lunæ XXVIII Athyr, Aprilis XXI.
MCCCC.	131.	Annus primus Ioiakim, qui & Eliakim.
MCCCCIII.	134.	Annus quartus Ioiakim. Ieremiæ XXVI, *1.* Daniel captivus abducitur. Danielis primo.
MCCCCIV.	135.	Jejunium indicitur nono menſe, cujus neomenia *III* Novembris, feria II, anno Judaico, 3149. Erat annus abundans.
MCCCCXVII.	148.	Joiachin Rex & Ezekiel propheta captivi. Initium LXX annorum captivitatis. Ieremiæ XXIX, 10. Initium Sedekiæ, Quartus annus Hebdomadis annalis. Ierem. XXVIII, 1. Nabuchodonoſor expugnat Tyrum anno XIII obſidionis.
MCCCCXXII.	152.	Oblata viſio Ezekieli in Chaldæa quinto anno captivitatis Iechoniæ, quinta menſis quarti, feria quinta, Iulii III, anno Iudaico 3165. Anno abundanti. Moritur Nabopollaſſarus pater Nabuchodonoſori, trigeſimo anno imperii ſui, quinto captivitatis Iechoniæ.

Ναβουχοδονόσορος ἔτη λ.
Nabuchodonoſorus annos XXX poſt patrem.

MCCCCXXII.	152.	Primus annus Nabuchodonoſori.
MCCCCXXII.	153.	Daniel ſomnium Nabuchodonoſoro exponit. Daniel II. Sextus annus captivitatis, & regni Sedekiæ. Ezekiel VIII, 1. & IX, & X.
MCCCCXXIII.	154.	Septimus annus captivitatis. Ezekiel XX. Decima menſis quinti, feria ſexta, Iulii XVI, anno Iudaico *3167.*
MCCCCXXV.	156.	Decimus annus Sedekiæ & captivitatis. Ezekiel XXIV. Decima menſis decimi, feria quinta, XX Decembris, anno Iudaico *3170.* Ieremiæ XXXII, 1. Annus XXVII Iobelei XVIII. Ezekiel XXIX, *17.*
MCCCCXXVII.	158.	*B.* Undecimus annus Sedekiæ. Excidium templi decima menſis quinti, prid. Kal. Auguſti, feria ſexta, anno Iudaico *3171.* defectivo. Ieremiæ LII, *12.* *A.* Nona menſis quarti deficit omnis commeatus, Iulii ſecunda. Irrumpunt Chaldæi in urbem. Ierem. ibid. 6, 7. Annus decimus nonus Nabuchodonoſori, Ieremiæ LII, *12.* hoc eſt iniens, XVIII abſolutis. Ibid. *29.*
MCCCCXXVIII.	159.	XII annus captivitatis. Ezek. XXXII, *1.* XXXIII, *21.* Neomenia menſis duodecimi XVI Februarii, feria ſecunda, anno Iudaico *3172.* abundanti.
MCCCCXXXI.	162.	XXIII annus Nabuchodonoſori. Ieremiæ LII, *30.*
MCCCCXXXII.	163.	Defectio Solis, quam prædixit Thales.
MCCCCXXXIX.	170.	XXIII annus Nabuchodonoſori. Ierem. LII, *30.*
MCCCCXLI.	172.	Vigeſimus quintus annus deportationis. Ezekiel XL, 1. Decima menſis primi, XXX Martii, feria V, anno Iudaico defectivo *3185.*

Ευιλμαραδοχος Ναβουχοδονόσορου ἔτη β.
Ewilmaradochus Nabuchodonoſori F. ann. *II.*

MCCCCLII.	183.	Trigeſimus ſeptimus annus deportationis Ioiachin. Ieremiæ LII, 31. Laxatus vinculis Ioiachin anno LV ætatis ſuæ, XXV menſis XII, Martii V, feria II, anno Iudaico 3197, ordinario.

Νηριγλισσόορος κηδεστὴς Ευιλμαροδόχου ἔτη δ.
Nerigleſſoorus affinis Ewilmarodachi ann. IV.

MCCCCLVII.	188.	Primus annus Cyri in Perſide.

Nume-

Numerus Euſebianus.	*Annus Nabonaſſar.*	

Λαβοροσοάρχοδος Ναβουχοδονοσόρου θυγατριδοῦς μῆνας θ.
Laboroſoarchodos Nabuchodonoſori ex filia nepos menſ. IX. Is eſt Baltaſar.

MCCCCLIX.	190.	Baltaſar à convivis ſuis conſpiratione inita trucidatur, ſignifero conjurationis Nabonido Mede.

Ναβόνιδος Μήδης ἀλλόφυλος ἔτη ιζ.
Nabonidus Medes alienigena XVII.

MCCCCLX.	191.	Daniel legit librum Ieremiæ cap. XXIX, 10. Daniel. IX. anno deportationis XLIII, annis XXVII ante ſolutionem captivitatis.
MCCCCLXXVII.	208.	Nabonidus expugnatur à Cyro in arce Borſippena. Primus annus Cyri in Chaldæa. Canon Chronolog. regum Babylonis.
MCCCCLXXXVI.	217.	Primus anni Cyri per totam Aſiam. Laxatur captivitas.
MCCCCLXXXVIII.	219.	III annus Cyri iniens. Dan. X, 1. Moritur Cyrus.

Si hodierni Chronologi ſic exotica ſcripta cum ſacris monimentis comparaſſent, non opus eis fuiſſet ad inanes conjecturas confugere, quibus hiſtoriam ſacram temerarunt, rationes temporum conturbarunt, cœlum mari miſcuerunt, quum ſe ſolos ſapientes, veteres autem fungos eſſe non ſolum putant, ſed aliis perſuadere conantur. Hic omnia ad unguem cum ſacra hiſtoria congruunt. Beroſus Nabuchodonoſoro XLIII annos tribuit, quod & facit Canon Chronologicus regum Babyloniæ. Sed manifeſto Beroſus comprehendit annos XIII expeditionis, qua miſſus cum poteſtate & regio nomine. Secundus annus ejuſdem apud Danielem II, 1. putatur à morte Nabopollaſſari. Totidem illi attribuit ſcriptura. Nam XXXVI anno deportationis ſuæ abſoluto, Iechonias, qui & Ioiachin, reſtituitur libertati. Ierem. LII, fine. Septem annis abſolutis ante captivitatem Iechoniæ octavo expeditionis ſuæ, poſtquam miſſus à patre, Iechoniam captivum abduxit. Itaque XLIV anno ab expeditione ſua obiit Nabuchodonoſorus ſocius regni patris, ut & diſerte extat apud Beroſum. Jam Nerigleſſoorus gener Nabuchodonoſori, interfecto Ewilmerodacho, ut filium ſuum nepotem Nabuchodonoſori in ſolio avito collocaret, ipſe adminiſtravit imperium, filio Laboroſoarchodo adhuc rebus gerendis inepto, quod admodum puer eſſet. Quatuor igitur annos adminiſtrationis Nerigloſſoori, & tutelæ filii ejus regnum Neregloſſoori vocat Beroſus; quod nomine quidem filii tutor eſſet, re autem inſeſſor regni. Nerigloſſooro mortuo, filius, quanquam adoleſcentulus, admovetur rerum habenis, qui imperii dulcedine ebrius, & inſolentior factus, ab amicis conjuratione facta opprimitur. ἀπετυμπανίσθη dicit Beroſus, Megaſthenes apud Abydinum, ἀπέθανε βιαίῳ μόρῳ. ἀποτυμπανίζειν Gallis dicitur *aſſommer, maſſacrer*. de quo in Canonibus ſatis diximus,
„ quum hanc hiſtoriam tractaremus. neque aliter acci-
„ piendum in Epiſtola ad Hebr. XI, 35. ut recte vertit
„ Syrus interpres. Hinc τυμπανισμὸς veteribus Latinis *Fuſtuarium*. Polybius vertit ξυλοκοπεῖον. vulgo *Maſſaculum*. Hinc etiam Heſychio ἡμιτυμπανιστὸς, ἡμιθανής. Apud Danielem legimus conjuratione facta idem accidiſſe Regi Baltaſari, & ab eis, quos ad cœnam vocaverat, trucidatum: quod nullus neque Chriſtianorum neque Iudæorum antea animadverterat. Nunc Sole clarius eſt à convivis oppreſſum, & ducem ejus factionis Nabonidum Medem regem factum. Itaque Laboroſoarchodus eſt Baltaſar, Nabonidus eſt Darius Medus, præſertim quum Μήδης cognominetur Megaſtheni & Abydino. Ideo qui Danieli eſt annus primus, tertius Baltaſari, is Beroſo eſt annus primus, tertius Nerigliſſoori, quod nomine Baltaſaris filii imperium adminiſtraret. Itaque omnia conveniunt præter nomina, quæ mutari ſolere in regibus imperium ineuntibus nemo neſcit. Apud Medos Aſtibaras idem qui & Cyaxares, Apandas, qui Aſtyages. Apud Perſas Ochus & Darius Nothus idem eſt, idem Darius ultimus & Codomanus. Apud Aſſyrios idem Sardanapalus, & Tonos Concoleros. Apud Babylonios Labynithus, (id eſt Nabonidus) & Nabuchodonoſorus idem Herodoto. Apud Iudæos Uzzias, & Azarias, Eliakim & Ioiakim, Iechonias & Ioiachin, Mathanias & Sedekias. Quam futilis objectio de nomine, ut quum reliqua omnia conveniant, diſcrimen nominis faciat, ne Mævius ſit Mævius, & denique accidentia mutent ſubſtantiam. Et tamen iſti, qui ad hæc ſtudia nihil adferunt, præter contentioſam imperitiam, ſolam nominum diverſitatem, & Darium quendam Medum ex Cyri pædia Xenophontis objiciunt. In quo tam fruſtra ſunt, quam quod neſciunt ne imaginem quidem ullam veri eſſe in illo opere Xenophontis, ne nomina quidem vera, præter nomen Cyri, & unum aut duo alia: ne addam imperitiam, quæ Darium ex Medis oriundum regem Medorum faciunt. quo quid imperitius excogitari poteſt? Certe oriundus ex Medis tantum abeſt ut rex Medorum ſit, ut ne Medus quidem ſit. Sed hæc à nobis non vulgari genere diſputata ſunt in opere De emendatione temporum tam adverſus homines id genus, quam Benedictum Pererium, qui nihil Danieli contulit, præter plauſtrum objectionum, & ſolutionum pædagogicarum, more popularium ſectæ ſuæ, & in illis Commentariis ſuis Cyrum poſt mortem Cambyſis ab inferis excitat, ad edictum de ſolvenda captivitate Iudæorum faciendum. Certe ubique is prodit ſe neſciſſe antea neque quid eſſet Chronologia, neque quid Daniel, & omnium harum rerum imperitum ſe ad ea ſcribenda contuliſſe, ut docendo diſceret: quod multi faciunt hodie.

MCCCCXXXV. *Iſthmia poſt Melicerten.*] Tempore Herculis ter acta ſcribit Apollodorus. αὖθις δὲ τῆς τρίτης Ἰσθμιάδος πληρουμένης, Ἠλείων τοὺς Μολιονίδας πεμψάντων συνθύτας, ἐν Κλεωναῖς ἐνεδρεύσας, τούτους Ἡρακλῆς ἀπέκτεινε. Iſthmia vero erant trieterica, ut & Nemea: quod tum ex aliis, tum ex Statio conſtat. Itaque neceſſe erat, ut in una Olymp. bina Iſthmia, & bina Nemea celebrarentur. Quare optime Julianus „
Apoſtata in Epiſtola pro Argivis; duplicia eſſe Iſth- „
mia, & duplicia Nemea: διπλᾶ δέ ἐστι Nemea παρὰ „

 τοῖς „

,, τοῖς Αργείοις, καθάπερ Ισθμια παρὰ Κορινθίοις. ,, ἐν μὲν τοι τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ δύο παρῆκεν) παρὰ ,, τοῖς Αργείοις ἀγῶνες ἕτεροι οἵδε, ὥστε εἶναι τέσσαρας ,, πάντας ἐνιαυτοῖς τέσσαρσι. Recte sane. Celebrantur autem utraque primo, & tertio anno Olympiadis. Quare hic unius anni prochronismus est. Idem error apud Diodorum Siculum: qui scribit Νεμέων ἀγῶνα instauratum anno secundo Olympiadis CXVI. ἄρχοντος Πραξιβούλου. Falsissimum. Itaque omnino eodem anno concurrebant Isthmia, & Nemea, sed non eodem die. Recte quidem Isthmiorum instauratio in tertium annum Olympiadis XLIX conjecta est. Sed videtur in primo anno ejusdem Olympiadis statui commodius posse. Eo enim anno Corinthii Cypselidarum tyrannide liberati illud ludicrum instaurarunt, teste Solino. Sed adi librum tertium Isagogicorum Canonum, ubi de regno Cypselidarum disputatur.

Ibid. *Pythia.*] Pythia instaurabantur tertio quoque anno Olympiadis, ut & Panathenæa. Erant enim pentaeterica, id est quinto quoque anno in orbem redeuntia. Sed prima Pythia instituta fuerunt anno tertio Olympiadis XLVIII, non autem XLIX, ut hic. Secunda vero Pythiade, quæ hoc anno celebrata est, agon factus est στεφανίτης: & fortasse huc respicit Eusebius. neque dubito. Vide quæ in I lib. de Emend. Temp. ,, Pythiorum origo repetitur à Crissæo bello, de quo ,, vide in prolegomenis Pythiorum Pindari, cujus ,, etiam meminerat Trogus libro III, ut ex periochis ,, à Iac. Bongarsio editis constat.

MCCCCXXXVI. *Servius ann. XXXVI.*] Solido decennio annos Servii Regis mutilavit. Cassiodorus eum sequitur, ut in aliis. Sine dubio ideo hos annos regum Rom. mutilavit Eusebius, quia quæ à quibusdam Scriptoribus notata videbat, sub regibus Rom. ea non poterant convenire, nisi annos aliorum regum truncaret, alios extenderet: quod in regibus Iuda, & aliis fecit.

,, Ibid. *Servius Tullius.*] Hieronymus ad verbum ex ,, Eutropio.

MCCCCXL. *Astyages contra Lydios pugnat.*] Ridiculum. Nam post defectionem Solis reconciliatis animis Medi & Lydi nunquam bellum instaurarunt.

MCCCCXLIV. *Mortuo Nabuchodonosor rege.*] Hic inconstantes sunt codices. Nam hanc periochen alii ponunt IX anno captivitatis, alii XV, ut FR. alii XVIII, ut PET. Sed nullo modo recte. Nam Nabuchodonosor obiit trigesimo septimo anno deportationis Ioiachin numero MCCCCLII. Itaque nescio quid habebat in animo, quum hæc scriberet, Eusebius.

MCCCCXLIX. *Agon Nemeacus.*] Jam de eo proxime diximus. Scholia Pindari perhibent Nemea sex diebus post Tlepolemia celebrari solita. Tlepolemia autem agebantur XXIV Gorpiæi. Ergo neomenia Hyperberetæi instaurabantur Nemea. Et recte hic posita sunt è regione anni primi Olympiadis. Nam errorem Diodori proxime notavimus, qui anno secundo Olympiadis celebrata scribit.

Ibid. *post eum, qui sub Archemoro fuit.*] μετὰ τὸν ἐπ' Αρχεμόρῳ. *post eum, qui in honorem Archemori celebratus est.* De hac non recta interpretatione Hieronymi alibi diximus.

MCCCCLII. *Phalaris.*] Melius in hoc tempus confertur, quam superius MCCCCXC. Nam eum floruisse Olympiade LII scribit Suidas.

MCCCCLII. *Eugamon Cyrenæus.*] Clemens Alexandrinus Stromateo sexto: αὐτοτελῶς γὰρ τὰ ἑτέρων ὑφελόμενοι ὡς ἴδια ἐξήνεγκαν, καθάπερ Ευγάμων ὁ Κυρηναῖος ἐκ Μουσαίου τὸ περὶ Θεσπρωτῶν βιβλίον ὁλόκληρον. Apud alium scriptorem hujus poëtæ mentionem fieri non memini, & quidem diligentiam hominis oculatissimi & accuratissimi Lilii Gyraldi effugit.

Ibid. *Telegoniam.*] In Græcis Τηλεγονίαν. Sed " quis Τηλέγονος iste, quæratur. Nam non unus hoc " nomine fuit. "

Ibid. *Agon Gymnicus, quem Panathenæon vocant, actus.*] Panegyris hæc à Theseo instituta, quod Atticæ populos in urbem contraxisset, ut superius diximus. unde nomen huic solenni: quod quidem primis temporibus quotannis instaurabatur. Postea factus est ἀγὼν στεφανίτης πενταετηρικὸς, hoc est quinto quoque anno rediens, posteaquam præmium & corona victori proposita sunt. Præmium, sive ἆθλον, erat κέραμος ἐλαίου, amphora olei, & corona ex olea. Oleum erat ex illis oleis expressum, quæ μορίαι dicebantur, sacræ Minervæ. κεράμια hæc κάλπιδας vocat Callimachus, quum de hoc oleo, quod victorum erat præmium, loqueretur:

> Καὶ παρ' Αθηναίοις γὰρ ἐπὶ στέγος ἱερὸν ἧνται
> Κάλπιδες οὐ κόσμου σύμβολον, ἀλλὰ πάλης.

Simonides. "

> Καὶ Παναθηναίοις στεφάνους λάβε πέντ' ἐπ' "
> ἀέθλοις "
> Εξήκοντ' * ἀμφιφορεῖς ἐλαίου. "

Pindarus Nemeaco X. —γαίᾳ δ' καυ— θείσᾳ πυρὶ καρπὸς ἐλαίας ἔμολεν Ηρας τὸν ἀ— νορεαλαὸν, ἐν ἀγγέων ἕρκεσιν παμποικίλοις.

Non erat ἐλαίου ἐξαγωγὴ, id est, *nemini* licebat Athenis *alio* oleum exportare, nisi ei, qui Panathenæa vicisset. Non tamen propterea omissa est solennis celebratio priorum Παναθηναίων. sed ea vocata sunt μικρά. Itaque quum legimus apud Suidam Phrynin " Citharædum vicisse sub Callia prætore, intelligen- " dum τὰ μικρά. Nam Callias ille magistratum gerebat " anno primo Olympiadis LXXV, numero MDXXXVII. " quæ autem quinto quoque anno repetebantur, dicta μεγάλα Παναθήναια. Isocrates Παναθηναϊκῷ. μικρὸν δὲ πρὸ τῶν μεγάλων Παναθηναίων. Auctorem τῶν Παναθηναίων Erichthonium fuisse scribebat Hellanicus & Androtion apud Harpocrationem: sed ante Erichthonium Αθήναια, non Παναθήναια vocata fuisse monet Istrus Historicus apud eundem. Hanc autem pentaëterida Eusebius institutam scribit an. III Olympiadis LIII. Sed Plutarchus auctor est longo post tempore à Pericle introductam. Quandocunque celebrari cepta fuerit, certum est eam instaurari solitam anno III Olympiadis: ac propterea in libris de emendatione temporum præcipitur periodo Olympicæ addere XXXVIII, aut, quod idem est, de eadem deducere eundem numerum, ut habeas periodum Atticam. Hæc tam præclara anni Attici cognitio, quam ex tenebris eruimus, tanti momenti est, ut sine ea omnis ratio Atticorum temporum manca sit. Sub Hippoclide Ar- " chonte Panathenæa instituta fuisse scribit auctor vitæ " Thucydidis. "

MCCCCLIII. *Aesopus.*] Suidas: ἐν γὰρ Δελφοῖς ἀδίκως ἀπολέσθαι ὑπ' αὐτῶν καταρκρημνισθέντα ἀπὸ τῶν Φαιδριάδων καλουμένων πετρῶν κατὰ τὴν νδ' Ολυμπιάδα. Recte ergo ejus mors in hunc annum conjicitur. Non tamen à Delphis è rupe Phædriade præcipitatus fuerit, si quidem verum est ipsum anno III Olymp. XL descripsisse libris duobus omnia, quæ sibi contigerant, dum Delphis esset. Idem Suidas: Διέτριψε δὲ παρὰ Κροίσῳ φιλούμενος, τοῖς χρόνοις

περὶ Πυθαγόρου, ὃς μεσοῦσης τῆς μ Ολυμπιάδος ἔγραψε τὰ ἐν Δελφοῖς αὐτῷ συμβάντα ἐν βιβλίοις β. Nugatur Græculus Alexander apud Photium 252. ὡς Αἰσωπὸς ἀναιρεθεὶς ὑπὸ Δελφῶν ἀνεβίωσε, καὶ συνεμάχει τοῖς Ἕλλησι περὶ Θερμοπύλας. Nugæ Græculorum.

MCCCCLIV. *Abaris de Scythia.*] Herodotus libro IV, & alii. Vulgatissima historia. Ut tempus compendi facias, lege de hoc ipso doctissima Lilii Gyraldi Collectanea, dialogo de poëtis tertio. De hoc Abari legi apud Firmicum de errore prof. relig. quod alias nuspiam. Sic enim loquens de Palladio Trojano: *Simulacrum est ex ossibus Pelopis factum. Hoc Abaris Scytha fecisse perhibetur.* Infra: *Simulacrum hoc Trojanus Abaris vendidit stultis hominibus vana promittens.* Quis auctor scripsit ante tempora Trojana hunc Abarim fuisse? Sed tamen videtur aliquod hujus vetustatis extare vestigium apud interpretem ἱππέων Aristophanis, ubi loquitur περὶ εἰρεσιώνης. Nam quum τῆς εἰρεσιώνης originem à vetustissimis temporibus repetat, postea subjungit: ὅτι δὴ καὶ Βάβριν (Ἄβαριν) φασὶ τὸν Ὑπερβόρειον ἐλθόντα θεωρὸν εἰς τὴν Ἑλλάδα Ἀπόλλωνι θητεῦσαι, καὶ οὕτω συγγράψαι τῶν χρησμοὺς τοὺς νῦν περιαγορευομένους βάριδας (Ἀβάριδος.)

MCCCCLVI. *Cyrus Medorum destruxit imperium.*] Decem annorum prochronismus. Astyages enim imperio exutus numero MCCCCLXVI. Itaque est hallucinatio, quod initium Cyri capiat ab Astyagis casu. cur non etiam à Crœsi? Cyrus primus omnium Persis imperavit. Progressu temporis reliqua imperia sibi subjecit, non statim, ut putat Eusebius. Itaque dum hoc affectat Eusebius, ut imperii Medorum finem collocet in I V anno Olymp. LIV, non magis pepercit annis Regum Medorum, quam antea fecerat, quum integram Dynastian in rebus Ægyptiacis & quatuor reges de Assyriorum successione expunxit. Ita non est dubium, quin regum Mediæ annos ideo mutilaverit, ut ultimus annus imperii Astyagis in anno IV Olymp. LIV desineret.

Ibid. *regnavit Persis, ubverso rege Medorum.*] Perinde ac si diceret, regnavit Athenis, subverso rege Macedonum. Latina autem manca sunt omissis illis γεγονὼς ἐν ἔτεσι οὐθ. *Cyrus Astyage sublato, imperium Medorum delevit, quod stetit ann.* CCLIX Ratio convenit, à numero MCXCVII, ad præsentem annum.

Ibid. *Cyrus Hebræorum captivitate.*] Quamvis multa deliria Chronologorum extiterint extentque super tempore laxatæ deportationis, nullum tamen magis ridiculum, quam id, quod illud tempus statuit in anno primo Cyri in Perside. Tria enim initia sunt Cyri, Persarum imperii in LV Olympiade, Chaldæorum imperii in XXII anno ejusdem Cyri, quum expugnato Nabonido Mede, Chaldæorum regnum adeptus est. hoc est IX annis ante mortem ejus, ut auctor est Canon Chronologicus regum Babyloniæ. Tertium initium à subjugatis Bactrianis, quum toto Asiæ imperio à finibus Indiæ, ad Cycladas insulas, potitus est. Hoc ultimo initio utuntur Daniel, & Esdras in annis laxatæ captivitatis, ut nullum annum primum Cyri intelligant, quam qui consurgit ex ejus XXIX anno imperii Persici. Sic Caroli magni duo initia sunt, regni in Galliis & Germania, imperii in Italia. His ita animadversis, videmus quam laxis habenis licentia Chronologorum evagata sit, idque dupliciter. primum, quod annum laxatæ captivitatis statuunt in primo anno imperii Persici, item quum initium septuaginta annorum instituunt à casu Sedekiæ. Unde decem Olympiadum fit προχρονισμός. Nam secundum hæc necesse est initium Sedekiæ statuere anno primo Olympiadis tertiæ, quadraginta septem annis ante initium Merodach, qui tamen regnabat anno XIV Ezekiæ: &, quod superat omnem jocularem delirationem, Sedekias, qui captus est anno XVIII expeditionis Syriacæ, secundum hæc captus fuerit viginti tribus annis ante expeditionem Nabuchodonosori Syriacam, sex annis ante initium Nabopollassari patris Nabuchodonosori. Qui exemplum singulare hujus insaniæ videre vult, legat Commentarios Benedicti Pererii in Danielem: qui non minus ridiculus est in statuendo anno laxatæ captivitatis in Olympiade LV ineunte, quam in Susannæ, Beli, & Draconis historia asserenda. Ubi duarum rerum fidem fecit, unius, quum ad scribendum illos Commentarios accederet, se prorsus tironem in Chronologicis fuisse, alterius, se falsorum scriptorum vindicem & patronum esse, etiam eorum, quæ & veteres Patres, & post illos, Hieronymus damnavit. Sed nihil magis profitentur populares ejus.

Ibid. *solo altari consistente.*] Nihil Ierosolymis, præter altare, constructum fuisse, usque ad II annum Darii, fugit eum ratio: & insigniter ab eo peccatum est. Nam templi fundamenta sub Cyro jacta sunt, & opus continuatum, quantum per incursiones finitimorum licuit, toto imperio Cambysæ, Magorum, & Darii Hystaspidæ. Deinde interpellatum toto Artaxerxis μακρόχειρος tempore, sub Dario notho repetitum, quinque annis absolutum est. Esdræ, VI, 15. Si tantæ moli absolvendæ quinquennium duntaxat insumptum est, quis dubitat majorem partem antea extructam fuisse, & minus operi absolvendo reliquum fuisse, quam ei, quod jam sub Cambyse, & Dario ædificatum erat? Quid enim vult illa? *Audierunt autem hostes Iuda, quia filii captivitatis ædificarent templum Domino Deo Israël.* Esdræ IV, 1. vide totum Caput.

MCCCCLIX. *Chilo, qui de septem Sapientibus fuit, Ephorus Lacedæmone.*] Hoc multis annis antea contigisse scribebat numero MCCLXV. Vide quæ ibi notavimus. Itaque ibi videtur accipiendum de quinque Ephoris à Theopompo rege creatis; quo nomine multum imminuit majestatem regiam. Hic vero intelligendum puto de Ephoro primo, qui ἐπώνυμος dicebatur: cujusmodi primus omnium Elatus creatus fuit.

Ibidem. *dispositione communi gentis.*] Hæc desunt in Græcis, quæ nescio an mutilaverit Georgius. τὸ κοινὸν τοῦ ἔθνους, quid sit, nemo nescit: ut κοινὸν τῆς Ἀσίας, κοινὸν Ἐφεσίων in nummis. Diogenes Laërtius de hac re: γέγονε δὲ ἔφορος κατὰ τὴν πεντηκοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα. Παμφίλη δέ φησι κατὰ τὴν ἕκτην (πέμπτην) καὶ πρῶτον ἔφορον γενέσθαι ἐπὶ Εὐθυδήμου, ὥς φησι Σωσικράτης. Si hoc verum est, hic est προχρονισμὸς unius Olympiadis.

MCCCCLXI. *Simonides clarus habetur.*] Neque hic locum habet Simonides.

MCCCCLXII. *Anaximenes Physicus Philosophus agnoscitur.*] Suidas: γέγονεν ἐν τῇ νε Ὀλυμπιάδι, ἐν τῇ Σάρδεων ἁλώσει, ὅτε Κῦρος ὁ Πέρσης Κροῖσον καθεῖλεν. *Vivebat* LV *Olympiade, quum Sardes captæ sunt, & Cyrus Crœsum destruxit,* aut devicit. Atqui Sardes non sunt captæ LV Olympiade. Verba illa Suidæ portentosa ex mage portentosis Laërtii verbis deducta sunt. Καὶ γεγένηται μὲν, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος, τῇ ἑξηκοστῇ τρίτῃ Ὀλυμπιάδι, ἐτελεύτησε δὲ περὶ τὴν Σάρδεων ἅλωσιν. atqui Σάρδεων ἅλωσις prior Olympiade LXIII multis annis. Hic Oedipo opus est. In Græcis Eusebii legitur Ἀναξιμένιδης mendose.

„ MCCCCLXVII. *Thales moritur.*] Plenius Casaubon. „ Chronicon. Θαλῆς ὁ Ἐξαμίου Μιλήσιος, πρῶτος „ φυσικὸς φιλόσοφος ἀπέθανεν ζήσας ἔτη Ϙα. non „ dubito, quin ab Africano.

MCCCCLXVIII. *Templum Apollinis Delphici secunda vice incenderunt.*] Numero DLXVI de Phlegyis annotavimus. Post Phlegyas à Pyrrho Neptolemo Achillis filio: deinde à Xerxis exercitu: deinceps à Phocensium proceribus: postremo à Gallis incensum aut direptum scribit Pausanias. Tertio à Thracibus incensum narrat Eusebius περὶ παρασκευ. δ. τὸ μὲν γε Δελφικὸν χρηστήριον τρίτον ὑπὸ Θρᾳκῶν ἐμπρησθῆναι κατέχει λόγος, οὐδὲν δὲ μαντείας εἰς τὴν μέλλοντος γνῶσιν, ἀλλὰ οὐδὲ τοῦ Πυθίου τὰ οἰκεῖα προφυλάξασθαι δεδυνημένου. Arnobius huc respiciebat: *Ubi denique Apollo divinus, quum à piratis, maritimisque prædonibus & spoliatus ita est, & incensus, ut ex tot auri ponderibus, quæ infinita congesserant sæcula, ne unum quidem habuerit scripulum, quod hirundinibus hospitis, Varro ut dicit in Menippeis, ostenderet?* Sed historia, quam hic tangit Eusebius, non omnibus obvia. Intelligitur enim templum à Pisistratidis incensum, quod postea ab Alcmæonidis instauratum est. Pindarus Pythico VII. Ἄπολλον, σοὶ πέντε δόμον. Scholion post alia: περὶ τὴν ἱστορίαν. λέγεται γὰρ, ὅτι τὸν Πυθικὸν ναὸν πρησθέντα, ὥς φασιν, ὑπὸ τῶν Πεισιστρατιδῶν οἱ Ἀλκμαιωνίδαι φυγαδευθέντες ὑπ᾽ αὐτῶν ὑπέστησαν ἀνοικοδομῆσαι. καὶ δεξάμενοι χρήματα, καὶ συναγαγόντες δύναμιν ἐπέθεντο τοῖς Πεισιστρατίδαις. καὶ νικήσαντες μετ᾽ εὐχαριστηρίων πλειόνων ἀνῳκοδόμησαν τῷ θεῷ τέμενος. Ad hanc instaurationem templi Delphici multum contribuit Amasis „ rex Ægypti. De hoc Pisistratidarum incendio intel„ligebat Herodotus libro primo; ubi περὶ Κροίσου „ ἀναθημάτων loquitur. ἐποιέετο δὲ καὶ λέοντος εἰ„κόνα χρυσοῦ ἀπέφθου ἕλκουσαν σταθμὸν τάλαντα „ δέκα. οὗτος ὁ λέων, ἐπείτε κατεκαίετο ὁ ἐν Δελφοῖς „ ναὸς, κατέπεσε ἀπὸ τῶν ἡμιπλινθίων. Pagina au„tem 101, 15. Henrici Stephani loquitur περὶ ἐμ„πρησμοῦ αὐτομάτου, neque Pisistratidarum me„ minit.

MCCCCLXIX. *Cræsus à Cyro captus.*] Hoc accidit exitu hujus Olympiadis, ineunte LIX, ut ex Laërtio colligimus in Periandro. Vide Canones Isagogicos. „ Apud Suidam Crœsus in potestatem Cyri venit LV „ Olympiade. Ita verba ejus de Anaximene: γέγονεν „ ἐν τῇ νε Ὀλυμπιάδι, ἐν τῇ Σάρδεων ἁλώσει, ὅτε „ Κῦρος ὁ Πέρσης Κροῖσον καθεῖλεν. aut errat, aut „ legendum νθ Ὀλυμπιάδι.

Ibid. *Lydorum regnum destructum est, quod stetit annis* CCXXX.] Eusebius sequitur auctores suos. Nos ab initio Ardysi, ad excidium hujus regni, putamus annos CCXLIX. Nam annis XIX minus dicit Eusebius.

Ibid. *quot stetit annis* CCXXX.] In Græcis ἔτη σλβ. duobus annis amplius.

Ibid. *Tarquinius Superbus socero.*] Hieronymus ex Eutropio.

Ibid. *Tarquinius Superbus ann.* XXXV.] Quod decennium abstulerat Servio, id largitur Tarquinio. Non est hac in re imitandus, ne quid aliud dicam. Editiones mala fide interpolarunt, ne ipsæ quoque imitandæ. Hieronymus prologo in Haggæum satis ostendit ita scriptum ab Eusebio, quum secundum annum Darii filii Hystaspis cum XXVII Tarquinii Superbi comparat, & post VIII annos Tarquinium à Bruto ejectum scribit. Cassiodorus quoque totidem annos, hoc est XXXV, non XXV, Tarquinio attribuit.

Ibid. *Tarquinius Superbus excogitavit.*] Et Isidorus „ non hinc, sed ab alio auctore bonæ notæ: *Est & Lau-* „ *tumias, supplicii genus* [*ad verberandum*] *inventum à Tar-* „ *quinio Superbo ad pœnas sceleratorum. Iste enim prior Lau-* „ *tumias, tormenta, fustes, metalla, atque exilia adinvenit:* „ *& ipse prior ex Regibus exilium meruit.* „

MCCCCLXX *Theognis poëta clarus habetur.*] Megarensem ipsemet se dicit. Plato putavit Megarensem ex Sicilia: quem sequutus est Suidas. At ipse à Megaris Græciæ, quam urbem Alcathoi vocat, bellum deprecatur. quod non faceret, nisi Megara Alcathoi, urbs Athenis vicina, esset ejus patria.

Φοῖβε ἄναξ, αὐτὸς μὲν ἐπύργωσας πόλιν ἄκρην
Ἀλκαθόῳ Πέλοπος παιδὶ χαριζόμενος,
Αὐτὸς μὲν στρατὸν ὑβριστὴν Μήδων ἀπέρυκε
Τῆσδε πόλεως —

Non solum à patria sua bellum deprecatur, sed etiam cujus gentis bellum intelligit, indicat, nempe Medorum. Sed errorem Platonis ab Harpocrate animadversum postea deprehendimus: cujus locum depravatissimum ita restituo: οὗτος δ᾽ ἦν Μεγαρεὺς ἀπὸ τῶν πρὸς τῇ Ἀττικῇ Μεγάρων. αὐτὸς γάρ φησιν ὁ ποιητής. ἦλθον μὲν γὰρ ἔγωγε καὶ εἰς Σικελῶν ποτε γαῖαν. ᾧ μὴ ἐπιστήσας Πλάτων ἐν πρώτῳ νόμων, τῶν ἐν Σικελίᾳ Μεγάρων .... ποτε ἔφασκεν εἰς Σικελίαν; κατηκολούθησαν δὲ τῷ Πλάτωνι οὐκ ὀλίγοι. Vixit ergo Persicis temporibus sub Pisistratidis, quando Simonides & Pindarus florebant. quin & Simonidis meminit, & Onomacriti, qui Ὀρφαϊκὰ scripsit; & creberrime Κύρνου, quem Πολυπαΐδην vocat. Falluntur qui diversos putant. Est enim patronymicum Πολυπαΐδης, à patre Πολύπαος. Vivebat quo tempore Corinthii Megarensibus omni genere contumeliarum illudebant. inter alia, quoties aliquis ex Bacchiadis mortuus esset, mulieres Megarensium atratæ funus prosequi tenebantur. & multa alia servitutis erant στίγματα, quæ Scholiastes Pindari narrat. Ideo multi tempore Theognidis Bacchiadis favebant & eorum partes sequebantur in urbe Megarensi. unde Theognis ignaviam civium suorum deplorans, ita scribit:

Οἴμοι ἀναλκίης. ἀπὸ μὲν Κήρινθος ὄλωλε,
Ληλάντου δ᾽ ἀγαθὸν κείρεται οἰνόπεδον.
Οἱ δ᾽ ἀγαθοὶ φεύγουσι, πόλιν δὲ κακοὶ διέπουσιν.
Ὡς δὴ Κυψελιζῶν Ζεὺς ὀλέσειε γένος.

Περὶ τῶν Κυψελιζῶν, id est, de illis, qui in Megarensium urbe Cypselidarum (ii erant ex reliquiis priscorum Bacchiadarum) partes fovebant, ita clare loquitur, ut dubitandi locus non sit. Itaque ejus tempus videtur Periandri Cypselidæ sæculo convenire. Sed obstat de Medis quod dicit. Nam τὰ Μηδικὰ posteriora sunt Cypselidarum tyrannide. Huic objectioni possumus occurrere, si dixerimus longo tempore post tyrannidem Periandri oppressam, etiam aliquas Cypselidarum reliquias fuisse. Neque falli possumus. Sed illud obscurum in versibus Poëtæ περὶ Κηρίνθου, καὶ Ληλάντου πεδίου. Ambo loca sunt in Eubœa. Et certe ignota mihi est historia. Sed imprecatio Theognidis, qua adversus τοὺς κυψελίζοντας utitur, est similis ei, quam adversus ipsos Κυψελίδας in eorum donario Delphico quidam non æquus illis exaraverat:

Αὐτὸς ἐγὼ χρυσοῦς σφυρήλατος εἰμὶ κολοσσός.
Ἐξώλης εἴη Κυψελιδῶν γενεά.

MCCCCLXXI. *Cyrus Sardes capit.*] Supra biennio ante Crœsus captus erat. Sed, ut dixi toties, ex diversis aucto-

auctoribus diversa tempora refert Eusebius. Ne hoc quidem anno captus est Crœsus, aut Sardes, sed biennio post, numero MCCCCLXXIII. Solinus Sardes à Cyro captas scribit Olymp. LVIII. Nos sequimur Sosicratem vetustissimum scriptorem, qui casum Crœsi & Sardium conjicit in annum I Olymp. LIX.

„ MCCCCLXXIV. *Harpagus, qui apud Cyrum primi loci „ habebatur, adversus Ioniam dimicat.*] Ἅρπαγος εὐδο-„ κιμῶν παρὰ Κύρῳ κατὰ τῆς Ἰωνίας ἐστράτευσεν. *Harpa-„ gus gratia apud Cyrum pollens in Ioniam expeditionem fa-„ cit.* Nam ad id offendit semper, ut στρατεύειν vertat „ dimicare. Quod in alio non ferrent φιλόμωμοι „ hodierni.

MCCCCLXXVI. *Colligitur omne tempus captivitatis.*] Quamvis nihil hic est, quod neque mihi, neque ulli alii harum rerum paulo intelligentiori probari possit: tamen adeo dormitavit interpres, ut nisi Græca extarent, quæ ejus interpretationem arguere possint, omnis culpa non in Hieronymũ, sed in Eusebium ipsum derivanda fuerit. Eusebiana enim ita vertenda erat: *Colligitur omne tempus* LXX *annorum deportationis gentis Iudaicæ, putandum secundum aliquos, à tertio anno regni Eliakim, qui & Ioakim, ad* XIX *annum Cyri Regis Persarum. secundum vero alios, ab initio prophetiæ Ieremiæ, quod consurgit ex* XIII *anno Iosiæ Iudæorum Regis, ad trigesimumsextum Astyagis. Cæterum à quinto anno prophetiæ Ieremiæ, ad primum annum Cyri, sunt anni* LXX. *Quod non caret ratione. Sed re vera intervallum septuaginta annorum, anno secundo Darii terminatur, initio capto à decimo nono anno Nabuchodonosori.* Vides quam mutila hæc reddiderit Hieronymus, ut non leviter peccaverit Eusebius, si Latina tantum, Græcis omissis, sequeremur. Verum igitur est, quod ait Eusebius, intervallum inter XIII annum Iosiæ, & XXXVI Astyagis, esse annorum LXX præcise: cujus rei omnis notitia interiit in Latinis Hieronymi. Sed quare septuaginta anni deportationis Iudæorum à XIII anno Iosiæ, quando nullus adhuc Iudæus deportatus fuerit, putandi sint, viderit acumen eorum, quos sequitur Eusebius. Nam ridicula sunt. A quinto anno prophetiæ, ad XX Cyri, constat ratio LXX annorum. Sed ne sic quidem vicerit opinio illa. Denique tota hæc periocha nihil facit ad verum è tenebris eruendum, & alieno loco posita est, utpote divulsa à numero MCCCCLVI, ut videre est in Græcis. Editiones habent ad Olympiad. LVIII. BONG. ad medium Olympiad. antecedentis. Luxationis caussa fuit mentio Iesu filii Iosedek, & Zorobabelis numero MCCCCLXVII. Quare vetustissima est hæc luxatio & ante mille annos, quum & in Bongarsiano codice longe omnium vetustissimo & optimo extet, & manifesto à Mariano Scoto agnoscatur.

MCCCCLXXVII. *Hippius carminum scriptor.*] Ἱππικὸς, à quo ἵππειον πόδα dictum volunt: quamvis quid opponam, non habeo; tamen mihi non persuadent, ut ab Ἱππικὸς ullo modo Ἵππειος fieri possit. Sed de nomine Ἱππικὸς, cui simile nomen proprium nusquam legi, dixi me nihil habere quod opponam, neque vero credo, neque nego. Ego scio Ἱππίαν poëtam fuisse, cujus meminerit Scholiastes Pindari Pythio IV, item Pausanias Ἠλιακῶν α. Sed non potest esse iste, quum hic carminum scriptor μελοποιὸς fuisse dicatur, ille au-„ tem ἐλεγειογράφος fuerit. In PET. legitur Hibi-„ cus, ex quo Arnaldus Episcopus colligit legendum „ Ibycus. FRE. non habebat hanc periochen.

MCCCCLXXVIII. *Pherecydes.*] Mirum de Pherecyde tam incerta à veteribus adferri. Alii unum tantum fuisse, τὸν σοφὸν scilicet, ultimum eorum, qui σοφοὶ dicti sunt, de quibus Laërtius libro primo. Alii duo, τὸν σοφὸν Σύριον. quem imperite Assyrium vocat « Tzetzes cap. LVIII, Chiliad. I. item Historiogra- « phum Λήριον: cujus mentio numero MDLXI. & quidem Syrium vixisse hoc ipso tempore, quod illi assignat Eusebius, Lerium vero septuagesima quinta Olympiade, circiter Xerxis transitum: quos ambos in unum confundit Eusebius non sua, sed auctorum culpa, ex quibus descripsit ipse. Porro illa, *Pythagoræ magister* « POST. non habent; extant tamen in Græcis. «

MCCCCLXXX. *Simonides Lyricus & Phocylides.*] Carmen νουθετικὸν nomine Phocylidis hodie in manibus habetur omnium. sed nemo animadvertit nihil in eo esse, quod ad illius veteris Phocylidis exemplum expressum sit, quantum ex illis, quæ ejus hodie supersunt, reliquiis odorari possumus. Ille enim vetus, scripsit breves γνώμας exemplo Theognidis, & aliorum veterum gnomologorum, præeunte semper gnorismate hoc, καὶ τόδε Φωκυλίδου. At iste vulgaris perpetuum carmen scripsit non apposita illa veteri nota. Præterea nullus veterum ne unum quidem versum ex hoc longo carmine producit, quum ex Phocylide quædam apud Stobæum & alios legantur. Unus tantum inter- « pres Scholiorum Alexipharmacon Nicandri produ- « cit hos versus: Κάμνει δ' ἠεροφοῖτος, ἀριστοπό- « νος τε μέλισσα, &c. Sed Scholia illa sunt cento- « nes ex veteribus optimis commentariis excerpti, ab « homine recentiore, qui de suo quasdam etiam barba- « ras voces admiscere solet. Denique iste fuit homo « Iudæus, nisi fallor, aut Christianus. Universa poësis illius rei fidem facit, ut negari non possit, aut unum ex Hellenistis Alexandrinis fuisse, cujusmodi multi præstantiss. floruerunt sub Ptolemæis, aut, quod vero propius, Christianum. Hujus opinionis nostræ argumenta accipe tot versus ad verbum ex lege Mosis divina depromptos, ut illud Deuteronomii, XXII, 6, 7.

> Μηδέ τις ὄρνιθας καλιῆς ἅμα πάντας ἑλέσθω.
> Μητέρα δ' ἐκπρολίπῃ, ἵν' ἔχῃς πάλι τῆσδε νεοττούς.

Quis ullus Græcorum hoc sanxit? ecquis alius, præter Mosem? Sed vide & illud:

> Μὴ κτήνους θνητοῖο βορῆν κατὰ μέτρον ἔληαι.
> Μηδέ τι θηρόβορον δαίσῃ κρέας —
> Λείψανα λεῖπε κυσί. θηρῶν θῆρες ἔδον[τ]).

Non solum Mosis præceptum integrum Exodi XXII, 31, à Græco poëta conceptum, sed etiam totidem verbis enunciatum, ut alio interprete versibus Græcis opus non sit præter Mosem ipsum, si septuaginta interpretum lingua loquentem audias. καὶ κρέας θηριάλωτον οὐκ ἔδεσθε. τῷ κυνὶ ἀποῤῥίψατε αὐτό. Duo membra præcepti hujus sunt. Prius est: Non comedetis ullum morticinum. alterum: Non comedetis ullum animal θηρόβρωτον, cujusmodi agnos λυκοσπάδας apud Plutarchum. Utrumque rursus comprehenditur Levitici XX. 8. θνησιμαῖον καὶ θηριάλωτον οὐ φάγεται τοῦ μιανθῆναι αὐτὸν ἐν αὐτοῖς. Nam θνησιμαῖον, hoc est morticinum, dicitur, quod sponte moritur, quod quidem quum ex senectute & ævo maturo moritur, hic noster Phocylides vocat θνητὸν κατὰ μέτρον, mortuum secundum temporis modum & mensuram à natura præstitutam. Poëtæ κατὰ μοῖραν. Quin & Solon κατὰ μέτρον dixit, quemadmodum & iste Phocylides:

> Τῇ δεκάτῃ δ' ὅτις ἐλάσας κατὰ μέτρον ἵκοιτο.

id est κατὰ μοῖραν, κατὰ τὸ ἱκνούμενον, ut quum animal propria morte defungitur. Hodie in editionibus Pho-

Phocylidis versus primus quinto loco retro, quam ubi posuimus, legitur. Sed accipe & illud ex XX, 4 Deuteronomii:

Κτῆνος δ' ἢν ἐχθροῖο πέσῃ καθ' ὁδὸν, συνέγειρον.

Item illa tam clara, tam diserta de resurrectione ostendunt Christianum.

Οὐ καλὸν ἁρμονίην ἀναλυέμεν ἀνθρώποιο.
Καὶ τάχα δ' ἐκ γαίης ἐλπίζομεν ἐς φάος ἐλθεῖν
Λείψαν' ἀποιχομένων. ὀπίσω δὲ θεοὶ τελέθονται.
Ψυχαὶ γὰρ μίμνουσιν ἀκήριοι ἐν φθιμένοισι.
Πνεῦμα γάρ ἐστι Θεοῦ χρῆσις θνητοῖσι καὶ εἰκών.
Σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν. καὶ πάντες ἐς αὐτὴν
Λυόμενοι κόνις ἐσμέν. ἀνὴρ δ' ἀνὰ πνεῦμα δέδεκται.

Vide hic plane doctrinam Christianam: & elegantissime πνεῦμα Θεοῦ χρῆσιν. Commodato enim accipimus, ut à nobis recipiatur. Non enim habemus illud mancipio, sed usu, inquit Lucretius. Noli igitur putare hoc carmen illius Phocylidæ esse, sed ἀνωνύμου Christiani. & fortasse fuerit idem auctor cum illo Naumachio, qui Christianum carmen νυμφικὸν scripsit de Virginitate. Neque vero puto ullius veterum carmen extare, quod cum Poësi hujus Phocylidis (si modo ei id nomen fuit) aut elegantia, aut nitore, aut cultu verborum conferri possit. Quod autem tamdiu ignoratum fuerit, ut nullus veterum ejus meminerit, Clemens, Justinus, Theodoritus, alii, magis mirari, quam caussam ejus rei reddere possum. Certe si tempore Eusebii extitisset, non dubium est, quin ejus testimonia in Thesaurum προπαρασκευῆς suæ impendisset. Quum Clemens furtiva dicta Græcorum ostenderet, quæ ipsi ex Sacra Scriptura suppresso Mosis & Prophetarum nomine deprompserunt, si iste Phocylides eo tempore in rerum natura fuisset, quis dubitat, quin ille adduxisset ea, quæ nos supra ex illo produximus? Sane justius id facere potuisset, quam quum hos versus ex vetere Phocylide produxit, qui vere sunt illius, non hujus nostri:

Ἀλλ' ἄρα δαίμονές εἰσιν ἐπ' ἀνδράσιν ἄλλοτε ἄλλοι,
Οἱ μὲν ἐπερχόμενον κακὸν ἀνέρος ἐκλύσασθαι.

Quæ sententia imperfecta est. Illud vero plane ex
„ medio sermonis Christiani petitum à nostro Phocy-
„ lide:

—ἀδίκως μὴ κρῖνε πρόσωπον.

Nam Scriptura τὸ πρόσωπον ἀντὶ λογικοῦ ὑφισταμένου, & soli Ecclesiastici patres usurpant, non veteres Poëtæ Pagani. Demosthenes περὶ συμμοριῶν vocat σώματα, quæ scriptoribus Ecclesiasticis πρόσωπα & personæ. ἐκ τούτων τοίνυν, inquit, οἶμαι δεῖν ποιῆσαι συμμορίας εἴκοσιν, ὥσπερ νῦν εἰσὶ, σώματα ἑξήκοντα ἑκάστη ἔχουσα. Ecclesiasticus scriptor dixisset πρόσωπα. Perpendant igitur non solum illa, quæ adduximus, studiosi adolescentes, sed & totam illam poësim falso hactenus Phocylidæ attributam: ubi invenient in quo adhuc industriam suam exerceant.

Ibidem. *Xenophanes Physicus scriptor Tragœdiarum.*] κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα floruisse scribit Laërtius. Quare recte illi tempus assignatum ab Eusebio. Annos natus XXV reliquit patriam. & LXVII annis, postquam reliquerat, se per Græciæ urbes errare scribit, annos nimirum natum XCII. Unde colligas admodum senem obivisse.

Ἤδη δ' ἑπτά τ' ἔασι καὶ ἑξήκοντ' ἐνιαυτοὶ
Βληστρίζοντες ἐμὴν φροντίδ' ἀν' Ἑλλάδα γῆν.
Ἐκ γενετῆς δὲ τότ' ἦσαν ἐείκοσι, πέντε τε πρὸς τοῖς,
Εἴπερ ἐγὼ περὶ τῶνδ' οἶδα λέγειν ἐτύμως.

XXIII Olympiadas numerat à natali suo. Si secundum hunc locum Eusebii scribebat illa Olympiade LX, natus fuerit Olympiade XXXVII, obierit Olympiade «
LXII desinente, aut LXIII ineunte. Censorinus scri- «
bit majorem annorum C obiisse. quod convenit iis, «
quæ modo diximus. Nam CIV annos ut minimum «
vixisse videtur. «

Ibidem. *Physicus scriptor Tragœdiarum.*] Physicum & poëtam agnosco. Tragœdiarum scriptorem nego. Neque unquam apud veteres scriptores ullius Tragœdiæ Xenophanis mentio extat, neque Laërtius harum rerum diligentissimus investigator illum aliud, præter ἔπος καὶ ἐλεγεῖα, scripsisse refert. Fuit quidem alius ejusdem nominis ἰαμβογράφος. non propterea tamen Tragœdias scripsisse consequens est, si jambos scripsit, neque si Tragœdias scripsisset, eundem esse cum hoc nostro Physico. Unde hunc Physicum τραγῳδοποιὸν fuisse collegerit Eusebius, aut scriptor, quem sequitur, amplius considerandum.

MCCCCLXXXVII. *secundum Nabuchodonosor.*] Pudentius illi, quam qui regnantibus Persis alium Regem nomine Nabuchodonosorum in Chaldæa rerum potitum fuisse nugantur. Pudentius, inquam, illi, quanquam nihilo verius. Inter eos, qui hujus sententiæ auctores sunt, Africanum ponit Georgius: Τοῦτον (Καμβύσην) οἴονταί τινες εἶναι Ναβουχοδονόσορ δεύτερον τὸν κατὰ Ὀλοφέρνην καὶ Ἰουδὶθ, ὥσπερ καὶ Ἀφρικανός. ὅπερ καὶ ἀδιώρατον. Deinde multis argumentis illud confutat: & merito.

Ibid. *ab Hebræis.*] Ab Hebræis nescio an ullus unquam secundus Nabuchodonosor prædicatus fuerit, &, quod magis mirum, ex libro Iudith, quem ipsi ignorant hodie, nisi qui Latine sciunt. Vix enim illa Iudith illis nota, idque, ut dixi, ex codice, qui penes nos Christianos est. Nam ipsi nullum habent. Auctor libri, cui titulus Germen David, quem puto adhuc vivere, meminit hujus Iudithæ, sed ex nostris libris. Hieronymus scribit apud Iudæos librum Iudith inter Hagiographa legi. Quod fateor me non intelligere. Hagiographa, quæ Iudæi vocant, ut nec ignoravit Hieronymus ipse, extant Hebraice, & in Canone Hebraico καταχωρισμένα εἰσίν. neque profecto in illis liber Iudith est, non magis quam Tobiæ, aut tertius Esdræ. Extabat Chaldaice liber Iudith tempore Hieronymi, ex quo Latinum hunc, qui hodie in manibus habetur, contexuit potius, quam vertit Hieronymus, ut ipsemet testatur. Itaque non mirum si adeo inter se discrepant Græca & Latina. Idem de Tobia dicas licet, cujus editio Græca dissimillima est Latinæ Hieronymianæ. Hebraicus, quem ediderunt Iudæi Constantinopolitani ante annos C, est ex Græco expressus, stante adhuc imperio Constantinopolitano. Sunt & duæ diversæ editiones Hebraicæ hujus Tobiæ. Hunc etiam librum scribit Hieronymus Hebræos de Catalogo divinarum scripturarum secantes his, quæ Hagiographa memorant, mancipasse. Ego jam dixi me ignorare quæ sint illa Hebræorum Hagiographa, quum constet Hagiographa à Iudæis vocari longe ante Hieronymi sæculum omnes libros Canonis Bibliaci, præter legem, Prophetas, libros Iosuæ, Iudicum, Samuëlis, & Regum. Imo, ut ipse fatetur Hieronymus, Iudæi conquerebantur hos libros à Christianis contra Canonem suum legi. Ita infinitis locis pugnantia scribit doctus ille Scripturæ interpres.

MCCCCXCI. *Obtinuit quippe Aegyptum Cambyses in*

anno

Anno quinto regni sui.] Anno quinto, absoluto scilicet. VIII enim solidos imperavit, ex quibus tres potitus est Ægypti. Itaque verius erat sexto anno, non quinto. Et sane PET. habet VI, sed adversus aliorum omnium codicum, & Græcorum ipsorum auctoritatem, in quibus est πέμπτῳ, non ἕκτῳ ἔτει.

Ibidem. *Usque ad Darium filium Xerxis, ann.* XI.] „ Hæc desunt in nostris Græcis, quæ tamen non dubi- „ tamus esse Eusebii ex Africano, qui Darium Nothum „ Ξέρξου filium vocat. Vide infra ad numerū MDCXCII. Ab hoc anno præsenti, quo Cambyses Ægypto potitus est, ad numerum MDCIII, quo Ægyptus à Persis defecit, anno XI imperii Darii Nothi Artaxerxis filii, anni sunt CXII, uno amplius, quam hic. Porro obscure illa enunciavit Hieronymus, *Obtinuit Cambyses Aegyptum usque ad Darium ann.* CXI. quum vellet dicere, à quinto anno Cambysis, ad rebellionem Ægyptiorum sub Dario Notho Artaxerxis filio, interjectos esse annos CXI. Obscure, inquam, & miro loquendi genere illa concepit, ac propterea à nobis indicata.

MCCCCXCV. *Post Cambysen duo fratres.*] Hoc contigit anno IX Cambysis post obitum ipsius. Ideo & nonus annus Cambysis, & VII menses, per quos à Magis regnatum est, in unum tempus conjiciuntur. In PET. & BONG. annotatur in margine: *Ideo secundus annus* (Darii) *bis scribitur, quia unus annus in Magorum fratrum septem mensibus computatur.* Quod ridiculum est. Nam post cædem Magorum Darius inivit imperium. Quomodo igitur anno secundo Darii imperare Magi potuerunt? „ Josephus vero à reprehensione vindicari non potest, „ qui Cambysen annos VI tantum imperasse scribit.

MCCCCXCVI. *Dicæarchiam, quam nunc Puteolos vocant.*] Etiam Delum minorem à Lucilio vocari, nemo nescit: *Inde Dicæarchum populos, Delumque minorem.* Non dubium est, quin Samii tyrannidem Polycratis fugientes, patria relicta, hanc coloniam deduxerint.

MCCCCXCVII. *Secundo anno Darii regis Persarum templum in Ierosolymis constituitur.*] Satis hæc à nobis confutata suo loco. Nam Darius, cujus anno secundo templum ædificari cæptum, is est Darius Nothus Artaxerxis filius. quod & Daniel ita diserte demonstravit, ut qui contra hiscere audeat, is cum veritate ipsa, & cum Daniele manum conserere audeat. Nam quod veritatis hostes adferunt de longævitate Zorobabelis, hoc plane est negare non solum patrem & avum Mosis, Mosem quoque ipsum plus vixisse, sed etiam multos nostro ævo fuisse & extare adhuc, qui hanc ætatem supergressi sunt. Dinumerantur reges Persarum per successiones suas apud Esdram & Nehemiam. Nam intervalli à Cyro, ad finem Darii Hystaspis, manifesta est mentio Esdræ IV, 5. deinde Axuersis, sive Xerxis, quem Ασσύηρον vocat Græca editio. Quis successit Dario filio Hystaspis? Certe is est Xerxes, qui Hebraice concipitur אחשורש. Secundum apices Masoritarum is est Οξυάρης, non, Ασσύηρος. Sed secundum rectum modum is est Axuersus. Græci propius absunt, quum dicunt Ξέρξης. Nam quæ est Græcorum in depravandis exoticis nominibus proclivitas, eadem est & Masoritarum in iisdem male designandis: ut Ναβουχοδονόσορος, qui ita à Beroso, Chaldæis omnibus, Strabone, Megasthene, & LXX interpretibus, is ab illis Hebræorum Criticis Νεβουχαδνέσαρ vocatur, quia ad regulas Grammatices propius accedit. Sed de his, & de apicibus Hebræorum, quos cum lingua ipsa statim natos abortiva quædam ingenia hariolantur, alibi erit plenius dicendi locus. Vide quam diversa videntur Ασσύηρος & Ξέρξης: & tamen sola apicum & pronunciationis diversitas hanc novitatem parit. Omnia conveniunt Ασσυήρῳ, quæ Xerxi, locus, opes, nomen, uxor. Et tamen non est Xerxes, inquiunt. Quare? Audi acumen argumenti. Quia sub Assuero interpellata fuit Templi constructio. Atqui non fuisset, si Assuerus idem fuisset qui Xerxes, quia Ester eblandita esset à viro templi continuationē simul, & exædificationem. Hoc est mirificum argumentum, quo volunt Xerxem non esse Xerxem. Huic puerili objectioni respondimus olim. Ad rem. Dario Hystaspis succedit Xerxes sive Axuersus. Esdræ ibid. 6. Huic Artaxerxes ὁ μακρόχειρ. Ib. 7. Illi Darius. Ib. 24. in cujus anno secundo templum construi cœptum. Sequitur Artaxerxes ὁ μνήμων. Nehemiæ primo. Habemus Darium, Axuerson, Artaxerxem, Darium, Artaxerxem. Ille Darius, qui est inter duos Artaxerxes, si non est Darius Nothus, & ille Axuerses, qui est inter Darium, & Artaxerxem priorem, si non est Xerxes, pereat omnis memoria veteris historiæ, & vincat Ἑλλωομασίγων natio. Nam rem factam habent, ut ipsi putant. Non potest, inquiunt, esse: quia nimis vivaces fuerint Zorobabel & Iesua Pontifex. Nos olim illi querelæ occurrimus. Denique quia omnes reges Persidis ordine secundum successiones suas ab Esdra dinumerantur, & hoc non magis mutari potest, quam ratio temporum, quam numerus annorum, per quos ab ipsis regnatum est, quam denique ipsa fides historiæ, sequitur ergo, magnum illorum vitæ intervallum fuisse, non tamen tantum, ut captum fidei & modum ætatis humanæ excedat. Homines seniores quotidie videmus: & longævitatis habemus exempla insignia apud Plinium libro VII, & Phlegontem Imp. Hadriani libertum. Certe negari non potest magnam fuisse sive oscitantiam, sive supinitatem, & longe majorem pervicaciam hodierni sæculi in tanta luce historiæ; quod inter tot divina ingenia nemo hactenus extiterit, qui reges Persarum adeo diserte suis nominibus signatos, & per suas successiones digestos apud Esdram deprehendere potuerit. Certe si aliquis veritatis sensus, aut sapor meliorū literarum est, tempus erat aut aliqua ingenua confessione manus dare, aut ab ineptis disputationibus facessere.

Ibid. *consummaturq; opus anno quarto.*] In Græcis mendose, κατὰ τὸ η ἔτος, pro, κατὰ τὸ δ ἔτος. Libere quoque hæc, sed fideliter, vertit Hieronymus, ut non recedat à mente Eusebii.

Ibid. *Clemens quoq; congruit.*] Clemens à primo anno Olympiadis XLVIII, ad præsentem annum ineuntis Olympiadis LXV, putat annos LXX. Idque esse arbitratur intervallum captivitatis. recte quidem ille initium horum LXX annorum orditur à capto Iechonia. sed pessime tempus deportationis Iechoniæ confert in annum primum Olympiadis XLVIII, peccans metachronismo XII annorum. Præterea non satis perite à primo anno Olymp. XLVIII, ad primum LXV, putat annos LXX. Nam à primo anno cujuslibet Olympiadis, ad primum alius Olympiadis, numerus est semper quaternarius. Numerus vero LXX non est quaternarius, sed denarius. Itaque non annorum LXX illud intervallum est, sed LXVIII, duobus annis minus, quam volebat. Contra Eusebius initio annorum mendose à deportatione Sedekiæ sumpto, recte quidem à XLVII Olympiadis anno III, ad hunc annum, putat annos LXX: sed imprudenter illud, quod non advertit Clementem à Iechoniæ, non à Sedekiæ casu annos suos ordiri. Itaque frustra arbitratur Clementem sententiæ suæ suffragari.

Ibid. *Darii filii Hystaspis.*] In scriptis codicibus est Hydaspis. Ita sæpe variatum videmus, ut Hydaspes fluvius Indiæ etiam Hystaspes vocetur: eodemque modo Darium aliquando Hydaspis, aliquando Hystaspis filium legimus apud veteres scriptores. Idque jam ab aliis notatum, si bene memini.

N Ibid.

Ibid. *& unus ex duodecim, qui vocatur Angelus.*] Hieronymus: *Vltimum duodecim Prophetarum Malachi interpretari volumus: cujus nomen Septuaginta transtulerunt τοῦ ἀγγέλου αὐτοῦ, id est angeli ipsius, dicentes, Assumptio verbi Domini super Israel in manu Angeli ejus.* Pro quo in Hebraico legitur מַלְאָכִי, *quod rectius & expressius dicitur, Angelus, id est nuncius meus.*

Ibid. *domesticus testis.*] Græca: Μάρτυς ἐχέγγυος, „ *testis idoneus, fide dignus.* Nam domesticus aliud est.

Ibid. *Domine omnipotens, quousque.*] Hinc illæ lacrimæ. Angelus apud Zachariam conqueritur jam septuagesimum annum agi, ex quo urbes Iuda, non instaurantur, idque secundo anno Darii. Ergo, inquiunt, secundo anno Darii finitur septuagesimus annus captivitatis. Hæc illi ita colligunt: quam bene, viderit historia. Atqui non est locus, qui pertinaciæ magis petat jugulum, quam iste. Non enim Angelus loquitur de anno septuagesimo deportationis: sed quod ab edicto Cyri toties Iudæa gens à finitimis infestata fuerit, ut nullas urbes tuto habitare, nullos muros excitare facultas ei data fuerit: quo intervallo, quod est annorum CVI, per ultimos LXX annos nullum non calamitatis genus experta fuerit, ut nullas urbes in Iudæa instaurandi copia facta sit: quippe quum ne ipsa quidem metropolis urbs Ierosolyma præterquam à paucis, idque cum maximo vitæ periculo, habitaretur, propter infestas finitimorum Arabum & Samaritarum incursiones. Hic est verus hujus loci sensus, quo nemo meliorem unquam afferet. Si enim, quod ipsi volunt, septuagesimus annus captivitatis agebatur anno Darii secundo, ergo captivitas non desinit in anno primo Cyri, contra vaticinium prophetarum, præsertim Ieremiæ, qui prædicit illis, eos septuagesimo anno illius deportationis redituros. Redierunt autem anno primo Cyri. Ergo anno primo Cyri finitur annus septuagesimus deportationis; non Darii Hystaspidæ. Quod si non finitur anno II Darii, ergo septuagesimus ille annus, de quo agit Angelus, non est LXX captivitatis. Et certe non est. Non enim agitur de captivitate Iudæorum, quæ annis CVI antea laxata fuerat, sed de urbium desolatione absque ulla spe instaurandi, de Iudææ deformitate, in qua nullum adhuc oppidum excitatum fuerat. Anni septuaginta quidem à secundo Darii Hystaspidæ retro retexti desinunt in casu Sedekiæ. sed non ideo hinc putandi sunt anni septuaginta captivitatis, ut jam ostendimus, neque septuaginta illi anni, de quibus loquitur Angelus, de ulla captivitate intelligendi, quum jam nulla esset captivitas. Sequitur igitur, ut neque illi anni ab ulla captivitate incipiant, neque is Darius sit filius Hystaspis, sed alter cognomine Nothus. quod verissimum est. Collocatus est enim inter duos Artaxerxes, & quartus ab altero Dario, ut perspicue ponitur ab Esdra. Anni igitur illi septuaginta, de quibus agit Angelus apud Zachariam, incipiunt à XXX, aut XXIX anno Darii Hystaspidæ, quum Hebræi duriter à finitimis haberentur, ut diserte extat Esdræ IV, 5. & durius adhuc habiti mortuo Dario, ineunte imperio „ Artaxerxis, sub quo interdicta est templi ædificatio. Ibid. 6. Remitte igitur de pertinacia. Consule totum caput quartum. Perpende Commata 5, 6, 7. atque æquiorem animum adfer. Si aliquem sensum habes humanitatis, tantum abest, ut non hæc vera esse agnoscas, ut miraturus sis à nemine hæc hactenus animadversa esse: atque adeo tantam esse quorundam væcordiam, ut nullis hujus doctrinæ aut humaniorum literarum subsidiis instructi, nihil præter stolidos impetus huic tam manifestæ doctrinæ opponant.

Ibid. *Quousque misereberis.*] Esdras cap. IV dicit totum reliquum tempus Cyri, Darii, Axuersis, sive Xerxis, & sub Artaxerxe interdictum templi condi- „ tum interpellatum fuisse, usque ad secundum Darii Nothi. Immane est intervallum, utpote annorum CVI. Itaque isti septuaginta anni ab Angelo enunciati à secundo anno hujus Darii retro putati desinunt in XXIX anno Darii filii Hystaspis. quo tempore, & magis ineunte imperio Artaxerxis, in Iudæos accusationes & calumnias à finitimis institutas fuisse Esdras perhibet.

MCCCCXCVIII. *Harmodius.*] Quidam codices habent hanc periochen anno antecedente. Sed horum Pisistratidarum interitus non certo refertur à veteribus, neque satis constanti fide.

Ibid. *& Leæna meretrix.*] Non amica eorum, ut vertit interpres, sed concubina Harmodii. Græca non videntur carere mendo. Saltem καθ' ὧν, non καθ' ὅς, legendum esse affirmamus. καθ' ὧν, Ἀριστογείτονος scilicet, καὶ Ἁρμοδίου. Longe diversum de hac Leæna prodit Lactantius qui de Faustuli pastoris uxore cognomine Lupa locutus subjicit: *Exemplum scilicet Atheniensium in ea figuranda Romani secuti sunt: apud quos meretrix quædam nomine Leæna, quum tyrannum occidisset, quia nefas erat simulacrum constitui meretricis in templo, animalis effigiem posuerunt, cujus nomen gerebat.* Idem prodidit „ Polyænus libro VIII. Quod sane mirum est, quum statuam ipsius mulieris, non autem bestiæ, cujus nomen gerebat, erectam ab Atheniensibus Pausanias scribat. Ἀντὶ δὲ τούτων, ἐπεὶ τυραννίδος ἐπαύθησαν οἱ Πεισιστρατίδαι, χαλκῆ Λέαινα Ἀθηναίοις ἐστὶν ἐς μνήμην τῆς γυναικὸς, παρὰ δὲ αὐτὴν ἄγαλμα Ἀφροδίτης. Nam χαλκῆν ipsam mulierem intelligit, qua mente Horatius,

— *Et aheneus ut stes.*

Quare apud Pausaniam legendum ἔστη, non ἐστίν.

Ibid. *Leæna meretrix amica eorum.*] Concubina Harmodii, ut diximus. Ἔνδοξος δέ ἐστι καὶ Λέαινα ἡ ἑταίρα Ἁρμοδίου τοῦ τυραννοκτονήσαντος, ἥτις καὶ αἰκιζομένη ὑπὸ τῶν περὶ Ἱππίαν τὸν τύραννον οὐδὲν ἐξειποῦσα ἐναπέθανε τοῖς βασάνοις. Athenæus libro XIV. Tertullianus Apologetico, cap. L. *Attica meretrix, carnifice jam fatigato, postremo linguam suam jam comesam in faciem tyranni sævientis expuit, ut expueret & vocem, ne conjuratos confiteri posset si etiam victa voluisset.* Sed de hac muliere alii quoque meminerunt. Historiam vero horum Pisistratidarum & cædem Hipparchi habes apud Thucydidem libro IV, Herodotum libro V. Sequius eam refert Ælian. Ποικίλ. XI, VIII. De Leæna autem intellexisse Hieronymum certum est initio Commentarii epistolæ ad Ephesios: *Si quis reddat depositum, si quis commodata non abneget, fidelem amicum se exhibeat, animam magis, quam fidem paratus sit prodere, quod de nonnullis Philosophis legimus, &, ne illi satis gloriarentur, Atheniensis meretrix perpetravit, iste quidem fidelis est, sed non fidelis in Christo Iesu.*

MDI. *Templum Ierosolymis.*] Imo anno VI Darii Nothi, numero MDXCIV. Quare est prochronismus annorum XCIII. Hieronymus ex hac pericope ea mutilavit, sine quibus ἐπιχείρημα Eusebii intelligi non potest, quo magnas moles excitavit, ut finem annorum CCCCLXXXIII initio Herodis terminaret. quæ nemo percipere potest sine illis, quæ Hieronymus dissimulavit.

MDIV.] Hic in omnibus PR. ita scriptum extat: HÆC PER TEMPORA IN ORDINEM, NON PER ANNUM, DIRIGUNTUR. Itaque non mirum est, si ab hoc tempore, usque in finem Chronici, hoc est, ad Consulatum Ausonii, in illis libris tanta temporum, rerum, & hominum perturbatio facta sit, ut nullum gestum

veræ

veræ suæ epochæ redditum sit. Hujus exempli infiniti codices reperiuntur, quod jamdudum monuimus. posterioris exempli tres tantum habuimus, Petavianum, Freherianum, & Bongarsianum. In PR. duo spatia historica sunt; prius Romanorum, alterum exterarum omnium nationum gestis dicatum est.

Ibid. INITIUM CONSULUM.] Quod Consules Canoni suo inseruerit Eusebius, satis à nobis disputatum est in priore libro Eusebii. Quæ inde petat Lector.

Ibid. *Pulsis ab urbe Regibus, vix usque ad* XV *lapidem.*] Hæc Hieronymus à Sex. Rufo.

Ibid. *ad* XV *lapidem.*] Sex. Rufus habet XVIII. *Sub Regibus septem per annos* CCXLIII, *non amplius quam usque Portum atque Ostiam intra octavum decimum miliarium à portis urbis Romæ utpote adhuc parvæ, & à pastoribus conditæ, quum finitimæ circum civitates premerent, Romanum processit imperium.*

Ibid. *Romanorum Reges septem à Romulo.*] Non solum in eo errat, quod intervallum à Palilibus primis, ad Regifugium, statuit annorum tantum CCXL, sed etiam, quod primos Consules quinquennio citius creatos dicit. Quare hujus quinquennii, aliquando unius Olympiadis prochronismum sequuntur Orosius, Cassiodorus, & Chronicon Græcum Casaubonianum, quos Fastos Siculos vocant. In Orosio vero manifestior apparet prochronismus quinquennii, cujus caussam nullam aliam puta, præter hanc, quam diximus: hoc est, quia Eusebium in hoc, ut & in aliis, sequitur.
,, Quemadmodum Eusebius prochronismo quinquen-
,, nii, ita septem annorum metachronismo peccat A-
,, fricanus, qui à Consulibus primis, ad Consulatum
,, Grati, & Seleuci putat tantum annos DCCXXV.
,, qui deducti de numero MMCCXXXVII, relinquunt
,, numerum MDXII, septem annis post fasces Bruti.
,, Verba Africani pete ex notis ad numerum MMCC-
,, XXXVII.

Ibid. *Sive, ut quibusdam placet* CCXLIII.] CCXLIII, aut CCXLIV annorum discriminis, quod est unius anni, caussa pendet ex Palilibus Varronianis, & Catonianis. Cato enim uno anno serius Palilia prima, ponit, quam Varro. Prima Palilia numero MCCLXV. Primi Consules numero MDIX. Intervallum, anni CCXLIV. Hæc est opinio Catonis, qui prima Palilia statuit in eo anno, qui currebat adhuc quartus Olympiadis sextæ. Varro anno antecedente, qui erat tertius Olympiadis. Ita secundum Varronem, à primis Palilibus, ad primos Consules, sunt anni CCXLV. quæ omnium optima sententia videtur esse. Quare quinque illi anni omissi sunt ab Eusebio, & totidem annorum prochronismo peccandi auctor fuit Orosio, Cassiodoro, & aliis.

MDV. PERSAR. MACED. CONSULUM.] Scito in Freheriano & Petaviano semper inter titulos frontales ultimum esse CONSULUM. ut vel ex hoc constare possit olim Consules ab Eusebio in suo spatio collocatos fuisse, qui sunt iidem ipsi Consules, quos ponit Cassiodorus cum iisdem verbis Eusebii aut Hieronymi, & eodem prochronismo nunc Olympiadis unius, nunc quinquennii, atque aliis erroribus. quæ omnia suo loco indicabuntur.

Ibid. *Romæ post exactos Reges.*] Unius Olympiadis solidæ est prochronismus. Aliquando unius quinquennii apud Orosium, idque creberrime.

MDVI. *Romæ post exactos Reges.*] Recte Sex. Rufus, à primis Palilibus, ad Regifugium, annos putat CCXLIII. Hinc sub Consulibus, ad cædem Cæsaris, & initium Augusti, CCCCLXVII. Inde sub Imperatoribus, ad initium Valentiniani Aug. CCCCVII. Colliguntur à primis Palilibus, ad initium Valentiniani Aug. Christianissimi Principis, anni MCXVII. quod verissimum. Sed illa Palilia consurgunt ex anno IV Olympiadis VI, numero Eusebiano MCCLXIV.

Ibid. *deinde Tribuni plebis.*] Imo Tribuni Militum Consulari potestate

Ibid. *ac Dictatores.*] Hi non procedunt in numerum. Non enim sunt ordinarii.

Ibid. *& rursum Consules rempublicam obtinuerunt.*] Numero MDCLII. quando ad conciliandam cum Patribus plebem unus Consul de plebe creatus est L. Sextius Sextinus, collega patricio L. Aimilio Mamercino.

Ibid. *per annos ferme* CCCCLX.V, *usque ad Iulium Cæsarem.*] Hallucinatio. Nam illi CCCCLXIV, ab Olympiadis CLXXXIII anno primo retro putati desinunt in primo Consule Bruto, non in Consulatu L. Aimilii Mamercini, & L. Sextii Sextini. Tota hæc periochè est Hieronymi: quæ repetitur præfatione in Haggæum & quidem sine hallucinatione: *quo tempore apud Romanos septimus a Romulo regnabat Tarquinius Superbus, habens annum imperii vigesimum septimum, qui post annos octo expulsus est à Bruto, ac deinde Rempublicam per annos quadringentos sexaginta quatuor, usque ad Iulium Cæsarem, Consules administraverunt.* Nam illi CCCCLXIV anni ibi recte à Bruti Consulatu numerantur.

MDVIII. *Mare obtinuerunt Æginetæ. ann.* XX. *usque ad transitum Xerxis.*] Hic est annus quartus Olympiadis LXVII. Viginti anni sunt quinque tantum Olympiades. quæ ad LXVII appositæ dabunt Olympiadem septuagesimam secundam. in qua sane transitus Xerxis non contigit, sed in primo anno Olymp. LXXV. Itaque nugatoria sunt hæc, & ex Græcis arguuntur, in quibus legitur tantum: Αἰγινῆται ἐθαλασσοκράτησαν ἔτη ι.

MDX. *Valerius Publicola.*] Hieronymus ex Historia Latina. Sed est solennis prochronismus quinquennii. Obiit enim Valerius Poblicola P. Postumio Tuberto II, Agrippa Menenio Lanato Coss. numero MDXV.

MDXIII. *Censu Romæ agitato inventa sunt hominum* CXX *millia.*] Numerus congruit cum Græcis, Μυριάδες ιβ τοῦ πλήθους, Sed Dionysius una myriade amplius CXXX millia.

MDXVII. *Hellanicus historiographus*] Hellanicus, ut scribit Pamphila apud Gellium, initio belli Peloponnesiaci, id est anno secundo Olymp. LXXXVII, erat annorum LXV. Natus igitur anno secundo Olymp. LXXI, annis XIV ante Xerxis transitum. Hic vero dicitur florere Olymp. LXX, annis V ante ejus natalem.

MDXX. *Volsci Coriolos perdiderunt.*] Accidit numero DXXV. Prochronismus quinquennii. Vide infra MDXXIV. "
"
"

MDXXI. *Aeschylus Tragœdiarum scriptor agnoscitur.*] In vita Æschyli: Γεγονὼς κατὰ * τὴν πεντηκοστὴν ὀλυμπιάδα Proculdubio legendum, κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν ὀλυμπιάδα. Obiit enim eodem tempore, quo Hieron Ætnam urbem condebat, anno primo Olympiadis LXXVI, natus annos LXV, ut est in ejus vita. Quare præsenti anno erat natus annos XLIV, aut XLV, & in Marathonia pugna fortiter cum hoste pugnavit. Sed ridiculum eum obiisse anno I Olymp. LXXVI. "
Nam anno IV. ejusd. Olympiadis docuit Persas Menone prætore. Item anno II Olymp. LXXX docuit "
Agamemnona, choëphorus Persas, &c. "

MDXXII. *Latini contra Romanos rebellaverunt.*] Pugna ad lacum Regillum, in qua victi sunt Latini, commissa fuit A. Postumio Albino, T. Verginio Tricosto Coss. hoc ipso anno, quem notat Eusebius.

MDXXIII. *Romæ populus à Patribus facta seditione discedit.*] Est prochronismus unius anni propter differentiam Palilium Varronis, & Catonis. Accidit enim anno sequente MDXXIV, A. Verginio Tricosto Cæli-

 monta-

montano, T. Veturio Gemino Cicurino Coss. plebe in montem Sacrum discedente.

MDXXIV. *Marcius, qui Coriolos ceperat, interventu matris Veturiæ.*] Est primum hallucinatio. Nam Coriolos cæpit anno sequente, numero MDXXV, Sp. Cassio Viscellino II, Postumio Cominio Aurunco II Coss. Unde Coriolanus dictus est. Deinde præter hallucinationem est prochronismus annorum VI. A matre enim Veturia exoratus est numero MDXXX, Sp. Nautio Rutilo, Sex. Furio Medullino Fuso Coss.

MDXXV. *Bellum, quod in Marathone gestum est.*] Alii XII annis ante transitum Xerxis. quidam decem, ut Thucydides. Melius, meo judicio, qui undecim. Dionysius Halicarnass. XVI annis post Bruti funus. hoc est anno primo Olymp. LXXII, quod tempus assignatur ab Eusebio. Sulpitius Severus de hoc prælio ita scribit: *Id gestum post Romam conditam anno fere ducentesimo & sexagesimo, Macerino & Augurino Coss. abhinc annos (si tamen investigatio Romanorum Consulum non fefellit)* DCCCLXXXVIII. *Omne enim tempus in Stiliconem Consulem direxi.* Sane Consulatus Macerini & Augurini congruit numero MDXXVI. Sed Sulpitium fugit ratio biennio solido. A Consulatu enim Macerini & Augurini, ad Consulatum Striliconis, anno Christi Dionysiano CCCC, Indictione XIII, anni sunt præcise DCCCXC. „ Sulpitio imposuerunt Fastorum Consularium condi- „ tores.

MDXXVIII. *Panyasis.*] De hoc consule Suidam. γέγονεν, inquit, κατὰ τὴν οη Ολυμπιάδα. κατ' ἐνίους πολλῷ πρεσβύτερος. γέγονε γὰρ ἐπὶ τῶν Περσικῶν. Convenit tempus ab Eusebio assignatum.

Ibid. CCC *Nobiles Fabiæ familiæ.*] Trecenti sex patritii gentis Fabiæ cæsi sunt C. Horatio Pulvillo, T. Menenio Agrippæ F. Lanato Coss. numero MDXLI. Tredecim annorum prochronismus. Vide Gellium libro XVII. cap. XX. Alii numero MDXLV. L. Aimilio Mamercino III, Iulo Iulio Vopisco Coss.

Ibid. CCC *Nobiles Fabiæ Familiæ.*] Si Græce concipienda essent, ita scripserit Eusebius, τριακόσιοι εὐπατρίδαι τοῦ Φαβίου ἔθνους. Nam aliud est nobilis, aliud Patritius, sive εὐπατρίδης. aliud gens, aliud familia. Puto esse Hieronymi ex Latina historia, non Eusebii.

Ibid. *Quum in Algido monte.*] Sunt Hieronymi. Paulus Orosius libro secundo, cap. XII ex Eutropio: *Sequitur annus, in quo cum victo exercitu Consul obsessus est. Nam Minucium Consulem congressum prælio Aequi Volscique superant, & fugientem in Algido fame ferroque cinxerunt. actumque infeliciter foret, ni Quintus Cincinnatus præcipuus ille Dictator artatam obsidionem obsesso hoste solvisset.* Iste L. Minucius Augurinus habuit collegam C. Nautium Rutilum II coss. numero Eusebiano MDLX; quando hoc accidit. Itaque est ingens prochronismus annorum XXXII.

MDXXX. *Gelo obtinuit Syracusas.*] Gelo obtinuit Syracusas, si qua fides Pausaniæ, anno secundo Olympiadis LXXII. Hic vero anno secundo sequentis Olympiadis. Sic unius Olympiadis est μεταχρονισμός. Igitur secundum Pausaniam invasit tyrannidem anno secundo Olymp. LXXII, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ὑβριλίδου. Regnavit annos VII; ut scribit Diodorus lib. XI. 262. Sed quomodo anno primo Olympiad. LXXV insigni pugna navali Carthaginienses attrivit eodem die, quo Græci Persas ad Salamina? quare pro ζ ἔτη apud Diodorum, legendum sine dubio ιζ: quod Græcis Eusebianis confirmatur, quæ omisit Hieronymus: Γέλων Συρακουσῶν ἐκράτησεν ἔτη ιζ. Pausanias refert tripodem quendam dicatum esse à Gelone filio Dinomenis victore Olympiadis LXXIII: & quamvis idem nomen patris Gelonis fuerit, tamen negat Gelonem filium Dinomenis, qui vicerit Olympiadem LXXIII, eundem esse cum Gelone filio Dinomenis, qui tyrannus Syracusarum fuit, hoc argumento fultus, quod Gelo invaserit tyrannidem Olympiadis LXXII anno secundo, iste vero vicerit Olympiadem LXXIII. quo quid futilius potuit dici? quasi & tyranni & reges non vincerent Olympia, ut frater illius tyranni Hiero, quem Olympionicem & Pythionicem celebrat Pindarus. Quare nugatoria sunt hæc. & præterea con- " futantur epigrammatio Simonidis, quod tripodis " illius meminit, cujus & Pausanias: "

Φημὶ Γέλων', Ἱέρωνα, Πολύζηλον, Θρασύβουλον "
Παῖδας Δεινομένους τὸν τρίποδ' ἀνθέμεναι "
Ἐξ ἑκατὸν λιτρῶν, καὶ πεντήκοντα ταλάντων "
Δαρετίου χρυσοῦ τᾶς δεκάτας δεκάταν. "

Ibid. *Gelo obtinuit Syracusas.*] Non debuit omittere Hieronymus ιζ ἔτη. In PR. hæc Perioche posita est è regione MDXXII, anno secundo Olymp. LXXI. Sed est prochronismus unius Olympiadis: ut hic totidem annorum metachronismus. Certe injuriam factam esse Eusebio tum diversitas lectionum arguit, tum initium Hieronis è regione numeri MDXLII. Nam annus XVII ab initio Gelonis, secundum Pausaniam, hoc est annus II Olympiad. LXXII, definit in numero MDXLII. Itaque sive temeritas librariorum fuit, sive error Eusebii aliud agentis, omnino initium Gelonis statuendum fuerit anno secundo Olymp. LXXII, ut Pausanias docet.

MDXXXI. *Pindarus.*] Pindarus, ut est apud Sui- " dam, in transitu Xerxis, erat annorum XL, anno ni- " mirum primo Olymp. LXXV. Ergo natus anno primo " Olympiadis LXVII, hoc est anno Iphiteo CCLVII. " Sed inscribit Idyllion Pythicon XXII Pythiados Hip- " pocleæ Pythionicæ, anno Iphiti CCLXXV. Ergo Pinda- " rus tunc fuerit annorum duntaxat XVIII. Dubi- " to. Suidas ait obiisse annos natum LV. Obierit ergo " anno Iphiti CCCXI. Olymp. LXXVIII tertio. Rursus " alii scribunt vixisse annos LXXX. Ergo diem obierit ineunte Olymp. LXXXV. Atqui VII Isthmico meminit Strepsiadæ bello Peloponnesiaco interfecti, cujus initium cadit in Olymp. LXXXVIII. Hoc modo neque " anno ætatis suæ LV, neque LXXX obierit. Itaque ni- " hil vides apud veteres de ejus obitu constare. Omnino necesse est in magna senectute diem supremũ obivisse.

MDXXXII. *Xerxis.*] Hic est, qui Ασσουῆρος vocatur, quum tamen pro ratione apicum vocalium & Οξυάρης sit, & Αξουάροσς, qui Ξέρξης distortione Græcis solenni dictus est. Hic est vir Esteris, cujus & nomen quoq; integrum servatum à Græcis Αμ-ίστρις. Itaque nullo modo probare possumus interpretem Græcum libri Ester, qui pro Assuero, Oxyare, aut Xerxe, Artaxerxen vertit. Et tamen Esdræ IV, 5, Ἀσσουῆρος recte redditum est: ut appareat Esteris & Esdræ interpretes Græcos diversos esse. aut si unus idemque interpres est, is Assuerum Esteris alium ab Assuero Esdræ esse putaverit: quod vix crediderim. Porro opiparum illud convivium, quo suos proceres excipit initio libri Ester, erat apparatus expeditionis in Græciam.

MDXXXII. *Romæ Virgo Pompilia.*] In Græcis Πομπίλα τὶς παρθένος. Sed omnes PR. è regione numeri MDXV, habent, *Romæ Vestalis Virgo Pompilia deprehensa in stupro viva defossa est.* Orosius hunc locum Eusebii in librum suum traducens, hanc vocat Popiliam: Dionysius Halicarnassensis Οπιμίαν: eamque stupri damnatam refert M. Fabio K.F. Vibullano, L. Valerio N.F. Potito Coss. numero MDXXXV. Triennii ergo prochronismo peccatum

tum est. Livius Oppiam Vestalem nominat. Alii codices habent Opimiam, ut Dionysius.

MDXXXIII. *Xerxes Aegyptum capit.*] Melius *recipit.* παρέλαβεν. Amissa enim fuerat: recepta triennio postquam amissa. Reversus in Persidem, expeditionem in Græciam adornans proceres suos quotidianis epu- „ lis per sex menses excepit, ut extat initio libri Ester.

Ibidem. *Aristides cum ignominia ejicitur.*] Non concedimus, ut qui per ostracismum ejiciuntur, ii cum ignominia ejici dicantur: quum prorsus contrarium sit. Non enim cum ignominia hoc erat exigi, sed potius cum honore. neque pœna erat, sed gratiæ immi- „ nutio, quum hoc fieret δι' ἀρετῆς φθόνον μᾶλλον, ἢ „ διὰ κακίας ψόγον. Etiam alibi τὸ ὀστρακίζεσθαι Hieronymus vertit cum ignominia ejici, numero DCCLXXXIX. Vide quæ ibi notavimus. Condonandum Hieronymo, quod gravioribus curis districtus hæc leviora ignorarit. At pædagogorum Pæan hodie ferri non posset, si quis ita verteret.

Ibid. *Aristides cum ignominia.*] Quum jam Xerxes in Græcia esset, Aristides decreto Atheniensium revocatus est triennio postquam ostracismo ejectus fuerat. Revocatus autem anno primo Olymp. LXXV. Ergo ejectus anno secundo Olymp. LXXIV, numero MDXXXIV, ut habent editiones.

MDXXXIV *Chœrilus.*] Videtur recte tempus assignatum. Floruit enim Persicis temporibus, & expeditionem Xerxis in Græciam epico carmine conscripsit, „ sub Alexandro Amyntæ filio, qui Dario γῆν καὶ ὕδωρ „ ἔδωκε. ex quo poëmate aliquot versus deprompsit Josephus adversus Apionem. Præterea Pratinas commisit fabulam cum eo Olympiade LXX, numero MDXVI. Nam illum Chœrilum, quem deridet Horatius, non agnosco, & puto esse hallucinationem Horatii, „ qui Alexandro Magno attribuit, quod conveniebat, „ Alexandro Amyntæ filio, qui vixit XX annis post ex- „ peditionem Xerxis, & XXIII ante expeditionem re- „ gnum inivit. Is igitur est, non autem Alexander „ Magnus, qui numisma aureum pro singulis versibus Chœrilo numeraverit. Neque dubito Horatium tam in regis Macedonum homonymia hallucinatum, quam præpostere de poesi Chœrili judicasse, quem ex his paucis, qui hodie ejus supersunt, versibus, dignum judicamus, qui meliorem industriæ suæ æstimatorem nancisceretur, quam Horatium. Sed non mirum de Chœrilo ita sensisse, cui sales Plautini & Laberiani sordere visi. At quis non illa miretur potius? quis adeo aversus à Musis, ut eorum lepore non tangatur?

ὦ μάκαρ, ὅστις ἔην κεῖνον χρόνον ἴδρις ἀοιδῶν
μουσάων θεράπων, ὅτ' ἀκήρατος ἦν ἔτι λειμών.
νῦν δ' ὅτε πάντα δέδασται, ἔχουσι δὲ πείρατα τέχναι,
ὕστατοι ὥστε δρόμου καταλειπόμεθ'. οὐδέ τοι ἔστι
πάντη παπταίνοντα νεοζυγὲς ἅρμα πελάσσαι.

Hæc satis sunt eludendo judicio hominis libertino patre nati, cui in hujus Poëtæ versibus satis lippiebant oculi. Lilius Gyraldus putat duos Chœrilos fuisse, alterum summum poëtam, alterum ridiculum, cujus meminerit Horatius. Sed non advertit summos poëtas Horatio ridiculos esse, Plautum, & Laberium. Quare frustra id putavit. Alioquin hoc modo duos Laberios, „ duosque Plautos fuisse statuendum fuerit. Horatii „ κακοήθης sequitur Q. Curtius lib. VIII. Hages „ quidam Argivus pessimorum carminum, post Chœ- „ rilum, conditor.

Ibidem. *& Phrynichus.*] Duo cognomines, & ambo Athenienses. alter tragicus cæpit docere, & vicit, Olympiade LXIX, qui fuerit iste, de quo nunc Eusebius. alter Comicus, qui cæpit docere Olympiade LXXXVI.

MDXXXV. *Diagoras agnoscitur & sectatores ejus.*] οἱ περὶ Διαγόραν, non sunt sectatores Diagoræ, sed Diagoras ipse, ut & pueri sciunt. οἱ περὶ Σωκράτην, est Σωκράτης. Vertendum erat, *Diagoras Physicus Philosophus floreb.at.* Sed est immanis prochronismus. Nam anno secundo Olympiad. XCI. Athenienses decreverunt talentum ei, qui Diagoram interfecerit, duo ei, qui vivum adduxerit, numero MDCI. Prochronismus ann. LXVI.

Ibid.] Post superiorem periochem in editionibus “ legitur: *Xerxes pontem in Hellespontiaco mari fecit.* quæ “ nullus scriptus codex habet. & palam est ab ineptis “ hominibus inculcata esse. “

MDXXXVI. *Xerxes, quum Athenas venisset, incendit urbem.*] PR. & POST. & Edit. hoc gestum comparant cum anno quarto Olympiad. LXXIV, quum tamen palam sit anno primo sequentis Olympiadis hoc contigisse. Consensum librorum rejicere non ausus sum. Tamen Eusebii intererat in annum sequentem conferre, præsertim quum Calliæ ἄρχοντος meminerit.

Ibid. *sub Principe Callia.*] *Prætore Callia, magistratu Callia.* In Græcis est Καλλιάδου ἄρχοντος. Diodorus quoque Καλλιάδην vocat, & Laërtius in Socrate. Sed in Anaxagora Καλλίαν.

MDXXXVII. *Bellum, quod in Thermopylis.*] μάχη ἡ ἐν Θερμοπύλαις. Pugna, non bellum. Sic infra, *Bellum in Platæis & in Mycale.* id est pugna. Ita loquebantur tempore Hieronymi. Orosius libr. 3. cap. XI. *Maximo bello in Lucania victus atque occisus est.* Idem: *Rever-* “ *tens ab Ammone ad tertium bellum Persicum,* id est, ad ter- “ tiam pugnam. Idem observavimus apud alios scriptores. Non est Latina locutio, sed Græca, συμβάλλειν πόλεμον, pro συμβάλλειν μάχην.

MDXXXVIII. *Athenienses Piræeum muro vallant.*] Themistocles hoc fecit: de quo Aristophanes ἱππεῦσι,

ὃς ἐποίησε τὴν πόλιν ἡμῶν μεστήν, εὑρὼν ἐπιχειλῆ,
καὶ πρὸς τούτοις ἀριστώσῃ τὸν Πειραιᾶ προσέμαξεν.

Piræei enim murum ad urbem usque deduxit: ita ut urbem & Piræeum unus murus amplecteretur. Itaque murus à Piræeo, ad urbem, vocatus est μακρὸν τεῖχος, καὶ μακρὰ σκέλη. Hoc gestum anno tertio Olymp. LXXV. ἄρχοντος Τιμοσθένους. auctor Diodorus. Quare unius anni hic prochronismus est. ut supra in Callia.

Ibid. *Hieron Syracusis regnat.*] Falsum convincit iterata perioche infra MDXLII.

MDXXXIX. *Aeschylus.*] Nam Πέρσας Tragœdiam non multo post fugam Xerxis docuit.

MDXLI. *Bellum in Platæis & in Mycale.*] ἡ ἐν Πλαταιαῖς μάχη. *Pugna Platæensis.* Nam τὸ *bellum* pro pugna usurpabatur ævo Hieronymi, ut supra monuimus. Cæterum ἡ περὶ Πλαταιὰς μάχη, καὶ ἡ περὶ Μυκάλην κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν contigit anno secundo Olympiad. LXXV. μεταχρονισμὸς commissus est triennii.

MDXLII. *Hieron post Gelonem.*] Gelon inivit tyrannidem numero MDXXVI. regnavit annos XVII. qui profecto desinunt in præsentem annum MDXLII. Quare tempus recte relatum, & initium Gelonis pessime numero MDXXX, una Olympiade serius. quod jam superius à nobis discussum. Scholion primi Pythici Pindari: ἔσχε δὲ ὁ Ἱέρων τὴν τῶν Συρακουσίων ἀρχὴν μετὰ τὴν τοῦ Γέλωνος ἀδελφοῦ τελευτὴν τῇ ὀγδοηκοστῇ πέμπτῃ Ὀλυμ-

Ολυμπιάδι. Legendum τῇ ἑβδομηκοστῇ ἕκτῃ. quod confirmatur Pythico septimo: Καθίσατο δὲ ὁ Ἱέρων βασιλεὺς κατὰ τὴν ἑβδομηκοστὴν ἕκτην Ολυμπιάδα, τῆς εἰκοστῆς ὀγδόης Πυθιάδος τῇ προκειμένῃ Ολυμπιάδι συγχρόνου ὄσης. Non multum discrepat ab Eusebio, quum dicit Olymp. LXXVI eum fratri successisse, quamvis illa Olympias inierit numero MDXLI, & hic initium statuatur numero sequenti. Nam ille annus extenditur ad dies æstivos numeri MDXLII.

MDXLV. *Themistocles in Persas fugit.*] Anno secundo Olympiadis LXXVII, ἄρχοντος Πραξιέργου, numero MDXLVI.

Ibid. *Sophocles Tragœdiarum scriptor primum ingenii sui opera publicavit.*] πρῶτον ἐπεδείξατο. Verte: *primum commissione fabulæ certavit.* Hoc enim est ἐπιδείξασθαι. Propterea ἐν τῶ διδασκαλίαις scriptum erat, ὁ δεῖνα ποιητὴς καθῆκε τὸ δεῖνα δρᾶμα, καὶ ἐνίκησε. Sed proprie περὶ πρωτοπείρων τὸ ἐπιδείξασθαι ponitur, hoc est de iis, qui primas fabulas docent.

Ibid. *Sophocles Tragœdiarum scriptor.*] Hieronymus Commentario in Danielem cap. XI. de Xerxe. *Succendit enim Athenas sub Principe Callia: bellumque eo tempore gestum est in Thermopylis, & apud Salaminam navale certamen, quando Sophocles & Euripides clari habebantur, & Themistocles in Persas fugiens hausti tauri sanguine periit.* Posuit hæc omnia καθ' ὁμάδα unius anni.

Ibid. *Sophocles.*] Sophocles natus est anno tertio Olympiad. LXXIII, annis XVII ante Socratem, auctore Suida. Ergo XIX annos natus ἐπεδείξατο. Sed vetus Criticus, qui ejus vitam scripsit, tradit natum anno II. Olympiad. LXXI, Prætore Philippo, ante natalem Euripidis annis XXIV. Hoc modo Euripides natus fuerit anno secundo Olympiad. LXXVII, quum hic anno tertio hujus Olympiadis Sophoclem & Euripidem claruisse eodem tempore dicatur. Quod fieri non potest.

MDXLVII. *Romæ virgo Sunia.*] P R. addunt, *Virgo Vestalis Sunia.* Sed Græca simpliciter παρθένον vocant, non etiam Εςιάδα. Hanc Ορβινίαν vocat Halicarnassensis Dionysius. Et idem tempus hujus gesti assignat.

MDXLVIII. *Herodotus historiarum scriptor agnoscitur.*] Pamphila apud Gellium scribit Herodotum initio belli Peloponnesiaci fuisse annorum quinquaginta trium. Natus igitur anno primo Olympiadis LXXIV, Olympiade solida ante transitum Xerxis, numero MDXXXIII. Proinde hoc anno fuerit tantum annorum XV. Quod est absurdum. Est igitur prochronismus totidem annorum. Porro Herodotus libro secundo scribit natalem Homeri suo antevertisse quadringentis annis duntaxat. Ἡσίοδον γὰρ καὶ Ομηρον ἡλικίην τετρακοσίοισι ἔτεσι δοκέω μεῦ πρεσβυτέρους γενέσθαι. In fine vero libelli de vita Homeri, ab Homeri natali, ad Xerxis transitum, putat annos DCXXII. ἀφ' οὗ δὲ Ομηρος ἐγένετο, ἔπειτα ἔτι ἑξακόσια εἴκοσι δύο μέχρι τῆς Ξέρξεω διαβάσεως. Atqui ex Pamphila constat tempore τῆς διαβάσεως Herodotum fuisse quatuor annorum tantum. Ergo ridiculum DCXXII annis Homerum antiquiorem Herodoto fuisse, quum quadringentis tantum se juniorem ipse profiteatur. Quare non dubium est erratum in numeris esse, & legendum ἔπειτα δὲ τετρακόσια εἴκοσι δύο. Xerxis transitus contigit numero MDXXXVII. Deductus CCCCXXII, remanet numerus MCXV, circa quod tempus natus fuerit Homerus anno XIV Agrippæ Silvii Latinorum Regis, sub quo Homerum floruisse Hieronymus prodit ex Historia Latina, numero MCI. Ne dubitemus ergo τετρακόσια, non ἑξακόσια legendum esse. Et sane est locus insignis.

MDXLVII. *Principium LXXI Iobelei secundum Hebræos.*] Hæc verba leguntur in margine POST. Erat annus mundi 3480. quæ sunt Jobelea absoluta LXXI. Erat ergo initium LXXII Jobelei, non LXXI, idque secundum Hebræos, quibus Jobel est annorum XLIX, non, ut apud Ecclesiasticos, L: ex quorum sententia hic fuerit annus mundi 3501. hoc est, si Jobel est annorum L absolutorum, ut censebant Ecclesiastici Scriptores, septuaginta Jobel cum uno anno ineuntis septuagesimi primi, fuerint anni 3501. Sed ex epilogismo LXX interpretum ille fuerit annus mundi 5031, nimirum 470 annis ante vulgarem Christi epocham. Nam 470 ad 5030 addita conficiunt annos 5500, usque ad vulgarem Christi Epocham secundum LXX seniorum rationes. Eusebius quidem recte notavit locum & tempus Jobelei LXXI: sed male concepit. Scribendum enim fuerat: *Principium* LXXII *Iobelei.* Principium Iobel differt à celebratione. Nam secundum Iobel celebrabatur ineunte tertio, quarrum ineunte quinto, primum anno quinquagesimo: hoc est ineunte secundo: ut diserte habetur Levitici XXV. Hinc igitur paret numerum Eusebianum MDXLVII fuisse mundi annum 3480: & ut habeas verum annum mundi, 1933 adjicienda semper numero Eusebiano: quæ est Epocha ipsa mundi demonstrative à nobis eruta. Quare & locus hic notatu dignus, & castigandi, qui alias ineptas mundi Epochas comminiscuntur. Quod nos ἐπιστημονικῶς eruimus, habemus hic auctoritate veterum Hebræorum confirmatum. Quid vitilitigamus ergo?

MDXLIX. *Zeuxis præclarus pictor agnoscitur.*] Hæc Eusebii esse Græca ipsius arguunt. Cætera sunt Hieronymi de Balneo Byzantino. Vide quæ notamus ad numerum DCCCLVIII. A Severo autem Augusto constructum fuisse id balneum tradit Codinus: τότε ὁ Σεβῆρος πρὸς θεραπείαν τοῦ συμπενθεροῦ αὐτοῦ Νίγερ ἔκλισε δύο λουτρά, ἔσωθεν μὲν τῆς πόλεως καὶ πλησίον τοῦ Παλατίου ἐν τὸ καλούμενον Ζεύξιππον &c. Zonaras in Iustiniano: καὶ τὸ Σεβήρου λουτρὸν τὸ λεγόμενον Ζεύξιππον. Idem & Cedrenus 207. Quomodo igitur ab imaginibus Zeuxidos dictum volunt? Hoc verum erat, si pictor Ζεύξιππος, non autem Ζεῦξις dictus fuisset.

MDL. *Themistocles hausto tauri sanguine moritur.*] De Themistoclis incerto exitu, vide Plutarchum & Diodorum.

MDLI. *Socrates nascitur.*] Anno quarto Olympiad. LXXVII, Θαργηλιῶνος ἕκτῃ, Αθήνησι ἄρχοντος Αψεφίωνος. auctor Apollodorus ἐν τοῖς χρονικοῖς apud Laërtium. Atqui Aphepsion eo anno non erat ἄρχων, sed Phædon, teste Diodoro. Idem ait extinctum anno primo Olympiadis XCI, ætatis LXX. Ergo natus fuerit anno tertio Olymp. LXXIII, vel anno quarto, siquidem septuagesimo vitæ anno currente periit. Quod si sexaginta annorum, ut ex quorundam sententia refert, obiit, necesse fuerit natum anno primo Olymp. LXXVI. Ita omnia incerta erunt.

Ibid. *Lapis in Aegis fluvio.*] Hoc Plinius scribit accidisse anno secundo Olymp. LXXVIII. Vide libro secundo, cap. LVIII. ubi operam non perdes. Laërtius: ἐπὶ ἄρχοντος Διμύλου λίθον ἐξ οὐρανοῦ πεσεῖν. τὸν δὲ Αναξαγόραν εἰπεῖν, ὡς ὅλος ὁ οὐρανὸς ἐκ λίθων συγκέοιτο. Sed quis est ille Δίμυλος ἄρχων; Nullus eo nomine est in tota Olympiade LXXVIII, in qua

Plinius

Plinius ait illum lapidem decidisse. quin etiam in omnibus Prætoribus Atheniensibus nullus est Dimylus. & ridiculum est nomen, quanquam Δημύλον Καρύστιον legimus apud Pausaniam libro secundo Ἡλια„κῶν. item χαλκέα Δημύλον apud Lucianum ψευδομένῳ. In verbis Laërtii desideratur nomen τοῦ ἄρχοντος: ἐπὶ ἄρχοντος .... δίμυλον λίθον ἐξ οὐρανοῦ πεσεῖν. δίμυλος & διμυλιαῖος λίθος instar duarum molarum. Plinius dicit magnitudine vehis, vel, ut quidam scripti codices, vehibuli, hoc est ἁμαξιαῖον. In verbis Laërtii Λυσανίου ἄρχοντος nomen deesse puto: ἐπὶ Λυσανίου ἄρχοντος δίμυλον λίθον ἐξ οὐρανοῦ πεσεῖν.

Ibid. *Lapis.*] Anno Christi CCCCLII, indictione quinta, Asporatio & Herculanio coss. tres magni lapides è cælo in Thracia ceciderunt. Auctor Marcellinus „Comes. & Cedrenus 284. 50. Item alius forma Δ „trecentarum librarum anno MCCCCXCII, qui adhuc „Ensishemii Alsatiæ visitur suspensus in templo. au„ctor Corn. Gesnerus libello de figuris lapidum, &c. „& Sebastianus Ticio. Legimus etiam in Chronicis „anno Christi DCCCCLIV. lapidem miræ magnitudinis „tẽpestate vehementi cũ tonitribus horrendis è cœlo „cecidisse in Italia. Locus non est appositus. Sigebert.

Ibid. *In Aegis fluvio.*] Αἰγὸς ποταμὸς, item Αἰγὸς ποταμοὶ oppidum Hellesponti clade Atheniensium classis nobilitatum. Plinius vocat Ægos fluvium. Tzetzes fluvium Thraciæ:

ὁ δὲ Κλαζομένιος πάλιν Ἀναξαγόρας
ἐξ οὐρανοῦ προέφησε λίθους κατενεχθῆναι
ἐν ποταμοῖς τοῖς τοῦ Αἰγὸς (Θράκης ἐστὶ τοῦτο πόλις)
καὶ γέγονεν ἐς ὕστερον μὴ ψευσαμένου τούτου.

Ammianus Marcellinus lib. XXII: *Aegos potamus, in quo loco lapides casuros ex cœlo prædixit Anaxagoras.*

MDLII. *Ea, quæ de Ester.*] Negat se credere eis, qui Artaxerxem dicunt virum Esteris: quia, inquit, hoc non tacuisset Esdras; qui illo seculo floruit. Huic argumento parum valido simile illud, quod negat virum Esteris esse Xerxem, quia Ester non passa fuisset tam longo tempore ædificationem templi negligi. Utrunque argumentum sua levitate satis eluditur. Etiam si concederemus omnia quæ volunt, tamen id non fuit propositum Esdræ, ut omnia, quæ tempore disturbatæ instaurationis contigerunt, & omnia Judæorum adversa in Babylonia, Perside, & Palæstina, scriptis mandaret. Et cæco paret, eum expeditionis suæ tantum, & reditus in patriam, & restitutionis populi Judaici sibi crediti rationem habuisse. Non enim Annales gentis suæ instituerat, sed eorum tantum, quę ad reditum pertinebant, memoriam posteritati relinquere, propositum habuit.

MDLIV. *Sicilia à populo regebatur.*] In quibusdam codicibus legitur amplius: *Sicilia à populo regebatur annis XXVIII.* sed meliores codices, & Græca non habent.

Ibid. *Sicilia à populo regebatur.*] Thrasybulus frater Hieronis, cui in tyrannide successerat, pulsus est regno anno tertio Olymp. LXXVIII, numero MDLI. Vide Diodorum. Si Thrasybulus totius Siciliæ imperium obtinuisset, tunc pulso tyranno jure merito τὴν Σικελίαν δημοκρατεῖσθαι dicere potuisset Eusebius. Sed quum alii non pauci fuerint eodem tempore Dynastæ, tyranni, & reguli Siciliæ, partes Siciliæ, quæ liberatæ fuerunt tyrannide Thrasybuli, illæ solæ δημοκρατούμεναι, non autem reliquæ, dici possunt. Non est autem dubiũ, quin de Syracusis à Thrasybuli tyrannide liberatis hic agatur. Ideo metachronismus est triennii.

MDLV. *Cimon juxta Eurymedontem.*] Hoc gestum est anno tertio Olymp. LXXVII, numero MDXLVII. Metachronismus duarum Olympiadum.

Ibid. *Solis facta defectio.*] XIII. Octob. aureo numero XV, epacta tam æquabili, quam æquata VIII. ἔνῃ καὶ νέᾳ Tisri civilis, Δημοτίωνος Ἀθήνησιν ἄρχοντος, δευτέρᾳ Βοηδρομιῶνος φθίνοντος, anno XLIX periodi Atticæ. Quare tempus recte ab Eusebio assignatum.

Ibid. *Anaxagoras moritur.*] Anno primo Olympiadis LXXV in transitu Xerxis erat annorum XX. Vixit LXXII ann. Ergo LII annos vixit post transitum Xerxis. obiit itaque anno MDLXXXIX. Quare est prochronismus immanissimus ann. XXXIV.

MDLVI. *Heraclitus clarus habetur.*] ἤκμαζε κατὰ τὴν ξθ Ὀλυμπιάδα. *Florebat Olympiade* LXIX. Quare recte supra collocatus est è regione Olymp. LXX. Vixit tantũ annos LX. Itaq; si ponamus decessisse hoc anno, fuisset tantum XVII annor. Olymp. LXIX. in qua tamen floruisse eum scribit Laërtius. Quare hoc tempore jã è vivis abierat.

MDLX. *Empedocles & Parmenides.*] Parmenides ætate anteibat Empedoclem. Nam Παρμενίδου ζηλωτὴς ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐγένετο, ait Laërtius. Empedocles vero clarebat Olymp. LXXXIV. Auctor idem Laërtius. Itaque rectius ejus mentio iteratur numero MDLXXXI.

Esdras Sacerdos.] Non solum Eusebius noster falli„tur, sed ii, quos sequitur, & ii qui Eusebium sequun„tur, quod hunc Artaxerxen arbitrantur eum esse, cujus „anno VII Esdras in Palæstinam venerit. Is erat, ut „Artaxerxes posterior cognomento Μνήμων. „

MDLXI. *Pherecydes secundus.*] De hoc secundo Pherecyde, & de seniore vide ad numerum MCCCCLXXVIII.

MDLXIII. *Aristarchus.*] Æqualis fuit Euripidis. auctor Suidas, quem consule. Achillis Tragœdiæ hujus Aristarchi, quam Ennius vertit, meminit Plautus.

MDLXIV. *Romæ Clarior agon.*] Ita habent scripti & editi, Græca Κλαρίων. quæ non intelligens Eusebius, utpote homo Græcus, mutilavit. Nam auctor, unde hausit, quisquis is fuit, Σηκλαρίων scripserat. Seculares ludos intelligit, qui primi omnium ex decreto collegii XV virum acti sunt M. Valerio M. F. Maximo, & Sp. Verginio A. F. Cæliniontano Tricosto Coss. numero MDLXII. Est metachronismus biennii.

Ibid. *Trecentesimo anno ab Urbe condita*] Verum quidem est hunc esse trecentesimum annum ab Urbe condita: sed decẽ viri creati fuerunt biennio post, P. Sestio Capitolino, T. Menenio Lanato Coss. anno A. V. C. CCCII. numero Eusebiano MDLXVI. Est itaque pronochrismus biennii. Et Cassiodorus recte in Consulatum Sestii & Menenii confert. Videndum igitur, num à librariis potius hæc labes illata. Diodoro non accedimus, qui scribit ἐν τῇ Ῥώμῃ δέκα ἄνδρας καταστᾶθῆναι νομογράφους anno primo Olymp. LXXXIV, numero MDLXXIII.

Ibid. *In Algido militantis*] Totam hanc periochen Hieronymus, ut solet, ad verbũ ex Eutropio exscripsit.

Ibid. *Romani per legatos Atheniensibus.*] Hoc accidit anno antecedente, numer. MDLXIII, T. Romilio, C. Veturio Gemino Coss. Quare hic est ὕστερον πρότερον. Nam decemviri creati, postquam legati Athenis redierunt. Sed Eusebius aut Hieronymus habuerunt auctores, quorum fidem sequerentur. Cassiodorus, qui per omnia huic Chronico hæret, tradit hoc anno legatos missos Sp. Tarpejo, & A. Haterio Coss.

MDLXVI. *Telesilla.*] Isti fuerunt antiquiores, quam ut hic locum habere possint. Nam de Cleobulina satis constat antiquiorem esse, quum ejus pater Cleobulus Lindius fuerit æqualis Solonis, & floruerit à XLVI, ad LIV Olympiadem. Telesillam autem, quam Argivam di„cit fuisse Appendix Censorini, & Pausanias, claruisse „tempore secundi belli Messeniaci manifestum est ex eodem Pausania: quem consule. At bellum illud magno intervallo hanc epocham antecessit.

MDLXVII.

MDLXVII. *Templum Iunonis, quod in Argis fuerat, incensum.*] Per negligentiam Chryseidos sacerdotis. κατεκαύθη δὲ τὸν ἱερὸν τῆς Ἥρας Χρυσηΐδα ὕπνῳ καταλαβόντος, ὅτε ὁ λύχνος περὶ τῶν στεφανωμάτων ἥπτετο. Clemens protreptico: τοῦτο τὸ πῦρ καὶ τὸν ἐν Ἄργει νεὼν σὺν καὶ τῇ ἱερείᾳ κατέφλεξε Χρυσίδι. Sed falsus est memoriæ Clemens, quum ait & ipsam Sacerdotem Chryseida simul cum templo conflagrasse. Aufugit enim in Arcadiam ad Tegeatas, ubi in Templo Minervæ Aleæ tutata se est religione loci adversus Argivos, qui eam ad supplicium exposcebant. Arnobius ad verbum, ut solet, locum Clementis interpretatus est. *Vbi Iuno Regina, quum inclytum ejus fanum, sacerdotemque Chrysidem eadem vis flammæ Argiva in civitate deleret?* Ex quibus cognoscimus eum Χρυσίδα apud Clementem, ut & hodie excusum est, non Χρυσηΐδα, legisse.

MDLXVIII. *Abaris.*] De hoc supra satis egimus MCCCCLIV. Eum Athenas venisse dicunt, quum lues universum orbem popularetur. Sed de tempore ambigitur. Hippostratus III Olympiade in Græciam venisse scribit: Pindarus temporibus Crœsi. alii XXI Olympiade. Harpocration.

Ibid. *Abaris Hyperboreanus Ariolus.*] In Græcis χρησμῳδός. etiam Glossæ: χρησμῳδός, *Hariola, Sortilegus.* Ejusmodi etiam *Sarmadacos* vocabant.

Ibid. *Tribuni plebis & Aediles Romæ facti.*] Primi Tribuni plebis in seditione creati Sp. Cassio Viscellino II, Postumo Cominio Aurunco II Coss. numero MDXXV. Triginta sex annis postea decem Tribuni plebis facti sunt, C. Horatio Pulvillo, Q. Minutio Pulvillo coss. numero MDLXI. Quare prochronismus fuerit annorum VII, propter Regifugii tempus anticipatum. de quo satis alibi monuimus.

Ibid. *& Aediles.*] Tribunis teste Dionysio lib. VII. adjuncti sunt Ædiles plebis, numero MDXXV. Quare est hallucinatio.

Ibid. *Consulibus ejectis.*] Duplex hallucinatio. Prior, quum numero MDXXV gesta in hoc tempus rejicit. alter, quum Tribunos plebis cum Tribunis militum consulari potestate confundit, qui primum creati sunt numero MDLXXIX. Hi tres tunc primum creati L. Atilius Longus, T. Cloelius Siculus, & A. Sempronius Atratinus, quod vitio creati viderentur, post LXXIII dies, quam creati fuerant, magistratu abdicato locum iterum Consulibus dederunt. Deinde varia fortuna alternatus est status Reip. nunc Tribunis militum Consul. potest. nunc Consulibus remp. regentibus.

MDLXXII. *Athenienses & Lacedæmonii.*] Λακεδαιμονίων καὶ Ἀθηναίων σπονδαὶ τριακοντέτεις ἐγένοντο Καλλίου καὶ Χάρητος συνθεμένων, ἄρχοντος Ἀθήνησι Καλλιμάχου, anno III Olymp. LXXXIII, numero MDLXXI. Unius anni metachronismus. Τῶν τριακοντούτων σπονδῶν Atheniensium & Lacedæmoniorum meminerunt Thucydides, Diodorus, Pausanias, & Justinus.

Ibid. *Herodotus, quum Athenis libros suos in consilio legisset.*] Herodotus Olympiæ libros suos recitavit, unde per æmulationem Thucydides ad historiam suam conscribendam excitatus est, si posset Herodotum superare. quod sane non fecit. Hic vero dicitur Athenis etiam recitasse, & Senatusconsulto ornatum & honoratum fuisse, ut Græca habent. Hieronymus putat in Senatu, sive, ut ipse loquitur, in consilio recitasse: quum tale nihil prorsus in Græcis extet. Non dubito, quin hoc Panathenæis contigerit, quæ celebrata sunt anno antecedente, numero MDLXXI, qui erat LXV periodi Atticæ. Neomenia Hecatombæonos XXI Julii. Παναθήναια prid. Non. Aug. Nonis κρίσις ἀθλητῶν καὶ ἀγώνων. Itaque hoc anno & die hæc gesta. Metachronismus unius anni. Et sic quidem constat ratio. Nam Herodotus profectus est una cum colonis, quos in magnam Græciam Athenienses miserunt ad novam urbem Thurium instaurandam, anno III Olymp. LXXXIII, prætore Callimacho, numero MDLXXI, quo, ut diximus, Panathenæa celebrata. Quare eodem anno & libros suos in Panegyri Panathenæorum recitavit Herodotus, & colonia Thurium deducta, & Herodotus ipse una cum colonis profectus, anno ætatis XXXVIII. Vides utilitatem doctrinæ anni Attici, quæ manu nos deduxit ad id divinandum, quod ex anno Thuriorum deductorum alioquin colligi potest. Scripserat igitur libros suos Herodotus ante profectionem in magnam Græciam, non in magna Græcia, ut quidam putant. Propterea Herodotus Θούριος cognominatus est, διὰ τὸ κοινωνῆσαι τῆς εἰς Θουρίους ἀποικίας. auctor Strabo. Natus autem Herodotus, ut ad numerum MDXLVIII notavimus, anno I Olympiad. LXXIV, annis quatuor ante Xerxis transitum. vixit usque ad initium belli Peloponnesiaci. Dionysius ejus popularis, summus dicendi magister, & suavissimus scriptor: ὁ δ' Ἁλικαρνασεὺς Ἡρόδοτος γενόμενος ὀλίγῳ πρότερον τῶν Περσικῶν, παρεκτείνας δὲ μέχρι τῶν Πελοποννησιακῶν. Ab anno primo Olymp. LXXIV. ad primum belli Peloponnesiaci intervallum Olympiades XIII præcise, hoc est anni LII, quot nempe vixit dulcissima illa τῆς Ἰάδος Μοῦσα, vetustissimus omnium solutæ orationis scriptorum, qui hodie extant, scrinium originum Græcarum, & barbararum, auctor à doctis nunquam deponendus, à semidoctis & pædagogis, & semiolis nunquam tractandus.

Ibid. *in consilio legisset.*] Græca honoratum à Senatu Atheniensium, quum ipsis libros suos legisset. Tam populus autem, quam Senatus, jus habebant corona, aut aliis præmiis benemeritos honorandi. Lex: ἐὰν δέ τινα στεφανοῖ ἡ βουλή, ἐν τῷ βουλευτηρίῳ ἀνακηρύττεσθαι. ἐὰν δὲ ὁ δῆμος, ἐν Πνυκὶ, τῇ ἐκκλησίᾳ. Itaque in verbis Hieronymi, in consilio esset ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. Quod hic dicitur ἐν Πνυκὶ, scito non " solum coronas in illo celeberrimo loco decerni soli- " tas, sed & statuas quoque viris summis ibi poni. " Corn. Nepos in vita Attici: *Quandiu adfuit, ne qua* " *statua sibi poneretur, restitit: absens prohibere non potuit.* " *Itaque aliquot ipsi & Phidiæ locis sanctissimis posuerunt.* " Potuitne locus contaminatior adduci? Corn. Nepos " scripserat: *Itaque aliquot Pnyci, & Pœcilæ locis sanctissi-* " *mis posuerunt.* περὶ Πνυκὸς καὶ Ποικίλης notius est, " quam ut à nobis de iis quicquam dicatur. *Pnyci* au- " tem, & *Pœcile*, sunt adverbia localia, ut *Grammatici* " loquuntur. "

MDLXXIII. *Melissus.*] Recte è regione LXXXIV Olymp. collocatus est. Laërtius: Φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος ἠκμακέναι αὐτὸν κατὰ τὴν τετάρτην καὶ ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα.

MDLXXIV. *Protagoras, cujus libros.*] Protagoras in Principio libri sui de Diis ita scripsit: περὶ θεῶν, οὔτε εἰ εἰσὶν, οὔτε ὁποῖοί τινες εἰσὶ, δύναμαι λέγειν, πολλὰ γάρ ἐστι τὰ κωλύοντά με. Suidas ex Laërtio: διὰ ταύτην δὲ τὴν ἀρχὴν τοῦ συγγράμματος ἐξεβλήθη πρὸς Ἀθηναίων, καὶ τὰ βιβλία αὐτοῦ κατέκαυσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ ὑπὸ κήρυκα, ἀναλεξάμενοι παρ' ἑκάστου τῶν κεκτημένων. Timon in Sillis:

οὔτ' ἀλαλογώσσῳ, οὔτ' ἀσκόπῳ, οὔτ' ἀκυλίστῳ
Πρωταγόρῃ, ἔθελον δὲ τέφρην ζωὴν γράμματα θεῖναι,

ἔτι

ἐπὶ θεοὺς κατηγορεῖ ὅτι ἀδέναι, ὅτι δύναιτο
ὁποῖοί τινες εἰσὶ, καὶ εἴ τινες, ἀθρήσασθαι.

Iſte primus omnium vocatus eſt σοφιστής. vocabatur & σοφία.

MDLXXVII. *Romæ rurſum Conſules creati.*] Atqui nondum abrogati fuerant à Iunio uſque Bruto, ad hunc annum, & deinceps. Sed vult dicere quod Caſſiodorus. MENENIUS, & P. SESTIUS: *Hoc tempore à Coſſ. ad decemviros tranſlatum imperium eſt. per quos tribus annis adminiſtrata reſpublica eſt: atque iterum conſules creati ſunt.* Sed x Viri abdicati ſunt numero MDLXIX. Quare eſt metachroniſmus duarum ſolidarum Olymp.

MDLXXVIII. *Phidias eburneam Minervam facit.*] Archonte Pythodoro, anno primo Olymp. LXXXVII, numero MDLXXXV. Duarum Olympiadum prochroniſ-
,, mus. Plinius ſine dubio hanc hiſtoriam tangebat lib.
,, XXXVI, cap. V. *Non omittendum hanc artem tanto vetuſtio-*
,, *rem fuiſſe, quam picturam, aut ſtatuariam, quarum utra-*
,, *que cum Phidia capit* LXXXII *Olympiade poſt annos circi-*
,, *ter* CCCXXXII. Anni illi ſunt ab urbe condita. ſed
,, reſpondent Olympiadibus LXXXIX abſolutis. Minima
,, licentia vera lectio reſtituitur Olympiade LXXXVII,
,, poſt annos circiter CCCXXIII. Scholiaſtes Εἰρήνης Ariſtophanis in illud: Πρῶτα μὲν γὰρ αὐτῆς ἦρξε Φειδίας πράξας κακῶς. Φιλόχορος, inquit, ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος ταῦτά φησι. Καὶ τὸ ἄγαλμα τὸ χρυσοῦν τῆς Ἀθηνᾶς ἐστάθη εἰς τὸν νεὼν τὸν μέγαν, ἔχον χρυσίου σταθμὸν ταλάντων μδ, Περικλέους ἐπιστατοῦντος· Φειδίου δὲ ποιήσαντος. καὶ Φειδίας ὁ ποιήσας δόξας παραλογίσασθαι τὸν ἐλέφαντα τὸν εἰς τὰς φολίδας, ἐκρίθη. καὶ φυγὼν εἰς Ἦλιν ἐργολαβῆσαι· τὸ ἄγαλμα τοῦ Διὸς τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ λέγεται. τοῦτο δὲ ἐξεργασάμενος ἀποθανεῖν ὑπὸ Ἠλείων ἐπὶ Σκυθοδώρου, ὅς ἐστιν ἀπὸ τούτου ἕβδομος. Quomodo ex hoc furto Phidiæ & Periclis bellum Peloponneſiacum dolo Periclis ſuſcitatum ſit, potes ex illis, quæ ſequuntur, ſcire. Quare, ut dixi, octo annorum prochroniſmus commiſſus eſt: Quem autem Σκυθόδωρον dicat Philochorus ἕβδομον ἀπὸ Πυθοδώρου, equidem neſcio. Nam ἕβδομος ἀπὸ Πυθοδώρου is eſt Εὐθύδημος. niſi fortaſſe Scythodoro, in magiſtratu mortuo, Euthydemus illi ſuffectus ſit, quia magiſtratum ad annum ſequentem continuaverit, Faſtos ſignaverit, non autem Scythodorus.

Ibidem. *Fidenates.*] Qui conjunctis opibus cum Volſcis, & Veientibus bello Romanis illato victi ſunt à Mam. Aimilio Mamercino Dictatore, numero MDLXXXII.

Ibid. *Thaetetus mathematicus.*] Primus omnium de quinque ſolidis, quæ regularia vulgus vocat, demonſtrationes publicavit.

MDLXXX. *Gens Campanorum in Italia conſtituta.*] In Græcis: ἐν Ἰταλίᾳ Καμπανῶν ἔθνος συνέστη. Ad verbum ex Diodoro de anno tertio Olymp. LXXXV: ἐπ' ἄρχοντος δὲ Ἀθήνησι Θεοδώρου Ῥωμαῖοι μὲν ὑπάτους κατέστησαν Μάρκον Γενύκιον, καὶ Ἀγρίππαν Κούρτιον Χίλωνα. ἐπὶ δὲ τούτων κατὰ μὲν τὴν Ἰταλίαν τὸ ἔθνος τῶν Καμπανῶν συνέστη, καὶ ταύτης ἔτυχε τῆς προσηγορίας ἀπὸ τῆς ἀρετῆς τοῦ πλησίον κειμένου
,, πεδίου. à ſubjectis campeſtribus, in quibus Capua
,, ſita eſt, dictam vult, Strabo vero, quod caput ſit re-
,, liquarum totius regionis urbium. ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ
,, Καπύη μέν ἐστιν ἡ μητρόπολις κεφαλὴ τῷ ὄντι καὶ
,, τὴν ἐτυμότητα τοῦ ὀνόματος. Fruſtra. Hoc modo oporteret omnes metropoles Capuas dici. Igitur τὸ "
Καμπανῶν ἔθνος συνέστη, id eſt ex vicis in unam urbem coiit Capuam, quam condiderunt Thuſci, ſive Tyrrheni θαλασσοκρατοῦντες, annis CCLX antequam à Romanis bello Annibalis expugnaretur, ut auctor eſt Cato apud Velleium, annis autem CCXL ante Conſulatum Vinutii, & Caſſii Longini, qui incidit in numerum MMXLVI. Itaque à Capua à Thuſcis condita, ad numerum MMXLVI, ſunt anni CCLX cum CCXL. qui ſunt ſimul D. quibus deductis de numero MMXLVI, remanet epocha Capuæ à Thuſcis conditæ, ὅτε τῶν Καμπανῶν ἔθνος συνέστη, numerus MDXLVI, annis XXXIV ante tempus ab Euſebio, vel potius à Diodoro, aſſignatum.

Ibidem. *Gens Campanorum.*] Vertendum erat, *Gens Campanorum in unum locum coiit.* aut *convenit.* ut de Athenienſibus vidimus numero DCCLXXXIX, in unam urbem coiiſſe ex omnibus vicis Atticæ, Theſeo colonos deducente. Idem dicas de Convenis Novempopulaniæ, qui ex colluvie latronum Pyrenenſium in unum oppidum à Pompejo conducti pulcherrimam & civiliſſimam coloniam effecerunt, auctore Hieronymo in Vigilantium Novempopulanum, domo Lugduno Convenarum.

MDLXXXI. *Gorgias Leontinus.*] Fuit diſcipulus Em- "
pedoclis. quare non eodem tempore florere potuit "
quo Empedocles celebris erat. Vixit autem CIX "
annos auctore Suida, CVIII vero ſecundum Cenſo- "
rinum. Porphyrius floruiſſe ſcribebat Olymp. LXXX, "
minus recte, à quo Euſebius accepit. Suidas: Πορ- "
φύριος δὲ αὐτὸν ἐπὶ τῆς π Ὀλυμπιάδος τίθησιν· "
ἀλλὰ χρὴ νοεῖν αὐτὸν πρεσβύτερον εἶναι. Porphy- "
rium igitur ſequitur Euſebius, vel potius Africanum, "
qui ex Porphyrio didicerat LXXX Olympiade flo- "
ruiſſe. "

MDLXXXII. *Socrates plurimo ſermone celebratur.*] In Græcis mirum: Σωκράτης φιλόσοφος καθαρτικὸς ἤνθει. Scio alluſum ad id, quod profitebatur Socrates; ſe καθαίρειν τὰς ψυχὰς λόγοις. Studioſi, quorum à Platonis ſcriptis adhuc recens eſt memoria, melius meminerint, quam ego.

MDLXXXIV. *Nehemias.*] Hanc periocham auctoribus PR. huc conjecimus: quem verum ejus locum eſſe non dubitavi propter mentionem XXXII anni Artaxerxis, quum tamen dupliciter erratum ſit ab Euſebio, & quum Artaxerxem τὸν μακρόχειρα putat eſſe, ſub quo Nehemias muros Ieroſolymorum inſtauravit, & quia hanc periocham non ponit in XX anno Artaxerxis, quo anno Nehemias à Rege expeditionem in patriam impetravit.

Ibid. *Nehemias.*] In Editionibus & POST. ridicule hæc in duo membra divulſa ſunt, & hoc prius membrum ad annum XVI, aut XVII Artaxerxis annotatum. Saltem anno XX aſſignaſſent, ut ſupra diximus. melius ordini conſuluiſſent. Sane Græca oſtendunt hæc disjuncta non fuiſſe.

Ibid. *Nehemias Hebræus miniſter vinarius Artaxerxis.*] In Græcis eſt amplius. ἐκ φυλῆς Ἰούδα. omnino enim hoc addendum: quia omnes Duces Iſraëlis & Æchmalotarchæ ſunt à ſtirpe Davidis. Obſtat Breviator ſcriptorum Jaſonis Cyrenæi Cap. *1, 21,* qui Nehemiam Sacerdotem facit: & poteſt adjuvari Nehem. X, *1. 8.* Sed Nehemias Atherſata quamvis cognominis alteri & patre cognomine natus, non poteſt idem eſſe. propterea Atherſata additum ad diſtinctionem Ducis. Recte igitur apud Cedrenum ex quodam optimo Chronologo *114, 60.* Νεεμίας Ἰουδαῖος ἐκ τοῦ σπέρματος Δαβίδ. Omnino Æchmalotarchæ Judæorum

rum ex stirpe Iuda omnes fuerunt, hodieque sunt. neque ex alia progenie assumuntur. Stulti Iudæi dicunt Nehemiam vocari הַתִּרְשָׁתָא: cur? לְפִי שֶׁהִתִּירוּ לוֹ חֲכָמִין לִשְׁתּוֹת יַיִן שֶׁל גּוֹיִם לְפִי שֶׁהָיָה מַשְׁקֶה לַמֶּלֶךְ; *Quod sapientes illi permiserint bibere vinum Gentilium, propterea quod erat pincerna Regis.* quæ sunt ἰουδαικώτατα: id est, ineptissima.

Ibid. *& trigesimo secundo anno.*] Quam aliena sint hæc & ab historiæ fide, & à mente Eusebii, Græca ipsa fidem fecerint, quorum ad verbum hæc mens est: *Nehemia ex tribu Iuda, pincerna Artaxerxis, quum id à Rege petivisset, ascendit Ierosolyma Babylone, & urbem cum ipsis muris excitavit. Tunc platea constructa est, & muri ambitus, secundum prædictionem Danielis Prophetæ, vigesimo quidem anno Artaxerxis Longimani incæpto opere, absoluto autem circa trigesimum secundum annum ipsius, quemadmodum narrat Esdræ liber, sub Sacerdote Iodaë filio Iakim.* Hæc pingui, & crassa Minerva vertimus, ne unguentum in lente, quod est in proverbio: simul etiam ut ostenderemus, quam nulla necessitate coactus à veritate historiæ, & mente Eusebii discesserit Hieronymus, ut majore parte verborum omissa, & truncata, aliud expresserit, quam quod hac periocha Græcus scriptor conceperat.

Ibid. *vigesimo anno de Babylone.*] Tam abest à mente Eusebii, quam Eusebius à tenore historiæ. Hieronymus vult Nehemiam Ierosolyma venisse anno XX Artaxerxis, & anno trigesimo secundo urbem instaurare cœpisse. Eusebius vero dixerat opus institutum anno vigesimo Artaxerxis, absolutum trigesimo secundo. Atqui aliter res habet. Anno vigesimo Artaxerxis Mnemonis Nehemias impetrata profectione in patriam, statim nulla interjecta mora mœnia urbis excitavit diebus LII. Opus absolutum XXV Elul, sexto mense, postquam profectus Nehemias à Rege Ierosolyma venit. Nehem. VI, 15. Post aliquod tempus reversus ad Regem rediit Ierosolyma anno XXXII; cap. XIII, 6. Et profecto trigesimi secundi anni nulla ratio habenda in murorum constructione.

Ibid. *Scribit Esdras sub Pontifice.*] Hæc periodus & sequens eadem unaque est. Sed falsum Esdram hoc scribere, quum hoc in libro Nehemiæ scriptum extet.

Ibid. *reperiet eas in regno Neronis expletas.*] Terminabuntur anno IV Neronis, numero MMLXXIV. Cui bono? Quid novi attulit quartus annus Neronis? Daniel ostendit terminari initio belli Iudaici, ita clare, ut nemo dubitare possit, nisi quem piget sententiam mutare. Hinc enim illæ lacrimæ. Septimanæ Danielis incipiunt ab edicto Darii Nothi, desinunt in XII anno Neronis. dimidia septimana extra numerum excurrit à duodecimo Neronis, ad excidium Templi. Ostendimus hanc dimidiam septimanam doctorum oculos effugisse, neque esse de censu reliquarum septuaginta. quæ animadversio pulcherrima est: & usus Hebraismi id demonstrat. XX autem anno Artaxerxis Mnemonis, non autem Longimani, Nehemias Ierosolyma profectus est.

Ibid. *Huc usque divinæ scripturæ Hebræorum annales temporum continent.*] Longe aliud tinniunt Græca. Ἕως μὲν οὖν Ἔσδρα καὶ Νεεμίου αἱ ἐνδιάθετοι Ἑβραϊκαὶ γραφαί. *Ad Esdram & Nehemiam usque hactenus canonicæ Hebraicæ scripturæ.* ἐνδιάθετος λόγος, καὶ προφορικὸς λόγος differunt, ut ἔννοια καὶ ἀποστηθισμός, ut cogitatio & recitatio. Nam τὸ ἐνδιάθετον est quod in animo conceptum habemus. At veteres Patres & Scriptores Ecclesiastici τὰς ἐνδιαθέτους γραφὰς vocant eas, quæ sunt de Canone, quia διαθεῖναι est Canonem constituere. ἐνδιαθεῖναι in Canonem ponere. propterea etiam ἐνδιάθηκοι γραφαὶ vocantur Eusebio. Sic Epiphanius canones divinæ scripturæ libros vocat ῥητὰ καὶ ἐνδιάθετα βιβλία, *certa & canonica volumina.* Georgius: ὥστε σὺν τὰς Χαλδαϊκὰς καὶ Αἰγυπτιακὰς ἀρχαιολογίας γράψαντας μὴ δεῖν χριστιανὸν ὑπολαμβάνειν, ὅτι ἀπὸ ἐνδιαθέτων καὶ ἀποκρύφων βιβλίων ἔχον. Contra scripta ἀπόκρυφα, sunt occulta, quod eorum usum in Ecclesia esse nolunt, sed in conditis reponuntur. Nam contraria sunt, ἐκκλησιάζεσθαι καὶ ἀποκρύπτεσθαι. Ἐκκλησιάζεσθαι dicuntur libri, quorum lectio est in Ecclesia: ἀποκρύπτεσθαι autem, quæ non leguntur. Itaque leges apud veteres: τὸ Ἰουδὶθ βιβλίον χρήσιμον μὲν, ἀλλ᾽ οὐκ ἐκκλησιάζεται. Ex Apocryphis duo Ecclesiastici vocati sunt, Liber Jesu Syrach, & Sapientia Solomonis, nimirum quod legerentur in Ecclesia, καὶ ἔθος ἦν αὐτὰ ἐκκλησιάζεσθαι. Iudæi גנוזים id est ad verbum ἀπόκρυφα, vocant ea, quorum lectione abstinent imbecilliorum animos, ut non ad ea admittantur, nisi & ætate & judicio maturi, quale est initium Ezechielis, totus Ecclesiastes Solomonis, & si qua sunt ejusmodi. Imo quidam Hebræorum scribunt Koheleth, id est Ecclesiasten, apud veteres Hebræos fuisse גנוז ἀπόκρυφον, & ad ejus lectionem non nisi doctissimos & verbi divini peritissimos admitti solere. Denique veteres ἀπόκρυφα vocant, quæ non sunt de Canone, καὶ πάντα τὰ μὴ ἐκκλησιαζόμενα; & contra ἐνδιάθετα, quæ collocata sunt in Canone, quæ aliter vocant ἐγκεκριμένα, ut Novella Justiniani CXLVI. §. θεσπίζομεν. Epiphanius de duobus Panaretis voluminibus Jesu filii Syrach, & Sapientiæ: αὗται χρήσιμοι μέν εἰσι καὶ ὠφέλιμοι, ἀλλ᾽ εἰς ἀριθμὸν ῥητῶν οὐκ ἀναφέρονται. διὸ δὴ ἐν τῇ Ἀρῶν ἀνετέθησαν, τοῦτ᾽ ἔστιν ἐν τῇ τῆς διαθήκης κιβωτῷ. Diserte dicit τὰ ἀπόκρυφα ideo dicta, quia reconderentur in Arca veteris Testamenti in Sanctis Sanctorum Adytorum, quasi in secundo templo Arca veteris Testamenti adhuc extaret. Sed non solus veterum Patrum hac in parte erravit. Exemplar Epiphanii adeo vitiosum est, ut interpreti imposuerit, qui putavit hic de Aaron summo Pontifice agi. ארון Ἀρὼν est Arca Testamenti. quod nemo nescit saltem Hebraismo minimum imbutus.

Ibid. *exhibeo de libro Maccabæorum.*] Liberrime hæc vertit. Nam Eusebius dicit Iosephum ea, quæ post tempora Nehemiæ sequuta sunt, diligenter persequutum esse in rebus Maccabæorum, usque ad tempora Romanorum. Quod verum est.

MDLXXXV. *Archelaus.*] Perdiccæ, cui hic Archelaus successit, attribuit annos XXVIII, ex sententia Hieronymi historici. Mirum enim quantum Scriptores inter se velitati sunt de tempore, quo Perdiccas regnavit. Athenæus: Περδίκκας τοίνυν πρὸ Ἀρχελάου βασιλεύσας, ὡς μὲν ὁ Ἀκάνθιος φησὶ Νικομήδης, ἔτη μα. Θεόπομπος δὲ φησι λε. Ἀναξιμένης μ. Ἱερώνυμος κη. Μαρσύας δὲ καὶ Φιλόχορος κγ. Quis discrepantiam non miretur?

Ibid. *Archelaus.*] Perdiccas moritur eodem anno, quo Pericles, Ἐπαμείνονος ἄρχοντος, quarto Olympiadis LXXXVII, qui erat tertius belli Peloponnesiaci. Diodorus: Περικλῆς δ᾽ ἀποθνήσκει κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, ἄρχοντος Ἐπαμείνονος, ἐφ᾽ οὗ τελευτᾷ Περδίκκας. καὶ τὴν βασιλείαν Ἀρχέλαος διαδέχεται. Diodoro ergo prochronismus fuerit triennii.

Ibid. *initium belli Peloponnesiaci.*] Verum est, quum adhuc pauci dies superessent magistratui Pythodori, bellum Archidameum, sive Peloponnesiacum, cœpisse. Sed à sequenti Prætore Euthydemo initium hujus

belli

belli capiunt scriptores. Itaque annus Epaminonis prætoris est tertius belli hujus, quum Epaminon sit tertius ab Euthydemo.

MDLXXXVII. *Athenienses pestilentia laborant.*] Describit satis ambitiose ἢ κακοζήλως Thucydides, dum aliqua Herodotum superare vult.

MDLXXXVIII. *Pericles moritur.*] Anno quarto Olymp. LXXXVII, Εὐαμένον® ἄρχοντ®. Recte.

MDXC. *Ex Aetna monte ignis erupit.*] Paulus Orosius libro secundo, cap. XVIII male refert post bellum Artaxerxis Mnemonis & Cyri minoris. Atqui hic casus „ ab Æliano confertur in Olympiad. LXXXI. numero „ MDLX in Collectaneis Stobæi: Ἐκ τ̃ Αἰλιανȣ̃ ἱστορίας. Πρώτῃ ἢ ὀγδοηκοστῇ Ὀλυμπιάδι φασὶ τὴν Αἴτνην ῥυῆναι, ὅτι ἢ Φιλόνομ®, ἢ Καλλίας οἱ Καταναῖοι τȣ̀ς πατέρας αὐτῶν ἀράμενοι διὰ μέσης τ̃ φλογὸς ἐκόμισαν. Fuerit ergo metachronismus XL „ annorum. Thucydides scribit tria incendia Ætnæ „ contigisse ex quo Græci colonias in Siciliam deduxe- „ runt: quorum secundum acciderit exitu anni Pelo- „ ponnesiaci VI, id est numero MDXCII. ideo apud Eu- „ sebium est prochronismus biennii. primum L annis „ antea. hoc est numero MDXLII. Tertii & postremi „ tempus non addit. Si vera Ælianus refert, quod non „ dubitamus, habebimus trium incendiorum Ætnæ, „ quorum Thucydides meminit, tempora, numero, „ MDXLII, MDLX, MDXCII. quorum medium „ est illud Æliani: primum, & postremum, quorum „ meminerit Thucydides; sed ex illis duobus posterius „ est id, quod hic biennii prochronismo relatum est „ ab Eusebio.

MDXCI. *Terra motu apud Locros scissa.*] Alii libri, *Terræmotu apud Locros scisso.* Male. Recte assignatum. Contigit enim hoc anno tertio Olymp. LXXXVIII, Εὐθυδήμȣ ἄρχοντ®. auctor Diodorus.

Ibid. *Atalanta facta est insula.*] Quum antea chersonesus esset, isthmo vi maris rupto, ex peninsula factam insulam scribit Diodorus. Attende ejus verba: τηλικȣ̃τȣς δὲ συνέβη σὺν σεισμȣ̀ς γενέσθαι κατὰ πολλὰ μέρη τῆς Ἑλλάδ®, ὥστε καὶ πόλεις τινὰς ἐπιθαλαττίȣς ἐπικλύσαι τὴν θάλατταν διαφθεῖραι. ἢ κατὰ τὴν Λοκρίδα χερσονήσȣ καθεστώσης, ῥῆξαι μὲν τὸν ἰσθμὸν, ποιῆσαι δὲ νῆσον τὴν Αταλάντην. Persuasit & Plinio libro secundo cap. LXXXVIII ita de hac re scribenti: *Avellit Siciliam Italiæ, Cyprum Syriæ, Eubœam Bœotiæ, Eubœæ Atalantem & Macrin.* Strabo quoque idem quod Plinius, Diodorus, & Eusebius, ex peninsula insulam factam. Sed quum vetustissimus horum Diodorus ex Thucydide hæc collegerit, Thucydidem autem male assecutus sit, verba ipsius Thucydidis ex libro tertio adferam, ex quibus nemo unquam colliget Atalanten insulam eo tempore ex illo terræmotu natam fuisse. καὶ, inquit, περὶ Αταλάντην τὴν ἐπὶ Λοκροῖς τοῖς Οπȣντίοις νῆσον παραπλησία γίνεται ἐπίκλυσις. Atalantem insulam illa inundatione superfusam ait. Ergo ante inundationem Atalante erat insula. quod quidem verissimum esse ex ejus libro secundo satis nobis exploratum est. ἐτειχίσθη δὲ ἢ ἡ Αταλάντη ὑπὸ Ἀθηναίων φρȣ́ριον τȣ̃ θέρȣς τȣ́τȣ πλȣ́τωντ® ἡ ἐπὶ Λοκροῖς τοῖς Οπȣντίοις νῆσ® ἐρήμη πρότερον ȣ̓̃σα. Ante inundationem illam jam Atalante erat insula, & in ea munimentum præsidio militum Atheniensium instructum. Seneca non ita oscitanter, ut Diodorus, Thucydiden legerat: cujus hæc verba ex XXIV capite libri VI. Quæst. Natur. *Thucydides ait, circa belli Peloponnesiaci tempus Atalantem insulam, aut totam, aut certe maxima ex parte superfusam.* Fideliter verba & sententiam Thucydidis expressit. Et recte Stephanus: Αταλάντη ἡ ὑπὸ Ἀθηναίων κτισθεῖσα πρὸς Λοκροῖς. Θȣκυδίδης δευτέρᾳ. Cave confundas cum alia ejus nominis Piræeo Attico opposita. Strabo lib. IX. πλησίον δὲ ἢ ἡ Αταλάντη ὁμώνυμ® τῇ περὶ Εὔβοιαν ἢ Λοκρȣ̀ς.

MDXCII. *Plato nascitur.*] Metachronismus biennii. Natus enim anno primo Olympiad. LXXXVIII. obiit annos natus LXXXI, anno primo Olympiad. CVIII. Auctor Apollodorus in Chronicis apud Laertium.

Ibid. *Persarum octavus Xerxes secundus.*] Thucydides, qui illis temporibus vixit, scribit Artaxerxem anno septimo belli Peloponnesiaci decessisse, principio hiemis, qui est annus quartus Olympiadis LXXXVIII. adstipulatur Diodorus, qui ait decessisse anno quarto Olympiadis LXXXVIII, Στρατοκλέȣς ἄρχοντ®.

Ibid. *cui successit decimus Darius cognomento Nothus.*] Annus vigesimus belli Peloponnesiaci erat tertiusdecimus Darii Nothi, auctore Thucydide vigesimus primus Solstitii Metonici, numero Eusebiano MDCV. Ergo cæpit imperare numero MDXCIII, ut hic recte annotatum est. Aliter. Decessit anno quarto Olympiad. XCIII, postquam regnasset annos solidos XIX, numero MDCXII. deductis XIX annis solidis, remanet initium Darii Nothi, numerus MDXCIII, ut antea. Ab hujus anno secundo anni CCCCXC putati, hoc est septuaginta hebdomades annales, desinunt in XIII anno Neronis absoluto, triennio fere ante excidium Templi.

Ibid. *cognomento Nothus.*] Non solum Νόθον, sed & Σύρον dictum fuisse scribitur ab auctore argumenti Περσῶν Æschyli. Δεύτερ® δὲ (Δαρεῖ®) ὁ Αρταξέρξȣ (τȣ̃ Μνήμον®) πατὴρ Σύρ® προσαγορευθεὶς, ἢ Νόθ®. Apud Africanum scriptum est ὑὸς Ξέρξȣ, ἀντὶ τȣ̃ Αρταξέρξȣ, vitio Librarii, an Africani. Sed Africani omnino. Nam & Xerxis filium vocat „ Eusebius, Africanum sequutus numero MCCCC- „ XCI. „

MDXCIII. *Lacedæmonii & Athenienses fœdus percutiunt.*] Recte. ἐνιαύσιοι σπονδαὶ Ἀθηναίων ἢ Λακεδαιμονίων, μηνὸς Ἐλαφηβολιῶν®, Ισάρχȣ ἄρχοντ®. Aliæ σπονδαὶ πεντηκοντȣ́τεις tertio hujus Olympiadis anno, undecimo anno ineunte belli Peloponnesiaci, Αλκαίȣ ἄρχοντ®. Thucyd. lib. V. Diodorus lib. XII, 324. Cave confundas.

MDXCV. *Eudoxus.*] Eusebius solet diversis intervallis iisque longe à se dissitis idem gestum, aut eundem hominem ponere, diversos auctores sequutus. quod alibi nos monere meminimus. Hic ponitur Eudoxus, & postea longo intervallo MDCXXV. At numero præsenti MDXCV nondum natus erat. Nam post XXIII ætatis annum profecuti cum viatico amici in Ægyptum miserunt cum commendatitiis ad Regem Nectanebim, qui inivit regnum numero MDCXXX. Florebat Eudoxus CIII Olympiade. Obiit annos natus CIII. Neque fieri potest, quin vitam produxerit ad successores Alexandri, si quidem adeo vivax fuit.

MDXCVI. *Lacedæmonii ver sacrum Heracleam destinantes, urbem condunt.*] Nemo veterum melius ex professo explicavit quid esset ver sacrum vovere, quam Hieronymus hic fecit quasi aliud agendo. In Græcis est tantum: Λακεδαιμόνιοι ἀπῴκισαν Ἡράκλειαν. *Lacedæmonii Colonos Heracleam deduxerunt.* Hieronymus ex historia (neque enim aliter ponit) ait vere sacro voto eam Coloniam deductam. Non solum enim ver

sacrum vovere, est omnem proventum unius anni consecrare, ut pecudes quidem diis immolentur, pueri autem & puellæ, postquam adulti sunt, extra fines velati ejiciantur, sed etiam juventutem Diis consecratam in colonias novas mittere. Dionysius Halicarnassensis libro primo Originum Romanarum egregie hunc morem declaravit menti Hieronymi convenientissime: τὸ μὲν πρῶτον ἱερὰ ὡς ἐξελθοῦσα νεότης, ἄνδρες ὀλίγοι κατὰ βίου ζήτησιν ὑπὸ τῶν γειναμένων ἀποσταλέντες, ἔθνος ἐκπληροῦντες ἀρχαῖον, ᾧ πολλοὺς βαρβάρων τε καὶ Ἑλλήνων ἐπίσταμαι χρησαμένους. ὁπότε γὰρ εἰς ὄχλου πλῆθος ἐπίδοσιν αἱ πόλεις ἥκοι λάβοιεν, ὥστε μηκέτι τὰς οἰκείας τροφὰς ἅπασιν εἶναι διαρκεῖς, ἢ κακωθεῖσα ταῖς οὐρανίαις μεταβολαῖς ἡ γῆ σπανίους τοὺς εἰωθότας καρποὺς ἐξήνεγκεν, ἢ τοιόνδε τι πάθος ἄλλο τὰς πόλεις κατασχὸν, εἴτε ἄμεινον, εἴτε χεῖρον ἀνάγκην ἐπιστήσειε μειώσεως τοῦ πλήθους, θεῶν ὅτῳ δὴ καθιεροῦντες ἀνθρώπων ἐτείους γονὰς ἐξέπεμπον ὅπλοις κοσμήσαντες ἐκ τῆς σφετέρας. Item libro secundo non longe à principio. ἱερὰ ὡς αὕτη νεότης καθοσιωθεῖσα θεοῖς κατὰ τὸ ἐπιχώριον νόμον ὑπὸ τῶν πατέρων ἀποσταλῆναι λέγεται χώραν οἰκήσουσα τὴν ὑπὸ τοῦ δαίμονος σφίσι δοθησομένην. Nullus veterum disertius hunc morem explicavit Dionysio, nullus usum melius demonstravit Hieronymo. Iustinus lib. XXIV. *Namque Galli abundanti multitudine, quum eos non caperent terræ, quæ genuerant, trecenta millia hominum ad sedes novas quærendas velut ver sacrum miserunt.* Igitur Hieronymus dicit hanc coloniam devotæ à parentibus juventutis fuisse. Certe quamvis Græcorum etiam hunc morem fuisse vetustissimum dicit Dionysius, tamen Græci verbum non habent, quo ver sacrum exprimere possint, aut ver sacrum destinare. Ipsi dicerent τὴν νεότητα καθοσιῶσαι. Τῆς νεότητος καθοσιωθείσης τὴν πόλιν ἀποικίσαι: *vere sacro voto colonos in novam urbem misisse.*

Ibid. *Heracleam urbem condunt.*] Anno tertio Olympiados LXXXVIII, qui erat sextus belli Peloponnesiaci, Euthydemo magistratu Athenis, Trachinam, urbem jam multos annos in ruderibus jacentem Lacedæmonii instaurarunt, tribus millibus Spartanorum deductis; sex millibus autem aliorum Græcorum. Thucydides libro tertio. Diodorus libro XII. Hic vides novem millia colonorum. Marcianus μυρίους fuisse dicit.

Εἶτεν παρ' αὐτοῖς Ἡράκλει' ἐστὶ πόλις,
Ἣν οἱ Λάκωνες, μυρίους οἰκήτορας
Πέμψαντες εἰς Τραχῖνα, πρότερον ᾤκισαν.

Inde Straboni dicitur Ἡράκλεια Τραχίν. Manifestum vero est hic commissum esse quinquennii metachronismum. Anno enim, ut diximus, tertio Olympiadis antecedentis deducta est colonia.

MDXCVIII. *Clades, quæ Atheniensibus accidit in Sicilia.*] Contigit anno XIX belli Peloponnesiaci, quarto Olympiadis XCI, Cleocrito magistratu Athenis, numero MDCIV. Prochronismus sexennii. Annus XIX belli Peloponnesiaci, & eclipsis Lunaris, quæ illi cladi intervenit, non patiuntur tempus hujus funestissimi casus ignorari.

MDCII. *Alcibiades profugus abiit ad Tisaphernem.*] Satis constat Alcibiadem Athenis Spartam fugisse διὰ τὴν Ἑρμῶν κατακοπήν, anno secundo Olympiadis XCI, Χαβρίου ἄρχοντος, auctore Diodoro. Quarto autem anno ejusdem Olympiadis cladem exercitus Atheniensium in Sicilia contigisse, ducibus Nicia, & Demosthene, de qua proxime verba fecimus, anno belli Peloponnesiaci XIX. Anno sequente, qui erat belli vigesimus, & primus Olympiadis XCII, numero MDCV, Alcibiades erat apud Tisaphernem, auctor Thucydides libro VIII. Prochronismus triennii.

MDCIV. *Amyrtæus.*] Multifariam in scriptis & editis hoc nomen corruptum est. Thucydides libro primo vocat Ἀμυρταῖον τὸν ἐν τοῖς ἕλεσι βασιλέα. Intra palustria enim Ægypti (quæ βουκόλια alibi vocata fuisse dicimus) sedem suam muniverat, neque à Persis expugnari potuit.

MDCV. *Eubœa à societate Atheniensium discessit.*] Thucydides ibidem, paulo post. Μετὰ δὲ ταῦτα οὐ πολλῷ ὕστερον Εὔβοια ἀπέστη ἀπὸ Ἀθηναίων.

MDCIX. *Macedonum XIII Orestes.*] Neque Archelaus Macedo regnavit XXIV annis, quod hic scribitur, sed septem: neque Orestes filius successit illi: sed interfectus ab Æropo tutore regnum reliquit parricidæ: neque hic est locus cædis Archelai, qui occiditur à delitiis suis Cratero, anno primo Olympiad. XCV. Quare hic erratum est tripliciter. Sed hic Archelaus confunditur cum Archelao numeri MDCXII. Vide omnino Ælianum Ποικίλης VIII. cap. IX. ubi non Κράτερον, sed Κραταίαν vocat hunc percussorem Regis Archelai.

Ibid. *Euripides apud Archelaum, Sophocles Athenis moritur*] Natus Euripides Prætore Callia circiter transitum Xerxis, hoc est anno primo Olympiad. LXXV, ut extat in prolegomenis in Euripidem, & apud Suidam, ac Laërtium in Socrate. Decessit anno ætatis septuagesimo quinto. Ergo ejus obitus congruit anno tertio Olymp XCIII, archonte Athenis Callia. Itaque sub Callia nasci, & sub alio homonymo Callia mori illi contigit. Jam Sophocles obiit eodem Prætore, ut auctor Diodorus pag. 387. quamquam alii scribunt sexennio post Euripidem decessisse. Natus est Sophocles anno primo Olympiadis LXXI, auctore ejus Scholiaste. vixit nonaginta annos, ut scribit Diodorus ibidem. Decessit ergo anno tertio Olympiadis XCIII. ut erat propositum. Biennii igitur prochronismus hic commissus est. De Euripidis morte vide proverbium Προμέρου κύνες. Stephanus: Βορμίσκος χωρίον Μακεδονίας, ἐν ᾧ κυνοσπάρακτος γέγονεν Εὐριπίδης, οὓς κύνας τῇ πατρῴᾳ φωνῇ Ἑσερικὰς καλοῦσιν οἱ Μακεδόνες, ὁ δὲ ποιητὴς τραπεζίας. ἐκ δὲ τῶν δηγμάτων ἀρρωστήσαντα αὐτὸν ἀποθανεῖν.

Ibid. *Dionysius in Sicilia.*] Eodem anno, quo Sophocles & Euripides obierunt, Dionysius tyrannidem in Sicilia, & Archelaus regnū inivit in Macedonia. Quare idem prochronismus biennii, qui supra, ex eadem caussa. De Archelao autem præcipue advertendum. Nam oportet initio ejus regni Euripidem apud eum extinctum fuisse.

MDCX. *Aegyptiorum Nephcrites.*] Diodoro Νεφερεύς. Sed mirum Iustino Hercynionem vocari libro VI: quem sequitur Orosius, ut solet.

MDCXI. *Persarum undecimus Artaxerxes.*] Unius anni prochronismus. Nam Darius Nothus obiit anno quarto Olympiad. XCIII, circiter belli Peloponnesiaci exitum. Iustinus: *Insignis hic annus expugnatione Athenarum, & morte Darii regis Persarum, & exilio Dionysii Siciliæ tyranni fuit.* De Darii exitu, & expugnatione Athenarum vera dicit. De exilio Dionysii minoris immane quantum hallucinatur. Peccat enim & tempore & persona. De qua hallucinatione vide pag. 368. de Emendat. Temporum.

Ibid. *Sub hoc rege mihi videtur historia.*] Non magis huic tempori Estheris historia convenit, quam Assuerus,

fuerus, five Axerxes, eſt Artaxerxes. Neque poſsum probare Græcorum interpretum ſententiam, qui אחשורוש libri Eſter, hoc eſt Ἀσσύηρον, verterunt Artataxerxem. De hoc nomine ſatis ſuperq; alias diximus. אחשורש eſse Xerxem, vel Axerxen. ſic אחשדרפן Ἀξαδραπὰν eſt, qui aliter Σατράπης. Theopompus apud Photium 202. Αὐτοφραδάτην τὸν τῆς Λυδίας Ἐξατράπην, id eſt אחשדרפן, σατράπην. Sic & אחשורוש Ἀξέρξης, qui Græcis Ξέρξης. Unde colligas nomen Xerxis in ſcriptura non eſse mutatum, & plumbeos, aſinos, cerritos eſſe, qui alium regem ſub hoc nomine hariolantur. Non poſſunt habere aliquid hominis, qui rei tam manifeſtæ ὁμόσε χωροῦσι.

MDCXV. *Athenienſes ſuſtinent tyrannidem.*] Metachroniſmus biennii. Nam ἡ τῶν τριάκοντα ὀλιγαρχία conſtituta à Lyſandro, anno belli Peloponneſiaci vigeſimo ſeptimo exacto, ineunte vigeſimo octavo, anno primo Olympiadis XCIV, quo nullus archon fuit propter ſublatum à Lyſandro regimen populare. Diodorus: ἀναρχίας δὲ οὔσης Ἀθήνησι διὰ τὴν κατάλυσιν τῆς ἡγεμονίας, ἔτος μὲν ἦν ὀγδοηκοστὸν πρὸς τοῖς ἑπτακοσίοις μετὰ τὴν Τροίας ἅλωσιν. Certum eſt hæc verba Diodori Euſebio impoſuiſſe. Diodorus enim non DCCLXXX annos putat à Trojæ excidio, ad XXX tyrannos, ſed ait eſſe annum ſeptingenteſimum octageſimum à capto Ilio. Excidium Ilii ſecundum Euſebium numero DCCCXXXV. Accedat numerus à Diodoro definitus, DCCLXXX. Pervenietur ad præſentem annum MDCXV. Sed primum peccatum eſt ab Euſebio, quod anno ſerius epocham capti Ilii poſuit, nimirum numero DCCCXXX, & ab illo caſu, ad primam Olympiadem, putat annos tantum CCCCVI, quum Diodorus Eratoſthenem ſequutus putet annos CCCCVII: & ratio poſtulet, ut numero DCCCXXXIV caſus Ilii aſſignetur. Alter error Euſebii, quod DCCLXXX annos à Diodoro definitos abſolutos eſse arbitratur, quum Diodorus labentem annum, non autem abſolutum dicat: ἑπτακοσιοστὸν καὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος dicit, non ἑπτακόσια καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη. Itaq; biennio amplius dixit, anno quidem uno, quod CCCCVI annos, non CCCCVII, ponit à capto Ilio, ad primam Olympiadem: altero autem anno, quod currentem annum pro exacto ponit. qui error deprehenditur, ſi de DCCLXXX detracto intervallo CCCCVII annorum, reliquum CCCLXXIII per quatuor partiamur. Habebimus enim annum primum Olympiadis XCIV. Propterea ſubjicit: ἤχθη δὲ Ὀλυμπιὰς κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν τετάρτη πρὸς ταῖς ἐνενήκοντα, καθ' ἣν ἐνίκα Κροκίνας Λαρισσαῖος. In editionibus peccatum eſt metachroniſmo triennii. In quarto enim anno Olympiadis hoc geſtum collocant. Idem habet & PET. Codex, ſed adverſus mentem Euſebii, qui manifeſto oſtendit verbis Diodori ſe deceptum fuiſse, quum ad numerum DCCCXXXV adjectis DCCLXXX compoſuit numerum præſentem MDCXV, biennio amplius, quam oportuit, non triennio, ut habent editiones.

MDCXVI. *Aegyptiorum Achoris ann.* XII.] Mirum cur XII annos huic regi tantum attribuit, quum in priore Græco, & apud Africanum, ιγ ἔτη aſſignentur. Quo conſilio hoc fecerit, præſertim adverſus ſe ipſum, neſcio: qui in priore libro, ut dixi, XIII attribuit.

Ibid. *Achoris.*] Ἄκωρις, non Ἄχωρις dicitur Diodoro, ejuſque meminit anno IV Olympiadis centeſimæ, XXIV annis poſt annum præſentem. Ἄκωρις Theopompo apud Photium 202 καὶ περιέχει ὁ δωδέκατος λόγος περὶ τε Ἀκώριος τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως, ὡς πρός τε τοὺς Βαρκαίους ἐπράξατο, καὶ ὑπὲρ Εὐαγόρου ἔπραττε τοῦ Κυπρίου, ἐναντία πράττων τῷ Πέρσῃ. Male apud Photium Πάκωρις. Nam & poſtea recte ibidem Ἄκωρις dicitur.

Ibid. *Democritus moritur.*] Anno ipſo ἀναρχίας deceſſiſſe ſcribit Diodorus: id eſt anno primo Olympiad. XCIV, triennio citius, quam hic ponitur. Obiit annos natus XC; inquit ille. Si verum eſt, natus fuerit anno tertio Olympiadis unius & ſeptuageſimæ. Igitur falſo ſcribit Laërtius juniorem fuiſſe Anaxagora annis quadraginta, nato anno primo Olympiadis ſeptuageſimæ. Ita enim Democritus natus fuiſſet anno primo Olymp. LXXX: quo etiam natum eum ſcripſit Apollodorus. Ergo deceſſerit annorum duum & quinquaginta, non autem nonaginta.

Ibid. *Alcibiadem Pharnabazus.*] In eundem annum ἀναρχίας cædem Alcibiadis confert Diodorus. Ex Plutarcho ſubolet inter captas à Lyſandro Athenas, & cædem Alcibiadis, ut minimum interceſſiſſe annum unum. Periit, ut refert Cornelius Nepos, annorum XL. Ita natus fuerit circiter annum tertium, aut quartum Olymp. LXXX. Puto Diodorum falli, ut in aliis quamplurimis deprehenditur.

Ibid. *Cyri Regis aſcenſus.*] Τὸ *Regis* addidit de ſuo Hieronymus. Non enim erat Rex. In Græcis eſt, Κύρου Πέρσου ἀνάβασις, non Κύρου βασιλέως.

Ibid. *Cyri Regis aſcenſus.*] Κύρου ἀνάβασις contigit anno IV Olymp. XCIV. Ξεναινέτου, vel, ut Diodorus habet, Ἐξαινέτου ἄρχοντος, ἐν ὑστέρῳ ἔτει τῆς Σωκράτους τελευτῆς. Quare tempus convenit. Hinc exercitus, quem in illa in fratrem expeditione ſecum habuit Cyrus minor, dicitur ab Iſocrate τὸ Κύρειον. hoc eſt, στράτευμα τὸ μετὰ Κύρου συναναβεβηκός.

Ibid. *Tyranni Athenis oppreſſi.*] Diodorus conjungit hoc geſtum cum aſcenſu Cyri, anni IV Olymp. XCIV. Laërtius Socratem perhibet extinctum anno primo Olymp. XCV, paulo ante quam XXX Tyranni à Thraſybulo opprimerentur. Videtur exitu anni IV Olymp. XCIV Socrates extinctus, ineunte anno primo Olymp. XCV tyranni ejecti. Eſt idem annus Julianus, ſed diverſus Olympicus. Pauxilli dies poſsunt hanc differentiam conſtituere. Sic etiam, ut non ſemel diximus, à quibuſdam ſcriptoribus Palilia prima Urbis propter exiguum intervallum non in annum currentem Olympiadis conferuntur, ſed in proxime ineuntem. Hæc, & ſimilia non raro contingunt apud auctores.

MDCXVII. *Athenienſes* XXIV *literis uti cœperunt.*] Non tribus verbis hæc explicari poſſunt, neque prius quam originem literarum Græcarum & Latinarum aperuero. Quare veniam divertendi ab æquo lectore peto, dum origine tam præclaræ rei demonſtrata, iterum ad Euſebii verba tanquam è diverticulo redeo. Primum igitur oſtendam Ionicarum veterum literarum exemplum & formam: deinde earum originem ex Phœniciis characteribus: tertio diverſitatem figurarum, quibus Græci veteres in deſignandis literis uſi ſunt: quarto quot & quas Græci à Phœnicibus acceperint, quas reliquerint, quas ad numerum Phœniciarum adjecerint, & quas prius uſurparint antequam illas adjicerent, ut ad mentem Euſebii aperiendam redeatur, cujus rei ergo omnis hæc diſputatio inſtituta. Hæc quanquam ſingula ſecundum materias in capita ſua conjicienda erant; tamen quia nimis longa eſſet digreſſio, ne abuterer lectoris æquanimitate, omnia in unam Diatribam conjeci, multis omiſſis, quæ non ſine fructu, ſed non ſine tædio lectoris dici poterant.

DIGRESSIO DE LITERARUM IONICARUM ORIGINE ad locum Eusebiani numeri MDCXVII illustrandum.

Exemplum tibi damus priscarum Ionicarum literarum, quas Herodotus similes Phœniciis esse dixit, quæ incisæ sunt in duas columnas, quæ ex via Appia in hortos Farnesianos translatę sunt. Eæ ambæ eodem exemplo sunt, ut alteram exscribere satis sit. Multum mirari subit, quum via Appia, cujus in columna mentio fit, anno ab V.C. CCCCXLI strata ab Appio Claudio fuerit, numero Eusebiano MDCCV, tamen in Italia adhuc veterum Ionicarum literarum usum fuisse. Atqui Herodotus tanquam rem vetustissimam narrans, se in quibusdam locis literas Ionicas vidisse scribit, quæ Phœniciis simillimæ essent. Sed tempus est, adhibito Phœniciarum literarum exemplo, ad reliqua pergere.

EXEMPLUM IONICARUM PRISCARUM LITErarum ex columna, quæ in via Appia reperta, postea ad hortos Farnesianos traducta est.

ODENI. ΘEMITON. METAKINESAI
EK. TO. TPIOΓIO. HO. ESTIN. EΓI. TO
TRITO. EN. TEI. HODOI. TEI. AΓΓIAI.
EN TOI. HERODO. AΓROI. O ΓAR
LOION. TOI. KINESANTI. MARTVS.
DAIMON. ENHODIA. KAI. HOI
KIONES. DEMETROS. KAI. KORES
ANAΘEMA. KAI + ΘONION. ΘEON. KAI. *

* * * * *

οὐδενὶ θεμιτὸν μετακινῆσαι
ἐκ τοῦ Τριοπίου, ὅ ἐστιν ἐπὶ τοῦ
τρίτου ἐν τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ
ἐν τῷ Ἡρώδου ἀγρῷ. οὐ γὰρ
λῷον τῷ κινήσαντι. Μάρτυς
δαίμων ἐνοδία, καὶ οἱ
κίονες τῆς Δήμητρος, καὶ Κόρης
ἀνάθημα, καὶ χθονίων θεῶν, καὶ. *

Apellationes Syrorum posteriorum.	Apellationes Syrorum veterum.		Phœniciæ literæ.	Græcæ literæ recentiorum & Ionum veterum.		Latinæ.
Olaph.	Alpha.	אלפא.	𐤀	Α A Λ.	ἄλφα.	A.
Beth.	Betha.	ביתא.	𐤁	B.	βῆτα.	B
Gomal.	Gamla.	גמלא.	𐤂	Γ Λ.	γάμμα.	C.
Dolath.	Delta.	דלתא.	𐤃	D Δ.	δέλτα.	D.
He.	He.	הי.	𐤄	E Є.	εἶ.	E.
Wau.	Wau.	וו.	𐤅	ς F C.	ἐπίσημον βαῦ.	F.
Zoe.	Zetha.	זיתא.	𐤆	Z.	ζῆτα.	G.
Heth.	Hetha.	חיתא	𐤇	H.	ἦτα.	H.
Teth.	Tetha.	טיתא.	𐤈	ϵ ⊕ ☰.	θῆτα.	. . .
Iud.	Iota.	יוטא.	𐤉	I.	ἰῶτα.	I.
Chuph.	Kappa.	כפא	𐤊	K.	κάππα.	K.
Lomad.	Lambda.	למדא.	𐤋	Λ L.	λάμβδα.	L.
Mim.	Me.	מי.	𐤌	M Mμ.	μῦ.	M.
Nun.	Nun.	נון.	𐤍	N N.	νῦ.	N.
Semchath.	Simcha.	סמכא.	𐤎	Ξ ξ.	ξῖ.	. . .
E.	Oe.	עאי.	𐤏	O ◻.	οὗ.	O.
Phe.	Phe.	פי.	𐤐	Γ Π.	πῖ.	P.
Tzode.	Tzode.	צדי.	𐤑	ϡ Λ.	ἐπίσημον σάνπι.	. . .
Kuph.	Kophe.	קופא.	𐤒	ϙ G.	ἐπίσημον κόππα.	Q.
Resch.	Roe.	ראי.	𐤓	R P.	ῥῶ.	R.
Schin.	Schin.	שין.	𐤔	S ϟ Σ C Ɛ.	Σάν. σῖγμα.	S.
Thau.	Thau.	תו.	𐤕	T.	ταῦ.	T.
				Y V ϒ.	ὖ.	V.
				Φ ⌽ ⏀ ψ.	φῖ.	. . .
				X +.	χῖ.	. . .
				Ψ.	ψῖ.	. . .
				Ω ω ω ω.	ὦ.	. . .
						X.

Ex-

Habes exemplum literarum Phœniciarum una cum figuris diversis Græcarum, ex quarum comparatione per te ipse colligere potes id, quod secundo loco proposuimus, Græcas literas è Phœniciis natas, quum idem ordo sit, eademque forma earum, quæ Phœniciarum, quibus omnes olim & Chananæi, & Hebræi usi sunt, adhucque Samaritani utuntur: neque aliæ in usu fuerunt à temporibus Mosis, ad excidium Templi. Nam eæ, quibus hodie Judæi sacros libros, & omnia acta sua conscribunt, nuperæ ac novitiæ sunt, ex Syriacis depravatæ, illæ autem ex Samaritanis: quod quum luce clarius sit, tamen quidam semidocti, semitheologi, &, ut significantius loquar, semihomines, non solum Iudaicas literas vere Hebraicas esse priscas audent dejerare, sed etiam impios putant, atque adeo palam vocant, qui aliter sentiunt. Miseram vero doctorum & piorum hominum conditionem, si doctrinæ & pietatis suæ non alios testes haberent, quam asinos. Quum igitur priore loco Ionicarum literarum ex columna viæ Appiæ, postea vero etiam Phœniciarum ex Samaritano, Chananæo, sive Mosaico Alphabeto exemplum dederimus, nemo non videt non solum Ionicas literas ex Phœniciis, sed & Latinas quoque expressas esse, & verum esse, quod scribit Plinius, Ionum priscas literas easdem pene cum Latinis fuisse, ,, quas etiam ibidem Assyrias vocat. *Literas semper ar-* ,, *bitror Assyrias fuisse.* Etiam Iudæi ab ultima antiqui- ,, tate literas, quibus hodie utuntur, vocant אַשּׁוּרִית ,, *Assyrias.* quod est magnum vetustatis argumentum. Iones enim à Phœnicibus literas acceperunt, quæ, ut in omnibus rebus evenit, usus tractatione, & progressu longi temporis à primigenia forma descivērunt: ita tamen, ut earum origo dissimulari non possit. Ideo Herodotus dixit Ionicas veteres literas Phœniciis simillimas fuisse, earumque sese quædam monumenta in Asia vidisse. Quare quum Ionicæ literæ vetustissimæ sint, & ad alias nationes ab Ionibus profectæ, merito Plinius dixit: *Gentium consensus tacitus primus omnium conspiravit, ut Ionum literis uterentur.* Simillimæ, ut dixi, eæ erant Phœniciis literis, & tu ipse ex utrarumque exemplis superioribus judicare potes. Herodotus: ἴδον δὲ καὶ αὐτὸς Καδμήϊα γράμματα ἐν τῷ ἱρῷ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ἰσμηνίου ἐν Θήβῃσι τῇσι Βοιωτῶν ἐπὶ τρίποσι τισὶ ἐγκεκολαμμένα τὰ πολλὰ ὁμοῖα ἐόντα τοῖσι Ἰωνικοῖσι. Non sine causa igitur dicit Plinius, veterem consensum gentium conspirasse, ut literis Ionum uterentur. Nullas enim alias habebant antiquitus tam in Asia, quam in Europa, & in Italia, præter Ionicas. Quare longe longeque fallitur vir doctissimus, qui in suis ad Cæsaris Commentarios notis τὸ *Ionum* ex Plinii Codice expungendum censet: neque pulcherrimæ rei vetustam memoriam assecutus est. Pausanias Ἠλιακῶν β̄ scribit se vidisse κέρας Ἀμαλθείας priscis Atticis literis scriptum, quas cave alias suspiceris ab Ionicis, aut iis, quarum exemplum dedimus ex columna viæ Appiæ: quanquam Harpocration diversas facit. Ἀττικοῖς γράμμασι Δημοσθένης κατὰ Νεαίρας, ἀντὶ τοῦ παλαιοῖς. τὴν γὰρ τῶν εἴκοσι τεσσάρων στοιχείων γραμματικὴν ὀψέποτε παρὰ τοῖς Ἴωσιν εὑρεθῆναι. Θεόπομπος δὲ ἐν τῇ εἰκοστῇ πέμπτῃ τῶν Φιλιππικῶν ἐσκευωρῆσθαι λέγει τὰς πρὸς τὸν βάρβαρον συνθήκας, ἃς οὐκ Ἀττικοῖς γράμμασιν ἐστηλιτεῦσθαι, ἀλλὰ τοῖς τῶν Ἰώνων. Ita ex veteri libro restituendus locus ille. Sed omnino veteres Atticorum, Ionum & Latinorum literæ eædem fuerunt, quicquid dicat ille. Quin etiam Plinius, ut probaret veteres Atheniensium literas easdem cum Latinis fuisse, hanc vetustissimam inscriptionem producit: ΝΛVSIKRATES. TISAMENO. ΛTHENΛIOS. quod posteriores ita concepissent: Ναυσικράτης Τισαμενοῦ Ἀθηναῖος.

Nunc ad tertiam partem venio, de figura literarum, & earum differentiis. Quemadmodum Iudæi lite- „ ras quadratas, quibus hodie sacra biblia ab illis „ conscribuntur, vocant אותיות אשורית, hoc est „ γράμματα Ἀσσυριακά, quod ea à Chaldæis acce- „ perunt, sic Græci vetustissima elementa Φοινίκεια „ quoque appellarunt, quod à Phœnicibus per Cad- „ mum illis datæ fuerunt. Quin etiam Phœnicias lite- „ ras à Græcis Καδμεῖα γράμματα dictas fuisse manifestum est ex Herodoto, & Timone: — Φοινικικὰ σήματα Κάδμου. Unde consensus ille vetustissimus totius Græciæ satis convincit, literas à Cadmo Græcos accepisse: neque caussæ esse, cur rem tam manifestam aut negemus, aut Tzetzæ neganti assentiamur, qui duplici argumento probare nititur Græcos ante Cadmum literas habuisse: priore, quod Oraculum redditum fuit Cadmo: Φράζεο δή τὸν μῦθον Ἀγήνορος ἔκγονε Κάδμε. &c. altero argumento, quod Bellerophon antiquior Cadmo scriptas tabellas de sua cæde attulit. Utrumq; argumentum futilissimum est. Nam utrumque gestum fictum est à Poëtis. Quare Cadmeæ literæ vocatæ, si Cadmo auctori acceptæ non referuntur? & si Cadmus auctor, aut saltem primus doctor & index earum in Græcia, quomodo ante Cadmum literas habuerunt Græci? Quare vetustiores nusquam repertæ sunt in veteribus monimentis, quam eæ, quæ Καδμεῖα γράμματα vocabantur, item eæ, quas Ionicas vocabant Cadmeis simillimas, ut testatur Herodotus? Sed quibus magis credimus, quam oculis nostris, quum Ionicas & Latinas plane ex Phœniciis expressas videamus, easdemque esse & serie & figura. Chaldæi quoque suas ex Phœniciis adumbrarunt. Chaldæas voco, quibus hodie Ecclesia Antiochena utitur, item Christiani Nestoriani & Maronitæ. qui, quemadmodum Græci & Latini, habent duplices, majusculas, quas Capitales vocamus, quas ipso Græco vocabulo Astrangelo id „ est στρογγύλας dicunt, & minusculas, quas extensas „ vocant, nos practicas aut cursivas dicimus, quæ ad celeritatem scribendi excogitatæ sunt. Capitales sive majusculæ Chaldææ ita expressæ sunt ex Phœniciis, ut negari non possit, eas ex illis fluxisse, ut nostras minusculas à majusculis veteribus Romanis. Arabes vero & Iudæi suas hodiernas ex Chaldæis depravarunt, quod Chaldææ mediæ sint inter Phœnicias, & Iudaicas, vel Arabicas. His animadversis, sine quibus disputationem nostram instruere non potuissemus, nunc ad figuras ipsas veniamus.

ΑΛΦΑ. Ita vocatur etiam à veteribus Syris. Eo nomine Bovem à Tyriis dictum fuisse, & quia bos Cadmo occurrisset, dum urbem in Bœotia condere vellet, propterea & Alpha omnibus literis præire voluisse scribit Plutarchus in Symposiacis. Hesychius, ἄλφα βοῦς. κεφαλή. Sane אלף est bos. Prima figura Ionica omnino eadem est cum prima Phœnicia. Secunda ex Ionica reformata est, & æqualibus cruribus ἰσοσκελὴς facta. Tertia recentior est. Lapis apud Magnum Etruriæ ducem. ΙΣ□ΚΡΛΤΗΣ. ⊟Ε□Δ□Ρ□Υ, Α⊟ΗΝΛΙ□Σ. Apud Ducem Aquæ Spartæ. . . . . . ΔΛΜΛΣ. In Palatio Farnesiano ΛΥΣΙΛΣ. Capitalis Chaldæa ex Phœnicia expressa hodiernum א Iudaicum peperit.

ΒΗΤΑ,

ΒΗΤΑ. Ita à veteribus Syris. Latinis priore syllaba tantum dicitur B E. Ideo Ausonius dividuam vocat. *Dividuum Betæ monosyllabon Italicum B.* Est autem expressa ex prima Phœnicia, basi replicata. Contra Chaldaica semicirculo superiore extenso generavit ב hodiernum Judaicum. Quod pro B, & Vau Latino indifferenter usurpata sit, ostendunt Βόλσκοι, Οὐόλσκοι: Βάῤῥων, Οὐάῤῥων: Βαλέριος, Οὐαλέριος: Αὔγαρος, Αὐγαρος.

ΓΑΜΜΑ. Veteres Syri Gamla. Prima Græca hodierna expressa ex prima Phœnicia: secundo Ionica ex secunda Phœnica. Chaldaicum Gomal ex tertia depravatum dedit simillimum hodiernum ג Judaicum, & Gim Arabicum. Ex hoc quoque tertio Phœnicio expressum est C Latinum, angulo recto, ut sæpe fit, in semicirculum celeritate scribendi degenerante. Sed & pro Gamma veteribus Latinis usurpatum. Ausonius: *Prævaluit postquam Gammæ vice functa prius C.* Ergo Cajus pronunciabant Gajus, & Cnejus, Gnejus. Contra PACUNT pro Pagunt: LECE, lege: AGRO CABINO, Agro Gabino: ACNA, Agna: LECIONES, Legiones: PUCNA, Pugna: & infinita alia. Contra GAMELUS, Camelus. Terentius Scaurus. Item FOCA, Fuga, EXFOCIUNT, Effugiunt.

ΔΕΛΤΑ. Idem nomen priscis Syris. Ionicum & Latinum D expressum ex tertio Phœnicio, sublata basi. secundum vero Græcum triquetrum Δ ex primo Phœnicio. Sed triquetrum vetustum apparet ex nomine Tabellarum, quæ Δέλτοι à triquetra figura dictæ, & Δέλτα Ægypti, & Δελτωτὸν forma sideris. Rotundum vetustius esse arguit usus Ionum priscorum. Quare castigandus Ausonius vir alioqui sui ævi doctissimus, qui ita scribit:

Non formam, at vocem Deltæ gero Romuleum D.

Imo potius Romuleum D est verum & vetustissimum Delta. Capitale Dolath Chaldaicum ex quarto Phœnicio propagatum est, sublato interpensivo, quod arrectarium & transversum tigillum jungebat. Et quia eadem omnino figura est Res literæ, ab illa hæc distinguitur puncto intra jugum adhibito. Judæi quoque uno puncto suum Daleth à Res distinguebant, auctore Hieronymo, si bene memini, qui scribit non differre alterum ab altero, nisi puncto. Hodie Iudæi hebetiorem angulum τοῦ Res faciendo ita distinguunt illud à suo Daleth. Omissio hujus puncti, imposuit septuaginta interpretibus, qui גרים, pro גדים legunt. Onkelo doctissimo Paraphrastæ, qui אצטרי, pro אצטדי.

Ε. Hanc ita posteriores Græci enunciabant, ut veteres Syri, Chaldæi, Phœnices, Iudæi. Sed vetustissimi Græci Ει proferebant. quod multi veterum testantur. Athenæi excerpta apud doctiss. Casaubonum. ὅτι ἀρχαῖοι τῷ ε ἀντὶ τοῦ ει στοιχείου προσεχρῶντο. ὡς δὲ καὶ τῷ ει ἀντὶ τοῦ ε. Plutarchus in Opusculo περὶ τοῦ Ει τοῦ ἐν Δελφοῖς illo Ει intelligit Ε literam, quam ει pronuntiabant. Quidam enim interpretabantur illa litera, quæ quinarium numerum significat, quinque sapientes Græciæ intelligi. Itaque una tantum litera Ε, non duæ Ει intelligendæ. Sed, ut dixi, Ει pronunciabant, Ε autem scribebant. Denique toto illo opusculo τὸ Ει Delphis dedicatum nihil aliud, quam Ε quintam Græcorum literam esse ostendit. In Alypii μουσικῇ στοιχειώσει seu per τὸ Ε vocatur Ει, & τὸ Ο, ΟΥ.

Ἐπίσημον βαῦ. Sic Phœnices, Syri veteres, Chaldæi & Judæi; & Arabes vocant. Prius efformatum est ex ultimo Phœnicio. alterum merum est Ionicum, quod à figura merito vocatur Digamma. Sunt enim duo Gamma alterum alteri impositum. Totum Alphabetum Cadmeum, veterum Ionum, & Latinorum viginti duabus literis explicatum est. ex quibus non omnes apud Ionas literarum vice fungebantur. XVI enim tantum ex illis in usum scribendi assumptæ sunt. reliquæ vocatæ sunt ἐπίσημα, id est notæ. Numerorum enim erant symbola, non literæ. Itaque hoc loco duplex figura quidem ϛ ἐπισήμοντος ἐξ ἀριθμοῦ, F autem ἐπίσημον τοῦ βαῦ, quod vere pro Wau litera Cadmea poneretur, cujus creberrimus usus Æolibus. Sed prius περὶ ἐπισήμου ἕξ, nimirum de figura ϛ dicamus. Hoc igitur, quia ordine sextum est, tam apud Phœnicas, Syros, Chaldæos, Iudæos, Arabas, quam apud priscos & recentiores Græcos pro senario ponitur. Epiphanius κατὰ Μαρκωσίων 108. ὁ γὰρ ἐπίσημος ἀριθμὸς συγκεραθεὶς τοῖς εἴκοσι τέσσαρσι στοιχείοις τὸ τριάκοντα γραμμάτων ὄνομα ἀπετέλεσε. Quod enim hoc ἐπίσημον in alphabetis Græcis antiquitus poneretur ordine inter Ε, & Ζ ostendit idem Epiphanius 539. ἐπιγράψας διὰ τοῦ πέμπτου στοιχείου (Ε) τοῦ πέμπτης τὸν ἀριθμόν, καὶ δηλώσας τὸ ὄνομα, ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν μετ' αὐτὴν, τὸ ἐπίσημον ἐπιγράψας, τὸ τῆς ἕκτης ἑρμηνείας ὄνομα ἐδήλωσεν. Beda libro de Indigitatione ex veteribus Grammaticis: *Episimon ideo sexto loco ponitur, quia formam senis habet, quod significat sex uncias: vel quia juxta Epsilon stat, significans quinque.* Vides poni juxta Epsilon. Atque hæc περὶ ἐπισήμου ἕξ ἀριθμοῦ. Ex quo fluxit illud in libris ponderum Græcorum ϛάγιον, quod est ἑξάγιον, Sextula Latine. Rursus in veteri columna hortorum Carpensium Romæ c ponitur pro ϛ. ΕΙC ΤΟ Λ. ΚϹ, ΚΑΙ ΚΖ. *In Lustrum* XXVI, *&* XXVII. Alterum ἐπίσημον βαῦ, quod proprie Δίγαμμα vocatur, & merum est F Latinum, merito inter ἐπίσημα locum habet, quia non est litera, quum possit abesse sine detrimento verbi, cui applicatum est. Nam quæ aliis Ἑλένη, ea Æolibus Fελένη vocatur. vetus Poëta: οἰόμενος Fελένην Fελικώπιδα. hoc est, οἰόμενος Ἑλένην ἑλικώπιδα. Itaque potest abesse sine imminutione verbi. Propterea non est στοιχεῖον apud Ionas & Græcos, sed ἐπίσημον τοῦ βαῦ. Quin enim simplicis spiritus lenis vice fungitur. ut in illo Hexametro. ἄμμες δὲ Fειρήναντο θεοί. τοὶ δ' ὤμοσαν Fαιέν. Neque consonans est, neque vocalis, quum synalœphe fiat propter εἰ, neque positio fiat in Fαιέν.

ΖΕΤΑ. Ita etiam à priscis Syris. plane efformata ex Phœnicia, duobus superioribus lateribus quadrilateri sublatis. Chaldæi à secunda Phœnicia omnino suam mutuati sunt, sublata reliqua parte, quæ nihil differt à Tau Phœnicio. Iudaicum Zain nihil prorsus differt à Chaldaico. Latini pro eo habent G. Et sane antiquitus Latini, antequam Z admitterent, G pro eo usurpabant. Martianus: *Z à Græcis venit, licet etiam ipsi primo G Græca utebantur. Nam* ΓΕΤΟΥΜ *dicebant, quem nunc Zetum dicunt.* Hanc commutationem G & Z nihil planius ostendere potest, quam ποτίβαζις, quod dictum est pro ποτίβαγις, vel πατίβαγις. Nomen est Assyriacum פת בג Danielis 1, 8. Δίνων ἐν Περσικοῖς citante Athenæo: ἔστι δὲ ποτίβαζις ἄρτος κρίθινος, καὶ πύρινος ὀπτὸς, καὶ κυπαρίσσου στέφανος, καὶ οἶνος κεκραμένος ἐν ὠῷ χρυσῷ, οὗ αὐτὸς βασιλεὺς πίνει. Itaque בג פת non solum cibum significat, ut interpretantur Iudæi, sed & omnia, quæ recensentur à Dinone, in quibus corona, quod ad superstitionem Chaldaicam pertinet. Ideo Daniel, & socii maluerunt abstinere, quam iis uti. Nam

,, Nam si solus πύερν@ ἄρτ@ aut κρίθιν@ fuisset, ,, non magis respuissent, quam eorum legumina co- ,, cta. Præterea hæc commutatio Gimel in Zain ,, ostendit veteribus Chaldæis & Hebræis duplicem ,, pronunciationem fuisse τȣ̃ Gimel: unam, qualis au- ,, ditur apud Gallos G ante E, & I, & in Gim Arabum, ,, unde facile est degenerare in Z. Alteram qualis apud ,, Germanos ante omnem vocalem. Etiam Græci ho- ,, dierni quum mensem Giamadi designare volunt, ,, scribunt ζιἀμαδι. item Agiami, id est Persa, ut ,, Barbarus, Azami. Sic etiam hodieque quidam pro Ze dicunt Ge, & contra. Sed quid volunt illa apud eundem Martianum? *Z vero iccirco Appius Claudius detestatur, quod dentes mortui, dum exprimitur, imitatur.* Ego hunc locum nunquam potui assequi.

HTA. Idem nomen apud Syros veteres. Manifesto effictum ex primo Phœnicio. Sed olim fuit ἐπίσημον apud priscos Ionas, ut hodie H apud Latinos fungens aspirationis munere. Itaque in Columna Ionica viæ Appiæ HO est ὃ: HOΔOI, ὁδῷ: HEPOΔO, ἡρώδȣ: HOI, οἱ. Ausonius:

Spiritus hic flatu tenuissima vivificans H.

Intelligit quidem de H Latino, quæ idem potest, quod HTA Ionicum, & eadem est ordine & figura. Sed tamen idem potest dici de HTA episemo Ionico, quamdiu ipsa aspirationis tantum nota fungebatur, ut hactenus Latini, & Iones solum E tam pro longo quam brevi habuerint. Plato in Cratylo: ȣ̓ γὰρ ἦ ἐχρώμεθα, ἀλλὰ ε, τὸ παλαιόν. Hoc creberrimum extat in Columna viæ: Appiæ MET AKINESAI, KINES ANTI, DEMETROS. & alia, quæ brevitatis caussa omitto. Sed in Dativis femininis singularibus adhibebatur ἰῶτα. TEI A P P I A I. τῇ Ἀππίᾳ. Igitur quæ prius erat aspirationis nota καὶ ἐπίσημον duntaxat, ea cæpit esse litera, quod dictum est ἦτα ἀντίστοιχον τῷ ε. hoc est oppositum τῷ ε μικρῷ. Est enim ε longum. Hieronymus libro de nominibus Hebraicis vocat extensam vocalem, hoc est ἀντίστοιχον τῇ ε βραχέᾳ. Ibidem in litera E: *Huc usque per correptam literam* E *nominum sunt lecta principia. Exinde per extensum legamus elementum, quod Græce dicitur* H. Sed quemadmodum sublata confusione longæ & brevis ε, multum lucis & lectioni & orthographiæ accessit, ita quæ antea erat commoditas aspirationis, hac novatione sublata est. Nam in prima quidem vocali, quæ vocem incipit, aspirationis nota adhiberi potest, sed non in medio: quod Latini commode præstant, & olim præstabant Iones, ut EN HODIA. Hodie Græcis erit ἐνοδία, & non ἐνόδια. quamquam scio à quibusdam ,, olim observatum. ut ἐσήλατο, ἐξέσία, ut place- ,, bat Aristarcho, ἐξέσία, ut sciscebat Neoptolemus ,, Parcanus. Sic Latini Abraham, Græci Ἀβραάμ: quod Ionibus fuisset ABR AHAM. Quia vero HEKATON pro ἑκατὸν scribebant, propterea H veteribus erat nota centenarii numeri.

ΘHTA. Syri commutatis Θ & T, THΘA. Nam hanc, quæ tenuis est in Cadmeo Alphabeto, Iones aspirarunt. contra Thau aspiratum apud Phœnicas ipsi exili spiritu efferunt. Ipsa diu mansit ἐπίσημον. Sed in Columna viæ Appiæ in ordinem literarum recepta est, & conformata ex Cadmea, duabus transversis virgulis sese decussantibus. Chaldæi fere integrum Phœnicium retinuerunt. Iudaicum propius ad figuram Phœniciam, quam Chaldaicum, accedit. Ausonius:

Ansis cincta duabus erit quum Iota, leges Θ.

Hic animadvertendum, Ausonio The, non Theta dici: quod sine exemplo facit. Nam mutæ quidem Latinæ monosyllabæ sunt incipientes à se, & desinentes in E. Græcæ vero literæ nunquam mutilatæ, sed bisyllabæ semper pronunciantur. Rursus improprie dicit Theta nihil aliud esse, quam Iota duabus ansis cinctum. Hoc verum erat, si id, quod ipse Iota vocat, esset erectum. nunc, quum sit jacens, non potest esse Iota. Melius Poëta vetus describens τὸ θῆτα.

κύκλος τις ὡς τόρνοισιν ἐκμετρȣ́μεν@.
ȣ̃τ@ δ' ἔχει σημεῖον ἐν μέσῳ σαφές.

Unde alius Poëta eleganter τὸ θῆτα vocavit μεσόμφαλον κύκλον. Neque illud prætereundum, quod & à doctissimo Turnebo annotatum memini, Ausonium nove literas Græcas fœminino genere enunciare, Iotæ, Gammæ, quum Græca literarum nomina non solum neutro genere concipi debeant, sed etiam sint ἄκλιτα, hoc est, neque differentias casuum habeant, neque numerum pluralem. Ideo Helladius Grammaticus apud Xenophontem τὰ σίγματα τῶν ἀσπίδων legendum præcipit, τὰ σίγμα τὰ τῶν ἀσπίδων. Quia locus est notabilis, integrum apponam ex illius Grammatici Excerptis apud Photium, 869. ὅτι ὥσπερ τὰ Νῦ φαμὲν, καὶ τὰ Μῦ, πληθυντικῶς ἐκφωνεῖν ἐθέλοντες τὰ στοιχεῖα, ȣ̓́τω καὶ τὰ Σίγμα δεῖ λέγειν, ἀλλ' ȣ̓χὶ τὰ Σίγματα. καὶ γὰρ ἄκλιτα τῶν στοιχείων τὰ ὀνόματα. διὸ καὶ τὸ παρὰ τῷ Ξενοφῶντι ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς εἰρημένον ȣ̓χ ὑφ' ἓν, τὰ σίγματα τῶν ἀσπίδων, ἀναγνωστέον, ἀλλὰ διηρημένως μὲν τὰ σίγμα, καὶ ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς, τὰ τῶν ἀσπίδων, καὶ κατὰ διάστασιν. Non enim σίγμα σίγ- « ματ@, neque ἄλφα ἄλφατ@ dicitur. Varro « libro VII de ling. Lat. *Secundo, quod Crates dicebat,* « *cur quæ singulos habent casus, ut literæ Græcæ, non dicantur* « *Alpha Alphatos.* Sed ut sæculo Ausonii hanc Iotam, « hanc Betam dicebant, sic Donatus dixit istam Digammam: quemadmodum vetustissimi Romani Syrmam, schemam. Porro tertii θῆτα ⊟ non pauca exempla extant in veteribus monumentis: ut apud magnum Etruriæ Ducem: AIΣXINHΣ. ATP◻MHTOY. A⊟HNAI◻Σ. Nam quemadmodum θῆτα nihil aliud est, quam O puncto inustum, ita quum in hoc monumento ◻ quadratum fit O, merito ⊟ erit quadratum Θ. Alia exempla infra producemus, ubi idem Θ quadratum est. Hanc literam aliquando « loco ὀβελȣ̃ Critici apponebant sententiis, quas da- « mnabant. Ideo Græcis ea nota vocabatur ἄχρηστον, « quomodo & dicebatur χρηστόν. Aliter vocabatur « culpa. ut olim ex Horatio, & Ausonio docuimus. «

ΙΩΤΑ. Retinet appellationem Syriacam. Sed mirum quantum descivit à Phœnicia figura, ex qua nihil retinet. Chaldæorum vero, Iudæorum, Græcorum, & Latinorum eadem fere est. Itaque miror quomodo Ionum & Chaldæorum consensus in unum conspirarit, ut quum à Phœnicio charactere ambo desciscerent, eandem figuram illius literæ excogitarint. Nam certum est Ionas à Chaldæis non accepisse. Ausonius de hac:

Litera sum Iota similis vox plena jubens I.

Imo eadem est Latina cum ἰῶτα. & I Latine est ἴθι, ἄπιθι. propter quod imperativam vocari eam innuit Ausonius. Eam quoque in fine dativorum quorundam tam apud Græcos, quam apud veteres Latinos scribi moris erat. Nam ut Græci dicebant Κάπρωι,

Καμήλωι, ita & Latini *Caproi*, *Cameloi*, auctore Mario Victorino. Hanc literam in diphthongum EI convertebant, quum eam ante N producebant. ut Αντωνεῖνος, Σαβεῖνος, Λατεῖνος apud Irenæum. neque unquam aliter ſcribebant I longum ante N; quod ita conſuetudo recepit, ut non ſolum non vitioſum eſſet ita ſcribere, ſed & neceſſarium eſſe videretur. At ante alias literas vitioſum eſt, ut Τειμητὴς, Νείκη: quod in nummis & lapidibus creberrimum eſt. Sic quoque apud eundem Irenæum Τειτὰν mendoſe vulgus uſurpabat, & Μείθρας Hieronymo, Commentario in Amos, cap. tertio: *ut Baſilides, qui omnipotentem Deum portentoſo nomine appellat ἄβραξας, & eundem ſecundum Græcas literas & annui curſus numerum dicit in Solis circulo contineri: quem Ethnici ſub numero aliarum literarum vocant μείθρας.* Sane ἀβραξας & μείθρας ſunt. ἰσόψηφα. Singulorum enim literæ concipiunt numerum CCCLXV: quot dierum annus eſt. Sic apud Priſcianum χείλια Χεῖ πέλεται, καὶ Πεῖ μέσον ἦτα φέροντος Ημισυ τῆς ἐφάμλω. Nam raro aliter ſcribebant, quam χείλια. Hieronymus Commentario in cap. VIII. Zachariæ: *Quod autem numerum ſeptem millium ad Chriſtianorum nomen diximus pertinere, ſupputa Græce ἑπτακισχιλίους Χρειστιανοὺς, & eundem numerum ſummamque reperies: id eſt mille nongentos quadraginta ſex.* Lege: *ſupputa* ἑπτάκις χιλίους, *&* Χρειστιανούς. Item: *mille nongentos quadraginta & unum.* Nam τὸ Χρειστιανοὺς, item τὸ ἑπτακισχειλίους per ει ſunt ἰσόψηφα, utpote 1941. Sed eſt violenta allegoria, & cujuſmodi plurimæ in commentariis Iudæorum: quod ipſi vocant Notarikon, vel Geometriam.

ΚΑΠΠΑ. Retinet nomen Syriacum. Hinc manavit majuſculum Chaph Chaldaicum, & inde Iudaicum. Quanquam Græca figura non parum degeneravit à Phœnicia, tamen ex ea natam eſſe non obſcura extant veſtigia. Inutilem hanc putarunt, quod C, ejus vicem ſupplere poſſit; niſi in tribus nominibus, Kaput, Kalumnia, Kalendæ, quum dico Kaput, intelligo caput legis, non caput hominis. Hoc voluit Auſonius:

Hæc tribus in Latio tantum addit nominibus K.
Prævaluit poſtquam Gammæ vice functa prius C.

ſui oblitus illam iteravit infra:

Cappa fui quondam Bœotia, nunc Latium K.

In quibus vides iterum Auſonium contentum fuiſſe priore ſyllaba τοῦ Κάππα, quod eam vocet Ka, ut hodie adhuc vulgo appellatur: quemadmodum antea dixiſſe oſtendimus The, pro Theta. Et ſane veteres Latini non Kappa, ſed Ka dicebant, ut hodie: unde Krus, Knus, pro Karus, Kanus ſcribebant: quia quum mutæ incipiant à ſe, & deſinant in E, & contra, ſemivocales incipiant ab E, & deſinant in ſe, veteres compendii gratia mutæ literæ non apponebant E, utpote qui literam ipſam pro ſyllaba acciperent. Itaque *Bne* pro *Bene*, *Ptre* pro *Petere* ſcribebant. Sola autem mutarum K incipit à ſe quidem ut reliquæ, ſed deſinit in A, non in E, ut ipſæ. Ideo quum ſyllaba KA concipienda erat, ſolo K contenti A omittebant. Itaque *Krtago*, *Klumnia*, *Kput*, *Klendæ* ſcribebant. Nam de *Krus*, & *Knus*, pro *Karus*, & *Kanus*, habes apud optimum & vetuſtiſſimum Grammaticum L. Terentium Scaurum: qui addit illa nomina non poſſe ſcribi per C, *Crus*, *Cnus*, quia, inquit, eſſet *Cerus*, *Cenus*, non *Carus*, *Canus*. Ideo eleganter Servius in artem Donati: *Illud præterea aſtute datur nobis intelligi, quod quum omnium conſonantium iſta natura ſit, ut quædam earum ab E incipiant, & in ſe deſinant:* (Semivocales) *quædam à ſe inchoent, & in E deſinant,* (Mutæ) *iſtæ ſolæ repertæ ſunt,* K, H, Q, Y, Z, *quæ nec ab* E *incboant, nec in* E *deſinunt.* Veteribus ſane non minus in uſu fuit hæc litera, quam C. Itaque PAKUNT in lege XII Tab. pro *pagunt*, vel *pacunt* ſcribebant. In fœdere Græciæ, Camelo æreo in hortis Cæſaris ædis Fortis Fortunæ inciſum fuit PORKA pro PORCA. ARKA PONTIFICUM, & multa ad eum modum in veteribus ſaxis. Vide Indicem Grammaticum in Collectanea inſcriptionum Gruterianarum. In verſibus vero Auſonianis, quos ſupra produximus, C Latinum in locum K Græci ſucceſſiſſe dicitur. Ideo Suidas C vocat Κάππα Ρωμαϊκόν. quod ait poni ſolitum in Senatorum calceis. Atqui erat verum C. unde Lunam vocat Iuvenalis:

Appoſitam nigræ Lunam ſubjecit alutæ —

Locus Suidæ eſt in voce χλαμύς. καὶ ἐν τοῖς τῶν βουλευτῶν ὑποδήμασιν ὑποσημαίνεσθαι τὸ Ρωμαϊκὸν Κάππα. Sed ineptiſſimè Zonaras ſcribit Ρω in calceis Senatoris appoſitum fuiſſe, quod inquit, litera P, quæ nota centenarii eſt, indicaret numerũ Senatorum, qui centum, ab initio creati fuerant, vel quia P eſt prima litera τῶν Ρωμαίων. Græculo hæc condonanda. Nam C quidam in calceis Senatorum centum interpretabantur. quod impoſuit Græculo, qui putavit de Ρῶ dictum. Porro tanta ſimilitudo Iudaici Beth & Chaph, ut Caph pro Beth duobus locis poſitum ſit כְּאַרְבַּע Zach. II, 6. כְּרוּחַ Ieremiæ XVIII, 17. כִּדְמֵי Ezekiel XVI, 36.

ΛΑΜΒΔΑ. Idem nomen eſt in Syriaco, ſed ſine B, LAMDA. Græci εὐφωνίας cauſſa Λάβδα. quo nomine etiam impuritia, καὶ λεσβιασμὸς deſignabatur. Prima figura Græca, & ſecunda Ionica ſunt ex Phœnicio charactere. Nam Græca eſt Phœnicia inverſa: Ionica eſt Phœnicia ex acuto angulo in rectum aſſurgens. Majuſcula Chaldaica eadem eſt cum Ionica Latina. Iudaica valde degeneravit.

ΜΥ. Expreſſa quidem ex Phœnicia, ut apparet. Sed & ipſa quoque multum degeneravit. Melius Phœniciam reddit Chaldaica, quam Iudæi pene integram adhuc retinent. De hac Auſonius:

Vocibus in Graiis nunquam ultima conſpicior M.

Eſt verſus miuros. Nam M incipit ab E, & deſinit in ſe. Quare — *conſpicior* EM, jambum habet pro ſpondeo, ſi Latinum M intelligamus. Sed doctiſſimus Poëta ſentit de Μῦ Græco. Itaque pronunciandum eſt conſpicior Μῦ.

ΝΥ. Tam Ionica altero crure longior, quam Græca expreſſæ ſunt ex Phœnicia. Iudaicum Nun prorſus eſt idem cum Chaldaico. Auſonius:

Zeta jacens ſi ſurgat, erit nota, quæ legitur N.

Et hic quoque intelligendum ΝΥ Græcum. Alioquin ſi Latinum intelligeretur, eſſet verſus miuros.

ΞΙ. Eſt novum nomen, poſtquam in ordinem literarum recepta eſt. Nam antiquitus erat ἐπίσημον σίγμα. Simcha dicitur veteribus Syris, σίγμα Græcis euphoniæ cauſa: ut βόρσαι pro βύρσα. Omnino utraque Græca expreſſa eſt ex Phœniciis characteribus. Chaldaicum Semchath eſt Phœnicium inverſum, aut ſupinum. Iudaicum Samech eſt Chaldaicum dimidiatum. Auſonius:

Mæandrum flexuſque vagos imitata vagor ξ.

Ubi innuit non illam communem Ξ, ſed ξ. cujus literæ exempla quædam ſuperſunt in veteribus marmoribus. Romæ ſub Capitolio in eadem Inſcriptione ΕΙΚΟΣΙΝ Εξ. & ΔΙΩξΕΝ. & ΔΕξΑΜΕΝΗ. item alicubi in via Appia: ΤΕΥξΕ. ΦΡΑCΑC. CΥΝΟ-

ϹΥΝΟΜϾΥΝΟϹ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΙΟ. ΠΟΛϾΙΤΗϹ. Hæc videtur esse omnium peregrinarum postrema in usum recepta. Certe Attici sero, Æoles nunquam receperunt, qui σκένος, ἱέρακς, ἀντὶ τοῦ ξένος, ἱέραξ, scribebant.

O. Hoc manifesto contractum est ex charactere Phœnicio: cujus duplex pronunciatio: altera gutturalis, ut Iudæi Critici vocant; altera est merum G durum Germanicum, quale pronunciatur Gallis ante A, O, V. Hodie Iudæi hanc differentiam ignorant: Samaritæ optime tenent, qui, ut & Arabes, punctum imponunt illi literæ, ubi habet potestatem G. עזה σίγαρα, & σιγαρλωή regio Sex. Rufo. Sed videtur ea pronunciatio pro nationum diversitate variasse. Nam Gazam à Syris Αζαν vocatam fuisse scribit Stephanus, & Phegor tempore Hieronymi dicebatur Phaora: quum tamen nulla mutatio literarum intervenisset. Eodem modo quæ prius Sogor dicebatur, iisdem literis Zohora postea dicta, teste eodem Hieronymo, & Stephano. qui etiam addit τῇ Ἑβραίων φωνῇ Ζόαρα significare μικρόν. quod verum est. Temporibus LXX interpretum illud punctum fuisse, satis declarat eorum interpretatio in nominibus Gebal, Gomorra, Gothoniel, Gottholia, Gai, Gomor, Gadriel. quæ omnia principem literam habent hanc, quam Chaldæi vocant, Ae, Phœnices Ain, & Oe, Iones, & veteres Attici OY. Neque enim dicebant O, sed OY. In excerptis Athenæi, indicante viro incomparabili Isaaco Casaubonio: ὅτι πάντες οἱ ἀρχαῖοι τῷ ου ἀντὶ τοῦ ο στοιχείου προσεχρῶντο. Nam ο μικρὸν, ut vocatur hodie, est inauditum veteribus. Verba Athenæi, quæ Eclogarius habebat in animo, sunt ex eo loco, ubi in poculo erat inscriptum Διονύσο, ἀντὶ τοῦ Διονύσου. Ἐν τούτοις, inquit, λείπει τὸ υ στοιχεῖον, ἐπεὶ πάντες οἱ ἀρχαῖοι τῷ ο ἀπεχρῶντο οὐ μόνον. ἐφ᾽ ἧς νῦν τάττεται δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ ὅτε τὴν δίφθογγον διασημαίνει, διὰ τοῦ ο μόνον γράφουσι. Diphthongon igitur ου per ο solum designabant, & pro litera ο dicebant ου. Ideo in Columna viæ Appiæ. ODENI. TO. TRIOPIO. TO. TRITO. HRODO. O ΛAR. Hoc est: οὐδενὶ, τοῦ Τριοπίου, τοῦ τρίτου, Ἡρώδου, οὐ γάρ. Quare quum negabant, unicum ο scribebant, & pronunciabant ου. Ideo unica litera Lacones negasse scribit Ausonius:

> *Vna fuit quondam, qua respondere Lacones*
> *Litera, & irato Regi placuere negantes.*

Nimirum unicum ο scripserant, quod significabat ου. Eandem literam rescripsit Philoxenus Dionysio tyranno cum ad se revocanti. Unde proverbio dictum est Φιλοξένειον γράμμα. Nam si fuisset diphthongus ου, jam non γράμμα fuisset, sed duo γράμματα. Suidas: Μεταπεμπομένου δὲ Διονυσίου αὐτὸν, καὶ ἀξιοῦντος διὰ γραμμάτων ἐλθεῖν, Φιλόξενος ἀντιγράφειν μὲν οὐκ ἔγνω. λαβὼν δὲ βιβλίον, τὸ ου στοιχεῖον ἔγραψε μόνον πολλάκις ἐν αὐτῷ, διὰ τούτου δηλώσας, ὅτι τὴν παράκλησιν διωθεῖται. Sane, ut jam diximus, OY non est στοιχεῖον, sed στοιχεῖα δύο. Itaque O scribendum est, non OY. Postea quam perspicuitatis caussa diphthongus OY ad negandum scribi cæpta, excogitata est figura ȣ, quæ idem repræsentaret, composita ex ο, & υ illi insidente. Ausonius:

> *Hoc tereti argutoque sono negat Attica gens ȣ.*

& in epigrammate

> ȣ *tibi sit, obscœne.*

Itaque vetustissima est hæc negatoria figura. In Mysia inferiore, in cippo: ΥΠΕΡ. ΤΗϹ. ΤȢ. ΟϹΙωΤΑΤȢ. ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟϹ. .... Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤωΝΙΝȢ. ΤΥΧΗϹ. ΤΕ. ΚΑΙ. ΝΙΚΗϹ. ΚΑΙ. ΑΙωΝΙȢ. ΔΙΑΜΟΝΗϹ. ΗΓΕΜΟΝΕΥΟΝΤΟϹ. ΤΗϹ. ΘΡΑΚωΝ. ΑΙΠΑΡΧΙΑϹ. Α.... ΠαϹΙȢ. ΡȢΦΙΝȢ... Non potuit illustrius aut locupletius testimonium hujus rei dari. Septies enim hæc figura ibi legitur. Sic alibi ȣ Α legitur, pro οὐγκία μία. Item ȣΒ, ȣΓ. id est οὐγκίαι δύο, οὐγκίαι τρεῖς. In nummo Maximini, ΕΠΙ ΡΕΥΤΙΚȢ ΝΥΣΑΕΩΝ. Hanc literam ȣ sequente vocali Teutonismus exprimit figura W. Latini aliquando per OV. In nummo Imper. Decii junioris, C. OVAL. OSTIL. MES. COVINTUS. AUG. ubi OVAL. est οὐαλέριος. COVINTUS. κοΐντος, Quintus. Rursus in nummo Volusiani. ΕΠΙ. ϹΤΡ. ΑΥΡ. ΑΘΗΝΑΙȢ. Porro exemplum quadrati □ extat in multis lapidibus Romæ: ΣΕ□ΥΗΡ□Σ ΜΑΞΙΜ□Σ. Item, ΑΤΡ□ΜΗΤ□Υ. &, ΑΝΔ□ΚΥΔΗΣ. ΛΕΩΓ□Ρ□Υ. ΑΘΗΝΑΙ□Σ.

ΠΙ. Omnino ex jacente Phœnicio factum est erectum, eadem figura servata. Vetustius est crure altero impari, & propius accedens ad formam Phœnicii. Chaldæi replicato jugo superiore efformarunt suum, unde & Iudæi suum. Latini ex antiquissimo Ionico, crure altero brevi inflexo, suum interpolarunt. quod nihil aliud est, quam D. jugo producto P. quod proprie est Ρῶ Græcum. Ideo Ausonius:

> *Ausonium si* PE *scribas, ero Cecropium* P.
> *Et* RHO, *quod Græco mutabitur in Latium* P.

Quemadmodum ex D Ionico rotundo factum est P Latinum, ita puto olim ex Δ triquetro factum fuisse Δ, obtinens vicem Πῖ. Nam Dionysius Halicarnassensis scribit se vidisse in quadam pervetusta æde sub Velia Deorum Penatium signa cum inscriptione ΔΕΝΑΣ. quod ipse fatetur esse PENAS, unde pluraliter PENATES. Sed se putare, nondum Πῖ invento, Δ in locum ejus usurpatum veteribus fuisse. Quod nulla ratione nititur. Nam veteres non magis carere potuerunt litera Πῖ, quam litera Δέλτα. Ego censeo fuisse quandam τοῦ Πῖ formam, quæ proxime ad Delta accederet. Π autem æquicrurium jugo hostili eleganter comparat Ausonius:

> *Hostilis quæ forma jugi est, hanc efficiet* Π.

ϡ Ἐπίσημον Σὰν Πῖ. vel Ἀντίσιγμα πῖ. vel ἐπίσημον ἐννεακόσια. Non descivit quidem hæc figura à Phœnicia. Omnino enim ambæ similes sunt. Sed Græci putarunt ex inverso Sigma, quod Antisigma vocatur, & ex Πῖ compositum esse. Sigma enim κυκλοειδὲς est C, ut suo loco videbimus. Antisigma vero Ͻ. cui si jugatum fuerit τὸ π, erit plane ϡ. Hic erat verus locus hujus figuræ post Πῖ. quia expressa est ex Phœnicia. Sed veteres Græci commutarunt hujus locum cum sequente, quæ vocatur Kophe. & ut ordinem, ita & potestatem horum duorum Episemorum mutarunt. Nam Koppa, vel Kophe pro numero nonaginta, Σὰν πῖ pro noningentis accipiunt. Et quidem Kophe est ἐπίσημον ἐννενήκοντα, Σὰν πῖ autem est ἐπίσημον ἐννεακοσίων. At in Phœnicio Alphabeto Kophe est centum, alterum autem, quod ipsis dicitur Tzade, est nota nonaginta numeri. De his duobus Episemis est elegantissimus locus cujusdam veteris Critici apud Bedam, libro de Indigitatione: quum,

quia

quia dignus visus, ut hic quoque legeretur, apponam: *Graeci enim omnibus suis literis exprimunt numeros. Verum toto Alphabeti sui charactere in numerorum figuras extenso, tres, qui plus sunt, numeros, notis propriis, quae ex Alphabeto non sunt, depingunt. Prima est ϛ, quae dicitur Episimon, & est nota numeri* VI. *Secunda est* ϙ, *quae vocatur Kophe, & valet in numero* XC. *Tertia est* ϡ, *quae dicitur Enneacosia, quia valent* DCCCC. *quia ennea Graece novem Latine; Enneneconda nonaginta, Enneacosia nonningenta dicitur.* Ubi vides tria Episema trium numerorum VI, XC, DCCCC in Alphabeto Graeco locum habuisse, sed Kophe positum ante Enneacosia statim post Πῖ. Idem ait Marius Victorinus: *Sed nec G quidem, nec Q Latinus sermo introduxit: ex quibus Q & fuisse apud Graecos, & quasi desierit fungi vice literae, cognoscere potestis, si Pontificum libros legeritis. Nunc enim apud Graecos juxta* Πῖ *est posita.* Ecce Kophe, sive Koppa, tempore Victorini adhuc in Alphabetis Graecis post Πῖ positum fuit. Quod autem nonaginta numeri ἐπίσημον esset, ex his perspicuum fit: *F vero, G & Q in Graecis etiam literis fuisse, & nunc esse: sed Q numero servire, atque nonaginta significare: F autem Aeolis duntaxat idem valere, quod apud nos V, quum pro consonante scribitur, vocarique* βαῦ, *& Digamma.* Ait Koppa & ordine literarum & pronunciatione oris idem esse cum Q Latino. Sed de *Sanpi* prius loquendum nobis, hoc est de figura ϡ quae quum sit plane efficta ex Phoenicia, tamen eam Graeci putabant compositam ex converso Σὰν, id est antisigma, & Πῖ. Propterea equos, quibus ea figura inurebatur, vocabant Σαμπόρας, vel Σαμφόρας, vel Σαπφόρας. quemadmodum & Κοππατίαι ἵπποι dicebantur, quibus Kophe, sive Koppa inustum erat; non autem Καππατίαι. Hoc nomine digni erant, si illis Kappa, non Koppa inustum fuisset. qui ideo Καππο-" φόροι Luciano dicuntur ἀπαίδευτον. ἵππον κλῆ-" σιν ἀπὸ πρὸς Μῆδον, ἢ Κενταυρίδην, ἢ Καππαφόρον. Fallitur enim Hesychius, & eum secutus Eustathius, qui Κάππα, & Κόππα idem putant esse: quae tantum inter se differunt, quantum Phoenicum undecima & undevigesima litera. Scholia Νεφελῶν Aristophanis: Κοππατίας ἐκάλουν, οἷς ἐγκεχάρακτο τὸ κ στοιχεῖον, ὡς Σαμφόρας τοὺς ἐγκεχαραγμένους τὸ σίγμα. τὸ γὰρ σ, καὶ τὸ κ χαρασσόμενον Σὰν ἔλεγον. Haec non sunt unius cassae nucis. Confusum enim est τὸ ἔτυμον τοῦ Σαμφόρα, cum etymo τοῦ Κοππατίου. quia magister ille non assecutus est priscum auctorem, unde expiscatus est, qui profecto aliter non potuit scribere, quam ad hunc modum: τὸ γὰρ σ, καὶ τὸ πῖ χαρασσόμενον Σὰν πῖ ἔλεγον. Nam Σὰν nihil aliud est, quam Σίγμα. Quomodo igitur, Σ, & K esset tantum Σάν? id est, quomodo Σὰν & Κάππα esset tantum Σάν. Ridiculum. Sed ex Antisigma & Pi factum est San Pi, hoc est ϡ, ex ɔ, & π. Sequitur in Scholio: αἱ δὲ χαράξεις αὗται καὶ μέχρι τοῦ νῦν σώζονται ἐπὶ τοῖς ἵπποις. συνεζευγμένου γὰρ τοῦ κ, καὶ σ, τὸ σχῆμα τοῦ ϙ ἀριθμοῦ δύναται νοεῖσθαι, οὗ προηγεῖται τὸ κ. Et inepte κ vocat, quod est π: & quod Samphorarum equorum est proprium, ad Koppatias imprudenter transfert. Nam, quod toties totiesque diximus, τὸ ἀντίσιγμα, προηγουμένου τοῦ πῖ, non τοῦ κάππα (ut ipse somniat) est nota ἀριθμοῦ ϡ, id est numeri DCCCC. At quid hoc ad Κοππατίαν, cui purum ΚΟΠΠΑ tantum impressum erat? Ipsemet postea prodit hallucinationem suam. Καὶ παρὰ γραμματικοῖς οὕτω διδάσκεται καὶ καλεῖται ΚΟΠΠΑ ἐννενήκοντα. Recte hoc, non quae antecedunt. γραμματικοὶ autem hic sumuntur pro Calculonibus, quod non semel alibi notavimus, ut apud Chrysostomum, ne quis forte in vulgarem notionem accipiat. apud Suidam, qui eadem " haec producit, legitur γραμματισταῖς. quod idem est. " Profecto τὸ κόππα, character scilicet numeri DCCCC, est Ρῶ ἀντεστραμμένον hac forma ϙ. Hesychius: Κοππατίας, ἵππος κεκαυμένος, ἐντετυπωμένον ἔχων σημεῖον τὸ ΚΟΠΠΑ, ὅ ἐστιν ἀπεστραμμένον ΡΩ, καὶ Σ. Illud καὶ Σ est eadem hallucinatio, quae apud Scholiasten Aristophanis, qui confundit Samphoram cum Coppatia. Diversos enim esse vel ex ipso Aristophane constat. Idem Scholiastes alibi: Σαπφόραι δὲ οἱ σίγμα ἔχοντες περὶ τὸν μηρόν, καὶ διὰ τοῦ μ καὶ π γράφεται. Atqui non simplex Sigma, sed inversum, & cum litera πῖ. Atque haec satis hodie vel ipsis doctis incognita. Porro ἐπίσημον Σὰν πῖ, quod & ἐπίσημον ἐννεακόσια dicitur, priore charactere, ut diximus, expressum est Phoenicio. Sed posterior character recens est. & in libris Graecis paulo vetustioribus frequentissimus est. Latini hoc ἐπίσημον non retinuerunt.

Ἐπίσημον Κοφῆ, vel Κόππα. vel ἐπίσημον ἐννενήκοντα, vel Ἀνάρρῶ occupavit locum antecedentis, ut diximus, & antecedens in hujus sedem surrepsit. Chaldaei ex erecto Phoenicio jacens fecerunt, cujusmodi omnino sine ulla differentia est Q Latinum. Iudaicum erectum mansit, & simile Phoenicio.

ΡΩ. Eadem figura Ionicae cum Phoenicia, excepta appendicula, quae eminet post commissuram semicirculi, & productior est in Latino. P Ionicum, R Latinum. In Chaldaico, ut diximus, figura eadem cum Dolath. Sed punctum in Dolath distinguit illud à Res. Idem erat olim in Iudaico Daleth & Res, ut ex Hieronymo ostendimus. Ρῶ commune Graecorum nihil discivit à Phoenicio. Arabibus fere quoque eadem sunt Dal & Re, & manifesto ambo manarunt ex Chaldaicis, ut & ambo Iudaica.

ΣΑΝ. Haec vera fuit appellatio hujus literae, donec Ξῖ in literarum ordinem admissa est. Tunc binominis facta est, & σίγμα quoque proprie vocata, quo nomine appellabatur ea, quae successit in locum Ξῖ, quae quandiu ἐπίσημον fuit, vocabatur σίγμα, haec vero Σάν. Syrorum est I mutare in A. Ideo pro Sin dictum est Σάν. Iudaicum Schin propius accedit ad Phoenicium, quam Chaldaicum. Omnino Σὰν Graecorum est ex Phoenicio expressum. Eadem enim figura est sine ulla mutatione. Positu tantum differt, quod Phoenicium jaceat, Graecum autem stet. Sed unde conformatum sit Ionicum S, cui Latinum S simillimum, patet ex secundo ϟ, quod est imperfectum Σ. deest enim illi inferior parallela. In Apulia, in Tabula quadam vetustissima linguae Opicorum legimus, TEI. ΒΑϟΤΑΙ, pro τῇ Βάσᾳ. Sed & quidam Graeci verum S Latinum usurparunt. Nummus Hadriani. KAISAR SEMNOS AΔPIANOS. & tamen in medio nummi est πινακίδιον cum hac inscriptione, ΒΟΡΥΣΘΕΝΗΣ. (ita vocatur Equus Hadriani) Itaque in eodem nummo est usus duplicis Sigma, S & Σ. ubi notet studiosus lector σεμνὸς pro " σεβαστὸς positum esse. Tertia Σ est vera Σάν, utpote " totam Phoeniciam forma referens, quam Scythico arcui similem facit Agathon apud Athenaeum. Σκυθικῷ δὲ τόξῳ τὸ τρίτον προσεμφερές. Euripides & Theo-

Theodectes βοστρύχῳ ἑλιγμένῳ: quod mirum, quum βόστρυχος sit ἑλικοειδής. C, quanquam omnium „ postrema est, tamen vetustissimam esse ostendit ap- „ pellatio Cartilaginum σιγμοειδῶν, in arteria trachea „ apud Galenum, item Stibadium, quod à forma hujus literæ dicebatur Sigma. *Accipe lunata scriptum testudine Sigma.* Propterea stibadii extremitates cornua dicuntur Juvenco Presbytero, libro quarto:

Cornibus in summis devitet ponere membra. Ibid.
Turpiter eximio cogetur cedere cornu,

Qui scit stibadii formam semicircularem fuisse, non ignorabit, quare cornua vocentur ejus: in cujus dexteriore erat accubitus primus. Rursus in libello de regionibus Urbis Constantinopoleos legitur: *Porticum semirotundam, quæ ex similitudine fabricæ* SIGMA *Græco* „ *vocabulo nuncupatur.* Petrus Chrysologus Sermone „ LXXXIII. *Illud sigma non erat, sed sepulcrum.* Idem „ XCIII: *Pharisæus veste clarus, primus in sigmate.* Stibadii autem inventor fuit Eudoxus, auctore Laertio, quam vocavit ἡμίκυκλον καὶ κλίνην ideo quum Stibadium vocaretur Sigma, intelligendum hujus Sigma figuram ἡμίκυκλον quoque esse, quam eandem cum C Latino facit doctissimus & suavissimus Grammaticorum Terentianus Maurus: *I similiter* Ιῶτα *credi, & C potest, quod* σίγμα *sit.* Quare insigniter erravit vir doctus & acutus Petrus Ciacconius Hispanus, qui in libello suo de Triclinio, Stibadium ait fuisse simile arcui Scythico, deceptus loco Euripidis proxime à nobis producto. quasi una tantum sit figura τοῦ σίγμα, & Σ non sit simile arcui Scythico, vel potius arcus Turcicus τῷ ς literæ, ut qui vidit arcum Turcicum, dubitare non possit. At C est forma Stibadii, quæ nihil commune habet cum arcu Turcico aut Scythico, sed simillima est Lunæ corniculatæ. Unde cornua Stibadii dixisse Juvencum ostendimus. Neque minus miramur quod scribit Photius 251: Ἀπολλώνιος ἐν τοῖς τοῦ Φιλοπάτορος χρόνοις ἐπ' ἀστρονομίᾳ περιβόητος γεγονὼς Ε ψιλὸν ἐκαλεῖτο, διότι τὸ σχῆμα τοῦ ϵ συμφέρεται τῷ τῆς Σελήνης, περὶ ἣν ἐκεῖνος μάλιστα ἠκρίβωτο. Ait hunc Apollonium vocatum fuisse ϵ ψιλὸν, quod ϵ referat speciem Lunæ, ipse autem erat peritissimus motuum Lunæ. Atqui litera ϵ tempore Philopatoris nondum erat in usu. Est enim recentissima. Deinde litera E eodem tempore non vocabatur E ψιλὸν, sed E, aut Eἶ simpliciter, ut ex Platone & Athenæo suo loco ostendimus. Denique ϵ non refert speciem Lunæ, sed potius ei simile est Sigma C. Quintum E Inscriptio habet Romæ in æde D. Nicolai de Calcaria, ΠΑΕΙΝ· ΚΑΙΡΟΙΣ. & sæpissime in eadem: & in nummo Imp. Philippi Junioris. ΜΑΡ. ΙΟΥΛΙΟΣ. ΦΙΛΙΠΠΟΣ. ΚΑΙΣΑΡ. ΜΕΣΑΜΒΡΙΑΝΩΝ.

ΤΑΥ. Hæc quidem ex tertia Phœnicia conformata est, sed miro metaplasmo. Quin neque Chaldaica satis respondet Phœniciæ, neque Iudaica Chaldaicæ. Quare viderit Origenes, qui dixit Tau Samaritanum simile esse cruci, aut T Latino, vel Græco. quo nihil falsius dici potuit. Verba ex capite IX Ezechielis: Δὸς σημεῖον ἐπὶ τὰ μέτωπα τῶν ἀνδρῶν. Ibi Origenes, ut est in Romana editione Bibliorum: Ἀκύλας καὶ Θεοδοτίων, Σημειώσεις τὸ Ταῦ ἐπὶ τὰ μέτωπα. Ἑβραίων δέ τις τῶν εἰς Σωτῆρα πεπιστευκότων ἔλεγε, τὰ ἀρχαῖα στοιχεῖα ἐμφερὲς ἔχειν τὸ Ταῦ τῷ τοῦ σταυροῦ χαρακτῆρι. Non vidit igitur illa ἀρχαῖα σημεῖα Origenes, sed ex fide aliena recitat. Nos vero negamus Tau Cananæum alia forma fuisse, quam qua hodie legimus apud Samaritas. Persuasit tamen doctissimo Hieronymo, qui in illum locum expositionem Origenis fere ad verbum transtulit: ubi inter alia ita scribit: *Et ut ad nostra veniamus, antiquis Hebræorum literis, quibus usque hodie utuntur Samaritani, extrema Tau literâ crucis habet similitudinem, quæ in Christianorum frontibus pingitur, & frequenti manus inscriptione signatur.* Si Hieronymus Samaritanorum consuluisset Alphabetum, aliter pronunciasset, neque secutus esset fidem illius, qui neque ipse viderat, sed aliena fide id scribebat. Dixerit aliquis, Hieronymum vidisse & legisse codicem Samaritanum. Nam secundo commentario in Epistol. ad Galat. in principio ait se consuluisse librum Samaritanorum super illo loco: *Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.* Verum quidem. Sed respondemus eum non consuluisse Samariticum exemplar, quum Commentarium suum in Ezekielem ederet, sed fidem Origenis sequutum ita de Tau Samaritano pronunciasse. Hoc non potest defendi. Visuntur quidem hodie Sicli, qui quotidie Ierosolymis effodiuntur, & sub regibus Iuda in usu fuerunt. In illis nummis eædem literæ incisæ sunt, quæ in scriptis Samaritanorum leguntur, sine ulla vel exigua mutatione: & putare veterum Hebræorum alias literas fuisse, quam quæ in illis Siclis visuntur, & quæ sub regibus Iuda in commerciis Iudæorum erant, extremæ & insaniæ & imperitiæ est. At Septuaginta recte verterunt σημεῖον, pro quo in Hebraico est תו. Unde verbum תוה signavit: quæ forma תו *linea*: & verbum תוה *delineavit, designavit.* Tertullianus vero non LXX seniores, sed Aquilam & Symmachum sequutus lib. adversus Iudæos, cap. IX. ita vertit: *Transi mediam Ierusalem, & scribe signum* TAV *in frontibus virorum, qui gemunt, & dolent super omnia facinora, quæ fiunt in medio eorum.* Et eadem verba exponens III in Marcionem, cap. XXII, ita scribit: *Ipsa est enim litera Græcorum* TAV, *nostra autem* T *species crucis, quam portendebat futuram in frontibus nostris apud veram & catholicam Ierusalem.* Itaque non hariolatus est Tau Samaritanum, ut Origenes. Sed viderit ipse, quod Ezekielem literas Græcorum scribentem inducit. Tau Græcorum & T Latinorum non veræ crucis speciem referunt, sed potius Antennæ, ut eleganter Ausonius indicavit. At solum Abyssinorum Tau veræ crucis formam gerit, utpote quod verticem habeat, quo caret Tau Græcum, & T Latinum: quum in cruce necessarius fuerit ille vertex, quod αἰτία & titulus criminis in eo affigeretur. Dicam ἐν παρόδῳ, sed tribus verbis, de cruce, quod ab aliis omissum est. In crucis stipite arrectario fuit suppedaneum πῆγμα, in quo pedes binis clavis affigebantur. Hoc primus ex Gregorio Turonensi annotavit Franciscus Nansius, & ab eo alii, qui justos & amplissimos commentarios de cruce ediderunt. Hoc suppedaneum fulmentum hodie in usu est Iapponensibus, ut videre est in historia XXVI Franciscanorum, qui in Iapan cruci affixi sunt. Præterea, quod in historia de cruce præcipuum est, & nemo, quod viderim, annotavit, in medio stipitis erat lignum impactum, cui insidebat is, qui cruci affigebatur. id cornu instar habuisse scribit Justinus in Tryphone: qui quamvis τὸ κέρας μονοκέρωτος violente ad illud lignum detorquet, tamen beat nos, quod morem antiquum eo aperuit. Verba ejus: μονοκέρωτος γὰρ κέρατα οὐδενὸς ἄλλου πράγματος ἢ σχήματος ἔχοι ἄν τις εἰπεῖν καὶ ἀποδεῖξαι, εἰ μὴ τοῦ τύπου, ὃς τὸν σταυρὸν δείκνυσιν. ὄρθιος γὰρ ἐστι τὸ ἓν ξύλον (arrectarius stipes) ἀφ' οὗ ἐστι τὸ ἀνώτατον μέρος εἰς κέρας ὑπερηρμένον (ver-

 tex,

tex, cui impingitur Titulus, aut ἡ αἰτία) ὅταν τὸ ἄλλο ξύλον προσαρμοσθῇ, καὶ ἑκατέρωθεν ὡς κέρατα τῷ ἑνὶ κέρατι παρεζευγμένα τὰ ἄκρα φαίνῃ) (brachia crucis, transversarium tignum) καὶ τὸ ἐν τῷ μέσῳ πηγνύμενον, ὡς κέρας καὶ αὐτὸ ἐξέχον ἐστὶν, ἐφ' ᾧ ἐποχοῦνται οἱ σταυρούμενοι. *& quod in medio stipite impactum est, ipsum quoque instar cornu eminet, cui insidunt, & vectantur ii, qui cruci affiguntur.* Qui Justinum Latine verterunt, non magis, quam qui quotidie Græce eum legunt, hunc locum assecuti sunt. Firmicus de errore profanarum religionum: *Cornua nihil aliud, nisi venerandum signum crucis monstrant. Hujus signi uno extenso ac directo cornu Mundus sustentatur, terra constringitur.* extensum cornu dixit, quod Justinus ἐξέχον, & sustentari, quod ille ἐποχεῖσθαι. In cruce Iapponica non solum suppedaneum est, sed etiam τὸ ἐν μέσῳ ἐξέχον πῆγμα, cui insidet crucifigendus. Et sane duo præcipua in historia crucis sunt, τὸ ὑποπόδιον, καὶ τὸ ἐξέχον πῆγμα, & tertium funes, quibus alligabantur, sine quibus non fiebat crucifixio, & quibus ignoratis, ignoratur tota de cruce tractatio. Nam supplicio afficiendi pede in suppedaneum posito, crucem ascendebant. unde ascendere crucem apud Plautum, & insilire in crucem, & Crucisalus in Bacchidibus. Deinde pedibus insistentes suppedaneo, medio autem ligno inequitantes, brachiis passis cruci funibus astringebantur. Tertullianus Scorpiaco: *Tum Petrus ab altero cingitur, quum cruci astringitur.* Unde Hilarius *colligantium funium violenta vincula.* Ita funibus constricti ad stipitem binis clavis pedes in suppedaneo, totidem ambas manus in transversario ligno transfigebantur. Japponenses astringunt quidem funibus, ut veteres, sed clavis non affigunt. Constrictos carnifex lancea per medium διάφραγμα strenue transfodit, quo ictu statim animam edunt, ut relatum est in historia illorum xxvi, in
,, quibus Franciscani novem, & qui miserando illi spe-
,, ctaculo interfuerunt, bona fide nobis testati sunt, in
,, quibus unus Iapponensis adolescens annorū xx. Irenæus lib.II, cap. XLII iisdem verbis usus est, quibus Justinus, περὶ τοῦ ἐξέχοντος πήγματος, & à Justino accepit, quemadmodum & Tertullianus in Judæos cap. x. sed nescio quid turbat. *Nam & in antemna navis, quæ crucis pars est hæc, extremitates hujus cornua vocantur: unicornis autem medio stipitis palus.* Recte quidem, ut Justinus, unde accepit, in medio stipitis est palus, sed is palus unicornis, quod ille vult, non vocatur. Imo
,, unicornis cornu referre vult Justinus. In illo autem
,, πήγματι ἐξέχοντι statuebatur sudis acuta, aut cuspis
,, ferrea, quam crucem acutam vocabant, ita ut crucia-
,, rius passis brachiis districtus pendens vulnus suum
,, premeret, & quo magis corpus moveret, eo magis
,, cuspis in sedem sese indueret. Hoc proprie dicitur
,, suffigere. Seneca: *Suffigas licet, & acutam sessuro cru-*
,, *cem subdas, est tanti vulnus suum premere, & patibulo*
,, *pendere districtum.* Quibus verbis tota crucifixionis
,, ratio explicatur. Nam *districtum* intelligit passis bra-
,, chiis affixum. *crucem sessuro subdere*, sudem illam
,, aut cuspidem ἐν τῷ πήγματι statuere. *Vulnus suum*
,, *premere.* Quo magis enim motare corpus dolor co-
,, git, eo impensius insidens cruciarius inducit sese in
,, illam crucem acutam. Quod iste locus Senecæ luce
,, indigebat, indicio fuerit viri doctissimi & optime
,, de literis meriti ambigua expositio. Hæc pauca in transcursu de cruce, quæ deerant historiæ ejus rei, quam amplissimis tractatibus exposuit vir summus Iustus Lipsius noster, & alii post eum, qui eo viam
,, præeunte ejus vestigia presserunt, & nihil quam epulas ejus recoxerunt. Quemadmodum autem figura T, ut de cruce aliquid ἐν παρόδῳ diceremus, nos admonuit, ita etiam antequam disputationem hanc de litera Ταῦ absolvo, illud quoq; obiter de ejus pronunciatione post Νῦ adjiciam, quam ex Luciano scimus antiquitus fuisse tanquam D, ut ἐνδελέχεια pro ἐντελέχεια pronunciabatur, & scribebatur. Puerilis enim velitatio est de differentia τῆς ἐντελεχείας, καὶ τῆς ἐνδελεχείας, quod confirmatur inscriptione vetustissima Romæ: DIA PANDON APOLLINIS SACERDOTI. Ubi DIA PANDON est διὰ πάντων, ut hodie pronunciat omnis natio Græca, & omnes reliquiæ aurei sæculi, quod nondum inquinatum fuit ære neoteristarum, qui nobis hodie curva corrigunt, & quum vix primoribus labris Græca degustarint, leges pronunciandi dictant. Quid dicent de nomine ἄγγελος? an putant Aggelos antiquis pronunciatum? si putant, quare ergo Latini per N, Angelos? quid de Αγκύρα audebunt hiscere? An dicent Ageyra? cur igitur nos Ancyra? quid quod in quodam saxo legitur ANKYRA? Simile quoque est, quod π, ut β postea pronunciabant, ut hodie fit. Itaque omnes oculatissimos effugit, in libris juris quod scribitur sacra embole, id esse ἐμπολή, & propter usum pronunciandi receptum, ut ἐμβολή scriberetur: quod quidem nihil ad hanc notionem facit. Igitur *Empolica species* non sunt Embolicæ. Sic Danielis VI, 4. ἀμβλάκημα scriptum à Theodotione fuisse ait Hieronymus. *Porro*, inquit, *Euripides in Medea* ἀμπλακίας *per* π non β, ἁμαρτίας, *id est peccata appellat.* Non igitur mirum, si ἐμβολή pro ἐμπολή scribebatur, quum quidam, teste Hieronymo, ἀμβλάκημα pro ἀμπλάκημα scriberent.

Absoluto ergo Phœnicio Alphabeto, videmus non solum veterum Ionum, sed & Latinorum quoque literas figura, potestate, & ordine easdem cum Phœniciis fuisse. sed ex XXII literis, quæ apud Phœnices sunt, tres literarum vice non functas quidem, sed tamen semper in Alphabeto locum habuisse, usque ad inferioris vetustatis ævum, & ἐπίσημα vocata fuisse. His animadversis, superest, ut ad reliquas quinque, quæ extra Alphabetum Phœnicium sunt, Υ, Φ, Χ, Ψ, Ω, pergamus. Sic Moschovitæ ac veteres Russii, quum Græcis literis utantur, aliquas extra Alphabetum Græcum commenti sunt, sine quibus claudicaret eorū scriptio. Idem dicas licet de Copitis, qui & Alphabeto Græco utuntur, & alias literas præter Græcas habent. Habent etiam Russii ἐπίσημα sua quædam, quæ sedem obtinent in Alphabeto, sed numeri tantum munia explent, non literarum.

Υ. Ea hodie Ὑψιλὸν vocatur. Sed apud veteres Græcos simpliciter enunciabatur. Quatuor enim erant literæ, quæ secundum sonum suum pronunciabantur, Ε, Ο, Υ, Ω. quas ita pronunciabant, Ei, ou, y, o, reliquæ singulæ aut διασυλλάβως, Ἄλφα, βῆτα, γάμμα, aut μονοσυλλάβως, ξῖ, φῖ, χῖ, ψῖ. Auctor Plato in Cratylo. Hæc vero litera eundem sonum cum F Æolico habuit. Nam indifferenter Æoles αὕως, & αϝώς dicebant pro αὡς, Aurora. Sic apud Priscianum, καὶ χεῖμα πῦρ τε δάϝιον, quod aliter δάιον, id est δήιον, hostile. Romani quoque pro Ἐλέα, Veliam dixerunt, quod V, & Υ eandem vim habeant. Dionysius Halicarnass. libro primo: σύνηθες γὰρ ἦν τοῖς ἀρχαίοις Ἕλλησιν, ὡς πολλὰ προτίθεσθαι τῶν ὀνομά-

των,

των, ὑπὸ τῶν αἱ ἀρχαὶ ἀπὸ φωνηέντων ἐγίνοντο, τὴν ΟΥ συλλαβὴν ἐνὶ στοιχείῳ γραφομένην. τοῦτο δὲ ἦν ὥσπερ γάμμα διτταῖς ἐπὶ μίαν ὀρθὴν ἐπιζευγνύμενον ταῖς πλαγίαις, Ϝελένη, καὶ Ϝάναξ, καὶ Ϝοῖκος, καὶ Ϝανὴρ, καὶ πολλὰ τοιαῦτα. Nihil est, quod magis cognationem τοῦ Δίγαμμα Æolici cum V Latino ostendat, quam litera Υ, quum δάϜιον, & δάυιον, indifferenter dicerent. Et sane nulla differentia est inter V Latinum, & Ionicum, ut in Columna Viæ Appiæ ΜΑΡΤΥΣ, id est μάρτυς. Sed quum V duplex sit, consonans, & vocale, consonans autem à veteribus Grammaticis dictum sit duplici nomine δίγαμμον, & βαῦ, nos dicimus non solum duplex esse nomen consonantis V, sed & duplex esse V, & δίγαμμον vocari, quando additum est euphoniæ caussa, ut ἔλεια, Velia. hoc enim præpositum est nomini, ut F in Ϝελένη. Atqui potest abesse; ut Elvina Ceres, & Velina Ceres eadem est. Nam Velia illa Græce Ἐλέα, & Βελέα dicitur Stephano, quomodo ἀάῤῥων, Βάῤῥων, quod quædam cognatio sit τοῦ V διγάμμου, vel W Teutonici cum B, præsertim apud Vascones Novempopulanos, & Hispanos. Priscianus. *V vero loco consonantis posita eandem prorsus in omnibus vim habuit apud Latinos, quam apud Aeoles Digamma* F. *Unde à plerisque ei nomen hoc datur, quod apud Aeoles habuit olim* F *Digamma; id est* VAV, *ab ipsius voce profectum, teste Varrone & Didymo, qui id ei nomen esse ostendunt, pro quo Cæsar hanc figuram* Ⅎ *scribere voluit.* De illo Ⅎ Claudii Cæsaris multa extant testimonia in illius Principis monimentis, quæ omnibus notissima sunt, ut TERMINAⅎIT. & quanquam hæc vera sunt, tamen meminisse debemus illud V consonans esse duplex, & quidem unum posse abesse sine detrimento verbi, alterum non posse. In veteri Faliscorum oppido Castellana est vetustissima Epigraphe, in qua legitur DI SYNNAVI. hoc est, DI SYNNAI. Θεοὶ σύνναοι. Itaque illud V potest abesse. At Varro, Volo, Verbum, si mutilentur principe litera Vau, nihil erunt amplius, quum tamen tantundem sit dicere SYNNAVI, ac SYNNAI. Quare Donatum Servius non minus verè, quam eleganter reprehendit, qui Vau Latinorum idem putavit esse cum Digamma Æolico. Verba ejus sunt hæc: *Aeolenses enim Græci quibusdam dictionibus, ut impinguescant, istam Digammam apponunt, ut pro Elena dicant Velena. Sed Donatus hic arguitur, quod apud Græcos Digamma hanc legem habeat, ut V detracta, nihil absit nomini. Ut si de Velena tollamus Digamma, remanet integrum nomen, Elena. His ergo nominibus si Vau detrahatur, integrum deperit nomen. Ut si tollamus de Vulgus* V *unum, remanet Vlgus: quod non dicitur.* Hoc verum & rectum est. Sed Servius, & alii, qui Donatum reprehendebant, non adverterunt, esse quoddam Vau Latinũ, quod respondeat τῷ διγάμμῳ Æolico: esse etiam, quod non possit abesse sine imminutione vocis ejus, cui præpositum est. Atque hæc quidem de V consonante. Superest U vocalis, quæ eundem sonum omnino habet, quod ȣ Græcum, ut nemo nescit. Quare miror, quid in mentem veniebat viro doctissimo Ausonio, quum de illa vocali scriberet:

Cecropiis ignota notis ferale sonans V.

Nam neque ignota est literis Græcis, quum ei æqui polleat τὸ ȣ, & apud veteres Iones eandem figuram habuerit, quam Latina. Itaque in nummo Augusti legitur: ΑΥΤ. ΚΑΙϹΑΡ. ΑΥΓΥϹΤΟϹ. ΚΥΡΑΝΕΙΩΝ. ΤΗϹ ΙΕΡΑϹ. ΚΑΙ. ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. Ubi v pro ȣ. Nam litera Pythagoræ posterior est, conformata scilicet ex V Ionico, producto scapo, contra quam putavit Marius Victorinus. Y *vero eodem ordine scriptum habemus, quo illi, recisa tantum virgula juncta sic*, V. *quod apud illos junctum* O *literæ facit syllabam. Nostri etiam, quoties ejusdem soni syllaba scribenda esset, & ipsi adjungebant* O *literæ. Inde scriptum legitur* LOVCETIOS, NOVNCIOS, & LOVMEN, & cætera. Tertia figura Ꮙ est Romæ in Belueder.

ꝽΠΕΡ. CΩΤΗΡΙΑϹ. ΚΑΙ. ΔΙΑΜΟΝΗϹ ΤΟꝽ. ΚꝽΡΙΟꝽ. ΑꝽΤΟΚΡΑΤΟΡΟϹ ΚΟΜΜΟΔΟꝽ. ϹΕΒΑϹΤΟꝽ ΟΙ. ΝΑꝽΚΛΗΡΟΙ. ΤΟꝽ. ΠΟΡΕꝽΤΙΚΟꝽ ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΝΟꝽ. ϹΤΟΛΟꝽ.

In vetustissimo lapide apud Fulvium Ursinum: ΑΝΔΟΚΙΔΗΣ. ΛΕΩΓΟΡΟꝽ. In alio apud eundem: ΑΡΙΣΤΟΓΕΙΤΩΝ. ΘΕΟΤΙΜΟꝽ. ΑΘΗΝΑΙΟΣ. Alibi: ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣ. ΦΙΛΙΠΠΙΔΟꝽ. ΑΘΗΝΑΙΟΣ. Hæc sunt vetustissima.

Φι. Apud Ausonium: *Hæc gruis effigie Palamedica porrigitur* Φ. In aliis libris, *Hæc crucis effigie.* Mihi non magis crucem, quam gruem referre videtur. neque mentem Ausonii capio, præsertim quum Martialis gruem vocet Palamedis avem. Sed Ausonius Φ vocaverit Palamedicam, quod trium aspiratarum φ, χ, θ, inventor Palamedes esse dicatur. Secundi exemplum extat in veteribus inscriptionibus, quod impræsentia non succurrit. Sed creberrime occurrunt quadratæ literæ ex rotundis Ε, Ο, Φ, id est, ϵ, ο, φ. Tertii exempli in ædibus Maphæanis: ΕΠΙ ΙΕΡΟΘΥΤΑ ΝΥΜΦΟΔΩΡΟΥ. ΤΟΥ. ΦΙΛΩΝΟΣ. Quarti in illo Magni Etruriæ Ducis, ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣ. ΦΙΛΙΠΠΙΔΟꝽ. ΑΘΗΝΑΙΟΣ. Ibid. ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΣ. ΕΦΕΣΙΟΣ. Ibid. ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ. ΜΕΛΑΝΤΑ. ΕΡΕΣΙΟΣ. Porro duplex est apud Phœnicas & Hebræos Φ. Est enim lene Φ. ut ὠφείρ. Est durum, quod exprimitur per πφ, ut ἐπφεθά, ἀνοίχθητι, in Euangelio. quod quidem vetustissimi Iones, & Æoles retinuerunt, apud quos eadem est differentia τοῦ φ. Nam Σαφὼ illis erat, quæ aliis Σαπφώ. Ἀφῦς, Ἀπφῦς Theocrito. Κέφος, Κέπφος. Κεφωθεὶς, Κεπφωθεὶς Hesychio. ὄφις, ὄπφις. Τρῶες δ' ἐῤῥίγησαν, ἐπεὶ ἴδον αἰόλον ὄφιν, quod pronunciandum ὄπφιν. Neque est μείουρος στίχος, quod omnibus vetustissimis Criticis persuasum fuit. Σκύφος, σκύπφος. ut in illo heroico:

Σκύφον ἔχων ἑτέρῃ. ἑτέρῃ ἢ σκῆπτρον ἀείρας.

Scribitur σκύφον, legitur σκύπφον. Neque solum « Φ continet suam tenuem Π, sed etiam Χ, suam « Κ, ut apud Theognim Βρόχον ἀπορρήξας. Scri- « bitur Βρόχον, legitur Βρόκχον. neque dubium, « quin veteres Βάχος, non Βάκχος prius scripse- « rint. Durum illud apud eundem Theognim: Παθό- « μενος χαλεπῶς, Κύρνε, διαβολίῃ. quod legendum « διαββολίῃ. Nam in superioribus exemplis aspira- « ta continet tenuem. βῆτα autem non est aspirata. « Omnino vero peregrinum est πφ in lingua Græca: quod plane Phœnicium est. Doctissimus Hieronymus in fine Capitis XI Danielis in voce Apadano, notat hæc: *Notandum autem, quod P literam Hebræus sermo non habeat,*

habeat, sed pro ipsa utatur פ *, cujus vim Græcum* Φ *sonat: in isto tantum loco apud Hebræos scribatur quidem* פ *, sed legatur* P. Hoc verissimum est. & propterea Masoritæ in illo פ notarunt punctum, quod vocant Daghes. quod sine dubio non erat in usu ævo Hieronymi. & pronunciandum ut πφ, quemadmodum Ἐπφιθ.

XI. Ausonius: *In Latio numerus donarius Argolicum* X. Hæc litera frequentissima est in Scholiis Pindari, & Aristophanis, ubi aliquid à poëta nove usurpatur. Significabat etiam χρηστὸν, vel χρήσιμον. quando appositum margini notabilem locum, aut sententiam ostendebat, ut Eclogarius haberet paratam, quum usus postularet. Unde & sententiæ selectæ vocantur χρηστομάθειαι. Latini Laudabilia dixerunt. Et in margine apponebatur duplex L. L. quod Probus interpretatur rectissime *Locus Laudabilis*. In libro vetustissimo Varronis rerum Rusticarum, quo usus fuerat Petrus Victorius, occurrebat frequentissime *L. Laudabiliter. L. Laudabile.* Quod quum explicavissemus in nostris in Varronem Notis cum honorifica mentione Petri Victorii, tamen ex eo bonus senex maximo odio in nos exarsit, quod nec palam apud amicos dissimulare potuit. Amicus quoque noster μακαρίτης non potuit pati selectas sententias Declamatorum apud M. Senecam esse Laudabilia, & Laudabiles locos declamationum. Nam ibi declamationes non apponuntur, sed acute dicta pauca de multis; ἢ παρεκβολαὶ χρήσεων.
„ Et mirum est ab eo amico nostro id scriptum fuisse
„ in notis ad Calpurnium Rhetorem, cujus scriptoris
„ titulus ita in manuscripto conceptus fuit: *Calpurnii*
„ *Excerptæ ex* X *minoribus Rhetoribus*. Quid enim aliud
„ sunt EXCERPTÆ, quam LAUDABILIA,
„ χρηστομάθειαι, παρεκβολαί; Apulejo, & aliis
„ veteribus, dicuntur FLORIDI, vel FLORIDA.
Ita paucis datum est aut verum nosse, aut ingenue fa-
„ teri. Igitur X illud frequentissimum in Scholiis Pin-
„ dari & Aristophanis vetustissimis nihil aliud sonat,
„ quam χρήσιμον, vel χρηστόν. atque adeo ipsum X
„ χρηστὸν vocatum fuisse testis Tertullianus de baptis-
„ mo, cap. VIII. *Impositis & intermutatis manibus bene-*
„ *dixit, & quidem ita transversim obliquatis inter se, ut*
„ *Chreston deformantes jamtum portenderent benedictionem*
„ *in Christum futuram.* Ibi Chreston & litera X, quæ ali-
„ ter Chresimon vocabatur, ut Isidoro. Portendebat
„ autem Christum, quia X solitarium significabat etiam
„ Christum. ut apud Julianum Apostatam in Misopo-
„ gone. τὸ ΧΙ οὐδὲν ἠδίκησε τὴν πόλιν. id est, ὁ Χριστὸς,
„ ut ipsemet Apostata postea interpretatur. Præterea
„ *Chreston* etiam Christum vocatum à Gentibus fuis-
„ se, testis Suetonius, & Lactantius. Itaque apud Ter-
„ tullianum neque locus ille vulgo capitur, neque va-
„ cat mendo. quia *Christum* legitur, ubi nos *Chreston*
„ legendum esse minime dubitamus. Quod autem
„ Hieronymus & Isidorus X figuram crucis habere di-
„ cunt, ὁλοσχερῶς accipiendum. Nam χ est potius
„ σταυροειδὲς quam σταυρός: quemadmodum ἔλλειψις
„ est potius κυκλοειδὲς, quam κύκλος. Nam si T
„ est crux, quomodo X potest esse? Et certe quod qui-
„ busdam persuasum est fuisse cruce figura X, ut quam
„ vocant S. Andreæ, nullo vero argumento nititur. neq;
„ unquam ejusmodi cruces apud veteres in usu fue-
„ runt. Quomodo autem X χρηστὸν, & χρήσιμον vo-
„ cabatur, ita Θ ἄχρηστον. Cassiodorus: *loca, quæ contra*
„ *regulas Patrum dicta sunt achreston repudiatione signans.*
„ Sed quia Chresimon etiam vocabant, pro quo po-
„ sterior vetustas Chrismon dicit, ut legitur in Forma-
„ tis apud Papiam, ideo & apud Tertullianum Chris-
„ mon legi potest, ita scribentibus ultimæ vetustatis li-
brariis. Eodem res reciderit. Secunda hujus literæ fi- „
gura est crux inversa, quæ est Ionica, & prior, quam hæc vulgaris, ut est in columna viæ Appiæ. postea celeritate scribendi decussata est. Unde omnis decussatio est dicta χιασμός. Pronunciatur autem à Græcis hodiernis ante ε, ι, υ, η, οι, ει, αι, tanquam ש ultima Hebræorum litera, aut X Hispanicum, aut *ch* Gallicum, aut *cia* Hetruscum, aut *scha* Germanicum. eaque pronunciatio vetustissima est. Nam Arabes, ubi ex Græcis vertunt nomina propria, & incidunt in χ ante eas vocales, id exprimunt, per suum Schin, quod respondet ultimæ literæ Hebraicæ. Sic in vetustissima paraphrasi Euangeliorum Arabica Ἀρχέλαος per Schin scriptum est, & in Liturgia Arabica Basilii Coptitarum χερουβεὶμ per idem Schin. Vide in IV de Emendat. Temp. in Thoth Nabonassari.

Ψ. Ausonius: *Furca tricornigera specie penultima sum* Ψ.

Ω. Nunc pronunciatur ὦ μέγα. Apud veteres dicebatur tantum O, vel ἀντίστοιχον τοῦ ο, quemadmodum H vocabatur ἀντίστοιχον τοῦ E. Ausonius:

Et suprema notis ascribitur Argolicis Ω.

Prima figura vocatur à Poëta Tragico — κύκλος πόδας ἔχων βραχεῖς δύο. Secunda & tertia toties occurrunt in veteris monimentis, ut opus non sit monere. Quarta est in inscriptione supra à nobis adducta: ΝΥΜΦΟΔ…ΡΟΥ.ΤΟΥ.ΦΙΛ…ΝΟΣ. Quinta ex alia inscriptione à nobis producitur in litera Υ. C ω ΤΗΡΙΑC.

Hactenus de literis Cadmeis Ionum, & Græcis, earumque origine, figura, diversitate, potestate: quæ omnes numero fuerunt, erantq; adhuc tempore Victorini, XXVII. ex quibus tres erant notæ numerorum, sive ἐπίσημα. Reliquæ XXIV literarum verarum vice funguntur, XIX in Alphabeto Cadmeo, V autem extra Alphabetum. Multa Alphabeta Græca hodie in scriptis codicibus extant, in quibus inter E, & Z, semper ϛ *episemon* interjicitur, inter Π, & Ρ, ϙ *Kophe*, post ω semper ϡ ἐννακόσια. Vide Alphabetum Græcum „
apud Bedam in libello de ratione Computi. Ubi in- „
ter E. & Z interponitur ϛ. inter Π, & Ρ, autem ϟ. „
qui fiunt omnino XXVII characteres, quibus Alphabetum Græcum semper instructum fuit. neque præterierunt, puto, DC anni, ex quo illa ἐπίσημα de serie literarum Græcarum sublata sunt. Certe Rhabanus Maurus, aliique eo recentiores illa in suis Alphabetis Græcis ponunt. In Georgiano sane, quod mere Græcum est, ἐπίσημον ϛ collocatur sexto loco, & vocatur σὶ alias ξτί. In Zerviano & Moscovitico dicitur Xivit. Nunc, quod quarto loco promisimus, videndum, quot & quas à Phœnicibus primum acceperint. hoc est, quot literis primum usi. Nam hæc est unica caussa, propter quam hæc disputatio à nobis suscepta, sine qua nulla via patebat ad locum propositum Eusebii illustrandum. Sed superest X Latina extra ordinem Græcum. Ultima est enim veterum literarum in Alphabeto Latino, de qua nihil aliud dicam, nisi vetustissimam fuisse, licet prius vice ejus gs, & cs uterentur. Sed EXFOCIONT pro Effugiunt legitur in vetustissimo saxo Duillii, quod & in Capitolio olim vidimus, quum recens effossum fuisset, & descripsimus præsente M. Antonio Mureto; qui nos eo deduxerat. Quare non est audiendus ille vetus Grammaticus, ex quo Isidorus hæc descripsit. *X litera, usque ad Augusti tempora, nondum apud Latinos erat: sed pro ea* c *&* s *scribebant. Unde & duplex vocatur, qui pro* c *&* s *ponitur. Unde & ex eisdem literis compositum nomen habet.* Ego concedam illi multos non solum ad Augusti tempora,

pora, sed etiam infra tempora Antoninorum, eos pro X usurpasse; sed X ante Augusti tempora non fuisse, quo confidentius negemus, facit columna illa Duillii, & alia monumenta ante tempora C. Cæsaris scripta. ,, Sed tempus fidem exoluere. Et Varro VIII de ling. ,, Lat. *Quid similius videtur, quam in his est extrema litera,* ,, *Crux, Frux.* Lege cætera.

Primo igitur videndum quot literis initio usi, deinde quibus, postremo quis earum usus fuit. hoc est, quomodo illis in tanta paucitate utebantur. Ac sexdecim tantum ab initio fuisse non solum ex hoc Eusebii loco, sed etiam ex aliorum scriptorum testimoniis constat, præsertim ex Plinio, cap. LVI lib. VII. Irenæus adversus impurum Marcum hæreticum: Τίς γὰρ οὐκ ἂν μισήσειε τὸν τηλικούτων ψευσμάτων κακοσύνθετον ποιητὴν, τὴν μὲν ἀλήθειαν ὁρῶν εἴδωλον ὑπὸ Μάρκου γεγονυῖαν, καὶ τοῦτο τοῦ τοῦ Ἀλφαβήτου γράμμασι κατεστιγμένην; Νεωστὶ πρὸς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, τὸ δὴ λεγόμενον, χθὲς καὶ πρώην, Ἕλληνες ὁμολογοῦσιν ἀπὸ Κάδμου πρῶτον ἓξ καὶ δέκα παρειληφέναι. εἶτα μετέπειτα προβαινόντων τῶν χρόνων αὐτοὶ ἐξευρηκέναι ποτὲ μὲν τὰ δασέα, ποτὲ δὲ τὰ διπλᾶ. ἔσχατον δὲ πάντων Παλαμήδην φασὶ τὰ μακρὰ τούτοις προστεθεικέναι. Ita interpungendus est ille locus male ab interpretibus acceptus. Vetus interpres scriptor ineptissimus pro illis ἀπὸ Κάδμου πρῶτον, legebat ridicule, ἀπ' εἰκασμοῦ πρώτου, *ab æstimatione prima.* Quod tamen editores ultimi depravarunt, & reposuerunt *à Cadmo:* qui potius aliud tractare digni erant, quam literas, Tartarei Pyriphlegethontes, maledicentiæ, virulentiæ, & probrorum concinnatores, latrina conviciorum, stabulum inscitiæ. Luculentus est locus Marii Victorini; qui huc spectat: *Scripseram autem vobis, quantum repeto, & alia plura, inter quæ nostros antea, sicuti & Græcos quoque,* XVI *literis usos: ex quibus fuisse vocales apud utrosque: his postea quasdam à Palamede, & alias à Simonide adjectas implesse numerum* XXIV: *ex adjectis autem nostros solam* X *recepisse,* F *vero,* G, *&* Q *in Græcis etiam literis fuisse, & nunc esse: sed* Q *numero servire, atque nonaginta significare:* F *autem Aeolis duntaxat idem valere, quod apud nos* V, *quum pro consonante scribitur, vocarique* βαῦ *& Digamma. & significaveram, priusquam Græcis vocales repertæ sunt* H, *&* Ω, *vicem earum tam apud illos, quam apud nos explesse* E, *&* O: *&* O *etiam scribi solitam pro syllaba* OY: E *autem pro* ἦτα, *&* ἰῶτα: *easdemque &* O, *&* E, *quoties accepissent in finem* ἰῶτα, *dativum casum apud utrosque significare. Et harum scriptionum exempla non solum ex libris veteribus, sed etiam ex peritorum, &c.* In hoc illustri loco habes non solum quæ de XVI primis literis veteres censuere, sed etiam brevem & perspicuam ἀνακεφαλαίωσιν eorum omnium, quæ à nobis in singulis literis disputata sunt. Tzetzes doctus Græculus, sed ventosæ ostentationis homo, ut aliquid supra alios sapere videretur, non Cadmum, sed Palamedem, sexdecim illas literas invenisse impudentissime mentitur, pag. 224.

Λέγουσι γὰρ οἱ σύμπαντες εὑρεῖν τὸν Παλαμήδην
Οὐ τὰ εἰκοσιτέσσαρα γράμματα καὶ στοιχεῖα,
Μόνα δ' ἐκ πάντων δέκα ἕξ, ἅπερ ἂν γνοίης μόνος
Ἐν τῷ εἰπεῖν μετὰ λοιπὰ, τίας τὰς κλήσεις ἔχει,
Καὶ τίνες τούτων εὑρεταὶ, καὶ δὴ σαφῶς λεκτέον.

Deinde tres densas, sive aspiratas, à Cadmo non Phœnice, sed Milesio inventas. & alia nugatoria. Jam igitur certum est apud veteres XVI tantum literarum usum fuisse.

Ad hæc, quod secundo loco proposuimus, videamus, quænam illæ fuerint. Omnibus fere in hoc convenit, has fuisse, A, B, Γ, Δ, E, H, I, K, Λ, M, N, O, Π, P, Σ, T. Aristoteles apud Plinium præter illas XVI Y, Φ addit, & statim ab initio XVIII fuisse. Corrige apud Plinium locum illum, ubi Z, pro H perperam, positum. Si huc conjecero omnes omnium sententias, operam lusero. Satis est indicasse, quid meliori parti visum est. Ego non dubito, quin XVI illæ literæ, quas primo loco posuimus, fuerint omnium in usu primæ; omnes ex Alphabeto Cadmeo. sed quia sextam literam, quam Vau vocabant, ἐπισήμου tantum loco habebant, ea autem omnino necessaria sit, neque ea carere unquam potuerit Græcus sermo, illa accessit ad XVI eas literas: ut omnino XVI literæ ex Alphabeto Cadmeo fuerint, una autem V, (quæ postea Y fuit) extra Alphabetum. Itaque verum dicunt, qui XVI tantum fuisse volunt, si Alphabetum Cadmeum consideremus, ex quo omnes illæ depromptæ sunt. sed quum verum dicunt, non omne tamen dicunt. Nam XVII, non XVI fuerunt. Hæc est indubitata sententia. neque aliter putavisse Aristotelem ratio vincit, quem nunquam credam XVIII literas dixisse ab initio, ex iisque Φ fuisse, quum constet Φ recentissimam esse, ut reliquas duas aspiratas. Jam igitur ex his concludimus, XVII literas ab initio statim fuisse, A, B, Γ, Δ, E, H, I, K, Λ, M, N, O, Π, P, Σ, T, Y. Idque majore fiducia affirmamus freti auctoritate veteris Scholii in Oresten Euripidis: ἄλλος ὁ Παλαμήδης λέγεται εὑρηκέναι ἓξ γράμματα μήπω τότε ὄντα. ἀλλὰ Φοινίκων γράμμασιν ἐχρῶντο οἱ ἄνθρωποι. ἄλλοι δὲ ἄλλοις. Sed in alio Scholio supra dicitur Palamedem Phœnicia (elementa) Græcis in Aulide communicasse: πρῶτον μὲν τὰ φοινίκια διδάξας ἦγεν αὐτοῖς, &c.

Nunc quomodo illis uterentur, videndum. Antequam Θ, Φ, X sive à Simonide, sive ab alio introductæ essent, post T, Π, K, apponebant aspiratam H. & scribebant THEOΣ, ΠHIΛOΣ, KHPONOΣ, θεὸς, φίλος, χρόνος. De quo dubitare non patitur acutissimus Grammaticus Marius Victorinus. Cujus hæc verba sunt: Θ, Φ, X, *priusquam à Simonide invenirentur, exprimebant juxta* T, *& juxta* Π, *& juxta* K, *aspirationis notam* H *ponendo.* Jam Herodotus dicit se vidisse tres epigraphas Cadmeis literis inscriptas. Cadmeæ literæ sunt Phœniciæ, præterquam quod Phœnices à dextris sinistrorsum legunt, Cadmeæ vero literæ contrario situ leguntur, & XXII numero fuerunt, ut vidimus supra, de quibus nihil præter ea, quæ superius à nobis disputata sunt, dicere possumus. Sed epigraphas illas, quas Cadmeis literis conscriptas se vidisse testatur Herodotus, nos Ionicis complectemur; ut, quod tertio loco promisimus, usum harum literarum aperiamus. Prima epigraphe:

Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκεν ἐὼν ἀπὸ Τηλεβοάων.

AMΠHITRVON. M. ANETHEKEN. EON. AΠO. TELEBOAON.

Σκαῖος πυγμαχέων με ἑκηβόλῳ Ἀπόλλωνι
νικήσας ἀνέθηκε τεῒν περικαλλὲς ἄγαλμα.

ΣKAIOΣ. ΠVΓMAKHEON. ME. HEKEBOLOI. AΠOLLONI NIKEΣAΣ. ANETHEKE. TEIN. ΠERIKALLEΣ. AΓALMA.

Λαοδάμας τρίποδ' αὐτὸν εὐσκόπῳ Ἀπόλλωνι
Μουναρχέων ἀνέθηκε τεῒν περικαλλὲς ἄγαλμα.

LAODAMAΣ. TRIΠOD. AVTON EVΣKOΠOI. AΠOLLONI MOVNARKHEON. ANETHEKE. TEIN. ΠERIKALLEΣ. AΓALMA.

His tribus Epigrammatis Græcia nihil habet antiquius. Nam primum est Amphitryonis, secundum Hippocoontis sub Oedipode, tertium Laodamantis Eteoclis filii. Cæterum pro Ψ, ΠΣ, pro Z, δσ scribebant. Δσεὺς, Ζεὺς, Δσιὸς, Διός. Quod & dixerunt Ζιός.

Hactenus de priscis Ionum literis.

MDCXVII. *Xenophon filius Grylli, & Ctesias clari habentur.*] Anno tertio Olymp. XCV, Cyrus minor interficitur, cujus ἀναβάσεως historiam scripsit Xenophon, qui prælio interfuit. Ctesias vero rerum Persicarum scriptor captus in eo prælio XVII annos apud Artaxerxem Memorem medicinam fecit, & ultimis temporibus contulit sese ad historiam Persicam, & Assyriorum Origines describendas, à Nino seriem gestorum & temporum contexens, ad tertium annum Olympiadis XCV; non utique quod anno tertio Olympiadis scripserit: sed quod ad eum annum historiam suam continuarit. Nam anno tertio Olympiadis centesimæ floruit, ubi assignandum erat ejus tempus. Imposuit Eusebio Diodorus male intellectus. Κτησίας δὲ ὁ συγγραφεὺς τὴν τῶν Περσικῶν ἱστορίαν εἰς τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν (III Olymp. XCV) κατέστροφεν, ἀρξάμενος ἀπὸ Νίνου καὶ Σεμιράμεως. Terminavit historiam eo anno, sed scribebat quatuor Olympiadibus solidis post illud tempus. Eusebius vero putavit eum eodem anno desivisse scribere, quo historiam suam terminavit. Hinc
" error, quem ab Africano Eusebium hausisse non du-
" bito.

" Ibid. *Ctesias.*] Tzetzes cap. I. Chiliados I.
" ὁ δ' Κτησίας ἰατρὸς, υἱὸς τοῦ Κτησιόχου
" ἐξωρμημένος πόλεως ἐκ Κνίδου τῆς Κυπρίας
" ὃς Ἀρταξέρξῃ κληθεὶς, ὡς συμμαχῶν τῷ Κύρῳ
" ἐν Πέρσαις διετέλεσε χρόνους ἑπτὰ καὶ δέκα,
" βίβλοις τρισὶ καὶ εἴκοσι τὰ Περσικὰ συγγράψας.

MDCXVIII. *Macedonum Amyntas.*] Magna est perturbatio apud Eusebium in temporibus regum Macedoniæ, ut hic. Nam anno primo Olymp. XCV Archelao interfecto per imprudentiam à delitiis suis Cartero, Æropus Orestis filii ejus tutor, interfecto pupillo suo, regnum insedit annos VI. auctor Diodorus & Aristides. Quare maxima, ut dixi, confusio est in his Regibus, non Eusebii culpa, aut negligentia, sed scriptorum, qui regum Macedoniorum successiones literis mandarunt. & fortasse in hoc errore prævivit illis Iulius Africanus, quem fere semper sequitur

Ibid. *Socrates venenum bibit.*] Metachronismus unius anni, qui est Eusebio solennis, ut in prætore Callia, & expeditione Xerxis. Diodorus enim scribit Socratem cicutam bibisse anno primo Olymp. XCV. ἄρχοντος Λάχητος. Idem scribit Aristides Sophista. Accedit testis Laërtius, qui ait Cyri minoris expeditionem contigisse anno IV Olymp. XCIV, anno uno, inquit, antequam Socrates venenum biberet. Quare anno primo Olymp. XCV venenum bibit.

MDCXIX. *Templum rursus Ephesi incensum.*] Prius incensum ab Amazonibus, ut ipsemet Eusebius indicavit: posterius ab Herostrato, anno primo Olymp. CVI, Ἐλπίνου Ἀθήνησιν ἄρχοντος, annis XLII post hunc. Quid habebat in animo Eusebius, quum hæc scriberet tot annorum prochronismo committens?

MDCXXIII. *Carthaginiensium bellum famosum.*] Non dubito in Græco fuisse, Καρχηδονίων μάχη περιβόητος. Bellum, μάχη, de quo toties monuimus. Nam ubique τὴν μάχην bellum vertit: quod imponere etiam doctis potest. Intelligitur pugna navalis commissa inter Syracusios duce Leptine, & Carthaginienses duce Imilcone, in qua naves Dionysii tyranni à Carthaginiensibus demersæ supra centum, hominum autem viginti millia occisa, anno primo Olymp. XCVI, Φορμίωνος ἄρχοντος. Diodor. 429. Metachronismus biennii.

MDCXXIV. *Macedonum Argeus.*] Hæc, ut proxime monui, admodum turbata sunt, neque conveniunt cum Diodoro. Istius Regis nummus habet, ΑΡΓΕΙΟΥ. ΒΑΣΙΛΕΩΣ. non ΑΡΓΑΙΟΥ, ut quidam scribunt perperam. Unde Sibylla Ἀργεάδας reges Macedoniæ vocat. de quo alibi mentionem fecimus. Ridiculum enim est, quod scribit Appianus in Syriacis, τοὺς Μακεδόνας Ἀργεάδας dictos ἀπὸ τοῦ ἐν Ὀρεστείᾳ Ἄργους. Ἀργεάδης est nomen patronymicum, quod non à locis, sed à personis derivatur.

MDCXXV. *Galli Senones Romam invaserunt.*] Est hallucinatio confundentis annum transitus Alpium cum anno Urbis captæ. Nam ineunte Olympiade XCVII, Galli Senones Alpes transiverunt. Appiani Fragmentum à Fulvio Ursino publicatum: Ὅτι Ὀλυμπιάδων τοῖς Ἕλλησι ἐξ καὶ ϟ γεγενημένων, τῆς γῆς τῆς Κελτῶν οὐκ ἀρκούσης αὐτοῖς διὰ τὸ πλῆθος, ἀνίσταται μοῖρα Κελτῶν τῶν ἀμφὶ τὸν Ῥῆνον ἱκανὴ, κατὰ ζήτησιν ἑτέρας γῆς. Sed de Gallis habitantibus circa Renum frustra est, utpote Græcus homo de remotissimis nationibus loquens. Hæc videtur verior sententia, quam Diodori, qui scribit superasse Alpes anno quarto Olympiadis ejusdem. Hallucinatio igitur est Eusebii conjicientis annum captæ Urbis in annum, quo Alpes superatæ. Nam capta fuit urbs anno primo Olympiadis XCVIII. Πυργίωνος ἄρχοντος, auctoribus Diodoro, & Dionysio. Potest esse etiam culpa eorum auctorum, à quibus hæc mutuatus est Eusebius: quod malo credere.

Ibid. *Galli Senones.*] Ex Livio, & Historia Latina Hieronymus Senonas vocat. Nam non legitur in Græcis Eusebii. Rem miram, & quam nullo auctore firmare possum, narrat Hieronymus, quia Galli urbem Romam cæperant, propterea Gallorum gentis homines effeminari. Verba ejus proferam ex Commentario in cap. IV. Oseæ. *Hi sunt, quos hodie Romæ matri non Deorum, sed Dæmoniorum servientes Gallos vocant: eo quod de hac gente Romani truncatos libidine in honorem Atys, quem eunuchum Dea meretrix fecerat, sacerdotes illius mancipaverint. Propterea autem Gallorum gentis homines effeminantur, ut, qui urbem Romam cæperant, hac feriantur ignominia.* Quasi soli Romani famulos Cybeles Gallos vocarent. Atquin à Gallo flumine Phrygiæ dictos esse Ovidius monuit, & Stephanus: καὶ τὸν μὲν Γάλλον ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν Τυέγαν ποταμὸν, καὶ οἰκῆσαι, καὶ τὸν ποταμὸν Γάλλον καλέσαι. ἀπὸ ἐκείνου γὰρ τοὺς τεμνομένους τὰ αἰδοῖα Γάλλους καλοῦσι. Sed & nescio quid simile "
balbutit Scholiastes Hephæstionis: Γαλλιαμβικὸν "
δὲ ἐκλήθη, ἐπιλελυμένον ἐστὶ τὸ μέτρον. οἱ δὲ Γάλ- "
λοι διαβάλλονται ὡς θήλειαν νόσον ἔχοντες. διὸ καὶ "
σώματα φόρον ἐτέλουν Ῥωμαίοις εἰς τοῦτο. οἱ τοιοῦτοι "
δ' ἱερεῖς εἰσὶ Δήμητρος. Imo Ἰδαίας μητρός. Nugæ.

MDCXXVIII. *Tribuni militum pro Consulibus esse cæperunt.*] Tribuni militum Consulari potestate primum creati A. A. V. C. CCCXI. Augurum decreto magistratu sese abdicare coacti tertio mense, postquam creati. Deinde sæpe creati, sed ab anno CCCXXVI. usque ad multum temporis, nunquam intermissi. Tantum abest, ut anno captæ Urbis cœperint creari. Apud Suidam in χιλίαρχος. Δεκαπέντε πρὸς τοῖς τρια- "
κοσίοις ἐτῶν ἀπὸ τοῦ πρώτου συνοικισμοῦ τοῦ ἄστεος "
διαγεγονότων, χιλίαρχοι τὴν ἀρχὴν Ῥωμαίων "
παρειλήφασι. "

MDCXXX.

MDCXXX. *Euagoras in furorem versus, quum regnaret Cypri.*[Diu me torsit portentum hujus periochæ. Deum immortalem, quot in partes me versavi, ut aliquo honesto effugio hinc me liberarem. Sed frustra: donec in Græca Eusebii incidi: Ευαγόρας βασιλεὺς τῆς Κύπρου ἐξέστη. *Euagoras Rex Cypro excessit*, vel *cessit*. Nam ἐξέστη est ἐξεχώρησε. Euagoras cessit omni Cypro, præter Salamina, cujus rex fuit, hac conditione, ut stipendium regi Persarum penderet. Diodorus 262. ὁ δὲ Τηρίβαζος τὴν ὅλων ἔχων τὴν ἡγεμονίαν ἔφησε συγχωρῆσαι τὴν σύλλυσιν, ἐὰν Ευαγόρας ἐκχωρήσῃ πασῶν τῶν κατὰ τὴν Κύπρον πόλεων, αὐτὸς δὲ μόνος τῆς Σαλαμῖνος βασιλεύων τελῇ τῷ Περσῶν βασιλεῖ κατ' ἐνιαυτὸν φόρον ὡρισμένον, καὶ ποιῇ τὸ προσταττόμενον, ὡς δοῦλος δεσπότῃ. Quamvis Euagoræ dura videbatur conditio, tamen eam accepit. Lege reliqua apud Diodorum.

Ibid. *in furorem versus.*] ἐξέστη. Κύπρου ἐξέστη. *Excessit Cypro.* Hieronymus verbum ἐξέστη absolute accepit, ut Marci *III, 21.* quem locum habebat in animo. ἔλεγον γὰρ, ὅτι ἐξέστη. *Dicebant enim, quod extra se esset, quod sanæ mentis non esset.* At in vulgari Latina interpretatione, quam correxit Hieronymus, *Dicebant enim: Quoniam in furorem versus est.* Quæ sunt eadem verba, quæ hic usurpat. ut ex his colligi possit, hanc editionem vulgarem eam esse, quam Hieronymus correxit, quamvis multa reliquerit, quæ ipse postea non probavit, ut in Epistola ad Ephesios, *pignus*, pro Græco ἀρραβών. Sed de hoc hic locus non est. Si plura cupis de Euagora rege, adi Diodorum, & Excerpta Theopompi apud Photium, *202*. Tempus vero non convenit. Hoc enim accidit anno quarto Olymp. XCVIII, Δεξιθέου ἄρχοντος. Prochronismus biennii. Vide Synagogen nostram Olymp. XCVII anno quarto.

MDCXXXVII. *Magno terræmotu facto, Elica.*] Multi meminerunt, Ovidius lib. XV. Seneca Nat. Quæst. lib. VI, cap. XXIII. Plin. libro secundo, cap. LXXXII. Strabo libro primo, & octavo. Contigit hæc clades anno quarto Olympiad. CI, Ἀστέου ἄρχοντος, ut scribunt Diodorus & Pausanias, biennio ante pugnam Leuctricam, auctore Strabone, quæ contigit anno secundo Olymp. CII. Ergo prochronismus commissus est annorum VII. Paulus Orosius libro tertio, cap. III, ponit hunc casum anno A. A. V. C. CCCLXXVI. hoc est numero MDCVI. Prochronismus unius Olympiadis, qui est familiaris Orosio: de quo toties monuimus. De Helices clade vide omnino Ælianum de Animalib. lib. XI, cap. XIX.

Ibid. *absorptæ sunt.*] Omisit hæc Hieronymus: ὧν καὶ θάλασσαν ἴχνη ἄχρι νῦν φαίνονται πλεόντων ἀπὸ Κορίνθου εἰς Πάτρας ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ μέρη. Eadem extulit Ovidius, quum de clade harum urbium loqueretur:

— & adhuc ostendere nautæ
Inclinata solent cum mœnibus oppida mersis.

Præter Buram, & Helicen, tertiam reddit Ægiran Philo de mundo. πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας λόγος, τῆς θαλάττης ὑπερχεθείσης, ἠφανίσθαι πόλεις καταποθείσας, ἐπεὶ καὶ κατὰ Πελοπόννησόν φασι τρεῖς

Αἴγειραν, Βοῦραν τε καὶ ὑψηλὴν Ἑλίκειαν
Τείχεσιν ἠὲ τάχα *ελλε* πείθρυα φυσιν *
εὐδαίμονας τοπάλαι γνομένας πολλῇ τοῦ πελάγους ἐπικλυσθῆναι φορᾷ.

MDCXL. *Prænestini à Romanis victi.*] Hieronymus ex Eutropio Græcis addidit, *per Quintinum Cincinnatum apud flumen Alliam.* Eutrop. initio libri II. ubi hoc gestum assignatur anno A. C. CCCLXV. id est, CCCLXXV. Nam decennio fere semper minus annos Vrbis putat Eutropius. hoc est anno antecedente, numero MDCXXXIX. Eundem annum Urbis designat Paulus Orosius. idem facit Diodorus, anno tertio Olymp. CI.

MDCXLV. *Ptolemæus Aloritas.*] Ejus numerus: ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ. ΑΛΟΡΙΤΟΥ. ΒΑΣΙΛΕΩΣ.

MDCXLVIII. *Theo rex Ægypti.*] Sic concipiunt nomen hujus regis scripti codices. Sed Θεῶς, dictus fuit, non Θέων, à quo Theo dici debebat. Diodorus vero vocat Ταχὼν, & Ælianus lib. V, cap. primo Ποικίλ. Sine dubio תחו dictus fuit Τεχὼ, ut נכו Νεχὼ, vel Νεχαώ.

MDCXLIX. *Dionysius Siciliæ tyrannus XVIII anno moritur.*] Omnes PR. habent decimo nono. Editiones quoque XIX anno. Quis non miretur tantam codicum conspirationem in manifestum errorem, quum legendum sit XXXVIII. non XVIII? Quare culpam in codices conjicio, quum ea sit Eusebii, non codicum? cujus rei fidem faciunt Græca, Διονύσιος Σικελίας τύραννος ἀπέθανε κρατήσας ἔτη ιη. item: Διονυσίου δὲ τελευτήσαντος ἔτη ιη τῆς τυραννίδος, κρατεῖ Διονύσιος ὁ παῖς αὐτοῦ. Non ergo mirum si codicum alii XVIII, alii XIX habent, non autem XXXVIII, quod ratio postulabat. Quin Eusebius ipse ante XXXVIII annos Dionysii initium posuit. Quare non est error, sed hallucinatio calami. Helladius apud Photium: ὅτι ὀνηλάτου μὲν υἱὸς Διονύσιος ἦν ὁ τῆς Σικελίας ἄρξας ἔτη μ δυοῖν ἀποδέοντα. Unde quadraginta annos regnasse ait. quod verum est.

MDCXLVIII. *Theo rex Aegypti fugit in Arabiam.*] Hoc pertinebat ad annum sequentem. Sed non convenit Diodoro cum Eusebio, neq; de tempore, neq; de fuga hujus regis, propterea quod male ab Eusebio Diodori mens concepta. Postquam enim defecisset à rege Persarum, facti pœnitens compendioso itinere per Arabiam ad regem venit, ubi non solum præteritorum veniam, sed etiam multa beneficia à rege consecutus est, anno tertio Olympiad. CIV, Μόλωνος ἄρχοντος. Τέλος δὲ καταληφθείσης ὑπὸ τῶν ἀποστατῶν τῆς Αἰγύπτου, ὁ μὲν Ταχὼς καταπλαγεὶς ἐτόλμησε διὰ τῆς Ἀραβίας ἀναβῆναι πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ συγγνώμην ἠξίου δοῦναι περὶ τῶν ἡμαρτημένων. ὁ δὲ Ἀρταξέρξης οὐ μόνον αὐτὸν ἀπέλυσε τῶν ἐγκλημάτων, ἀλλὰ καὶ στρατηγὸν ἀπέδειξε τοῦ πρὸς Αἰγυπτίους πολέμου. Itaque hæc non fuit fuga in Arabiam, ut ibi latitaret, quod putabat Eusebius, sed compendium viæ. Nam à Perside in Ægyptum brevior via est per Arabiam. quod ostenditur ex Cambysis expeditione apud Herodotum. Sed & clarius ex Athenæo demonstratur eum sese ad Persas contulisse, quod auxilia Lacedæmoniorum ab eo descivissent, impulsore Agesilao, qui ægre ferebat se à Tacho derisum fuisse. Verba Athenæi huc pertinentia: καὶ Ταχὼς δὲ ὁ Αἰγυπτίων βασιλεὺς Ἀγησίλαον σκώψας τὸν Λακεδαιμονίων βασιλέα, ὅτε ἦλθεν αὐτῷ συμμαχήσων, (ἦν γὰρ βραχὺς τὸ σῶμα) ἰδιώτης ἐγένετο, ἀποστάντος ἐκείνου τῆς συμμαχίας. τὸ δὲ σκῶμμα τοῦτο ἦν. ὤδινεν ὄρος, Ζεὺς δ' ἐφοβεῖτο. τὸ δ' ἔτεκεν μῦν. ὅπερ ἀκούσας ὁ Ἀγησίλαος καὶ ὀργισθεὶς ἔφη, φανήσομαί σοί ποτε καὶ λέων ὕστερον. καὶ ἀνισταμένων τῶν Αἰγυπτίων, ὥς φησι Θεόπομπος, καὶ Λυκέας ὁ Ναυκρατίτης ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς, οὐδὲν αὐτῷ συμπράξας ἐποίησεν ἐκπεσόντα τῆς ἀρχῆς

 φυγεῖν

φυγεῖν εἰς Πέρσας. Ælian. lib. v. cap. I. Ποικίλ. Ταχὼς ὁ Αἰγύπτιος, ἕως μὲν ἔζη τῇ ἐπιχωρίῳ διαίτῃ, καὶ εὐτελῶς διεβίω, ὑγιεινότατος ἀνθρώπων διῆγεν. ἐπεὶ δὲ εἰς Πέρσας ἀφίκετο, καὶ εἰς τὴν ἐκείνων τρυφὴν ἐξέπεσε, τὸ ἀηθὲς τῶν σιτίων οὐκ ἐνεγκὼν, ὑπὸ δυσεντερίας τὸν βίον κατέστρεψε, τῆς τρυφῆς ἀλλαξάμενος θάνατον. hæc omnia ostendunt Tahon hunc non in Arabiam fugisse metu Persarum, ut perperam scribit Eusebius, sed ad Persas ipsos se contulisse, ad quos per Arabiam ex Ægypto compendiosum est iter.

MDCL. *Aristoteles* XVIII *ætatis annum.*] Ita FR. & PET. & Edit. Sed BONG. anno sequente. Sane si Aristoteles natus est anno primo Olymp. XCIX, hoc est numero MDCXXXIII, ejus annus XVIII convenit numero præsenti MDCL. Sed Græca habent ἀπὸ δεκαεπτὰ ἐτῶν. quibus suffragantur quæ apud Laërtium: φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς, γεννηθῆναι μὲν αὐτὸν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἐνάτης καὶ ἐννενηκοστῆς Ὀλυμπιάδος, παραβαλεῖν δὲ Πλάτωνι, καὶ διατρίψαι παρ' αὐτῷ εἴκοσιν ἔτη ἑπτακαιδεκάτη συστάντα. Quum igitur Græca Eusebiana ιζ, non ιη ἔτη, habeant, & hoc veritas historiæ exigat, non dubium, quin correctorum sit audacia mutatum in XVIII. In multis hujus Chronici locis multa sibi permiserunt correctores. Sed in nostris Collectaneis invenies anno primo Olymp. CIII Aristotelem anno XVIII ætatis suæ venisse Athenas. Adeo incerta est fides temporum apud scriptores.

Ibid. XVIII *ætatis gerens annum.*] Gerere annum ætatis an alius præter Hieronymum dixerit, equidem non memini. quod non monerem, nisi essent, qui Hieronymum inter eos ponerent, qui latinissime loquuntur, in quibus familiam ducit Erasmus.

MDCLII. *Persarum Artaxerxes, qui & Ochus, annos* XXVI.] Triennium solidum, quod Artaxerxi Mnemoni abstulit, contulit Artaxerxi Ocho. Nam ὁ Μνήμων regnavit annos XLIII, non XL. Ochus autem XXIII, non XXVI. Obiit ὁ Μνήμων anno tertio Olymp. CIV, prudentissimus, sapientissimus, & justissimus Princeps: cui bellua sævissima Ochus in imperio successit. Itaq; recte obitus Mnemonis, & initium Ochi hic assignata sunt. sed, ut dixi, Mnemon triennio amplius imperavit, quam voluit Eusebius, aut Manethes, ex quo Africanus, & ex eo Eusebius. Nam initium Artaxerxis Mnemonis adscribendum erat numero MDCVIII.

MDCLIII. *Alexander Pheræus agnoscitur.*] Anno quarto Olympiadis CII Polydorus Pherarum tyrannus, qui Iasoni successerat, ab Alexandro fratre veneno tollitur. Alexander arrepta tyrannide XI annos crudeliter regnavit. Hic est metachronismus quinquennii solidi. Res tamen aliter narratur à Xenophonte lib. VI Ἑλληνικῶν.

Ibid. *Olympias.*] Hæc Olympias est ἀνολυμπιάς, id est, inter Olympiadas non numeratur ab Elidensibus, propterea quod per seditionem à Pisatis & Arcadibus celebrata sit. auctores Diodor. & Pausan.

MDCLIV. *Camillus Gallos, qui bellum Romanis intulerant, superat.*] Hieronymus ex historia Latina. Nimirum hoc contigit numero MDCXXX, pulsis urbe Roma Gallis à Camillo Dictatore tertium. Fœdissimus est metachronismus annorum XXIV. Ecqui potuit Camillus Gallos superare numero MDCLIV, qui jam obierat anno antecedente, L. Genucio Aventinensi, G. Servilio Ahala Coss. Quod si intelligamus de eo bello, in quo M. Valer. qui postea Corvus dictus est, singulari pugna cum Gallo congressus est, ne sic quidem anachronismum effugiemus. Erit enim prochronismus ann. XVII. Sane in eo bello Furium Camillum illius, qui Romam liberavit, filium ducem fuisse, verum est. Sed quantus erit hiatus temporis.

MDCLV. *Macedonum Philippus.*] Quid variatum hic sit super hujus Regis annis, vide Canones nostros Isagogicos.

MDCLVIII. *Ochus Apodasmo Iudæorum capta.*] Græca: Ὦχος Ἀρταξέρξης εἰς Αἴγυπτον στρατεύων ἀποδασμὸν εἷλεν Ἰουδαίων, οὓς ἐν Ὑρκανίᾳ κατῴκισε πρὸς τῇ Κασπίᾳ θαλάσσῃ. *Ochus Artaxerxes in Aegyptum expeditionem suscipiens, partem quandam Iudæorum capit, quibus ad Hyrcanum mare sedes assignavit.* Hieronymus putavit Apodasmon esse urbem quandam Iudæorum. Nos, antequam Græca videremus, hallucinationem jamdudum deprehenderamus. Eusebius libro priore: Ὦχος Ἀρταξέρξης παῖς εἰς Αἴγυπτον στρατεύων ἀποδασμὸν εἷλεν Ἰουδαίων, &c. Vise locum. Quum Paulus Orosius in omnibus, quæ ex hoc Chronico hausit, satis probet se sola Latina Hieronymi, & nunquam Græca Eusebii vidisse, errorem tamen interpretis declinavit, quum hunc locum in suum librum describeret. *Tunc etiam Ochus, qui & Artaxerxes, post transactum maximum diuturnumque bellum, plurimos Iudæorum in transmigrationem egit, atque in Hyrcania ad Caspium mare habitare præcepit: quos ibi usque in hodiernum diem, amplissimis generis sui incrementis consistere, atque exinde quandoque erupturos opinio est.* Sane ἀποδασμὸν vertit *plurimos Iudæorum*, quanquam Græca non viderat. Est autem locus luculentus iste. Nam Iudæi illi, quos ex Ægypto in Hyrcanos deportavit Ochus, sunt propagati ex reliquiis illis, quæ ad Waphrem Regem confugerant, ut ex Ieremia & Africano suo loco annotavimus. Eos Epistola consistorii Ierosolymitani filios deportationum Mediæ vocat. vide in Epocham XIII quæ notavimus libro tertio Canonum Isagogicorum.

MDCLXI. *Dionysius Sicilia pellitur*] Dionysius junior exutus tyrannide à Dione affine, anno quarto Olymp. CV fugit in Locros Italiæ. auctor Ælian. Ποικίλ. lib. XII, cap. XLVII. ubi Locrensium virgines constupravit. Auctor idem Ælianus. Idem extat apud Justinum lib. XXI.

MDCLXII. *Alexander Philippi & Olympiados filius nascitur.*] Alii anno antecedente natum volunt. Solinus "biennio ante C. Fabio Ambusto, C. Plautio Proculo "Coss. "

MDCLXIII. *Dion Syracusis interimitur.*] Eusebius priore libro: ὁ δὲ Δίων ἐπαναστὰς μετ' Ἑλληνικῆς δυνάμεως ἐκβάλλει Διονύσιον τῆς ἀρχῆς, αὐτός τε μετ' ὀλίγον ἀναιρεῖται παρά τινων οἰκείων. Inepte vero editiones habent *Dionysius*, non *Dion*. Omnes denique manuscripti codices agnoscunt *Dionysius*, præter BONG. qui diserte habet *Dio.* in Græcis Δίων. Nos antequam Græca & BONG. videremus, ita emendavimus. Videtur autem, aut hic prochronismo peccatum, "aut numero MDCLX, metachronismo, idque "utrobique biennii. Nam Dio statim ut Siciliam tetigit, "Dionysium tyrannum deturbavit: & quadriennio "post quam hæc gesta, interemptus est. Corn. Nepos: "*Diem obiit circiter annos quinquaginta quinque natus,* "*quartum post annum, quam ex Peloponneso in Siciliam re-* "*dierat.* "

MDCLXIV. *Hipparinus Dionysii filius Syracusis tyrannidem exercet*] Hipparinus Dionysii senioris filius, junioris frater invasit tyrannidem Syracusarum anno quarto Olymp. CVI, Θεοδήμου ἄρχοντος. auctor Diodorus. Convenit ei cum Eusebio. Regnavit annos duos.

Ibidem. *Erinna Poëtria agnoscitur.*] Dicunt eam ἑταίραν Σαπφοῦς fuisse. Ergo fuit æqualis Sapphus, CCL annis ante hunc numerum. Plinius scribit quædam

opera

opera Myronis statuarii ab Erinna celebrata fuisse. Atqui Anacreontis epigrammata in buculam Myronis extant hodie. Antiquior ergo, aut saltem æqualis Myroni & Anacreonti fuit Erinna; unde miror à Plinio scriptum Myronem floruisse Olymp. LXXXVII. Omnino Erinna non congruit huic sæculo.

MDCLXVII. *Ochus Aegyptum tenuit, Nectanebo in Aethiopiam pulso.*] In nostris Collectaneis; anno tertio Olymp. CVII: ὁ Νεκτανεβὼς βασιλεὺς Αἰγύπτου ἀπογνοὺς τὴν βασιλείαν, τὰ πλεῖστα τῶν χρημάτων ἀναλαβὼν ἔφυγεν εἰς τὴν Αἰθιοπίαν. Ἀρταξέρξης πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον παρέλαβε. Vide Diodor. anno quarto Olymp. CVII. cui convenit cum Eusebio & de tempore, & de receptu in Æthiopiam.

Ibid. *Huc usque Manetho.*] Græca quoque idem habent. O ingentem jacturam illarum Dynastiarum & Tomorum trium ipsius Manetho, quorum epitomen ex Africano habes in Collectaneis nostris.

MDCLXIX. *Ochus Sidonem subvertit.*] Anno secundo Olymp. CVII, Θεσσαλοῦ ἄρχοντος, numero MDCLXVI. Triennii metachronismus. Vide Diodor. & Collectanea nostra.

Ibid. *Sidonem subvertit.*] Non opus fuit subvertere. Nam tota flammis conflagravit. Ochus autem sectionem cinerum, in quibus plurimum auri liquefacti latebat, multis talentis vendidit.

MDCLXXI. *Romani Gallos superant.*] In quo bello celebris fuit T. Manlii cum Gallo pugna, qui postea Torquatus dictus fuit. Sed metachronismus est biennii. Accidit enim L. Furio Camillo, Ap. Claudio Crasso coss. numero MDCLXIX.

MDCLXXII. *Dionysius Corinthum sub fœdere navigavit.*] Prochronismus biennii. Pulsus enim Sicilia anno secundo Olymp. CIX. Πυθοδότου ἄρχοντος. Vide Diodorum & Collectanea nostra.

Ibid. *Dionysius Corinthum sub fœdere.*] Eadem verba Græce habes in collectaneis nostris anno secundo Olympiadis CIX.

Ibid. *Plato moritur.*] Metachronismus biennii. Moritur enim anno primo Olymp. CVIII. Diodor. Laërt.
„ Vide collectanea. In priore libro Eusebii ὀλυμ-
„ πιάδι ξζ. frustra.

MDCLXXIII. *Romani, quum Samnitas.*] Samnites, ut
„ hic recte annotatur, duobus præliis à duobus consu-
„ libus cæsi sunt M. Valerio M. F. M. N. Corvo, item
„ A. Cornelio P. F. A. N. Cosso Aruina. Et de iis
„ triumphatum à Corvo quidem x. Kal. Octob. ab al-
„ tero autem VIII Kal. easdem numero MDCLXXI,
„ urbis CCCCX secundum Catonem, & Fastos Capitoli-
„ nos, secundum Varronem, uno amplius. Quod au-
„ tem alias nationes Samnitibus vicinas hic adjicitur
„ devictas fuisse, hoc sane quidem verum est hoc ipso
„ numero MDCLXXIII, de Latinis, Campanis, Sidici-
„ nis, Auruncis à Manlio Imperioso Torquato. Hæc
„ omnia ex Saxis Capitolinis.

MDCXXVI. *Dionysius Corintho pulsus est.*] Non videtur. Κατεβίω ἐν Κορίνθῳ ἀπορούμενος, inquit Diodorus. *Vitam finivit Corinthi in egestate.*

MDCLXXVIII. *Persarum Arses annis IV.*] Eusebius sequitur Africanum. Sed Eusebio & Africano cum Diodoro neque de annis hujus regis, neque de tempore convenit. Diodorus attribuit III annos duntaxat, Africanus & Eusebius IV. Eusebio moritur anno primo Olymp. CXI. Diodoro interficitur à Bagoa, (qui & patrem ejus Ochum veneno sustulerat) anno secundo Olymp. CXI, Euæneto Athenis archonte.

MDCLXXIX. *Speusippus moritur.*] Plato moritur anno primo Olymp. CVIII. Successor ejus Speusippus scholam obtinuit octo annos. Videtur mortuus ineunte Olymp. CX. καὶ ἐσχολάρχησεν ἔτη ὀκτώ, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς ὀλυμπιάδος. Laërt. Mortuum in adulterio scribit Tertullianus Apolog. cap. XLVI. Sed aut est μνημονικὸν σφάλμα, aut impostor est, qui illi hoc persuasit. Mortuus enim est valde senex ἐξ ἀθυμίας.

MDCLXXXI. *Manasses frater Iaddi Pontificis Iudæorum Templum in monte Garizim construit.*] Atqui constructum post Tyrum ab Alexandro expugnatam. Nam ante pugnam ad Arbela Sanbelletes socer istius Manassis petiit ab Alexandro veniam Templum in monte Garizim construendi, anno primo Olympiadis CXII. Hujus autem Manassis meminit non addito nomine, Nehemias, cap. ultimo, 28, ubi eum manifesto Sanbelletis generum fuisse dicit. Itaque Nehemias vivebat adhuc tempore Darii ultimi, cujus etiam diserte meminit, XII, 22. Iste vero Manasses dicitur filius Iojada à Nehemia, quum hic dicatur filius Iadduæ. Si filius Iadduæ, & filius quoque consequenter Iojadæ more Hebræorum, qui avos, proavos patrum nomine comprehendunt, ut nepotes, pronepotes filios appellant, & cognatos & adgnatos omnes fratres. quum igitur ipse Nehemias se pervenisse ad ultimum Darium dicat, imo ad Ipsum Pontificem, mira tamen est κακοήθεια, pervicacia, væcordia hominum, quos partim bonarum artium imperitia, partim ambitio & morbus animi transversos ita agit, ut audeant ipsi Nehemiæ præscribere, quum quidam ex illo gracchulorum grege ausi sint scribere caput XII Nehemiæ totum insititium esse. Sed quid illis hoc prodest, quum sequenti capite ipse iterum tum Sanbelletis meminerit, tum etiam affinitatis, quam cum Manasse contraxerit? Quid igitur hinc consequuntur, quam ut aut stupidi, aut improbi sint? alterum, quod eis Sol non luceat: alterum, quod Solem lucere negent.

Ibid. *in monte Garizin.*] Ubi Samaritæ somniant Abraham sacrificium obtulisse. Itinerarium Burdegalense: NEAPOLIS. *Ibi est mons Agaresen. Ibi aiunt Samaritani Abraham sacrificium obtulisse: & ascenduntur usque ad summum montem gradus num. CCC.* Photius 564, 19, ὅτι ὁ διάδοχος Πρόκλου, φησίν, ὁ Μαρῖνος γένος ἦν ἀπὸ τῆς ἐν Παλαιστίνῃ Νέας πόλεως πρὸς ὄρει κατῳκισμένης τῷ Αργαριζῳ καλουμένῳ. ἐν ᾧ Διὸς ὑψίστου ἁγιώτατον ἱερὸν, ᾧ καθιέρωτο Ἀβραμος ὁ τῶν πάλαι Ἑβραίων πρόγονος. Utrobique nomen Garizin est depravatum. item Διὸς ὑψίστου, pro Θεοῦ ὑψίστου dictum est ab homine pagano. Sed eum, quem putant Samaritani, Garizim montem, prorsus negat Epiphanius esse: ἐν τῷ ὄρει τῷ παρ' αὐτοῖς Γαριζεὶν συκοφαντημένως καλουμένῳ. τῷ γὰρ βουλομένῳ ἀκριβῶς περὶ τῶν ὄρους Γαριζεὶν ἐρευνᾶσθαι ἰστέον, ὅτι πρὸς Ἱεριχὼ κεῖνται τὰ δύο ὄρη, τό, τε τοῦ Γαριζεὶν, καὶ τὸ τοῦ Γεβὰλ, πέραν τοῦ Ἰορδάνου, πρὸς τῇ ἀνατολῇ τῆς Ἱεριχώ, ὡς ἔχει τὸ Δευτερονόμιον, καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ἡ βίβλος. Similia doctissimus Hieronymus: *Gebal, mons in terra repromissionis, ubi ad imperium Moysi altare constructum est. Sunt autem juxta Hiericum duo montes vicini contra se invicem, respicientes, è quibus unus Garizim, alter Gebal dicitur. Porro Samaritani arbitrantur hos duos montes juxta Neapolim esse. Sed vehementer errant. plurimum enim inter se distant, nec possunt invicem benedicentium, sive maledicentium audiri voces.*

MDCLXXXII. *Darius Arsami.*] Darius inivit imperium eodem anno, quo Philippus Macedo interfectus, Olympiade CXI, paulo ante Philippi ipsius mortem, unde Alexandri imperium putatur à secundo anno

Olymp. CXI, Euæneto Athenis Prætore. quanvis melius initium caperetur ab anno antecedente, Pythodoto Prætore. Videtur hoc fatale Dario fuisse, ut eodem anno & ipse, & eversor imperii ejus Alexander, imperium simul avitum inirent.

MDCLXXXIII. *Alexander adversum Illyrios.*] Eadem pene habes Græce in Collectaneis, anno secundo Olymp. CXI.

Ibid. *subversis Thebis.*] Thebæ ab Alexandro eversæ anno secundo Olympiadis CXI, περὶ τὰ μυστήρια. hoc est, Βοηδρομιῶνος εἰκάδι. Instauratæ sunt à Cassandro, ut docet Diodorus, deinde Pausanias: τότε δὲ τοὺς Θηβαίους φυγάδας ἀναστάντας ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, καὶ διαπεσόντας ἐς Ἀθήνας ὕστερον Κάσσανδρος ὁ Ἀντιπάτρου κατήγαγεν. Fabulæ sunt de Oraculo:

Ἑρμῆς, Ἀλκείδης, καὶ ἱμαντομάχος Πολυδεύκης
οἱ τρεῖς ἀθλήσαντες ἀναστήσουσί σε, Θήβη.

Reliquum minum de Clitomacho lege apud Tzetzen pag. 128. Nam quanvis fabulosa sunt, habent tamen, cur in eis tempus cum fructu teratur.

Ibid. *Sardes capit.*] Non vi cæpit: sed proditæ sunt illi à Mithrine Præfecto. Diodorus 596. Μιθρίνη δὲ τῷ παραδόντι τὴν ἐν Σάρδεσιν ἄκραν Ἀρμενίαν ἔδωκεν.

MDCLXXXIV. *Romanorum Consul Manlius Torquatus.*] Metachronismus annorum VI. Gestum enim anno A. V. C. CCCCXIV, T. Manlio Torquato Imperioso IV, P. Decio Mure coss. numero MDCLXXVIII.

MDCLXXXV. *Alexander capta Tyro.*] Tempus convenit. Tyrus enim expugnata septimo mense, postquam oppugnari cæpta, anno primo Olymp. CXII. Νικηράτου ἄρχοντος. auctor Diodor. Νικήτην ἄρχοντα vocat Dionysius in Dinarcho, Ἀνίκητον Arrianus.

Ibid. *Deo victimas immolavit.*] Mos veterum, quum „ appellerent in locum quendam, τοῖς ἐγχωρίοις θεοῖς „ sacrificare. quod imprimis Alexander magnus fecit. „ Apollonius Rhodius lib. II.

„ λεῖβε ἀκηρασίοιο μελισταγέας χέε λοιβὰς
„ Γαίῃ τ' ἐνναέταις τε θεοῖς —

„ Scholion vetustissimũ & optimum: Ἐνναέταις θεοῖς, „ τοῖς ἐγχωρίοις θεοῖς. τοὺς γὰρ ἐπιδημοῦντας ἔθος „ ἦν ἐν τῇ ἀλλοδαπῇ θύειν θεοῖς ἐπιχωρίοις, καὶ „ ἥρωσι. τοῦτό φασι καὶ Ἀλέξανδρον ποιῆσαι τὴν Μακε- „ δόνα ἐν Ἰλίῳ. Ita etiam Romani Ierosolymis sacrifi- „ cabant, quum peregrini illuc devenirent, unde „ Augustus nepotem Cajum laudavit, quod non „ fecisset.

Ibid. *Andromacho.*] Q. Curtius lib. IV. *Oneravit hunc* „ *dolorem nuncius mortis Andromachi, quem præfecerat Sy-* „ *riæ. vivum Samaritæ cremaverant. ad cujus interitum* „ *vindicandum, quanta maxime celeritate potuit, contendit.* „ *advenientique sunt traditi tanti sceleris auctores.*

MDCLXXXVII. *Alexandria in Aegypto condita.*] Metachronismus unius anni. Condita enim anno antecedente, qui erat II Olymp. CXI, Aristophane magistratu Athenis, C. Valerio Potito Flacco, M. Claudio Marcello Coss. non autem anno primo ejusdem Olympiadis, ut scribit perperam Solinus, & fabulæ addit, L. Papirio SP. F. C. Pœtelio C. F. Coss. quum illud par Consulum quinquennio post magistratum gesserit, anno secundo Olymp. CIII. nisi quis intelligat L. Papirium Cursorem, C. Pœtilium Libonem Visolum II. Atqui quidam eos Consules infulserunt in annum quartum Olympiad. antecedentis, neque eorum ullus idoneus auctor meminit. imo puto ex hoc loco Solini eos hoc par consulum expiscatos fuisse. Mira hallucinatio apud Vellejum. *Abhinc annis autem* CCCL, *Sp. Postumio, Veturio Calvino Coss. Campanis data est civitas, partique Samnitium sine suffragio: & eodem anno Cales deducta Colonia.* Hoc convenit numero MDCXCVI. Addit: *Interjecto deinde triennio Fundani & Formiani in civitatem recepti eo ipso anno, quo Alexandria condita est.* Ergo condita numero MDCXCIX, annorum XXIV metachronismo. quod absurdum.

Ibid. *quo tempore etiam Latini à Romanis perdomiti sunt.*] Hæc Hieronymus ex Eutropii libro secundo. *Latini, qui voluerunt milites dare, hoc quoque à Romanis exigere cæperunt, ut unus Consul ex eorum, alter ex Romanorum populo crearetur. Quod quum esset negatum, bellum contra eos susceptum est, & ingenti pugna superati sunt: ac de iis perdomitis triumphatum est. Statuæ Consulibus ob meritum victoriæ in Rostris positæ sunt. Eo anno etiam Alexandria ab Alexandro Macedone condita est.*

MDCLXXXVII. *in quo regnum Persarum destructum est.*] Reliqua omisit Hieronymus: καὶ ἡ Περσῶν βασι- „ λεία κατελύθη διαμείνασα ἔτεσι σμς', ἀπὸ πρώ- „ του ἔτους Κύρου, ἕως τοῦ παρόντος ἐκτοῦ ἔτους Δαρείου „ τοῦ Ἀρσάμου. Sed numeri falsi sunt σμς'. Legendum „ enim σκθ'. „

MDCLXXXVIII. *revertensque in Ammone condidit Paratonium.*] Nullus est manuscriptus codex, aut editus, qui non habeat *in Ammone*. Tamen *ab Ammone* videtur legisse Paulus Orosius, qui hunc locum, ut solet, in suum opus traducens ita scribit: *Revertens ab Ammone ad tertium Persicum bellum Alexandriam in Aegypto condidit.* Justinus quoque reversum ab Ammone Alexandrum Alexandriam condidisse scribit. Ego nihil mutandum censeo. Nam regiunculam illam, ubi Paratonium conditum fuit, Ἄμμωνα vocatam fuisse inde colligimus, quod Stephanus ait Παραιτόνιον Ἀμμωνίαν vocatum fuisse. quod à Strabone accepit: καλοῦσι δὲ οἱ μὲν Παραιτόνιον τὴν πόλιν, οἱ δὲ Ἀμμωνίαν. Omnis igitur regio illa Ἄμμων dicta est propter viciniam oraculi. Strabo: ὡς ὑπονοεῖν τὰ αὐτὰ περὶ τοῦ τε Ἄμμωνα τόπων καὶ τούτων. καὶ γὰρ οὐδὲ πάμπολυ ἀφεστᾶσιν ἀλλήλων, καὶ τοῦ Παραιτονίου. Omnem dubitatio- „ nem tollit Nahum propheta III. 8. qui urbem No, „ vocat No Amon: quod in Amone regione Ægypti „ maritima sita esset, eamque ita natura loci munitam „ fuisse dicit, ut ei mare esset instar propugnaculi. Qui „ No Amon Alexandriam interpretantur, quanvis „ non vera, tamen non prorsus à vero abhorrentia „ dicunt. Nam in eodem tractu fuit, atque eadem „ ora Ægypti maritima. Sane eos qui Diospolim in- „ terpretantur, multum falli necesse est, quum Dio- „ spolis fuerit eadem cum Thebis Hecatonpylis, illæ „ autem longe à mari sitæ fuerint. At Nahum No ad „ littus maris constituit. Porro Masoritæ אָמוֹן ἄμων „ per simplex M, non אַמּוֹן ἄμμων vocant, quod per „ imperitiam Græcarum literarum fecerunt, quam in „ omnibus nominibus propriis hominum & locorum „ aperiunt. At LXX recte Ἀμμὼν eodem loco Nahum, „ non Ἄμων, ut Masoritæ. Ægypti enim pars in „ Asia, pars in Libya. & ea Libyæ pars, quæ Ægyptum occupat, dicitur Ammon, Marcellino autem siccior Libya, lib. XXII. *In secciore vero Libya Paratonion, & Chereola.* τῆς Ἀμμωνίας meminit Epiphanius hæresi LXVIII. At hic res ridicula ponitur, post Hyrcanos, & Mardos debellatos ipsum reversum in Ammone Paratonium condidisse. Quis hæc laudet, nisi ἀγεωγράφητος, & ἀχωρογράφητος? In Græcis sane hæc non leguntur. Neque dubitandum eodem tempore

pore Alexandriam & Paraetonium conditas fuisse. Aliqua fraus hic facta.

MDCLXXXIX. *& Indum amnem transgreditur.*] Aliter in Graecis. καὶ Βερναβοὰν ποταμὸν Ινδῶν διέβη. *Et Bernaboan Indorum fluvium trajecit.* Hieronymus τὸ Βερναβοὰν omisit, & Ινδὸν non Ινδῶν legit.

Ibid. *& Aornin petram.*] Απολλόδωρος δευτέρῳ.

ἐπὶ τῆς δ' Ωρείτας τε καὶ Γεδρωσίους.
ὧν τοὺς μὲν Ινδοὺς ὡς ἐνοικοῦντας πέτραν
Αορνιν —

Vide Stephanum Ωρῖται. Ubi nullum vestigium versuum extat. Ita ergo digerendi, & supplendi.

MDCXCI. *Harpalus fugit in Asiam.*] Haec est omnium scriptorum & editorum Codicum lectio. Imo fugit ex Asia, non in Asiam. Notum quomodo Harpalus Macedo anno tertio Olymp. CXIII, ut hic recte annotatum est, quum esset praefectus gazae & vectigalium regiorum, Athenas aufugit expilatorum thesaurorum apud Alexandrum postulatus. Unde requisitus ad supplicium ab Antipatro & Olympiade in Cretam profugit, ubi à Thimbrone quodam familiari suo interfectus poenas perfidiae dedit. Notum praeterea est Demosthenem τῶν Αρπαλείων χρημάτων accusatum „ fuisse. Rursus inter Dinarchi λόγους γνησίους Dio„ nysius quinque recenset περὶ Αρπαλείων, & inter ψευδεπιγράφους unam, cujus ἐπιγραφὴ ὑπὲρ τοῦ „ μὴ ἐκδοῦναι Αρπαλον Αλεξάνδρῳ. & apud Pollu„ cem, Υπερείδου λόγος ὑπὲρ Αρπάλου. Arrianus ἐν τοῖς μετὰ τὴν Αλεξάνδρου πλεῦσιν. Θίβρων ὁ Λακεδαιμόνιος Αρπαλον τὸν τὰ Αλεξάνδρου χρήματα, ζῶντος ἐκείνου, ἁρπάσαντα, καὶ φυγόντα πρὸς τὰς Αθήνας, τοῦτον ἐκεῖνος ἀποκτείνας, καὶ ὅσα ἀπελίπετο λαβὼν χρήματα, πρῶτα μὲν ἐπὶ Κυδωνίαν τῆς Κρήτης ἐστάλη. &c. Tzetzes:

Αρπαλος τὶς ταξίαρχος ὑπῆρχεν Αλεξάνδρου.
ὢν δὲ Φοινίκης στρατηγὸς, καὶ φύλαξ τῶν χρημάτων
ἀποσυλήσας πεντάκις χωρεῖ πρὸς Αθηναίους.

Pausanias ait à Pausania quodam interfectum: à quodam viatore trucidatum Quintus Curtius. Meminit & Harpali hujus Athenaeus, & Plutarchus in Symposiacis, qui inter alia scribit eum hortis regiis & viridariis Babyloniacis praepositum fuisse. De pecunia etiam Harpali à Demosthene accepta meminit in vita Demosthenis. Hanc infamiam ut à capite Demosthenis depellat, plussatis aestuat Pausanias.

Ibid. *Harpalus fugit in Asiam.*] Secundum ea, quae demonstravimus, scribendum erat *in Atticam.* Sed quia omnes codices adversantur, vulgatam lectionem mutare religio fuit.

Ibid. *Romani Samnites subigunt.*] Nisi referamus ad factum Q. Fabii Rulliani Magistri equitum, qui adversus jussum Papirii Dictatoris praelio cum Samnitibus commisso eos fudit, ceciditque, quo referam non habeo. Quod si de hoc gesto intelligitur, erit prochronismus unius anni tantum. Si autem referimus ad ea, quae Livius extremo libro VIII de rebus prospere adversus Samnites gestis, erit major pro„ chronismus. Sed Q. Publilius Q. F. Q. N. Philo pri„ mus Proconsul de Samnitibus Palaepolitanis trium„ phavit hoc ipso numero, quum anno antecedente „ consul iterum fuisset. Fasti Capitolini.

MDCXCII. *Anaximenes & Epicurus.*] Anaximenes hic Lampsacenus praeceptor Alexandri. Vide Suidam, Laertium, alios. Citatur hic Anaximenes ab Harpocratione ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν περὶ Αλέξανδρον, in Αλκίμαχος. & ἐν τετάρτῳ τῶν Φιλιππικῶν in Αλοννήσου; ut tam Philippi, quam ejus filii Alexandri, gesta in literas retulisse certum sit. Alii codices hanc pericopen habent numero MDCLXXXVIII, Editiones MDCLXXXIX.

MDCXCIII. *Appius Claudius.*] Appius Claudius “ Crassus, cui postea alterum cognomen Caeco factum, “ Censor fuit collega C. Plautio Proculo Venoce, A. A. V. C. CCCCXLI, M. Valerio Maximo, P. Decio Mure Coss. numero Eusebiano MDCCV, quando Appiam viam stravit. quadriennio ante quam Appiam “ Claudiam aquam deduceret. Quare ibi potius assi- “ gnandum erat tempus, non hic. Nullo enim facto nobilior est, quam hujus viae munitione, & oratione, quam adversus Pyrrhi Regis pacem habuit.

Ibidem. *Appius Claudius Caecus.*] Nondum quidem “ hoc tempore Caecus erat. Sed in historia κατὰ πρό- “ ληψιν ita vocatur. Caecus jam erat, quum de pace “ cum Pyrrho non facienda orationem habuit, numero “ MDCCXXXVIII, hoc est XLV annis post tempus hic “ assignatum. “

Ibid. *Lydiam, & Thraciam, & Hellespontum Lysimachus tenuit.*] Non Lydia Lysimacho, sed Menandro, tradita, vel, ut est apud Diodorum, Meleagro. De Lysimacho Diodorus: Λυσιμάχῳ ἐδόθη Θρᾴκη, καὶ τὰ συνορίζοντα τῶν ἐθνῶν παρὰ τὴν Ποντικὴν θάλασσαν. unde hanc pericopen desumpsit Eusebius. Paulus Orosius lib. III. cap. XXIII ad verbum, ut Diodorus: *Thracia & regionis Pontici maris Lysimacho, Cappadocia cum Paphlagonia Eumeni data.* Sed cur Eusebius, vel potius Hieronymus, inter partiarios imperii Alexandrei, unius Lysimachi meminit? An alii indigni, qui hic locum haberent? Porro illi partiarii à scriptoribus Graecis nunc Επίγονοι, alias Διάδοχοι vocantur. apud Josephum lib. I. origin. cap. VI. 12. “ Αμάθης δὲ Αμάθην κατῴκισεν, ἥτις ἐστὶ καὶ “ νῦν μὲν ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων Αμάθη καλουμένη, “ Μακεδόνες δὲ αὐτὴν Επιφάνειαν ἀφ' ἑνὸς τῶν “ ἀπογόνων ἐπωνόμασαν. Legendum Επιγόνων. In- “ telligit vero Αντίοχον τὸν Επιφάνην. Rufinus vertit “ *ab uno priscorum.* ut sine dubio legerit ἀφ' ἑνὸς τῶν προ- “ γόνων. Apud Suidam de Hecataeo Abderita: γέγονε δὲ ἐπὶ τῶν Διαδόχων. Sed de istis vide amplius apud Diodorum, Orosium, & Iustinum, libro tertio, quem, ut solet, totum in suum librum transfundit Orosius, sed, quod mireris, cum ipsis mendis, quae aevo Orosii jam in Iustino haeserant: in quibus idem est apud utrunque. *Susia gens Scyno, Phrygia major Antigono Philippi filio assignatur.* Nullo negotio mendum tollitur: *Susiana gens Coeno.* Iste Κοῖνος Polemocratis filius erat unus ex Ducibus Alexandri Diodoro, Arriano, Q. Curtio. Est purum nomen Macedonicum. Ita enim vocabatur & secundus à Carano auctore stirpis regiae Macedonum. Apparet vetustissimum mendum fuisse in Iustino, quum in ejus descriptore Orosio idem extet. Et mirabimur si tot mendis scatent etiam vetustissima Eusebii Chronica?

MDCXCIV. *Agathocles Syracusis tyrannidem exercet.*] Αρχοντος Αθήνησι Δημογένους, anno quarto Olympiadis CXV. Septennii prochronismus. Diodorus initio libri XIX, à Trojae excidio, ad initium tyrannidis Agathoclis, & praeturam Demogenis, putat annos DCCCLXVI. Ergo annus primus Agathoclis est DCCCLXVII currens ab excido Ilii. Deducto intervallo excidii Iliensis, & primae Olympiadis Iphiteae, CCCCVII, remanet annus quartus Olympiadis CXV.

Ibid. *Lamiacum bellum.*] Recte: anno secundo Olympiadis

piadis CXIV, Prætore Athenis Cephisodoro: qui annus ab excessu Alexandri erat secundus. Lamiacum vocatum, quia Antipater ab Athenienſibus, & reliquis auxiliaribus Græcis victus in urbem Theſſaliæ Lamiam confugit, ubi à Græcis diu obſeſſus, tandem Leoſthene Athenienſium duce interfecto, ſoluta obſidione, magna Græcos clade affecit.

Ibid. *Perdicca adverſus Aegyptios dimicat.*] Alia mens Euſebii: Περδίκκας εἰς Αἴγυπτον ἐστράτευσεν. *Perdicca in Aegyptum expeditionem ſuſcepit.* Nam poteſt quis στρατεύειν, qui tamen propterea non dimicabit. Κατὰ τὴν Αἴγυπτον Περδίκκας ὑπὸ τῶν ἰδίων στρατιωτῶν ἀποσφάγη. Vide Collectanea. IV ann. Olymp. CXIV.

MDCXCV. *Ptolemæus Lagi filius.*] Cognomen huic fuit Σωτήρ. Joſephus: Πτολεμαῖος ὁ Λάγου Σωτὴρ ὁ τότε χρηματίζοντος. Laërtius ait Demetrium poſt Caſſandri obitum παρὰ Πτολεμαῖον ἐλθεῖν τὸν Σωτῆρα. Multi alii hujus cognominis meminerunt.

Ibid. *Plurimos captivorum in Aegyptum tranſtulit.*] Numeroſæ illæ ſynagogæ Ἑλληνιστῶν ſub Regibus Ptolemæis, & innumerabilis multitudo Iudæorum Ægyptienſium hodiernorum, item Samaritæ, qui adhuc in urbe Cairo morantur, non aliunde, quam ex hac deportatione, propagati ſunt. Recte autem aſſignatum hoc geſtum anno tertio Olympiad. XIV, quo, ut ſcribit Diodorus, per Nicanora legatum, Syriam, Phœnicen, & Palæſtinam omnem ſubegit: quanquam Agatharchides non per legatum Ptolemæi, ſed ab ipſo Ptolemæo hæc geſta dicit. ἔστιν, inquit, ἔθνος Ἰουδαίων λεγόμενον, οἳ πόλιν ὀχυρὰν, καὶ μεγάλην, ἔχοντες Ἱεροσόλυμα ταύτην ὑπερεῖδον ὑπὸ Πτολεμαίῳ γενομένην. Ex quibus verbis Ioſephus colligit ipſum Ptolemæum geſto huic interfuiſſe, quem ſequitur Euſebius. Sed Diodorus, ut dixi, per Nicanora hæc geſta dicit. neque verba Agatharchidæ cogunt nos credere Ptolemæum præſentem fuiſſe.

MDCXCVI. *Menander primam fabulam.*] In collectaneis, ann. III Olymp. CXIV. Μένανδρος ἐφηβος ὢν πρῶτον δρᾶμα ἐδίδαξε.

Ibid. *cognomento ὀργὴν.*] Nove dictum, Comœdia Terentii cognomento Eunuchus. Sed, comœdia Terentii cui nomen Eunuchus. Et ita Græca Euſebii, πρῶτον δρᾶμα ἐπώνυμον ὀργήν. Dicendum erat: *Cui nomen ὀργή. Hecyra eſt huic nomen fabulæ.* Poëtæ novitii & ignorati alieno nomine fabulas ſuas docebant. Si viciſſent, tunc reponebant fabulas adſcripto nomine ſuo. In vita Ariſtophanis: Ἐδίδαξε δὲ πρῶτον ἐπὶ ἄρχοντος Φιλοτίμου (Διοτίμου) διὰ Καλλιστράτου. Poſt aliqua: διὰ δὲ τοῦτο νομισθεὶς ἀγαθὸς ποιητὴς τοὺς λοιποὺς ἐπιγραφόμενος ἐνίκα. Andria Terentii ſignificat novum poëtam Terentium. Terentii Adelphi ſignificat non ſolum notum, ſed & primum, aut inter primos. Donat.

Ibid. *qui à divinitate loquendi nomen accepit.*] Τύρταμος ἐλέγετο, καὶ διὰ τὸ τῆς φράσεως θεσπέσιον Θεόφραστος ἐκλήθη.

MDCXCVII. *Romani Samnites diutiſſime.*] Bellum Samniticum cæpit M. Valerio Corvo III, A. Cornelio Coſſo Arvina Coſſ. qui in magiſtratu ſuo primi omnium Samnites bello laceſſiverunt, A. A. V. C. CCCLXXVIII, numero Euſebiano, MDCLXXV. finem accepit L. Papyrio Cenſore II, Sp. Carvilio Maximo II Coſſ. A. A. V. C. CCCCLXXXI, numero MDCCXLV, uno & ſeptuageſimo anno poſtquam excitatum fuit. Prochroniſmus XLVIII annorum. Eutropius brevius hujus belli intervallum conſtituit libro II: *Deinde P. Rufus, M. Curius Dentatus ambo Coſſ. contra Samnites miſſi ingentibus prœliis eos confecere. Tum bellum cum Samnitibus per annos novem & XL actum ſuſtulerunt.* Hi conſulatum gerebant numero MDCCXXVII. Ita fuerit prochroniſmus XXX annorum. Sane verum eſt Lucium " Papyrium Curſorem Conſ. II de Samnitibus trium- " phaſſe, anno V. C. CCCCXXXIV, X Kal. Septemb. " Faſti Capitolini. Sed πλείως, ut ait Euſebius, hoc " ſane falſum, ut ex iiſdem Faſtis conſtat. Multis " enim poſt annis ſæpiſſime de ipſis triumpha- " tum. "

MDCC. *Caſſander.*] Metachroniſmus unius anni. Initium enim Caſſandri cadit in annum IV Olymp. CXV, Ἀρχίππου ἄρχοντος.

MDCCI. *Menedemus & Speuſippus.*] Metachroniſmus annorum XXIV. Speuſippus enim obierat numero MDCLXXVII. Neque vero videtur tempus Menedemi huc bene conjectum, quum is jam adultior Platonem audiverit.

MDCCV. *Seleucus Nicanor.*] Incredibile dictu quam incerta hujus nominis ſcriptio ſit apud auctores, aliis Nicanora, aliis Nicatora vocantibus. In Numiſmatis ejus: ΣΕΛΕΥΚΟΥ. ΝΙΚΑΝΟΡΟΣ. ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Antiochena Eccleſia vocat Nicatora. quæ eſt vera Macedonica dialectus. Confirmat Marcellinus: *Seleucus Nicator efficaciæ impetrabilis rex, ut indicat cognomen.* Νικάτορα νικητὴν interpretatur. Præterea fanum, ſive ἡρῷον à filio Antigono ei conſecratum dictum fuit Νικατόρειον, ut ſcribit Appianus in Syriaco: ubi redditur etiam ratio, quare Νικάτωρ dictus.

Ibid. *Ab hoc loco Edeſſeni ſua Tempora.*] Chronicon " Caſaubon. Ὑπ. Μ. Ρούφου, καὶ Ρούλλου. Ἀπὸ τούτων τῶν ὑπάτων ψηφίζονται τὰ ἔτη τῶν Συρομακεδόνων, ἤγουν ἡ Ἀπαμέων εἰς τὰ Παγχάλιον. Verum " eſt à Seleucidarum epocha Paſchale Eccleſiæ Antio- " chiæ putari, ſed falſum ab his conſulibus. imo à Con- " ſulibus M. Valerio Maximo, T. Decio Mure duobus " annis antea. Quare peccatum eſt metachroniſmo " biennii. "

Ibid. *Seleucus ann.* XXXII.] A morte ergo Alexandri fuerint anni omnes XLVIII, per quos regnaverit. Nam ejus imperium à morte Alexandri orditur Appianus; qui ſcribit eum LXXIII annos vixiſſe, XLII regnaſſe.

MDCCVI. *Romani Marſos & Vmbros.*] Hanc populorum Italiæ in Romanos conjurationem, quibus ſe adjunxerunt Romani nominis hoſtes inexpiabiles Samnites, Oroſius conjicit in conſulatum Q. Fabii Maximi Rulliani IV, P. Decii Muris III. cui tempori congruit numerus MDCCXX. Quatuordecim ergo annorum prochroniſmus fuerit. Vide Epitomen Livianam LXXII.

Ib. *Hoc loco Edeſſeni ſua tempora computant.*] Edeſſenorum Epocha eſt eadē cum ea, quam hodie Antiochena Eccleſia Æram Alexandri vocat, quum tamen à XIII anno mortis Alexandri incipiat, anno primo Olymp. CXVII, Polemone Athenis magiſtratu, anno Periodi Julianæ 4402. Arabes vocant *Terick dilkarnain*, ἐποχὴν τοῦ διλκέρωτος, quia Alexandrum διλκέρωτα vocant. Ita utrique tam Chriſtiani Maronitæ, & Neſtoriani, quam Arabes Muhammedani eam epocham Alexandri cognominant. Annis Chriſti adde 312 à Kal. Octobris. Habebis hanc Æram, quæ hoc anno MDCIV cæpit MDCCCCXVI à Kal. Octobris.

Ibidem. *Maccabæorum hiſtoria.*] Quæ ſemper hanc epocham vocat ἔτη Ἑλλήνων, annos Græcorum. Sed Maccabæorum hiſtoria, & omnes tam vetuſtiſſimi, quam hodierni Judæi, ſex menſibus Antiochenſes in

in ea epocha antevertunt. Illi enim à Nisan annum ejus Æræ incipiunt, Antiochenses vero à Kal. Octobris sequentibus. Chaldæi veteres anno solido post Judæos. Ita Antiochenorum epocha media est inter Iudaicam, & Chaldaicam. Hoc alibi monuimus quidem: sed iterandum fuit, quia hæc omnia hactenus ignorabantur. Notum Judæis dici Æram Contractuum, Græcis ἔτη Συρομακεδόνων. Chrysococcus vocat ἔτη Ῥωμαίων, quia Romanis meris mensibus utuntur, non æqualibus, ut Elkupti.

MDCCVI. *Romani colonias deducunt.*] Seneca ad Helvidiam matrem: *Hoc deinde populus (Ro.) quot colonias in omnes provincias misit? Ubicunque vicit Romanus, habitat.* Non ita Turca, qui est dominus vastitatum. Sane hoc anno Luceriam deductam scribit Vellejus, & paucis annis interjectis alias quam plurimas.

Ibid. *Lysimachia in Thracia condita.*] Hanc Lysimachiam à Lysimacho uno ex comitibus Alexandri, & post ejus obitum regnum Thraciæ adepto conditam, ac mortuo Lysimacho à Thracibus dirutam, Antiochus Magnus à fundamentis instauravit. Ex duobus autem urbibus Isthmi Thracii, Pactye & Kardia, una urbs Lysimachia facta est, ut videtur velle Plinius. Quin & Stephanus testatur prius Cardiam dictam. Solinus longe separat à se invicem Pactyen, & Cardiam, ut & Ptolemæus: apud quem legitur, Λυσιμάχεια τὸ νῦν Ἑξαμίλιον. Dele illud τὸ νῦν Ἑξαμίλιον. Non enim extat in scriptis codicibus. præterea est appellatio recentissima.

MDCCVII. *Cyprum Ptolemæus invasit.*] Anno primo Olymp. CXVII. Metachronismus biennii. Vide collectanea, anno primo Olymp. CXVII.

MDCCVIII. *Theodorus Atheos.*] Cujus sectarii Θεοδώρειοι. Vide Suidam & Laërtium in Aristippo. Quum autem ab Euryclide Hierophanta ἀθεότητος postulatus esset apud Areopagitas, judicio ereptus à Demetrio Phalereo ad Ptolemæum Lagidem τὸν Σωτῆρα confugit, quemadmodum & ipse quoque Demetrius non multo post.

MDCCIX. *Demetrius Phalereus ad Ptolemæum veniens.*] Apud Laërtium legimus quidem, Ptolemæum τὸν Σωτῆρα cæpisse Megara. Sed tantum abest, ut iste Ptolemæus Athenienses servitio presserit, ut eis classem suppetias adversus Macedonas miserit, quibus obnoxii erant. Pausanias Atticis: οὗτος Πτολεμαῖος, ὡς πρότερον εἴρηταί μοι, ναυτικὸν ἔστειλεν ἐς τὴν Ἀθηναίων συμμαχίαν ἐπ' Ἀντίγονον καὶ Μακεδόνας. ἀλλὰ γὰρ ἀπ' αὐτοῦ οὐδὲν μέγα ἐγένετο ἐς σωτηρίαν Ἀθηναίοις. Ergo fuit alius Ptolemæus. Ecquis alius Ptolemæus esse potuit, vivente Demetrio, præter illum Lagiden τὸν Σωτῆρα; ad quem nunquam legatus, sed profugus venit Demetrius? Deinde Ptolemæi τοῦ Σωτῆρος, qui in partibus Ægypti imperabat, non erat restituere democratian Atheniensibus, sed Cassandri. Quod si dicamus hunc fuisse Ptolemæum cognomine Κεραυνόν, qui Macedoniæ, & omnis Græciæ imperium adeptus est, tempora non
,, conveniunt. quanquam libro priore Πτολεμαῖος
,, ὁ Νέος cognominatur Κεραυνός, & dicitur ibi impe-
,, rium Macedonum obtinuisse annum unum, menses
,, v. Sed ea ego non capio. Sed ex notatione sequenti patet non Ptolemæum, sed Demetrium Antigoni filium fuisse eum, ad quem περὶ αὐτονομίας missus fuit Demetrius Phalereus.

Ibid. *Demetrius Phalereus.*] Demetrius Phalereus, cujus potentia nulla unquam major fuit Athenis, quum per annos decem Rempublicam rexisset, ac trecentis sexaginta statuis meritorum in patriam ergo à civibus suis honoratus fuisset, tandem invidia quorundam capitis absens damnatus ad Ptolemæum confugit: post cujus excessum statim ab ejus successore Philadelpho à partibus remotus, & in carcerem conjectus, non multo post aspidis morsu periit. Mira de hujus luxu narrat Athenæus, quem etiam ἄρχοντα Athenis fuisse dicit. Et sane Δημήτριος ἄρχων anno quarto Olympiadis CXVII extat apud Diodorum & Dionysium in Dinarcho. Fugit ergo post initam Olympiadem CXVIII, qui est annus, quo Eusebius dicit eum legatum ad Ptolemæum venisse pro restituenda Atheniensibus democratia. Sed non potest: quia anno secundo Olympiadis CXVIII, Ἀναξικράτους ἄρχοντος, constitutus fuit à Cassandro ἐπιμελητής, testibus Diodoro Siculo, & Plutarcho, qui adjicit eodem anno, mense Thargelione, captis cum Piræeo Athenis à victore Demetrio cognomine Poliorcete, Antigoni filio, ipsum Demetrium humanissime exceptum, & Thebas, sicuti petierat, cum tuto commeatu deductum fuisse. Tenemus igitur annum fugæ Demetrii ex urbe Athenis, numero MDCCX. qui, ut diximus, erat II Olympiad. CXVIII. In eodem anno in Collectaneis nostris: πρεσβευτὴς ὑπὸ τοῦ δήμου πεμφθεὶς πρὸς Δημήτριον Ἀντιγόνου περὶ τῆς αὐτονομίας καὶ τῆς ἰδίας ἀσφαλείας, ἔτυχε παραπομπῆς, καὶ τὰ κατὰ τὰς Ἀθήνας ἀπογινώσκων ἔφυγεν εἰς Θήβας, ὕστερον δὲ πρὸς Πτολεμαῖον εἰς Αἴγυπτον, ἔτη δέκα τῆς πόλεως ἐπιστατήσας. Ergo ejus administrationis annus primus convenit numero MDCC. Laërtius quoque scribit ἐξηγήσασθαι τῆς πόλεως ἔτη δέκα. Plutarchus vero à Lamiaco bello, ad captas Athenas, unius Demetrii Phalerei nutu urbem rectam fuisse scribit per annos XV. & sane à Lamiaci belli initio, ad captas à Demetrio Poliorcete Athenas, totidem annos interfuisse, certum est. Athenæus vero ait Olympiade CX Demetrium Phalereum Athenienses recensuisse, ut Romæ Censores lustri sui exitu. Sed proculdubio error est apud Athenæum CX Olympiad. pro CXVIII, cujus ineuntis annus fuit ultimus administrationis Demetrii Phalerei. Hunc au- “
tem Δημήτριον Φαλαρέον vocat Epiphanius, igno- “
rans Φαληρέα vocandum esse. “

Ibid. *Demetrius Phalereus ad Ptolemæum veniens impetravit, ut Atheniensibus democratia redderetur.*] Vidisti superius, benigne Lector, quæ nos disputavimus de hoc loco, antequam in Græca Eusebii incideremus. Vera fuit nostra suspicio. Nunc autem ex Græcis, in quibus vertendis multum sibi permisit Hieronymus, & veram fuisse illam, & Eusebium de nulla legatione intellexisse, animadvertimus. Græca: Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς Ἀθηναίοις ἀποδοὺς τὴν δημοκρατίαν ἦλθεν εἰς Αἴγυπτον. *Demetrius Phalereus reddita Atheniensibus democratia venit in Aegyptum.* Hieronymus non dubitavit, & verum est, Demetrium ad Ptolemæum Lagi venisse, ex eo quod in Ægyptum venit. Sed in eo falsus est, quod ut democratia Atheniensibus redderetur, ea caussa ad Ptolemæum profectum fuisse perhibet, quum eo profugerit capitis absens damnatus, ut Philochorus testatur. Consule Collectanea Olympia- “
dum, Ὀλυμπ. ΡΙΗ. Β. Ἀναξικράτους ἄρχοντος. “
Quomodo autem illud ἀποδοὺς legerit, ut ex eo hanc interpretationem tam à mente Eusebii alienam eliceret, haud temere dixerim. Tantum videmus, unde Ptolemæus in hanc periochen ab Hieronymo infultus fuerit. Quod igitur legatus missus ad Demetrium

trium περὶ αὐτονομίας eam impetraverit, propterea recte ab Eusebio dicitur ἀποδοὺς τὴν δημοκρατίαν. Cujus beneficii hanc gratiam illi retulerunt ingrati cives, ut indicta caussa eum damnarent, statuas ejus everterent, Psephismata inducerent, memoriam nominis de monimentis eraderent. Hæc est multicipitis illius belluæ erga cives bene de se meritos εὐγνωμο-
„ σύνη. Apud Phædrum fabulatorem, fabula LXXXII
„ legitur:

„ *Demetrius, qui dictus est Phalereus,*
„ *Athenas occupavit imperio improbo.*

„ Confundit Demetrium Phalerea cum Demetrio
„ Rege: eumque vocat tyrannum. Sed neuter tyran-
„ nus potuit esse. Phalereus quidem, quod præfectus
„ urbi fuit à Cassandro, non autem tyrannidem inva-
„ sit. alter autem, quod Athenas à tyrannide Cassan-
„ dri liberavit.

MDCCXIII. *Seleucus Antiochiam.*] Prius ab Antigono condita, & Antigonia dicta, anno secundo ejusdem Olympiadis. In Collectaneis: κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἀντίγονος πόλιν ἔκτισε περὶ τὸν Ὀρόντην ποταμὸν Ἀντιγονίαν ἀφ' ἑαυτοῦ ὀνομάσας. In Græcis Eusebii, Ἀντιγονίαν ἐπέκτισε ιβ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἣν Ἀντιόχειαν ὠνόμασεν. Antiochiam igitur vocavit à patre suo Antiocho, non quod Antiochus ejus conditor fuerit. Eos enim, qui ita putarent, reprehendit Tzetzes pag. 123.

ταύτην τὴν Ἀντιόχειαν Σέλευκος κτίζει πόλιν,
καὶ ἄλλας ἑβδομήκοντα καὶ τέσσαρας δὲ πόλεις.
τοὺς δ' ἀμαθῶς Ἀντίοχον λέγοντας ταύτην κτίσαι
Ἀτταλός τε, καὶ Πέρτινας, Ἀναξικράτης θ' ἅμα
ἐλέγξουσι σαφέστατα καὶ δείξουσι ληροῦντας,
σὺν οἷς Ἀσκληπιόδωρος δὲ οἰκέτης τυγχάνων,
οὓς τότε Σέλευκος πεμπεῖ κτισμάτων ἐπιστάτας.

„ Apostatam fugit ratio, qui ait conditam ab An-
„ tiocho Seleuci filio in Misopogone. Sexdecim autem Antiochias de nomine patris sui condidisse scribit Appianus: decem Stephanus. Sed hæc Antiochia dicitur Ἀντιόχεια ἐπὶ Δάφνῃ. item tacito nomine ἡ μητρόπολις τῆς ἕω, ἡ μεγίστη τῆς ἕω. Stephanus. Quod autem apud eundem legitur, non intelligo. οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ Ἀντιόχεια, ἡ ἐπὶ Δάφνῃ, ἣν ᾤκισαν Ἀργεῖοι. Nam quando Ἀργεῖοι ᾤκισαν τὴν Ἀντιόχειαν, libenter didicerim, si quis me docere velit. præterea Γάζα dicta est Ἰώνη, non Antiochia, ut apud eundem Stephanum proditum est. Videndum igitur, an sentiat Antiochiam ab Io filia Inachi Argivi conditam, à qua Ἰώνη dicta fuerit. Nam idem invenies apud Cedrenum 17, 9. αὕτη ἡ Ἰὼ, ἐπεὶ ἐμίγη τῷ Διῒ, αἰσχυνθεῖσα τὸν πατέρα φεύγει εἰς Αἴγυπτον. ἐκεῖθεν δὲ τὸν Ἑρμῆν βασιλέα εὑροῦσα ἐπὶ τὸ Σίλπιον ὄρος τῆς Συρίας μεταβαίνει, ὅπου Σέλευκος ὁ Μακεδὼν ὕστερον εἰς ὄνομα τοῦ ἰδίου υἱοῦ τὴν μεγάλην Ἀντιόχειαν ᾠκοδόμησεν. ἐκεῖ οὖν ἡ Ἰὼ τελευτᾷ. Sentit cum Apostata.

Ibid. *Laodiceam.*] Laodicea antea Syriaco nomine ΡΑΜΙΘΑ dictam fuisse monet Stephanus. κεραυνωθείς γάρ τις ποιμὴν ἔλεγε ΡΑΜΑΝΘΑΣ. τοῦτ' ἔστιν, ἐφ' ὕψους ὁ θεός. ΡΑΜΑΝ γὰρ τὸ ὕψος. ΑΘΑΣ δὲ ὁ θεός. Posterius falsum: alterum verum. Sed Ramitha non convenit cum Ramanthas. Nugæ. Porro Antiochiam Seleucus à patre suo, Seleuciam à se, Apamiam ab uxore sua, Laodiceam à matre appellavit: Edessam, Berœan, & Pellan ab urbibus Macedoniæ.

Ibid. *Seleuciam.*] Ad Tigridis & Euphratis confluentes. Ea est hodie ingens & celebris Bagded, quæ propter vicinam Babylonem veterem exhausit, ut testis est Plinius. Nam qui Bagded Babylonem esse dicunt, tam falluntur, quam qui Babylonem ante bis mille quingentos annos solo æquatam fuisse ex falsa Prophetarum interpretatione infesti, & armati, oculis ignitis, & tumentibus buccis contendunt; quum adhuc totis mœnibus suis integra, sed exinanita tempore Ammiani Marcellini extaret, & nos sciamus longo post tempore sub Persis à multis millibus Judæorum habitatam fuisse. Solo autem æquata fuit anno Judaico 4797, Christiano MXXXVII.

Ibid. *Berœan.*] Quam & Beryton vocatam fuisse quidam ex veteribus produnt. Iohannes Barbucalles in incendium hujus urbis epigrammata condidit. In tertio, primum dicit:

αἱ Βερόης πολλαὶ κείμεθα χιλιάδες.

Deinde in eodem:

Βηρυτὸς γοερὴ κεῖται ὑπὲρ δαπέδων.

Nonnus libro XLI, 707.

πρωτοφανὴς Βερόη πέλε σύγχρονος ἥλικι κόσμῳ
Νύμφης ὀψιγόνοιο φερώνυμος, ἣν μετονάσσαι
υἱέες Αὐσονίων ὑπατήια φέγγεα Ῥώμης
Βηρυτὸν καλέουσιν, ἐπεὶ Λιβάνῳ πέσε γείτων.

Quod esset vicina monti Libano, propterea Beryton vocatam fuisse, ego non capio. Mihi videtur Syriacum & priscum nomen illius urbis esse. Stephanus Syriace ἰσχὺν significare dicit. Sed illi imposuerunt, qui hoc ei persuaserunt. postea Berœan à conditore vocatam, quia Berœa est in Macedonia, ut hodie Hispani provincias in novo orbe acquisitas provinciis Hispanicis, & urbes urbibus Hispanicis cognomines faciunt. Quare nugatur Nonnus, ut solet, qui à prisca Nympha Berœa vocatam dicit. Eusebius VIII Ecclesiast. Histor. 93. πρῶτον μὲν οὖν τῆς Ἑλλήνων παιδείας ἕνεκα κοσμικῆς (ἐτύγχανε γὰρ καὶ τὸν κατὰ κόσμον εὖ μάλα πλεῖστῳ περιρρεομένων) τὸν πλείονα κατὰ τὴν Βηρυτὸν διατρίψας χρόνον. Notum enim tria tantum Gymnasia studiorum in orbe Romano fuisse, Romam, Constantinopolin, Beryton, sive Berœan, neque alibi leges docere licuisse. Iustinianus præfat. in Digest. l. unica C. de stud. liber. urb. Romæ. ideo Berytos νόμων διδασκαλεῖον ipsi Iustiniano dicitur. Vide Socratem lib. IV. cap. XXVII. 239. Hæc vulgaria sunt. Ptolemæus Βηρυτοῦ, non Βεροίης meminit. adeo vetus illud nomen amittere non potuit. Sed apud Plinium Berœa, & Berœenses aliud à Beryto est. quod quidem turbat nos: &, ut verum fateamur, non sine admiratione possum legere Βεροίαν & Βηρυτὸν easdem esse. Nam Berytus hodie est Barut: Berœæ nomen hodiernum Chalep. Dicamus igitur duas Berœas fuisse: alteram, quam hodie Chalep Arabes vocant; alteram, quæ alio nomine Berytos, hodie Barut. Itaque ea binominis fuit.

MDCCXV. *Seleucus Babylonem obtinuit.*] Atqui alii „
veteres scribunt potitum Babylone anno XIII ab „
excessu Alexandri, unde sumitur initium Epochæ „
Seleucidarum, numero MDCCV. Hic vero est nu- „
meris MDCCXV. Non igitur Epocha Seleucida- „
rum init ab eo tempore, quando Seleucus Babylone „
potitus est. Sed alia caussa fuit, quæ & à numero „
MDCCV incipiat, & cur Alexandrea, non Seleucea „
vocata fuit. Nam sane omnium Διαδόχων Alexandri „
imperium consurgit ab excessu Alexandri. „

MDCCXXI. *Demetrius rex Asiæ.*] Verba ultima, *quam Perdicca ante construxerat*, desunt in Græcis, negligentia Geor-

,, Georgii, aut ejus, qui eum descripsit. Hanc urbem ,, Samaritarum à Perdicca constructam ignoramus.

MDCCXXIII. *Census Romæ agitato.*] Recte, L. Postumio Megello II, M. Atilio Regulo Coss. P. Cornelio Arvina, C. Mario Rutilo Censoribus.

Ibid. CCLXX *millia.*] In IX Epitome Liviana CCLXXXIII millia.

MDCCXXIX. *Legati Alexandrini à Ptolemæo.*] Hieronymus ex Eutropio, lib. II. *Legati Alexandrini à Ptolemæo missi Romam venere, & à Romanis amicitiam, quam petiverunt, obtinuerunt.* Quæ Eutropiana quin huc exscripserit Hieronymus, & pene eadem sint Hieronymiana cum Eutropianis, qui negaverit, is omni judicio caret. Sed Hieronymo imposuit ὁμωνυμία regum. Iste enim Ptolemæus erat Philadelphus, secundus à Sotere, qui primus regum Ægypti per legatos amicitiam populi Rom. & petierit, & impetraverit. Zonaras Annali II, pag. 50. καὶ Πτολεμαῖος δὲ ὁ Φιλάδελφος ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς τόν τε Πύῤῥον κακῶς ἀπηλλαχότα μαθὼν, καὶ τοὺς Ρωμαίους αὐξανομένους, δῶρά τε αὐτοῖς ἔπεμψε, καὶ ὁμολογίαν ἐποιήσατο. καὶ οἱ Ρωμαῖοι ἐπὶ τούτῳ ἡσθέντες πρέσβεις πρὸς αὐτὸν ἀντεπέστειλαν, οἱ μεγαλοπρεπῆ δῶρα παρ' ἐκείνου λαβόντες εἰς τὸ δημόσιον ταῦτα ἐσῆγον. ἡ δὲ βουλὴ οὐ προσήκατο, ἀλλὰ εἴασεν αὐτοὺς ταῦτα ἔχειν. Idem etiam Epitome Liviana XIV. Gestum A.A.V.C. CCCCLXXVIII. M. Curio Dentato II, L. Cornelio Lentulo Caudino Coss. numero MDCCXLII. Ut in Rege hallucinatum est, ita prochronismus annorum XIII commissus. Sigonius confert in annum CCCCLXXX, Ser. Cornelio Merenda, M. Curio Dentato III Coss. Sed fallitur. Nam Zonaras hoc eo anno accidisse refert, quo C. Fabricius Luscinus, Q. Aimilius Papus Censores fuerunt. Itaque uno anno erravit, vel potius biennio. Nam ipse annum urbis CCCCLXXX dicit, qui erat CCCCLXXXIX. Hoc discrimen referendum ad Palilia Catoniana, & Varroniana.

Ibid. *Menander Comicus moritur.*] Vetus inscriptio Romæ, in basi, cui superposita Menandri effigies. ΜΕΝΑΝΔΡΟC. ΔΙΟΠΕΙΘΟΥC. ΚΗΦΙCΙΕΥC. ΕΓΕΝΝΗΘΗ. ΕΠΙ. ΑΡΧΟΝΤΟC CΩCΙΓΕΝΟΥC. ΕΤΕΛΕΥΤΗCΕΝ. ΕΤΩΝ Ν̄ ΚΑΙ Β̄. ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟC. ΦΙΛΙΠΠΟΥ. ΚΑΤΑ ΤΟ. Β̄. ΚΑΙ. Λ̄. ΕΤΟC. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ. ΤΟΥ. CΩΤΗΡΟC. ΒΑCΙΛΕΙΑC. *Menandrus Diopithis F. populo Cephisieus natus est Prætore Sosigene. Obiit annorum duum & quinquaginta, Prætore Philippo, anno altero & trigesimo regni Ptolemæi Soteris.* Luculentum sane monumentum. Nam verissimum est hunc fuisse annum XXXII ab Alexandri morte, (unde hic putatur exordium Regni Ptolemæi Soteris) & hoc anno fuit Prætor Philippus. Sed illud non verum, à Prætore Sosigene, ad Prætorem Philippum, id est, à numero MDCLXXV, ad numerum præsentem MDCCXXIV, intercessisse annos LII. Triennio enim pauciores sunt. Sed in nostris Collectaneis anno II. Olymp. CXXIII sub cognomine, sive eodem iterum Prætore mortuus notatur annos natus LIV. imo LV. Sed ille non est annus XXXII Ptolemæi Soteris. In prolegomenis Aristophanis: τελευτᾷ δ' ἐν Ἀθήναις ἐτῶν ὑπάρχων νβ. quot annorum vetus inscriptio.

MDCCXXV. *Romani Gallos Tyrrhenosque superant, & Sabinorum terra sorte dividitur.*] Galli & Tyrrheni; hoc est Hetrusci, superati sunt ingenti clade à Consule P. Cornelio Dolabella ad lacum Vadimonis, numero MDCCXXXIV. Ergo prochronismus fuerit annorum decem. Rursus Sabinorum ager tunc divisus omnino est, quando à Pop. Rom. acquisitus. Acquisitus autem à M. Curio Dentato Consule, numero MDCCXXVII. Itaq; est prochronismus biennii tantum, & duorum remotissimorum temporum gesta in unum confusa.

Ibid. *& Sabinorum terra sorte dividitur.*] Orosius lib. III, cap. XXII: *Anno subsequente cum Sabinis Curio Consule bellum gestum est: ubi quot millia hominum interfecta, quot capta sint, ipse Consul ostendit: qui quum in Senatu magnitudinem acquisiti agri Sabini, & multitudinem capti populi referre vellet, numerum explicare non potuit.* L. Florus: *Populus Romanus à Latinis aggressus est gentem Sabinorum, qui immemores factæ sub T. Tatio affinitatis, quodam contagio belli se Latinis adjunxerant. Sed Curio Dentato Consule omnem eum tractum, qua Nar ambit, fontesq; Velini, Hadriatico tenus mari, igne ferroque vastavit. Qua victoria tantum agrorum redactum in potestatem, ut in utro plus esset, ne ipse quidem posset æstimare, qui vicerat.*

MDCCXXVI. *Seleucus in eas urbes.*] Ad verbum ex Iosepho, lib. XII. Origin. Iudaic. cap. III.

MDCCXXIX. *Macedonum Pyrrhus.*] Hic erat annus octavus regni Pyrrhi apud Epirotas, auctore Vellejo, quum apud Macedonas regnare cœpit.

MDCCXXX. *Lysimachus annos V.*] Appianus in Syriaco scribit regnasse ann. XL, imputatis nimirum iis, quibus Satrapa fuit. Sed à morte Alexandri, ad hunc annum, intervallum tantum est, anni XXXVIII.

Ibid. *Serapis ingressus est Alexandriam.*] Caussa acciti ex Ponto hujus idoli petatur ex Cornelio Tacito, historia quarta; paulo ante finem. ubi sub Ptolemæo Sotere, ut hic, illud gestum fuisse prodit: quanquam ait quosdam Ptolemæo tertio hoc attribuere. Clemens Alexandrinus in Protreptico gestum ait sub Philadelpho. ὡς δὴ πρὸς πάντων σεβασμοῦ κατηξιωμένων ἀκούομεν, τοῦτον ἀχειροποίητον εἰπεῖν τετολμήκασιν τὸν Αἰγύπτιον Σάραπιν. οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν ἱστοροῦσι χαριστήριον ὑπὸ Σινωπέων Πτολεμαίῳ τῷ Φιλαδέλφῳ τῷ Αἰγυπτίων πεμφθῆναι βασιλεῖ, ὃς λιμῷ τρυχομένους αὐτοὺς, ἀπ' Αἰγύπτου μεταπεμψάμενος σῖτον, ὁ Πτολεμαῖος ἀνεκτήσατο. (εἶναι δὲ τὸ ξόανον τοῦτο ἄγαλμα Πλούτωνος) ὃς δεξάμενος τὸν ἀνδριάντα καθίδρυσεν ἐπὶ τῆς ἄκρας, ἣν νῦν Ρακῶτιν καλοῦσιν, ἔνθα καὶ τὸ ἱερὸν τετίμηται τοῦ Σαράπιδος. Et diversum regem, & diversam caussam à Tacito refert. His animadversis, Sarapis non est Deus origine Ægyptius, sed Sinopensis, χθὲς καὶ πρῴην in Alexandriam civitatem tanquam inquilinus receptus. Unde Epiphanius 512: Σέραπιν τε τὸν Ἄπιν βασιλέα Σινωπέων θεοποιοῦντες τυραννίδι μᾶλλον ἐδούλευσαν. & Theophilus ad Autolycum libro primo: Σάραπιν τὸν ἀπὸ Σινώπης φυγάδα εἰς Ἀλεξάνδρειαν γεγονότα. Athenienses vocabant θεοὺς ἐπιθέτους, τοὺς μὴ πατρίους, item ἑορτὰς ἐπιθέτους τὰς μὴ πατρίας. Itaque Serapis non erat Αἰγυπτίων θεὸς πάτριος, sed ἐπίθετος, ascititius Deus, non patrius. Mirari igitur quis posset vanitatem Græcorum, & eorum, qui eos sequuntur, Varronis, aliorum, qui hunc esse Apim Argivum dicunt, & profectum in Ægyptum, primo Σορόαπιν, postea Σάραπιν dictum. Nam sane nulla vetustas ejus futilis numinis est, neque Apis est Argivus, si à Sinopensibus ad unum de Ptolemæis Ægypti missus est. Sed huic objectioni occurrit Plutarchi locus in libro de Iside & Osiride, ubi fit mentio hujus Dei in Ægyptum translati. Scribit enim apud Sinopenses illum Deum, qui in Ægyptum translatus sit, Plutonis nomine cultum fuisse: quum autem in Ægyptum receptus fuisset, Ægyptios eo

eo nomine, quo Plutonem afficiunt, eum vocasse. Itaque antiquitus Pluto Sarapis, aut Serapis ab Ægyptiis dictus fuit. Iste autem advena Deus pro Plutone à Sinopensibus colebatur. Non igitur alio nomine ab Ægyptiis dici meruit, quam quo Pluton ab illis vocabatur. Quanta vero in veneratione fuerit apud illum Ægypti insanum populum, ostendunt infinita ejus rei passim apud auctores argumenta, & imprimis Epigramma illud:

ἑπτά με φωνήεντα θεὸν μέγαν ἄφθιτον αἰνεῖ
γράμματα τ̃ πάντων ἀκάματον πατέρα.
εἰμὶ δ' ἐγὼ πάντων χέλυς ἄφθιτος, ἣ τὰ λυρῴδη
ἡρμοσάμην δίνης οὐρανίοιο μέλη.

Non enim de Deo Opt. Maximo conceptum est illud Epigramma, quod frustra putabamus, sed de Serapi, cujus nomen est ἑπταγράμματον. Hesychius: Ἑπταγράμματον, τὸ ὀργίλον, ἢ σκληρόν. καὶ Σάραπιν.

MDCCXXXI. *Condita à Romanis Ariminum & Beneventum.*] Deductæ à Consulibus P. Sempronio Sopho, Appio Claudio Cæci F. auctoribus Vellejo, & Eutropio, numero MDCCXLIX. Prochronismus annor. XVIII. Videntur esse Hieronymi. Neque dubitandum.

MDCCXXXIII. *Sostratus Cnidius Pharum in Alexandria construxit.*] Strabo de Pharo: Ἔστι δὲ καὶ αὐτὸ τ̃ νησίδιον ἄκρον πέτρα περίκλυστος ἔχουσα πύργον θαυμαστῶς κατεσκευασμένον λευκοῦ λίθου πολυόροφον, ὁμώνυμον τῇ νήσῳ. τοῦτον δ' ἀνέθηκε Σώστρατος Κνίδιος φίλος τ̃ βασιλέων, τ̃ τ̃ πλωϊζομένων σωτηρίας χάριν, ὥς φησιν ἡ ἐπιγραφή. ΣΩΣΤΡΑΤΟΣ. ΓΝΙΔΙΟΣ. ΔΕΞΙΦΑΝΟΥΣ. ΘΕΟΙΣ. ΣΩΤΗΡΣΙΝ. ΥΠΕΡ. ΤΩΝ. ΠΛΩΙΖΟΜΕΝΩΝ. Plinius hunc Sostratum non amicum regis, sed architectum dicit fuisse. Confirmat Lucianus libello de conscribenda historia, qui ἀρχιτέκτονα vocat, eumque inscriptionem in lapide incidisse, deinde tectorio inducto nomen Ptolomæi inscripsisse: sed non multo post interjecto tempore, tectorio obsolescente, nomen quoque regis una evanuisse; inscriptionem autem Sostrati atque ejus nominis memoriam superstitem remansisse: atque hac arte totius operis gloriam sibi vindicasse. Nam sane illius est, qui impensas fecit, inscribere, ΑΝΕΘΗΚΕΝ: ejus vero, qui construxit, ΕΠΟΙΕΙ, aut ΕΡΓΟΝ. ΤΟΥ. ΔΕΙΝΑ. aut, ΕΚΤΙΣΕΝ. Tzetzes hallucinatur dupliciter, tum quod Dexiphanem, non Sostratum Dexiphanis filium, tum quod non Ptolemæi, sed Cleopatræ jussu hanc Pharon construxisse scribit, pag. 20. de Cleopatra:

αὕτη σὺν ἀρχιτέκτονι Κυπρίῳ Δεξιφάνει
τὴν θάλασσαν χερσώσασα τὴν τ̃ Ἀλεξανδρείας
ὅσον πρὸς ἑπτάσταδιον, εἴ τι μικρόν τι πλέον,
τ̃ πύργον ἐξειργάσατο τ̃ μέγιστον τ̃ Φάρου,
ὁλκάσι φῶς σωτήριον μᾶλλον ἐν ζάλῃ φαῖνον.

Sed altera hallucinatio de Cleopatra communis illi est cum Ammiano Marcellino, item cum Cedreno, 142, 50. quos omnes confutat Cæsar fine Commentarii III de bello civili, qui manifesto scribit superiores Ptolemæos Ægypti reges jactis in altum molibus ex insula peninsulam fecisse. unde constratus ille isthmus, qui ex jactis molibus ad septem stadia portendebatur, & insulam continenti jungebat, ἑπταστάδιον appellabatur, non autem τετραστάδιον, ut Tzetzes. Ammiano id mille passuum est, quod septem stadiis haud multo majusculum est. Eusebio autem favet Suidas, qui ait Phari turrem à Sostrato tunc excitatam, quando Pyrrhus Epiri regnum inivit, cujus paulo antea mentio facta numero MDCCXXIX. Temporibus Trojanis Pharum insulam noctis dieique velifico cursu à continenti abfuisse posteritati persuasit Homerus: unde Nili incrementis postea terram adaggeratam Pharo, propius admotam fuisse omnes divinant. Qui & Pharon, & litus ei adversum, à quo propius abest, viderunt, quia totus ille tractus saxosus est, & insula ipsa majori ex parte scopulus, potius inducent animum nautas Homero imposuisse, quam assentientur aut illi, qui adversus oculorum fidem hæc asserit; aut illis, qui litus tam saxosum ulla oblimatione Nili accrescere potuisse concedunt.

Ibid. *Romani Crotonem capiunt.*] P. Cornelius Rufinus Cos. qui C. Iunium Brutum Bubulcum collegam in magistratu habuit, Crotonem cæpit, numero Eusebiano MDCCXL. Prochronismus annorum septem. Vide Zonatam annali secundo pag. 49, & 50.

MDCCXXXIV. *Ptolemæus Philadelphus.*] Ptolemæum Philadelphum, qui locupletissimam Bibliothecam instruxit Alexandriæ, Hebræorum sacra monumenta in Græcum sermonem converti præcepisse, tam certum est, quam eos falli, qui à Ptolemæo Lagida ejus patre hoc curatum volunt: in quibus vetustissimi Irenæus, Clemens, & Anatolius. Irenæus quidem: Πτολεμαῖος ὁ Λάγου φιλοτιμούμενος τ̃ ὑπ' αὐτοῦ κατασκευασθεῖσαν βιβλιοθήκην ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κοσμῆσαι τοῖς πάντων ἀνθρώπων συγγράμμασιν, ὅσα γε σπουδαῖα ὑπῆρχεν, ᾐτήσατο παρὰ τ̃ Ἱεροσολυμιτῶν εἰς τ̃ ἑλληνικὴν διάλεκτον σχεῖν αὐτῶν μεταβεβλημένας τὰς γραφάς. Clemens dubitat utri attribuat, Lagidæ, an Philadelpho, Stromateo primo: ἑρμηνευθῆναι δὲ τὰς γραφὰς τάς τε τ̃ νόμου, τάς τε προφητικὰς ἐκ τ̃ τ̃ Ἑβραίων διαλέκτου εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν φασὶν ἐπὶ βασιλέως Πτολεμαίου τ̃ Λάγου, ἤ ὥς τινες, ἐπὶ τοῦ Φιλαδέλφου ἐπικληθέντος. Anatolius in Canonibus Paschalibus utrique attribuit: ὅς ἐν τοῖς ἑβδομήκοντα καταλεγόμενος τοῖς τὰς ἱερὰς καὶ θείας Ἑβραίων ἑρμηνεύσασι γραφὰς Πτολεμαίῳ Φιλαδέλφῳ καὶ τῷ τούτου πατρί. Quod mirum, quum ex Epistola Ptolemæi Philadelphi discere debuerint captivos à patre ejus in Ægyptum deportatos, eosque ab ipso Philadelpho, ut gratificaretur Iudæis, liberatos fuisse. Iustinus Ecclesiasticorum scriptorum vetustissimus refert Ptolemæum Philadelphum per epistolam rogasse Herodem Regem Iudæorum, ut sibi Biblia Hebraica mitteret, Apologetico posteriore: ὅτε δὲ Πτολεμαῖος ὁ Αἰγυπτίων βασιλεὺς βιβλιοθήκην κατεσκεύαζε, καὶ τὰ πάντων ἀνθρώπων συγγράμματα συνάγειν ἐπεχειρήθη, πυθόμενος καὶ περὶ τ̃ προφητειῶν τούτων, προσέπεμψε τῷ τ̃ Ἰουδαίων τότε βασιλεύοντι Ἡρώδῃ, ἀξιῶν διαπεμφθῆναι αὐτῷ τὰς βίβλους τ̃ προφητειῶν. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς Ἡρώδης τῇ προειρημένῃ Ἑβραΐδι αὐτῶν φωνῇ γεγραμμένας διεπέμψατο. Vide reliqua. Est insignis locus ἀνιστορησίας καὶ ἀναχρονισμοῦ in vetustissimo Ecclesiæ Scriptore, eoq; Christi Martyre. Sed de Philadelpho dubitare, est lucerna meridie accendere. Epiphanius prodit anno septimo Philadelphi Hebraica Biblia in Græcum sermonem conversa fuisse, & ab eo tempore, ad Cleopatram, interfuisse annos CCXLIX. ἀπὸ δὲ ἑβδόμου ἔτους Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου, ἐφ' οὗ τῷ αὐτῷ ἔτει οἱ ἑβδομήκοντα δύο ἡρμήνευσαν, μέχρι Κλεοπάτρας, διακόσια τεσσαράκοντα ἐννέα. ineleganter dictum ad Cleopatram, usque ad finem Cleopatræ. Nam à VII anno Philadelphi, id est, numero Eusebiano MDCCXXXIX, ad finem Cleopatræ, numero MDCCCCLXXXVIII, sunt præcise anni CCXXXIX.

Sub

Sub Philadelpho igitur conversa est sacra Scriptura, idque, ut aiunt omnes, curante Demetrio Phalereo. Aristobulus Iudæus Peripateticus ad Ptolemæum Philometorem: ἡ δὲ ὅλη ἑρμηνεία τῶν διὰ τοῦ νόμου πάντων ἐπὶ τοῦ προσαγορευθέντος Φιλαδέλφου βασιλέως, σοῦ δὲ προγόνου προσενεγκαμένου μείζονα φιλοτιμίαν, Δημητρίου Φαληρέως πραγματευσαμένου τὰ περὶ τούτων. Non est antiquior auctor isto, qui hujus rei mentionem fecerit, post Aristeam: cujus nomine à Iudæis Hellenistis confictus liber hodie in manibus omnium est, & ex quo omne hoc negotium hausit Iosephus, & alii, qui hanc rem tractarunt. Omnes uno ore & Demetrium Phalereum curatorem Bibliothecæ Philadelphi fuisse, & ex suggestu ejus sacros Hebræorum libros conversos dicunt: cujus rei non parva mihi incessit admiratio, quum Demetrius Phalereus statim initio regni Philadelphi perierit, & maximo in odio ei semper sub Ptolemæo Lagi fuerit. tantum abest, ut sub Philadelpho aliquid curare potuerit, qui initio ejus regni obierit, aut illi Bibliothecæ cura mandata fuerit à Rege, qui eum inexpiabili odio prosequebatur. Res ita habet. Ptolemæus Lagi filius cognomine Σωτὴρ liberos sustulerat ex Eurydice, & unum ex Berenice. Hortabatur regem Demetrius, ut filios Eurydicæ regni successores designaret, non autem filium Berenices, qui postea Philadelphus dictus fuit. Quum hoc Demetrii consilium ad Philadelphum emanasset, tantam ejus offensionem incurrit Demetrius, ut statim post obitum Ptolemæi Soteris à Philadelpho quadam regione relegatus sit. Quum ex tædio solitudinis animum despondere inciperet, & in somnum ex languore degravatus esset, morsu aspidis perierit, & somnū cum morte continuarit. Hermippus vetustissimus scriptor apud Laertium. Sed tanti momenti est historia, ut non solum apud Laërtium, sed & hic quoque mereatur legi. Scribit igitur Laërtius: Φησὶ δ᾽ αὐτὸν Ἕρμιππος μετὰ τὸν Κασάνδρου θάνατον φοβηθέντα Ἀντίγονον παρὰ Πτολεμαῖον ἐλθεῖν τὸν Σωτῆρα, κἀκεῖ χρόνον ἱκανὸν διατρίβοντα συμβουλεύειν τῷ Πτολεμαίῳ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τὴν βασιλείαν τοῖς ἐξ Εὐρυδίκης περιθεῖναι παισί. τοῦ δὲ οὐ πεισθέντος, ἀλλὰ παραδόντος τὸ διάδημα τῷ ἐκ Βερενίκης, μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἀξιωθῆναι πρὸς τούτου παραφυλάττεσθαι ἐν τῇ (τινὶ) χώρᾳ μέχρι τι δόξῃ περὶ αὐτοῦ. ἐνταῦθα ἀθυμότερον διῆγε, καί πως ὑπνώττων ὑπ᾽ ἀσπίδος τὴν χεῖρα δηχθεὶς τὸν βίον μετέθηκε. καὶ θάπτεται ἐν τῷ Βουσιρίτῃ νομῷ πλησίον Διοσπόλεως, καὶ αὐτῷ ἐπεγράψαμεν ἡμεῖς (παρ᾽ ἡμῖν.)

> Ἀνεῖλεν ἀσπὶς τὸν σοφὸν Δημήτριον
> Ἰὸν ἔχουσα πολὺν
> Ἄσμηκτον, οὐ στίλβουσα φῶς ἀπ᾽ ὀμμάτων,
> Ἀλλ᾽ ἀΐδην μέλανα.

Ita distinguendi sunt illi versus: & illa verba virgulis inclusa delenda. Eandem historiam leges apud Suidam. Sed Cicero eum sibi mortem conscivisse dicit admota ad corpus aspide, ut postea fecit Cleopatra. Ita enim scribit pro C. Rabirio Postumo: *Video Demetrium & ex Republica Atheniensium, quam optime digesserat, & ex doctrina nobilem & clarum, qui Phalereus vocitatus est, in eodem isto Aegypti regno, aspide ad corpus admota, vita esse privatum.* Sed illud imprimis, quod pene prætereieram, notandum, Ptolemæum Lagiden jam vivum regnum cum Philadelpho, filio Berenices, non cum liberis Eurydices communicasse adversus Demetrii sententiam. Laërtius: παραδόντος τὸ διάδημα τῷ ἐκ Βερενίκης. Theocritus in Ptolemæo.

> — ὦ δ᾽ ἐνὶ καὶ παισὶ
> Θαρσήσας σφετέροισιν ἐπιτρέπει οἶκον ἅπαντα.

Scholion: ζῶν γὰρ ἔτι ὁ Σωτὴρ ἐκοινοποίησε τῷ Φιλαδέλφῳ τὴν βασιλείαν. Biennio ante obitum suum regnum cessisse filio prodit Eusebius ipse libro priore: ἐπεὶ δὲ ζῶν ἔτι τῆς ἀρχῆς παρεχώρησε τῷ υἱῷ Πτολεμαίῳ τῷ παιδὶ τῆς ἀρχὴν διαδεξαμένῳ, οὐκέτι δὴ τεσσαράκοντα, τεσσαράκοντα δὲ καὶ ὀκτὼ τὰ τοῦ πρώτου Πτολεμαίου, ὃ Σωτῆρα ἐπεκάλουν, λογίζονται. Et paulo post de Philadelpho: καὶ ζῶντος μὲν ἔτι τοῦ πατρὸς δύο πληροῖ τῆς βασιλείας ἔτη. Itaque Demetrius cum vidit cum patre regni participem, à quo regnum abjudicandi patri auctor fuerat. Parum vero notæ Tertulliano Demetrii dotes fuerunt, qui Grammaticorum probatissimum vocat duntaxat. Igitur quum initio regni Philadelphi extinctus sit, & in odio regi fuerit semper, qui fieri potest, ut aut aliquid negotii regii sub ipso rege gesserit, aut præfectus fuerit Bibliothecæ? Et tamen hoc ille suppositritius Aristeas scripsit, & omnibus, qui de hac re scripserunt, persuasit: quam vere, ex iis, quæ supra adduximus, cognoscere possimus. Quid ni rem tam alienam à vero potuit memoriæ prodere, qui non veritus est dicere senos interpretes ex omnibus XII Tribubus missos fuisse? quasi tunc duodecim omnes tribus extarent, quarum decem tempore Ezechiæ in Mediam deportatæ fuerint. An aliæ tribus in Iudæa eo tempore præter Iudam & Benjamin? Memini equidem in Euangelio secundum Lucam fuisse vetulam Prophetida Annam Phanuelis filiam ex tribu Aser. Memini & inscriptionis Epistolæ Iacobi Catholicæ: ταῖς ἐν διασπορᾷ δώδεκα φυλαῖς. Sed nihil ad rem. Nam tametsi eo tempore duæ tantum Tribus essent. tamen quadam vetere loquendi consuetudine Iudæi tunc nomine XII Tribuum comprehendebantur. ut patet, Act. XXVI, 7. τὸ δωδεκάφυλον ἡμῶν. quum tamen δίφυλον, non δωδεκάφυλον verius dixisset. Sed consuetudinis magna vis est, adversus quam nullæ regulæ post opponi possunt. Sic I Cor. XV, 5. ὤφθη Κηφᾷ, εἶτα τοῖς δώδεκα. *Exhibuit se Cephæ, postea ipsis duodecim.* Atqui undecim tantum erant. Nondum enim Matthias in locum proditoris substitutus erat. Hoc consuetudo extorsit, ut quia primum dicti erant οἱ δώδεκα, tamen ita etiam vocati fuerint, quum essent tantum ἕνδεκα, quod retinuit Marcus quum de eadem re loqueretur XVI, 14. ὕστερον ἀνακειμένοις αὐτοῖς τοῖς ἕνδεκα ἐφανερώθη. Ita Paulo & Marco in eadem historia videtur non convenire in numero, quum tamen nulla discordia sit, Paulo secundum consuetudinem præteriti temporis, Marco secundum præsens tempus loquenti. Concedamus inter Iudæos omnium tribuum tribules aliquos fuisse, quod tamen falsissimum est, quomodo summus Pontifex Eleazarus eos ad manum & in numerato habere poterat, ut petenti Regi statim suppeditaret, quandoquidem, si ita esset (quod certe non fuit) nulli tribui certus locus assignatus esse potuit, sed decem tribus oportuit quasi inquilinas in duabus reliquis habitare? Tertullianus, quum hanc historiam tangeret, tribuum duodecim quoque meminit, neque erroris admonuit. Chrysostomus in Matthæi XV. *Per omnes tribus in duodecim partes disseminati erant Pharisæi.* Tot partes facit, quot Tribus esse arbitratus est. Si hoc mirum est, non minus mirandum epistolas extare Demetrii ad regem, regis ad Pontificem, Pontificis ad regem. Et quum constet Demetrium & regi infensissimum, &, quod caput est, mortuum jam fuisse, qui potuit illam epistolam scribere?

Scio quidem Reges conveniri per epiſtolam etiam ab iis, qui in ipſa aula ſunt. Plautus Milite:

Quaſi regem adire ſolere eum ajunt per epiſtolam.

Inde Onias familiaris regis neque ab aula ejus recedens ,, offert epiſtolam, hoc eſt διδασκαλικὸν χάρτην, ut ,, Græci vocant, ei de conſtruendo templo in Ægypto. ſed qui mortuus jam erat, ipſo ineunte regno Philadelphi, quomodo Epiſtolam Regi offerre potuit, quæro? Deinde trium Epiſtolarum illarum exemplaria unius hominis ſtilum eſſe manifeſto cuivis harum rerum intelligenti paret. Poſtremo pro illis epiſtolis, quæ ſunt apud illum Ariſtean, & Joſephum, duæ aliæ & ſtilo, & verbis, & ſententia ab illis diverſiſſimæ apud Epiphanium producuntur pag. 526. In quo vides quanta licentia ἑλληνισταὶ illi Alexandrini uſi ſint in affingendis iis, quæ neque hiſtoria, neque rerum natura patitur. Nam & LXXII cellas commenti ſunt, quarum non meminit ille Ariſteas, meminit autem Juſtinus, deridet Hieronymus. & merito. Quid quę ad faſtidium περιττολογεῖ Philon, & inter alia ex Chaldaiſmo converſas ſcripturas ait? Quis non videt multa & apud ipſum Philonem affectata eſſe, & ad captandam admirationem excogitata? Quis neſcit Judæorum commenta? Sed qui hæc admirantur tanquam veriſſima, ſciant hanc tranſlationem Alexandrinam adeo Judæis Hieroſolymitanis execratam fuiſſe, ut ſolenne jejunium & angariam inſtituerint VIII die Tebeth, propter legem in profanum ſermonem converſam, & ex illa, ut ipſi putant, Alexandrinorum audacia tridui tenebras per univerſum orbem incubuiſſe fabulentur. Qui Irenæum poſtremo ediderunt, homines linguæ impuriſſimæ, qui muti ſint, ſi convicium non dixerint, inſtitutum ſolenne hariolantur, quia quotannis tam paganos, quam Judæos Alexandriæ in inſulam Pharon convenire ſolitos ſcribit Philo, & celebri ſolennitate ac lætitia locum honoraſſe, ubi tranſlatio Bibliorum facta ſit. quaſi idem ſit publica lætitia, & angaria. Nos in VII libro de Emendat. Tempor. in Computo Judaico, item in Kalendario Judaico Iſagogicorum Canonum omnes angarias & jejunia deſcripſimus, quæ Judæi vocant תַּעֲנִית, ita ut ſcripta ordine in eorum Faſtis reperimus: quæ omnia ſunt inſtituta propter aut θεομηνίαν, aut incendia, aut aliquam calamitatem, & caſus adverſos, & cædes piorum hominum. In illis angariis & iſta quoque cenſetur VIII dies Thebeth, propter legem in diebus Ptolemæi interpretatam, nimirum quia inter illas cauſas interpretationem hanc ponunt, propter quas jejunia inſtitui ſolent. Vides quam longe à vero diſceſſerint periti ſane Theologi, qui inter ſolennem lætitiam, & ſolennem angariam neſciunt diſtin- ,, guere. Flagitium enim eo tempore erat legem in a- ,, lium ſermonem transferre. Nam Judæi, quum illum ,, locum Eccleſiaſtici ἀναγωγικῶς interpretantur, ,, *Tempus lacerandi, III, 7.* Illi, inquiunt, qui fecerunt ,, ſchiſma, legem lacerarunt, & traduxerunt illam in ,, multas linguas, publicantes eam in hereſes: propterea ,, dictum eſt: *Ne in me conjiciatis oculos, quod ego ſum fuſca,* ,, *&c.* Cant. 1. 6. Propter hanc interpretationē nunquam inter Hebræos & Helleniſtas bene convenit. & ſane, quamvis quidam ex utroque Iudæorum genere nomen Chriſto dediſſent, & ex illo Chriſtianæ charitatis vinculo eorum animos coaleſcere, ſimultates veteres ſopiri oportuerat, tamen fieri non potuit, quin inter ἑλληνιςὰς & Hebræos ſecundum priſcam conſuetudinem diſſenſiones orirentur. Actorum VI, 1. Qui locus vulgo peſſime intellectus. Nam ἑλληνίζειν eſt Græca lingua uti. & inde omnis Iudæus, qui à ſiniſtris dextrorſum legit, in Talmud vocatur הַקּוֹרֵא גִּפְּתִית, ἀναγινώσκων αἰγυπτιςὶ, legens Ægyptiace, hoc eſt, ut Gloſſa habet, לְמַפְּרַע ἀνάπαλιν, præpoſtero ordine, ut Græcienſes & Ἑλληνιςαὶ Iudæi, qui Græce tantum legebant, non etiam Hebraice. Hoc etiam aliter dice- “ batur גונדלית. & qui, ut Græci, ſcribit, is dicitur “ גונדלי. Hi enim Iudæi ſola Biblia Græca in Synagogis legebant per totam Ægyptum, Græciam, & Italiam: & vix in mille Iudæis unus reperiebatur, qui Hebraice legeret. Vide Philonem, at quem virum? quam infans eſt in Hebræis? quam ridiculus? Quem certiſſimum eſt Hebraice neſciviſſe. Ἑλληνιςαὶ ergo in novo Teſtamento multum differunt ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων. Ἕλληνες ſunt Pagani, Ἑλληνιςαὶ Iudæi Græcis Bibliis in Synagogis utentes. Hæc quum ego quibuſdam aperuiſſem, qui male à literis parati magnum nomen compararant, ut ſoli ſapere viderentur, primum faſtidire, poſtea, ne ignoraſſe viderentur, aſſentiri: poſtremo, quia vero vincebantur, in ſuis libris ſe ita ſentire teſtati ſunt. Porro Ἑλληνιςαὶ quamvis ter quotannis in tribus ſolennibus, quæ Hebræi חַגִּים, ipſi vero μεγάλας ἡμέρας vocabant, aut ibant Ieroſolyma, aut eo mittebant, & nulla alia re ab Ieroſolymitanis differebant, præterquam ſolo ſermone, quo utebantur in Synagogis, tamen magno in odio Hebræis, erant tum propter hanc παράφρασιν ἑλληνίδα, quam Hebræi, ut diximus קְרִיאָה לְמַפְּרַע *lectionem retrorſam* vocant (quia ut diximus à ſiniſtris dextrorſum alio ordine legitur ac Hebraica) tum etiam propter Templum ab Onia quondam in Heliopolitana præfectura conſtructum. Itaq; quum ampliſſimam Synagogam Ieroſolymis haberent, quotidie aut jurgia, aut verbera, aut cædes inter utrunq; genus Iudæorum exoriebantur. In fine Capitis II Meghillah, in Poſtilla, ex verbis Rabbi Iuda narratur Rabbi Eleazarum filium Sadok Synagogam Alexandrinorū, id eſt Helleniſtarū, quæ erat Hieroſolymis, invaſiſſe, & in eam effudiſſe quicquid libido & ſplendida bilis ſuggeſſiſſet. Tempore Benjamin Tutelenſis Alexandriæ erant duo genera Iudæorum, Babelaim & Igrikin. id eſt Babyloniorum, & Græcorum. quæ profecto eſt differentia Hebræorum, & Helleniſtarum, quamvis hodie οὐχ ἑλληνίζωσι, quos, ut dixi, certiſſimum eſt olim, & per totam Ægyptum, & Europam ſola Biblia Græca in Synagogis legere ſolitos. Quem hujus rei teſtem locupletiorem Tertulliano dare poſſum? Is igitur de Bibliis LXX interpretum loquutus ſubjicit: *Hodie apud Serapeum Ptolemæi Bibliotheca cum ipſis Hebraicis literis exhibentur. Sed & Iudæi palam lectitant. Vectigalis libertas vulgo aditur ſabbatis omnibus.* Gręcam enim LXX Seniorum interpretationem cum Hebraicis literis reconditam fuiſſe ait in Serapeo, & eam vulgo in Synagogis palam legi. Sed & quædam Synagogæ Hebraica cum Græcis legebant, ut hodie Hebraica cum Targumin. Auctor Iuſtinianus Aug. Authentica CXLVI. Multa ſuperſunt, quæ de interpretatione LXX Seniorum dici à nobis poterant, & quam utilis ſit ejus Tranſlationis lectio, quamvis in multis ab Hebraicis fontibus longe recedens. Sed quia privati operis & ſtili hic labor eſt, ab eo impræſentia abſtinebimus. Multa enim de hac re à nemine animadverſa olim obſervavimus.

Ibid. *& vaſa Eleazaro Pontifici Ieroſolymorum votiva tranſmittens.*] In Græcis, non Eleazaro, ſed Ονίᾳ Σίμωνι τῷ ἀρχιερεῖ ἀδελφῷ Ἐλεαζάρου. Sed puto à librariis errorem eſſe. Nam manifeſto alia inſulta ſunt in periochen Græcam. Cæterum Euſebius ex conjectura hoc geſtum confert in Ptolemæi initium; quum ſane veriſimile non ſit eum regni ſui initiis ad Bibliothecam potius inſtituendam & libros Hebręorum convertendos, quam ad res ipſius regni animum applicaſſe. Itaque in priore parte Africanus conjicit hoc in Olympiadem CXXXII, hoc eſt annum Philadelphi XXXIII. quod

,, quod rectum minime dubitamus. Solenne vero Eu- ,, sebio, & Hieronymo, gestum, de cujus tempo- ,, re non constat ex auctoribus, id initio eorum regum ,, ponere, quibus id attributum est. Constat ex aucto- ,, ribus, Bibliothecam à Philadelpho institutam. De ,, tempore nihil ab illis designatum est. Certum est, æ- ,, mulatione Eumenis regis Pergameni Ptolemæum ,, Bibliothecam suam instituisse. Vitruvius proœmio ,, lib. VII. *Reges Attalici magnis Philologiæ dulcedinibus in-* ,, *ducti, quum egregiam Bibliothecam Pergami ad commu-* ,, *nem delectationem instituissent, tunc item Ptolemæus infi-* ,, *nito zelo cupiditatisq; incitatus studio, non minoribus industriis* ,, *ad eundem modum contenderat Alexandriæ comparare, &c.* ,, Eumenes iste inivit regnum Pergami anno XXIII ,, Philadelphi. Itaque Bibliothecam non prius compa- ,, ravit Ptolemæus, quam Eumenes cæpit regnare, neq; ,, Eumenes suam statim initio regni sui. sed & illud ,, apud eundem Vitruvium notandum, Aristophanem ,, Grammaticum nobiliss. præfectum fuisse Bibliothecæ, ,, & ab eo instructam fuisse, non à Demetrio Phalereo, ,, qui annis XXII obierat, antequam Eumenes regnum ,, iniret. Itaque verum est quod scriptum reliquerat ,, Africanus, anno XXXIII, aut circiter Imperii Phila- ,, delphi sacra Biblia conversa fuisse. Suidas ait Zeno- ,, dotum præfectum fuisse βιβλιοθηκῶν τ ἐν Ἀλεξαν- ,, δρείᾳ. Sed Aristophanes istius auditor fuit. Auctor ,, quidam libro priore hujus operis ait Ptolemæo, Ter- ,, tullianus ex Josepho Demetrio à Philadelpho præ- ,, fecturam Bibliothecæ datam. Sebast. Conradus vir ,, eruditiss. aliud agens dicit Demetrium præfectura ,, aliqua ornatum.

,, Ibid. *In Græcam vocem.*] εἰς Ἑλληνίδα φωνήν, ,, in Græcum sermonem.

MDCCXXXV. *Meleagrus.*] Nummus hujus regis: ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ.

,, *Antipater dieb.* XLV.] Propterea vocatus fuit Ἐτη- ,, σίας. quia venti Ἐτησίαι XLV tantum diebus spirant. ,, Auctor Porphyrius libro priore Eusebii.

MDCCXXXVI. *Sosthenes.*] Vide Justinum lib. XXIV.

MDCCXXXVIII. *Antigonus Gonatas.*] Hujus Nummus argenteus: ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ. ΓΟΝΑΤΟΥ. Ita dictus, ὅτι ἐν Γόνοις τ Θεσσαλίας ἐτράφη.

Ibid. *Antigonus cognomine Gonatas Lacedæmonem obti- nuit.*] Regem Lacedæmoniorum Cleomenem ulti- mum Eurysthenidarum captum humanissime tractavit urbe potitus. Suidas: Ἀντίγονος. ἔτος ἐκλήθη εὐερ- γέτης παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι. νικήσας γὰρ μάχῃ Κλεο- μένην τὸν τῶν Λακεδαιμονίων βασιλέα ἐγκρατὴς ἐγένετο καὶ τ Σπάρτης. Vide Plutarchum in Agide & Cleomene: ubi fusius de humanitate hujus Anti- goni.

MDCCXLI. *Vna Virginum Romanarum.*] Sextiliam Vestalem quis suspicari posset, nisi in Græco esset ἀνῃρέθη. pro quo convenientius erat de Vestali dicere κατωρύγη. Sextiliæ Vestalis meminit XIV Epitome Liviana.

MDCCXLII. *Milo Romanis Tarentum tradidit.*] Huc pertinet XV Epitome Liviana, & Zonaræ pag. 50. Hi- storia extat apud Frontinum Stratagematum lib. III. cap. IV. *Papirius Cursor apud Tarentum Miloni, qui tum præsidio Epirotarum urbem obtinebat, salutem ipsi & populari- bus, si per illum oppido potiretur, pollicitus est. Quibus præmiis ille corruptus persuasit Tarentinis, ut se legatum ad Consulem mitterent: à quo plena consilia ex pacto referens in securita- tem oppidanos resolvit. Ita incustoditam urbem Cursori tradi- dit.* Itaque Frontinus Tarentum à Milone Papirio Cur- sori Consuli proditum referens, intelligit hoc gestum L. Papirio Cursore II, Sp. Carvilio Maximo II Coss. numero MDCCXLV, triennio serius, quam Eusebius. Idem Zonaras: ὁ δὲ Μίλων ἐν στενῷ ἑαυτῷ τὰ πράγ- ματα συνεληλυθότα ὁρῶν, τ Ῥωμαίων ἐκ τ ἠπείρου ἐφεδρευόντων, τ δέ γε Καρχηδονίων ἐκ τ θαλάττης, παρέδωκε τῷ Παπειρίῳ τὴν ἄκραν ἐπὶ τῷ ἀβλαβῆ μετὰ τ περὶ αὐτὸν καὶ τ χρημάτων ἀποχωρῆσαι. Ubi ea- dem fere, quæ apud Frontinum. Est ergo prochronis- mus triennii.

Ibid. *Romani Calabriam Messanamque tenuerunt.*] Ap. Claudio Caudice, M. Fulvio Flacco Coss. teste Zona- ra, 53. numero MDCCLIII. Prochronismus annorum XI. Sed si M. Valerius Messalla dictus est à Messana capta, non video quomodo illi hoc gestum attribui possit, qui non cæpit Messanam hoc anno, & sequente Consul fuit cum M. Otacilio Crasso. Sed vide Sigonium anno CCCCXC. De Calabria secus videtur. Nam Zonaras ita scribit 51: εἶπε εἰς τὴν νῦν καλουμένην Καλα- βρίαν ἐστράτευσαν, προφάσει μὲν, ὅτι τ Πύῤῥον ὑπε- δέξαντο, καὶ τὴν συμμαχίδα κατέτρεχον, τῇ δ' ἀ- ληθείᾳ, ὅτι ἐβούλοντο οἰκειώσασθαι τὸ Βρεντήσιον. Ge- stum M. Fabio Pictore, D. Junio Pera Coss. numero MDCCLI. Prochronismus IX annorum: ut taceam confundi gesta diversorum temporum.

MDCCXLVI. *Argenteus nummus primum in Vrbe signa- tur.*] C. Fabio Pictore, Q. Ogulnio Gallo Coss. nu- mero MDCCXLVIII. Auctor Plinius. Prochronismus biennii.

MDCCXLVII. *Polemo Philosophus moritur.*] Non definit annum obitus ejus Laërtius, sed senem obiisse ait. Successit autem Xenocrati anno primo Olympiadis CXVI, numero MDCCI. Itaque hoc modo scholam ob- tinuerit annos XLVI.

MDCCXLIX. *Romani colonias deduxerunt.*] Sempronio " Sopho, & Appio Claudio Cari filio deductæ, auctore " Velleio, Ariminum, & Beneventum, hoc ipso nu- " mero. "

Ibid. *multæque urbes in Sicilia eis junctæ.*] Hoc mem- brum deest in Græcis culpa Georgii. neque dubito ibi fuisse, καὶ πολλαὶ τ πόλεων αὐτοῖς προσεχώρησαν. Zonaras 54, 47. περαιωθέντες οὖν ὅ, τε Μάξιμος Οὐαλέριος, καὶ ὁ Ὀκτακίλιος Κράσσος, καὶ διὰ τῆς νήσου ὁμοῦ τε προϊόντες, καὶ δίχῃ, πολλὰς ὁμολο- γίᾳ παρεστήσαντο. ὡς δὲ τὰ πλείω ᾠκειώντο, πρὸς τὰς Συρακούσας ὥρμησαν, &c. Ergo M. Valerio Mes- sala, M. Otacilio Crasso Coss. numero MDCCL. Cla- rius Eutropius: *M. Valerio, & Otacilio Coss. in Sicilia à Romanis res magnæ gestæ sunt. Tauromininitani, Catanenses, & præterea quinquaginta civitates in fidem acceptæ sunt.* Pro- chronismus unius anni. Isti omnes anachronismi, qui non excedunt triennium, non sunt errores, sed diver- sitates sententiarum de Palilibus Urbis, quum ea à Var- rone in XXIII anno Iphiti statuantur, à Catone in XXIV, à Dionysio in XXV. Anachronismi vero, qui hunc numerum excedunt, sunt errores, non diversi- tates sententiarum, siquidem istius triennii anachro- nismus fuerit metachronismus. Quod si fuerit pro- chronismus, est diversitas sententiarum de Palilibus primis.

MDCCLI. *Romæ Virgo Vestalis.*] Paulus Orosius libro IV, cap. V. *Eodem tempore. Caparronia Virgo Vestalis in- cesti rea suspendio periit. Corruptor ejus, consciique servi supplicio affecti.* Eodem anno contigisse dicit, quo in- gens pestilentia fuit. Tempus convenit.

MDCCLIV. *Romani Syracusas capiunt.*] Nunquam fa- ctum. Romani tunc cum Hierone Syracusarum rege pacem jam fecerant. Est hallucinatio. Agrigentum, non Syracusas ceperunt hoc anno Romani, urbem o- mni rerum copia refertissimam: ingenti præda potiun- tur.

tur. Quare, ut dixi, est hallucinatio in nomine urbis, non in anno. Zonaras 15, 41. οὐ μὴν τοι συγγνώμης ἔτυχον οἱ Ἀκραγαντῖνοι, ἀλλὰ καὶ τὰ χρήματα σφῶν διηρπάσθησαν, καὶ αὐτοὶ ἐπράθησαν ἅπαντες.

MDCCLV. *Nicomedes Rex Bithyniæ Astacum.*] Trebellius Pollio in Gallienis: *Denique Astacum, quæ postea Nicomedia dicta est, incensam graviter vastarunt.* Reliqua, quæ huc faciunt, habes numero MCCCVI.

MDCCLVI. *Romani Carthaginienses navali certamine superant.*] Notissimus primus Romanorum triumphus de Carthaginiensibus navali pugna à C. Duillio Nepote Consule victis. & lapis omnium Italiæ monumentorum vetustissimum de hac pugna & victoria Duillii extat hodie Romæ. Convenit tempus secundum Palilia Varronis, hoc est unius anni prochronismo.

Ibidem. *& centum Libyæ urbes capiunt.*] Mira est gestorum, & annorum confusio. Nam anno MDCCLVI recte convenit Duillii victoria de pugna navali cum Carthaginiensibus commissa. Quæ sequuntur, arguunt non de pugna navali Duillii, sed L. Manlii Vulsonis Consulis hic agi. Is habuit collegam in magistratu C. Atilium Regulum II. Paulus Orosius lib. quarto, cap. VIII. *Consules in Africam jussi transferre bellum cum trecentis triginta navibus Siciliam petierunt: quibus Amilcar Pœnorum imperator, & Anno classi præfectus occurrit. Conserto navali prælio, Carthaginienses in fugam versi sexaginta quatuor naves perdiderunt. Victores Consules in Africam transvecti sunt, primamque omnium Clupeam urbem in deditionem receperunt. inde Carthaginem petentes, trecenta, aut eo amplius, castella populati sunt.* non πόλεις fuerunt, sed πολίχνια, & non centum, sed supra CCC. Sed hoc pertinet ad numerum MDCCXLVII. Mira confusio gestorum cum anachronismo XI annorum.

MDCCLVI. *Antiochus, qui vocabatur* THEOS.] Ex Josepho, libro XII, cap. III. Ἀντίοχος ὁ Σελεύκου υἱωνός, ὁ παρὰ τοῖς Ἕλλησι Θεὸς λεγόμενος.

„ MDCCLIX. *Erasistratus medicus agnoscitur.*] Injecta „ mentio hujus medici propter Antiochum Seleuci fi„ lium, qui quum novercam impotenti amore deperi„ ret, & ex eo in morbum incidisset, deprehensa mor„ bi caussa ab Erasistrato, novercam permittente pa„ tre Seleuco duxit uxorem. Sed quare Erasistratum „ Samium dicit fuisse Julianus ὁ παραβάτης, quum „ Ceo insula fuerit, quærendum est in Misopo„ gone.

„ MDCCLXII. *Avunculus ejus Manasses.*] Avunculus est „ frater matris. Atqui nec Pontifices, neque sacerdo„ tes succedebant ex latere feminarum. Hoc ridicu„ lum est. In Græcis est Θεῖος. hoc est θεῖος πρὸς „ πατρός, *Patruus.* Ita vertendum erat. Alioqui magna „ esset inscitia & historiæ, & juris Mosaïci. Error non „ ferendus.

MDCCLXV. *Carthaginienses XC. Romanorum naves in Sicilia capiunt, Metello Consule verso in fugam.*] Quod attribuit hanc fugam Metello Consuli, imprudenter facit. Tantum enim abest, ut Metellus Consul à Carthaginiensibus victus fugerit, ut primus Romanorum, devictis in Sicilia Carthaginiensibus, in triumpho CXXX Elephantos deduxerit. auctor Dionysius Halicarnass. libro secundo. Paulus Orosius libro quarto, cap. IX, hanc insignem Metelli victoriam describit. quem locum vise, ut ex eo judicare possis, an, qui de tanta victoria tam insignem triumphum egerit, fugisse dicen„ dus sit. Triumphavit autem primus de Carthagi„ niensibus anno II Olymp. CXXXII, numero se„ quenti MDCCLXVI. Sed hallucinatum est in nomine Consulis. Non enim Metellus in fugam versus est, ut memoria falsus scribit Eusebius, sed P. Claudius Pulcher, qui in Consulatu collegam habuit L. Junium Pullum, numero MDCCLXVIII. Orosius eodem, cap. X: *Post hos Claudius Consul cum classe* CXX *navium ad Drepani portum contra hostem profectus, ibique mox exceptus classe Pœnorum, superatus est. & ipse quidem cum triginta navibus Lilybæum in castra confugit. reliquæ omnes, hoc est* XC, *aut captæ, aut demersæ fuerunt. Octo millia militum cæsa, viginti millia capta referuntur.*

Ibid. XC. *Romanorum naves.*] Ita Orosius. Polybius XCIII. Vide collectanea nostra ann. *III.* Olymp. „ CXXXII. Est autem prochronismus triennii. „

MDCCLXIX. *Parthis à Macedonum imperio.*] Contigit C. Atilio Regulo *II*, L. Manlio Vulsone *II* Coss. (Auctor Justinus) numero MDCCLXVIII, eodem anno, quo clades superior Romanorum, & fuga Consulis Claudii. Convenit tempus juxta Palilia Varronis. Diversitates sententiarum super defectione Arsacis retulimus in Canonibus Isagogicis. Et mirum est Ammiano Marcellino videri hoc contigisse Seleuco Nicatore à Parthis superato, libro XXIII: Cornelius Tacitus Historia quinta sub Antiocho Epiphane.

MDCCLXXI. *Ptolemæus Euergetes ann.* XXVI.] Epiphanio ἔτη κϛ. Trogo cognominatur Tryphon, ut „ ex periocha XXX constat. „

Ibidem. *Iudæorum Pontifex Onias.*] Videndus Josephus. unde hæc, lib. XII, cap. IV. Sed lemma illius Capitis habet Ptolemæum Ἐπιφανῆ, non, qui hic ponitur, Εὐεργέτην: quem falso Suidas scribit iniisse regnum anno secundo Olymp. CXXVII, in voce Καλλίμαχος.

Ibid. *Josephus vir inter suos nobilis.*] In Græcis male ἀφανής, ἀντὶ τοῦ ἐπιφανής.

Ibid. *Dux Iudææ.*] Commentum Eusebii, στρατηγὸς Ἰουδαίας. Non στρατηγὸς, sed τελώνης vel τελωνάρ- „ χης. & ridiculum est. Vide Josephum. In Græcis: καὶ ἐνθένδε τὴν ὀργὴν θεραπεύσας: hoc est, *Et quum regis, ut videtur, iram placasset.* Hieronymus: *quum familiaritatem regis ob plurima in eum meruisset obsequia.* Hic interpretationis ambitus nihil ad historiam. Iste enim Josephus Tobiæ filius, nullis suis in regem beneficiis (nulla enim contulerat in regem) ejus gratiam promeruerat, sed sola commendatione Athenionis, quem Ptolemæus ad Oniam avunculum Josephi, ad tributum ab eo exigendum, miserat.

MDCCLXXIII. *Censu Romæ agitato.*] Non potest esse, nisi lustro XXXIX, A. Manlio Torquato *II*, Q. Lutanio Cercone Coss. Censores, ut ponunt Fasti Capitolini. C. AURELIUS COTTA .... Collegæ nomen detritum ex lapide. Erat numerus Eusebianus MDCCLXXII. Prochronismus triennii.

MDCCLXXV. *Romæ Templum Vestæ incensum.*] Iisdem Consulibus. Quare secundum Varronis prochronismon unius anni, tempus congruit. L. Metellus Pont. Max. sacra ex incendio rapuit. Libro quarto περὶ παρασκευῆς pag. *81*, idem Eusebius, πάντων παθεῖν καὶ τὸ ἐν Ῥώμῃ Καπιτώλιον ἱστορεῖται κατὰ τοὺς τῶν Πτολεμαίων χρόνους, καθ' οὓς λέγεται καὶ τὸ τῆς Ἑστίας ἐπὶ Ῥώμης ἱερὸν ἐμπρησμὸν ὑπομεῖναι. Vide „ Ovidium in Junio. „

MDCCLXXVII. *Ennius.*] Hieronymus ex Suetonio de claris Poetis. Natus Ennius, auctore Gellio, C. Mamilio Turrino, Q. Valerio Faltone Coss. numero MDCCLXXVIII. Sed potest congruere Palilibus Varronianis. Gellius cap. XXI, lib. XVII ait Livium Andro-

Andronicum docuisse fabulam Romæ annis LII post Menandri mortem, anno ante natalem Ennii. Menandri mors numero MDCCXXIV. Additis LII, fiet numerus MDCCLXXVI, ante natalem Ennii.

Ibid. *Tarenti nascitur.*] Imo Rudiis. Silius de Ennio:

Miserunt Calabri, Rudiæ genuere vetustæ.

Mela: *Post Barium Egnatia, & Ennio cive nobiles Rudiæ.* Ideo Ausonio Ennius Rudinus dictus, ut & pueri sciunt.

Ibid. *& unius ancillæ ministerio.*] Habes apud Ciceronem II de Orat. de ancilla Ennii respondente Scipioni Nasicæ herum abesse, quum tamen esset intus.

MDCCLXXXI. *Virgo Vestalis.*] In Græcis non est Vestalis, sed παρθένος tantum.

MDCCLXXXV. *Iudæorum Pontifex Max. Simeon Oniæ filius.*] Duo errores: tum quod huic Simonem putat esse eum, qui Iustus cognominatus est: tum quod Iesum Siracidem sub eo, propterea quod ejus meminerit, scripsisse Panareton suam putat. Simon ille, cujus meminit Siracides cap. L, est nepos Iadduæ illius, qui occurrit Alexandro Magno: & quidem hunc multis annis antecedit. Itaque peccatur anachronismo. Deinde tametsi Siracides mentionem facit Simonis Iusti, non statim sequitur sub eo vixisse. imo ponit eum inter vetustissimos, quos nunquam vidit, non magis utique, quam Nehemiam, & alios, quos laudat. Quod autem idem Siracides scribit se venisse in Ægyptum sub Euergetæ anno XXXVIII, nos in Canonibus Isagogicis ostendimus eos esse annos Iobelæi.

Ibid. *quem vocant Panareton.*] Sed & Solomonis sapientiam ψευδεπίγραφον Panareton quoque vocant Hieronymus & Epiphanius: ut dubium non sit, quin libri γνωμολόγοι omnes πανάρετοι βίβλοι vocari possint. Hebraice τὸ πανάρετον ad verbum כל חכמה־בו πανεπιστήμων. Erasmus legit Πανάρετον in Præfat. Hieronymi in Proverbia, & interpretatur eximium ac præcipuum, quum tamen παναίρετος Græcum non sit.

Ibid. *etiam Simonis in eo fecit mentionem.*] Non hujus sane, sed illius prisci, ut diximus, Iadduæ nepotis, qui cognominatus est Iustus: cujus elegantissimum encomium extat in cap. L Siracidæ, ubi Commate 3 corriges, ἐν ἡμέραις αὐτοῦ ἐλατώθη ὑποδοχεῖον ὑδάτων χαλκῷ, ὡσεὶ θαλάσσης τὴν περίμετρον. Pessime in vulgatis, ἐλαττώθη ἀποδοχεῖον, χαλκός. Significat enim cisternam, de qua intelligit, ab eo fuisse laminis æneis munitam ad aquam continendam. Hoc enim est ἐλατοῦν, hoc est ἐλάσμασι περικαλύπτειν. Itaque vertendum erit: *Sub eo laminis æneis instrata est Cisterna: cujus ambitus est instar maris.* Intelligit per Mare vas illud ingens Solomonicum instar ἐμβάσεως, I Regum VII, 23. Nam multos alios ὑποδοχεῖς ὑδάτων fuisse Aristeas memoriæ prodidit, eosque ait μεμολιβδῶσθαι, plumbo intus munitos, ut illud κεχαλκῶσθαι. Sequens Comma longe pejus acceptum ita restitues: ὁ φροντίζων τοῦ ναοῦ αὐτοῦ ἀπὸ πτώσεως, καὶ ἐνισχύσας πόλιν ἐκπολυωρῆσαι. Verte: *Qui cura sua Templum à ruina sua vindicavit, & sese obfirmavit Vrbis solicitudine tangi:* ἐνισχύσας πολυωρῆσαι, ad verbum ἐβραΐζει: הִתְאַמֵּץ לִדְאֹג *obstinate incumbens solicitudini, & curæ.* Nam πολυωρῆσαι non semel in Bibliis Græcis legitur, ut in Psalmis. Errores isti vetustiores sunt interprete Latino. Quia hæc pertinent ad laudes Simonis Iusti, ideo ut emendate legerentur, curavimus.

MDCCLXXXIX. *XL ferme millia Gallorum à Romanis cæsa.*] L. Aimilio Papo, C. Atilio Regulo Coss. numero MDCCXCII. Polyb. Prochronismus triennii. Hos paucorum annorum prochronismos Eusebio, aut Hieronymo adscribendos non esse, sed Fastorum Consularium conditoribus supra monuimus.

Ibid. XL *millia.*] Totidem ponit Polybius. BONG. quamvis optimæ notæ, assignat hoc gestum anno antecedenti. Ita fuerit prochronismus quadriennii.

MDCCXCI. *Seleucus.*] Appianus in Syriaco duos annos ei tantum attribuit, & XXXVII Antiocho Magno. Ita fit compensatio. Nam unum Seleuco amplius, & uno minus Antiocho ascribit Eusebius.

MDCCXCIV. *Caria & Rhodos ita terræ motu.*] Recte tempus assignatum. Contigit enim hic horribilis casus C. Flaminio Nepote, P. Furio Philo Coss. Auctor Paulus Orosius libro quarto, cap. XIII. *Tunc quoque magno terræ motu Caria & Rhodus insula adeo concussæ sunt, ut labentibus vulgo tectis ingens quoque ille Colossus rueret. Eodem anno Flaminius Consul contemptis auspiciis, quibus pugnare prohibebatur, adversum Gallos conflixit, & vicit.* Vides eodem anno hunc terræ motum, & pugnam Flaminii Consulis cum Gallis contigisse. De hoc terræ motu Plinius, Strabo, Polybius libro V. Sed turbat ipse Plinius, *Hoc simulacrum*, inquit, *post quinquagesimum sextum annum terræ motu prostratum, sed jacens quoque miraculo est.* Hoc modo erectus fuerit numero MDCCXXVIII. Sed obstat quod paulo inferius addit: *Duodecim annis tradunt effectum CCC talentis, quæ contulerant ex apparatu regis Demetrii relicto, moræ tædio.* Tangit historiam de Rhodo à Demetrio poliorcete obsessa, de qua vide apud Vitruvium in fine libri X. Sed iste Demetrius inivit regnum Asiæ numero MDCCXVI: regnavit annis XVII tantum. Est igitur anachronismus aut apud Plinium, aut apud Eusebium. Sed non dubium est Plinium de Demetrio recte sensisse; in numero autem annorum errorem esse, LVI, pro LXVI. Ergo erectus numero MDCCXXVIII, anno Demetrii XIII, vicesimo quarto Seleuci Nicanoris Alexandri successoris. Cui sententiæ nostræ mirifice favet Suidas. Κολασσαεῖς, ἀπὸ τούτου. καὶ Κολασσαεῖς οἱ Ῥόδιοι. Hæc sunt inepta, sed sequitur magnos auctores. Post: οἱ τινες ἀνέστησαν ἐν τῇ νήσῳ χαλκοῦν ἀνδριάντα τοῦ ἡλίου, ὃν διὰ τὸ μέγεθος ἐκάλεσαν Κολοσσόν, ἐπὶ Σελεύκου τοῦ Νικάνορος * υἱοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος. ἐν ἐπιγράμμασι.

> Αὐτῷ σοὶ πρὸς Ὄλυμπον ἐμηκύναντο Κολοσσὸν
> Τόνδε Ῥόδου ναέται Δωρίδος, ἀέλιε,
> Χάλκεον, ἡνίκα κῦμα κατευνάσαντες Ἐνυοῦς
> Ἔστεψαν πάτραν δυσμενέων ἐνάροις.

δυσμενέων ἔναρα vocat manubias apparatus bellici à rege Demetrio relicti tædio moræ, quum videret sapientia Diogneti architecti omnes conatus suos elusos, ut Vitruvius admonet. In verbis Suidæ υἱοῦ perperam pro διαδόχου legitur. Hinc planum fit, quam falso Simonidi attribuatur Epigramma illud:

> Τὸν ἐν Ῥόδῳ Κολοσσὸν ἑπτάκις δέκα
> Χάρης ἐποίει πηχέων ὁ Λίνδιος.

Simonidi enim attribuitur Antholog. IV. cap. VI. Polybius videtur terræmotum Rhodi ex casu Colossi circa idem tempus conjicere, quo Attalus Gallis eum tractum assignavit, qui ab illis Galatia dictus est, hoc est circiter numerum MDCCC. His animadversis, non potest constare, quod ait Gellius lib. XV. cap. XXXV; quod Demetrius destiterit ab obsidione propter verba, quæ ipsi Rhodii legarunt; &c.

Ibid. *ut Colossus magnus rueret*] Jacuit in solo illa ingens ænea moles annos DCCCCLXXVII, donec Mawia

Arabs,

Arabs, Rhodo capta, mercatori cuidam hunc Colossum vendidit, qui noningentos Camelos illius fragmentis oneravit. Cameli vero onus est duplum ad onus muli. Est enim DCCC pondo. Itaque secundum hanc rationem materia illius Colossi fuerint septingenta viginti millia pondo. Vulgo, ut mercatores nostri & magnarii in Aquitania & Hispania loquuntur,
„ essent centum quadraginta quatuor Quintalia. Sed
„ apud Cedrenum legimus. Κόσμου ἔτος ϛ,ςλδ. τῆς
„ θείας σαρκώσεως ἔτος χμ. Est error, aut hallu-
„ cinatio. Nam hoc modo annus primus Christi Dio-
„ nysianus esset 5495. quum in periodo Juliana Con-
„ stantinopolitana sit 5509, in Computo LXX Senio-
„ rum, 5501.

MDCCXCVII. *Ptolemæus Philopator ann.* XVII.] Epiphanius ΧΑ. In Excerptis Chronici Casauboniani ita vocatur: Πτολεμαῖος Φιλοπάτωρ, ὁ καὶ Γάλλος. Cur Γάλλος vocatus, rationem reddit auctor Etymologici: Γάλλος ὁ Φιλοπάτωρ Πτολεμαῖος, διὰ τὸ φύλλα κισσοῦ κατεστίχθαι, ὡς οἱ Γάλλοι. ἀεὶ γὰρ ταῖς Διονυσιακαῖς τελεταῖς κισσῷ ἐστεφανοῦντο. Et Gallos magnæ Matris foliis ederæ, & Ptolemæum quoque compunctum fuisse, hoc est stigmata foliorum ederæ inusta ipsi fuisse.

Ibid. *Ea, quæ in tertio Maccabæorum.*] Uni tantum Iudæ filio Mattathiæ cognomen fuit Maccabæo. Tamen nescio quomodo omnes, qui religionis nomine dira passi sunt, eodem cognomine vocati, ut illi septem Martyres filii Annæ nullo cum Iuda sanguinis, sed caussæ tantum vinculo conjuncti: quorum nomine singularis liber à Iosepho conscriptus extat hodie: & præterea illi, qui ante Iudam Maccabæum in Ægypto sub Eupatore minimum ab extremo exitio abfuere: quorum historia vocatur liber tertius Maccabæorum, conditus stilo & charactere Alexandrino, ampulloso, & qui proxime abest à cothurno. Ea historia digna quidem cognitu, sed dolendum, quod ea paucis nota, tempus vero nulli. Sed eruendum est, si fieri potest. Polybius libro V scribit, ineunte vere, postquam Attalus Gallogræcis, qui ejus gratia in Asiam trajecerant, locum, agrum, & regionem assignasset, quæ postea dicta est Galatia & Gallogræcia, Antiochum, & Ptolemæum Philopatora, necessariis ad bellum paratis, exercitus eduxisse, ac postea prælio commisso, quum diu ancipiti fortuna pugnatum esset, tandem Philopatora insigni clade Antiochi victorem in Ægyptum discessisse. Quia igitur Polybius nos docet vere ineunte Attalum Gallos à se dimisisse, si illud tempus deprehendere possumus, rem ipsam tenemus. Bene nobiscum agitur, quod Polybius ipse rem insigni charactere notavit. Scribit enim defectionem Lunæ fuisse ante, quam illos dimitteret: quam nos dicimus incidisse in noctem, quæ sequuta est XXV diem Februarii, post bisextum, anno periodi Julianæ 4497, quum antea die IX ejusdem mensis Sol quoq; defecisset. Incidit igitur hic defectus Lunæ anno DXXXI Nabonassari, Tybi XII, sequente XIII, feria VII, anno tertio Olympiadis CXL, numero Eusebiano MCCC, Epacta Juliana tam æquabili, quam castigata, VI. Æstate sequenti, qua inivit annus quartus ejusdem Olympiadis, Ptolemeus Philopator, parta victoria, quum hostias Deo εὐχαριστήρια καὶ νικητήρια Ierosolymis immolare vellet, aditu Templi à Pontifice Max. prohibitus inexpiabili odio in Judæorum gentem exarsit. Itaque in Ægyptum reversus edictum de universo Iudæorum genere delendo proponit. jubet omnes Iudæos describi à XXV Pachon, ad IV Epiphi. id est, à VII Iulii numeri MDCCCI, ad finem XIV Augusti. hoc est, ab octava Tamuz anni Iudaici 3544, ad finem XVII Ab. Josephus in Apionem libro posteriore hoc gestum attribuit non Ptolemæo Philopatori, sed Φύσκωνι Philometoris filio: quæ historia desideratur in Græca editione, extat in Latina Rufini.

Ibid. *Ea, quæ in tertio Maccabæorum.*] In Græcis: ἡ τρίτη τῶν Μακκαβαίων βίβλος περὶ τοῦ Φιλοπάτορος τούτου Πτολεμαίου ἱστορεῖ, οὐκ οἶδ' ὅπως ἀντιστρόφῳ τάξει. *Tertius Maccabæorum liber de hoc Philopatore Ptolemæo mentionem facit ordine nescio quo præpostero.* Recte. Nam historia tertii libri eorum, qui vocantur Maccabaici, est prior tempore historiis reliquorum duorum priorum librorum. Hieronymus, ut solet, libere vertit.

MDCCCI. *Victi Iudæi, & XL armatorum ex numero eorum cæsa.*] Nullus hodie auctor extat, apud quem vel minimum hujus gesti vestigium deprehendi possit. Quod si hoc verum est (quod valde mihi suspectum) cur tantæ cladis gentis suæ memoriam silentio præterivit Josephus? Sane hic erat annus, in quo duo memorabilia acciderunt, consilium Ptolemæi Philopatoris de extinguenda Iudæorum Ægyptiensium universa gente, & pugna Cannensis. Græca hujus periochæ non extant. & subolet aliquid κενόθευμα. De Judæis Ægyptiensibus satis nobis exploratum est hic non intelligendum esse, quum, ut diximus, eo anno universa ea gens in Ægypto cædi destinata fuerit. Palæstini Iudæi non potuerunt cum ullo hoste potenti rem habere, præterquam cum rege Syriæ, id est Antiocho magno. At tantum abest, ut armati cum eo acie congressi sint, ut is eos amicos sibi asciverit, ut ex Iosepho patet, & infra ex numero MDCCCVI. Sed vix tandem „
fraudem deprehendimus. Eusebius putavit, Iudæos „
prælio à Philopatore victos, multis milibus amissis, „
in Ierusalem abductis, ut furori Elephantorum obji- „
cerentur. quod profecto vanum esse constat ex iis, „
quæ ex III Maccabaico demonstravimus. verba in- „
tegra ex priore libro Eusebii extant in Chronico „
Casauboni, Olympiadis anno III. Ἰουδαίων ληφθέν- „
των ὑπὸ τούτου τοῦ Πτολεμαίου, καὶ χιλιάδας τεσ- „
σαράκοντα ὁπλιτῶν ἀποβαλομένων, καὶ αἰχμα- „
λώτων ἀχθέντων ἐν Ἱερουσαλὴμ, ἐκ προστάξεως „
αὐτοῦ Πτολεμαίου, &c. lege cætera. Quæ præfecto „
portenta sunt. Nam neque Judæi congressi prælio „
sunt cum Eupatore, neque Iudæi Ierosolymitæ, aut „
Palæstini, sed Iudæi Ægyptienses Elephantis obji- „
ciendi erant. Sed quemadmodũ cur hæc tam aliena à „
fide historiæ prodiderit Eusebius, nescimus, ita neq; „
quare hæc mutilaverit Hieronymus, nobis constat, „
nisi forte, quia cũ veritate historiæ pugnare videbat. „

Ibid. *LX millia armatorum.*] Ita omnes scripti & „
editi. Sed LX pro XL, qui est facilis lapsus, positum „
esse convincitur ex ipsorum Græcorum fide τεσσα- „
ράκοντα χιλιάδας. „

MDCCCIII. *Eratosthenes agnoscitur.*] Hoc anno, qui erat tertius Olympiad. CXLI, Eratosthenes erat annorum LXIII, natus anno primo Olymp. CXXVI, obiit anno primo Olymp. CXLVI, annorum LXXX. & admodum senem obiisse testatur Epigramma. „
Πρηΰτερον γῆράς σε, καὶ οὐ κατὰ νοῦσος ἀμαυρὴ „
Ἔσβεσεν. εὐνήθης δ' ὕπνον ὀφειλόμενον „
Ἄκρα μεριμνήσας Ἐρατόσθενες — „
Apud Suidam: ἐτελεύτησεν π' ἐτῶν γεγονὼς ἀποσχόμενος τροφῆς διὰ τὸ ἀμβλυωττειν. Idem Censo- „
rinus cap. XV. „

MDCCCIV. *Romani Marcello Consule Syracusas capiunt.*] Neque hoc anno, neq; Marcello Consule: sed biennio post; Ap. Claudio Pulchro, Q. Fulvio Flacco III Coss. Contra Silius lib. XIV. Marcellum III Consulem ad „
bellum Syracusanum missum fuisse ita canit: „

„ Tali

„ *Tali Trinacriæ motu, rebusque Sicanis*
„ *Exitio Regis trepidis, sublimis honore*
„ *(Tertio nam Latios renovarat purpura fasces)*
„ *Marcellus classem Zanclais appulit oris.*

MDCCCV. *Romani subigunt Capuam.*] Anno post Syracusas captas, P. Sulpicio Galba, Cn. Fulvio Centumalo Coss. numero MDCCCVI. Sed potest excusari ex Palilibus Varronis. Capuæ omnia jura tunc adempta, postea restituta fuisse annis CLII, postquam capta fuit, C. Julio Cæsare, & M. Bibulo Coss. prodit Velleius Paterculus: hoc est numero Euseb. MDCCCCLVIII, in quem sane illud par Consulum incidit. Sed Cicero in Rullum ait Capuam captam Q. Fabio V. Q. Fulvio IV. Coss. hoc est biennio post. Quod proculdubio falsum.

MDCCCVI. *Antiochus rex Syriæ victo Philopatore Ptolemæo Iudæam sibi sociat.*] Polybius lib. XVI, citante Josepho: τοῦ Σκόπα νικηθέντος ὑπὸ Ἀντιόχου, τὴν μὲν Βατανaίαν, καὶ Σαμάρειαν, καὶ Ἀβιλα, καὶ Γάδαρα παρέλαβεν Ἀντίοχος. μετ' ὀλίγον δὲ προσεχώρησαν αὐτῷ καὶ τῶν Ἰουδαίων οἱ περὶ τὸ ἱερὸν προσαγορευόμενον Ἱεροσόλυμα κατοικοῦντες.

MDCCCVIII. *Lævinus cum Rege Asiæ Attalo amicitiam facit.*] Ap Claudio Pulchro, Q. Fulvio Flacco III Coss. Auctores Livius, & Eutropius; numero MDCCCV, ipso anno, quo Syracusæ captæ. Metachronismus triennii. cujus rei caussa, quod Hieronymus hoc gestum contulerit in annum Consulatus ipsius Lævini. quod etiam manifesto constat ex Mariano Scoto, apud quem hæc perioche refertur sub M. Valerio Lævino, M. Claudio Marcello IV Coss.

MDCCCIX. *ad quem Lacedæmoniorum rex Arius legatos misit.*] Longe fallitur. Nam Onias ille, ad quem Areus rex Lacedæmoniorum legatos misit, erat Ladduæ filius, vixitque sub Seleuco Nicanore, ut à nobis disputatum est, quo tempore Areus ille quoque erat in vivis, & post quem nullus alius postea Areus in familia regia fuit. Omnia, quæ huc pertinent, habes in Canonibus Isagogicis. Itaque vise omnino locum. Est hic metachronismus ut minimum annorum CXL, propter „ ἀνισορησίαν. Sed excusaverit eum Josephus, quem „ sequitur.

MDCCCXIII. *Scipio Iberiæ multas urbes recipit.*] In Græcis Κελτιβηρίας.

MDCCCXIV. *Ptolemæus Epiphanes ann. XXIIII.*] Epiphanio XXII.

MDCCCXV. *Nævius.*] Hieronymus ex Suetonio de Claris Poetis. Si decessit M. Cethego, & P. Tuditano Coss. ut ex veteribus Commentariis relatum est, ejus mors conferenda fuerit in numerum MDCCCCXIII. Itaque metachronismus fuerit biennii. Sed Varro vitam Nævii producit longius. Ideo excusari potest.

MDCCCXVII. *Plautus.*] Hieronymus ex eodem Suetonio.

MDCCCXVIII. *Iuxta Theram.*] Plinius libro secundo, cap. LXXXVII. *Inter Cyclades Olympiadis CXXXV anno quarto, Thera & Therasia: inter easdem post annos CXXX Hiera eademque Automate.* Secundum sententiam Plinii hoc contigerit numero MDCCCCLXXX. Ergo prochronismus est hic annorum XXXVIII. Paulus Orosius sine dubio de hac intelligit libro quarto, cap. XX *In Sicilia tunc Vulcani insula, quæ ante non fuerat, repente in mari edita cum miraculo omnium, usque ad nunc manet.* & quidem quum Consulib. Q. Fabio Labeone, Marco Claudio Marcello hoc contigisse dicat, hoc est numero MDCCCXXXIV, ergo prochronismus fuerit annorum XVI. Sub iisdem quoque Consulibus insulam novam mari ortam scribit Iulius Obsequens. Aliter Livius libro XXXIX, circiter finem. *Sub Coss. Cn. Bæbio Tamphilo, L. Aimilio Paullo, supplicatio extremo anno fuit, prodigiorum caussa, quod sanguinem per biduum pluisse in area Concordiæ satis credebant: nunciatumque erat, haud procul Sicilia insulam, quæ nondum ante fuerat, novam editam mari esse.* Tempus congruit numero MDCCCXXXII. Esset igitur prochronismus annorum XIV. At oraculum, quod otiosi Græculi commenti sunt, dicit tunc eam insulam è mari emersuram, quum victis Pœnis homines deteriores meliorem virum superaverint.

> Ἀλλ' ὁπόταν Τρώων γενεὰ καθύπερθε γένηται
> Φοινίκων ἐν ἀγῶνι, τότ' ἔσεται ἔργα ἄπιστα.
> Πόντος μὲν λάμψει πυρὶ ἀσπέτῳ ἐκ δὲ κεραυνῶν
> Πρηστῆρες μὲν ἄνω διὰ κύματος ἀΐξουσιν
> Ἄμμιγα σὺν πέτραις. ἡ δὲ στηρίξεται αὐτοῦ
> Οὐ φατὸς ἀνθρώποις νῆσος. καὶ χείρονες ἄνδρες
> Χερσὶ βιησάμενοι τὸν κρείσσονα νικήσουσι.

Ego puto legendum κρείσσονες ἄνδρες, & χείρονα νικήσουσιν. ut intelligatur de Romanis, qui Philippum duce Flaminino ad Κυνὸς κεφαλὰς vicerunt numero MDCCCXIX. quod sequutus videtur Eusebius. Uno enim anno tantum discrepatur, qui est prochronismus Varronianarum Palilium. Quod à Iustino confir- „ matur lib. XXX. *Eodem anno* (quo pax cum Philippo „ facta) *inter insulas Theram & Therasiam, medio utriusque* „ *ripæ, & maris spatio, terræ motus fuit. in quo cum admira-* „ *tione navigantium, repente ex profundo cum calidis aquis* „ *insula emersit.* Ubi idem dicitur, quod in illo vatici- „ nio Sibyllino, præsertim illud, *tum calidis aquis.* Pro- „ pheta Sibyllinus: πόντος μὲν λάμψει περὶ ἀσπήτῳ. Pausanias Arcadicis scribit Chryse insula absorpta Hieran extitisse. Λήμνου γὰρ πλεῦν ἀπέχειν οὐ πολὺ Χρυσῆ νῆσος, ἐν ἧ καὶ τῷ Φιλοκτήτῃ γενέσθαι συμφορὰν ἐκ τοῦ ὕδρου φασί. ταύτην κατέλαβεν ὁ κλύδων πᾶσαν ἐς βυθόν. νῆσον δὲ ἄλλην καλουμένην Ἱερὰν ..... τὸν δὲ οὐκ ἦν χρόνον *.

MDCCCXIX. *Antiochus Scopan superat.*] Habes historiam apud Iosephum lib. XII: sed fusius & clarius apud Hieronymum ex Porphyrio in IX Danielis: *Antiochus enim volens Iudæam recuperare, & Syriæ urbes plurimas, Scopam ducem Ptolemæi juxta fontes Iordanis, ubi nunc Paneas condita est, inito certamine, fugavit, & cum decem millibus armatorum obsedit clausum in Sidone. Ob quem liberandum Ptolemæus misit duces inclitos, Aeropum & Menoclem, & Damoxenum Sed obsidionem solvere non potuit: donec fame superatus Scopas manus dedit, & nudus cum sociis dimissus est.*

Ibidem. *Syriæ urbes recepit.*] Hieronymus ibidem; *Quodque ait* COMPORTABIT AGGEREM, *illud significat, quod præsidium Scopæ in arce Ierosolymorum, adnitentibus Iudæis, multo tempore oppugnarit, & ceperit alias urbes, quæ prius à Ptolemæi partibus tenebantur, Syriæ, Ciliciæ, & Lyciæ. Eo enim tempore captæ sunt Aphrodisias, & Solæ, & Zephyrion, Mallos, & Anemurion, & Selinus, & Coracesion, & Corycos, & Andriace, & Limyra, & Patara, & Xanthus, & ad extremum Ephesus, de quibus universis & Græca, & Romana narrat historia.* Ex Porphyrio.

MDCCCXXI. *Romani Græcos liberos esse jusserunt.*] Recte: M. Claudio Marcello, L. Furio Purpureone Coss. anno primo Olymp. CXLVI, spectaculo Isthmiorum, auctoribus Livio, & Plutarcho in Flaminino. Isthmia enim & Nemea bis in Olympiade celebrabantur, primo anno Olympiade, & tertio, sed diversis mensibus. Trieterica enim erant. Quidam veterum, ut Ausonius, & alii, pentaeterica Isthmia & Nemea dicunt fuisse. Nuper etiam quidam docti non veriti sunt ita scribere, quamvis à nobis moniti prudentius sententiam mutassent. Igitur ea, quæ de his ludis diximus, aut accuratius, aut æquiore animo legant. Statium sponsorem dabimus, si nobis, nolunt credere, IV Thebaidos:

> *Quum tristem Hypsipylem ducibus sudatus Achæis*
> *Ludus, & atra sacrum revocat Trieteris Opheltem.*

libro VII.

— *da, parve, tuum Trieteride multa*
Instaurare diem —

MDCCCXXIII. *Antiochus Iudæorum erga se.*] Legendum caput tertium libri XII Originum Iudaicarum Iosephi: ubi multa notabilia huc facientia.

MDCCCXXV. *Post prælium, quo in Thermopylis:*] Bis prælio à Romanis Antiochus victus, fusus, fugatusque: priore ad Thermopylas à M. Acilio Glabrione Consule, numero hoc Eusebiano MDCCCXXV: altero ad Sipylum, & Magnesiam Asiæ, anno sequente, à L. Cornelio Scipione, qui ab hac victoria postea Asiaticus cognominatus. Quare hæc confunduntur. Nam duobus annis gesta, & fœdus cum Antiocho initum anno MDCCCXXV. Sed omittendæ non sunt duæ hallucinationes, quæ Hieronymo inter occupationes maximas obrepserunt, cap. XI. in Danielem. ubi L. Scipionem cognomine Nasicam putat esse eum, qui Antiochum Magnum devicerit: deinde quum scribit hunc Antiochum deletum cum omni exercitu suo adversus Elymæos pugnantem: quod de Epiphane Antiocho, non de hoc, cui Magno cognomen fuit, accipiendum.

,, MDCCCXXVI. *Romani multas colonias deduxerunt.*]
,, Numero MDCCCXXIII, qui est tertius ante hunc, de-
,, ducta est Colonia Puteoli, ut extat in vetustissima
,, Tabula quæ Neapoli in ædibus Gulielmianis asser-
,, vatur.
,, AB. COLONIA DEDUCTA. ANNO. XC.
,, N. FUFIDIO. N. F. M. PULLIO. DUOVIR.
,, P. RUTILIO. CN. MALLIO. COS.
,, Hoc par Consulum congruit numero MDCCCCXII. de
,, quo deductis LXXXIX, relinquetur numerus MDCCC-
,, XXIII, M. Porcio Catone, L. Valerio Flacco Coss.

MDCCCXXVII. *Antiochus in amicitiam.*] Antiochus, quum Ephesi esset, ut scribit Appianus, fama de obitu Ptolemæi Philopatoris falso vulgata, in animo habuit omni celeritate in Ægyptum contendere, ut vacuam aulam invaderet. Interea illi occurrit Ephesi Annibal profugus Carthagine, quem tandiu retinuit specie communicandi cum eo consilii de bello Romanis inferendo, dum rescisceret falsum illum fuisse nuncium de obitu Philopatoris. Antequam igitur bellum palam Romanis indiceret, ad quod & ingenio suopte & Annibalis hortatibus ferebatur, sese adversus finitimorum regum insidias affinitatibus novis munire decrevit. Itaque filiam suam Cleopatram Philopatori uxorem destinat eo ipso anno, qui erat Olympiadis CXLIV. primus, & regni ac vitæ Ptolemæi ultimus. Hæc ex Appiano. Quare metachronismus annorum XIV esset, nisi de tradita Cleopatra loqueretur, quæ, ut in sequentibus videbimus, promissa & pacta fuit Ptolemęo, anno VII regni ejus, tradita autem anno XIV.

Ibid. *& Cleopatra filia sua uxore ei tradita.*] Proxime ostensum est ex Appiano. Hieronymus in cap. XI. Danielis: *Volens Antiochus non solum Syriam, & Ciliciam, & Lyciam, & alias provincias, quæ Ptolemæi fuerant partium, possidere, sed in Aegyptum quoque regnum suum extendere, filiam suam Cleopatram per Euclem Rhodium septimo anno regni adolescenti despondit Ptolemæo, & tertio decimo anno tradidit, data ei dotis nomine omni Cœle Syria, & Iudæa.* Quare recte in hoc tempus conjecta est mentio Cleopatræ in matrimonium traditæ. erat enim annus regni Ptolemæi tertiusdecimus.

Ibid. *Syriam, Phœniciam.*] Quas illi abstulerat. Appianus Syriaco.

MDCCCXXVIII. *Eumeniam in Phrygia condidit.*] Hyllas prius vocatas Eumeniam nominavit. Stephanus: Εὐμένεια πόλις Φρυγίας, Ἀττάλου καλέσαντος ἀπὸ Εὐμένους τοῦ Φιλαδέλφου. ἢ Ὕλλας καλουμένας ὠνόμασεν οὕτως.

MDCCCXXIX. *Secundus liber Maccabæorum.*] Veteres Ecclesiastici scriptores Μακκαβαϊκὰ vocant tres libros, qui primus, secundus, tertius liber Maccabæorum vocantur. & quidem tertius liber continet gesta, quæ priora sunt gestis libri primi. Supra diximus unum tantum Iudam Mattathiæ filium Maccabæum cognominatum fuisse. reliqui fratres ejus singuli suis cognominibus alii ab aliis distincti fuerunt: neque unquam ullus eorum à suis Maccabæus dictus. Tamen omnia, quę gesta sunt pro defensione Ecclesię adversus hostes ejus reges Syriæ & Ægypti, vocata sunt Μακκαβαϊκὰ à veteribus Christianis. Fratres quoque septem, & ipsi etiam Maccabæi. Porro libros Μακκαβαϊκὰ dictos tres numero Origenes ab Hebræis vocatos fuisse scribit Σαρβὴθ σαρβανὲ ἐλ. quæ verba quidem intelligo: sed caussam non capio. & miror Hebræos judicare potuisse de secundo & tertio Maccabæorum, quos nunquam viderunt Hebraice scriptos, quum secundus sit Epitome quinque Græcorum voluminum Iasonis Cyrenæi, ut breviator ipse monet, cap. II. 19. (quo nomine Clemens Stromateo V illum librum τὴν Μακκαβαϊκῶν ἐπιτομὴν vocat.) tertius quoque Græce tantum stilo Alexandrino conscriptus sit: ut mirum sit, si Iudæi Hebraicis titulis libros Græcos inscripserint. Σαρβὴθ igitur, & Σαρβανὲ ἐλ indubitate assequimur esse שְׁעַר בַּיִת & שַׁעַר בְּנֵי אֵל *porta domus, & porta filiorum Dei.* vel potius שָׂרֵי בַיִת & שָׂרֵי בְנֵי אֵל. *Principes familiæ. Principes filiorum Dei.* Scio equidem quam ampullosa, ambitiosa, πομφολυγώδη sunt librorum Iudaicorum lemmata. neque me terrent hæc miracula titulorum. Sed certus sum Iudæos Origeni imposuisse, qui fortasse nunquam legerant illa duo Maccabaica Græca. Nam de priore satis constat aut Hebraice, aut lingua Ierosolymitana ab auctore prius conscriptum, deinde in Græcum sermonem conversum fuisse.

Ibid. *Secundus liber Maccabæorum.*] Longe plura sunt in Græcis Eusebii, quæ in tria verba contraxit Hieronymus.

MDCCCXXX. *Titus Livius Tragœdiarum scriptor.*] Hieronymus à Suetonio de claris Poëtis. Sed gravissimæ ejus occupationes sæpenumero eum à vero abducunt, ut immanes anachronismos committat. Cicero in Bruto scribit primam fabulam Romæ actam fuisse à M. Livio Andronico Poëta, Claudio Centhone Cæci filio, & Tuditano Coss. anno ante natum Ennium, post Romam conditam DXIV. Idem etiam repetitur prima Tusculana. Gellius in Chronologico capite XXI libri XVII refert Livium fabulas Romæ docuisse post Sophoclis & Euripidis mortem annis plus fere CLX, post Menandri mortem circiter LII. Iam Menandri mors contigit numero Eusebiano MDCCXXIV. Adjectis LII, fiet numerus MDCCLXXVI, qui profecto est annus ante natalem Ennii. Itaque hic committitur metachronismus annorum LIV. Et ejuscemodi multa tanto viro excidunt non ab inscitia, sed à properantia, quæ est mater hallucinationum.

Ibid. *T. Livius.*] Μνημονικὸν σφάλμα. Prænomen «
ejus erat *Marcus*, non *Titus*. «

MDCCCXXXI. *Quum ab Antiocho per legatos Annibal reposceretur.*] Non convenit inter scriptores de morte Annibalis, quibusdam illum obiisse narrantibus anno quarto Olympiad. XLVIII, Appio Claudio Pulchro, M. Sempronio Tuditano Coss. aliis, ut Orosio, Q. Fabio Labeone, M. Claudio Marcello Coss. hoc est, anno secundo Olympiadis CXLIX. Corn. Nepos castigatissi- «

,, gatissimus scriptor: *Quibus Consulibus interierit, non* ,, *convenit. Namque Atticus M. Claudio Marcello, & Q. Fa-* ,, *bio Labeone Coss. mortuum in Annali suo scriptum reliquit.* ,, *At Polybius Aemilio Paullo, & Cn. Bæbio Tamphilo. Sulpi-* ,, *cius autem P. Cornelio Cethego, & Bæbio Tamphilo.*

Ibid. *Quum ab Antiocho.*] Ad verbum Hieronymus ex Eutropio, lib. III, qui & eum periisse ait Sp. Postumio Albino, Q. Marcio Philippo Coss. Qui est iste annus ab Hieronymo assignatus MDCCCXXXI.

MDCCCXXXIII. *Simon præpositus Templi.*] Hæc omnis periocha ex III cap. posterioris Maccab.

Ibid. *præpositus Templi Ierosolymorum.*] Libri scripti *Ierosolymarum*. Videtur esse metaplasmus illis temporibus usitatus. ut ἡ Ἱεροσόλυμα. πᾶσα Ἱεροσόλυμα. Matthæi cap. II. 2.

Ibid. *multis ei muneribus repromissis.*] Quod dixi toties, ex properantia contigit multa aliovorsum interpretata esse. Nam vera interpretatio erat, *thesauros Templi pollicitus ei proditurum.* Hæc enim erat præcipua illecebra, qua iste transfuga Apollonium ad vim Iudæis & summo sacerdoti Oniæ faciendam invitabat, direptio sacrorum Templi thesaurorum. At Hieronymus contentus illis solis χρήματα ὑπισχνέμενος, reliqua τὰ καιριώτατα, & sine quibus apud Ducem nefarius iste Simon nihil agebat, omisit.

Ibid. *sacerdotium sibi vindicare capit.*] Nunquam factum. Qui potuit sibi sacerdotium vindicare homo ex non sacerdotali stirpe? Erat enim Benjaminita. Σίμων δέ τις ἐκ τῆς Βενιαμὶν φυλῆς. II Maccab. III. 4. Tantum abest, ut, qui non erat ἐξ ἱερατικῆς γενεᾶς posset esse ἀρχιερεὺς, ut illis temporibus nullus factus fuerit ἀρχιερεὺς, nisi ἐκ τῆς ἀρχιερατικῆς γενεᾶς. Adde, quod caput est, nunquam venisse in mentem Eusebio, ut hoc scriberet. Abest enim hoc comma à Græcis ejus. Quare quum Hieronymus in Epistola liminari dicat se quædam Eusebianis verbis inseruisse, sciat lector candidus, hoc illi infeliciter propter properantiam cessisse. in quibus ista sententia, quam huc infulsit, non postremo loco habenda est.

Ibidem. *Heliodorum mittit ad negotium pervidendum.*] Vide quid properantia facit: πέμπει Ἡλιόδωρον τὸν ἐπὶ τῶν πραγμάτων. Expuncto articulo τὸν, reliquum πέμπει ἐπὶ τῶν πραγμάτων, *mittit ad negotium pervidendum*, vertit. At ὁ ἐπὶ τῶν πραγμάτων est summum officium Palatinum, ut sciunt mediocriter docti, sive Agens in rebus, quod non puto, sive alio modo vertendum est. Aliter dicitur ὁ τὰ βασιλικὰ πράττων in libello Supplice Samaritarum. Deinde πέμπει ἐπὶ τῶν πραγμάτων non est Græcum. ἐπὶ τὰ πράγματα Græci dicunt.

Ibid. *inique judicans, & multa perperam gerens.*] Hæc ab Hieronymo sunt. non enim extant in Græcis. Sed illud *perperam gerens* ex illo κενὸς manavit.

Ibid. *divinis adversum se signis deterretur.*] θείαις μάστιξι παιδευθεὶς κενὸς ἐπανῆλθεν. *divinitus plagis castigatus re infecta abiit.* Quas θείας μάστιγας vocat, cognosces ex eodem cap. 26, 27. Sed mirum κενὸς converti, *perperam agens.* Hæc omnia nos attribuimus nimiæ celeritati, quod non ipse scriberet, sed notario, ut ipse testatur, dictaret.

Ibid. *Onias autem Sacerdos curaverat.*] Hoc non legitur in dicto cap. III. posterioris Maccabæorum. & mirum unde habuit Eusebius. Nam ea historia nusquam, nisi in eodem capite, & sequenti, extat. neque Josephus ejus meminit: neque verum putamus.

MDCCCXXXVI. *Hyrcanus Iosephi Iudæi ducis filius.*] στρατηγὸν etiam hunc Iosephum vocant Græca Eusebii. Sed hoc perperam, ut alia, Eusebio excidit. Non enim στρατηγὸς τῶν Ἰουδαίων, ut ipse putat, sed πλωνάρχης πάσης τῆς Συρίας, *manceps vectigalium totius Syriæ* à Rege Ptolemæo constitutus est. Nam quantum differunt στρατηγὸς & πλωνάρχης, quis non videt?

Ibid. *ducis Iudææ.*] At Eusebius ducis Iudæorum. Quæ duo, si quis λεπτολογεῖν vellet, inter se differre, probari potest. Sed hæc sunt puerilia.

Ibid. *magnarum calamitatum Iudææ genti caussa extiterunt.*] Josephus: ἀποθανόντος δὲ Ἰωσήπου, τὸν λαὸν συνέβη στασιάσαι διὰ τοὺς παῖδας αὐτοῦ. Τῶν γὰρ πρεσβυτέρων πόλεμον ἐξενεγκαμένων πρὸς Ὑρκανὸν, ὃς ἦν νεώτατος τῶν Ἰωσήπου τέκνων, διέστη τὸ πλῆθος. καὶ οἱ μὲν πλείους τοῖς πρεσβυτέροις συνεμάχουν, καὶ ὁ ἀρχιερεὺς Σίμων διὰ τὴν συγγένειαν.

MDCCCXXXVIII. *Ptolemæus Philometor.*] Initium hujus Regis congruit anno Nabonassari DLXVIII. hoc est numero MDCCCXXXVI. Biennii metachronismus. Meminit epochæ Philometoris Ptolemæus in maximo opere. Male Epiphanio dicitur Φιλοπάτωρ ἄλλος, & ei attribuuntur anni XXXIV.

Ibid. *Quidam Mediolanensem faciunt.*] Fuit Insuber, ut ipsemet ait. Mediolanum vero Metropolis Insubrium.

MDCCCXLI. *Macedonum Perses.*] Ita Græci, Περσεὺς, potius quam Πέρσης. Dexippus quoque in priore libro horum Chronicorum nunc Περσέα, nunc Πέρσην vocat. Sic Ἀχίλλης, Ὀδύσσης Æolibus est, qui aliis Ἀχιλλεὺς, Ὀδυσσεύς. Miro autem loquendi genere *Rex Perses* Cornelio Nepoti dicitur, pro *Rege Persarum*, in Alcibiade: *Sed videbat id sine rege Perse non posse fieri.* βασιλεὺς Πέρσης, ἀντὶ τοῦ βασιλεὺς Περσῶν, ut quilibet rex Persarum dicatur rex Perses, & Rex Perses sit ultimus rex Macedoniæ. quod mirum. Hic rex Macedonum ultimus Romanis *Perses* dictus, tamquam Πέρσης vocatus fuerit. Sed si vere Πέρσης dictus fuisset, propius erat, ut ab eorum temporum æqualibus *Persa*, quam *Perses* diceretur. Constat enim hominem ex Perside Πέρσην dici, & Latini *Persam*. Sic Poeta Græcus, quisquis is fuit, unde Plautus Persam fabulam suam vertit, sine ullo dubio Πέρσην inscripserat illam, & recte Plautus vertit *Persam*. Ibi enim Parasitus pro homine Persa inducitur. At omnes editiones præ se ferunt Persam Virginem filiam Parasiti vocatam fuisse. Tollatur ergo delirium. Nam Persa est nomen gentilitium virile, non femininum. Quum igitur *Persa* pro *Perses* diceretur à priscis Latinis, aio & hunc regem vulgo illis temporibus *Persam*, deinde græcissantibus Romanis *Persen* dictum fuisse. Val. Maximus libro primo, cap. V. 3. *Quid illud, quod L. Paullo Consuli evenit, quam memorabile? Quum ei sorte evenisset, ut bellum cum Rege Perse gereret, & domum è curia regressus filiolam suam nomine Tertiam, quæ tum erat admodum parvula, osculatus tristem animadverteret, interrogavit, quid ita eo vultu esset? quæ respondit, Persam periisse. Decesserat autem catellus, quem puella in delitiis habuerat, nomine Persa. Arripuit autem omen Paullus, exque fortuito dicto quasi spem certam clarissimi triumphi animo præsumpsit.* Eandem historiam refert Cic. primo de Divinat. unde sine dubio Val. Max. illa descripsit. Vide hic duo indubitata, τὸ Περσέα temporibus ipsius Regis *Persam* à Romanis dictum, *Persen* vero sæculo Valerii: & præterea catellum non catellam, Persam dici. quo minus apud Plautum PERSA Virgo in Dramatis personis

poni

poni debuit. Sed, ut obiter hoc moneam, an ex dignitate linguæ Latinæ sit, *canem decedere*, ut de homine, viderint purioris sermonis observatores. Equidem multa notavi apud Val. Maximum non bene Latina, multa etiam inepte affectata, optimum alioqui, & utilissimum scriptorem, & quem extare plurimum reip. literariæ refert.

Ibid. *Macedonum Perses.*] Livius ait iniisse regnum L. Manlio Acidino, Q. Fulvio Coss. numero Eusebiano MDCCCXXXVIII. Proinde metachronismus fuerit solidi triennii. Sed vide de hoc in Isagogicis Canonibus.

Ibid. *ann.* X.] Livius annos XI.

Ibid. *Aristobulus natione Iudæus.*] Anatolius Alexandrinus: ἀμφοτέρων Ἀγαθοβούλου τοῦ ἐπίκλην Διδασκάλου, καὶ Ἀριστοβούλου τοῦ ἀπὸ Πανεάδος, ὃς ἐν τοῖς ἑβδομήκοντα καταλεγμένος τοῖς τὰς ἱερὰς καὶ θείας Ἑβραίων ἑρμηνεύσασι γραφὰς Πτολεμαίῳ τῷ Φιλαδέλφῳ, καὶ τῷ τούτου πατρὶ, καὶ βίβλους ἐξηγητικὰς τοῦ Μωσέως νόμου τοῖς αὐτοῖς προσεφώνησε βασιλεῦσι. Vide quam iniqui sint hodierni Censores erga eos, qui aliquid humanitus peccant, quum in illis vetustissimis Scriptoribus tot hallucinationes, ἀναχρονισμοὺς, ἀνιστορησίας deprehendamus. Dicit sine ullo auctore hunc Aristobulum Peripateticum Iudæum fuisse in LXXII interpretibus legis: deinde Ptolemæo tam Lagidæ, quam ejus filio Philadelpho interpretatum Biblia; hoc est LXXII interpretes sub utroque Ptolemæo legem vertisse. Pro Colophone adjicit Commentarios suos in legem Mosaicam Philadelpho dedicasse, quum is fuerit Philometor, etiam teste ipso Aristobulo, cujus alibi verba produximus. Clemens Stromateo primo: Ἀριστόβουλος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς τὸν Φιλομήτορα &c. Mira vero ἀναλογία ejusdem Scriptoris Stromateo quinto: Ἀριστοβούλῳ δὲ τῷ κατὰ Πτολεμαῖον γεγονότι τὸν Φιλάδελφον, οὗ μέμνηται ὁ συντάξάμενος τὴν τῶν Μακκαβαϊκῶν ἐπιτομήν. Ubi duo errores. Prior, quod pro Philometore Philadelphum ponit, ut Anatolius. alter, quod Aristobulum hunc eundem facit cum eo, cujus mentio posterioris Maccabæorum capite primo, commate decimo. Cujus culpæ affinis etiam Eusebius VIII. προπαρασκευ. οὗτος δὲ (Aristobulus) ἦν αὐτὸς, οὗ καὶ ἡ δευτέρα τῶν Μακκαβαίων ἐν ἀρχῇ τῆς βίβλου μνημονεύει. Verba ex Epitome Maccabaica: ἔτους ἑκατοστοῦ ὀγδοηκοστοῦ, καὶ ὀγδόου, καὶ οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ ἡ γερουσία, καὶ Ἰούδας Ἀριστοβούλῳ διδασκάλῳ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως, ὄντι δὲ ἀπὸ τοῦ τῶν χριστῶν ἱερέων γένους. Ut Æra Seleucidarum indicat, is erat numerus Eusebianus MDCCCXCII, annis XLI post hoc tempus. Ἀγαθόβουλος cognomine Διδάσκαλος, cujus meminit Anatolius, an propterea dictus, quod alicujus Regis doctor fuerit, hoc vero esset divinare.

MDCCCXLII. *Antiochus Epiphanes.*] Annus primus Epiphanis est CXXXVII Seleucidarum, ex prioris Maccabæorum cap. primo. Sed meminerimus ejus, quod non semel diximus, Iudæos à Nisan incipere annos Seleucidarum, sex solidis mensibus ante Antiochenses. Ideo videntur uno anno anticipare illos, quia incipiunt annum, verbi gratia, CXXXVII, quum tamen Antiochensibus is adhuc esset CXXXVI. Antiochenses sequitur Eusebius, ut mihi videtur. Judæis cum Antiochenis convenit in ratione annorum Seleucidarum, à Tisri, ad Nisan. à Nisan autem, ad Tisri, Judæi anteveniunt epocham Antiochenam solido semestri intervallo, ut toties diximus.

MDCCCXLV. *Antiochus Epiphanes, quum de regione.*] Diversa gesta & tempora in unum confundit. Res ita habet: Mortuo Seleuco, cui successit Antiochus Epiphanes, Jason Oniæ summi Pontificis frater Regem novum adiit, à quo quum trecentis talentis Pontificatum emisset, reversus Ierosolyma, pulso legitimo Pontifice Onia fratre suo, ritus Græcorum, Panegyres, & gymnasia in urbem introduxit, anno primo Antiochi Epiphanis, numero MDCCCXLI. postea Tyrum & Ierosolyma proficiscitur. Triennio hinc, numero autem MDCCCXLIV, Jasone longe impurior & nequior frater ejus Menelaus missus cum pecunia & donis ad Antiochum cauponatur & ipse Pontificatum à Rege duplo tanto, quam Jason antea emerat. Ita Jason iisdem artibus Pontificatum ac imisit, quibus fratrē Oniam eo circumscripserat. quod accidit anno Seleucidarum CXL, Antiochi autem quarto. Triennio post, numero MDCCCXLVII, qui erat III Olympiadis CLII, Seleucidarum CXLIII, Rex in Ægyptum expeditionem suscipit, undè jussu Senatus per legatum C. Popilium migrare coactus venit Ierosolyma; ubi multa crudeliter gessit, Templum spoliavit, & cætera. Itaque videmus quam falso prodiderit Eusebius Antiochum, quum Ierosolyma venisset, Pontificatum tradidisse. A tradito enim Pontificatu, ad jussum C. Popilii legati, intercedunt anni septem.

Ibid. *quum de regione Ptolemæorum.*] Historiam plane exponit ex Sutorio Callinico Porphyrius apud Hieronym. cap. XI. Danielis.

Ibid. *qui & Iason.*] Ita emendavimus ex veteribus libris, ubi legitur, *cui & Iasoni.* Tres fratres fuerunt, Onias Alcimus maximus natu, secundus Jesus, qui Jason, tertius maximo cognominis Onias, qui & Menelaus. Hi tres Pontifices maximi fuerunt. sed medius maximum, medium minimus Menelaus sacerdotio circumscripsit. καὶ εἰς τοὺς τρεῖς περιῆλθεν ἡ ἀρχιερωσύνη. Josephus.

MDCCCXLIX. *Antiochus Iudæorum legem impugnat.*] Hæc est vere satira lanx. Multa enim, & varia, diversorumque temporum continet. Sed Græca Eusebiana misere mutilata sunt.

Ibid. *omnem eorum provinciam.*] In Græco fuerat χώραν. Itaque *regionem* vertendum erat. Hæc quidem bene ad annum primum Olympiad. CXII. referuntur. Pollutio enim templi contigit anno Seleucidarum CXLV, numero Eusebiano MDCCCXLIX.

Ibid. *Postea vero Ierosolyma ascendens.*] ὕστερον πρότερον. Biennio ante Antiochus Ægypto rediens Ierosolyma venit, Templum spoliavit, & onustus præda hinc discessit, quo postea nunquam rediit. Itaque hoc pertinet ad numerum MDCCCXLVII.

Ibid. *vasa Dei vastat.*] Non dubito in Græco fuisse πορθεῖ. Hoc enim non solum vastare, sed & vi rapere significat. Suidas: πορθήσειας, ἕλοις, λάβοις.

Ibid. *Et in Templo Iovis Olympii.*] Hæc pertinent ad præsentem numerum. quæ ipse biennio disjuncta in unum tempus coëgit.

Ibid. *Iovis peregrini delubrum ædificavit.*] Ξενίου Διὸς vertendum erat *Iovis Hospitalis*, ut recte habet editio vulgaris Epitomæ Maccabæorum cap. VI. 2. Sed nequaquam verum est ullum delubrum Iovis in vertice montis Garizim ab Antiocho ædificatum: imo Templum Samaritarum à Sanbellete & ejus genero Manasse olim constructum ita vocari jussisse. Auctor Epitomæ Maccabaicæ VI, 2. Samaritæ ipsi in sua Epistola ad Antiochum à Rege poscunt, ut Templum in monte Garizim constructum vocetur Διὸς Ἑλληνίου, non autem, quod hic legitur, ut aliud Templum construeretur,

tur, cui nomen poneretur Διὸς ξενίου. Certe hic est discrepantia inter libellum supplicem Samaritarum, & breviatorem Jasonis Cyrenæi, illis Διὸς Ἑλληνίου, hoc Διὸς ξενίου scribente. Ipsis Samaritis de se ipsis, an breviatori illi melius credendum sit, viderint, qui omnia in dubium revocare solent.

Ibid. *ipsis Samaritanis, ut hoc faceret, precantibus.*] Samaritani in Epistola supplice: ἀξιοῦμεν οὖν σε τὸν εὐεργέτην καὶ σωτῆρα προστάξαι Ἀπολλωνίῳ τῷ μεριδάρχῃ, καὶ Νικάνορι τῷ βασιλικὰ πράττοντι μηδὲν ἡμῖν ἐνοχλεῖν προσάπτουσι τὰς τῶν Ἰουδαίων αἰτίας ἡμῶν καὶ τῷ γένει καὶ τοῖς ἔθεσιν ἀλλοτρίων ὑπαρχόντων, προσαγορευθῆναι δὲ τὸ ἀνώνυμον ἱερὸν Διὸς Ἑλληνίου. Rex Antiochus in Rescripto: καὶ τὸ παρ' αὐτοῖς ἱερὸν, καθάπερ ἠξιώκασι, προσαγορευθήτω Διὸς Ἑλληνίου.

Ibid. *filius Asamonei ex vico Moddim.*] Non ex vico Modiim, imo genere & domo Jerosolymita, sed vici Modiim inquilinus. Eo enim secesserat, Antiocho, & ejus ministris urbem populantibus. Josephus: κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἦν τις οἰκῶν ἐν Μωδεεὶμ κώμῃ τῆς Ἰουδαίας ὄνομα Ματθίας, υἱὸς Ἰωάννου τοῦ Συμεῶνος τοῦ Ἀσαμωναίου, ἱερεὺς, ἐξ ἐφημερίας Ἰωαρίβου, Ἱεροσολυμίτης. Idem invenies prioris Maccabaici cap. II, 1.

Ibid. *ex vico Moddim.*] Græci per simplex δ. Μωδεείν. & ita scribendum ratio nominis Hebraici postulat מודיעים.

Ibid. *leges patrias vindicavit Olympiade* CLIII.] Mattathias fugiens in vicum Modiim & in montana cum parva manu Iudæorum, & filiis suis, sese & suos à violentia ministrorum Antiochi vindicavit, & postquam annum populo præfuisset, obiit anno Seleucidarum CXLVI, numero MDCCCL. I Maccab. II, 70. Joseph. 367.

Ibid. *Ennius Poëta.*] Hieronymus hæc à Suetonio. Ennius vero obiit Q. Marcio Philippo II. Cn. Servilio Cæpione Coss. annorum septuaginta: numero MDCCCXLVIII. Auctor Cicero de Senectute. Natus est enim numero MDCCLXXVIII. Mortuus annorum LXX. Ratio igitur exigit, ut mortuus sit numero MDCCCXLVIII. ut taceam Consules, qui illi numero congruunt, non autem numero MDCCCXLIX.

Ibid. *Ossa ejus Rudiam.*] Ita PET. & BONG. Non *Rodiam*, aut *Rhodiam*, ut alii. quanquam Ροδαίων, vel potius Ροδιῶν πόλιν vocat Strabo. ἀπὸ Ροδαίων (Ροδιῶν) πόλεως Ἑλληνίδος, ἐξ ἧς ἦν ὁ ποιητὴς Ἔννιος. Itaque plurali numero Ροδίας vocat, ut meliores scriptores, Silius, & alii. Hic numero singulari, ut in aliis factum est. Sed & Ρόδην vocat Stephanus. In libro de Limitibus agrorum mentio est *Rodini* agri pro *Rudini*. Itaque sive *Rodiam*, ut FRE. sive *Rudiam*
,, legas, haud magni interest. Sane Ausonius Ennium
,, Rudinum dicit.

Ibid. *Macedonum regnum defecit.*] Recte, eodem anno sive numero MDCCCXLIX. Nam cladem Persei antecessit defectio Lunaris, die XXII Junii, sequente XXIII, numero aureo V, Cyclo Solari X.

MDCCCLII. *Romani interfecto Perse.*] Quomodo interfectus, qui ductus est in triumphum, & in carcere Albano diu vixit inter custodias, ibique pædore, illuvie, fame periit? Præter alios Tzetzes:

Περσεὺς ὁ φιλοχρήματος, τῶν Μακεδόνων ἄναξ,
συμμάχους ἀπεπέμψατο σοργῇ τῇ τῶν χρημάτων.
αἰχμάλωτος εἰς Ῥώμην δὲ σὺν τούτοις ἀπηγμένος
αὐτὸς ὡς χεῖρος ἐνεργηθεὶς σιτίων ζοφώδει θνήσκει.

Ibid. *Macedonas, Illyricos, & Galatas liberos esse jusserunt.*] Ex istis cuispiam suspicari posset, imo cogetur credere, Illyrios, & Galatas in potestate Persei fuisse, perinde ac Macedonas, & victo Perseo, eos liberos à Romanis declaratos. Certe de Illyriis falsum est, quum eodem anno, statim post triumphum Æmilii Paulli de illis triumphatum sit ab Anitio Gallo Prætore, & in provinciam redacti fuerint; rege eorum Gentio in triumphum ducto. De Galatis vero merum delirium. De Macedonibus, certum est, eos victo Perseo, liberos mansisse, donec victo Pseudo-Philippo, in formam provinciæ redacti sunt.

MDCCCLIII. *Iudæorum dux Iuda, qui & Maccabæus.*] Veteres Ecclesiastici, ut non semel diximus, Maccabæos non Judam solum, sed multos alios vocarunt. Eusebius omnes Hasamonæos, id est omnem progeniem Mattathiæ Hasamonæi, vocat Maccabæos lib. VIII. ἀποδείξ. 247. μάρτυς δὲ ἀξιόχρεως τούτων ὁ ἐξ αὐτῶν Ἑβραίων Ἰώσηπος ὧδέ πως ἱστορῶν τὰ κατὰ τοὺς χρόνους ἐν ὀκτωκαιδεκάτῳ (imo εἰκοστῷ) τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας. Τὴν δὲ βασιλείαν Ἡρώδης παρὰ Ῥωμαίων ἐγχειρισθεὶς οὐκέτι τοὺς ἐκ τοῦ Ἀσαμωναίου γένους (οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ καλούμενοι Μακκαβαῖοι) καθίστησιν ἀρχιερεῖς. Verba illa οὗτοι δὲ &c. sunt Eusebii, non Josephi. Maccabæi igitur dicti omnes Asamonæi usque ad Aristobulum fratrem τῆς Μαριάμμης uxoris Herodis. Maccabæi etiam dicti septem fratres propter verum cultum à satellitibus Antiochi excarnificati: de quibus in Epitoma Jasonis Cyrenæi. Itaque omnes, qui ob legis observationem excruciati, cæsi, & male tractati sunt, à veterbus Christianis dicuntur Maccabæi: ut qui propter Christum, dicti Martyres. Isidorus Pelusiota epistola V, lib. III. διὸ καὶ τοῖς βασανισθεῖσι τοὔνομα ἐξενίκησε. Μακκαβαῖοι γὰρ ἐκλήθησαν καὶ οἱ ἐν τοῖς Μακκαβαϊκοῖς χρόνοις τὰ ἀνήκεστα ὑπομεμενηκότες, καὶ μὴ ἐξομοσάμενοι τοὺς πατρῴους νόμους. Recte. Sed illud nemini probabit: Μακκαβαῖος γὰρ ἑρμηνεύεται, οἱονεὶ παρὰ Πέρσαις, κοίρανος, τουτ' ἔστι δεσπότης.

Ibid. *Iudæorum dux Iuda.*] Iste est annus post expiatum Templum.

Ibid. *Olympiade* CLIV.] Imo, ut diximus, anno antecedente expiavit templum, qui erat quartus Olympiadis CLIII.

MDCCCLVI. *Menelao Pontifice.*] Joseph. lib. XII, cap. XV. 375.

Ibid. *Alcimus.*] Ἄλκιμος, ὁ καὶ Ἰάκειμος. Josephus. Junior autem Antiochus est ὁ Εὐπάτωρ, filius τοῦ Ἐπιφανοῦς.

Ibid. *alienus à genere sacerdotali.*] Et Græca quoque, οὐκ ὄντος ἐκ γένους ἱερατικοῦ. Imo erat ἐκ γένους ἱερατικοῦ, sed non ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ. XXIV familiæ erant ἐκ γένους ἱερατικοῦ, unica ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ. γένος ἀρχιερατικὸν est, quando παῖς παρὰ πατρὸς, aut ἔκγονος παρὰ πάππου τὴν ἀρχιερωσύνην διαδέχεται, idque à Phinees, usque ad nepotes Aaronis. Cæterum XXIV Stationes erant quidem οἴκου Ἀαρὼν, & adnati generi Pontificali: sed non ex successione Pontificatus. Itaque vitio non caret hoc genus loquendi, οὐκ ὄντος ἐκ γένους ἱερατικοῦ, ἀντὶ τοῦ ἀρχιερατικοῦ. Josephus 375, de hoc ipso Onia loquens; ἰδὼν, ὅτι τὸν θεῖον αὐτοῦ Μενέλαον

λαον ὁ βασιλεὺς ἀνελὼν τ̃ ἀρχιερωσύνην Ἀλκίμῳ δέδωκεν ἐκ ὄντι τ̃ ἀρχιερέων γενεᾶς. Hæc & ſequentia verba quum exſcriberet Euſebius, tamen oblitus ſui ἀρχιερατικοῦ γένους omiſit, & pro eo ἱερατικοῦ poſuit. quod non magis poſſumus tueri, quam eum, qui genus ſacerdotale pro Pontificali dixerit,& maximam abſurditatem cum obſcuritate invexerit.

Ibid. *ambitione pontificatum invadit.*] Græca: ἐκ περιδρομῆς. Sic Gloſſæ: περιδρομὴ, *ambitus.*

Ibidem. *in Heliopolitano agro.*] Ἡλιοπολίτῃ νομῷ, *præfectura.* Eo tranſtulit Onias aliquot millia Iudæorum, qui dicebantur οἱ τὴν Ονίου χώραν οἰκοῦντες Ἰουδαῖοι. Ioſephus lib.XIV, cap.XIV. 425. ἐκεκώλυον οἱ Ἰουδαῖοι Αἰγύπτιοι, οἱ τὴν Ονίου λεγομένην χώραν κατοικοῦντες.

Ibid. *in Heliopolitano agro.*] Fortaſſe ἡλιουπολίτην νομὸν elegit, quia apud Eſaiam, quem de hoc Templo prophetaſſe hariolabatur, mentio quoque fit τ̃ ἡλίου πόλεως. cap. XIX, 18. Sed pro חֶרֶס Sol, quidam legunt הֶרֶס deſtructionem. Itaque utrique lectioni lepide occurrit Paraphraſtes Chaldæus, qui vertit, *urbs Solis, quæ deſtruetur.*

„Ibid. *civitatem ſui nominis.*] in Græcis πολίχνην „τοῖς Ἱεροσολύμοις ἀπεικασμένην.

Ibid. *Templo ad ſimilitudinem templi patrii conſtructo.*] Conſtructum fuit eodem tempore, quo Alexander Antiochi Epiphanis filius bello fratrem Demetrium laceſſivit, ut ſcribit Ioſephus, anno Seleucidarum CLX, numero MDCCCLXIV. Dirutum eſt anno Chriſti LXX, numero MMLXXXVI, poſt excidium Ieroſolymorum. Stetit igitur annis CCXII. Hinc arguitur ingens hallucinatio Ioſephi. qui, poſtquam obſtructum fuit à Paulino præfecto (neq; multo poſt dirutum) ab ejus conditu, ad illam diem, putat annos CCCXLIII. χρόνος ἦν εἰς τὴν ἀπόκλεισιν ὁ ναοῦ γεγονὼς ἀπὸ τ̃ κατασκευῆς, ἔτη τρία καὶ τεσσαράκοντα καὶ τριακόσια. In hoc autem loco Euſebii eſt prochroniſmus annorum octo. Hieronymus in caput IX Danielis, de hoc Templo, *quod permanſit uſque ad imperium Veſpaſiani annis trecentis quinquaginta.* Septem annis plus dicit, quam Ioſephus, ipſe autem Ioſephus XXI plus juſto. XXVIII igitur annis plus dicit Hieronymus.

Ibid. *Alcimus vero adverſum Iudam.*] περὶ θεηλάτου θανάτου hujus hominis nequam, vide Joſephum lib. XII, cap. XVIII, 378, 8.

MDCCCLIX. *P. Terentius.*] Hieronymus ex Suetonio. Obiit Terentius Cn. Cornelio Dolabella, M. Fulvio Nobiliore Coſſ. numero MDCCCLVIII. Metachroniſmus unius anni. Verſus Porcii Licini veteris Poëtæ, quos Suetonius in vita Terentii de ejus morte producit, huc apponam, ut caſtigatiores legantur hic, quam vulgo in editionibus:

> *Dum laſciviam nobilium & fucoſas laudes petit,*
> *Dum Africani vocem divinam inhiat avidis auribus,*
> *Dum ad Furi ſe cœnitare & Lælii pulchrum putat,*
> *Dum ſe amari ab hiſce credit, crebro in Albanum rapi:*
> *Ipſus, ſublatis ibus, ad ſummam inopiam redactus eſt.*
> *Itaque è conſpectu omnium abit in Græciam terram ultimam.*
> *Mortuus eſt in Stymphalo Arcadiæ oppido. Nihil Poblius*
> *Scipio profuit, nihil eii Lælius, nihil Furius,*
> *Tres per idem tempus qui agitabant homines facillume.*
> *Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam,*
> *Saltim, ut eſſet qui referret obitum domini, ſervolum.*

Peſſime vulgo habiti ſunt hi verſus, & pejus intelliguntur. Emenda etiam longe vitioſiores Valgii verſus in Auctione.

> *Hæ, quæ vocantur fabulæ Terentii,*
> *Non has, qui jura Poblius gentibus dabat*
> *Honore ſummo affectus, fecit fabulas?*

Ex duabus extremis vocibus duorum priorum verſuum temere conjunctis *terentigentibus*, portentum conflaverunt *recenſentibus.*

Ibid. *Cæcilio multum ſe miranti.*] Ex hoc loco Hieronymi admonemur corrigendum in vita Terentii *Cæcilio, & Cæcilii*, pro *Cerio, & Cerii.* Vita illa Terentii ſcripta eſt à Suetonio, ut ſtilus indicat etiam mediocriter in Suetonii ſcriptis verſato, uſque ad illa verba: HACTENUS SUETONIUS. Reliqua extrema ſunt commentatoris, ſive is Aſper, ſive Probus, ſive Donatus eſt. Et mirum hoc non oboluiſſe doctis viris.

MDCCCLX. *Iuda adverſum Demetrii duces inito prælio occiditur.*] Multum in his Haſmonæis hallucinatus eſt Euſebius. Iuda interfectus eſt menſe Niſan anni Seleucidarum CLII. I Maccab. cap. IX, 3. hoc eſt ſecundum Antiochenos, menſe ſeptimo anni CLI, numero MDCCCLVI, in cujus autumno ſecundum Antiochenos inivit annus CLII. Mattathias vero pater Maccabæi anno Seleucidarum CXLV. Sex igitur anni cum ſemiſſe interſunt inter obitū Mattathiæ, & cædem Iudæ. Quum igitur Pontificatum obtinuerit annos III duntaxat, interſunt III anni cum ſemiſſe inter obitum Mattathiæ, & Pontificatum Iudæ. Itaque totum triennium, quod ejus ſummo ſacerdotio attribuit Euſebius, eſt poſt mortem Iudæ, & tot annorum metachroniſmus commiſſus eſt.

Ibid. *Iudæorum dux Ionathas.*] Ionathan quatuor annis poſt Iudæ fratris cædem, renunciatur ſummus Sacerdos atque Ethnarcha Iudæorum. Quare tempus convenit, ſed aliter ac voluit Euſebius. Nam ipſe ſtatim poſt cædem Maccabæi vult fratrem ei in ethnarchia & Sacerdotio ſucceſſiſſe: & quia triennium cum ſemiſſe perperam ab eo interjectum eſt inter cædem Iudæ & ſacerdotium Ionathæ, ideo compenſatum eſt tempus, quod abſtulit poſt mortem Iudæ, & quod ipſius Iudæ Pontificatui attribuit. Diximus enim Iudam cæſum numero MDCCCLVI. Quatuor anni interſunt ad Sacerdotium Ionathæ. At illos IV annos adhuc viventi Iudæ aſſignat Euſebius. Ita quanquam fallitur in annis Iudæ, tamen caſu, non conſilio, incidit in veram epocham Pontificatus Ionathæ.

MDCCCLXI. *Ariſtarchus Grammaticus.*] Suidas: Ἀρίσταρχος Ἀλεξανδρεὺς. θέσει, τῇ δὲ φύσει Σαμόθραξ, πατρὸς Ἀριστάρχου. γέγονε δὲ κατὰ τ̃ ρνς. Ολυμπιάδα. Convenit. Nam ibi γέγονεν, eſt ἤκμαζε. Tam hic, quam apud Suidam, eſt Olympias CLVI.

MDCCCLXII. *Iudæorum dux Ionathas.*] Iam ſupra diſcuſſimus, id accidiſſe anno quarto poſtquam interfectus eſt Iudas; numero MDCCCLX. Itaque ubi Euſebius inſtituit initium ducatus Ionathæ, ille eſt annus primus Pontificatus ejus: annus autem primus ducatus eſt is, in quo Iudas interfectus, MCCCLVI. Quare hic eſt metachroniſmus biennii.

MDCCCLXIII. *Pacuvius Brunduſinus.*] Hieronymus ex Suetonio.

MDCCCLXV. *Pſeudophilippus.*] Bellum tertium Macedonicum motum ab Andriſco, qui ſe filium Perſei ultimi regis Macedonum mentiebatur, inivit Sp. Poſtumio Albino Magno, D. Calpurnio Piſone Cæſonino Coſſ. numero MDCCCLXIX. Integræ Olympiadis prochroniſmus. Porphyrius aſſignat annum tertium " Olympiadis LVII, numero MDCCCLXVII. biennio " minus, quam Annales Romani, biennio amplius, " quam

quam Eusebius. Hic Andriscus, cæso cum exercitu M. Iuventio Prætore, tandem à Q. Cæcilio Metello victus atque in triumphum ductus. Interjecto quadriennio, alius, qui mentitus nomen Persei regnum Macedoniæ invaserat, à L. Tremellio Quæstore profligatus est.

MDCCCLXVII. *Asia & Syria Alexander.*] Quibusdam dicitur Ἀλέξανδρος ὁ Βαλᾶ, *filius Bala*. aliis ὁ Βαλᾶς. Iosepho 390, ὁ Βάλλης.

Ibid. *ann.* x. *mens.* VII.] Iosephus 390, attribuit tantum annos V, nisi sit mendum.

Ibib. *Alexander Antiochi.*] Duplex error, ἀναχρονισμὸς, καὶ ἀνισορησία. Anachronismus, quod quum hoc acciderit quatuor annis post Iudæ cædem, ipse undecim annis posterius hoc gestum faciat. ἀνισορησία, quod alio tempore pontificatum inivisse Ionatham, alio coronam illi à Rege Alexandro oblatam existimat. Atqui post epistolam à Rege cum corona acceptam, tunc primum pallam sacerdotalem induit. Iosephus 385, apponit epistolam Regis. Βασιλεὺς Ἀλέξανδρος Ἰωνάθῃ τῷ ἀδελφῷ χαίρειν. τὴν μὲν ἀνδρείαν σου καὶ πίστιν ἀκηκόαμεν πάλαι, καὶ διὰ τοῦτο πεπόμφαμεν πρὸς σὲ περὶ φιλίας καὶ συμμαχίας. χειροτονοῦμεν δέ σε σήμερον ἀρχιερέα τῶν Ἰουδαίων, καὶ φίλον ἐμὸν καλεῖσθαι. ἀπέσταλκα δέ σοι δωρεὰς, στολὴν πορφυρᾶν, καὶ στέφανον χρύσεον. καὶ παρακαλῶ τιμηθέντα ὑφ' ἡμῶν ὅμοιον γίνεσθαι περὶ ἡμᾶς. Vides mitti stolam purpuream, qualem gestabant amici regum Macedonum, ob id Purpurati dicti, item coronam. quod tangit hic Eusebius. Nunc videamus verba Iosephi, ex quibus paret ad eam diem, à morte Iudæ, Pontificem nullum fuisse, cumque annum quartum absolutum esse, post cædem Iudæ. δεξάμενος δὲ τὴν ἐπιστολὴν ὁ Ἰωνάθης ἐνδύεται μὲν τὴν ἀρχιερατικὴν στολὴν, τῆς σκηνοπηγίας ἐνστάσης, μετὰ ἔτη τέσσαρα, ἢ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἰούδαν ἀποθανεῖν. Coronam igitur una cum Sacerdotio accepit annis IV post cędem fratris, numero MDCCCLX. die Tabernaculorum anni Iudaici 3605, Septembris XVII, feria septima, cyclo Solis XXI. Itaque magna hæc fuit Eusebii hallucinatio.

MDCCCLXIX. *Samaritani.*] Totum drama habes apud Iosephum libri XIII, cap. VI. Eadem lis refertur à Samaritanis in chronico eorum, quod penes me est; sed si Diis placet, sub Nabuchodonosoro, idque non de Templis, sed de legis libro. Provocarunt enim sese sponsione, ut utrique legis librum in ignem conjicerent, & quorum liber illæsus educeretur ex igne, ut illa pars vicisse judicaretur. Rursus similem contentionem habes duorum Episcoporum, unius Arriani, alterius Orthodoxi in Excerptis Theodori Anagnostæ, quorum Orthodoxus, Arriano conditionem non accipiente, in ignem sese conjecit ad fidem melioris sententiæ faciendam, & illæsus exivit; inquit ille. Tempus hujus gesti Josephus non determinat: Eusebius vero divinat, ut solet.

MDCCCLXX. *Descriptione Romæ facta.*] P. Cornelio Scipione Africano Æmiliano, C. Livio Druso Coss. L. Cornelio Lentulo Lupo, L. Marcio Censorino censoribus, hoc ipso numero Eusebiano.

MDCCCLXXI. *Oppius Gallos capit.*] Ὄππιος Κελτοὺς ἐχειρώσατο. *Oppius Celtas subegit.* Sed quis est iste Oppius, & qui Celtæ? Ego scio Oppium à Mithridate in vincula conjectum, sed quid ad rem? magnum est intervallum. Vereor, ne Galli isti sint Galatæ.

Ibid. *Et Carthago in ditionem Romanam.*] De conditu Carthaginis non semel, neque uno loco, diximus tam in hoc Chronico, quam in Canonibus Isagogicis. Vere autem & fideliter tempus captæ & dirutæ assignatum. Contigit enim hoc Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio Lupo Coss. qui Consules huic numero congruunt. Rursus capta est à Ginserico Wandalorum rege anno Christi CCCCXL, numero MMCCCCLVI, Prospero auctore, qui etiam addit, captam fuisse annis DLXXXV, postquam à Scipione deleta est. Deductis de numero MMCCCCLVI, remanet præsens numerus MDCCCLXXI. Rursus eodem anno Corinthus à L. Mummio diruta, quo Carthago à Scipione Æmiliano, anno urbis DCVIII, teste Plinio libro XXXIV, qui est tertius Olympiadis CLVIII. Quare in Codicibus Plinianis mendose excusum Olympiad. CLVI. Eustathius in Dionysium: φασὶ δὲ ὅτι ἐρημωθεῖσα ἡ Καρχηδὼν καθ' ὃν καιρὸν καὶ ἡ Κόρινθος ἀνελήφθη πάλιν, τοῦτ' ἔστιν ἀνωρθώθη ὑπὸ Καίσαρος τοῦ ἐπιλεγομένου θεοῦ (οὗτος ὁ Σεβαστὸς) πέμψαντος ἐκεῖ ἐποίκους Ῥωμαίους. Apud Vellejum, à deleta Carthagine, ad consulatum Vinicii & Cassii, numerantur anni CLXXVII perperam, pro CLXXV.

Ibid. *habens à conditione sui annos.*] In BON. DCLXIX. & infra DCCXLIX. Vide quæ alibi notavimus de diversitate sententiarum super conditu Carthaginis. Neque enim iteranda sunt. Paulus Orosius ex Justino LXXII annis ante Romam conditam, hoc est numero MCXCII. Appianus L annis ante Ilii excidium, nempe numero DCCLXXXIV. Quorum neutrum convenit duabus epochis, quæ hic referuntur, neque illæ epochæ iis, quas Eusebius retulit: ut neque epocha Velleii, LXV annis ante Rom. conditam, hoc est numero MCXCIX. Timæus XXXVIII annis ante primam Olympiadem, teste Dionysio: quibus si accedant XXIV anni à prima Olympiad. ad initium VII, quo tempore Roma condita, colligentur à conditu Carthaginis, ad prima Palilia, anni LXII, non LXXII, ut est apud Justinum. Apud Suidam in Ἀφρικανός: μετὰ τὸν πρῶτον ἀνοικισμὸν κρατήσασι ἔτη ψ τῶν περιοίκων Λιβύων. Ergo condita numero MCLXXI, annis XXI ante epocham Justini.

MDCCCLXXIII. *Ptolemæus Euergetes.*] Duo fuerunt Ptolemæi cognomines Εὐεργέται. Iste est septimus à Ptolemæo Lagida. Athenæus: Πτολεμαῖος ὁ ἕβδομος Αἰγύπτου βασιλεύσας, ὁ αὐτὸν μὲν Εὐεργέτην ἀνακηρύττων, ὑπὸ δὲ Ἀλεξανδρέων Κακεργέτης ὀνομαζόμενος. Epiphanio dicitur Πτολεμαῖος ὁ Φιλόλογος, καὶ Εὐεργέτης: à Tertulliano *alius Euergetes*. Φιλόλογος autem vocatus est, quia re vera eruditus & Aristarchi discipulus fuit. Omnes uno ore illi XXIX annos attribuunt.

Ibid. *Ionathas dux.*] Græca contraxit vertens Hieronymus. Plura enim sunt in illis.

MDCCCLXXV. *Scipio Numantinos subvertit.*] P. Mutio Scævola, L. Calpurnio Pisone Frugi Coss. numero MDCCCLXXXV. Decem annorum prochronismus.

Ibid. *Brutus Iberiam usque ad Oceanum subegit.*] Et gesta tempore disjuncta in unum tempus conjicit, & prochronismum VI annorum committit. Nam quadriennio solido casus Numantiæ posterior est subactis Gallæcis à Bruto. subacti autem sunt numero MDCCCLXXXI, P. Furio Philo, Sex. Atilio Serrano Coss. Triumphatum de eis mense Junio, Vestalibus. Ovidius in Junio:

Tum sibi Gallæco Brutus cognomen ab hoste
Fecit, & Hispanam sanguine tinxit humum.

Ibid. *usque ad Oceanum.*] Sex. Rufus: *Hispanias per D. Brutum obtinuimus, & usque ad Gades & Oceanum pervenimus.*

venimus. Florus περιπλοκῇ poëtica drama amplificat. *D. Brutus aliquando latius Gallæcos, atque omnes Gallaciæ populos, formidatumque militibus flumen Oblivionis, peragratoque victor Oceani litore, non prius signa convertit, quam cadentem in maria Solem, obrutumque aquis ignem non sine quodam sacrilegii metu & horrore deprehendit.* Putida, καὶ κακόζηλα sunt hæc.

MDCCCLXXVI. *Trypho Antiochum occidit Alexandri filium.*] De hoc Diodoto Tryphone vide Orosium lib. V, cap. IV: ubi perperam legitur *Alexandro filio*, & *Alexandrum filium.* Nam utrobique legendum *Alexandri.*

Ibid. *Tryphon.*] Invasit regnum Antiocho interfecto. Itaque & ejus nummi hodie extant, ΤΡΥΦΩΝΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Raro legere memini hæc duo conjuncta αὐτοκράτωρ βασιλεύς. Sic in nummo Tigranis regis Armeniæ: ΤΙΓΡΑΝΟΥΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ.

MDCCCLXXVIII. *L. Accius.*] Hieronymus à Suetonio.

Ibid. *Natus Mancino & Serrano Coss.*] Numero MDCCCXLV. Ergo hoc anno erat annorum XXXIII.

Ibid. *& sem jam Pacuvio.*] Gellius lib. XIII, cap. II.

Ibidem. *A quo & fundus Accianus juxta Pisaurum.*] Pisaurum Colonia deducta quadriennio post Bononiam, auctore Vellejo Paterculo, hoc est anno Urbis DLXVIII. Accius autem natus est anno Urbis DLXXXIII, annis XV post Coloniam Pisaurum deductam. Quomodo igitur potuit inter colonos Pisaurienses esse, qui XV annis post Coloniam deductam natus sit?

Ibid. *Tryphon Ionathan Pontificem Iudæorum interfecit.*] Eusebius attribuit Jonathæ annos XIX. quos si à vera epocha cædis Iudæ Maccabæi putasset, proculdubio ad verum annum cædis Ionathæ pervenisset, numerum nempe MDCCCLXXIV, qui respondet anno Seleucidarum CLXX, & fuit primus Simonis. I Maccab. XIII. 41. At quia id quadriennium Iudæ viventi ab Eusebio attribuitur, quod post ejus cædem incipit, propterea epocha Simonis est serior eodem quadriennio. Suboluit iste defectus Georgio Syncello: ἡγήσατο τῶν Ἰουδαίων Ματθίας ὁ πατὴρ τῶν Μακκαβαίων ἔτη γ. Ἰούδας υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ς. Ἰωνάθης ἔτη ιθ. Σίμων ἔτη η. ὁμοῦ ἔτη λϛ, κατὰ τὸν ἀκριβῆ λόγον, κατὰ δὲ Εὐσέβιον ἔτη λ. Apud Josephum 398, ita excusum est, ἀπέθανε δὲ Ἰωνάθης ἀρχιερατεύων ἔτη τέσσαρα πρὸς τοῖς ὄγδοις. Quæ sine dubio mutila sunt. & tamen vetustissima est menda. Nam agnoscitur à Ruffino. Sane Josephus scriptum reliquit, ἀπέθανε δὲ Ἰωνάθης ἀρχιερατεύων ἔτη τέσσαρα καὶ δέκα, προστὰς τοῦ γένους τὰ πάντα ἔτη. *Periit Ionathas annum agens Pontificatus quartum decimum, quum jam decem & octo annos nationi præfuisset.* Quo nihil verius est. Quum tam vetustæ sint librorum mendæ, quare mirabimur tot codices Eusebii scriptos tot tantisq; maculis inquinatos esse? Ecqua spes auxilii à cariosis libris, qui quot verba, tot menda habent?

MDCCCLXXIX. *Simon.*] Solidi quinquennii metachronismus. Nam, ut diximus, annus primus Simonis, quem Iosephus vocat ἔτος τῆς ἐλευθερίας καὶ τοῦ ἀνεισφόρου τῶν Ἰουδαίων, incidit in annum Seleucidarum CLXX, numerum vero MDCCCLXXIV.

MDCCCLXXX. *Antiochus Sidetes.*] Josephus 400, scribit annum quartum hujus Sidetæ fuisse primum Johannis Hyrcani Ethnarchæ: Ἀντίοχος δὲ χαλεπῶς ἔχων ἐφ' οἷς ὑπὸ Σίμωνος ἔπαθεν, εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐνέβαλε, δ' μὲν ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, α. δὲ τῆς Ὑρκανοῦ ἀρχῆς, ὀλυμπιάδος ρ̅ ξ̅ καὶ ξ καὶ β. Si verum dicit, ejus annus primus consurgeret à numero MDCCCLXXXII, secundo anno Olympiadis CLXI, biennii prochronismo. Certe hic dormitabat Josephus. Nam mendum in codice non esse ex Rufino cognoscimus, qui eandem lectionem retinet. Itaque mendum est in Olympiade, si non est in annis Sidetæ & Hyrcani.

MDCCCLXXXI. *Simoni Iudæorum Pontifici pariter & Principi Romano.*] Anno Seleucidarum CLXXII, numero MDCCCLXXXVI. Priore Maccab. XIV, I. Quinquennii metachronismus, ut supra.

MDCCCLXXXII. *Bellum servile ortum in Sicilia.*] Recte Ser. Fulvio Flacco, Q. Calpurnio Pisone Coss. ortum à servo nomine Euno, qui Syriæ Deæ fanaticum simulabat. Vide Florum; & Epitomen Livianam LVI.

MDCCCLXXXIV. *Primus liber Maccabæorum hujus temporis historiam continet.*] Imo, quod nemo negare potest, hujus temporis historiam claudit. Eusebius ipse ἀποδείξ. libro VIII, 245. καὶ πάλιν Σίμων, ὃ κατὰ τὴν πλευτὴν ἕβδομον καὶ ἑβδομηκοστὸν καὶ ἑκατοστὸν ἔτος ἐναριθμεῖται τῆς κατὰ Συρίαν ἀρχῆς, ἣ πρώτη καλουμένη τῶν Μακκαβαίων βίβλος εἰς τοῦτο τοῦ χρόνου κατέλυσε τὴν ἱστορίαν. ὥστε συνάγεσθαι ἀπὸ πρώτου ἔτους Κύρου καὶ Περσῶν βασιλείας, ἐπὶ τὸ τέλος τῆς τῶν Μακκαβαίων γραφῆς, καὶ ἐπὶ τὴν Σίμωνος τοῦ ἀρχιερέως πλευτὴν, ἔτη τετρακόσια εἴκοσι πέντε. Vera ratiocinatio. A primo anno Cyri, id est numero MCCCCLVII, ad cædem Simonis, & initium Hyrcani, id est, numerum MDCCCLXXXII, præcise sunt anni CCCCXXV. qui est finis historiæ prioris Maccabaicæ. Sed ad rem. Eadem igitur, quæ semper, properantia, & nunc quoque obfuit Hieronymo. Græca sic habent: ἡ πρώτη τῶν Μακκαβαϊκῶν βίβλος ἕως τούτου περιέχει. *Primus liber Maccabaicorum gestorum huc usque continet.* Mirum est, Hieronymum putasse ἕως τούτου, esse περὶ τούτου. Sed concedamus scriptum fuisse περὶ τούτου, quis Græcorum ita loquitur?

MDCCCLXXXV. *Antiochus Sidetes rex Syriæ adversus Iudæam.*] Hoc vero est plusquam hallucinari. Ad Simonem refert, quod ad Hyrcanum pertinet. Non enim Simonem, qui jam interfectus erat, sed Hyrcanum Ierosolymis obsedit Sidetes, anno Seleucidarum CLXXVII, numero MDCCCLXXXI, anno secundo Olympiadis CLXI, non, ut hallucinatur Iosephus, Olympiade CLX, triennii metachronismo peccans. Erat annus Iudaicus 3626: proinde Sabbaticus, ut ipse Iosephus monet, pag. 400, II. Pentecoste illius anni fuit post Sabbatum. Idem Iosephus 401, 18. & reliqua, quæ diligenter notavimus in Canonibus: quo lectorem nobilium exercitationum cupidum remittimus. At Eusebius deceptus primis verbis Iosephi, neque ulterius pergens, putavit de Simone agi, quum tamen paulo ante ejus cædes ab ipso Iosepho relata fuerit. Verba Iosephi: Ἀντίοχος δὲ χαλεπῶς ἔχων ἐφ' οἷς ὑπὸ Σίμωνος ἔπαθεν, εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐνέβαλεν. Atquin si, quæ statim sequuntur, continuasset, eum fuisse primum annum Hyrcani animadvertisset, & Hyrcanum, non Simonem, qui jam cæsus & terræ conditus erat, obsessum in Urbe fuisse. Porro Eusebius libro VIII ἀποδείξεως in iis, quæ supra adduximus, recte ait ab æra Seleucidarum initio, ad Simonis cædem, & initium Hyrcani, putari annos CLXXXII. Nam annus obsessorum à Sidete Jerosolymorum, erat, ut jam diximus, Seleucidarum CLXXVIII labens.

Ibid. *quum ad conditiones.*] ἐπὶ συνθήκαις ταῖς πρὸς Σίμωνα, *sub pactis, quæ cum Simone pepigit.* vel *conditionibus,*

ΑΕΜΑΙΟΥ. ΦΥΣΚΩΝΟΣ. ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. Ergo fuerunt tres Εὐεργέται cognominati, tertius, feptimus, octavus. Mihi vero permirum videtur, quum φύσκων fit nomen contumeliæ, item Αὐλητὴς, & Λάθυρος, tamen ea nomina in nummis eorum regum extare. Atqui nunquam neque in lapidibus, neque in nummis legas ANTONINUS CARACALLA; neq; NERO DOMITIANUS. Notum enim Domitianum propter crudelitatem dictum Neronem, & calvum Neronem, Juvenali, & Aufonio. *quem calvum dixit fua Roma Neronem.* Tertullianus cap. v. Apolog. *Tentaverat & Domitianus prænomine Neronis.* Locus male vulgo intellectus. Nam ex Eufebii Græcis pofteriores editiones depravarunt: de quo alibi fuo loco.

Ibid. *Antiochus Cyzicenus, Grypo ejecto.*] Vide Juftinum libro XXXIX.

MDCCCCIX. *Iugurtha contra Romanos dimicans capitur.*] Iugurtha captus eft à Mario non inter pugnandum, fed à Boccho rege proditus, C. Atilio Serrano, Q. Servilio Cæpione Coff. numero MDCCCCXI. Prochronifmus biennii.

MDCCCCX. *Rhodo terræ motu concuffa, Coloffus ruit.*] Qui jam ruerat numero MDCCXCIV, quomodo nunc iterum ruit? Terræ motu Rhodum concuffam non dubium eft. Sed illud fuperfluum, Coloffum ruiffe. Μνημονικὸν σφάλμα Eufebii, ut alia multa.

Ibid. *Ionatha gloriofe.*] Et hic quoque in Græcis Eufebii, Ἰωνάθης ὁ Μακκαβαῖος: ut omnes Hafmunæi dicti fint Μακκαβαῖοι. Hieronymus tam hic, quam numero MDCCCXCVII, omifit τὸ Μακκαβαῖος. Neq; vero putes errorem librarii effe Ἰωνάθης pro Ἰωάννης. Eft Eufebii. Eadem enim hallucinatio eft apud eundem ἀποδείξ. VIII, 245. ὥστε συνάγεσθαι ἀπὸ πρώτου ἔτους Κύρου καὶ Περσῶν βασιλείας, ἐπὶ τὸ τέλος τῆς Μακκαβαίων γραφῆς, καὶ ἐπὶ τοῦ Σίμωνος ἀρχιερέως πλείστην, ἔτη τετρακόσια εἴκοσι πέντε. μεθ᾽ ὃν Ἰωνάθης τὴν ἀρχιερωσύνην διαδέχεται. Ecce Ionathas pro Iohanne Simoni fuccedens.

Ibid. *Ionatha.*] Imo Ioannes. Eft error calami, aliud cogitante Eufebio. Nam hic eft XXIV annus Iohannis Hyrcani, non Ionathæ. Sed & numero MDCCCXCVI in Græcis eft, Ἰωνάθης ὁ Μακκαβαῖος, pro Ἰωάννης. Infra: Ἀριστόβουλος υἱὸς Ἰωνάθου τοῦ καὶ Ὑρκανοῦ. Eft potius hallucinatio, quam error calami, ut jam paulo ante dixi.

MDCCCCXI. *Cicero Arpini nafcitur.*] Male in PR. Arpis. Nam Arpi aliud eft oppidum ab Arpino. Et recte monet diverfas urbes effe Servius VIII Æneid. Hæc autem funt Hieronymi, non Eufebii. Eadem inferta funt totidem verbis in hiftoriam mifcellam, lib. IV.

Ibid. *matre Helvia.*] Pro quo male apud Plutarchum, τὴν μὲν μητέρα λέγουσιν Ὀλβίαν. imo Ἐλβίαν. Mater quoque Senecæ Helvia: ad quam extat filii liber confolatorius.

Ibid. *patre equeftris ordinis ex regio Volfcorum genere.*] Plutarchus: οἱ δὲ εἰς Τύλλιον Ἄππιον ἀνάγουσι τὴν ἀρχὴν τοῦ γένους βασιλεύσαντα λαμπρῶς ἐν Οὐολούσκοις. Silius lib. VIII:

Tullius æratas raptabat in agmina turmas,
Regia progenies, & Tullo fanguis ab alto:
Indole proh quanta juvenis, quantumque daturus
Aufoniæ populis ventura in fæcula civem.

„ ubi Tullum pro Tullio dixit, ut Juvenalis Lavinum „ dixit pro Lavinio, Ovid. Antum pro Antio. Natus autem Cicero C. Atilio Serrano, Q. Servilio Cæpione Coff. hoc ipfo numero Eufebiano.

Ibid. *Cn. Pompejus Magnus oritur.*] Recte. Iifdem enim Coff. natus, quibus Cicero, prid. Kal. Octobr. auctore Plinio, lib. XXXVII, cap. II, CXXXV annis ante Vinitii & Caffii Confulatum, ait Vellejus. id eft, hoc ipfo numero MDCCCCXI. Hic fequuti fumus Bongarfianum vetuftiffimum codicem, qui natales Ciceronis, & Pompeii in eundem annum conjicit. Rurfus omnes PR. fimiliter hos duos natales conjungunt. PET. & FRE. & Editiones male in annum fequentem.

MDCCCCXIII. *Ariftobulus filius Ionathæ.*] Nondum evigilavit. Ionathan pro Iohanne jam ter acceptum effe non poteft excufari. Initium vero hujus recte pofitum. Nam ex XXXI annis, quibus pater ejus regnavit, XXVI tantum illi dedit Eufebius. fed ab anno fexto ejus Ethnarchiæ, initium ejus fumpfit, pro fexto anno primum ponens. Hinc factum, ut qui XXXVI annus eft Eufebio, is fit revera XXXI, compenfatione facta.

Ibid. *poft* CCCCLXXXIV *annos.*] Græca Eufebiana hic depravate numerum concipiunt. Apud Iofephum, unde defumpfit Eufebius, ita legimus, lib. XIII, cap. XIX. διάδημα πρῶτος ἐπιτίθεται μετὰ υ ἀριθμὸν ἐτῶν, καὶ π, καὶ α. & ita apud Zonaram. A capto Sedekia, unde hi anni putantur, ad præfentem numerum, intercedunt anni, CCCCLXXXVI. Quare mirum eft, Jofephum, qui Chronologiam Mundi, Exodi, & Regum Iuda nunquam vere retulit, hoc loco tam præcife ediffe, faltem biennio folo à vero abfuiffe. Numerus autem horum annorum in Græcis Eufebii interpolatus eft ab ardelione Cedreno. Porro Eufebius ἀποδείξ. VIII, 245, ad finem hujus, vel initium Alexandri, ab initio Cyri, putat annos CCCCLXXXII. hoc eft à numero MCCCLVII, ad numerum MDCCCXIV. quum tantum fint CCCCLVII. Sed ipfe fimul putat annos XXVII, quibus regnavit. Ita fient anni CCCCLXXXIV, non CCCCLXXXII.

MDCCCCXIV. *C. Lucilius Satirarum fcriptor.*] Quod ait Hieronymus, XLVI annorum deceffiffe, recte congruit tempori natalis ejus, numero MDCCCLXIX. Itaque bello Numantino fuerit annorum XV duntaxat, quo tempore eum equitem fub Scipione militaffe fcribit Vellejus. Vix credibile id ætatis inter equites ftipendia feciffe. Tamen & ante togam virilem prætextati patres fuos in caftra fequebantur.

MDCCCCXVI. CC *Millia Cimbrorum cæfa.*] Contigit anno antecedente. C. Mario IV, Q. Lutatio Coff. Sunt autem ad verbum ex Eutropio, lib. V, de Mario: *Cum Cimbris itaque conflixit: & duobus præliis* CC *millia hoftium cecidit,* LXXX *millia capit, & ducem eorum Teutobodum.*

Ibidem. *cum duce Teutomodo.*] Orofio & Eutropio Teutobodus dicitur. Ego puto *Teutomodo* veram effe lectionem. Teutomotus enim, vel Teutomodus eft nomen virile Gallicum: quo nomine vocabatur Rex Nitiobrigum Alloviconis filius, qui amicus pop. Rom. à Senatu vocatus eft, tefte Cæfare, VII Commentario bellorum Gallicor. Nam POST. Teutomotus, non, ut vulgati, Teutomatus, habent. In Epitome LXI „ Liviana Teutomalus eft Salviorum Rex, quem fu- „ gientem Allobroges quum recepiffent, judicati funt „ adverfus Majeftatem Pop. Rom. feciffe, ob idque „ bellum iis à Pop. Rom. indictum. Itaque non poteft „ effe idem cum hoc, qui non Salviorum, fed Cimbro- „ rum dux fuerit. „

MDCCCCXVIII. *Thraces à Romanis victi.*] C. Mario II, C. Flavio Fimbria Coff. Auctor Julius Obfequens. Feftus, five Sex. Rufus in Breviario: *In Thracias Macedonici belli occafione tranfcurfum eft. Sæviffimi omnium gentium Thraces fuerunt.* Geftum numero MDCCCCXIII. Metachronifmus quinquennii.

Ibid. *Rursum in Sicilia bellum servile consurgit.*] Bellum hoc secundum servile motum duce Athenione pastore, à Manio Aquillio Nepote superioris anni Consule profligatum est. Itaque recte tempus assignatum. Athenæus libro VI: ἔτος δὲ ἦν ὁ καιρὸς, ὅτε καὶ ἐν Σικελίᾳ ἡ δευτέρα τῶν δούλων ἐπανάστασις ἐγένετο. πολλαὶ δὲ αὗται ἐγένοντο, καὶ ἀπώλοντο οἰκετῶν ὑπὲρ τὰς ἑκατὸν μυριάδας. σύγγραμμα τε ἔδωκε περὶ τῶν δουλικῶν πολέμων Καικίλιος ὁ ῥήτωρ ὁ ἀπὸ Καλῆς Ἀκτῆς.

Ibid. *Expulso de regno Ptolemæo Physcone.*] Epitome Livii LIV: *Ptolemæus Euergetes cognominatus, ob nimiam ejus crudelitatem suis invisus, incensa à Populo Regia, clam in Cyprum profugit: &, quum sorori ejus Cleopatræ, quam, ejus virgine filia per vim compressa, & in matrimonium ducta, repudiaverat, regnum à populo datum esset, infensus filium, quem ex illa habebat, in Cypro occidit, caputque ejus, & manus, & pedes matri misit.* Quod belluæ in cognatum genus non faciunt, id homo in liberos suos ausus.

Ibid. *Ptolemæus, qui & Alexander.*] Epiphanio dicitur ὑποκοριστικῶς Ἀλεξᾶς. Idem enim est Ἀλέξανδρος, Ἀλεξᾶς. Κλεόπατρος, Κλεοπᾶς. Κλεόφιλος, Κλεοφᾶς.

MDCCCCXIX. *Alexander ann.* X.] Epiphanio ann. XII.

MDCCCCXX. *Aquilius in Sicilia bellum servile compescuit.*] Atqui profligatum erat jam numero MDCCCCXVIII. Non potest probari, quod Diodorus scribebat libro XXXIV; à Carthagine capta, ad prius bellum servile, esse annos LX. μετὰ τὴν Καρχηδονίων κατάλυσιν, ἐπὶ ξ ἔτεσι, τῶν Σικελῶν εὐρούντων ἐν πᾶσιν, ὁ δουλικὸς αὐτοῖς ἐπανέστη πόλεμος. Nam IX anni post captam Carthaginem perveniunt ad numerum MDCCCCXXXV. A capta vero Carthagine, ad primum bellum servile, sunt tantum anni XIX. Non dubium, quin error sit in nota numeraria.

,, MDCCCCXXI. *Ptolemæus rex Cyrenæ.*] Hygenus:
,, *Neque hoc prætermittam, quod in provincia Cyrenensi com-*
,, *peri, in qua agri sunt regii, id est, quos Ptolemæus R. P.*
,, *reliquit.* Hinc puto illustrari locum Manilii: *Et Li-*
,, *byam, Aegyptique latus, donataque rura.* Extant hodie nummi ærei, sed rarissimi, in quorum superficie cusum est caput cornibus arietinis cum diademate, in altera Aquila unguibus fulmen retinens. juxta est cornucopiæ. infra pedes Alitis hæc nota. ☧. in ambitu nummi, ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Non dubium est, caput illud, propter cornua arietina, Jovem Ammonem esse, quod erat Cyrenarum numen tutelare, ut ex nummis Cyrenensium constat. De figura ☧ interrogatus respondi non esse eam, quæ Constantino oblata est, quamvis non differat ab illa, sed esse notam ΧΡΗΣΤΗΡΙΟΥ, oraculi Ammonis Cyrenis vicini, & in ditione ejus positi. Quanquam autem Ptolemæi Ægyptii Cyrenas ditioni suæ subjecerint, tamen non est verisimile hunc nummum ab alio cusum, quam eo, qui Rex Cyrenarum fuerit, & propterea esse hunc Ptolemæum cognomine Apionem, qui populum Rom. testamento heredem instituit. Sed melius dicemus, si ita distinguamus. Fuerunt duo Apiones, alter Cyrenarum, alter Libyæ ficcioris, quæ aliter Ammon vocabatur, Rex. Vide quæ ad numeros MDCLXXXVIII, MDCCCCLII. Ex quibus interpretatio nostra super illo numismate perspicue confirmatur.

Ibid. *Romanos testamento dimisit heredes.*] Hoc ipso anno; Cn. Domitio Ahenobarbo, C. Cassio Longino Coss. Epitome Liviana LXX: *Ptolemæus rex Cyrenarum, cui cognomen Apioni fuit, mortuus testamento heredem populum Romanum reliquit. Senatus ejus regni civitates liberas esse jussit.* Eadem verba extant apud Jul. Obsequentem. Sex. Rufus: *Cyrenas cum cæteris civitatibus Libyæ Pentapolis Ptolemæi antiquioris liberalitate suscepimus. Libyam supremo Apionis regis arbitrio sumus assecuti.* Antiquiorem Ptolemæum vocat, ut distinguatur ab eo, qui Libyam testamento populo Ro. reliquit. de quo vide numero MDCCCCLII.

Ibid. *Seleucus ab Antiocho filio Cyziceni vivus exuritur.*] Ἐν Ἐσίᾳ Μόψου τῆς Κιλικίας κατεπρήσθη κατὰ τὸ Γυμνάσιον: Joseph. lib. XIII, cap. XX, paulo aliter, non in Gymnasio, sed Regia succensa.

MDCCCCXXII. *Titus Lucretius.*] Hieron. à Suetonio.

Ibid. *qui postea amatorio poculo.*] A Lucilia quadam propinatum illi fuisse hoc philtron didicimus ex Epistola Valerii cujusdam inepti scriptoris ad Rufinum. *Livia virum suum interfecit, quem nimis odiit: Lucilia suum, quem nimis amavit. Illa sponte miscuit aconitum. hæc decepta furorem propinavit pro amoris poculo.*

Ibid. *anno ætatis quadragesimo quarto.*] Ergo natus numero MDCCCLXXVII, C. Lælio Sapiente, Q. Servilio Cæpione Coss.

MDCCCCXXIII. *Philippus.*] Iste cognomento Asiaticus filius Antiochi Pii & Selenes, quæ & Cleopatra, novercæ ipsius Antiochi, ultimus fuit Seleucidarum. De hoc, & fine regni Syriæ, vide Iosephum libri XIII. Iustinum lib. XL. Hujus nummi, ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ.

Ibid. *Antiochus in Parthos fugiens.*] Iustinus XL.

MDCCCCXXIV. *Huc usque Syria possessa per reges.*] A morte Alexandri, ad hunc numerum, sunt anni CCXXXI. Quare errat Appianus, qui regnum Seleucidarum stetisse scribit annos CCLXX. Undequadraginta enim annorum κατὰ μεταχρονισμὸν fugit eum ratio. ἡ δὲ " ἀρχὴ τῶν Σελευκιδῶν ἐς ἑβδομήκοντα ἐπὶ διακοσίοις " ἐνιαυτοὺς περιῆλθε. Syria autem Tigrani erepta, tunc " primum facta stipendiaria. Vellejus. In Græcis Eu- " sebianis est ἡ Συρίας ἀρχὴ κατελύθη διαρκέσασα " ἔτη ΣΝ. pro ΣΛ. quod intervallum à morte Alexan- " dri deductum desinit in numero MDCCCCXLII. Sed " quia Syriæ regnum defecit Antiochia à Romanis " capta numero MDCCCCLII, ideo à morte Ale- " xandri fuerint anni CCLX, non CCL. à Seleuco, " unde verum initium regni Syriæ, CCXLVII, qui nu- " merus proxime abest à ΣΝ. "

MDCCCCXXV. *Bellum adversum Romanos Picentes, Marsi, Pelignique moverunt.*] Hieronymus ab Eutropio. *Sex. Iulio Cæsare, & L. Marcio Philippo Coss. sexcentesimo anno ab V. C. quum prope alia bella cessarent, in Italia gravissimum bellum Picentes, Marsi, Pelignique moverunt.* Unius anni est prochronismus, quæ discrepantia pendet à Palilibus Varronianis.

MDCCCCXXIX. *Plotius Gallus.*] Hieronymus ex libello Suetonii, qui hodie extat, de Claris Rhetoribus, & quidem ad verbum. M. Seneca procemio libri secundi Controversiarum: *Nam primus omnium Latinus Rhetor Romæ fuit, puero Cicerone, Plotius.* Quintilianus: *Latinos vero dicendi præceptores extremis L. Crassi temporibus cœpisse, Cicero auctor est, quorum insignis maxime Plotius fuit.*

MDCCCCXXXII. *Sulla Athenas vastat.*] Quid fuerit in Græco pro illo verbo *vastat*, nescio, nisi forte προθεῖ. Nam certum est à Sulla Athenas non clementius acceptas, quam antea à Xerxe. Vide quæ huc pertinent necessario, in Manilianis notis, pag. 69. & 70. Quæ omnia τὸ *vastat* quid sit, exponunt. Captæ autem sunt Athenæ à Sulla, L. Cornelio Cinna II, C. Mario VII Coss. numero MDCCCCXXXI. Unius anni prochronismus esse videtur, quod tamen non est. Nam

captæ

nibus, ut recte vertit Hieronymus. quas conditiones vide apud Josephum 401, ubi & liberalitatem ejus regis narrat, & hostias χρυσόκερως, quas Judæis intra urbem misit. quibus consentanea scribit Plutarchus in Apopthegmatis: τῶν δὲ Ἰουδαίων, πολιορκοῦντος αὐτοῦ (Ἀντιόχου) τὰ Ἱεροσόλυμα, πρὸς τὴν μεγίστην ἑορτὴν αἰτησαμένων ἑπτὰ ἡμερῶν ἀνοχάς, οὐ μόνον ἔδωκε ταύτας, ἀλλὰ καὶ ταύρους χρυσόκερως παρασκευασάμενος, καὶ ἀρωμάτων πλῆθος, ἄχρι πυλῶν ἐπόμπευσεν. Compara cum verbis Josephi, in quibus idem invenies. Solenne autem, cujus meminit Plutarchus, non opus quærere, quum Josephus σκηνοπηγίαν fuisse scribat, quæ eo anno incidit in XXIV Septembris, feria V, cyclo Solis XIV.

Ibid. *recedit Olympiade* CLXII.] Hæc hallucinatio Josephi, ut supra monuimus, errandi ansam Eusebio præbuit. Accidit enim hoc anno secundo Olympiadis antecedentis, ut jam demonstratum est.

MDCCCLXXXVI. *Attalus moriens regni sui populum Romanum instituit heredem.*] P. Mucio Scævola, L. Calpurnio Pisone Frugi Coss. numero MDCCCLXXXIV: quo anno Numantia capta. Biennii metachronismus. Julius Obsequens refert Asiam Attali testamento legatam, Appio Claudio, M. Perperna Coss. id est, numero MDCCCLXXXVII. Quod videtur sequutus Hieronymus.

Ibid. *Simon Iudæorum Pontifex interficitur.*] Jam ostendimus annum primum Hyrcani convenire numero MDCCCLXXXII. Quare Simon interfectus circiter finem antecedentis. Quinquennii metachronismus; qui semper in successione hujus familiæ deprehenditur propter Iudæ cædem alieno loco positam.

Ibid. *ann.* XXVI.] Si addideris compensationem quinquennii, quod in successione hujus familiæ omissum est, Johannes Hyrcanus obierit anno XXXI Ethnarchiæ suæ. Josephus: Ὑρκανὸς δὲ παύσας τὴν στάσιν καὶ μετ' αὐτὴν βιώσας εὐδαιμόνως, καὶ τὴν ἀρχὴν διοικησάμενος τὸν ἄριστον τρόπον, ἐνὶ καὶ τριάκοντα τελευτᾷ. Legendum ἓν καὶ τριάκοντα ἔτη, τελευτᾷ.

MDCCCLXXXVIII. *Arsaces Parthus.*] Iosephus 401, 18. συμβαλὼν δ' Ἀντίοχος Ἀρσάκῃ τῷ Πάρθῳ πολλήν τε τῆς στρατιᾶς ἀπέβαλε, καὶ αὐτὸς ἀπόλλυται. Appianus, victum sibi mortem conscivisse. ὁ δὲ Ἀντίοχος καὶ ὃς συνέβαλε τοῖς Παρθυαίοις, καὶ ἡσσώμενος ἑαυτὸν ἔκτεινε.

MDCCCLXXXIX. *Servi, qui in Sicilia rebellabant.*] Omnino ex Diodoro, cujus verba ex fragmentis: κατὰ δὲ Σικελίαν ηὔξετο τὸ κακὸν, καὶ πόλεις ἡλίσκοντο αὔτανδροι, καὶ πολλὰ στρατόπεδα ὑπὸ τῶν ἀποστατῶν κατεκόπησαν, ἕως Ρουτίλιος ὁ Ρωμαίων στρατηγὸς τὸ Ταυρομένιον ἀνεσώσατο Ρωμαίοις, καρτερῶς μὲν αὐτὸ πολιορκήσας, καὶ εἰς ἄφατον ἀνάγκην καὶ λιμὸν τοὺς ἀποστάτας συγκλείσας, ὥστε ἀρξαμένους ἐκ παίδων βορᾶς καὶ διελθόντας διὰ γυναικῶν, μηδὲ τῆς αὐτῶν ἀλληλοφαγίας μηδόλως φείσασθαι. Sed pro Ρουτίλιος legendum Ρουπίλιος. P. Rupilius Nepos, qui collegam in Consulatu habuit P. Popillium Lænatem, hoc bellum confecit, deque eo gesto ovans urbem ingressus est, numero MDCCCLXXXV. Metachronismus integræ Olympiadis. Vide Val. Maxim. libro secundo cap. VII, 2. Orosium libro V, cap. IX. ubi de Tauromenio, de quo Diodorus. Multa alii meminerunt hujus belli à Rupilio profligati.

MDCCCXC. *Arverni.*] Epitome Liviana LXI: *Q. Fabius Maximus Consul Paulli nepos adversus Allobrogas, & Bituitum Arvernorum regem feliciter pugnavit. Ex Bituiti exercitu cæsa millia hominum centum viginti.* Idem Strabo. Contigit hoc Q. Fabio Maximo, L. Opimio Nepote Coss. numero MDCCCXCVI. Prochronismus annorum septem. Neque curamus, quod Val. Maximus anno antecedente Bituitum regem Arvernorum à Cn. Domitio captum scribit. Est enim diversa sententia tum ipsius Valerii, tum Eutropii eum sequuti, cujus verba hæc sunt: *Anno sexcentesimo vigesimo septimo ab V. C. C. Cassius Longinus, & Sex. Domitius Calvinus Coss. Gallis Transalpinis bellum intulerunt, & Arvernorum nobilissimæ tum civitati, atque eorum duci Bituito: infinitamque multitudinem juxta Rhodanum fluvium interfecerunt. Præda ex torquibus Gallorum Romam perlata est. Bituitus se Domitio dedidit, atque ab eo Romam deductus est: magnaque gloria Consules ambo triumphaverunt.* Secundum hanc sententiam fuerit adhuc prochronismus sexennii. In Fragmento triumphorum, tam Fabius, quam Domitius proconsules, non consules triumphasse dicuntur.

Ibid. *Arverni nobilissima Galliarum urbs capta.*] Hieronymus ex Eutropio, nisi in iis, quæ non assecutus est. Interpolatis enim Eutropii verbis sententiam immutavit. Nam Arverni erat una Galliæ civitas, & omnis Gallia in civitates divisa erat, ut Ægyptus εἰς νομούς. Civitas hic accipiendum qua in significatione semper accipitur in Commentariis belli Gallici C. Jul. Cæsaris, ut Ædui, qui sub se multa oppida habebant, Remi, Bellovaci, Arverni. adhucque remanet omnino integra & indelibata earum ditio in nostra Gallia. Balhuatus, & Seneschallias vocamus. hoc proprie est civitas, non urbs una mœnibus cincta. & in Notitia Provinciarum Galliæ non aliter accipitur Civitas, nisi quia eæ angustioribus finibus aliquando terminantur: ut Civitas Carnutium, Civitas Aurelianorum. quæ tamen olim erat una civitas Carnutium. Sallustius: *Q. Fabio Sangæ, cujus patrocinio plurimum civitas utebatur.* Omnem Allobrogum gentem nomine civitatis comprehendit. Vitruvius lib. IX, cap. IV: *Berosus, qui à Chaldæorum civitate, sive natione, progressus* &c. civitatem interpretatur nationem. Apud Eutropium, unde hæc Hieronymus, bis legitur Arvernorum civitas, ubi Pæanius πόλιν vertit. Idem fecit & Pharaphrastes Græcus belli Gallici. ubi enim Cæsar dixit, *legatos ad eum mittunt nobilissimos civitatis.* Ibi πόλεως interpretatur. imo πολιτεύματος dicendum erat. Sed Hieronymo imposuit mos sæculi sui civitatem pro metropoli usurpantis, ut ex insigni loco Augustini constat lib. III. de consensu Euang. cap. XXV. *Agri nomine non castella tantum, verum etiam mancipia, & coloniæ solent vocari, extra civitatem, quæ caput, & quasi mater est cæterarum, unde metropolis appellatur.* Sic τοῦ πολιτεύματος Helvetiorum tredecim civitates sunt, quarum aliæ oppida sub se habent, aliæ vicos. civitas Tigurinorum, civitas Bernensium est universa ditio earum nobilissimarum Rerumpublicarum, non una urbs Tigurum, aut Berna. In hunc igitur sensum quum civitatem intelligeret Eutropius ita doctus à Cæsare, & ab usu linguæ Latinæ, Hieronymus accipit pro loco mœnibus septo, ut in prima notione vulgo usurpari solet. Sed, ut alia taceam, ipsi Arverni satis longe à suis finibus victi sunt à Domitio & Fabio, ad oppidum Vindalum, juxta confluentes Sulgæ & Rhodani, locum nobis aliquando visum, in quo nullum hodie Vindali vestigium, infra fines Cavarum. Quomodo ergo ulla urbs Avernorum? vel potius ulla urbs Ar-

verni cognominata ibi potuit esse, ut caperetur à Domitio? Nemo non videt aliud cogitantem Hieronymum hæc dictasse, aut potius, quid esset civitas, ignorasse.

Ibidem. *& rex Vituitus.*] Aliis Bituitus, Straboni Βίτιτ☉. In veteri fragmento Fastorum *Betultus.* Q. FABIUS Q. ÆMILIANI. F. Q. N. AN. DC..... MAXIMUS. PROCOS. DE. ALLOBROGIB. ET. REGE. ARVERNORUM BETULTO. x K.... Sed ego non dubito erratum esse aut Lapicidæ, aut ejus, qui ex lapide hoc descripsit, ut BETUITO per *I*, non per L scribendum sit.

MDCCCXCI. *Iuxta Aeoli insulas, igne ex flatu.*] Annum quidem designat Iulius Obsequens, Main. Aimilio Lepido, L. Aurelio Oreste Coss. sed sine mentione ullius insulæ mari enatæ. Nam de Hiera satis supra dictum est, numero MDCCCXVIII. Verba ejus sunt: *Aetna mons terræ motu ignes super verticem late diffudit, & ad insulam Liparas mare efferbuit, & quibusdam adustis navibus vapore plerosque navales exanimavit: piscium vim magnam exanimem dispersit, quos Liparenses avidius epulis appetentes contaminatione ventris consumpti ita, ut nova pestilentia vastarentur insulæ.* Itaque de insula enata aliqua, aut de Hiera, fabulæ: præsertim quum de ea dictum sit numero MDCCCXVIII. Est μνημονικὸν σφάλμα.

Ibidem. *Aeoli insulas.*] Multinomines sunt hæ insulæ numero septem; Liparæ, Hephestiæ, &c. πλωτὰς etiam non bene vocat Dionysius. Septem enim sunt Æoliæ, duo autem πλωταὶ, quæ & σποράδες: ita dictæ, quod poëtæ finxerint fluitare, & verti, ut de Cutiliensi insula in lacu Reatino referunt Scriptores. Caussam ἐτύμȣ non bonam reddit,

ἕνεκα μέσσον ἔχȣσι πεϱίπλοον ἀμφιέλικτον.

quum vis Græci verbi significet fluitantes, καὶ πλαγκτάς. Unde in freto Siculo Murænæ πλωταὶ dictæ, quod quum à vapore Solis exaruit earum cutis, non possunt in profundum demergi, sed in superficie maris fluitantes capiantur. Unde etiam Latinis Flutæ dictæ. Martialis:

Quæ natat in Siculo grandis murana profundo,
Non valet exustam mergere Sole cutem.

Ideo si quis eas insulas Flutas vocaret, non sine exemplo prisci sermonis, neque illepide vocaret.

MDCCCXCII. *Iohannes dux Iudæorum & Pontifex adversus Hyrcanos.*] Hyrcaniam & Palæstinam

Longa procul longis via dividit invia terris.

Quantum terrarum, quam immane spatium, quot mensium iter interjectum inter Ierosolyma, & Hyrcaniam? Quis regum huic Dynastæ & Regulo transitum per sua regna concederet? Deinde quid Iudæo Ethnarchæ cum longinqua natione, tam procul à Palæstinæ finibus summota? Quare hoc tacuit Iosephus? qui nec minima quæque gentis suæ præterire solet, tantum triumphum de tam remoto populo tacuisset? Sed quid opus est caussam cognominis quærere, quasi iste Ethnarcha primus Iudæorum Hyrcanus cognominatus sit, & non vulgatissimum inter Iudæos cognomentum fuerit? An non multis ante annis hoc nomine ille filius Iosephi ἀϱχιτελώνȣ appellatus fuit, cujus mentio numero MDCCCXXXVI? Sed perspicue Iosephus 625. ὃς πρῶτ☉ ἱερέων Ὑρκανὸς ὠνομάσθη. *qui primus Sacerdotum vocatus est Hyrcanus.* Ergo antea multi ita vocati sunt, qui non erant ex genere Sacerdotali. Iste vero Hyrcanus primus omnium Sacerdotum est vocatus. Idem Iosephus 554. τῶν ἱεϱέων τις Ὑρκανὸς, πολλῶν δ᾽ ἐκεῖ ὄντων, οἱ ἐκαλȣ̃ντο τὸ ὄνομα, πϱῶτος. &c. An non ex eo satis constat cognomen tritum inter Iudæos fuisse? nisi dicamus & illum Hyrcanum publicanum de Hyrcanis quoque triumphasse. Hoc commentum Eusebii multi tam Græci, quam Latini secuti sunt sine ullo delectu. Certe verum est: — *Sabini somniant quicquid volunt:* adeo ut centonum fartor ille Cedrenus pag. 152, ultimum regem hujus familiæ Hyrcanum à devictis Hyrcanis dictum memoriæ prodiderit, quasi non iste antea eodem cognomine præditus fuisset. Apud Sulpitium Severum, & alios eandem rationem reddi cognominis Iohannis Hyrcani videre licet. Sed Hyrcanus nunquam transivit Lycum flumen, qui fuit terminus longissimarum expeditionum, quando illuc regem comitatus, Indathe victo, Antiochus Antiochiam, Hyrcanus in Palæstinam rediit. Ex quibus vanitas libri prioris Eusebii eluditur, in quo iste Ethnarcha dicitur Antiocho Sidetæ adversus Hyrcanos bellum gerenti suppetias ivisse. καὶ τῷ Ἀντιόχῳ συμμαχεῖ κατὰ Ὑρκανῶν. Quod perspicue falsum. Porro in Græcis perperam legitur πρεσβεῦσαι ἀντὶ τȣ̃ πϱεσβεύσαντος, item στρατηγήσας ἀντὶ τȣ̃ στρατεύσας.

MDCCCXCIII. *Antiochus Grypus.*] γρυπὸς, ni fallor, à naso adunco, Iustinus à magno naso. ἱέραξ, ut vocatur à Plutarcho, meo judicio, à rapacitate. Ασπένδιον etiam & φιλομήτορα vocatum fuisse tradit Porphyrius. Secundum Porphyrium regnum iniverit an. II Olymp. CLXIV, numero MDCCCXCIV. Prochronismus unius anni.

MDCCCXCVI. *Narbonem Coloniæ deducta.*] M. Porcio Catone, Q. Marcio Rege Coss. Unde Marcius Narbo dictus. Tempus convenit numero MDCCCXCIX. Prochronismus triennii. Vellejus: *Narbo autem Marcius in Gallia, M. Porcio Catone, Q. autem Marcio Coss. abhinc annis* CLIII. Scribebat numero Eusebiano MMXLVI. Deductis CLIII, remanet numerus MDCCCXCIII. Prochronismus annorum VI.

MDCCCXCVII. *Hyrcanus Pontifex.*] In Græcis: Ἰωνάθης ὁ Μακκαβαῖ☉. ita vocat omnes Hasmunæos. quod & facit in VIII libro ἀποδείξεως, ut alibi ostendimus. Sed illud Ἰωνάθης, quod aliud agens pro Ἰωάννης scripsit Eusebius, Hieronymus dissimulatione præterivit.

Ibid. *Samariam, quæ nostro tempore.*] Samariam, & Templum, quod in monte Garizim Manasses Sanabelletis gener construxerat, solo æquasse scribit Josephus 401. & à conditu illius Templi, ad ejus desolationem, putat annos CC. Conditum autem numero MDCLXXXI scribit Eusebius. Ergo desolatio ejus inciderit in numerum MDCCCLXXXI, sexdecim annorum prochronismo. Puto Josephum excurrentem summam prudentem omisisse, ut aliquando solent auctores. Annus vero MDCCCLXXXI erat primus Ethnarchiæ Hyrcani. Josephus non designat tempus hujus gesti. Eusebius de conjectura posuit, ut multa alia.

Ibid. *quæ vocabatur Ectenias.*] Nullus codex scriptus hæc habet. Est stultum commentum recentiorum.

MDCCCCII. *Ptolemæus Physcon.*] Φύσκων à distento aqualiculo, διὰ τὸ ὄγκον τȣ̃ σώματ☉, ut Eusebius libro priore. Italice diceretur *Trippone* ad verbum. Tertulliano & Epiphanio dicitur Σωτήρ. aliis Εὐεργέτης. quod in Numismatis ejus legitur. ΠΤΟΛΕ-

captæ ſunt hoc ipſo numero, menſe Martio antiquo Romano, ut ipſemet Sulla in Commentariis ſuis retulerat. quem menſem recte quidem Plutarchus ait reſpondere menſi Antheſterioni, ſed tunc propter incertum tempus intercalandi alii menſi Iuliano congruebat. Ridiculum eſt, quod narrat Julius Obſequens, Athenas à Sulla captas L. Sulla, Q. Pompejo Coſſ. id eſt numero MDCCCCXXIX.

Ibid. *Deſcriptione Romæ facta*] L. Marcio Philippo, M. Perpenna Nepote, Cenſoribus.

MDCCCCXXXIV. *Templum tertio apud Delphos à Thracibus incenſum.*] Hæc hiſtoria nobis ignota eſt. Scimus tamen eo anno Macedoniam duce Taxile à Thracibus crudeliter divexatam & depopulatam fuiſſe: & credibile eſt Thracas ad fines uſque Phocidos perveniſſe, & Templum ſuccendiſſe. Nam de incenſo tertium à Thracibus Pythio fano conſtat ex libro IV προπαρασκευ. 81. τὸ μὲν γε Δελφικὸν χρηστήριον τρίτον ὑπὸ Θρακῶν ἐμπρησθῆναι κατέχει λόγος, οὐδὲν τοῦ μαντείου ἐς τὴν τοῦ μέλλοντος γνῶσιν, ἀλλὰ οὐδὲ τοῦ Πυθίου τὰ οἰκεῖα προφυλάξασθαι δεδυνημένου.

Ibid. *tertio.*] Nam antea primo à Phlegya, numero MLXVI. deinde numero MCCCCLXVI.

Ibid. *& Capitolium.*] Euſeb. IV de Præpar. 81. ταυτὸ παθεῖν καὶ τὸ ἐν Ῥώμῃ Καπιτώλιον ἱστορεῖται κατὰ τοὺς τῶν Πτολεμαίων χρόνους, καθ᾽ οὓς λέγεται καὶ τὸ τῆς Ἑστίας ἱερὸν ἐμπρησμὸν ἐπὶ Ῥώμης ὑπομεῖναι.

Ibid. *Et Capitolium Romæ.*] L. Cornelio Scipione Aſiatico, C. Norbano Flacco Coſſ. auctore Cornelio Tacito, hiſtoriarum libro tertio, numero MDCCCCXXXIV. Capitolii incenſi culpam in Sullam quidam rejiciebant, auctore Plutarcho. Appianus aliter, ὅτι τὴν αἰτίαν οὐδεὶς ἐπενόει.

MDCCCCXXXV. *P. Terentius Varro.*] Hieronymus à Suetonio.

„ Ibid. *vico Atace.*] Gloſſæ in Horat. *Varro Ataci-*
„ *nus dictus eſt ab Atace flumine Narbonenſi.* quod veroſi-
„ milius.

MDCCCCXXXVI. *Vultacilius Plotus.*] Ita fere omnes ſcripti codices. BONG. *Vultacius*, alii *Acilius*. Editi *Vacilius*. Liber Suetonii, unde hæc deſcripſit Hieronymus, *L. Otacilius Piletus*. De Lucio Otacilio non dubi-
„ to. de Pileto deliberandum: quanquam memini Pi-
„ leto illi cognomen eſſe potuiſſe, ut illi Urſo Pileto,
„ cujus Epicedium in Secundo Silvarum Statii & vi-
„ cus Urſi Pileti in Regione Exquilina urbis.

Ibid. *vigeſimo ſexto anno ætatis, Cicero Quintium defendit.*] Gellius lib. XV, cap. XXVIII.

MDCCCCXXXVII. *Ptolemæus Dionyſius ann.* XXX.] Epiphanius ann. XXXI.

Ibid. *Sulla Romam obtinuit.*] Tunc ſcilicet quando Capitolium incenſum. cujus incendii cauſſam ei attributam vulgo ſupra ex Plutarcho retulimus. Quare triennii eſt metachroniſmus. Julius Obſequens: *L. Scipione, C. Norbano Coſſ. Sulla poſt quintum annum victor in Italiam reverſus magno terrori fuit inimicis. Aeditui culpa Capitolium una nocte conflagravit.*

Ibid. *& poſt biennium moritur.*] Moritur quidem poſt biennium ab hoc numero, M. Aimilio Lepido, Q. Lutatio Catulo Coſſ. Sed non poſt biduum à Capitolio incenſo.

Ibid. *Roſcio contra Chryſogonum*] Recte hæc Hieronymus. Erat enim viceſimus ſeptimus annus Ciceronis. auctores Gellius, Cicero Bruto, Quintil. lib. XII, cap. VI.

Ibid. *Pompejus glorioſiſſime triumphavit.*] Triumphavit anno ætatis ſuæ XXV abſoluto de Hiarba Numidarum rege. & tunc Magnus à L. Sulla Dictatore nominatus eſt. Metachroniſmus unius anni, puto propter Palilia Varroniana, aut Catoniana. Auctor Commentarii de bello Africano: *M. Cato interim, qui Uticæ præerat, Cn. Pompejum filium multis verbis aſſidueque objurgare non deſiſtebat. Tuus, inquit, pater, iſtuc ætatis quum eſſet, & animadvertiſſet Rempubl. ab audacibus ſceleratiſque civibus oppreſſam, bonoſque aut interfectos, aut exilio multatos patria civitateque carere, gloria & animi magnitudine elatus, atque adoleſcentulus, paterni exercitus reliquiis collectis, pene oppreſſam funditus & deletam Italiam, Urbemque Romanam in libertatem vindicavit: idemque Siciliam, Africam, Numidiam, Mauritaniam mirabili celeritate armis recepit. Quibus ex rebus ſibi eam dignitatem, quæ eſt per gentes clariſſima noviſſimaque, conciliavit, adoleſcentuluſque atque eques Romanus triumphavit.*

Ibid. *Lepidus publicus hoſtis judicatur.*] M. Aimilius Lepidus Conſul, mortuo Sulla, de actis ejus reſcindendis lege promulgata, reſiſtente illi collega Catulo, profectus in Galliam, inde videbatur patriæ bellum illaturus, teſtibus Floro, & Appiano. Unde non dubium eſt, quin hoſtis à Senatu judicatus ſit. Rutilius “
Numatianus ad Coſam Hetruriæ oppidum à collega “
Catulo collatis ſignis victum in Sardiniam fugiſſe “
dicit. “

Invia caſtrorum veſtigia ſermo retexit “
Sardoam Lepido præcipitante fugam. “
Litore namque Coſæ cognatos depulit hoſtes “
Virtutem Catuli Roma ſecuta ducis. “

P. Valerium Triarium in Sardinia contra M. Lepidum “
arma tuliſſe, refert Aſconius Pædianus in eam pro “
Scauro. Contigit hoc numero MDCCCCXXXIX. Pro- “
chroniſmus biennii. Ab anno hujus geſti, hoc eſt, ut “
diximus, numero MDCCCCXXXIX, inivit hiſtoriam “
ſuam C. Salluſtius, teſte Auſonio. Macrobius autem “
hoc bellum vocat Lepidianum tumultum, atq; illum “
annum infauſtum fuiſſe, propterea quod nundinæ in- “
ciderant in Kalendas anni ineuntis. “

MDCCCCXLI. *Alexandra, quæ & Salina.*] Nullus eſt codex ſcriptus, aut editus, in quo nomen hujus Reginæ non ita conceptum ſit. In omnibus enim eſt Salina, non, ut apud Joſephum, Salome. Quin & Hieronymus quoque Commentario in Danielem cap. IX: *Alexandra, quæ & Salina vocabatur.* Epiphanius Euſebium ſecutus in Nazoræis pag. 56. ἀφ᾽ οὗ Ἀλεξάνδρου διέπρεψεν οὗτος ὁ κλῆρος ἀπὸ τοῦ χρόνου τοῦ αὐτοῦ τε καὶ Σαλίνας τῆς καὶ Ἀλεξάνδρας καλουμένης. Sic Excer- “
pta Barbaro-latina, nec mirum quum ex Euſebio illa “
verterit. in tanto conſenſu, & velut conſpiratione “
codicum non potui tamen animum inducere, ut crederem mendo hos omnes ſcriptorum locos vacare, donec Græca Euſebii aliter ſentire coëgerunt, in quibus bis Σαλίνα legitur. quod quis non miretur. quum à Joſepho Σαλώμη dicatur? At niſi à Joſepho de hac Salina nihil nobis compertum eſt. Nam Joſephi codicem depravatum eſſe non ſinit credere Rufini tralatio, quæ conſtanter ubique Salome retinet. Quare igitur Euſebius Σαλίναν, non Σαλώμην, legit? & quum ea, quæ de hac muliere dicit, à Joſepho omnia habeat, quare in ſolo nomine ab eo diſſentit? Deinde cur Hieronymus cap. IX in Danielem Salinam ex Euſebio potius, quam Salomen ex Ioſepho, quem dormitans legiſſe videtur Euſebius? Sulpitius Severus, & alii, ut Oroſius, poſteriores Hieronymo Salinam vocant ex Chronico hoc Hieronymiano, non Salomen ex Ioſepho, & Rufino.

MDCCCCXLI. *Bellum gladiatorium in Campania.*] Bellum gladiatorium duce Spartaco cæpit M. Terentio Varrone Lucullo, C. Caſſio Varro Coſſ. numero MDCCCCXLIV. Triennii prochroniſmus.

MD-

MDCCCCXLIII. *L. Lucullus primus imperator appellatus est.*] Mithridate iterum victo, & capta Nisibi, L. Cæcilio Metello, Q. Marcio Rege Coss. numero MDCCCCXLIX. Prochronismus sexennii.

MDCCCCXLIV. *Pompejus universam Iberiam subjugavit*] Notum est duas Græcis Scriptoribus Ἰβηρίας esse, Hispaniam alterius nomine, altera regionem, quæ ad Pontum est, intelligi. Sed Hieronymus Ἰβηρίαν, etiam quum Hispaniam significat, Iberiam, non Hispaniam, vertit: quod aliquando perturbationem inducere potest, ut hic. Nam eodem tempore Ἰβηρία ad Pontum, & Ἰβηρία ad Iberum fluvium, hoc est Hispania, bello à Romanis quatiebantur. Plus dico, quod paulo post Iberia ad Pontum à Pompejo subacta est, hic vertendum Hispaniam, non Iberiam. Hispanias recepit Cn. Pompejus bello Sertoriano confecto, & M. Perperna Sertorii occisore victo in acie, capto, & interfecto, de quo triumphavit numero MDCCCCXLVI, Cn. Aufidio Oreste, P. Cornelio Lentulo Sura Coss. Biennii prochronismus. Secundus hic fuit triumphus Cn. Pompeii nondum ullum honorem auspicati, inquit Valer. Maximus lib. VIII, cap. XV, 8. Triumphavit prid. Cal. Januar. Sequenti die Consulatum primum inivit.

Ibid. *M. Lucullus de Bessis triumphavit.*] Eutropius: *Eodem tempore duo tantum gravia bella imperio Romano erant, Mithridaticum & Macedonicum. Hæc duo Luculli agebant, L. Lucullus & M. Lucullus.* Rursus paulo ante: *Macedoniam provinciam, M. Licinius Lucullus accepit consobrinus ejus, qui contra Mithridatem bellum gerebat.* Idem infra: *Lucullo paranti, capta Nisibi, contra Persas expeditionem successor est missus. Alter Lucullus, qui Macedoniam administrabat, Bessis primus Romanorum intulit bellum, atque eos ingenti prælio in Hæmo monte superavit.* Hæc autem omnia ab Eutropio Hieronymus accepit. Consobrinum improprie vocat Eutropius, qui agnatus erat, non „ cognatus. Ambo enim erant ex gente Licinia. Con„ sobrini vero sunt in cognatis, non in agnatis, aut „ gentilibus.

Ibidem. *M. Lucullus de Bessis triumphavit.*] Eodem tempore contigisse scribit Bessorum cladem Eutropius, quo Pompejus successor Lucullo datus est. Successor autem datus est, M. Aimilio, L. Volcatio Tullo Coss. numero MCCCCLI. Prochronismus annorum VII.

Ibid. *de Bessis.*] Ex Eutropio paulo ante referebamus, *Bessis primus Romanorum intulit bellum, atque eos ingenti prælio in Hæmo monte superavit.* Eadem iterat Marcellinus libro XXVII: *Advenit post hos imperator Lucullus, qui cum audacissima gente Bessorum conflixit omnium primus, eodemque impetu Hæmimontanos acriter resistentes oppressit.* De hac insigni victoria extat Antipatri Sidonii scitum Epigramma, qui eodem tempore clarebat, quo Romani cum Mithridate bellum gerebant.

Σοί με, Θρηϊκίης σκυληφόρε, Θεσσαλονίκη
Μήτηρ ἡ πάσης πέμψε Μακηδονίης.
Ἀείδω δ᾽ ὑπὸ σοὶ δεδμημένον ἄρεα Βεσσῶν,
Ὅσσ᾽ ἐδάην πολέμου πάντ᾽ ἀναλεξάμενος.
Ἀλλά μοι ὡς θεὸς ἔσσο κατήκοος, εὐχομένου δὲ
Κλῦθι. τίς ἐς μούσας οὔατος ἀσχολίη;

Nomine Thessalonicæ gratias Poëta agit M. Lucullo pro latronibus Bessis, (ita vocabantur teste Strabone, nempe λῃσταὶ) à quibus diu infestata fuerat, ab eo debellatis. Propterea vocat eum Θρηϊκίης σκυληφόρον, triumphatorem Thraciæ, atque ejus spoliis onustum. Nam audiendi non sunt, qui hoc Epigramma accipiunt de Rege Macedoniæ Philippo. Ridiculus esset anachronismus. Antipater enim Sidonius tunc florebat, quum duo Luculli, alter in Macedonia, alter in Ponto bellum administrabant: & eo tempore Bessi à nemine alio, præterquam M. Lucullo, devicti sunt.

*Ibid. *capta Cabyle.*] Alii legunt Calybe. Eutropius de isto M. Lucullo: *Cabylen capit. usque ad Danubium penetravit. inde multas supra Pontum positas civitates aggressus est. Illic Apolloniam evertit, Calatin, Parthenopolin, Tomos.* De Calybe Strabo libro VII. ὑπέρκειται δὲ τοῦ Βυζαντίου τὸ τῶν Ἀστῶν ἔθνος, ἐν ᾧ πόλις Καλύβη, Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου τοὺς πονηροτάτους ἐνταῦθα ἱδρύσαντος. Καλύβη, inquit Stephanus, πόλις Θρᾴκης ἄποικος Μακεδόνων. Apud Ptolemæū legitur Καβύλη. Quidam diversum à Calybe faciunt: atque adeo negant Calyben esse πονηρόπολιν, quum tamen hoc Strabo dicat. Sex. Rufus: *M. Lucullus per Thracias cum Bessis primus conflixit. ipsam caput gentis Thraciam vicit. Eumolpiadam, quæ nunc Philippopolis dicitur, Uscudaniam, quæ nunc Adrianopolis nominatur, in ditionem nostram redegit. Cabylen cæpit.* eadem verba iterat Ammianus. Vide Harpocrationem Καβύλη.

MDCCCCXLV. *Crassus triumphavit.*] Inepte hæc cum superioribus conjuncta sunt in omnibus P R. *capta Cabyle, & Tomis, & cæteris vicinis urbibus Crassus quoque triumphavit.* In editionibus quoque continuata sunt, omissa vocula *quoque.* Sed hoc gestum à superioribus distinguunt POST. M. Licinus Crassus ovavit, non triumphavit, de Spartaco, tertio anno postquam illud bellum motum, Cn. Aufidio Oreste, P. Cornelio Lentulo Sura Coss. numero MDCCCCXLVI, eodem anno, quo Pompejus de bello Sertoriano. Unius anni prochronismus.

MDCCCCXLVII. *Virgilius Maro in pago.*] Recte hoc ipso anno natum dicit, Cn. Pompejo Magno, M. Licinio Crasso Coss. Phlegon apud Photium 146, loquens de III anno Olympiad. CLXXVII: καὶ Οὐεργίλιος Μάρων ὁ ποιητὴς ἐγεννήθη τούτου τοῦ ἔτους εἰδοῖς Ὀκτωβρίαις. Eadem verba iterantur in Chronico Casauboniano, quos Fastos Siculos vocant. Martialis XII, 68: *Octobres Maro consecravit Idus.*

MDCCCCXLIX. *Antiochia capta à Romanis.*] Pompejus potitus est Antiochia cum tota Syria, victo Tigrane, qui XVIII annis Syriam occupaverat, numero MDCCCCLII, anno desinente, qui proxime antecessit Consulatum M. Tullii Ciceronis, & C. Antonii. Triennii prochronismus. Hæc suspicor esse Hieronymi, non " Eusebii. "

Ibid. *Creticum bellum motum.*] Recte tempus assignatum, L. Cæcilio Metello, Q. Marcio Rege Coss. Profectus autem in insulam Metellus anno superiore, qui erat quartus Olympiadis CLXXVII. Auctor Phlegon.

Ibid. *Lucus Daphnensium juxta Antiochiam.*] Ab Eutropio Hieronymus: *Antiochensibus obsides reddidit: aliquantum agrorum Daphnensibus dedit, quo locus ibi spatiosior fieret, delectatus loci amœnitate & aquarum abundantia. Inde ad Iudæam transgressus, Hierosolymam caput gentis tertio mense capit, duodecim millibus Iudæorum occisis, cæteris in fidem receptis.* Quia fere hoc eodem tempore accidit, saltem eodem anno, quo Ierosolyma expugnata sunt, hæc contigerint numero MDCCCCLIV, M. Tullio Cicerone, C. Antonio Coss. Ita fuerit prochronismus annorum quinque. Rursus Sex. Rufus non, postquam Daphnen reliquisset, Pompejum expugnasse Ierosolyma, sed contra, Ierosolymis expugnatis, Daphnen venisse. *Iudæa capta Ierosolymam obtinuit: cum Persis fœdus icit: rediens, apud Antiochiam Daphnensem lucum, delectatus loci amœnitate, & aquarum abundantia, addito*

dito nemore, consecravit. quæ postrema sunt ab Eutropio, à quo tamen desciscit in filo historiæ.

Ibid. *à Pompejo Apollini consecratur.*] Eutropium sequutus est Sex. Rufus in hac ἀνιστορησίᾳ. Sequitur & Hieronymus in Ezechielem cap. XVI: *Et de Apamia descendunt termini in Rebla, quæ nunc Syriæ vocatur Antiochia. Et ut scias Reblam hanc significare urbem, quæ nunc in Syria Cœle nobilissima est, sequitur,* CONTRA FONTEM: *quem perspicuum est significare Daphnen, de quo fonte supra dicto urbs aquis abundantissimis fruitur. Hic autem locus à Cn. Pompejo, qui primus Iudæam Romano subegit imperio, militari manu consitus est, & ab eo juxta fabulam Poëtarum Daphnes nomen accepit, ob lauros & Cyparissos, quæ arbores in ipso loco frequentissimæ sunt.* Hæc omnia errata non Hieronymo, sed auctoribus, unde hausit, adscribenda sunt, qui profecto multum luserunt otio suo. Sed saltem Hieronymi intererat meminisse historiam Maccabaicam esse antiquiorem Pompejo: & in II Maccab. cap. IV, 33, mentionem hujus Daphnes fieri. Quare ille locus, καὶ προάστειον amœnissimum, à quo Antiochia magna à XV aliis cognominibus urbibus distinguitur, quod dicatur Ἀντιόχεια ἐπὶ Δάφνῃ, & ab Ausonio *Phœbea Lauri domus Antiochia*, illud, inquam, προάστειον, neque à Pompejo militari manu lauru & cupressu consitum est, quum multis annis antea celeberrimus fuerit lucus ille, neque à lauribus illic consitis nomen adeptum est. Si enim à laureto nomen habuisset, ineptum erat Δάφνην potius, quam δαφνῶνα vocari. Sic amœnissimus locus in finibus Iudææ & Arabiæ Φοινικὼν à palmetis, non Φοῖνιξ dictus est. Denique cur potius à lauribus, quam à cupressu, quum etiam teste ipso Hieronymo, & l. ult. Cod. lib. XI, ibi multa fuerit cupressus? Ego non dubito fuisse quandam vetustissimam laurum, qualis erat quercus Dodonæa, & oliva in arce Athenarum, & item laurus in insula Syro, quas, ut Pausanias refert in Arcadicis, vetustissimas omnium arborum in sua specie Græci esse prædicabant. Ab ea igitur lauro non dubium est locum dictum esse, & propter arborem Apollini dicatam, postea lauru & cupressu consitum amœnissimum secessum præbuisse. Sic & locus ad Terebinthum, vel Terebinthus dictus fuit per multa sæcula, propter illam Terebinthum, sub qua tetendit Abraham. Porro quamvis προάστειον Ἀντιοχείας Daphne vocatur, tamen V millib. passuum distabat ab urbe, ut legimus in Itinerario Burdigalensi: „ ubi etiam vocatur Palatium Daphnæ: item apud „ Strabonem, apud quem XL stadia distare dicitur, „ ab urbe hoc est, V mill. B.

Ibid. *Apollini consecrasse.*] Quomodo potuit Pompejus lucum & templum, & simulacrum Apollini consecrare, quæ jam Antiochus Epiphanes consecrarat? Ammianus XXII: *Eodem tempore die XI Kalend. Novembr. amplissimum Apollinis Daphnæi fanum, quod Epiphanes Antiochus Rex ille condidit iracundus & sævus, & simulacrum in eo Olympiaci Iovis imitamenti æquiparans magnitudinem, subita vi flammarum exustum est.* Strabo XVI: ὑπέρκειται δὲ τετταράκοντα σταδίοις ἡ Δάφνη κατοικία μετρία, μέγα δὲ καὶ συνηρεφὲς ἄλσος διαρρεόμενον πηγαίοις ὕδασιν. ἐν μέσῳ ἄσυλον τέμενος, καὶ νεὼς Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος. ἐνταῦθα δὲ πανηγυρίζειν ἔθος τοῖς Ἀντιοχεῦσι καὶ τοῖς ἀστυγείτοσι.

Ibid. *Iudæi Romanorum per Pompejum vectigales facti.*] Ab eo tempore non dubitamus capite censeri cœpisse, ut singula didrachma in capita exigerentur, qui census dicitur Matthæi XVII, 25. XXII, 17, 19. Sed paucis verbis hæc tractari non possunt. Itaque fortasse de hac re erit dicendi locus. Interea perpendatur locus Hieronymi in commentario in XVII, 25, Matthæi: *Post Augustum Cæsarem Iudæa facta est tributaria, & omnes censi capite ferebantur. Unde & Ioseph cum Maria cognata sua profectus est in Bethleem.* Quomodo sub Augusto Ioseph cum Maria profiteri potuit, si post Augustum institutum, ut Iudæi censum profiterentur, & tributarii essent?

Ibid. *vectigales facti.*] Cic. pro Flacco: *Stantibus Ie- „ rosolymis, pacatisque Iudæis, tamen istorum religio sacrorum „ à splendore hujus imperii, majorum institutis abhorrebat: „ nunc vero hoc magis, quod illa gens, quid de imperio nostro „ sentiret ostendit armis: quam cara Diis immortalibus esset; „ docuit, quod est victa, quod elocata, quod serva.* Elocatam „ vocat, quod elocaretur mancipibus, & publicanis „ pop. Rom. „

MDCCCCL. *Hyrcanus annis XXXIV.*] Qui annus finis regni Alexandriæ fuit, idem & initium regni Hyrcani. Quare hic annus recte congruit ejus initio. Sed postquam tres menses rerum potitus esset, de possessione dejectus est à fratre Aristobulo, qui regnum insedit, usque ad capta Ierosolyma, numero MDCCCCLIV, & tunc, eo à Romanis depulso, Hyrcanus in regnum restitutus est. Quare prius ponendū erat triennium cum semisse, quod regnavit Aristobulus, initio sumpto à numero MDCCCCL, deinde initium Hyrcani statuendum in numero MDCCCCLIV. Nam, ut alibi me dicere memini, multa in annis hujus familiæ turbavit Eusebius.

Ibid. *usque ad sancta sanctorum accedit.*] Addunt Græca, καὶ τὸν ναὸν συλήσας, καὶ πολλὰ παρ' αὐτοῦ ἀφελόμενος. quæ nos inclusimus virgulis, quia infercta sunt à quodam ardelione. Nam penetravit quidem εἰς τὰ ἅγια Pompejus, sed à donariis & thesauro manus continuit. Josephus lib. XIV, 423: ὄντων δὲ τραπέζης τε χρυσῆς, καὶ λυχνείας ἱερᾶς, καὶ σπονδείων, καὶ πλήθους ἀρωμάτων, χωρὶς δὲ τούτων ἐν τοῖς θησαυροῖς ἱερῶν χρημάτων εἰς δύο χιλιάδας ταλάντων, οὐδενὸς ἥψατο διὰ εὐσέβειαν, ἀλλὰ κἀν τούτῳ τὸ περὶ αὐτὸν ἀξίως ἔπραξεν ἀρετῆς. Supposititius ille Hegesippus auctor infimæ vetustatis, qui sincerum vas Josephi incrustavit, non contentus verbis Josephi (hoc facit non raro, ut videatur aliquid novi adferre) ita hæc recenset: *atque inspexit lucernam, & mensam, & thymiamata, & Tabulas testamenti, superque eas Cherubim, & multitudinem aromatum dispersam, & sacræ pecuniæ talenta duo millia, in quibus quum plurimum auri esset, integer tamen ab omni cupiditate vel ipsa, vel, si qua sacrorum vasorum inventa sunt, intacta servari præcepit.* Voluit plus quam Josephus dicere, quasi habuerit Acta ipsius Pompeii, quæ Iosephus non viderit, in quibus, si Diis placet, Arcam testamenti, & Cherubim invenerit. Et tamen quidam hunc auctorem legunt, tanquam Iosephum: imo quæ Iosephus non habet, & sunt apud hunc, à Iosepho omissa potius, quam ab hoc ficta esse putant. Nos ideo produximus ejus verba, non sane quod illis indigeamus ad Pompeii modestiam, & continentiam demonstrandam, sed ut ejus scriptoris confidentiam aperiremus, qui non veretur pannos suos purpuræ Iosephi assuere. Habemus & Pompeii moderationis illustrius exemplum apud Ciceronem in ea pro Flacco: quod certe, quanquam vulgo notum, tamen omittendum non est. *Cn. Pompejus captis Ierosolymis victor ex illo fano nihil attigit. Imprimis hoc, ut multa alia, sapienter, in tam suspiciosa, & maledica civitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. Non enim credo religionem Iudæorum & hostium impedimento præstantissimo imperatori, sed pudorem fuisse. Sua cuique civitati religio, Læli est, nostra nobis.* Satis erit nobis de Pompeii abstinentia testimonium ejus, quo Consule capta sunt Ierosolyma. Quare merito illa verba virgulis inclusimus, quum constet Eusebii non esse, & veritati rerum gestarum adversari.

Ibid. *usque ad sancta sanctorum.*] Capta Ierosolyma anno secundo Olympiadis CLXXIX. Josephus anno primo, & eum sequutus Eusebius ἀποδείξ. VIII. 245. Sed hoc accidit propter Palilia Varroniana, utpote quæ uno anno antiquior sit Epocha annorum Urbis ,, conditæ. Nam Iosephus quidem recte Consules ,, retulit, sub quibus capta sunt, C. Antonium, & M. ,, Ciceronem, sed discrimen est de anno Olympiadis, ,, propter differentiam Palilium Varronis, & Catonis, ,, item propter confusionem prisci anni Quiritium ,, ante Iulianam reformationem.

MDCCCCLII. *Libya per testamentum Apionis.*] Duo sunt Apiones, prior Cyrenarum, alter Libyæ rex. Uterque populum Rom. testamento heredem reliquit. Regem Cyrenarum antiquiorem vocat Sex. Rufus, ut ab hoc distinguatur. Vide numerum MDCCCCXXI, & quæ ad eum notamus. Utriusque regis, & testamentorum eorundem meminit conjunctim Ammianus exitu libri XXII: *Aridam Libyam supremo Apionis Regis consecuti sumus arbitrio. Cyrenas cum residuis civitatibus Libyæ Pentapoleos, Ptolemæi liberalitate suscepimus.* Libyam aridiorem Marcellinus vocat, quæ aliter dicebatur Ammon, in cujus extrema parte Alexandriam sitam esse scribunt veteres.

Ibid. *Libya per testamentum.*] Hieronymus ab Eutropio: *Bellum Creticum ortum est. Ad id missus Cæcilius Metellus ingentibus præliis intra triennium omnem provinciam cæpit, appellatusque est Creticus; atque ex insula triumphavit: quo tempore Libya quoque Romano imperio per testamentum Apionis, qui ejus Rex fuerat, accessit, in qua inclitæ civitates erant, Berenice, Ptolemais, & Cyrenæ.* Recte vero tempus ab Hieronymo assignatum. Nam Creticum bellum confectum est à Metello, C. Calpurnio Pisone Frugi, M. Acilio Glabrione Coss. numero MDCCCCL. Numero autem sequenti mortuus est Apio rex, ut indicat Eutropius.

Ibid. *Apionis Regis.*] Ita scribimus per simplex P, ut Græci semper Απίων. Nam est nomen Ægyptiacum ab eorum numine Api. Apud Latinos tamen semper scribitur per duplex pp, & omnes codices scripti ita habent. Vetus inscriptio: Q. DIVINIUS. Q. F. APPIO.

Ibid. *Horatius Flaccus Satiricus.*] Sunt Hieronymi à Suetonio. Natus Horatius L. Aurelio Cotta, L. Manlio Torquato Coss. Recte tempus assignatum.

MDCCCCLIII. *Apollodorus Pergamenus.*] Unde Ἀπολλοδώρειος αἵρεσις. Strabo libro XIII; de Adobogione Pergameno Tetrarcha Galatiæ locutus postea subjicit: ἔτος ἢ δὴ ὀνόματος ἠξίωτο μεγάλε, καὶ Ἀπολλόδωρος ὁ ῥήτωρ ὁ τὰς τέχνας συγγράψας, καὶ τὴν Ἀπολλοδώρειον αἵρεσιν παραγαγών, ἥτις ποτ' ἐστίν. πολλὰ γὰρ ἐπεκράτει μείζονα ἢ καθ' ἡμᾶς ἔχοντα τὴν κρίσιν, ὧν ἐστὶν ἡ Ἀπολλοδώρειος αἵρεσις καὶ Θεοδώρειος. Quintilianus libro tertio: *Præcipue tamen in se converterunt studia Apollodorus Pergamenus, qui præceptor Apolloni & Cæsaris Augusti fuit: & Theodorus Gadareus, qui se dici maluit Rhodium: quem studiose audiisse, quum in eam insulam secessisset, dicitur Tiberius Cæsar. Hi diversas opiniones tradiderunt, appellatique inde Apollodorei & Theodorei ad morem certas in Philosophia sectas sequendi.* M. Seneca libro secundo Controversiarum: *Tu Apollodorum habuisti, cui semper narrare placet: ego Theodorum, cui non semper.*

Ibid. *præceptor Callidii & Augusti.*] Suetonius in Augusto LXXXIX. quem vise. M. Callidii Quintilianus meminit, qui libro XII subtilis ab eo dicitur. libro autem X dicit Callidium declamasse pro domo Ciceronis. Sed ejus quoq; infra mentio est numero MDCCCCLX. Vide præterea Val. Maximum lib. VIII, cap. X, 3.

MDCCCCLIV. *Pompejus captis Ierosolymis.*] De Syria & Palæstina & toto oriente triumphavit, M. Pupio Pisone, M. Valer. Messala Coss. numero MDCCCCVI. auctor Plinius ex Actis Pompeii. cæpit Ierosolyma " M. Tullio Cicerone, C. Antonio Coss. hoc ipso nu- " mero MDCCCCLIV. anno secundo Olymp. CLXXIX, " non autem anno primo, ut ipsemet Eusebius putavit ἀποδείξ. VIII. 245.

MDCCCCLV. *Ea, quæ de Catilina, Cethego, Lentulo, & Consule Cicerone.*] Sane hæc debebat Hieronymus ad annum Consulatus Ciceronis referre, qui incidit in numerum anni superioris, quo Ierosolyma à Pom- " pejo capta. "

MDCCCCLVI. *Cicero in exilio annum facit.*] L. Calpurnio Pisone, A. Gabinio Coss. numero MDCCCCLIX. Triennii prochronismus.

Ibid. *honorifice susceptus à Plancio.*] Dyrrachio profectus post aliquot dies in itinere confectos ad Plancium divertit, & cum eo in Thessaliam venit X Kal. Junii, Epistola VIII, libri III ad Atticum: & in Oratione pro Plancio.

Ibid. *Pompejus imperator appellatus.*] Imperator non potuit appellari, nisi in exercitu. Notus mos etiam tironibus historiæ Romanæ. At tunc Pompejus erat in Urbe. Aliud habebat in animo Eusebius, cui, ut homini Græco, condonandum, si quid peccat in Romanis rebus. Habebat, inquam, in animo Pompejum salutatum Magnum à Sulla in triumpho, quem primum de Hiarba Numidarum rege egit. Vide numerum MDCCCCXXXVII. Itaque peccatur primo hallucinatione, deinde metachronismo annorum XIX. Sed Epitome Liviana CIII in Triumpho de Mithridate Magnum salutatum fuisse dicit: *Cn. Pompejus de liberis Mithridatis, Tigrane & Tigranis filio triumphavit, Magnusque à tota concione salutatus est.* Hoc contigit numero MDCCCCLV. Erit & sic etiam metachronismus, sed unius anni. Quare sine dubio pro Magno, Imperatorem posuit. Itaque dicendum erat Πομπήϊος Ῥωμαίων στρατηγὸς Μέγας προσηγορεύθη, non autem, Πομπήϊος ὁ μέγας, Ῥωμαίων στρατηγὸς, αὐτοκράτωρ προσηγορεύθη. In Pompeii denariis: CN. MAGNUS IMP. item diversis temporibus cusi, MAG. IMP. ITERUM. Apud Cæsarem III Commentario belli civilis ita legimus: *Pompejus eo prœlio imperator est appellatus. Hoc nomen obtinuit, atque ita se postea salutari passus est. Sed neque in literis, quas scribere est solitus, neque in fascibus insignia laureæ intulit.* Hæc, qui legit, ita interpretatur, tanquam nunquam antea Imperator appellatus fuisset. Nam quomodo aliter verba Cæsaris accipere possimus, non video. Numismata aliud testantur. Sed aliud est salutari imperatorem, aliud scribi in literis, & in nummis cudi. Idque ita solvendum esse non dubito.

MDCCCCLVII. *Cæsar Lusitaniam.*] L. Afranio, Q. Cæcilio Metello Coss. numero hoc ipso. Potuit ex iis rebus gestis triumphare. sed maluit Consulatum petere. Sueton. Dio, qui scribunt Cæsarem hæc gessisse post annum præturæ urbanæ. Quæ in Græcis inclusa sunt virgulis, ea neque Hieronymus agnoscit, neque historiæ & tempori consentiunt. Porro falso scribit Diodorus hoc anno fuisse, τὴν ἀρχὴν τοῦ συστάντος τοῖς Ῥωμαίοις πρὸς Κελτοὺς πολέμου κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ἑκατοστῆς καὶ ὀγδοηκοστῆς Ὀλυμπιάδος, Ἡρώδου ἄρχοντος. fuisse principium belli Gallici à C. Julio Cæsare administrati. in quo manifesto peccat prochronismo biennii.

MDCCCCLX. *Catullus trigesimo ætatis.*] Sunt Hieronymi. Qui potuit hoc tempore decedere, qui novem annis post hoc tempus vivebat, Cæsare jam rerum potiente?

Ab

Ab eo enim cœnæ adhibitus est post famosa epigrammata & stigmata Cæsari inusta illo carmine:

Quis hoc potest videre, quis potest pati?

In quo Britanniarum mentio est, quas invasit Cæsar numero MDCCCCLXIII. Itaque nobis liquido constat Catullum cædi Cæsaris superfuisse. Nam Virgilio jam florenti notum & familiarem fuisse locuples testis Martialis ad Silium:

Sic forsan tener ausus est Catullus
Magno mittere passerem Maroni.

Qua enim fronte Martialis diceret Catullum Hendecasyllabos suos Virgilio potuisse mittere, si Maro & Catullus eodem tempore non vivebant, quomodo Martialis & Silius? Quam ridicule hactenus illum locum Martialis accipiunt doctissimi viri, qui hoc fingi à Martiali putant, non quod re vera ambo æquales temporum fuerint? proinde ac si quis diceret: Sic forsan Homerus ausus est mittere Odyssean suam Pindaro. Qui ita loqueretur, quo plausu excipiendus esset? & tamen isti volunt in eam sententiam accipienda esse illa verba Martialis. Mirum est tanto judicio præditis de absurditate nihil suboluisse. Sed nec quid passer Catulli sit apud Martialem, assequuntur, quum totum poëmatiorum Catullianorum volumen intelligatur ab initiali epigrammate, quod est de passere, ut Æneis ab Ovidio & Martiale *Arma virumq;* dicitur ab initialibus verbis, & Lucretiana poësis vocatur „ *Aeneadum genitrix* ab eodem Ovidio. Quę à nobis acce- „ pta Stellio in suas Varias transtulit. Nos non dubitamus ultra cędem Cęsaris Catullum vixisse, ut jam antea diximus. Numero MDCCCCCLXXII Cæsar triumphos quatuor egit, quorũ omnium meminit Catullus, quum Ponticam & Ibericam prædam ex Tago nominat: hoc est triumphum de victoria Mundensi. Cæsar anno sequente, postquam triumphavit, interficitur. Catullus igitur, qui triumphorum Cæsaris meminit, qui vicini fuerunt cædi Cæsaris, tempore triumphorum & cædis Cæsaris vivebat. & parum intervalli interest inter triumphos, & famosum epigramma in Mamurram: ut rursus minimum interjectum est inter famosum epigramma, & reconciliationem ejus cum Cæsare. denique ab ipsa reconçiliatione, ad cædem Cæsaris, necesse est exiguum tempus interfuisse. Numero MDCCCCLXXII, prænomen Imperatoris ex S. C. accepit. Propterea unicum imperatorem vocat eum Catullus: quamvis scio pro eximio posse accipi, neque pertendentibus adversabor. Sed profecto „ allusum est ad prænomen Imperatoris. Lucanus „ lib. V:

„ *— & nomen inane*
„ *Imperii rapiens signavit tempora digna*
„ *Mœsta nota —*

Quod autem Suetonius scribit, Cæsarem, post reconciliationem cum Catullo, hospitio patris ejus, sicuti antea consueverat, uti perseverasse, à reprehensione nullo modo vindicari potest. Catullus enim Transpadanus. Cæsar vero non potuit uti ejus patris hospitio, nisi ante bellum civile; quum Proconsulari imperio obtineret Gallias Cisalpinam & Transalpinam. Si igitur post reconciliationem uti hospitio patris Catulli perseveravit, ergo reconciliatus est ante bellum civile. atqui Suetonius scribit post stigmata famosi epigrammatis reditum in gratiam: hoc est post triumphos Cæsaris. Quod si post epigramma reconciliati sunt, ergo non est usus hospitio patris Catulli ab illo tempore, siquidem post transitum Rubiconis Cæsar nunquam postea in Gallias suas reversus est. Sed in Suetonio, quem hic sequitur Hieronymus, non pauca ejuscemodi παροράματα deprehendimus, eximio alioqui & utilissimo Scriptore, cujus omnes libros extare pluris interesset Reipubl. literariæ, quam multos, quibus æquo animo careremus, si illis potiremur. Adde quod Cornelius Nepos sub Augusto scriptitasse videtur, & Catullus, qui ei librum suum dicat, Chronicorum ejus meminit. Profecto Catullum ultra tempora Triumviratus vixisse mihi dubium non est. Plus dico: Catullum ludos Augusti sæculares spectasse, C. Furnio, P. Junio Silano Coss. numero MMI, quum annum ætatis LXXI ageret: quod perspicuum est ex ejus carmine sæculari. Quare enim carmen sæculare scripsisset, nisi in annum ludorum sæcularium incidisset? Sic Horatius eodem anno carmen sæculare suum scripsit minor XXII annorum, quam Catullus. Ob- „ stat, quod Corn. Nepos, qui familiaris Catullo fuit, „ ait Catullum ante Atticum obiisse. *Idem L. Iulium* „ *Calidium, quem post Lucretii, Catullique mortem multo* „ *elegantissimum poëtam nostram tulisse ætatem vere videor* „ *posse contendere*, &c. Obiit autem Atticus Cn. Do- „ mitio Ahenobarbo, C. Sosio Nepote Coss. XV annis „ ante ludos sæculares Augusti. Sed nihil obstat. Nam „ Corn. Nepos vidit illos sæculares ludos, & aliquot „ annos illi tempori superstes fuit. Ejus mens hæc „ est. Calidius non erat princeps poëtarum vivente „ Catullo. Nunc eo mortuo vere videor affirmare „ posse nostram ætatem meliorem poëtam Calidio non „ tulisse. Virgilius Triumviratus tempore triginta jam „ tum annorum erat: quando Lycoris Galli Antonium in castra sequuta est: quo nomine postremum Bucolicum condidit, postremum, inquam, scriptione, sed tempore prius Bucolico quinto, in quo cædes Cæsaris defletur. Non mirum igitur, si, quum ambo celebres poëtæ eodem tempore vixerint, alter alteri poëmata sua mittere potuerit. Itaq; Martialis intelligit Virgilio jam in Æneide sua occupato Catullum potuisse nugas suas mittere, ut ipse suas mittebat Silio, quamvis in epico opere rerum Punicarum componendo districtus esset. quæ est vera mens verborum Martialis. ut minime dubium sit Valerium Catullum adhuc vixisse quum magnum esset nomen Maronis viventis.

Ibid. *M. Callidius orator.*] Vide initium primi Commentarii de bello civili. Meminerunt ejus Cicero, Quintilianus, Val. Maximus, Asconius Pedianus. Sed in quibusdam codicibus simplici l Calidius legitur. Utra recta sit scriptura, nescio, quum tam gentis Calidiæ, quam Callidiæ crebra extet in veteribus lectionibus mentio, quæ an una gens fuerit, peritiorum „ judicium esto. „

MDCCCCLXI. *Cæsar Renum transiens Germanos vastat.*] Cn. Pompejo Magno II, M. Licinio Crasso II Coss. numero MDCCCCLXII. Vide Commentarium IV de bello Gall. Sed in Græcis est Γερμανὸς καὶ Γάλλες. ultimam vocem non vertit Hieronymus, absurditate, ut puto, deterritus. Non enim Galli sunt ultra Renum. Sed Eusebio homini Græco id condonandum.

MDCCCCLXII. *Crassus Consul cum filio suo apud Carras captus.*] Numero MDCCCCLXIV. Biennii prochronismus.

MDCCCCLXIII. *Ventidius primus Romanorum Parthos superat.*] Sex. Rufus: *Ventidius de Persis primus triumphavit.* Sed profecto valde occupatum in gravioribus curis animum habebat Hieronymus, quum hæc scriberet. Nam P. Ventidius triumphavit de Parthis Ap. Claudio C. F. Pulchro, C. Norbano C. F. Flacco Coss. numero MDCCCCLXXIX. Sexdecim annorum prochronismus.

MDCCCCLXIV. *Curio promptus & popularis orator.*] Lucanus — *venali Curio lingua.* Hic C. Scribonius Cu- „ rio, & pater ejus eodem prænomine ambo clarissimi „

 „ ora-

„ oratores fuerunt. Vellejus de hoc: C. *Curio Trib. pl.* „ *subjecit facem, vir nobilis, eloquens, audax, suæ, alienæque* „ *& fortunæ & pudicitiæ prodigus, homo ingeniosissimè ne-* „ *quam, & facundus malo publico.*

Ibid. *Qui deinceps.*] Nimirum C. Julio Cæsare III, M. Aimilio Lepido Coss. Numero MDCCCCLXXI.

Ibid. *Pudore amissi exercitus maluit mori, quam evadere.*] Hujus viri strenuam mortem & dignum Romano homine exitum habes Commentario secundo de bello civili. Sed & Florus argute ac rotunde more suo: *In Africa quoque par & virtus & calamitas Curionis fuit, qui ad recipiendam provinciam missus, pulso fugatoque Varo jam superbus, subitum Iubæ Regis adventum equitatumque Maurorum sustinere non potuit. Patebat victo fuga. sed pudor suasit, ut amissum sua temeritate exercitum morte sequeretur.* Vide Lucanum in fine IV.

Ibid. *Virgilius sumpta toga.*] Iisdem Consulibus, quibus natus, Cn. Pompejo II, M. Licinio Crasso II, numero MDCCCCLXIII. Unius anni metachronismus. Nam iste erat annus XVII iniens, quo mos erat togam puram sumere. Hieronymus respexit non ad Consules, sed ad annum XVII completum, & XVIII ineuntem. In vita Virgilii: *Initia ætatis, id est, usque ad septimum annum, Cremonæ egit, & XIII anno virilem togam cæpit illis Consulibus iterum, quibus natus erat.* Vitiosa & ridicula sunt. Lego, *Initia ætatis, id est, à XIV, usque ad sedecimum annum Cremonæ egit, & XVII anno virilem togam sumpsit. Sedecimum* pro sextodecimo in veteribus libris legi, sciunt, qui in illorum lectione aliquem „ usum habent. Supplevimus illa à XIII, ex Hiero- „ nymo, qui ad numerum MDCCCCLIX apponit: „ *Virgilius Cremonæ studiis eruditur.* Initia ætatis vocat „ pubertatem.

MDCCCCLXV. *Simulacrum Olympii Iovis tactum fulmine.*] IV προπαρασκευῆς pag. 81. ἀμφὶ ἢ Ἴούλιον τ̃ Καίσαρα τὸ μέγα τ̃ Ἑλλήνων ἢ Ὀλυμπιακὸν ἄγαλμα τὸ [ἐν αὐταῖς] Ὀλυμπιάσι κεραυνῷ πρὸς τοῦ θεοῦ βληθὲν ἀναγράφουσι.

MDCCCCLXVI. *Cæsar Germanos & Gallos capit.*] Galli non potuerunt eo anno omnes domari, quo Germanis bellum intulit Cæsar, Rheno ponte juncto, quod accidit anno superiore, Cn. Pompejo, M. Crasso Coss. Quare est metachronismus manifestus anni unius. Sed fortasse intelligit secundam Rheni trajectionem: de qua Commentario VI. neque dubito verum esse. Tunc enim fere omnes Galliæ pacatæ erant.

MDCCCCLXVII. *Principium belli civilis.*] Imo anno sequenti, M. Claudio Marcello, L. Cornelio Lentulo Coss.

Ibid. *Diodorus Siculus.*] Si sequendus erat Diodorus, non convenit hic locus ejus mentioni. Diodorus enim paulo ante finem Procemii scribit se historiam terminasse suam, quam Bibliothecam vocat, principio belli, quod Cæsar gessit cum Gallis. μέχρι τῆς ἀρχῆς τοῦ συστάντος πολέμου Ῥωμαίοις πρὸς Κελτούς. Bellum autem Gallicum, ut vulgo compertum est, cæpit L. Calpurnio Pisone, A. Gabinio Coss. anno tertio Olympiadis CLXXX, numero MDCCCCXLIX. Ibi igitur statuenda erat mentio Diodori. Neque dubium est, quin hoc fuerit Eusebii propositum, sed, ut non raro solet, erraverit metachronismo VII annorum. Longe vero puerilius hallucinatur Diodorus ipse. Scribit enim principium belli Gallici convenire anno primo Olympiadis CLXXX, Ἡρώδου ἄρχοντος: quum Consulatus Calpurnii Pisonis & Gabinii, quo bellum Gallicum motum, inciderit in annum tertium ejusdem Olympiadis. Pergit: ἀπὸ ἢ τ̃ ᾱ Ὀλυμπιάδος, εἰς τ̃ ἀρχὴν τοῦ Κελτικοῦ πολέμου, ἣν τελευτὴν πεποιήμεθα τ̃ ἱστορίας, ἑπτακόσια καὶ τριάκοντα. Ait à prima Olympiade, ad principium belli Gallici, esse annos DCCXXX. quæ sunt Olympiades absolutæ CLXXXII, anni duo solidi. Ergo bellum Gallicum inivit anno tertio Olympiadis CLXXXIII. qui tamen erat annus, quo Scipio, & Iuba in Africa bellum cum Cæsare infeliciter gesserunt. Postremo adjicit, ab excidio Ilii, ad finem Bibliothecæ suæ, intercedere annos MCXXXVIII. de quibus si detrahantur CCCCVIII, quot annos ipse Diodorus ait esse ab excidio Ilii, ad primam Olympiadem, supererunt iidem anni DCCXXX, ne quis forte à librario peccatum putet in priore numero. Itaque insignis est hallucinatio præstantissimi scriptoris, principium belli Gallici cum annis belli civilis confundentis. Sed Deum immortalem, quanta jactura historiæ facta est amissione librorum illius Bibliothecæ, præsertim quinque illorum, qui sequebantur post quintum. Nam in illis erat memoria totius vetustatis regnorum Orientis, quæ multum historiæ sacræ allucebant. Nunc de tot præclaris monumentis nihil nobis, præter desiderium, superest. Vixisse autem admodum senem, usque ad medium Augusti imperium, satis ex eo constat, quod bisexti Romani meminit: quod nomen videtur in usum receptum post reformationē Fastorum ab Augusto factam. Verba ejus: ἡ δὲ Ὀλυμπιὰς πληροῦται κατὰ τέτταρας χρόνους. ἔστι ἢ ὅπερ οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι Βίσεξτον. Nam à primo anno Iuliano, ad XXXVII, constat bisextum intercalatum fuisse post triennium. Atqui ait Olympiadem constare annis solidis, quot bisextum. Hoc non contigit anno Iuliano, nisi post correctionem ab Augusto adhibitam.

MDCCCCLXVIII. CAIUS JULIUS CÆSAR *primus apud Romanos singulare arripuit imperium.*] Omnes PR. ita habent: *Ex hoc loco continua Romanis nascuntur imperia in diem vitæ Principalis: & regnat apud Romanos primus omnium Cajus Iulius Cæsar, qui primus apud Romanos singulare arripuit imperium.* Quæ sine dubio non sunt Eusebii, neque POST. agnoscunt, neque Editiones.

Ibid. *Singulare arripuit imperium.*] Ausonius:

Imperium binis fuerat solenne quod olim
Consulibus, solus Iulius arripuit.

Sic Corn. Nepos elegantiss. scriptor *singulare impe-* „ *rium* dixit in Timoleone, *singularis potestas* in Dione. „

MDCCCCLXIX. *Pompejus prælio victus.*] Recte tempus assignatum.

Ibid. *à spadonibus Alexandrini Regis occiditur.*] A Pothino. pro quo male apud Cæsarem Photinus, & apud Martialem:

Antoni Phario non concessure Pothino.

Ποθεινός, non Φωτεινός. Etiam Regi Ægypti Φύσκωνι filio Cleopatræ alterum cognomentum fuit Ποθεινός. Apud Iuvenalem Satyra quarta:

Debetur magnus Patinæ, subitusque Prometheus.

Ridiculum Glossema ibi appositum est. *Figuram hic dicitur posuisse propter Magnum Pompejum. quoniam Patina dictus est, qui sustulit caput ipsius.* Quid puerilius excogitari potuit, quam inter patinas mentionem Pompeii injicere, & de Pothino Patinam facere: Claudianus I „ in Eutropium: „

— *an alio lædor graviore Pothino* „
Et patior majus Phario scelus — „

ubi idem error, *Photino.* & apud Lucanum lib. VIII. „

Ibid. AB HOC LOCO ANTIOCHENI SUA TEMPORA COMPUTANT.] De Æra Antiochensium satis superq; dictum à nobis in Canonibus Isagogicis. Ejus creberrima mentio apud Euagrium; à quo vocatur χρηματισμὸς τ̃ Ἀντιοχείας.

Ante-

Antecedit epocham Christi Dionysianam XLVIII anni. Huic anno Christi MDCIV adjectis XLVIII, consurgit annus MDCLII τῆς χρηματισμοῦ τῶν Ἀντιοχέων. & in autumno ejusdem anni inivit annus MDCLIII, à Kal. Octobris. Est indictio Cæsariana, in qua, ad indictionem primam Constantinianam, intersunt anni CCCLX, præcise, hoc est indictionum cycli XXIV. Et quia diximus à Kal. Octobribus hujus autumni inivisse annum MDCLIII τῆς χρηματισμοῦ τῆς Ἀντιοχείας, divisis illis annis per XV, remanebit indictio III Cæsariana. Euagrius libro secundo, cap. XII, scribit anno Antiocheno DVI, Septembris XIV, die Dominica, ingentem terræ motum contigisse. Si abjeceris XLVIII annos, remanebit annus Christi Dionysianus CCCCLVIII, cyclo Solis XIX: ita ut XIV Septembris fuerit Dominica. Rursus Euagrius dicit fuisse ια ἐπινέμησιν, id est Indictionem XI. Partire DVI per XV. Remanebit Indictio XI. Itaque quum hoc Euagrii testimonium munitum sit duobus certissimis characteribus, cyclo Solis XIX, & Indictione XI, de hac Æra non est quod dubitemus recte ab Eusebio positam numero MCCCCLXIX. Sed vide quæ amplius diximus de hac Indictione, libro V de Emend. Temp. item in Canonibus Isagogicis. Quod autem Chronicon Casaubonianum, quos Fastos Siculos vocant, initium hujus Indictionis & monarchiæ Cæsaris capiat à Consulatu Planci & Lepidi, id est post sex annos, hoc mirum non est in eo auctore, qui sequitur Eusebium in Consulibus, quod & facit Orosius, & Cassiodorus: ut aliquando sex, aliquando pauciorum annorum intervallo anticipent epocham Regifugii, aut Palilium Urbis. Sed imperii, sive, ut Græci vocant, τῆς μοναρχίας Cæsaris, illustre argumentum extat in vetere inscriptione, quæ est Romæ in loco ad septem Lucernas. Ejus exemplum infra subjeci.

S. P. Q. R.

CEJONIUM. RUFUM. ALBINUM. V.C. PHILOSOPHUM. RUFI. VOLUSIANI. IUD. ORDINARII. CONS. FILIUM. SENATUSCONSULTO. SUOQ..... EJUS. LIBERIS. POST. CÆSARIANA. TEMPORA. I. POST. ANNOS. CCCCLXXX. ET. I. AUCTORITATEM DECREVIT. FL. MAGNUS. JANUARIUS. V. C. VII, STATUARUM. LOCUS. ADSIGNATUS. A. NIGRO. ET. CASTONIANO. CUR. OPERUM. PUBLICORUM.

Epocham Cæsarianam, sive χρηματισμὸν τῆς Ἀντιοχείας, vocat Cæsariana tempora. Itaque deductis XLVIII de Æræ Antiochenæ annis CCCCLXXX, per perpetuam Regulam, superest annus Christi Dionysianus CCCXXXII, quo iste honor habitus Cejonio Rufo Albino, cujus pater Rufus Volusianus Consul fuerat annis XVIII ante hoc marmor incisum, anno Christi CCCXIV. FL. autem Magnus Januarius itidem Consul fuerat IV annis antea, anno Christi CCCXXVIII. Hæc luculenta inscriptio effugit diligentiam oculatissimi & accuratissimi viri amici nostri Onufrii Panvinii. quod non mirum. Hactenus enim ignotus fuit χρηματισμὸς τῆς Ἀντιοχείας.

Ibid. *M. Cælius Prætor, & T. Annius Milo.*] Historiam „fusissime habes apud Dionem libro XLII. & Vellejum. Tempus recte assignatum. Sunt Hieronymi, qui accepit à Cæsare, Commentario tertio de bello civili: ab Hieronymo autem Paulus Orosius.

Ibid. *in Thuriano Brutioque agro.*] Ita scripti Codices: & historia sic postulat. Editionum lectio hic vi„tiosa est. Milo oppugnans Compsam in Hirpinis ictu lapidis, patriæ, quam armis petebat, pœnas de- „dit. Vellejus. „

MDCCCCLXX. *Ptolemæi cadaver cum lorica aurea in Nilo inventum.*] Hieronymus ab Eutropio: *Ipsi quoque Ptolemæus parare voluit insidias. qua caussa Regi bellum illatum est. Victus in Nilo periit. inventumque est corpus ejus cum lorica aurea.* Eadem verba repetit Orosius, sed ex Hieronymo, ut solet, lib. VI, cap. XVI.

Ibid. *Cæsar in Aegypto regnum Cleopatræ confirmat ob stupri gratiam.*] Hieronymus ab eodem Eutropio: *Cæsar Alexandria potitus, regnum Cleopatræ dedit Ptolemæi sorori, cum qua consuetudinem stupri habuerat, quæ postea regio comitatu urbem ingressa est.*

MDCCCCLXXI. *Romæ Basilica Iulia dedicata.*] Basilicæ Iuliæ mentio apud Quintilianum lib. XII. Plin. in „ Epistolis, Suetonium Caligula, XXXVII. Scholion „ Iuvenalis in Satyram IV: *Crispus municeps * Visellienses tirocinio suo in senatu ita capit:* P. C. E T. T V. C Æ S A R. *propter quod simul oratione plenissime à Tiberio collaudatus plurimas sponte caussas apud C Viros egit. Pro qua re in Basilica Iulia statua ejus posita est.* Nescio an eadem cum Porticu Julia, de qua Martial. lib. VI. Epigr. „ XXXVIII. „

— *& infanti Iulia tecta placent.* „

Nam ibi recitabant ut ex Quintiliano constat Glos- „ sæ Persii: *Fœneratores ad Puteal Scribonis Licinii, quod est in porticu Iulia, ad arcum Fabianum convenire solebant.* Eam porticum vetustate collapsam à Verrio Probiano V. C. Præfecto Urbis instauratam fuisse, testis Inscriptio Romana:

GABINIUS. VETTIUS
PROBIANUS. V. C. PRÆF. URB.
STATUAM. QUÆ. BASILICÆ
JULIÆ. A. SE. NOVITER
REPARATÆ. ORNAMENTO
ESSET. ADJECIT. &c.

Augustus in suo Indice: FORUM. JULIUM. ET. BASILICAM. QUÆ. FUIT. INTER. ÆDEM. CASTORIS. ET. ÆDEM. SATURNI. CÆPTA. PROFLIGATAQ. OPERA. A. PATRE. MEO. PERFECI. In alia inscriptione: T. FLAVIUS. GENETHLIUS. NUMUL. DE. BASILICA. JULIA. NATIONE. BESS.

Ibid. *Decretum Senatus & Atheniensium ad Iudæos.*] Et Decretum Senatus, & Psephisma Atheniensium extat apud Josephum pag. 429. Sed Josephus non definit tempus, quo tam Decretum Senatus Romani, quam Psephisma Atheniensium data sunt. Itaque divinat Eusebius, tanquam præcise Josephus notarit tempus, ac præterea tanquam eodem tempore hæc facta sint. Omnia incerta. neque illa scire potuit Eusebius, quum Josephus nihil expresserit. Ac vereor, ne Josephus Hyrcanum pro filio Alexandræ acceperit: quum illud Decretum videatur potius pertinere ad Iohannem Hyrcanum Ionathæ fratrem. neque aliter animum meum inducere possum. Suspicionem augent legati Numenius Antiochi, & Alexander Iasonis filii, qui illud Decretum reportarunt. Nam iidem à Ionatha missi fuerant Romam. Quomodo igitur illi vitam extendissent ad pronepotem Hyrcani Iohannis Hyrcanum cognominem proavo suo? Nam istius Hyrcani posterioris non ita magnū nomen fuit, neque ejus admodum habita ratio, ut qui ex infelicitate sua notior sit, quam ex Pontificatu aut ethnarchia.

MDCCCCLXXII. *Cleopatra regio comitatu Vrbem ingressa.*] Hieronymus ex Eutropio, cujus verba proxime citavimus MDCCCCLXX. Quare quia tempore conjunctum

junctum est hoc gestum cum morte Ptolemæi Regis fratris Cleopatræ, in eodem anno in continenti ponendum erat. Nam Eutropius dicit, regno Cleopatræ confirmato à Cæsare, statim Cleopatram se pro Regina gessisse, & aulico comitatu, ac omnibus insignibus regiis Alexandriam ingressam fuisse. Hieronymus proculdubio pro Urbe intelligit Romam. Dio quidem Romam venisse Cleopatram scribit, & in Cæsaris ædibus diversatam. ἦλθε τε γὰρ ἐς τὸ ἄστυ μετὰ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ἐς αὐτοῦ τοῦ Καίσαρος ἐσῳκίσθη. lib. XLIII. Quin etiam tempus convenit. Sed quis credat Cleopatram unquam Romæ fuisse, & post mortem fratris sui Ptolemæi alii viro nupsisse, præterquam Antonio, sed longo post intervallo? Unde ergo Dio expiscatus est eam Romæ hoc anno fuisse cum viro suo, qui nullus erat in rerum natura? Fabulæ igitur sunt de adventu Cleopatræ in Urbem: & verbis Eutropii idoneus interpres accedat Iornandes, cujus verba hæc sunt: *Cleopatra vero Alexandrinorum regina ex genere Lagidarum, Ptolemæorumque successor prius contra viri sui Ptolemæi insidias Cajum Iulium Cæsarem appellavit, qui ob stupri, ut perhibent, gratiam, regnum ejus confirmavit, ipsamque in urbem cum magna pompa deductam, Alexandriæ permisit regnare.* Alexandriam ergo, non Romam, intelligit. Et ipse postea Cleopatram viduam vocat, nimirum Ptolemæo fratre, eodemque viro ejus, extincto.

Ibid. *Urbem ingressa.*] Ita κατ' ἐξοχὴν Alexandria vocabatur, ut etiam Roma. Stephanus de Alexandria: ἐλέγετο δὲ κατ' ἐξοχὴν Πόλις, καὶ πολῖται ἐξ αὐτῆς, ὡς ἄστυ αἱ Ἀθῆναι, καὶ ἀστικοὶ οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς καὶ ἐπὶ Ῥώμης λέγεται Οὐρβ. Hoc magis eludit sententiam eorum, qui hic Urbem pro Roma accipiunt. Rursus Eustathius: Ἰλιάδ. β: ὅρα δ' ὅπως τὴν Τροίαν δίχα τινὸς ἐπιθέτου πόλιν ὠνόμασε. καὶ γέγονεν ἀρχὴ τῷ φιλομήρῳ Ἀλεξάνδρῳ τοῦ τὴν κατ' αὐτὸν Ἀλεξάνδρειαν οὕτω καλέσαι. φέρεται γὰρ ἱστορία Πόλιν τὰς ἀρχὰς αὐτὸ τοῦτο, δίχα προσθήκης, κατ' ἐξοχὴν κληθῆναι τὴν Ἀλεξάνδρειαν.

Ibid. *Prohibitæ lecticis margaritisque.*] Eo anno plurimas leges Cæsar tulit: neque dubium est, quin hæc luxus castigatio in illis legibus fuerit. Nam mihi nihil de ea re exploratum est.

Ibid. *Nigidius Figulus Pythagoricus & magus in exilio moritur.*] Iam exulanti illi scribebat Cicero, numero antecedente MDCCCCLXXI, epistola XIII, lib. IV. quam vise.

Ibid. *Pythagoricus & magus.*] Pythagoricum Cicero agnoscit, procemio de universitate: *Denique sic judico, post illos nobiles Pythagoreos, quorum disciplina extincta est quodammodo, quum aliquot sæcula in Italia Siciliaque viguisset, hunc extitisse, qui illam renovaret.*

MDCCCCLXXIII. *Antonius decernit Quintilem.*] Tempus convenit. C. Iulio Cæsare V, & M. Antonio Coss.

Ibid. *quia in eo fuisset natus Iulius.*] Macrob. *Postea* (Quintilis) *in honorem Iulii Cæsaris Dictatoris, legem ferente M. Antonio M. F. Consule, Iulius appellatus est, quod hoc mense a. d. quartum Id. Quintilis Iulius procreatus sit.* „ Varro Ephemeride: *Postea honoris virtutum caussa Iu-* „ *lii Cæsaris, qui fastus correxit, mensis Iulius appellatus est.* Quid ergo faciemus illo Fastorum versiculo in fine Iunii? *Tempus Iuleis cras est natale Calendis.* An concedemus in fine Iunii natum Iulium? Hoc nugantur interpretes. Legendum, *Camænis*, non Calendis. Notum Camœnas in æde Herculis consecratas ad portam Capenam.

Ibid. *Cassius Iudæa capta Templum spoliat.*] Non spoliavit. hoc enim falso falsius. sed DCCC talenta à Iudæis exegit. Auctor Iosephus. Præterea est anachronismus. Hoc enim accidit post cædem Cæsaris. Iornandes sequutus, ut solet, Hieronymum, & Cassium spoliasse templum, & ante cædem Cæsaris hoc factum narrat. Sed Iosephus hæc omnia eludit 435. τοῦ δ' ἐπὶ τῷ Καίσαρος θανάτῳ πολέμου συνερρωγότος, καὶ τῶν ἐν τέλει ἁπάντων ἐπὶ στρατιᾶς συλλογὴν ἄλλων ἄλλῃ διεσπαρμένων, ἀφικνεῖται Κάσσιος εἰς Συρίαν παραληψόμενος τὸ περὶ τὴν Ἀπάμειαν στρατόπεδον, καὶ λύσας τὴν πολιορκίαν ἀμφοτέρους προσάγεται, τόν τε Βάσσον καὶ τὸν Μάρκον, τάς τε πόλεις ἐπερχόμενος ὅπλα τε καὶ στρατιώτας συνήθροιζε, καὶ φόρους αὐταῖς μεγάλους ἐπετίθει. μάλιστα δὲ τὴν Ἰουδαίαν ἐκάκωσεν, ἑπτακοσίων (in lemmate ω̄) τάλαντα ἀργυρίου εἰσπραξάμενος. Hic nulla mentio aut captæ Iudææ, aut Templi spoliati. Hæc omnia acciderunt anno post cædem Cæsaris, Hirtio, & Pansa Coss. Exemplum Senatusconsulti de imperio Cassii: *Senatui placere C. Cassium Proconsulem provinciam Suriam obtinere, uti qui eam optimo jure provinciam obtinuerit: eumque à M. Crispo Procos. L. Stabio Murco Procos. A. Allieno Legato exercitus accipere, eosque ei tradere, cumque iis copiis, & si quas præterea paraverit, bello P. Dolabellam terra marique persequi. ejus belli gerundi caussa quibus ei videatur, naves, nautas, pecuniam, cæteraque quæ ad id bellum gerundum pertineant, ut imperandi in Suria, Asia, Bythynia, Ponto jus potestatemque habeat, utque quancunque in Provinciam ejus belli gerundi caussa advenerit, ibi majus imperium C. Cassii Proconsule sit, quam ejus erit, qui eam Provinciam tum obtinebit, quum C. Cassius Proconsule in eam Provinciam venerit. Regem Deiotarum patrem, & Regem Deiotarum filium, si, ut multis bellis sæpenumero, imperium Pop. Rom. juverint, item C. Cassium Proconsule copiis suis opibusque juvissent, Senatui, populoque Romano gratum esse facturos. itemque si cæteri Reges, Tetrarchæ, Dynastæque fecissent, S. P. Q. R. eorum officii non immemorem futurum: utique C. Pansa, A. Hirtius Coss. alter, ambove, si eis videretur, rep. recuperata, de Provinciis Consularibus Prætoriis ad hunc ordinem primo quoque tempore referant. Interea Provinciæ ab his, quibus obtinentur, obtineantur, quoad cuique ex S. C. successum sit.* Adi Philippicam XI. Vides hoc S. C. Hirtio & Pansa Coss. factum: qui erat annus post cædem Cæsaris: unde prochronismum in hac historia commissum animadvertere potes.

Ibid. *Iudæa capta.*] Quid opus fuit capere regionem, quæ sese continebat in officio, & à captis à Pompejo Ierosolymis nihil in Romanos moverat? Iosephus igitur dixit ἐκάκωσε, non ἐχειρώσατο. In regionem enim pacatam veniens, eam tributis impositis exinanivit, & injustis exactionibus divexavit.

Ibid. *Idib. Martiis C. Iulius Cæsar in Curia occiditur.*] Quidam ex PR. habent *in Curia ervi*, aut *erni*. Ego puto legendum in *Curia Cnei*. In Curia enim Pompeii occisum fuisse constat.

Ibid. *Servius Sulpitius.*] Vide Philippicam nonam brevem illam quidem, sed divinam: in cujus fine ita legitur: *Quod is ob Rempublicam mortem obiverit, eamque caussam in basi inscribi.* ὁ μακαρίτης Paulus Manutius noster, illa verba, quod *is. o. R. m. o.* dubitat Ciceronis ne sint, an ex Glossemate in contextum irrepserint. Sed si copula QUE suo loco, unde luxata est, reponatur, tantum abest, ut verba illa abundent, ut sine illis ne sequentia quidem locum habeant. Legendum ergo: *quodque is ob Rempublicam mortem obierit, eam caussam basi inscribi.* In basibus enim statuarum quis nescit caussam dedicationis apponi? imo quis paulo doctior ignorat

rat omnem Titulum caussam, & αἰτίαν dici? ut Titulus cruci appositus ab Euangelista αἰτία dicitur. Ovid. Tristium III, Eleg. I.

Caussa superpositæ scripto testata coronæ
Servatos cives indicat hujus ope.

Caussam vocat illum in nummis titulum: OB CIVES SERVATOS. Itaque in basi illius statuæ inscribi Cicero censet, SER. SULPITIO. IN. LEGATIONE. SUA. OB. REMP. MORTUO. Sic in basi cujusdam statuæ virilis inscriptum Romæ, ΚΑΛΩΣ ΤΕΛΩΝΗΣΑΝΤΙ Hoc dicitur αἰτία, & caussa.

Ibid. *Servius Sulpitius.*] Male huic anno assignatur. Sequenti enim obiit, C. Pansa, A. Hirtio Coss.

Ibidem. *& P. Servilius Isauricus.*] Dio libro XLV: Ἐκείνῳ μὲν οὖν τῷ ἔτει ταῦτα ἐπράχθη. καὶ ὁ Σερουίλιος ὁ Ισαυρικὸς ὑπεργήρως ἀπέθανε. διά τι οὖν τοῦτο ἐμνημόνευσα αὐτοῦ, καὶ ὅτι οὕτως οἱ τότε Ῥωμαῖοι τοὺς τι τῷ ἀξιώματι προήκοντας ἤδοντο &c. obiit nonagenarius. Vetus scriptor apud Suidam in Ἀπίκιος Μάρκος: Μακρὸν δὲ τὴν ζωὴν ἠνέγκατο πέπυσμαι Σερουίλιον ὕπατον. ἔτεσι γὰρ τοὺς Ϟ ὅμου τεβίωσε, καὶ πάντα, ὡς λόγος, τὰ τοῦ σώματος ἀπαθὴς ἦν. καὶ μέντοι καὶ διεσώσατο τὰς αἰσθήσεις ἁπάσας ὁμοιοτρία ἀξιοζήλῳ τε καὶ σοβαρᾷ. Male autem mortes horum duorum virorum in eundem annum conjectæ sunt. Servilius enim hoc anno, Sulpitius sequenti obiit. Nam ibidem Dio subjicit, post funus Servilii, Hirtium & Pansam Consules renunciatos.

Ibid. *Romæ tres simul Soles exorti.*] Hoc contigit anno sequenti. Dio XLV: τό, τε φῶς τοῦ ἡλίου ἐλαττοῦσθαί τε καὶ σβέννυσθαι, τότε δὲ ἐν τρισὶ κύκλοις φαντάζεσθαι ἐδόκει. Vide reliqua. Quemadmodum hic erratum est anni prochronismo, ita apud Obsequentem anni metachronismo. Ibi enim ad Consulatum M. Lepidi, & Munatii Planci refertur: *Quam hæc victimis expiarentur, Soles tres circiter hora tertia diei visi:*
„ *mox in unum orbem contracti.* Tres etiam soles anno
„ MCLVIII visos legimus in Chronicis. Idem acci-
„ dit MCCCCXXXIV. item 1411. item 1490. cum trib.
„ Olaus Magnus. item 1567. Anno Christi 1077. tres
„ in Italia Soles visi. Item 1017 tres Soles conspecti
„ cum Iride in Oriente. anno 1157. Herfordiæ tres
„ Soles & totidem Lunæ. anno 1469 Romæ tres So-
„ les visi, in Polonia tres Soles conspecti anno 1492. &
„ 1574. Anno 1596 nautis Hollandis tres Soles & toti-
„ dem Irides visæ IX Kal. Junii Juliani ad Septentrio-
„ nales partes velificantibus sub elevatione gr. LXXI.
„ cujus rei figura extat in eorum ephemeride navali
„ Teutonica. Vide Senecam Nat. Quæst. I. XI.

„ Ibid. *bos in suburbano Romæ.*] Virgil. de eadem
„ re in fine primi Georgici:
„ — *pecudesque locutæ.*
„ Servius non assequitur. Tibullus explicat:
„ *Fataque vocales præmonuisse boves.*
„ loquitur enim de signis, quæ cædem Cæsaris ante-
„ cesserunt. quæ Lucanus imprudenter, ut solet, in
„ signa Pugnæ Pharsalicæ transtulit:
„ *Tunc pecudum faciles humana ad murmura linguæ.*
„ Item illud:
„ *Ora ferox Siculæ laxavit Mulciber Aetnæ.*
„ Nam apud Virgilium hoc contigit paulo ante cæ-
„ dem Cæsaris. Virgil.
„ — *quoties Cyclopum effervere in agros*
„ *Vidimus undantem ruptis fornacibus Aetnam.*
„ Livius apud Servium: *Tanta flamma ante mortem Cæ-*
„ *saris ex Aetna monte defluxit, ut non tantum vicinæ ur-*
„ *bes, sed etiam Rhegina civitas, quæ multo spatio ab ea di-*
„ *stat, afflaretur.* Quin etiam quod Virgil. Tibullus
„ Ovidius, & Plinius de obscuratione Solis retule-
„ rant, Lucanus id conjicit in præsagia pugnæ Phar-
„ salicæ.

Ibid. *Non enim frumenta, sed homines defuturos.*] Et hoc quoque anno sequenti accidit, Hirtio, & Pansa Coss. Julius Obsequens: *Oraculo Apollinis vox audita:* LUPIS RABIES HIEME: ÆSTATE FRUMENTUM NON DEMESSUM. Non magni laboris est versum ipsum divinare:

λύσσα λύκοις χειμῶνι, θέρει δ' ἀθέριστος ὁ σῖτος.

Videor nescio quid tale legisse. Sed jam diu est, quum memoriæ meæ morbum accuso. Ergo frumentum æstate non demessum, penuria & raritate hominum.

MDCCCCCLXXIV. *Cicero in Formiano suo.*] Interfectus est tertio anno Juliano VII Eidus Decembris, feria sexta. Vide Dialogum de caussis corruptæ eloquentiæ.

MDCCCCLXXV. *Ovidius Naso nascitur in Pelignis.*] Hieronymi. ὕστερον πρότερον Natus enim Ovidius eodem anno, quo Cicero interfectus. Sed natalis Ovidii antecedit cædem Ciceronis diebus CCXCII. Tot enim sunt à XIII Kal. Aprilis, secunda die Quinquatruum, ad VII Eid. Decembris. Cui magis credimus de anno natalis Ovidii, quam Ovidio ipsi, qui scribit natum se illo anno, *Quo cecidit fato Consul uterque pari.* Natus igitur numero MDCCCCLXXIV, non MDCCCCLXXV.

MDCCCCLXXVI. *C. Falcidius Tribunus plebis*] Neque Cajus huic Tribuno prænomen fuit, sed Publius, neque hoc anno id Plebiscitum latum, sed sequenti; Cn. Domitio Calvino II, C. Asinio Pollione Coss. Inepta quædam his assuta erant à maleferiatis hominibus: quæ neque in scriptis codicibus leguntur, neque huic Plebiscito conveniunt. Quare ea merito expunximus.

Ibid. *Curtius Salassus.*] Historia mihi notior, quam nomen Curtii Salassi. Dio lib. XLVIII de Antonio: καὶ τὸν Πλάγκον μὲν ἐν τῇ Ἀσίᾳ τῷ ἔθνει, Σαξᾶν δὲ ἐν τῇ Συρίᾳ καταλιπὼν, ἐς τὴν Αἴγυπτον ἀπῆρεν, ὅθεν περ καὶ τὰ μάλιστα ἄλλα τε ταραχώδη πολλὰ ἐπεγένετο, ὥστε καὶ τοὺς Ἀραδίους τοὺς νησιώτας μήθ' ὑπακοῦσαι τι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πρὸς σφᾶς ἐπὶ χρήματα πεμφθεῖσι, καὶ προσέτι καὶ φθεῖραί τινας αὐτῶν.

Ibid. *Vibium Maximum.*] Eadem historia ejusdemque argumenti cum ea Barbarii Philippi, l. III, de off. Prætoris, eodemque tempore, nempe sub Triumviratu. Mihi constat non esse diversas, sed nomina tantum mutata, & quæsturam pro prætura positam. Dio lib. XLVIII: Μάξιμον γοῦν ἵνα ταμιεύσειν μέλλοντα ἐγνώρισε τις ὁ δεσπότης, καὶ ἀπήγαγε. καὶ τοῦτο μὲν οὐδεὶς ἐγένετο τολμήσαντι τὴν ἀρχὴν αἰτῆσαι. Sed hoc gestum biennio post, L. Porcio Censorino, C. Calvisio Sabino Coss. Itaque hic non semel anachronismi commissi.

Ibid. *E taberna meritoria trans Tiberim oleum.*] Totidem verbis hinc exscripsit Paulus Orosius, lib. VI, cap. XVIII: *His diebus trans Tiberim è taberna meritoria fons olei terra exundavit, ac per totam diem largissimo rivo fluxit.* Paucis perstringit Dio lib. XLVIII: πολλὰ μὲν δὴ καὶ πρὸ ἐκείνου τοῦ χρόνου τερατώδη συνηνέχθη. ἄλλα τε γὰρ, καὶ ἔλαιόν τι παρὰ τῷ Τιβέριδι ἀνέβλυσε.

Ibid.

Ibid. *significans Christi gratiam ex gentibus.*] Vide Orosium lib. VI. cap. XX, ubi hæc repetit.

Ibid. *Cicero, ut quibusdam placet, in Caletis interficitur.*] Ita habet PET. Sed *PR. Cicero, ut quibusdam videtur, interficitur Zazetis.* Utrobique legendum Cajetis. Nam in villa Cajetana interfectum scribit Val. Max. lib. II, cap. IV. Ad verbum Græca Eusebii: Κικέρων ὁ ῥήτωρ ἐν Γαΐταις ἀνῃρέθη τῆς Ἰταλίας. Cajetas, Μεδιόλανα, Λούγδουνα, Βουρδίγαλα plurali numero urbes vocari solitas, quæ frequentius in singulari usurpantur, crebra occurrunt apud veteres exempla. Sic Ierosolymas feminino & plurali semper effert Hieronymus. Sic Clupeas Cæsar libro II belli civilis. Sic Hieronymus, *Auxentium Mediolanis incubantem.* Locum, ubi Cicero interfectus est, Plutarchus Κατίτας vocat. Nescio, an Καΐτας, vel Καιήτας legendum, ut apud Eusebium. Appianus ex hac depravata Plutarchi lectione divinat prope Capuam interfectum fuisse. Unde apparet veterem mendam esse.

Ibid. *Cicero, ut quibusdam placet.*] Editiones hanc pericopen non habent. Ciceronis mortem in hunc annum conferre ridiculum est.

Ibid. *ut quibusdam placet.*] Multa mutilavit, ut ex Græcis constat. Vertendum erat: *Cicero orator & Senatorii ordinis Cajetis Italiæ interfectus est. ut quibusdam placet, veneno sibi mortem conscivit.*

Ibid. *Antonium superat Augustus.*] Hoc certe anno L. Antonium Consulem superavit Augustus. Sed quod adjicit, *& interveniente Senatu in amicitiam cum eo regreditur,* ratio exigit de M. Antonio Triumviro accipiendum esse, quem Octavius luculenta pugna fusum fugatumque ad M. Lepidum Proconsulem in Galliam cum paucis profugere coëgit, ac postea cum eo & Lepido, qui eum receperat, reconciliatus est, Hirtio, & Pansa Coss. Itaque est ὕστερον πρότερον, & biennii metachronismus commissus. Redierunt in gratiam pacta Clodia Fulviæ filia Octaviano, cui postea adhuc virgini repudium misit Octavianus. Neque vero potest hoc pertinere ad illum locum Horatianum:

> —*interea Mæcenas advenit, atque*
> *Coccejus, Capitoque simul Fontejus ad unguem*
> *Factus homo, Antonii non ut magis alter amicus.*

ubi Porphyrio: *Dissensione orta inter Cæsarem Augustum, Antoniumque, Coccejus Nerva avus ejus, qui postea Romæ imperavit, petiit à Cæsare, ut aliquem, cum quo de summa rerum tractaret, mitteret Terracinam. Et primum Mæcenas, mox & Agrippa congressi sunt: hique pepigerunt fidem confirmatissimam, & in una castra conferre signa utrosque exercitus jusserunt.* Ad hujus historiæ illustrationem Fulvius Ursinus producit nummum, in cujus superficie una est M. Antonii triumviri imago, & nomen tam Antonii, quam Coccei Nervæ: in altera effigies L. Antonii cum literis. L. ANTONIUS Cos. qui consulatus sane in hunc numerum incidit. Sed reconciliatio illa non auctore Senatu, sed Nervæ interventu facta.

Ibid. *Antonium superat.*] Græca sonant: *Antonium & Lepidum victos in amicitiam Augustus interventu Senatus recipit.* Hieronymus per properantiam, Lepidi nomen præterivit.

Ibid. *Cornificius.*] Hieronymus à Suetonio de claris Poëtis. Meminit Ovidius: *Et par Cornificii, parque Catonis opus.* & Catullus: *Male est, Cornifici, tuo Catullo.* Fuit æmulus Virgilii, in quem ejus hic versiculus. *Ordea qui dicit, superest ut tritica dicat.* Auctor Cledonius Grammaticus. Huic cognomen fuit Gallus.

Ibidem. *Templa Rhodiorum depopulatus est Cassius.*] Hirtio & Pansa Coss. Metachronismus biennii. Accidit enim, quando bellum Cassio in Dolobellam mandatum à Senatu, qui Dolobellam hostem judicaverat. Orosius lib. VI. cap. XVIII. *Rhodios Cassius terra marique oppugnatos ad deditionem coëgit, quibus præter vitam nihil reliquit.* Itaque non sola templa Rhodiorum, sed ipsos quoque Rhodios expilavit. Vide Dionem, & Valer. Maxim. libro primo, cap. V, 8.

Ibid. *Secunda secessio Augusti & Antonii.*] Non hoc, sed sequenti anno, Cn. Domitio, C. Asinio Coss. Quum Fulvia in Asiam ad Antonium virum cum liberis & Julia matre ejus venisset, virum, ut amicitiæ Cæsaris renunciaret, incitavit. Quod quidem factum. Sex mox post obitum Fulviæ reconciliati iisdem Coss. Cn. Domitio, & C. Asinio. Dio: ὡς δ' οὖν ὁ τῆς Φουλβίας θάνατος ἠγγέλθη, τά τε ὅπλα ἀμφότεροι κατέθεντο εἴτ' οὖν οὕτως ἐκπολεμούμενοι πρότερον ὑπὸ τῆς Φουλβίας, &c.

MDCCCCLXXVII.] Johannes Vasæus Brugensis scribit è regione anni IV Augusti, hoc est ad hunc numerum in Codice Monasterii Alcobacensis hanc periocham legi: *Hoc tempore edicto Augusti Cæsaris æs in tributum, & census dari jubetur, ex quo Aera collecta est.* Non solum autem ille sibi persuasit hanc ridiculam periocham veram esse, sed etiam queritur ab omnibus libris vulgatis abesse. Nimirum homo bonus non advertit ab homine Hispano rem, quæ ad notam Hispanicorum temporum tantum pertinet, confictam esse, quæ sane nullus vetus codex scriptus habet. &, quod caput est, prochronismum biennii esse. Æræ enim Hispanicæ initium cadit in numerum MDCCCCLXXIX, qui est Augusti VI, cyclo aureo II. Nam differentiæ æræ Hispanicæ, & annorum Christi, sunt anni XXXVIII, hoc est cycli duo. Ergo eodem anno cycli inivit tam Æra Hispanica, quam primus annus Christi Dionysianus, qui convenit in annum 4714 periodi Iulianæ: de quo deducta differentia XXXVIII annorum, superest annus primus Æræ in periodo Juliana 4676. de quo deductis 2697, per perpetuam regulam, remanet numerus Eusebianus MDCCCCLXXIX, sextus nimirum Augusti. Hallucinatio accidit ex ignoratione characteris. Tanti est ubique characteres, quoad fieri possit, in examine temporum in consilium adhibere. Eundem errorem incurrit vir eruditiss. Andreas Rosendius Lusitanus, qui ait Æram inire annos quatuor post cædem Cæsaris, hoc est hoc ipso numero MDCCCCLXXVII.

MDCCCCLXXVII. *Cornelius Nepos.*] Aliquis scriptor tunc dicitur clarescere, καὶ γνωρίζεται, quando aliquod scriptum edit. Ita semper invenies & apud Diodorum, & alios, & Eusebium, & Diogenem Laërtium. Tunc igitur scribebat Chronica sua Cornelius Nepos, quorum Chronicorum mentionem facit Catullus. Itaque verum est, quod scripsimus supra, Catullum post hæc tempora vixisse. Quo nihil verius. Principatu Augusti Corn. Nepotem obiisse scribit Plinius lib. IX, cap. XXXIX. Accolam Padi idem Plinius vocat lib. III, cap. XVIII.

MDCCCCLXXVIII. *Antigonus contra Iudæos dimicans.*] Anno antecedente, Cn. Domitio Calvino II, C. Asinio Pollione Coss. invasit regnum, excluso patruo. Tandem cum Herode congressus ac prælio victus, Ierosolyma profugit, ubi obsessus à C. Sossio, & Herode, expugnatis Ierosolymis, captus, ac flagris cæsus securi percutitur, siquidem Iosepho credimus: si Dioni, jugulatur, numero MDCCCCLXXX, M. Vipsanio Agrippa, L. Caninio Gallo Coss. Quare biennii prochronismus est.

Ibid. *contra Iudæos dimicans.*] Non dimicavit contra Iudæos,

Iudæos, neque nos, antequam Græca Eusebii adipisceremur, id concedebamus. Græca vero longe aliter habent: Ἀντίγονος τὴν Ἰουδαίων βασιλείαν ἐπαναστὰς, καὶ πολλὰ διαμαχεσάμενος ἀναιρεῖται. *Antigonus occupato per vim Iudæorum regno, post multa tandem prælia occiditur.* Vides quantum hæc ab illis abhorrent: quantum profecto illa à Græcis. Sed ut ab interprete Latino in reddendis Græcis attentionem, ita à Græco scriptore in historia prodenda fidem exigimus. Falsum enim post multa prælia occisum. Congressus siquidem semel cum Herode, & victus, ac Ierosolyma compulsus, & tandem expugnatus, finem indignum rege, ut ait Iosephus, habuit. Tantum abest, ut, quod sentit Eusebius, pugnans ceciderit. Dio: τὸν δὲ Ἀντίγονον ἐμαστίγωσε σταυρῷ προσδήσας ὃ μηδεὶς ἄλλος βασιλεὺς ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐπεπόνθει, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ἀπέσφαξεν. Sed Iosephus melius, ἐπελέκισεν. Dionem fugit ratio, qui scribit App. Claudio Pulchro, C. Norbano Flacco Coss. periisse. hoc est anno ante Ierosolyma capta: quum occisus sit post Ierosolyma capta.

„Ibid. *contra Iudæos dimicans.*] ἐπαναστῆναι dimi-„care vertit, ut numero MMCII. Vertendum, *rebel-„lans.*

Ibid. *Ierosolymarum regnum destructum est.*] Ita semper Hieronymus, τὰς Ἱεροσολύμας, non τὰ Ἱεροσόλυμα. ut supra Cajetas, non Cajetam ex Græcis Euse-„bii. Græcis autem ἡ Ἱεροσόλυμα, Matthæi ii,3. & „frequentius τὰ Ἱεροσόλυμα. Cicero utrunque. Pro „Flacco: *Quum aurum Iudæorum nomine ex Italia Iero-„solymam exportari soleret.* In eadem: *Cn. Pompejus ca-„ptis Ierosolymis victor.* Sed Hieronymus adversus & Græcorum verborum auctoritatem & mentem Eusebii nimis properans hæc vertebat. Nam in Græcis est, τὸ τῶν Ἰουδαίων βασίλειον, *regia stirps Iudæorum.* Quod profecto rectum est; non *Ierosolymarum*, quarum regnum non cessavit Herode rege facto. Ierosolymis enim Herodes regnavit, & ibi sedem regni constituit. Sed Judæorum regnum abolitum est, id est, regum Iudæorum successio sublata est, alienigenis, ut ille loquitur, in possessionem missis. Nam nisi ita legamus, non assequemur, quid velit Eusebius, qui in hac & sequenti pericope vult demonstrare regnum quidem Iudææ non sublatum fuisse, sed potius regum Iudæorum, alienigena Herode, legitimis Iudaicæ stirpis Regibus de possessione deturbatis, in eorum locum succedente. Unde, inquit, deficientibus Judæis, LXIX Hebdomades, de quibus agit Daniel, terminatæ sunt in exitu Hyrcani, & Antigoni, & initio regni Herodis. Hoc, quod dico, ex sequentibus apparebit. Quare omnino *Iudæorum*, ut habent, Græca, non *Ierosolymarum*, vertendum erat. dubito, errorem Notarii dicam, an Hieronymi.

Ibid. *Ierosolymarum regnum.*] Nimirum captis à Sossio & Herode Ierosolymis. In numi Augusti una superficie, ΚΑΙΣΑΡ. ΑΥΓΟΥΣΤ. in altera, ΙΟΥΔΑΙΑΣ. ΕΑΛΩΚΥΙΑΣ.

Ibid. *& nihil omnino pertinens ad Iudæam.*] Quid melius confirmaverit, quam hoc, supra vertendum fuisse *Iudæorum*, ut erat in Græco, non autem *Ierosolymarum?* Notet autem diligens lector, non raro hæc verba inculcari ab Eusebio tam hic, quam in Historia Ecclesiast. & in libris ἀποδειξ. NIHIL AD SE PERTINENS. Nam sublatis Regibus Iudæis, & alienigenis regnum ad se nihil pertinens occupantibus, vult LXIX Hebdomadas à Daniele prædictas terminari. Ait Propheta: *Et scies, & intelliges, ab initio sermonis restaurandi & ædificandi Hierusalem, usque ad Christi principatum, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ.* Ita per formam inductionis colligit: Tunc terminabuntur LXIX illæ Hebdomades, quando auferetur sceptrum à Iuda, ut moriens Jacob Patriarcha prædixerat. Auferetur autem sceptrum, quando Christi, id est reges, deficient. Defecerunt autem, quando alienigena regnum ad se non pertinens, pulsis legitimæ stirpis Iudæis, invadet. Is autem est Herodes. Ergo in Herode terminantur LXIX Hebdomades. Sed in sequenti Pericopa, & amplius in VIII ἀποδείξεως hoc videre est, ubi magno ambitu argumentorum plaustatis sudando parturit, quod parere non potuit. Nam certe hæc confutare, est rem caram, hoc est tempus, perdere.

MDCCCLXXX. *Furnii.*] Hieronymus à Suetonio. Cicero ad Furnium patrem; libro X Epistolarum: *O mi Furni, quam tu caussam tuam non nosti, qui alienas tam facile discas.* Indicat, summum caussarum patronum, & maximum oratorem fuisse.

Ibid. *filius Consularis ante patrem moritur.*] C. Furnius filius Consul fuit numero MM, collega P. Iunio Silano. De eo L. Seneca libro secundo de Benef. cap. XXV: *Nullo magis Cæsarem Augustum demeruit, & ad alia impetranda sibi facilem reddidit, Furnius, quam quod, quum patri Antonianas partes secuto veniam impetrasset, dixit: Hanc unam habeo, Cæsar, injuriam tuam. Effecisti, ut viverem, & morerer ingratus.* Ab hoc anno, ad Consulatum Furnii minoris, anni sunt, XX.

MDCCCCLXXXI. *Sallustius diem obiit quadriennio ante Actiacum bellum.*] Pugna Actiaca contigit numero MDCCCCLXXXVIII. Obiit ergo numero MDCCCCLXXXIV, non MDCCCCLXXXI. nisi utique intelligat numero MDCCCCLXXXV bellum Actiacum cæpisse. Græca, quæ huc pertinent, sunt ex Olympiadibus Phlegontis.

MDCCCCLXXXII. *M. Bavius Poëta.*] Hieronymus à Suetonio. Veteres libri, præsertim POST. habent *M. Vavius.* Unde quidam PR. fecerunt *M. Varus.*

MDCCCCLXXXIII. DEFICIENTE PONTIFICUM PRINCIPATU JUDÆIS.] De defectu Judaici regni subinde insulcit, quemadmodum de regno ad Herodem nihil pertinente, ut adstruat ἐπιχείρημα suum de hebdomadibus LXIX in Herode terminandis. In quo Commento valde vectatur VIII ἀποδείξεως. Hoc quoque demonstrat Ἰουδαίων, non Ἱεροσολύμων, recte legi in numero MDCCCCLXXVIII.

Ibidem. *Herodes Antipatri Ascalonitæ.*] Antipas Idumæus fuit vir acer, & militaris, quem propter usum multarum rerum, Alexander Iudæorum Rex cognomine Jannæus, & Alexandra ejus uxor, quæ viro in regnum successit, Idumææ præfecerunt, ut Arabum vicinorum, & Gazensium animos Judæis conciliaret, eosque in amicitia Alexandri & Alexandræ contineret. Hujus viri honorati & fortissimi filius fuit cognominis patri, qui postea maluit dici Ἀντίπατρος, quum tamen idem sit Ἀντίπατρος, καὶ Ἀντιπᾶς. Hic quoque fuit insignis vir, Dynastarum, ac regum amicus, manu strenuus, rei bellicæ, & artium illarum, quæ homines ad rerum fastigia promovent, peritissimus. Huic filius fuit Herodes, qui postea rex Iudææ à Romanis & Senatu declaratus est. Itaque Herodi clarum fuit genus ab avo usque. Quo magis mirandum est, Africanum prodidisse Antipatrum Herodis patrem ab Arabibus captum propter penuriam rei domesticæ non potuisse redimi, sed inter illos, tanquam abjectum mancipium, diu mansisse. Quæ certe fabulæ sunt, in odium Herodis ab otiosis hominibus confictæ. Quis post Josephum alia de hoc Anti-

patro & ejus filio scire potuit, quæ Iosepho ignorata fuerint? Quomodo Herodes potuisset regnum adipisci, nisi claro genere prognatus fuisset, & ab eo patre, quem non solum virtutes propriæ, sed etiam generis splendor aliquis commendaret? Herodes fuit crudelissimus: filios suos, uxorem, amicos interfecit: multa exempla sævitiæ edidit. Ergo fuit novus homo, ignobilis, vile mancipium. Sane consequentia non procedit: neque odium Scriptorum unquam faciet, ut alius fuerit ab eo, qui fuit. Iosephus vocat eum οἰκίας δημοτικῆς καὶ γένους ἰδιωτικοῦ. *Plebei generis, & privatæ domus.* Plebejum vocat, quod non esset ἐκ τοῦ ἱερατικοῦ γένους, ut erant Hasamonæi, quorum imperium invasit. Sed non vocavit eum ἀλλόφυλον, ut Eusebius. Itaque Herodes claro, &, quæ est via maximi processus, præpotenti ac prædivite patre natus fuit, neque alienigena, quod vult Eusebius, ut commento suo viam muniat. Nam erat Idumæus, & Idumæis proselytis prognatus. Idumæi vero jamdudum pro veris Iudæis habebantur ex quo Johannes Hyrcanus illis debellatis permisit, accepta circuncisione, & ritibus Iudaicis, Iudæorum numero esse, & pacatis in suis sedibus manere. Insignis est locus apud Josephum lib. XIII, cap. XVII. Ὑρκανὸς δὲ τῆς Ἰδουμαίας αἱρεῖ πόλεις Ἄδωρα καὶ Μάρισαν, καὶ ἅπαντας τοὺς Ἰδουμαίους ὑποχειρίους ποιησάμενος ἐπέτρεψεν αὐτοῖς μένειν ἐν τῇ χώρᾳ, εἰ περιτέμνοιντό τε τὰ αἰδοῖα, καὶ τοῖς Ἰουδαϊκοῖς νόμοις χρῆσθαι θέλοιεν. οἱ δὲ πόθῳ τῆς πατρίου γῆς καὶ τὴν περιτομὴν καὶ τὴν ἄλλην τοῦ βίου δίαιταν ὑπέμειναν τὴν αὐτὴν Ἰουδαίοις ποιήσασθαι. κἀκεῖνος αὐτοῖς χρόνος ὑπῆρχεν, ὥστε εἶναι τὸ λοιπὸν Ἰουδαίους. *ut ab illo*, inquit, *tempore Iudæi sint.* Sed longe illustrior locus apud Ammonium præstantissimum Grammaticum. Ἰουδαῖοι καὶ Ἰδουμαῖοι διαφέρουσιν, ὥς φησι Πτολεμαῖος (Ἀσκαλωνίτης) ἐν πρώτῳ περὶ Ἡρώδου τοῦ βασιλέως. Ἰουδαῖοι μὲν γάρ εἰσιν οἱ ἐξ ἀρχῆς φυσικοί. Ἰδουμαῖοι δὲ τὸ μὲν ἀρχῆθεν οὐκ Ἰουδαῖοι, ἀλλὰ Φοίνικες καὶ Σύροι, κρατηθέντες δὲ ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἀναγκασθέντες ἐπιτέμνεσθαι, καὶ συντελεῖν εἰς τὸ ἔθνος, καὶ τὰ αὐτὰ νόμιμα ἡγεῖσθαι, ἐκλήθησαν Ἰουδαῖοι. Strabo libro XVI: τῆς δὲ Ἰουδαίας τὰ μὲν ἑσπέρια ἄκρα τὰ πρὸς τῷ Κασίῳ κατέχουσιν Ἰδουμαῖοι τε καὶ ἡ λίμνη. Ναβαταῖοι δ' εἰσὶν οἱ Ἰδουμαῖοι. κατὰ στάσιν δ' ἐκπεσόντες ἐκεῖθεν προσεχώρησαν τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ τῶν νομίμων τῶν αὐτῶν ἐκείνοις ἐκοινώνησαν. Stephanus: Ἰδουμαῖοι, ἔθνος Ἑβραίων. Vides ergo, ex quo Hyrcanus Idumæos subegit, non amplius Idumæos, sed Iudæos vocatos, & pro veris Iudæis habitos fuisse. Quis vetustissimos προσηλύτους unquam legit alienigenas vocari? Nihilo magis probari potest, quod Epiphanius scribit, Antipam Herodis Regis patrem à procuratione sua proselytum factum se & filium circuncidisse. καὶ ἀπὸ τοῦ ἐπιτροπεύειν περιτέμνεταί τε αὐτὸς καὶ περιτέμνει Ἡρώδην τὸν υἱόν. Atqui omnes Idumæi ante XC annos circuncidebantur. Id enim convenerat inter victorem Hyrcanum, & victos Idumæos, ut non aliter in patria sua incolumibus eis esse liceret, quam si circunciderentur. Ab eo tempore, ad excidium Templi, omnes & circuncidebantur, & pro Iudæis veris habebantur, & status illis nemo controversiam movit, utpote quos ab omni calumnia vindicabat circuncisionis observatio, & pactum olim cum Hyrcano initum: quod satis paulo ante ostendimus. Frustra igitur Eusebius alienigenam Herodem vocat, qui patre, & avo Idumæis, & proinde Iudæis, prognatus erat. Itaque hac parte ejus commentum claudicat, ut initio regni Herodis LXIX Hebdomadas Danielis terminet. Neque constare potest Hieronymi sententia, qui in cap. XXII Ieremiæ Herodem Antipatri proselyti filium vocat. Sed in eo Africanum, & Eusebium manifesto sequitur.

Ibid. *& matris Cypridis Arabissæ.*] Mater Herodis vocabatur Κύπρος, quam falso Κύπριδα & Κύπριν primus omnium vocavit Eusebius, & in libr. ἀποδείξεως 232. vocatur Κυπρίνη: quum Κύπρις Græcum sit, & Veneris cognomen, Κύπρος mere Hebraicum. Hebræis enim כֹּפֶר, unde Græcis Κύπρος sine ulla mutatione. In Cantica Canticorum אֶשְׁכֹּל כֹּפֶר Græce βότρυς κύπρου vertitur. Itaque id nomen delicatum mulieribus suis imponebant, quemadmodum Athenienses Μυρσίνη, הֲדַסָּה, quomodo vocata primum fuit Ester, item Μυρτώ, Ῥόδη. Pulchre Rabbi David Kimh. כֹּפֶר ait esse, quod Arabibus אֶלְחָנָּא. *Elhanna.* Unde Hispanis dicitur *Alhena.* Alhanna Avisenæ est κύπρος Dioscoridis. quod diversum est à ligustro. Nam qui ligustrum idem cum cypro faciunt, longe errant. Κύπρος igitur vocabatur mater Herodis, non Κύπρις, quod commentum est Eusebii. Unde Turris, quam is in honorem matris suæ construxit, Κύπρος, non Κύπρις, vocabatur. Similiter Agrippæ Regis uxor non Κύπρις, sed Κύπρος dicta fuit. Et Zonaras Josephum, non Eusebium, sequutus, tam matrem Herodis, quam Agrippæ uxorem, Κύπρον vocat. Sed Eusebius persuasit Cedreno, Georgio Syncello, & Tzetzæ, Κύπριν, sive Κύπριδα, vocatam fuisse Herodis matrem. Verba ejus pag. 160:

Τρεῖς παῖδες τῷ Ἡρώδῃ μὲν ἦσαν τῷ στεφηφόρῳ, ὃς παῖς ἦν Ἀντιπάτρου τε, καὶ Κύπριδος, ἡ Ἄραψ ἐξ ἰδιώτιδος τινὸς Δωρίδος Ἰουδαίας.

Sic Iosepho pag. 500, Κύπρος vocatur ea, quam Herodes præcipiebat fratri Pheroræ uxorem ducere. Itaque Κύπρος est nomen Judaicum: Κύπρις Græcum, impudicæ Veneris cognomen, à quo Iudæi abhorrebant.

Ibid. *matris Cypridis Arabicæ.*] Omnes Editiones "
& libri scripti *Arabicæ*, ut sine dubio ita scripserit Hie- "
ronymus, qui, quemadmodum Euboicos dixit pro "
Euboensibus, ita Arabicam pro Arabissa. Ex utroque "
autem parente alienigenam, & Ethnicum Herodem fuisse probare conatur, quod pater Idumæus, mater Arabissa. De patre diximus, eum Iudæum fuisse, quanquam Idumæum: matrem quoque, quanquam Arabissam, tamen Iudæam fuisse dicimus, quia acceperat ritus Iudaicos. Aliter homini Iudæo nubere non potuisset. Nam ante tempora Hasmunæorum licebat rem habere cum pagana, quum tamen de Moabitidibus mulieribus districte interdictum fuisset à Mose, & à Nehemia. Sed Iudæi progressu temporis deteriores facti id sibi tacito consensu permiserant, donec temporibus Hasmunæorum sancitum est, ne cum pagana Iudæus rem haberet, ne clam quidem. בֵּית דִּינוֹ שֶׁל חַשְׁמוֹנַאי גָּזְרוּ עַל בִּיאַת הַגּוֹיָה אֲפִילוּ בִּצְנִיעָא׃ כִּי קוֹדֶם זֶה הָיָה מוּתָּר כִּרְאִיתָא בְּמִצְוֹת קכב. *Tribunal Hasmunai sanxit super concubitu Ethnicæ, etiam clandestino, quod antea permissum erat: ut extat in præceptis.* CXXII. Scitum est vetustissimorum Iudæorum: "
כָּל הַבָּא עַל הַגּוֹיָה בְּאֵלּוּ נִתְחַתֵּן לַעֲבוֹדָה זָרָה דִּכְתִיב וּבָעַל בַּת אֵל נֵכָר.

Qui

,, *Qui coit cum pagana, perinde est, ac si affinitatem contraxe-*
,, *rint cum Idololatria, quia scriptum est: & maritus filiæ*
,, *dei extranii.* &c. Malachiæ II, II.

Ibidem. *Regnum & Sacerdotium Iudææ, quod prius per successiones minorum tenebatur, destructum est.*] Sacerdotii quidem per idem genus perpetuatio interrupta est ab Herode, qui Hananielem è Babylonia evocatum ad summum sacerdotium provexit. Sed sive sacerdotium, sive regnum, quod ab Herode interruptum est, id fuit tantum familiæ Hasamonæorum. vera enim successio summorum Pontificum in Iuda Maccabæo interpellata fuit. Nam à Iosue filio Iosedek, ad Iudam Maccabæum, perpetuata fuit series successionis. Postea Sacerdotium summum delatum fuit Iudæ Maccabæo, homini ex prima quidem familia stationum sacerdotalium, sed non ejus familiæ, ex qua continuabatur successio Pontificum. Omnino Iudas Maccabæus non erat familiæ Pontificiæ. Erat enim ex statione Ioiarib. Familia autem Pontificalis successionis in nulla statione censebatur. Regnum vero Iuda nullum fuit omnino à Sedekia, ad Aristobulum Hasamonæum, qui primus post Sedekiam diadema sibi imposuit. & cujus pronepos Antigonus fuit ultimus rex ejus familiæ. Adeo breve fuit regnum Hasamonai. Itaque de interruptione tam regni, quam Sacerdotii non est quod tantas moles Eusebius moveat, ad argumentum suum muniendum. Et sane ut argumentum ejus parum validum, ita parum valida conquirit auxilia, ad illud corroborandum. Hieronymus quoque Commentario IV in Ieremiam in fine cap. XXII: *& nullus deinceps de stirpe David in terra Iudææ tenuit principatum. Vnde & Iosephus refert de sacerdotali genere ac tribu Levi fuisse principes, quibus successerit Herodes Antipatri proselyti filius.* Ubi vocat Antipatrum proselytum. At in XXII Matthæi Herodem ipsum vocat proselytum. Utrunque vero falsum esse jam demonstravimus.

Ibid. *Antipatri Ascalonitæ.*] Iustinus Iudæos putasse scribit Herodem, sub quo Christus passus est, Ascaloniten, & summum Sacerdotem fuisse, Dialogo Tryphone: καὶ γὰρ Ἡρώδην, ἐφ᾽ οὗ ἔπαθεν, Ἀσκαλωνίτην γεγονέναι λέγοντες, ὅμως ἐν τῷ γένει ὑμῶν ὄντα, λέγετε ἀρχιερέα. Sed hodie non tam vetustatis imperiti sunt Iudæi, ut aut Herodem Antipam, sub quo passus est Christus, confundant cum patre, qui Ascalonites, vel saltem Antipatri Ascalonitæ filius fuit, aut Herodem ipsum summum Pontificem fuisse credant. quæ plane κτηνώδης opinio est. neque tam absurdæ sententiæ vestigium ullum extat in vetustissimis Iudæorum Digestis, licet plumbei sint Iudæi. Sed verissimum est, quod Iustinus ait, ἐν γένει Ἰουδαίων fuisse. quanvis Ascalonita erat, tamen Iudæum non fuisse dicendum non erat. Hoc directo contra Eusebium facit, qui alienigenam eum vocat. Non enim tam ἀλλόφυλος τῶν Ἰουδαίων, quam ἀλλότριος τῆς βασιλείας dicendus erat. Regnum enim Iudæorum ad solam domum David pertinebat, non autem ad domum Aaron, ut potius ipsos Hasamunæos τὴν οὐ προσήκουσαν αὐτοῖς βασιλείαν usurpasse dicendum sit, quam Herodem ipsum. Vide autem ipsum Eusebium ἀποδείξ. lib. VIII, 245. & Historiæ Eccles. libro primo, pag. 6. ubi idem argumentum exequitur totidem verbis plus minus.

Ibid. *Non deficiet Princeps.*] ἐκ τοῦ τούτου τοῦ ῥητοῦ ἀκολουθίας, inquit Epiphanius, quidam persuasum habebant Herodem Messiam esse. imo illis ita persuasum esse voluit Herodes ipse. Unde Herodiani dicti sunt, quæ non solum fuit hæresis quædam hominum, sed & corpus instar earum Societatum, quæ vulgo Confratriæ vocantur. Multa enim ut in gratiam vivi, sic in honorem mortui faciebant, & quotannis ejus natalem sacrificiis & divinis honoribus prosequebantur. Durabat adhuc sub Nerone hoc genus. Persius: *Herodis venere dies.* — Ibi Glossæ veteres: *Herodes apud Iudæos regnavit tempore Augusti in partibus Syriæ. Herodiani ergo diem natalem Herodis observabant, ut etiam Sabbata, quo die lucernas accensas & violis coronatas in fenestris ponunt.* De hac hæresi Dominus sentit: *Carete vobis à fermento Herodis.* Nam ibi profecto fermentum Herodis nihil præter hæresim Herodianorum significat. Qui referunt ad Herodem Antipatri superioris filium, hominem nulli rei, & ne in minimis quidem cum patre conferendum, non leviter peccant, atque tam falluntur, quam paraphrastes Syrus, qui Herodianos Herodis domesticos interpretatur, nimirum hujus vulpeculæ, ut eum vocat Dominus. Hieronymus in XXII Matthæi castigat eos, qui opinarentur Herodianos fuisse genus hominum, quibus persuasum esset Herodem Magnum Messiam fuisse: idque Latinorum quorundam commentum esse dicit. In quo fugit eum ratio. Non enim Latini id prodiderunt, sed ex veteribus Græcis Epiphanius Græcus & ipse scriptor id retulit. Deinde sibi pugnantia dicit: qui non meminerit se olim alia in sententia fuisse. In Dialogo in Luciferianos ita scribit: *Quod Herodiani Herodem Regem suscepere pro Christo.* Erant igitur Herodiani homines, qui non solum Herodem pro Messia habebant, ut Ismaelitæ Muhammedem pro summa propheta: sed etiam qui societatem coirent, & sumptus ad sacrificia in honorem Herodis obeunda, & ejus natalem colendum faciebant.

Ibid. *In hoc loco Christus, quem Danielis scriptura significat, accepit finem.*] In Daniele Græco est χρῖσμα ἐξολοθρευθήσεται. *Exterminabitur unctio.* Hoc magis convenit menti Eusebii, quam si χριστὸς, ut Hebraicus textus habet, legeretur. Et tamen mirum est, quod ipse χριστὸς non χρῖσμα legens, eo vult adstruere per χριστὸς totum sacerdotium intelligi. quod meruisset assensum, si χρῖσμα legeretur. Sed quum constet quare Salvator dictus sit Χριστὸς, aliud tamen etymon causatur Justinus martyr Apologetico primo: ὁ δὲ υἱὸς ἐκείνου, ὁ μόνος λεγόμενος κύριος υἱὸς, ὁ λόγος πρὸ τῶν ποιημάτων, καὶ συνὼν καὶ γεννώμενος, ὅτε τὴν ἀρχὴν δι᾽ αὐτοῦ πάντα ἔκτισε καὶ ἐκόσμησε, Χριστὸς μὲν κατὰ τὸ κεχρίσθαι καὶ κοσμῆσαι τὰ πάντα δι᾽ αὐτοῦ τὸν Θεὸν λέγεται, ὄνομα καὶ αὐτὸ περιέχον ἄγνωστον σημασίαν. Quis non videt legendũ καὶ συνὼν καὶ γενόμενος. Nam γεννώμενος, qui generatur, non qui generatus est. si enim de filii ante omnia sæcula generatione loqueretur, γεννηθεὶς dicendum fuisset, quia semel generatus est, & non generatur. Deinde illud συνὼν ostendit de coæternitate Filii cum Patre, non de filio ante sæcula genito loqui, cui consignificans verbum γενόμενος adjectum. Neque vero quis argutulus objiciat discrimen inter γεννηθέντα & γενόμενον. Nam hic γενόμενος non est factus, sed ὢν, qui jam erat. Quod sequitur, & ad hunc locum Eusebii pertinet, Christum dictum esse, quia Deus per eum condiderit omnia & ornaverit, tunc locum haberet, si τὸ χρίειν esset condere, & ornare. Χριστὸς μὲν κατὰ τὸ κεχρίσθαι καὶ κοσμῆσαι. Legendum vero κατὰ τὸ καὶ χρῖσαι. *Dictus Christus, quia Deus per eum unxerit & ornarit omnia.* Ego ornandi verbum quomodo applicem ad notionem τοῦ χρίειν, non video, nisi pro κοσμῆσαι legeremus, κατὰ τὸ καὶ χρῖσαι καὶ σμῆσαι, *unxerit*

 & ab-

& absterserit omnia. Sed hoc est divinare, non asserere. Et quemadmodum in eo timide quid sentiremus, pronunciavimus, ita in sequentibus minime legendum esse dubitamus, λέγεται καὶ ὄνομα αὐτὸς περιέχον ἀγνώστων σημασίαν. In hac enim περικοπῇ recenset Iustinus omnes appellationes Salvatoris. Christus est. reddidit rationem appellationis. Silo dictus est, quod quidem nomen, inquit, περιέχει ἀγνώστων σημασίαν. *Continet significationem incognitarum, sive reconditarum rerum.* Unde septuaginta verterunt, ᾧ ἀπόκειται. id est, in quo res abstrusæ & reconditæ sunt. Quod interpretes ne minimum quidem totius hujus Commatis verba odorati sint, satis ex istis constare potest. Sequitur. *Vocatur,* inquit, *& Iesus.* Explicat. Ἰησοῦς δὲ καὶ ἀνθρώπου καὶ σωτῆρος ὄνομα καὶ σημασίαν ἔχει. Quod σωτῆρα significet, & pueri sciunt. Sed quod ἀνθρώπου, id commentum Iustini est, qui meminerat איש Hebraice esse ἄνδρα (nam in eo quoque errat, quod ἄνθρωπον ἀντὶ τοῦ ἀνδρὸς dixit, speciem pro distinctione sexus) inde dictum Ἰησοῦν, quasi ἄνθρωπον, vult.

Ibid. *Christi, id est Sacerdotes, erant reges Iudæorum, qui imperare cœperunt à sexagesima quinta Olympiade.*] Hæc facile confutari possent, si Eusebius sententiæ suæ fautores nactus fuisset. Sed quia nemo est ne mediocriter quidem doctus, qui non hæc dissimulatione præterire, quam confutare melius putet, ideo & nos ab hac velitatione stilum abstinebimus. Epiphanius XXIX Hæresi κατὰ Ναζωραίων, ait θρόνον Δαβὶδ καὶ βασιλικὴν ἕδραν intelligi τὴν ἱερωσύνην. Secundum hæc ergo Hassamonæi Sacerdotes, quatenus erant Reges, sedebant in throno David. Hoc negari non potest. Sed eos esse ἐξ Ἰούδα, quod ipse concludit, quomodo concedi possit, equidem non video. Denique omnino hunc locum Eusebii sequitur. Hoc clarius postea dicit: συναφθεισῶν γὰρ τῶν δύο φυλῶν, τῆς τε βασιλικῆς καὶ ἱερατικῆς, Ἰούδα δὲ, φημὶ, καὶ Ἀαρὼν, καὶ πάσης τῆς τοῦ Λευὶ, οὕτω βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς ἐγίνοντο. Quod Hassamonæi, qui de stirpe Levi erant, Pontifices & Reges essent, ideo Tribum Iuda & Tribum Levi in unum coaluisse quo argumento colligi possit, curent, qui in ejusmodi paradoxis defendendis acumen ingenii & declamatoriam velitationem ostentare solent. Porro statim sequitur locus obscurissimus, cui lux adferetur, si pro ἐπὶ Ἀλεξάνδρου, ἀπὸ Ἀλεξάνδρου legeris, item ἐπὶ τοὺς χρόνους Ἡρώδου, non τοῖς χρόνοις. Alioqui nemo antea assequi potuisset.

Ibid. *à Romanis Imperatoribus Sacerdotium emebant.*] παρὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἡγουμένων. Imperatores quidem Romani ἡγούμενοι, καὶ ἡγεμόνες vocantur aliquando à Græcis, ut à Latinis Principes. Hic vero παρὰ τῶν ἡγουμένων τὴν ἱερωσύνην ἐξωνοῦντο, vertendū: *à præsidibus Sacerdotium nundinabantur.* Hic enim ἡγούμενοι sunt non οἱ αὐτοκράτορες, sed οἱ ἡγεμόνες ὑπὸ τῶν αὐτοκρατόρων Ῥωμαίων πεμφθέντες. quod ut exemplo firmemus, Eusebius ipse, postquam dixit, ἐπειδὴ δὲ καὶ Ῥωμαῖοι μετὰ τοῦτον ἀκρίτως, καὶ οὐ κατὰ τὸν νόμον, τοὺς ἀρχιερεῖς καθιστῶν, οὓς ἐδόκει αὐτοῖς, δημοτικοῖς τισὶ καὶ ἀσήμοις ἀνδράσι τὴν τιμὴν χαριζόμενοι, ἐπιπρασκόν τε καὶ ἐκαπήλευον τοὔνομα, ἄλλοτε ἄλλοις ἐνιαυσιαῖον τοὔνομα δωρούμενοι, statim subjicit ex Josepho exemplum de Grato Præside Palæstinæ, qui abdicato Anano, Sacerdotium mandavit Ananieli. συχλέξας Γρᾶτος Ῥωμαίων στρατηγὸς παύσας ἀρχιερᾶσθαι Ἄνανον, Ἰσμάηλον ἀρχιερέα ἀποφαίνει τὸν τοῦ Φαβί. lib. VIII. ἀποδείξ. Quanvis interruptio successionis Pontificiæ commissa fuit in Maccabæo, qui primus ex statione Ioiarib Pontifex à populo renunciatus est, tamen per successiones sacerdotium continuatum est ad initium Herodis, qui Ananielem Babylonium sacerdotem quidem, sed à successione Pontificali alienum, summum Sacerdotem fecit. Deinceps ad libidinem aut Herodis, aut Romanorum post Herodem, Sacerdotes summi creati sunt. Miror Iosephum, qui τῆς ἁλώσ. ιά, oblitus sui scribit Zelotas primos omnium successionem Pontificiam interrupisse: ὥς ἐπ᾽ αὐτοῖς εἶναι καὶ τὰς χειροτονίας τῶν ἀρχιερέων. ἄκυρα γοῦν τὰ γένη ποιήσαντες, ἐξ ὧν κατὰ διαδοχὰς οἱ ἀρχιερεῖς ἀπεδείκνυντο, καθίστασαν ἀσήμους καὶ ἀγεννεῖς. Atqui alibi ab Herode id prius factum dixit.

Ibid. *filiique ejus post eum regnaverunt usque ad novissimam Ierosolymarum captivitatem.*] Atqui Agrippa minor septimus & postremus rex Herodiadarum familiæ regnavit post excidium Ierosolymorum, ann. XXX, ut suo loco ostendetur. Eusebius post excidium Ierosolymorum Agrippæ non meminit perinde ac si cum Ierosolymis & ipse & ejus regnum deletum fuerit.

Ibid. *Lunæ secundum Romanos.*] Olim conati sumus hunc locum explicare, si modo Lectori erudito satisfecimus. Sed nobis non satisfacimus. In fine anni superioris, prid. Kal. Januarii fuit coitus luminarium, numero aureo V, epacta castigata XIX. Et sane character neomeniæ, Teheth eo anno, qui erat Iudaici computi hodierni 3727 fuit. 5. 5. 788. ultima Decembris. feria V, cyclo Solis III. Quare si Romani à visione sideris putabant Lunas suas, ut Arabes suos menses civiles, primus dies Lunæ inciderit in Kalendas Januarii numero hoc Eusebiano MDCCCCLXXXIII, in cujus Martio sequenti numerus aureus VI cæpit currere. Hoc aliquam speciem veri habet, si non verum est. Id est, si alia est ratio hujus periochæ. Sed Hieronymus hæc accepit à Computi "
Paschalis conditoribus sæculi sui., qui in occidente "
inibant computum Lunarem à Kalendis Januarii, "
aureo numero III. cujus computi initium est ab "
anno sacro sancti consessus Niceni. Anno antece- "
dente, qui erat Christi Dionysiani CCCXXIV, "
epacta tam castigata, quam æquabilis erat X- "
VIII. quæ quum sita sit in Kalend. Januarii. "
proculdubio ibi novilunium fuit. de quo Computo "
locuti sumus in libr. III Canonum Isagog. in "
Cap. II. libri primi, Definit. IV. Quare hic me- "
tachronismus est triennii. Nam computatores illi "
ab Augusto Cæsare illum computum inibant, anno "
Juliano IX. Sed inepte anno Iuliano neomenias Ni- "
cenas accommodant, ut in ipsis Canonibus docui- "
mus. Hæc est vera hujus loci Hieronymiani expli- "
catio, neque dubitandum. "

MDCCCCLXXXIV. *Deficiente Pontificum principatu.*] Hoc de industria inculcat, ut epichirema suum promoveat.

Ibid. *Herodes ex alienigenis.*] Et hoc quoque, quod non semel iterat, facit ad argumentum suum stabiliendum. Sed ostendimus, in Iudæis tunc censitos fuisse Idumæos, & Ascalonitas, neque omnino alienigenas dici potuisse, qui plusquam XC annis antea Iudæi & proselyti facti erant: neque recte Herodes προσήλυτος dicitur ab Epiphanio 103, quum ejus avum certum sit proselytum non fuisse, qui fuerit postquam ab Hyrcano Idumæi sunt domiti. & fortasse ne proavus quidem fuit proselytus, sed circumciso prognatus. δημοτικὸν vocat Iosephus, quod non esset

esset τῦ ἱερατικοῦ γένους. ideo & ἰδιωτικὸν ἄνδρα dicit, conditionis nempe privatæ, non regiæ: nusquam autem προσήλυτον, aut ἀλλόφυλον. quemadmodum enim libertini filius non est libertinus, ita nec proselyti filius recte proselytus vocetur. quanto minus pronepos aut abnepos Proselyti? Recte vero ab hoc anno instituitur initium Herodis. Nam anno superiore, captis sub finem æstatis Hierosolymis, M. Agrippa, L. Caninio Coss. interfectus est Antigonus ultimus Hasamonæorum.

Ibid. *quo post annum interfecto.*] Ergo interfectus anno MDCCCCLXXXV. Iosephus ait interfectum in piscina paulo ante expeditionem Antonii Parthicam, quæ contigit L. Cornificio, Sex. Pompejo Coss. numero MDCCCCLXXXVI. Ergo prochronismus biennii.

Ibid. *Antonii & Augusti fœdus.*] Metachronismo septennii aut octennii peccatum est. Hoc enim pertinet ad numerum MDCCCCLXXVII, quo anno Fulvia Sicyone urbe Achaiæ mortua, Octavianus & Antonius armis positis in gratiam redierunt, Cn. Domitio Ahenobarbo, C. Asinio Pollione Coss. Auctor Dio.

Ibid. *Augustus triumphavit pedestris certaminis triumpho.*] Αὔγουστος πεζὸν ἐθριάμβευσε θρίαμβον. *Augustus triumpho pedestri triumphavit.* Ita vertendum erat. Nam novum est, imo inauditum, ullum esse triumphum pedestris certaminis. Ovationem quidem intelligi obscurum non est, qui est θρίαμβος πεζός. Ovavit vero bis Octavianus; prius post obitum Fulviæ. Fasti Capitolini. IMP. CÆSAR. DIVI. F. C. F. III. VIR. R. P. C. OV. ...... QUOD. PACEM. CUM. M. ANTONIO. FECIT. Iterum ex Sicilia. Iidem Fasti: IMP. CÆSAR. DIVI. F. C. F. II. III. VIR. R. P. C. II. A. DCCXVII. OVANS. EX. SICILIA. IDIBUS. NOVEMBR. Neutro modo tempus convenit. Prior Ovatio fuit numero MDCCCCLXXVII. altera MDCCCCLXXXI. Suetonius: *Bis ovans ingressus est urbem: post Philippense, & rursus post Siculum bellum.*

Ibid. *Herodes Ananielem quendam.*] Nicephorus Patriarcha: Ανανίηλος ἀλλογενὴς ὁ καταστάθεις ὑπὸ Ἡρώδου. Sed non erat ἀλλογενής. Judæus enim erat, & ex genere sacerdotali.

MDCCCCLXXXV. *Antonius Cleopatræ Arabiam tradidit.*] Partem, non universam. Joseph. lib. XV, cap. IV: μέρη τῆς χώρας παρελόμενος.

MDCCCCLXXXVI. *Augusti & Antonii tertiæ dissensionis.*] Recte tempus notatum. C. Cæsare Octaviano III. M. Valerio Messalla Coss.

Ibid. *Nicetes & Hybreas.*] Horum dicendi magistrorum omnium, qui hic memorantur, mentio extat apud M. Senecam. Alter Niceta, qui sub Nerva floruit, memoratur à Philostrato. Sunt autem hæc Hieronymi. „Hybream autem Mylasenum fuisse scribit Val. Max. „lib. IX. cap. XV. quem vocat concitatæ facundiæ „oratorem. Est autem Mylasa, Cariæ urbs.

MDCCCCLXXXVII. *Antonius & Cleopatra semet interficiunt.*] Ptolemæus à meridie Nabonassari, ad illud tempus, ὅτε Αντώνιος ἀπέσφαξεν ἑαυτὸν, putat annos DCCXVIII. Ergo mors Antonii contigit anno Nabonassari DCCXIX, quod tempus convenit huic numero Eusebiano, C. Cæsare Octaviano IV, M. Licinio Crasso Coss. quum tamen Actiacum prælium referendum sit in annum antecedentem, C. Cæsare Octaviano III, M. Valerio Messala Coss. Sane numero MDCCCCLXXXVIII, incipit epocha Θεῶν Αὐγούστων: qui dicuntur à Censorino anni Augustorum. Dionysius quoq; Halicarnassensis ait Augustum finem belliscivilibus imposuisse, μεσούσης τῆς ἑπτακαιδεκάτης ὀλυμπιάδος, hoc est circiter sextum mensem anni tertii Olympiadis CLXXXVII.

Ibid. *quam primum tenuit Cornelius Gallus.*] Strabo, Dio, alii, & Græca Eusebii. Sex. Rufus: *Et primum apud Alexandrinos Cornelius Gallus Romanus Iudex administravit.* Habet autem ab Eutropio: *Hunc primum Aegyptus Romanum Iudicem habuit.* Judicem nove vocant, quem Lacedæmonii ἁρμοστήν. Et nova quidem res fuit, solam Alexandriam, adempto civibus omni jure, per Iuridicum administrari, quum ceteræ provinciæ per Præsides, aut Proconsules regerentur.

Ibid. *de quo Virgilius scribit in Bucolicis.*] Sunt Hieronymi.

MDCCCCLXXXVIII. *usque ad Cleopatram, qui vocabantur Lagidæ in Aegypto, regnaverunt annis ducentis nonaginta quinque.*] Præcise. Nam à morte Alexandri, ad hunc annum, sunt anni totidem: hoc est, à Thoth CCCCXXIV Nabonassari, ad Thoth DCCXIX, & à numero MDCXCIII, ad numerum præsentem MDCCCCLXXXVIII, idem intervallum. & proinde ab initio Alexandri Magni, ad præsentem numerum, fiunt anni CCCVII, non autem CCCXII, ut aliud agens perhibet Clemens, quum scribit ita, ἔτη τῆς Μακεδονικῆς, ἕως τῆς Αντωνίου ἀναιρέσεως, ἔτη τριακόσια δώδεκα, ἡμέραι δέκα ὀκτώ. Sed Clemens intelligit de morte Antonii. „Variant Ecclesiastici scriptores in annis hujus monarchiæ Lagidarum. Epiphanius scribit ab illis regnatum esse annos CCCVI. quod verum, si ab Alexandri initio anni putentur. Sed Alexandria condita est anno VII Alexandri. Confundit igitur Epiphanius initium Alexandri cum initio Ptolemæi Lagidæ. Clemens CCLXXXIV; annis XI minus. Tertullianus CCLXXVIII, XVII annis minus. Porro hic annus captæ Ægypti pertinet ad V Consulatum Augusti, ne cui forte imponant nummi Augusti, in quibus cusum est ex una superficie, CÆSAR COS. VI. ex altera, ÆGYPTO CAPTA.

Ibidem. *usque ad Cleopatram.*] Apud Epiphanium: Κλεοπάτρα Πτολεμαίου θυγάτηρ ἔτη τριάκοντα δύο. ἡ τῷ Αντωνίνῳ συνήφθη τῷ βασιλεῖ Οκταβίῳ. Tam absurdæ sententiæ patrocinari, est veritati bellum indicere. cui ita consuleretur. Κλεοπάτρα Πτολεμαίου θυγάτηρ ἔτη εἴκοσι δύο, ἣ ἧς Αντωνίῳ συνήφθη τῷ βασιλεῖ. Οκταβίῳ πολεμήσαντι. Sed quum ejusmodi multa, & quidem longe à vero remotiora, apud illum auctorem extent, an ita, ut hodie excusum est, an, ut nos legendum præcipimus, scripserit, non est prudentis asseverare. Quod enim Αντωνίνῳ pro Αντωνίῳ „legitur, id vitium commune est Græcis. Nam & ita „Hesychius Illustris: καὶ νικήσαντος Καίσαρος τὸν „Αντωνῖνον καὶ τὴν Κλεοπάτραν. „

Ibidem. *Artorius medicus Augusti.*] Medicum Valer. Maximus agnoscit libro primo, cap. de Somniis. Familiarem Augusti Plut. in Bruto, eique prænomen Marco fuisse.

Ibid. *quidam ab hoc loco primum annum Augusti monarchiæ supputant.*] Satis de hac Epocha, qui vocantur anni Augustorum, in Canonibus Isagogicis dictum est: & putidum fuerit ea repetere. Annis Christi Dionysianis adde XXIX, per perpetuam regulam, ut habeas Thoth Augustorum. Itaque secundum ea hic annus Christi MDCIII fuerit MDCXXXII iniens à XXX Augusti Juliani, quia est annus intercalaritius, & vocatur annus Iohannis Euangelistæ in Ecclesia Alexandrina, & Æthiopica. Alioquin annus ordinarius incipit à XXIX Augusti. Sed de hoc, ut dixi, vide Canones Isagogicos.

Ibid. *primum annum Augusti.*] Hic ab Eusebio notatur annus XV Augusti, quia ejus initium putat à

tertio anno Juliano, à Consulatu primo Octaviani, cæsis Hirtio & Pansa Coss. Sed alii à cæde Cæsaris, anno secundo Juliano. Ideo hunc annum sextumdecimum Augusti vocant, ut Panodorus doctissimus Monachus Ægyptius, qui sub Honorio & Arcadio floruit. Is non solum hunc annum dicit esse Augusti sextumdecimum, sed etiam annum, quo Augustus bisextum correxit, fuisse XXII eorum annorum, unde Ægyptii putant initium monarchiæ Augusti. Quod sane verum est. Augustus enim correxit bisextum anno Juliano XXXVII, C. Asinio Gallo, C. Marcio Censorio Coss. numero aureo XIII. Si in annis Augustorum vis habere numerum aureum, adde X. Itaque additis X ad XXII, & abjectis XIX, remanet numerus aureus XIII. Quare verum est, quod ille doctus Monachus scribebat, annum bisexti ab Augusto correcti, fuisse XXII eorum annorum, qui Augustorum anni vocantur, & initium sumunt ab Alexandria subacta, post mortem Antonii & Cleopatræ. Georgius Syncellus scribit Panodoro eum annum dici XXII τῆς Αὐγούςου μοναρχίας, διὰ τὸ σὺν πολλοῖς κατὰ τὸ ις´ ἔτος τῆς Αὐγούςου βασιλείας τὴν Ἀλεξανδρείας ἅλωσιν ἱςορεῖν, καὶ τούτου τοὺς χρόνους τῆς βασιλείας ἐντεῦθεν λογίζεσθαι, μεθ᾽ ἣν ἀρξαμένην ἔτει ε Αὐγούςου πῆξαι τὴν τετραετηρικὴν ἡμέραν, καὶ μέχρι τοῦ νῦν οὕτω καθ᾽ Ἕλληνας, ἤτοι Ἀλεξανδρεῖς, ψηφίζεσθαι τοὺς ἀςρονομικοὺς κανόνας ἐν ταῖς ἐκλείψεσι τῶν δύο φωςήρων, καὶ ταῖς καθ᾽ ἕκαςον μῆνα συνόδοις πανσελήνοις, τῶν τε πλανωμένων ε ἀςέρων, καὶ τῶν λοιπῶν ἀπλανῶν τὰς ἐποχὰς οὕτω λαμβάνεσθαι. Verum est XXII annum Augusti fuisse eum, quo bisextum correctum fuit, & XVI à cæde Antonii, id est primum Augusti. Verum quoque & illud, siderum motus, & rationes Astronomicas ab hac Epocha putari. Non enim alia Epocha utitur Vettius Valens Antiochenus Astronomus, quam annis Augustorum, ut in Canonibus ostendimus.

Ibid. *Cæsar Augustus appellatus.*] Biennio post, ipso Augusto VII, M. Vipsanio Agrippa III Coss. Et sane Censorinus ait biennio post Epocham Augustorum, id est tertio anno Augustorum, Augustum appellatum fuisse. Sed Orosius eodem die, quo triumphavit, Augustum salutatum scribit. quod falsum est: & hoc loco Eusebii deceptus est.

Ibid. *Sol & Luna Cleopatræ liberi.*] In nostris Collectaneis in Augusto, filio nomen proprium est Alexandro, cognomen Soli: filiæ nomen Cleopatræ, cognomen Lunæ. quibus sideribus in eo triumpho maxima contigit defectio & obscuritas, ut ludibria Fortunæ „ hinc conjici liceat. Sed vide Collectanea. Hæc vero „ Selene nupsit Jubæ Regi, ex qua filium suscepit Pto-„ lemæum, à cõsobrino suo C. Caligula interfectus est. Recte vero triumphi tempus assignatũ. Gestum enim hoc, & triumphatum triplici triumpho, VIII. Eid. Ianuarias, Aug. V, L. Appulejo Coss. Auctor Orosius.

Ibid. *Nicopolis juxta Actium condita.*] Anno sequenti, qui fuit primus Augusteus, Augusto VI, Agrippa II Coss. Nummus Augusti: ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ ΙΕΡΑ. ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. Arrianus libro quarto Epict. οὕτω καὶ Νικοπολῖται ἐπιβοᾶν εἰώθασι, Νὴ τὴν Καίσαρος τύχην ἐλεύθεροι ἐσμέν. Erat ergo αὐτόνομος.

„ Ibidem. *Nicopolis.*] Hesychius Illustris post alia:
„ ναυτικῷ οὖν ςόλῳ ἐπὶ ναυσὶ αβ´ συνέβαλον μετὰ Καί-
„ σαρος ἐν πολέμῳ ἐν αὐτῷ τῷ ἀκρωτηρίῳ τῷ
„ καλουμένῳ Ἀκτίῳ. καὶ νικήσαντος Καίσαρος τὸν Ἀν-
„ τωνῖνον καὶ τὴν Κλεοπάτραν, ἐκτίσθη πόλις ἐν τῷ
„ Ἀκτίῳ κληθεῖσα Νικόπολις, διὰ τὸ ἐκεῖσε ἡττη-
„ θῆναι Ἀντωνῖνον. ἥτις καὶ χρηματίζει ἀρχὴ εἰς ςρατη-
γίδα, καὶ παρὰ τοῦ τῶν Ῥωμαίων σκήπτρα διέπον- “
τος, προβάλλεται ςρατηγὸς, καὶ ἔςιν ὄγδοον θέμα “
ὑπὸ τὴν Εὐρώπην. “

Ibid. *& Agon Actiacus constitutus.*] Nummus ΑΚΤΙΩΝ πενταετηρικὸν fuisse ex Strabone in lib. de Emendat. Temp. & cum Olympiade concurrisse. Primus enim Agon actus Olympiade CLXXXVII. & quemadmodum tetraeterides Olympiacę vocabãtur Olympiades, ita Actiacæ Ἀκτιάδες. Joseph. primo ἁλώσ. 692. μετὰ δὲ πρώτην Ἀκτιάδα προςέθησιν αὐτοῦ τῇ βασιλείᾳ τόν τε Τράχωνα καλούμενον, &c. μετὰ τὴν πρώτην Ἀκτιάδα, hoc est anno quinto Augustorum, vel anno primo secundæ Actiados, numero MDCCCCXCII. Sed & Ἄκτια ludi alii Grecis antiquitus fuerunt. Harpocratio: Ἄκτιος ἀγὼν παλαιὸς ἦν, ὡς δῆλον ποιεῖ Καλλίμαχος ἐν τῷ περὶ ἀγώνων. Item Stephanus in Ἀκτία, qui etiam τριετηρικὸν fuisse scribit: ἐν ταύτῃ Ἀπόλλωνος γυμνικὸς ἀγὼν, καὶ ἱππικὸς, καὶ πλοίων ἅμιλλα διὰ τριετηρίδος ἦν. Æneas apud Virgilium:

Actiaque Iliacis celebramus litora ludis.

ut ille agon videatur institutus ab Ænea. Quare enim *Iliacis ludis?* Frigidum & frivolum est, quod Servius ait, κατὰ πρόληψιν in honorem Augusti hoc dictum. Ergo in honorem Augusti & sequentia dicta fuerint:

Aere cavo clipeum magni gestamen Abantis
Postibus adversis figo, & rem carmine signo:
Aeneas hæc de Danais victoribus arma.

Templum igitur antiquitus ibi erat, & ludi trieterici, qui postea ab Augusto pentaëterici facti.

Ibid. *Augustus Romanis plurimas leges statuit.*] Ovi- “
dius: “

Pace data terris animum ad civilia vertet “
Iura suum, legesque feret justissimus auctor. “

Manilius: “

Qui regis Augustis parentem legibus orbem. “

Hæ Iuliæ leges vocatæ sunt. “

MDCCCCLXXXIX. *Censu Romæ.*] Recte: Augusto VI. M. Agrippa Coss. Augustus ipse in Indice: PATRICIORUM. NUMERUM. AUXI. CONSUL. QUINTUM. JUSSU. POPULI. ET. SENATUS. SENATUM. TER. LEGI. ET. IN. CONSULATU. SEXTO. CENSUM. POPULI. COLLEGA. M. AGRIPPA. EGI. Suetonius scribit Censores longo intervallo creari solitos Cæsarem creavisse.

Ibid. XLI *centena* LXIV *& milia.*] Hoc est 4164000. in Græcis idem. sed aliter apud Suidam in Αὔγουςος· υι μυριάδες καὶ χίλιοι ιζ´ ἄνδρες. hoc est 4101017.

Ibid. *Anaxilaus Larissæus Pythagoricus & magus ab Augusto Urbe Italiaque pellitur.*] Dio scribit anno ab Urbe condita DCCXX τοὺς ἀςρολόγους, τούς τε γόητας Urbe pulsos. Augusto II. Volcatio Tullo Coss. Hic vero “ est annus DCCXXV. prochronismus quinquennii. De “ Anaxilao Irenæus adversus Marcum: Τὰ γὰρ Ἀναξιλάου παίγνια τῇ τῶν λεγομένων μάγων πανουργίᾳ συμμίξας δι᾽ αὐτῶν φαντάζων τε, καὶ μαγεύων εἰς ἔκπληξιν τοὺς ὁρῶντάς τε καὶ πειθομένους αὐτῷ περιέβαλεν. Anaxilaus fuit insignis medicus, non magus, ut putat Eusebius, non magis, quam Nigidius, quem tamen Hieronymus magum vocat. Sed ludicra quædam faciebat: ut ex sulphure in calicem injecto pallorem mortuorum induceret vultibus, auctore Plinio, lib. XXXV, capite XV. Neque propterea dicitur magus ab Irenæo, utpote qui non maleficis artibus homines deciperet, sed ludicris, licitis, & ἐξ ὕλης ἰατρικῆς quæ-

„ quæsitis eos oblectaret. Marcus vero Hæreticus ea „ cum maleficis artibus commiscens iis abutebatur in fraudem spectatorum. Hæc est mens Irenæi.

Ibidem. *Thebæ Aegypti usque ad solum dirutæ.*] Sunt Hieronymi. Atqui sæculo Strabonis, qui fere eodem tempore, & sub Tiberio floruit, adhuc amplissima „ urbs erat: & vocabatur Diospolis. Duæ autem „ Διοσπόλεις constituuntur à Ptolemæo, minor, & „ major, quæ & Θῆβαι ἑκατόμπυλοι. A Carthaginiensibus dirutam, ac postea pristino splendori ac cultui restitutam Cambyses primum, deinde Cornelius Gallus expilavit, atque opibus exhausit, quum alioquin adhuc integræ starent. Auctor Ammianus; qui à Cornelio Gallo non funditus dirutam, ut vult Hieronymus, sed opibus suis spoliatam fuisse scribit. Quare hallucinatio est.

„ Ibid. *M. Terentius Varro Philosophus prope nonagena-* „ *rius moritur.*] Quia proxime aberat à centenario, „ propterea sæculum æquasse eum scribit Valer. Max. „ lib. VIII: *Terentius Varro non annis, quibus sæculum æ-* „ *quavit, quam stilo vivacior fuit.*

MDCCCCXC. *Cornelius Gallus.*] Magna est hallucinatio in illis verbis Servii in extremum Bucolicon: *Hic est C. Asinius Orator, Asinii Pollionis filius, qui ante omnes primus Aegypti præfectus fuit, eximius Poëta. Nam & Euphorionem, ut supra diximus, transtulit in Latinum sermonem*, &c. Magna, inquam, hallucinatio hominis Gallum Poëtam primum Ægypti Præfectum cum C. Asinio Consule, de quo dictum numero MMXXX, qui „ collegam habuit C. Censorinum, confundentis. Et „ ipse Asinius Pollio ad Ciceronem lib. X, Epistola „ XXXII, Cornelium Gallum familiarem suum vo- „ cat. Tantum abest, ut Asinius Pollio idem sit cum „ Corn. Gallo. Recte quidem Hieronymus interitum Corn. Galli post expilationem Thebarum conjecit, quia ab ipso Cornelio spoliatæ omnibus ornamentis suis fuerant: sed mors ejus hoc anno non contigit, ut infra dicetur. Vides igitur quare casum Thebarum in numerum MDCCCCLXXXIX contulerit Hieronymus, nimirum propter Cor. Gallum, qui Pyramidibus Ægypti nomen suum & gesta insculpi curaverat „ tanquam rerum potiens, quod est crimen majestatis: quo nomine ad Augustum delatus, mœroris impatientia mortem sibi conscivit. Legimus apud Ovidium in Epicedio Tibulli:

Tu quoque, si falsum est temerati crimen amici,
Sanguinis, atque animæ prodige, Galle, tuæ,
His comes umbra tuā est.—

Quod dicit crimen temerati amici, hoc interpretes referunt ad læsum à Gallo Augustum: quod ut falsum, ita ineptum. Intelligendum enim Tibullum & Gallum amicos fuisse, & postea jus amicitiæ à Gallo violatum. quod ita clarum, ut pluribus firmandum non sit. Nam certum est Gallum, violentum, iracundum, contumeliosum hominem fuisse.

Ibidem. *propria se manu interfecit.*] Augusto VIII, T. Statilio Tauro Coss. Unius anni prochronismus.

Ibid. *Tralles terræ motu consederunt.*] Maxima pars urbis cum Gymnasio consedit, quod postea instauratum ab Augusto. Strabo libro XII, paulo ante finem: Καὶ γὰρ νυῶ τὴν Μαγνησίαν τὴν ὑπ' αὐτῷ (Σιπύλῳ) κατέβαλον σεισμοὶ, ἡνίκα καὶ Σάρδεις, καὶ τῶν ἄλλων τὰς ἐπιφανεστάτας κατὰ πολλὰ μέρη διελυμήναντο. ἐπηνώρθωσε δ' ὁ ἡγεμὼν (Τιβέριος) χρήματα ἐπιδοὺς, καθάπερ καὶ πρότερον ἐπὶ τῆς γενομένης συμφορᾶς Τραλλιανοῖς, ἡνίκα τὸ γυμνάσιον, καὶ ἄλλα μέρη συνέπεσεν, ὁ πατὴρ αὐτοῦ (Αὔγουστος) καὶ τούτοις, καὶ Λαοδικεῦσι.

MDCCCCXCI. *Inde per legatos ab Augusto amicitiam postularunt.*] Eutropius: *Scythæ & Indi, quibus antea Romanorum nomen incognitum fuerat, munera & legatos ad eum miserunt.* Suetonius, unde Eutropius accepit: “ *Qua virtutis moderationisque fama Indos etiam, ac Scythas auditu modo cognitos pellexit ad amicitiam suam populique Rom. ultro per legatos petendam.* Idem habet Dio. In Collectaneis nostris: Καὶ δὴ καὶ Ἰνδοὶ προκηρυξάμενοι πρότερον φιλίαν, τότε ἐσπείσαντο, δῶρα πέμψαντες αὐτῷ. Idem quod Eutropius. Sed & regem Indorum ipse Eusebius nominat libro priore: Πανδίων ὁ τῶν Ἰνδῶν βασιλεὺς φίλος Αὐγούστου καὶ σύμμαχος εἶναι παρεσκεύαστο. Distinguenda tamen sunt ex Dione. M. Appulejo Sex. F. P. Silio P. F. Nerva Coss. hoc ipso numero, Indi cum Augusto fœdus sanxerunt, quod antea per legatos petiverant. Festus vel Sextus Rufus: *Pacatis gentibus Orientis, Augustus Cæsar etiam Indorum legationem accepit.* Hoc anno igitur ἐσπείσαντο, antea vero Pandion per legatos amicitiam Romanorum petiverat: quod Dio dicit, προκηρυξάμενοι πρότερον φιλίαν.

Ibidem. *Messalla Corvinus primus Præfectus Urbis.*] Sunt Hieronymi. Cornelius Tacitus Annali sexto loquens de origine præfecturæ Urbis: *Primusque Messalla Corvinus eam potestatem & paucos intra dies (finem) accepit.* τὸ *finem* abundat, mendo manifesto. Hoc contigit C. Furnio, C. Silano Coss. numero MM. Prochronismus annorum IX.

Ibidem. *Incivilem esse potestatem contestans.*] Incivilem, cujus antiquissima origo? imo civilissimam, si quid in antiquitate Romana videmus. Certe quid hic nomen “ hoc incivile significet, non capio. Petrus Crinitus “ cap. XII, lib. primi de hon. discip. incivilem interpretatur immoderatam. Non magis mihi probare potest eam immoderatam, quam incivilem fuisse. & quidem hæc, ut alia apud illum auctorem, risu excipienda magis, quam responso. Nullus est liber scriptus, aut editus, in quo non ita legatur. Sed est vetustissima menda ex inscitia veteris scripturæ nata, quam posteriores librarii, quæ erat eorum imperitia, assequi non potuerunt. Nam prius ita scriptum fuit, *invecilem sese potestati contestans.* id est imbecillem. Erat enim πόρρω ἡλικίας, & gravior annis, quam ut tanto oneri par esset. Nam quid aliud dicit Cornel. Tacitus? *Primusque Messalla Corvinus eam potestatem, & paucos intra dies, accepit, quasi nescius exercendi.* An non plane idem est, quod *imbecillus potestati?*

MDCCCCXCII. *Augustus Calabriam.*] Imperitum historiæ Romanæ esse oportet, qui Calabriam, imo ullam partem Italiæ, adhuc intactam Romanis superfuisse credat. Antequam Græca videremus, *Cantabriam* legebamus, quod sciremus hoc anno, Augusto IX, M. Junio Silano Coss. Cantabros cum Asturibus ab Augusto victos. de quo etiam Horatius: *Cantabrum indoctum juga ferre nostra.* Meminit & Eutropius. Cassiodorus: *C. Augustus Cæsar VIII, & M. Silanus. His Consulibus Cantabros, Germanos, Salassos Cæsar perdomuit.* An firmiora his testimoniis requirimus? Vera igitur fuit conjectura nostra, & ita exigit historiæ series. Sed falsum, quod judicabamus, mendū esse in scriptura: quum sit hallucinatio Eusebii in historia concipienda. Ita enim Græca Eusebii habent: Αὔγουστος Καῖσαρ Καλαβρίαν καὶ Γαλάτας ὑποφόρους ἐποίησεν. Quomodo Calabriam vectigalem fecisset, quum omnia prædia Italici soli neque sint tributaria, neque stipendiaria, & ideo in rebus mancupi habeantur?

Ibid.

Ibid. *Et Gallos vectigales facit.*] Nihil per illos tractus temporis moverunt Galli, præterquam Aquitani, de quibus subactis Messalla triumphavit, Augusto VI, M. Agrippa III Coss. triennio ante. Vereor, ne Eusebius Gallæcos in Gallos, sive γαλάτας, ut est in Græcis, quemadmodum Καντάβρίαν in Καλαβρίαν, mutaverit. Nam Astures, quos Cæsar, una cum Cantabris subegit, ponuntur in Gallæcia. Orosius: *Cantabri & Astures Gallæciæ provinciæ portio sunt.*

Ibid. *Vectigales fecit.*] Omnes provinciæ populi Romani, excepta Italia, vectigales sunt; ita tamen, ut earum aliæ stipendiariæ, aliæ sint tributariæ: Stipendiariæ populi Rom. Tributariæ Cæsaris. Reges quoque quidam ὑπόφοροι erant, in quibus Herodem Magnum ponit Appianus satis imperite. Nam nunquam Herodes Cæsari tributarius fuit. Hoc si verum esset, ejus clara exstarent in Josepho indicia, ex cujus libris palam est Herodem nihil minus, quam stipendiarium pop. Ro. aut tributarium Cæsaris fuisse. In ejusmodi non semel lapsum Appianum deprehendimus. Quare audiendus non est. Dio scribit Augusto Cæsari non minori curæ provincias pop. Ro. fuisse, quam suas, & quasdam tributo liberasse, quibusdam, præter vectigal, aut tributum, pecunias imperasse, lib. LIV: πάντα τά τε ἐκεῖ, καὶ ἐν τῇ Βιθυνίᾳ διέταξεν, οὐχ ὅτι τοῦ δήμου καὶ ταῦτα τὰ ἔθνη, καὶ τὰ πρότερα ἐδόκει εἶναι, ἐν ὀλιγωρίᾳ αὐτὰ ποιησάμενος, ἀλλὰ καὶ πάνυ πάντων σφῶν, ὡς καὶ ἑαυτοῦ ὄντων, ἐπιμεληθείς. τά τε γὰρ ἄλλα, ὥσπερ καὶ προσῆκον ἦν, ἐπηνώρθωσε, καὶ χρήματα τοῖς μὲν ἐπέδωκε, τοῖς δὲ καὶ ὑπὲρ τὸν φόρον ἐσενεγκεῖν προσέταξε.

Ibid. *Munacius Plancus Ciceronis discipulus.*] Sunt Hieronymi à Suetonio. Quantum vero Plancus sub tali magistro profecerit, ostendunt epistolæ ejus ad ipsum Magistrum lib. X, quibus ego judico nihil absolutius esse, nihil castius, elegantius, rotundius, sine ulla putiditate & cacozelia. Sed mirum, Ciceronem, quum in suis ad Plancum epistolis de amore suo in eum ab ejus usque pueritia meminerit, de disciplina tacuisse, neque ullum argumentum aut notam ex illis epistolis colligi posse, qua Plancum Ciceronis discipulum fuisse suspicemur, quem non dubium est, quia cum aliis æqualibus suis domum Ciceronis convenire declamandi caussa solebat, ab eo discipulum Ciceronis dictum fuisse. Planci summi declamatoris meminit M. Seneca „ fine libri primi Controvers. item Plinius lib. VII, „ cap. XII. ubi dicitur simillimus fuisse Rubrio histrioni. quem cur alium ab hoc nostro putem, causæ non est: & fortasse Cicero libro XIII, Epistola XXIX ad eundem Plancum scribens, quum de studiis ejus loquitur in adolescentia, eloquentiæ studium intelligit: *Accedebat non mediocre vinculum cum studiorum, quod ipsum est per se grave, tum eorum studiorum earumque artium, quæ per se ipsæ eos, qui voluntate eadem sunt, etiam familiaritate devinciant.* Sed hęc Plancum Ciceronis discipulum fuisse non cogunt nos credere.

Ibid. *Qui quum Galliam comatam regeret.*] Hirtio, & Pansa Coss. numero MDCCCCLXXIV. quo tempore conscriptæ sunt illæ divinæ ad Ciceronem Epistolæ.

Ibid. *Lugdunum condidit.*] Vetus inscriptio: IN ITALIA. BENEVENTVM. IN. GALLIA. COLONIAS. DEDVXIT. LVGDVNVM. ET. RAVRICAM. Colonia autem deducta est in collem confluentibus Rhodani & Araris imminentem ex colonis Viennensibus, quos Allobroges de natali solo deturbaverant. Vnde à collecillo dicta est Lugdunum. Caussam reddit Plutarchus περὶ ποταμῶν, quia, quum jacerentur fundamenta, corvi quidam visi sunt. Λοῦγος enim, inquit, significat τὸν κόρακα lingua Celtica, δοῦνος δὲ τὸ ἐξέχον. Vnde Λουγόδουνον dictum sit. De priore voce, viderint alii. de altera non dubium est Dunum olim, & nunc quoque in Belgio significare collem eminentem, aut eminentiam. Itaque prius Λουγόδουνον, postea Λούγδουνον dictum. Dio τὸ Λουγόδουνον μὲν ὀνομασθὲν, νῦν δὲ Λούγδουνον λεγόμενον. Sic Leucotecia prius, quæ postea Lutetia, postremo Luretia. In veteribus inscriptionibus non raro LVGODVNVM incisum legitur. In aliis etiam dicitur, COPIA. CLAVDIA. AVGVSTA. LVG. Quare Claudia, non obscurum est. de Copia adhuc quæro.

Ibid. *Lugdunum condidit.*] Triumviri fuere Coloniæ deducendæ Silanus, Lepidus, Plancus, decreto Senatus, ut auctor est Dio. Coloni autem Viennenses, qui ad confluentes Araris, & Rhodani substiterant & ab Allobrogibus ejecti fuerant quadraginta annis ante. quod quidem testantur nummi, qui ad numerum MDCCCCLXXXIV pertinent. in quibus anni Lugdunensis coloniæ notati sunt XL, & XLI, hoc est ab ejectis Viennensibus.

Ibid. *M. Lollius.*] Eusebius ex Dione. Recte tempus assignatum. Eutropius: *Galatia quoque sub eo provincia facta est; quum antea regnum fuisset: primusque eam M. Lollius Proprætore administravit.* Eadem verba repetit, ut solet, Sex. Rufus: *Postea Galatiam Deiotarus Tetrarches, nobis permittentibus, tenuit. ad extremum sub Octaviano Cæsare Augusto, Galatia in speciem provinciæ redacta est: & eam primus Lollius Proprætore administravit.* Certe quandiu regnum fuit, ea Tetrarchæ suo, aut Regi vectigalis fuit, non autem populo Romano. Postquam in formam provinciæ redacta, tunc aut populi stipendiaria, aut Cæsaris tributaria facta: ut Judæa Archelao Herodis filio vectigalis fuit: postea, eo mortuo, Cæsaris tributaria facta, misso, qui patrimonium Archelai in fiscum redigeret, Quirinio. Nam nugæ sunt, aut Herodem, aut ejus filios vectigales Cæsari fuisse, aut populo Romano, quod nugatur Appianus.

Ibid. *Augustus, quum ei monarchia deferretur, renuit.*] Quam Eusebius μοναρχίαν vocat, ea erat Dictatura. Vellejus: *Dictaturam, quam pertinaciter ei deferebat populus, tam constanter renuit.* In Fragmentis Fastorum Capitolinorum legitur post Consulatum XI Augusti, & Pisonis: .... LATUS. EST. ABDICAVIT. TRIB. ..... Quod ita supplet Onufrius: *Imper. Cæsar* D. F. C. N. *Aug. Dictator perpet.* appel-LATUS. EST. ABDICAVIT. TRIBUNIC. *potest. accepta.* Hoc competit in numerum MDCCCCXCIV, uno anno serius, propter discrimen Palilium Catonis, & Varronis.

MDCCCCXCV. *Augustus Cyzicenos libertate privavit.*] M. Appulejo, P. Silio Nerva Coss. numero MDCCCCXCVII. Biennii prochronismus. Dio: τούς τε Κυζικηνοὺς, ὅτι Ῥωμαίους τινὰς ἐν στάσει μαστιγώσαντες ἀπέκτειναν, ἐδουλώσατο. καὶ ταὐτὸ καὶ τοὺς Τυρίους, τούς τε Σιδωνίους διὰ τὰς στάσεις ἐποίησεν ἐν τῇ Συρίᾳ γενόμενος. Sed Cyzicenis postea libertas reddita, M. Junio Druso Libone, L. Calpurnio Pisone Coss. iterum adempta à Tiberio, ipso Tiberio IV, Druso II Coss. quamquam apud Tacitum Annali IV. C. Asinio Pollione, C. Antistio Vetere Coss. biennio post.

Ibid. *Pylades Cilix Pantomimus.*] Primus Pantomimorum Pylades ex Asia Romam ab Augusto evocatus. Ex Dione: ἥ τε παντόμιμος ὄρχησις ἐν ἐκείνοις ἐσήχθη τοῖς χρόνοις, οὔπω πρότερον οὖσα, Πυλάδου τοῦ Κίλικος, καὶ Βαθύλλου πρώτων αὐτὴν μελετησάντων. Vide Collectanea nostra in Augusto. Fuit & alius Pylades

Pantomimus Imp. Trajani libertus. In veteri Saxo Genuæ: P. ÆLIUS. AUG. LIB. PYLADES. PANTOMIMUS. HIERONICA. INSTITUIT. Item alius Impp. L. Veri Commodi, & M. Aurelii Antonini Lib. In alio lapide: L. AURELIUS. AUG. LIB. PYLADES. HIERONICA. DISCIPULUS. CONSUMMAVIT. item alius in luculentissimo lapide Mediolanensi: THEOCRITI. AUGG. LIB. PYLADI. PANTOMIMO. HONORATO. SPLENDIDISSIMIS. CIVITATIB. ITALIÆ. ORNAMENTIS. DECURIONALIB. ORNA. GREX. ROMANUS. OB. MERITA. EJUS. TITUL. MEMOR. POSUIT. Ubi Theocriti pro Theocrito, Civitatib. pro Civitatium perperam incisum est. A latere dextro est mulier barbaro habitu, personam, sive larvam Solis dextra, spiculum sinistra gerens, supra caput TROADAS, & supra eundem Titulum, SUI. TEMPORIS. PRIMUS. Sinistra mulier alia cum Titulo supra caput IONA. Ambarum Tituli significant hunc Pyladem vicisse Τρωάδας, καὶ Ἴωνα Εὐριπίδου. Quæ sane digna sunt elegantiorum ingeniorum disquisitione. Nam plurima in hunc lapidem non vulgaria dici possunt: imo justus „ Commentarius edi. Quod autem Pylades Tragœdiarum, quemadmodum Bathyllus Comœdiarum saltatores fuerint, auctor est M. Seneca procemio lib. III Controversiarum. *Et ut ad morbum te meum vocem, Pylades in Comœdia, Bathyllus in Tragœdia multum à se aberant:* utpote quum proprium esset Pyladę Tragœdias, Bathylli Comœdias saltare. Quare & omnis successio Pyladarum, & Bathyllorum idem semper professa est: omnes enim Pyladæ Tragœdiarum, omnes Bathylli Comœdiarum saltatores fuere. Non solum autem isti cognomines sunt illi primo Pyladi, sed etiam ex eadem familia fuerunt. L. Seneca Natur. Quæst. lib. VII, cap. ultimo: *At quanta cura laboratur, ne cujus Pantomimi nomen intercidat? Stat per successores Pyladis & Bathylli domus. Harum multi discipuli sunt, multique doctores.* Hinc intelligis, quare DISCIPULUS extat in posteriore inscriptione. Itaque domus Bathylli successores & ipsi quoque Bathylli vocabantur, quemadmodum à Pylade posteriores ejus Pyladæ quoque dicti. Juvenalis:

Chironomon Ledam molli saltante Bathyllo.

Iste Bathyllus, quem vidit Juvenalis, erat ex domo illius primi Bathylli, quem arcessivit Augustus ex Asia. Denique duæ factiones erant histrionum eodem nomine perpetuatæ, Pyladæ, & Bathylli, ut diserte nos docuit Seneca. De primo Pylade multa Macrobius observatu digna. De eodem enim Boëthus Poëta, qui hominem vidit:

Εἰ τοῖος Διόνυσος ἐς ἱερὸν ἦλθεν Ὄλυμπον
Κωμάζων Λήναις σὺν ποσὶ καὶ Σατύροις,
Οἷον ὁ τεχνήεις Πυλάδης ὠρχήσατο κεῖνον
Ὀρθὰ κατὰ τραγικῶν τέθμια μουσοπόλων,
Παυσαμένη ζήλου Διὸς ἂν φάτο σύγγαμος Ἥρη,
Ἐψεύσω, Σεμέλη, Βάκχον ἐγὼ δ᾽ ἔτεκον.

Video non capi ne à doctissimo quidem Anthologiæ Scholiaste. Magnum enim mendum est in quarto versiculo. Nam legendum, ὠρχήσατο κινῶν κόρδακα καὶ τραγικῶν τέθμια μουσοπόλων. Intelligitur enim ibi de saltatione Italica, cujus auctor ipse Pylades fuit, de qua etiam librum reliquit. erat autem mixta ex duabus saltationibus, Cordace Comica, & Sicinni Tragica, quam Boëthus vocat τέθμια τραγικῶν μουσοπόλων. Suidas: Πυλάδης Κίλιξ ἀπὸ κώμης Μισθαρνῶν ἔγραψε περὶ ὀρχήσεως τῆς Ἰταλικῆς, ἥτις ὑπ᾽ αὐτοῦ εὑρέθη, ἀπὸ τῆς κωμικῆς καλουμένης ὀρχήσεως, ἥτις ἐκαλεῖτο Κόρδαξ, καὶ τῆς τραγικῆς, ἣ ἐκαλεῖτο Σίκιννις, καὶ τῆς σατυρικῆς, ἥτις ἐμμέλεια. Contra Hesychius in voce Σίκιννις τὴν ἐμμέλειαν τραγικὴν fuisse dicit, σίκιννιν σατυρικήν. Quare apud Suidam verba inversa sunt, & legendum, καὶ τῆς τραγικῆς, ἣ ἐκαλεῖτο ἐμμέλεια, καὶ τῆς σατυρικῆς, ἥ τις Σίκιννις. Et ita habet Athenæus libro I, unde ad verbum illa exscripsit Suidas. Porro quemadmodum Boëthus dixit κινεῖν κόρδακα, ita etiam Eunapius κινεῖν ὑπόρχημα. Aliud est κινεῖσθαι κόρδακα, id est saltare Cordacem, aliud κινεῖν κόρδακα, id est exponere vulgo, ostendere, producere in medium. Verba Eunapii, quæ Boëthum interpretantur, sunt hæc in Ædesio, pag. 37. πρῶτος Ἀριστοφάνης ἐπὶ διεφθαρμένας ψυχὰς τὸν γέλωτα ἐπισαγαγὼν, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς σκηνῆς κινήσας ὑπορχήματα. At, Deus bone, in editione Antverpiana monstrum lectionis est, quod fraudem fecit docto interpreti ὑπὸ τῆς κοινῆς. Unde nihil nisi ridicula interpretatio exprimi potuit. Sed Hieronymum „ Commelinum ex libro Palatino jam correxisse postea animadvertimus.

Ibid. *Pantomimus.*] Antea Mimi saltantes canebant. Gellius lib. XX, cap. III: *Saltabundi autem canebant, quæ nunc stantes canunt.* Pantomimi contra saltantes gestu pro voce utebantur. Claudianus:

Qui nutu manibusque loquax. —

Manilius elegantissime:

Omnis fortunæ vultum per membra reducit.

per membra, per motus membrorum. Nonnus Dionysiacon libro septimo:

— ἀγρομένων δὲ
Ὄμματα μοῦνον ἔθελγεν, ὅτε στροφάδεσσιν ἐρωαῖς
Ὀρχηστὴρ πολύκυκλος ἑλίσσετο λαίλαπι ταρσῶν
Νεύματι μῦθον ἔχων, παλάμην στόμα, δάκτυλα φωνήν.

qui profecto versus ingeniosissimi sunt. Quod vero dixit παλάμην στόμα, idem expressit Cyprianus de Spectaculis: *vir ultra muliebrem mollitiem dissolutus, cui ars sit verba manibus expedire.* Sed notum quod de Pantomimis Cassiodorus scripsit.

Ibid. *primus Romæ chorum & fistulam sibi præcinere fecit.*] Videri posset mediocriter docto in Græcis fuisse, χοραύλην ἑαυτῷ προαυλεῖν ἐποιήσατο, & Hieronymum disjunxisse putaverit χοραύλην, & interpretari *chorum & fistulam.* de choro verum est. Nam saltanti Pyladi & chorus & tibia accinebat. sed αὐλὸν vertere fistulam, novum esset. Sciendum vero est potuisse fieri, ut Hieronymus per chorum non gregem canentium, sed ἄσκαυλον intellexerit. Verba ejus in Epistola ad Dardanum de diversis instrumentis Musicis: *Antiquis temporibus fuit chorus quoque simplex pellis cum duabus cicutis æreis, & per primam inspiratur, secunda vocem emittit.* Tamen hic de choro canentium, cui permixtæ fuerint fistulis tibiæ intelligendum. & præterea illa epistola ad Dardanum est hominis barbari, & imperiti, non Hieronymi, cui injuria non parva fiat, si tam ineptum scriptum illi attribuatur. Pylades interrogatus ab Augusto, quæ saltationi contulisset, respondit:

Αὐλῶν συρίγγων τ᾽ ἐνοπὴν, ὅμαδόν τ᾽ ἀνθρώπων.

Neque disconvenit, ubi ad moderandos motus adhibetur tibia, ibi quoque adhiberi posse & fistulam. Notum est Gracchum verba ad populum habentem, ad fistulatorem solitum vocem tollere, aut deprimere.

Hoc idem fecerunt Pylades, & Bathyllus. Phædrus fabulator:

Princeps tibicen notior paulo fuit
Operam Bathyllo solitus in scena dare. Infra:
— cujus flatibus
Solebat incitari saltantis vigor.

Quod Chorus adhiberetur, omnino negari non potest; quia Choraules is est, qui ad Chorum tibia canit, ut λυρῳδὸς, qui ad Lyram, αὐλῳδὸς, qui ad tibiam. Præterea Pylades ipse illa parodia Homerica aperte significat se Chorum adhibere solitum, quum dicit ὁμαδὸν τ᾽ ἀνθρώπων. Hyginus fabula CCLXXII: *Pythaules, qui Pythia cantaverat, septem habuit palliatos, qui voce cantaverunt. unde postea appellatus est Choraules.* palliatos vocat, quia revera Choraulæ palliati erant. Choraulæ enim pallium Tyrianthinum Messalæ nomen & uxoris intextum habuisse meminit Vopiscus in fine Carini. Septem igitur Palliati constituebant Chorum, ad cujus cantum is, qui tibiam inflabat, dicebatur Choraules. Itaque nunquam Choraules erat solus, ut pote quem Chorus semper comitaretur. Et quia omnis turba turbulenta est, præsertim in convivio, propterea Martialis dixit:

Quod optimum sit, quæritis, convivium?
In quod Choraules non venit.

Choraulem nemo melius aut elegantius Cypriano expressit in libro de Spectaculis: *Alter cum Choris, & cum hominis canora voce contendens spiritu suo, quem de visceribus suis superioribus nitens hauserat, tibiarum foramina modulans, nunc effuso, & nunc intus recluso, ac represso, nunc certis foraminibus emisso, atque in aërem profuso, item in articulos sonum frangens loqui digitis elaborat, ingratus artifici, qui linguam dedit.* Ibi enim Chorus canens, & tibicen una conjunguntur. Apud Athenæum lib. XI: „ ἀγανακτεῖν τινὰς ἐπὶ „ τῷ τοὺς αὐλητὰς μὴ συναυλεῖν τοῖς χοροῖς, καθάπερ „ τὴν πάτριον, ἀλλὰ τοὺς χοροὺς συνᾴδειν τοῖς αὐλη„ ταῖς. Alter Choraules accipitur à Sidonio Apollinari, qui digitis χειρονομῶν, & pedibus gestiens, ac sibilis varie ludens tibiarum, ac fistularum sonum buccis imitatur, cui crotalistria semper adjungebatur: quod hodie videre est plurimum in amplissimis & celeberrimis Mauritaniæ urbibus Fessa & Marroco. Crotalistriam χοροιτύπον vocat Nonnus libro XLVI:

Μιμηλοῖς δὲ πόδεσσιν ἑλιξ ὠρχήσατο Πενθεὺς
Ἡδυμανής, λοξῷ δὲ πόδον κροτάλιζε πεδίλῳ
Ἐκ ποδὸς αἰθύσσων ἕτερον πόδα. χεῖρα δ᾽ ὀϊστὴν
Θηλύνων ἐλέλιζεν ἀμοιβάδα δίζυγι χαλκῷ,
Οἷα γυνὴ παίζουσα χοροιτύπος. —

Ergo γυνὴ χοροιτύπος crotalum, quod duplici ferrea lamina constat, quatiens, est crotalistria. Erat & simile ex duobus lignis, aut etiam duplici ferro, quod καλύβην vocabant. unde καλυβίτης, qui illo ludebat. de quo olim in Copam Virgilii posteriore editione. Et Calybarium quid sit in omni Gallia notum est. Sed vide & de Calybario in Copam, & de Choraule in Propertium posteriore editione 283: & quæ κρημαποποιοὶ γυναῖκες, qualis fuit Glauca apud Theophrastum citante Scholiaste Theocriti Edyllio IV. & apud Martialem:

Edere lascivos ad Bætica crumata motus.

Ibidem. *primus Romæ Chorum.*] *Sane primus omnium Poëta Livius ad fabularum argumenta spectantium animos transtulit: isque sui operis auctor, quum sæpius à populo revocatus vocem obtudisset, adhibito pueri & tibicinis concentu, gesticulationem tacitus peregit.* Valer. Maximus libro quarto, cap. IV, 4.

MDCCCCXCVI. *Tiberius ab Augusto missus occupavit Armeniam.*] Recte tempus assignatum, M. Lollio, P. Lepido Coss. Dio lib. LIV. quanquam, inquit, ἐπράχθη οὐδὲν τῆς παρασκευῆς αὐτοῦ ἄξιον. *nihil dignum tanto apparatu effectum est.* & tamen, inquit, multum de ea re gloriabatur, & vectabatur. ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ θυσίαι ἐπὶ τούτῳ ἐψηφίσθησαν, ἐσεμνύνετο, ὥστε κατ᾽ ἀρετήν τι ποιήσας.

Ibid. *occupavit Armeniam.*] In Græcis: παρεστήσατο, *armis subjugavit, recepit, ad deditionem compulit.* Sed, ut diximus, sine opera Tiberii, Artabaze interfecto ab Armeniis, Tigranes frater ejus in regnum restitutus est: cujus quidem restituendi gratia Tiberius ab Augusto in Armeniam missus fuerat. Quare non opus fuit τὴν Ἀρμενίαν παραστήσασθαι, quum ea reddita sit pacata Tigrani, fratre ejus Artabaze regni infessore ab Armeniis occiso. neque adhuc Armenia Romanorum fuerat, quod putavit Hieronymus, dum παραστήσασθαι interpretatur occupare, neq; Tiberius παρεστήσατο eam, quum, ut diximus, sine illius interventu Tigrani restituta sit.

Ibid. *Atratinus.*] Hieronymi. Historia mihi ignorata. Hoc anno de Africa triumphavit L. Sempronius Atratinus, ut constat ex saxis Fastorum Capitolinorum. Si idem est cum hoc, is quidem triumphaverit, & decesserit eodem anno.

Ibid. *Cantabri res novas molientes opprimuntur.*] Numero MDCCCCXCII satis disputavimus de Cantabris ab Augusto domitis. An quadriennio post rebellarint, nihil in veteribus Annalibus reperio. Sed intelligit hoc anno finem bello impositum. quod proculdubio verum est. per quinquennium enim continuum cum Cantabris & Asturibus pugnatum est. Orosius: *Cantabrico bello per quinque annos acto, totaque Hispania in æternam pacem cum quadam respiratione lassitudinis reclinata ac reposita, Cæsar Romam rediit.*

MDCCCCXCVII. *Herodes apud Ierosolymam multas & magnas ædes construit.*] XIII anno à captis Ierosolymis, numero MDCCCCXCII. Joseph. lib. XV, cap. XII. Quinquennii metachronismus.

Ibid. *Multas & magnas ædes construxit.*] πλεῖστα καὶ μεγάλα ἔκτισεν. *multa & magna opera construxit.* Nam non ædes, aut οἴκους, sed Templa, porticus, & alia majoris momenti publica opera intelligit.

MDCCCCXCVIII. *Virgilius Brundusii moritur.*] Sunt Hieronymi: & recte tempus assignatum.

MDCCCCXCIX. *Herodes Samariam.*] Et Sebasten, & Cæsaream, & reliqua ædificia instituit eodem anno, qui erat XVII à captis Ierosolymis, numero MDCCCCXCIX. Metachronismus triennii.

Ibid. *id quod vocabatur Panion.*] Græca ἐν Πανιάδι τὸ Πάνιον καλεσκεύασεν. Videtur deesse τὸ λεγόμενον. Sed ut in aliis, ita in hoc, hallucinatus est Eusebius, quum locus ipse vocatus sit Πάνιον, non templum. Josephus lib. XV, cap. XIII: περικαλλέστατον αὐτῷ ναὸν ἐγείρει ἐκ πέτρας λευκῆς πλησίον τοῦ Πανίου καλουμένου. quasi Iosephus scripsisset ἐκ πέτρας λευκῆς τὸ Πάνιον καλούμενον. Πάνιον enim est mons, in cujus radicibus sunt fontes Iordanis. Ipse Eusebius producatur testis adversus seipsum, Eccles. Hist. lib. VII, cap. XVI: Ἐπὶ τῆς Φιλίππου Καισαρείας, ἣν Πανεάδα Φοίνικες προσαγορεύουσι, φασὶ παρὰ ταῖς αὐτόθι δεικνυμέναις ἐν ταῖς ὑπωρείαις τοῦ καλουμένου Πανίου ὄρους πηγαῖς, ἐξ ὧν καὶ τὸν Ἰορδάνην προχεῖσθαι, &c. In Targum Cantici, cap. V, פמיים male legitur pro פניים Πανεάς. Cujus etiam mentionem fieri meminimus in Talmud, capite Sanhedrin. Iudæi interpretantur speluncam in capite Iordanis. quod verum est. σπήλαιον enim vocat & Josephus

plus loco eodem. Sane τὸ ἡρῷον in honorem Cæsaris constructum, non aliter potest vocari, quam Καισάρειον. Quis Græce sciens hoc negabit? Sic τὸ Φρούριον, quod idem Herodes in honorem Agrippæ, Ἀγρίππειον, & quod sibi itidem construxit, Ἡρώδειον vocavit. Templum igitur in honorem Cæsaris ab Herode excitatum, est τὸ Καισάρειον ἐν τῷ ὄρει τῷ Πανίῳ λεγομένῳ κατεσκευασθέν. quod falso Eusebius Γάνιον vocatum putavit, ut inde quidam τὸ Πάνειον dicendum esse arbitrati sint, idque τοῦ Πανὸς νεὼν interpretantur. Quomodo in honorem Cæsaris, si τοῦ Πανός; Georgius Syncellus: ὁ αὐτὸς τὸ Γάνιον εἰδωλεῖον κατεσκεύασεν ἐν Πανεάδι τῷ Πανί. Nugæ.

Ibid. *Augustus Samiis libertatem dedit.*] M. Appulejo, P. Silio Nerva Coss. numero MDCCCCXCVII. Biennii metachronismus. Vide quæ notamus ad numerum MDCCCCXCV. Strabo libro XVII scribit tunc Cæsarem in insula Samo fuisse, quum Tiberium in Armeniam misit. Libertatem autem Samiis restitutam fuisse, quum in Samo Augustus esset, non solum credibile, sed verum est. Misso igitur in Armeniam Tiberio, numero MDCCCCXCVI, anno sequenti ineunte, Cæsar quum in Syriam trajicere vellet, Samiis libertatem restituit. καὶ ἧκον εἰς Σάμον. ἐνταῦθα τοῦ Καίσαρος ὄντος καὶ μέλλοντος εἰς Συρίαν ἐντεῦθεν περιιέναι, Τιβέριον εἰς Ἀρμενίαν στέλλει. ut verum sit biennii μεταχρονισμὸν hic commissum esse.

MM. *In Cypro plurimarum civitatum.*] Cyprum creberrimis terræmotibus obnoxiam scribit Seneca Nat. Quæst. lib. VI, cap. XXVI, & Epistola XCI.

Ibid. *Germanos in arma versos M. Lollius superat.*] Imo M. Lollius à Germanis superatur anno sequenti, L. Domitio Ahenobarbo, P. Cornelio Scipione Coss. „ Dio. Tempore & historia peccatum. Vellejus: *accepta in Germania clades sub legato M. Lollio, homine in omnia pecuniæ, quam recte faciendi cupidiore.*

„ Ibid. *Varius & Tucca.*] Hieronymi à Suetonio.

Ibid. *Tucca.*] An verum est, quod est in Glossis Persii? *M. Plotius Tucca Cisalpinus dictus, quod bubula condimentis quibusdam crassis oblita & macerata, quæ à Cisalpinis & popularibus ipsius Tuccæ vocabatur* (unde) *Tucetum*. Sed Grammaticorum somnia sunt.

„ Ibid. *Aeneidum postea libros.*] Ita FRE. Inepte „ PET. BON. Edit. *Aeneadum*.

MMI. *Aemilius Macer Veronensis poëta moritur.*] Hieronymus à Suetonio. Decessit ergo iste Macer L. Domitio Ahenobarbo, P. Cornelio Scipione Coss. Duo enim fuerunt Macri, nescio an ex eadem familia, ambo Poëtæ, & ambo peregrinati in Asia. Senior Æmilius Macer Veronensis scripsit Ophiogoniam, & Ornithogoniam, pro quo male apud Nonium legitur Theogoniam. item Botanicon, sive Rhizotomica. de quibus operibus Ovidius:

Sæpe suas volucres legit mihi grandior ævo,
Quæque nocet serpens, quæ juvat herba, Macer.

Manilius diversis attribuit, quod unius Macri esse sciebat:

Ecce alius pictas volucres, & bella ferarum,
Ille venenatos angues, hic nata per herbas
Fata refert, vitamque sua radice ferentes.

Nam Ophiogoniam, & Ornithogoniam, & Botanica à quibusdam [diversis] scripta memorat, quę omnia unus Macer scripserat. *Per bella ferarum* intelligit κυνηγετικὰ Gratii. Hunc igitur Macrum Ornithogoniæ, Ophiogoniæ, & Botanicon auctorem in Asia militantem, quod tangit Hieronymus; mors consequitur eodem, ut verisimile est, tempore, quo Tibullus conqueritur eum relictis Musis castra sequi.

Castra Macer sequitur. tenero quid fiet Amori?

Alter Macer scripsit παραλειπόμενα Ὁμήρου. quod argumentum multi veterum executi sunt. Ovidius secundo Amorum:

Carmen ad iratum dum tu perducis Achillem,
Primaque juratis induis arma viris.

& secundo Ponti:

Tu canis, æterno quicquid restabat Homero,
Ne careant summa Troica bella manu.

Παραλειπόμενα Ὁμήρου eum scripsisse manifesto dicit tam ea, quæ à raptu Helenæ, ad iratum Achillem, quam quæ à fine Iliados, ad excidium Trojæ: quo nomine Ovidius eum alibi vocat Iliacum: nimirum quod Ἰλιακὰ conscripsisset. Sed & Camerinus gesta à cæde Hectoris, ad excidium Trojæ, carmine prosequutus est. Iste Macer proculdubio superfuit Ovidio. Nam ea, quæ modo produximus, Ovidius scribebat post triumphum Tiberii de Batone. qui contigit P. Cornelio Dolabella, C. Junio Silano Coss. XXV annis post præsentem numerum, V autem ante obitum Ovidii. Itaq; Ovidius ad hunc posteriorem scribens eum tantum Iliacorum scriptorem facit, non omissurus Ophiogoniam, Ornithogoniam, & Botanica, si is, non alius, ea scripsisset. Atqui ubi auctoris Ophiogonias, Ornithogonias, & Botanicon meminit, eum inter vetustiores, atque adeo jam mortuos recenset, ut Horatium, Virgilium, Tibullum, Propertium. Duo igitur Macri, ambo poëtæ fuerunt. quod ne ab oculatissimo quidem Lilio Gyraldo animadversum. Quód in Asia cum hoc posteriore Ovidius peregrinatus sit, ipsemet Ovidius testatur ad eum scribens:

Te duce magnificas Asiæ perspeximus urbes.

MMII. *Tiberius Vindelicos.*] M. Junio Druso Libone, L. Calpurnio Coss. hoc ipso anno. Dio. Vide luculentos Commentarios rerum Augustanarum Magnifici & eruditissimi viri Marci Velseri, libro secundo, item libro quarto.

MMIII. *Bosporum Agrippa capit.*] M. Licinio Crasso, Cn. Cornelio Lentulo Augure Coss. Dio. hoc ipso anno. Bosporum coloniam vocat Gregor. Nazianz.

Ibid. *Coloniæ Berytum, & Patras.*] Ulpianus de Censib. *Sed & Berytensis Colonia in eadem provincia Augusti beneficio gratiosa, &, ut Divus Hadrianus in quadam oratione ait, Augustana Colonia, quæ jus Italicum habet.*

Ibid. *Et Patras.*] Nummus Augusti: COL. A. PATRENS. Deducta post Actiacam victoriam numero „ MDCCCCLXXXIX. metachronismus quadriennii. Strabo: τῆς δὲ Ῥυπίδος ἦν τὸ Λεύκτρον ἦν δῆμος τῶν Ῥυπῶν. „ Μεταξὺ δὲ τὸ Ῥίον καὶ τὸ Ἀντίρριον ἀπέχον „ Πατρῶν σταδίια τεσσαράκοντα. Μετὰ δὲ ταῦτα Πάτραι „ πόλις ἀξιόλογος. Ῥωμαῖοι δὲ νεωστὶ μετὰ τὴν „ Ἀκτιακὴν νίκην, ἵδρυσαν αὐτόθι τῆς στρατείας μέρος „ ἀξιόλογον, καὶ διαφερόντως εὐανδρεῖ νῦν, „ ἀποικία Ῥωμαίων οὖσα. „

MMIV. *Cestius Smyrnæus.*] Hieronymi. Quia Smyrnæus, propterea Græcum hominem M. Seneca eum vocat in Controversiis: & tamen eum nunquam Grece declamasse dicit. quare & hic quoque dicitur non Græce, sed Latine Rhetoricam Romę docuisse. De eo plura passim apud eundem M. Senecam. Est autem unus ex illis, quorum nomina tantum supersunt in libello Suetonii de claris Rhetoribus, ubi dicitur L. Cæstius Pius.

Ibid. *Augustus à Senatu Pontifex Maximus appellatur.*] Tiberio Claudio Nerone, P. Quintilio Varro Coss.

Dio. hoc ipso anno, sive numero Eusebiano. Ovid.

Cæsaris innumeris, quos maluit ipse mereri,
Accessit titulis Pontificalis honos.

Ibid. *à Senatu Pont. Max. appellatur.*] Male *appellatur.* Non enim προσηγορεύθη, aut προσηγορεύετο scripsit, sed ἐψηφίσθη, *decreto Senatus declaratus est.* Sed errat auctor, unde hæc describit Eusebius. Collegii enim Pontificum erat, non Senatus, Pontificem aut minorem, aut maximum in locum demortui sufficere: etsi quidam scripserunt suffragiis populi creari solitum: quod non potuit fieri nisi Curiatis comitiis, quæ habebantur à Pontificibus ipsis. Augustus igitur in Lepidi mortui locum Pont. Max. surrogatus tantum abest, ut à Senatu id sacerdotium acceperit, ut quum præter morem Senatus ei decreto illud confirmare vellet, hoc constanter aspernatus sit. ἐπειδή τε τοῦ Λεπίδου μεταλλάξαντος ἀρχιερεὺς ἀπεδείχθη, καὶ διὰ τοῦτο ἡ βουλὴ ψηφίσασθαι αὐτὸν ἠθέλησεν, οὔτε ἂν αὐτὸς προσέσθαι ἔφη, καὶ ἐγκειμένων οἱ ἐξανέστη τε, &c. Dio. Sed videtur Augusto Pontifice Max. creato aliquid in amplitudinem ejus tituli decretum fuisse.

Ibid. *Herodes Cæsaream in nomine Cæsaris.*] Anno XVII Herodis captis Ierosolymis, auctore Josepho, numero MDCCCCXCVI. Metachronismus annorum VIII. Ejus urbis Encænia celebrata XII anno postquam „condi cœpta est. Tanta autem veneratio fuit Augu„sti, ut *reges ethnici, atque socii singuli quisque in suo regno* „*Cæsareas urbes in honorem Augusti condiderint.* Auctor „Sueton. in Augusto.

Ibidem. *turris Stratonis.*] Nummus: ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. „ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΕΩΝ. Sed non est hæc. Altera enim „ἀπὸ τοῦ Στράτωνος, altera ἀπὸ τῆς Στρατονίκης βα„σιλίσσης.

MMV. *Anthedonam.*] Ἀνακτίσας δὲ καὶ Ἀνθηδόνα τὴν παράλιον καταῤῥιφεῖσαν ἐν πολέμοις Ἀγρίππειον ὠνόμασεν.

Ibid. *Herodionem.*] Ἡρώδειον, non Ἡρωδιών. quod absurdum est. quemadmodum Φρούριον munitissimum ab Alexandro Iudæorum rege constructum Ἀλεξάν„δρειον appellatum fuisse prodit Strabo, & Josephus. „Item Ὑρκάνειον eidem Straboni. Duo autem Φρούρια ejusdem nominis Herodes construxerat, prius quidem ἐν τῷ πρὸς Ἀραβίαν ὄρει, alterum ἐν μαστοειδεῖ κολωνῷ sexaginta stadiis ab urbe Ierosolymorum. Plinius: *Herodium cum oppido illustri ejusdem nominis.* Ἡρώδειον, ut Ἀγρίππειον, & Καισάρειον, quod Judæi Romam minorem vocabant. In Talmud cap. IV. Tractatu Semahoth. כשנהרג רבי עקיבא בקיסרין וכן נקרא רומי וזעירא שהיא מגדל. *Quando interfectus est Rabbi Akiba in Cæsareo. Ita vocatur Roma minuscula, quæ est Turris quadam.*

MMVI. *Tiberius Cæsar de captis Pannoniis triumphavit.*] Non triumphavit, *sed triumphalibus ornamentis honoratus est, novo neque antea cuiquam tributo honore.* Suetonius. „Ovasse tantum scribit Vellejus. Decreverat quidem Senatus triumphum, sed Augustus obstitit. Recte autem tempus assignatum, P. Fabio Maximo, Q. Ælio Tuberone Coss.

„Ibid. *de captis Pannoniis.*] Ita FRE. Quod retinui„mus. Reliqui libri cum editionibus *captivis.* Nam „non semel indicavimus, τὸ χειρώσασθαι, ab Hieronymo „*capere* verti. ἐπὶ νίκῃ Παννονίων. *de Pannoniis devictis.*

MMVII. *Horatius quinquagesimo septimo ætatis suæ anno moritur Romæ.*] Intelligendum est absoluto quinquagesimo septimo. Natus est numero MDCCCCLII. Accedant LVII absoluti. Mortuus ergo numero MMIX, C. Asinio Gallo, C. Marcio Censorino Coss. ut etiam notavit Suetonius in ejus vita. Quare hic prochronismus biennii commissus est ab Hieronymo. Sed quid tergiversamur, quum Suetonius non LVII, sed LIX annos illi attribuit? Hieronymus, quum hæc ex Suetonio hauriret, quare ab illo dissentiat, nescio. Suetonius autem quare illi LIX annos donet, qui tantum LVII vixerit, non minus castigandus. Rursus ipse Horatius scribit se complevisse annum ætatis XLIV in Decembri ejus anni, quo Lollius & Lepidus erant Consules, numero MDCCCCXCVI. Ergo hoc numero MMVI, fuisset LV annorum duntaxat. Quare prochronismus est biennii solidi in omnibus codicibus. Sane si numero MDCCCCXCVI Horatius erat annorum XLIV absolutorum, ergo MMIX erat LVII, ut ratio postulat.

Ibid. *Passienus pater.*] A M. Seneca dicitur vir eloquentissimus & primus sui temporis orator. De filio vero mentio apud Tacitum lib. VI: ubi scitum ejus dictum de Caligula refertur: *Neque meliorem unquam servum, neque deteriorem dominum fuisse.* Domitiam Domitii Ahenobarbi filiam uxorem Passieno fuisse scribit Quintilianus lib. VI, uter uter fuerit ille, pater, an filius. Sunt autem hæc Hieronymi.

MMVIII. *Tiberius vastata Germania.*] Hoc ad sequentem annum refert Cassiodorus, C. Asinio Gallo, C. Marcio Censorino Coss. sed imperatoris appellatione silentio præterita: *His Coss. inter Albim & Rhenum Germani omnes Tiberio Neroni dediti. Per Sex. Appulejum Pannonii subacti.* neque hic, neque apud Cassiodorum, tempus bene assignatum. Nam Tiberius Consul II, collega Cn. Pisone de Germania triumphavit. nisi dicamus bellum profligatum fuisse anno antecedente, ut ita Cassiodoro ratio temporum constet.

Ibid. *imperator appellatur.*] Infra numero MMXI. In nummo IMP. ITER. dicitur.

MMIX. *Herodes Hyrcanum.*] Imprudentissime & historias diversorum temporum in unum conjicit, & anachronismo peccat. Nam Aristobulus anno ante Actiacam victoriam extinctus est, Hyrcanus autem Aristobuli pater, Herodis socer, ipso anno victoriæ Actiacæ, biennio ante primum annum Augustorum, numero MDCCCCLXXXVI. Quare est fœdissimus metachronismus annorum XXIII. Josephus enim non solum anno Actiacæ victoriæ interfectum Hyrcanum monet, sed etiam illum annum septimum esse Herodis à captis Ierosolymis: qui profecto est annus victoriæ Actiacæ. Nam à Consulatu Agrippæ & Caninii, ad Consulatum III Octaviani, & M. Valerii Messallæ, sunt sex anni absoluti. Quare annus Consulatus III Octaviani, & M. Val. Messallæ est septimus currens à captis Ierosolymis. Periit autem Hyrcanus major annorum LXXX. Josephus 467. quibus adjicit: εὐθὺς μὲν οὖν ἐν ἀρχῇ βασιλευούσης τῆς μητρὸς αὐτοῦ Ἀλεξάνδρας ἀρχιερεὺς κατασταθεὶς τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἔτεσιν θ τὴν τιμὴν κατέσχε. παραλαβὼν δὲ τὴν βασιλείαν ἀποθανούσης τῆς μητρὸς αὐτῷ, καὶ ταύτην κατασχὼν γ μῆνας, ἐκπίπτει μὲν ὑπὸ τοῦ Ἀριστοβούλου τοῦ ἀδελφοῦ, κατάγεται δὲ αὖθις ὑπὸ Πομπηΐου, καὶ πάσας τὰς τιμὰς ἀπολαβὼν ἔτη μ διετέλεσεν ἐν αὐταῖς. Ait XL annos regnasse post capta à Pompejo Ierosolyma. quod falsum. Nam à captis Ierosolymis à Pompejo, ad illud tempus, quo pulsus ab Antigono Aristobuli filio, anni sunt tantum XXIII. Quare hic hallucinatus est Josephus.

Ibid. *cum duobus propriis filiis.*] Alexandro & Aristobulo. Atqui illi extincti sunt plusquam anno ante obitum patris, numero MMXVI. Nam Josephus scribit, Herodem nepotes ex filiis interfectis ut liberaliter instituerentur, magna cura incubuisse. Ut supra peccatur metachronismo annorum XXIII, ita hic prochronismo octennii. Mariamnem autem interfecit anno post

post Actiacam victoriam, reversus à Cæsare, numero MDCCCCXCVII. ἤτι ὑποψία περιφερομένη παρέτεινεν ἐνιαυτοῦ μῆκος, ἐξ οὗ παρὰ Καίσαρος Ἡρώδης ὑπεστρόφει. Ioseph. 470, 33.

Ibid. *& matrem uxoris suæ.*] Alexandram socrum, Mariammes matrem interfecit paulo post Mariammes cædem. 472, 32.

MMXI. *Tiberius de Rhetis, Vindelicis, Armeniis, & Pannoniis triumphat.*] Tiberius Rhetico & Vindelico bello gentes Alpinas: Pannonico Breucos, & Dalmatas subegit: Germanorum XC millia dedititiorum trajecit in Galliam, juxtaque ripam Rheni sedibus assignatis collocavit: quas ob res & ovans, & curru urbem ingressus est, primus novo genere honoris decoratus. Auctor Suetonius. Vide divinam Oden Horatii, quæ omnes Pindaricas una provocat, *Qualem ministrum fulminis alitem.* Sed hæc referenda ad numerum MMVIII, de quo supra. De Armeniis ut una & de Germanis triumphaverit, hoc nullis annalium monimentis confirmari potest. Huc refert nummum magnificus vir M. Velserus, in cujus una superficie est caput Augusti laureatum, cum his literis: IMP. CÆSAR. AUGUSTUS. in altera Quadrigæ triumphales, quæ pini conum vehunt, insignia Augustæ Vindelicorum, cum inscriptione: TI. CLAUDI. TI. F. NERO. COS. ITER. IMP. ITER. quo „ quidem nihil verius, & pertinet ad numerum MMX. vide commentarios Annal. August. ejus viri omni laude majores.

„ Ibid. *Armeniis.*] Ita etiam Græca. Sed nunquam „ de Armeniis triumphasse memoriæ proditum est. „ Est hallucinatio Eusebii.

Ibid. *Albucius Silo Novariensis.*] Ex Suetonio. Sed Suetonio & Senecæ, Silus non Silo dicitur.

MMXII. *Augustus filiam suam.*] D. Lælio Balbo, C. Antistio Vetere Coss. anno antecedenti. Unius anni prochronismus. Quum hoc tempore relegata sit Iulia, quomodo propter eam Ovidius relegatus esse dicitur, quum illius exilium prius sit Ovidiano ut mini„ mum decennio? Sed Vellejus hoc contigisse ait Au„ gusto, & Caninio Coss. Ego alibi non invenio Gal„ lum Caninium collegam Augusti. vide Lipsium in „ eum Vellei locum.

Ibid. *M. Tullius Tyro.*] Hieronymus à Suetonio, apud quem etiam in libro de claris Rhetoribus est alius Iulius Tiro. Itaque tam affinitas nominis, quam idem cognomen posset Lectori imponere.

Ibid. *qui primus notas commentus est.*] Isidorus: *Romæ primus Tullius Tiro Ciceronis libertus commentus est notas, sed tantum præpositionum. Post eum * Tertius Persannius Philargyrus, & Aquila libertus Mæcenatis alius alias addiderunt.* Dio: πρῶτος ὁ Μαικήνας σημεῖά τινα γραμμάτων ἐς τάχος ἐξεῦρε. Hoc Epiphanius vocat διὰ σημείων καὶ σχεδαρίων γράψαι. Tritheinius scribit se eum codicem nactum fuisse, & rarissimum esse. Sed Grutterus noster vir eruditiss. & de bonis literis optime meritus, illum nuper edidit, quem habes in calce Inscriptionum. Nos longe meliorem & luculentiorem habuimus, quem cum aliis scriptis optimæ notæ codicibus Cujacio olim commodatum feles quædam librariæ subreptum mihi negant se reddituros.

MMXIII. *Augustus gladiatorium ludum & navale certamen.*] Suetonius sectione XLIII. Martialis:

Augusti laudes fuerant committere classes.

Ovidius:

Quid modo quum belli navalis imagine Cæsar
Persidas induxit Cecropidasque rates?

Unde potes colligere eodem anno naumachiam ab Augusto editam, & libros de Arte ab Ovidio conscriptos fuisse. Hinc ad edictum Augusti, quo Ovidius relegatus est, intersunt anni plus minus decem. Sed quum Ovidius ibidem dicat eodem anno Cajum Agrippam in Orientem missum, quæ quidem expeditio contigit numero Eusebiano MMXI, hoc modo fuerit biennii metachronismus. triennii autem prochro- "
nismus, si Vellejum sequimur, qui trigesimo anno "
ante consulatum Vinutii Quartini & Iuliam relega- "
tam & naumachiam cum gladiatorio munere ab Au- "
gusto editam fuisse scribit, hoc est numero "
MMXVI.

Ibid. *M. Melissus.*] Suetonio, unde exscripsit Hieronymus, Cajus, non Marcus dicitur.

Ibid. *M. Porcius Latro.*] Hieronymi. Nomen tantum superest in mutilo Suetonii libello, unde descripsit Hieronymus. De Larrone consule procemium M. "
Senecæ Controvers. lib. 1. "

MMXV. *virum sororis suæ Salomæ interfecit.*] Iosephum primum Salomæ virum eodem anno & tempore interfecit, quo Cleopatra in Palæstinam profecta Arabiam sibi deposcebat; numero MDCCCCLXXXV. Metachronismus immanis annorum XXVIII. Ioseph. lib. XV, cap. IV. 460, 33.

Ibid. *&, quum eam alii tradidisset.*] Costobaro Idumæo ex stirpe Sacerdotum Koze, qui erat Deus Idumæorum. Antequam coacti ab Hyrcano circuncisionem, & ritus Iudaicos amplecterentur, Sacerdotes Coze summam rempublicam regebant. Iosephus 472: Κοσόβαρος ἦν γένει μὲν Ἰδουμαῖος ἀξιώματος τῶν πρώτων παρ' αὐτοῖς, καὶ προγόνων ἱερατευσάντων τῷ Κοζέ. θεὸν δὲ τοῦτον νομίζουσιν. Ὑρκανοῦ δὲ τὴν πολιτείαν αὐτῶν εἰς τὰ Ἰουδαίων ἔθη καὶ νόμιμα μεταστήσαντος, Ἡρώδης τὴν βασιλείαν παραλαβὼν ἄρχοντα τῆς Ἰδουμαίας καὶ Γάζης ἀποδείκνυσι τὸν Κοσόβαρον, καὶ δίδωσιν αὐτῷ τὴν ἀδελφὴν Σαλώμην, Ἰώσηπον ἀνελὼν τὸν εἰληφότα πρότερον αὐτήν. Hic igitur videmus, interfecto priore Salomes viro, Herodem eam Costobaro collocasse.

Ibidem. *etiam hunc necat.*] Unde hoc expiscatus sit Eusebius, viderit Veritas. Nam Costobaro libellum discidii dedit Salome. Ille vero ab ea relictus discessit ex conspectu Regis affinis sui. Fecit autem ea mulier fratre dignissima, quod nulla apud Iudæos ante & post illam (præter Herodiada, de quo Iosephus 558) ausa est, ut libellum discidii viro daret. Hoc enim lex Mosaica viro tantum permittit, non etiam mulieri. Apud Romanos & Græcos tam mulier, quam vir, potest alter alteri dicere ut res suas sibi habeat. quin nomina rei illius propria jure Attico prodita erant, ut si vir discederet ab uxore, hoc diceretur ἀποπεμπή, si mulier à viro, ἀπόλειψις. Grammatici, ἀποπέμπει ὁ ἀνὴρ τὴν γυναῖκα, ἀπολείπει ἡ γυνὴ τὸν ἄνδρα. In Nebulis Aristophanis: ἀπολιποῦσα γὰρ αὐτὸν ᾤχετο. Solon: τὴν γυναῖκα τὰ τῆς ἀπολείψεως γράμματα παρὰ τῷ ἄρχοντι δεῖ μὴ δι' ἑτέρων, ἀλλ' αὐτὴν παροῦσαν. Ita accipiendus locus ille in Græco "
Canone ΨΠΒ. Μήδεια Κολχὶς ἀνεχώρησεν Αἰγέως. Ea etenim ἀναχώρησις est ἀπόλειψις: quan- "
quam indecorum erat matronæ à viro discedere. Euripid. Medea:

— οὐ γὰρ εὐκλεεῖς ἀπαλλαγαὶ "
Γυναιξὶ, οὐδ' οἷόν τ' ἀπανήνασθαι πόσιν. "

Cur mulier non dicitur ἀποπέμπειν τὸν ἄνδρα, ratio in promtu est: quod mulier nupta deducitur domum viri. Illa non potest ἀποπέμπειν, id est ejicere, virum ex illis ædibus, quarum ea domina non est, sed potest eum relinquere, & ab illius ædibus recedere. At apud He-

Hebræos nulla ſunt *γράμματα*, aut *γραμματεῖον ἀπολείψεως.* & tamen audaciſſima mulier prima Hebræarum auſa eſt à viro diſcedere. Ioſeph. 473, 12: *χρόνου δὲ διελθόντος, ἐπεὶ συνέβη τὴν Σαλώμην στασιάσαι πρὸς Κοστόβαρον, πέμπει μὲν εὐθὺς αὐτῷ γραμματεῖον ἀπολυομένη τὸν γάμον οὐ κατὰ τοὺς Ιουδαίους νόμους. ἀνδρὶ μὲν γὰρ ἔξεστι παρ' ἡμῖν τοῦτο ποιεῖν, γυναικὶ δὲ οὐδὲ διαχωρισθείσῃ καθ' αὐτὴν γαμηθῆναι, μὴ τοῦ πρότερον ἀνδρὸς ἀφιέντος.* Quem locum ideo adduxi, quia notabilis eſt, ex quo diſcimus non ſolum mulieri non licere à viro diſcedere, ſed ne dimiſſæ quidem à viro ad ſecunda vota convolare, niſi prior vir permiſerit. Ideo ſolennia illa verba adjiciebantur in libello *ἀποστασίου*: תְּהֵי גְרוּשָׁה מִמֶּנִּי וּמוּתֶּרֶת לְכָל אִישׁ *Eſto à me rejecta, & permiſſa cuicunque viro.* hoc eſt: do tibi facultatem nubendi cuicunque viro volueris. Niſi clauſula adjecta eſſet, non poterat alii nubere. Iſte ergo Coſtobarus, qui primus in Iudæa dimiſſus eſt ab uxore, ſoluto matrimonio abivit, neque illum Herodes necavit, ut commentus eſt Euſebius. Sed neq; Alexas tertiæ Salomæ maritus aut morte affectus ab Herode, aut ullam ab eo injuriam paſſus eſt: de quo habes capite primo libri XVII Origin. Iudaic. Quare unde paretur patrocinium commento Euſebii, non video.

Ibid. *quum eam alii tradidiſſet uxorem.*] Et Coſtobarum, & Alexam maritos ſorori ſuæ tradidit, ut eſt apud Joſephum: & neuter damno, aut injuria ab Herode affectus eſt.

Ibid. *Scribas quoque & interpretes divinæ legis interfecit.*] Eodem fere tempore, quo moriebatur, juſſit eos interfici, principio Niſan numeri MMXVI. Unius anni prochroniſmus.

Ibid. *Tertullianus.*] Ex gloſſa in textum irrepſerunt. Nam omnium optimi codices eorum quidem, quibus uſi ſumus, BONG. & PET. habent hanc pericopen in margine minuſcula litera. Et ſane rem attentius putanti non aliter videbitur. Locus Tertulliani eſt cap. VIII adverſus Iudæos. Verba ejus: *Videbimus autem quoniam quadrageſimo & primo anno imperii Auguſti, quo poſt mortem Cleopatræ imperavit, naſcitur Chriſtus. Et ſupervixit, idem Auguſtus, ex quo naſcitur Chriſtus, annis* XV. Quod autem dicit, primo anno imperii, quo poſt mortem Cleopatræ imperavit, manifeſta eſt hallucinatio. Nam hic annus XLI Auguſti à cæde Cæſaris eſt, non à Cleopatræ morte. Is enim erat XXVIII Actiacus, qui cum XLI à cæde Cæſaris, unde putatur initium imperii Auguſti, concurrit. Hic locus Tertulliani ad eandem hallucinationem Hieronymo præivit, cujus verba ſequenti numero adducemus.

Ibid. *&* XV *Tiberii eſſe paſſum*] In libris de Emend. Temporum monuimus hanc priorum Pattum fuiſſe ſententiam, exiſtimantium anno uno prædicaſſe. Medii temporis judicio ea correcta eſt ab aliis Patribus, qui cenſuerunt biennium prædicaſſe, cujus biennii annum quidem primum *δεκτὸν* fuiſſe, alterum autem *ἀντιλεγόμενον.* Sed hæc pari facilitate contempta ſunt, ac commenta fuerunt. Ex eodem enim loco, ex quo priores unum annum prædicationis adſtruebant, illi poſteriores *ἐκ τῶν πρός τι* duos imaginati ſunt: Clemens Stromateo primo: *καὶ ὅτι ἐνιαυτὸν μόνον ἔδει „ αὐτὸν κηρῦξαι, δεκτὸν ἐνιαυτὸν κηρῦξαι ἀπέστειλέ με. Ad prædicandum annum acceptabilem miſit me.* Priores: Ergo unum tantum prædicavit. Poſteriores: Imo duos. Nam ſi fuit unus annus *δεκτὸς*, ergo fuit alius *ἀντιλεγόμενος*, ex natura *τῶν πρός τι.* Sed ex poſterioribus Latinis Severus Sulpitius ſententiam Tertulliani amplexus, ait Chriſtum ſub duobus Geminis paſſum, ſub quibus conſtat baptizatum fuiſſe, cumque XV annum Tiberii eſſe.

MMXVI. JESUS CHRISTUS *filius Dei in Bethleem Iuda naſcitur.*] Ab Abraham, ad natalem Chriſti, Euſebius putat annos MMXV. Oroſius, ut ſolet, Euſebium ſequutus lib. I. cap. I: *Sunt autem ab Adam primo homine, uſque ad Ninum magnum, ut dicunt, regem, quando natus eſt Abraham, anni* MMMCLXXXIV, *qui ab omnibus hiſtoriographis vel omiſſi, vel ignorati ſunt. A Nino autem, vel Abraham, uſque ad Cæſarem Auguſtum, id eſt, uſque ad Nativitatem Chriſti, quæ fuit anno imperii Cæſaris* XLII, *quum facta pace cum Parthis, Iani porta clauſa ſunt, & bella toto orbe ceſſarunt, anni duo millia* XV. Cui conſentaneum eſt, quod ſcribit idem libro VII, cap. III, ſtatim initio, Chriſtum natum anno Urbis DCCLII. Condita eſt autem Roma numero Euſebiano MCCLXV. Ergo natus numero MMXVI, ut antea, Auguſto XIII, Plautio Coſſ. Caſſiodorus ſub antecedentis anni Conſulibus. Sed neſcimus utra Palilia ille ſequitur. Numerus MMXVI eſt is annus, in cujus Niſan Herodes obiit. Omnis autem Eccleſia in partibus Orientis, ſæculo Euſebii, & antecedenti, & ſequenti, credidit Chriſtum natum VIII Eid. Ianuarii, Theophaniorum feſto. Eodem enim tempore & natum & baptizatum perſuaſum habebant ex teſtimonio Lucæ, quod perſpicuum eſt. Sed ſi Chriſtus natus eſt Epiphania numeri MMXVI, inter natalem ejus, & obitum Herodis, intervallum fuerit minus quam menſes tres, quum ab Epiphania illius anni, ad neomeniam Niſan, fuerint tantum dies LXXIX. At Matthæus aperte dicit Herodis juſſu pueros à bimatu, & infra, interfectos fuiſſe, poſtquam ex Magis tempus nati Meſſiæ exquiſiviſſet. Bimulo igitur proximum pronunciarant, & ab ejus natali, ad eam diem, biennium, aut paulo minus, interfuiſſe. Neque hoc negaverit, niſi qui verba Euangeliſtæ non capere poſſit. Jam Chriſtus erat annorum XXX, quum ad baptiſmum acceſſit, numero MMXLV. Natus igitur numero MMXV, biennio ante epocham vulgarem. Reliqua, quæ pertinent ad *ἐφημερίαν Ἀβιὰ*, & conceptionem Johannis, ac proinde ad natalem Salvatoris, habes plene in appendice operis de Emend. Temp. item in Canonibus Iſagogicis: quæ ſtudioſus, ſi non eſt hebes, nunquam ſine fructu, ſi non eſt malignus, nunquam ſine voluptate leget. Quare hæc iterare putidum eſt.

Ibid. *Quirinus ex conſilio Senatus.*] Ridiculum hic committunt editiones, hanc pericopen ita incruſtantes: *Edicente Cæſare ex Senatuſconſulto.* Voluerunt enim tam ſententiæ Euſebii, quam interpretationi Hieronymi occurrere, quarum altera falſa eſt, altera non accurata. Falſum eſt ex Senatuſconſulto miſſum fuiſſe Quirinium. *ἐκ διατάγματος* enim Cæſaris miſsus: *ἐξῆλθε διάταγμα.* Ideo præpoſuerunt illa, *Edicente Cæſare*: quæ, quum ex correctorum incude prodierint, mirũ non eſt abeſse ab omnibus ſcriptis codicibus. Parum autem accurate converſum eſt, *ex conſilio Senatus. ὑπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς. ἡ σύγκλητος βουλὴ* familiaris locutio Euſebio, ut IX Hiſt. Eccl. 104. *τῆς τε ἀπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς, καὶ τῶν ἄλλων διασημοτάτων.* & ſimpliciter quum dicitur *σύγκλητος*, intelligitur *ἡ βουλή.* Hieronymus putavit hic *βουλὴν* eſse conſilium, quod verum eſt, ſed *σύγκλητον* ſimpliciter pro alio ſubſtantivo accepit, quaſi Euſebius dixerit *τὴν βουλὴν τῆς συγκλήτου.* Vertendum erat: *Quirinus à Senatu miſſus eſt.* nam ſi *βουλὴ* hic eſset conſilium aut ſententia, Euſebius non dixiſset *ἀπὸ βουλῆς*, ſed *ἐκ βουλῆς.* neque tamen caſtigate loquutus eſset. *ἐκ δόγματος* potius,

potius, & usitatius est: item ἀπὸ δόγματος. Sed, ut dixi, falsum eum missum à Senatu, quum ex Edicto non solum Quirinius in Palæstinam, sed & alii in alias provincias missi sint. Iste autem P.Sulpitius Quirinius is est, qui cum M. Valerio Mesala II Consul fuerat numero MMV. ideo Iosephus eum Consularem vocat statim initio lib. XVIII: Κυρήνιος δὲ τῶν εἰς τὴν βουλὴν συναγομένων τάς τε ἄλλας ἀρχὰς ἐπιτετελεκὼς, καὶ διὰ πασῶν ὁδεύσας, ὥστε ὕπατος γενέσθαι, τά τε ἄλλα ἀξιώματι μέγας σὺν ὀλίγοις, ἐπὶ Συρίας παρῆν ὑπὸ Καίσαρος δικαιοδότης τοῦ ἔθνους ἀπεσταλμένος, καὶ τιμητὴς τῶν οὐσιῶν γενησόμενος. infra: ἀποτιμησόμενός τε αὐτῶν (Ἰουδαίων) τὰς οὐσίας, καὶ ἀποδωσόμενος τὰ Ἀρχελάου χρήματα. Missum ait à Cæsare Quirinium ad Archelai bona vendenda, Iudæorum censum faciendum, & eorum facultates æstimandas. Bis igitur Quirinius à Cæsare in Palæstinam missus est, idque ad eandem rem, sed non ex eadem caussa. Nam tam antea Christo nascente, quam post, Archelao Tetrarchia abdicato, ad ἀπογραφὴν faciendam missus est; sed ut dixi, diversa ex caussa. prioris ἀπογραφῆς caussa, ut non tam in Iudæa, quam in toto orbe Romano, omnes describerentur, ut quot & quantos delectus ad bellum populus Rom. facere posset, tam ex Provinciis Populi Rom. quam ex sociis Regibus, & civitatibus, sciri posset. Posterioris ἀπογραφῆς caussa intra unius Archelai patrimonium & Tetrarchiam stetit, neque ad alias provincias pertinuit. Ideo S. Lucas non contentus est dicere αὕτη ἀπογραφὴ ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου. Sed quum duas ἀπογραφὰς sciret fuisse, addidit πρώτη, αὕτη ἡ ἀπογραφὴ ἐγένετο πρώτη. Certe si est πρώτη ergo quædam fuit δευτέρα. & sane τῆς δευτέρας meminit idem Actor. V, 37. Atque ita distinguendum esse nemo dubitare potest. quod quum Maldonatus non animadverterit suis in Euangelia Commentariis, ideo & in descriptione Quirini, & in multis aliis locis multa perperam & inepte interpretatur, quum interea virulentum calamum à probris non contineat præsertim adversus eos, à quibus negare non posset, si viveret, tametsi impudens fuit, se multa didicisse, ut si quid felicius ab illo expositum sit, ab illis acceperit, in quos partim κακοηθείᾳ, partim ζηλοτυπίᾳ ita cæcus rapitur, ut omnis & humanitatis & modestiæ obliviscatur. Quis est tam aversus ab illis, quos ille gladiatorio animo persequitur, ut, si quid humanitatis habet, non deterreatur à lectione eorum Commentariorũ, ex quibus nihil expiscari possit præter calumnias, sycophantias, injurias illo, qui has scripsit, dignas, illis, in quos scribuntur, indignas? Sed quia ex illa familia est, in qua sacramentum est, nihil profiteri sine maledicentia, missum eum faciemus, ne illius criminis, cujus eum arcessimus, ipsi affines esse videamur. O si tanti eum & ejus populares faceremus, quantam molem recriminationum in eum retorquere posemus? Sed valeat cum suis.

Ibid. *Quirinus.*] Quemadmodum editores adversus auctoritatem omnium scriptorum codicum verba Hieronymi interpolare ausi sunt, quia minus ad usum loquendi accommodata esse videbantur, ita hujus perioches sedem mutarunt, quod ab historia discedere videretur. Posuerunt enim eam ante natalem Christi, quum verum sit Christo nascente descriptionem jam cæptam fuisse, neq; tanti acuminis est hoc perspexisse, quum hoc constet ex ipsa historia. Sed tamen propterea hæc perioche loco suo luxanda non erat. Nam si hoc nobis permitteremus in omnibus, quæ peccavit Eusebius, quæ illi sibi licere volunt, jamdudum totum Chronicon Eusebianum ita interpolandum fuisset, ut ne ipse quidem auctor, si reviviscat, agnoscere possit. Nos Eusebii Chronicon, quale ipse reliquit, non quale esset debet, exhibemus, quantum quidem nobis licet per menda, quæ in illud aut culpa correctorum, aut inscitia librariorum invecta sunt.

MMXVI. C. *Cæsar amicitiam cum Parthis facit.*] Vide "
Vellejum. Huc pertinent, quæ scribit Ovidius primo "
de Arte:

Ecce parat Cæsar, domito quod defuit orbi,
Addere. —

item:

Auspiciis annisque patris, puer, arma movebis.

lege totum. Nam de hac Caii expeditione loquitur. Historiam aperit Sex. Rufus: *C. Cæsar nepos Augusti cum exercitu missus ad Orientem, quum per majestatem Romani nominis facile cuncta sedasset, atque ei se Armenii, qui tunc temporis validiores erant, cum Parthis dedidissent, Indicesque instituto Pompeii prædictis gentibus Cajus Cæsar præficeret, Domnes quidam, quem Parthis Arsaces præposuerat, proditione simulata, libellum, in quo scripti thesauri continerentur, obtulit: quem quum imperator Romanus legeret intentius, ultro aggressus gladio vulneravit. percussor quidem à militibus occisus est. cujus ex vulnere reversus in Syriam obiit.* Percussorem Adduum vocat Vellejus, qui ample hanc historiam exequitur. quem adi. Periit ex eo vulnere "
Cajus in Lycia, non in Syria, ut M. Seneca, neque "
Romæ, ut Corn. Tacitus. Obiisse eodem anno, "
quo expeditionem fecit in Armeniam, testis Dio. "
Ubique vero pro *Cajus*, male *Claudius* editum. quæ menda adeo vetusta est, ut eam agnoscat Iornandes. Quin in priore libro in Eusebianis dicitur Αὐγούστου ἔκγονος Κλαύδιος τοὔνομα. Quod profecto mirum, & quæ Latine Sex. Rufus exponit, ea ibi ad verbum Græce extare. Atque hæc quidem historia. tempus autem designatur à Dione, D. Lælio Balbo, C. Antistio Vetere Coss. numero MMXI, eodem anno, quo naumachiam Augustus exhibuit, auctore Ovidio, in eodem libro. Quinquennii metachronismus. Erat "
annus ætatis Ovidii XXXVII, à quo, ad ejus exilium, "
sunt anni absoluti XV. Hinc explicatur illud ex II "
Tristium: "

Sera redundavit veteris vindicta libelli, "
Distat & à meriti tempore pœna sui. "

Distantia enim temporis, quam tangit poëta, est "
XV annorum, ut diximus. Sed, obiit ex vulnere eo- "
dem anno expeditionis. Quare eos qui inscriptio- "
nem Pisanam de morte Caii commenti sunt, fugit ra- "
tio, qui ausi sint nobis persuadere obiisse A.D. VIIII "
Kalendas Martias, Q. Ælio Cato, C. Sentio Augu- "
rino Coss. numero MMXX. Metachronismus annorum "
novem. Saltem verisimiliter mentiti fuissent, si no- "
bis illudere statuerant. Corn. vero Taciti halluci- "
nationem secuti sunt de Cajo Romæ, non in Lycia, "
mortuo, utpote quum inter obitum ejus, & Pisa- "
num decretum, XLV dies tantum interponant. Non "
docebunt nos, quid distent æra lupinis. ex filis "
multarum inscriptionum Babylonium illud contex- "
tum est: quod facile demonstrari potest. Est autem "
hic annus Christi primus secundum Eusebium, & omnem Christianismi vetustatem, donec ille Dionysius Abbas cognomine Μικρὸς cyclum suum magnum instituit ab annis Christi, quorum primus; ut ille somniabat, incipit à numero Eusebiano MMXVII. Neque tamen auctoritatem mereri potuit, usque ad tempora Karoli Martelli Ducis Franciæ. à quo sæculo cæptum est tempora putari à primo anno Christi secundum Dionysium, qui convenit numero Eusebiano MMXVII, ut dixi-

ut diximus, cyclo Solis decimo, à Kal. Januarii, numero aureo secundo, à Martio, indictione IV. Hæc Epocha Dionysiana nobis conservavit memoriam annorum plus minus noningentorum, quo nomine in usu retinenda est, quanquam Eusebianis rationibus minor est uno anno, vero autem natali Christi, biennio. De natali Dominico ita scribit Georgius Syncellus: ἐγεννήθη (ὁ Κύριος) ἐν ὑπατείᾳ Σουλπικίου Καμαρίνου, καὶ Γαΐου Πομπηΐου. ὡς ἐν ἀκριβέσι, καὶ παλαιοῖς ἀντιγράφοις φέρεται. Ταῦτα οὐκ ἀφ' ἑαυτῶν συντετάχαμεν, ἀλλ' ἐκ τῆς παραδόσεων τοῦ μακαρίου Ἀποστόλου, καὶ ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης Ἱππολύτου καὶ ἱερομάρτυρος, Ἀννιανοῦ τε τοῦ ὁσιωτάτου μοναχοῦ τοῦ συντάξαντος κύκλον ΙΑ Πασχαλίου φλβ ἐτῶν ἅμα σχολίοις ἀκριβέσι, καὶ Μαξίμου τοῦ ἁγιωτάτου μοναχοῦ καὶ φιλοσόφου Χριστιανοῦ καὶ ὁμολογητοῦ, καὶ μεγαλοδιδασκάλου τῆς ἐκκλησίας. Alibi: Πανόδωρος δέ τις τῶν κατ' Αἴγυπτον εἷς μοναχὸς ἱστορικὸς οὐκ ἄπειρος χρονικῆς ἀκριβείας ἐν τοῖς χρόνοις ἀκμάσας Ἀρκαδίου βασιλέως καὶ Θεοφίλου Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου, ἀλήθειαν ἀσπασάμενος ἐν πολλοῖς διήμαρτεν ἔτεσιν ἐλθὼν εἰς τὴν σωτήριον σάρκωσιν, τῷ ΕΥϚγ ἔτει ταύτην συλλογισάμενος. Ex his colligimus ante Dionysium τὸν Μικρὸν veteris Ecclesiæ consensu natalem Christi in XXVIII annum Augustorum, vel, quod idem est, in XLI, vel potius XLII annum imperii Augusti conjectum fuisse: quod passim videre licet apud Clementem, Tertullianum, Sulpitium Severum, Epiphanium, alios. Itaque animadversione indiget locus ille Hieronymi Commentario in 2. caput Esaiæ: NON LEVABIT GENS CONTRA GENTEM. *Veteres revolvamus historias, & inveniemus usque ad* XXVIII *annum Cæsaris Augusti, cujus* XLI *anno Christus natus est in Judæa, in toto orbe terrarum fuisse discordiam, & singulas nationes contra vicinas gentes arsisse studio præliandi, ita ut caderent & cæderentur. Orto autem Domino Salvatore, quando sub præside Syriæ Cyrino prima est in orbe terrarum facta descriptio, & euangelicæ doctrinæ pax Romani imperii præparata, tunc omnia bella cessaverunt.* Nemo est, qui intelligat hunc locum, quum XXVIII annus Augusti ab Actiaca victoria, idem sit cum XLI ejusdem, ab ejus Consulatu. Dicendum igitur erat: ad XXVIII annum Augusti Cæsaris, qui erat idem cum XLI imperii ejus. At manifesto Hieronymus idem principium XXVIII & XLI anni Augusti facit, & proinde diversa tempora esse putat, quum usque ad XXVIII imperii ejus bella arsisse, XLI autem anno Christum natum esse dicit, quando bella omnia cessaverant. Nemo non videt hallucinationem. Procopius Gazensis in eundem locum: οὐκ ἂν γὰρ εὗροι τις τοιαύτην εἰρηναίαν κατάστασιν, ὁποίαν ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίαν. Porro Hieronymo ansam errandi præbuit Tertullianus cap. VIII adversus Judæos. Vide verba ejus ad numerum MMXV.

MMXVII. *Sextus Philosophus.*] Nullus liber manuscriptus non ita habet. In Mariano Scoto *Sextius*, non *Sextus*. Ita etiam Senecæ Epistola CVIII, quam consule. Rursus Epistola LIX vocatur *vir acris, Græcis verbis, Romanis moribus philosophans. In Græco* Σέξτος. Quare error est Eusebii, non codicum.

Ibid. *Augustum Tiberium & Agrippam in filios adoptavit.*] „Post mortem Caii & Lucii nepotum, Ælio Cato, „Sentio Augurino Coss. auctore Vellejo, numero „MMXX. prochronismus triennii. qui etiam eodem „die Tiberium & Agrippam adoptatos fuisse scri„bit.

MMXVIII. *Iudas Galilæus ad rebellandum Iudæos cohortatur.*] Mira hallucinatio ex confusione duarum descriptionum nata. Nam supra indicavimus duas ἀπογραφὰς sub eodem Quirinio fuisse diversis temporibus: priorem Christo nascente, quam ideo πρώτην vocat Lucas, anno XXVII Augustorum, alteram anno nono exacto post priorem, XXXVII Augustorum, ut Josephus monet, quum Archelai Tetrarchia in fiscum redacta est. Iudas igitur Galilæus, ut est Actorum V, 37. populum ad rebellionem instigabat ἐν τῇ δευτέρᾳ ἀπογραφῇ, eo tempore, quo Archelai patrimonium in fiscum redigebatur, quum Magistratus missus à Cæsare id faceret, quod Archelaus faciebat, nempe, censum omnium Judæorum, ut pro modo facultatum illis tributum imponeret: quod sane in priore descriptione factum non est. Capita enim duntaxat, quantum judico, non fortunæ, censita sunt. Galilæus igitur iste signiferum seditionis professus est numero MMXXV, anno Augustorum XXXVII, ut recte monet Iosephus. Prochronismus est annorum VII. Eandem hallucinationem reperies Histor. Eccles. lib. primo, cap. V. Adeo omnia sine delectu Eusebium ubique tractare deprehendes.

Ibid. *Herodes, quum Christi nativitatem Magorum indicio cognovisset, universos in Bethleem pueros jussit interfici.*] Infanticidium, quod mirum est tacitum à Iosepho, contigit eodem tempore fere, quo Antipater jussu patris strangulatus, & Doctores legis combusti sunt, paulo ante mortem ipsius Herodis, ut qui inter tot cædes vitam transmisisset, vitam sine cæde non relinqueret. Quod puerorum cædes non multo præcesserit Antipatri casum, tum ex Euangelio constat, quum anno secundo à Christo nato id contigisse, & παῖδας τοὺς κάτω διετῶν interfectos fuisse perspicue ibi declaratum sit, tum etiam ex Macrobio, qui infantes ab Herode cædi jussos, & inter illos filium quoque ipsius Herodis pœnas dedisse refert. Sed, quod paulo ante dixi, mirum est tam belluinæ crudelitatis exemplum à Iosepho præteritum esse, qui tanta diligentia reliqua sævitiæ Herodianæ facinora persequitur.

Ibid. *Herodes, quum Christi.*] Herodes biennio ante obiverat. Non potuit igitur procurare infanticidia tertio anno obitus sui. quod ridiculum.

MMXIX. *Herodes morbo aquæ intercutis.*] Obiit, ut diximus numero MMXVI, mense Nisan, quum antea proximo mense Ianuario defectus Lunæ contigisset, (ut recte indicat Iosephus) IX Januarii. Quem Lunæ defectum Simii quidam, quum scripta nostra legissent, rejecerunt, in mensem Novembrem anni secundi Christi Dionysiani, numero MMXVIII. Sed de eorum Annalibus nihil aliud dicam, quam quod Catullus de Volusianis. Metachronismus igitur est triennii: & omnes veteres, post Eusebium, atque illos sequuti recentiores, ad hunc lapidem fœdissime offenderunt. Nam Herodis mors Natalem Christi Dionysianum antecessit mensibus novem. quod est fœdissimum anachronismi exemplum; & adversus historiæ fidem, ut Christus natus sit IX mensibus post obitum Herodis, quo tempore jam major anniculo erat. Porro & Iosephus quoque hallucinatur, qui Herodem regnasse scribit annos XXXVII ex quo à Senatu rex declaratus fuerit, Cn. Domitio, C. Asinio Coss. hoc est à numero Eusebiano MDCCCCLXXVII, quum ab illo, ad numerum MMXVI, in cujus Nisan obiit, intercedant anni XXXIX. Hic locus Eusebii misere imposuit concinnatoribus Annalium non solum hodiernis, sed & veteribus. Sulpitius Severus Aquitanus dicit Herodem regnasse post Christum natum, annos quatuor. in quo non fugit eum ratio sua, secundum quam Christum putat natum Sabino, & Rufino Coss. hoc est, C. Calvisio Rufino II, L. Passieno Rufino Coss. numero MMXIII. Nam annus obi-

obitus Herodis est proculdubio quartus ab illis Consulibus. Epiphanius quoque cum Eusebio Christum ultimo anno Herodis quadrimum fuisse, sibi, non nobis, persuasit.

MMXX. *Asinius Pollio orator & Consularis.*] Consul fuit, collega Cn. Domitio, numero MDCCCCLXXVII, quo anno Herodem à Senatu regem declaratum fuisse proxime diximus.

Ibid. *qui de Dalmatiis triumpharat.*] Bis triumphasse invenio: primo de Dalmatiis, capta eorum urbe Salonis, ante Consulatum. Servius: *Asinius Pollio ductor Germanici exercitus, quum post captas Salonas Dalmatiæ civitatem, primo meruisset lauream, post etiam Consulatum adeptus fuisset, eodem anno suscepit filium, quem a capta civitate Saloninum vocavit.* Horatius: *Cui laurus æternos honores Dalmatico perperit triumpho.* Glossæ: LAURUS *Victoria Dalmatica. Salonas enim Pollio Dalmatarum civitatem capit: unde & filium suum Saloninum appellavit.* Paulo post: DALMATICO: *Salonino.* Iterum triumphavit de Parthinis populis Macedoniæ Proconsul, ut est in Fastis Capitolinis. Consulatus igitur ejus interpositus fuit utrique triumpho, priori quidem de Dalmatis, posteriori vero de Parthinis. & Servius aperte dicit ante Consulatum de Salonis expugnatis, & Dalmatis domitis triumphasse. Conditores Fastorum Capitolinorum de Parthinis post Consulatum: siquidem proconsulem triumphasse in illis legitur. Qui nostro ævo Fastos digesserunt, semel tantum triumphasse dicunt. sed hos duos triumphos in unum commiscent, quasi Salonæ sint in Parthinis: neque animadverterunt de Salonis & Dalmatis ante Consulatum triumphasse, ut testis est Servius. Sed nemo, quod sciam, hactenus advertit, certe nemo indicavit, Bucolicum VIII Virgilii non Augusto, ut vult Servius, sed isti Pollioni, dicatum fuisse: primum ex illo:

Tu mihi seu magni superas jam saxa Timavi.

In Venetiis enim diu exercitum suum detinuit Pollio, & illustres res circa Altinum edidit. Vellejus: *Pollio Asinius cum septem legionibus, diu retenta in potestate Antonii Venetia, magnis speciosisque rebus circa Altinum aliasque ejus regionis urbes editis, &c.* Item:

Sive oram Illyrici legis æquoris —

Tam ad Dalmatiam, quam ad Parthinos referri potest. Rursus:

Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

Tragœdiarum poëtam fuisse testatur Horatius. *Cecropio repetes cothurno.* Et: *Paulum severæ Musa Tragœdiæ.*

— atque hanc sine tempora circum
Inter victrices ederam tibi serpere lauros.

Horatius:

Cui laurus æternos honores Dalmatico peperit triumpho.

Mirum vero de inscriptione illius Bucolici nemini oboluisse. Ergo Consulatum gessit, quum esset annorum XXXVII, natus numero MDCCCCXL. Sed numero MMXXX videbimus eum hoc tempore esse desiisse, natumque fuisse numero MDCCCCIX.

MMXXI. *Iudæorum Archelaus.*] Quinquennio solido μετεχρονίζει. quem anachronismum committi necesse fuit, quia in hoc tempus dilata est mors Herodis, qui tamen obiit numero MMXVI. Præterea & hic est præcipitatio temporum. Quum enim à Kal. Januarii numeri MMXVI, ad neomeniam Nisan, circa quod tempus obiit Herodes, interfuerint tantum dies LXXXIX, ab eodem numero instituendum erat initium Archelai. Hic vero quare non sumit initium ejusdem ab eo anno, in quo ejus pater obiit? Hoc fere semper invenies apud hunc scriptorem, qui regis alicujus initium orditur non ab eo anno, quo is, cui succeditur, obiit, sed à sequenti, quanvis decessor initio anni mortuus sit. Et hoc castigandum. Proter hoc enim multos anachronismos commisit, ut omittam alias aliorum anachronismorum caussas.

Ibid. *in Herodis locum Archelaus ab Augusto substituitur.*] Si in locum Herodis substitutus fuisset, utique & rex, & regni ex asse heres fuisset. Jam vero neque rex, sed Ethnarcha, neque regni solidi, sed dimidii dominus constitutus est. Cæsar quidem coëgit eum intra Ethnarchæ nomen, etiam Regis daturus, si se rege dignum præstitisset. libro secundo ἁλώσ. cap. IX. Herodes enim potuisset testamento totius regni hæredem Archelaum instituere, suo jure: sed memor beneficiorum à Cæsare acceptorum, omne negotium arbitrii Cæsaris fecit. Erat enim ἀνυπεύθυνος: ut & Antonius de eo dixit pag. 459, 38. οὐ γὰρ ἔφη καλῶς ἔχειν Ἀντώνιος, βασιλέα περὶ τῶν κατὰ τὴν βασιλείαν γεγενημένων εὐθύνας ἀπαιτεῖν. οὕτω γὰρ ἂν οὐδὲ βασιλεὺς εἴη. δόντας δὲ τὴν τιμὴν, καὶ τῆς ἐξουσίας κατεξιώσαντας ἐᾶν αὐτῇ χρῆσθαι. Qui locus est insignis ad confutandam eorum sententiam, qui Appianum alienorum laborum fucum sequuti, Herodem ὑπόφορον, regem vectigalem, & minimo minus mancipium fuisse putant. Quare ergo φίλος καὶ σύμμαχος ab Augusto vocaretur pag. 537, 11. qui religionem sibi esse dicit aliquid præter voluntatem, Herodis facere, ut qui jus omne successionis in liberos suos transmittendi Augusto potestatem fecisset? Quin & filios quoque damnare capitis potuit jure tam patriæ potestatis, quum regiæ: sed & hanc quoque rem judicio Cæsaris subjecit. Eundem honorem habuit & Cæsari, quum Antipater filius ejus capitis à Varro damnatus est. Quanvis enim ipse jure patrio & regio hoc facere potuisset, tamen maluit ad declinandam facti invidiam, judicium Varro committere. qui quanvis Antipatrum insidiarum in patrem convictum capitis damnasset, tamen prius Romam literas de hac re, & homines misit, qui viva voce Augustum docerent & de crimine, & de sententia capitis in reum lata. Itaque tres filios suos Herodes ex sententia Cæsaris interfecit. Quo magis miror apud Macrobium Augusto dictum hoc excidisse, *præstare porcum Herodis esse, quam filium*, tanquam nescius hujus judicii hoc pronunciarit, quum tamen sententiam capitis in tres filios Herodis ipse judicio suo comprobatam confirmarit. Denique, ut eo, unde divertimus, regrediamur, Herodes potuit regem quenvis ex liberis suis ex asse instituere. Cæsaris autem erat nomen regis tantum confirmare, καὶ ἐπικρίνειν, & hereditatem, sive regnum imminuere aut dividere. Quia vero in testamento suo omnia arbitrio Cæsaris commisit, propterea Cæsar ex potestate, non quam sibi ipse assumpsit, sed quam illi testator dederat, regnum inter tres filios divisit, ut postea videbimus. Itaque hæc eleganter Eusebius ait acta κατὰ μὲν τὰς διαθήκας Ἡρώδου, ἐπικρίσιν δὲ Καίσαρος. primo Ἐκκλησ. cap. IX.

Ibid. *& Tetrarchæ fiunt quatuor fratres ejus.*] Hæc omnia ridicula sunt. In tres filios tantum divisum est regnum Herodis. Archelao dimidium ab Augusto attributum cum Ethnarchæ nomine, aut Toparchæ. Nam II ἁλώσ. cap. IX, portionem Archelai τοπαρχίαν vocat. Reliquum semissem bifariam divisum Antipæ, & Philippo dedit. ita ut Archelaus semissem habuerit, reliqui singulos quadrantes, quas Tetrarchias vocavit. Iosephus 726, 1: τὸ μὲν ἥμισυ μέρος τῆς βασιλείας Ἀρχελάῳ δίδωσιν, ἐθνάρχην προσειπὼν, ὑποσχόμενος δὲ καὶ βασιλέα ποιήσειν, ἐὰν ἄξιον ἑαυ-

τὴν ὑπαρχίαν. τὸ δὲ λοιπὸν ἥμισυ διελὼν εἰς δύο τετραρχίας δυσὶν ἑτέροις παισὶν Ἡρώδου δίδωσι. Philippo & Herodi Antipæ, ut postea dicit libro XVII. cap. XIII: Καῖσαρ δὲ ἀκούσας διαλύει μὲν τὸ συνέδριον, ὀλίγων δὲ ἡμερῶν ὕστερον Ἀρχέλαον μὲν βασιλέα οὐκ ἀποφαίνει. τῆς δὲ ἡμίσεος τῆς χώρας, ἥπερ Ἡρώδῃ ὑπετέλει, ἐθνάρχην καθίστη. &c. ut supra. Archelaus igitur Ethnarches, non rex Iudæorum, Philippus, & Herodes Antipas singulorum quadrantum Tetrarchæ. Eusebius vero duos filios præterea addit, Antipatrum, qui jam quinque diebus ante obitum patris laqueo strangulatus erat, & Lysaniam, quartum filium, quem nunquam genuit Herodes, nulla ex novem uxoribus Herodis peperit. Non pauci huic commento Eusebii faventes idem post eum scripserunt. Sed Eusebio imposuit nomen Tetrarchias non unam esse Tetrarchiam putanti, quum ipso nomine ostendatur Tetrarchian esse quadrantem unius regni, & ideo non esse quadrantem unum sine tribus reliquis. Itaque si Philippus fuit Tetrarches, & Herodes Antipas Tetrarches, duos alios esse necesse est, qui reliquorum duorum quadrantum domini fuerint. Itaque eos ἀπὸ μηχανῆς adducit, Antipatrum quinque diebus antea strangulatum, & alium in subsicivis repertum Lysiam, aut Lysaniam. Sed quid diceret, si quis objiceret Dejotarum pene totius Galatiæ Tetrarcham à Pompejo constitutum, quum tamen in Galatia nullus alius esset tunc, sed antea fuerint Tetrarchæ, de quibus Appianus in Mithridatico. Hirtius de bello Alexandrino: *Deiotarus tetrarches Gallogræciæ tunc quidem pene totius, quod ei neque legibus, neque moribus concessum esse cæteri tetrarchæ contendebant*, &c. Sed Tetrarchiam verum est esse tetrantem, ut Manilius & Vitruvius loquuntur, hoc est quadrantem regionis, & qui illius quadrantis dominus est, illius esse Tetrarchen: non ut statim sequatur, si unus est Tetrarches, continuo tres alios esse debere. Sic quum dimidium regni Augustus Archelao attribuisset, duos reliquos quadrantes vocavit Tetrarchias: quemadmodum Thessaliæ in quatuor tetrantes divisæ Θεσσαλιῶτιν, Πελασγιῶτιν, Φθιῶτιν, Ἡστιαιῶτιν, singulæ τετράδες dictæ sunt τετραρχίαι. Iccirco si, verbi gratia, τῆς Φθιώτιδος, dynastæ constitutus fuisset pleno jure à Regibus Macedoniæ, sub quorum imperio Thessalia stetit, reliquæ autem tres Tetrarchiæ intactæ mansissent, Dynastes Phthiotidos vocatus fuisset Τετράρχης: & tamen ideo non sequeretur tres aliarum trium Tetrarchas esse. De his Thessaliæ Tetrarchiis, & de quatuor earum Tetrarchis à Philippo Macedone constitutis, vide omnino Harpocrationem, Τετραρχία. Cæterum miratus sum doctissimum Antiquitatis vindicem suis in Cæsaris Commentarios Notis scribere Helvetios in quatuor pagos divisos fuisse, quomodo Judæos in Τετραρχίας. Nimirum quia quatuor pagi Helvetiorum essent, non quinque, propterea eosdem Tetrarchiis Iudæorum, quæ & ipsæ quatuor fuerunt, similes fuisse existimavit. At Tetrarchiæ non possunt esse, nisi quatuor. Quod si una pars accedat illis, aut de illis nova constituatur, jam non Τετραρχίαι erunt, sed Πενταρχίαι, eorumque domini Πεντάρχαι, non Τετράρχαι. Pagi vero & plures & pauciores, quam quatuor, esse possunt. Post tempora Diocletiani Tectosages, & Aquitani in multos pagos divisi fuerunt, quos qui tetrarchias vocaret, ludibrium deberet. Quum autem Cæsar eodem libro centum pagos Suevorum Rhenum transire conatos fuisse dicat, quomodo hic Τετραρχία locum habebit, quum Suevi non in quatuor pagos, ut Helvetii, sed in centum divisi sint? Sed ad rem. Videmus igitur, caussam, aut unam ex caussis, quæ Eusebio imposuerint.

Ibid. *Antipater.*] Iam extinctum fuisse ostendimus. Vides qua prudentia in hac historia versatus sit: qua fide autem, postea apparebit.

Idem. *Lysias.*] Nullus est codex scriptus, qui non ita habeat. Etiam in omnibus editis Lysias vitiose legitur. Eusebium enim Λυσανίαν legisse tam ex primo Commate capitis III Euangelii secundum Lucam constat, qui locus male intellectus imposuit Eusebio, quam ex priore Chronico, & ex IX capite primi Hist. Eccles. ubi non contentus istum Lysaniam producere, hujus rei testem citat Iosephum, quem dicit scripsisse post obitum Archelai tres fatres inter se tetrachias divisisse, Heroden, Lysaniam, & Philippum. καὶ ὡς τῆς ἀρχῆς μετὰ δεκαέτη χρόνον Ἀρχελάου ἀποπεσόντος, οἱ ἀδελφοὶ Φίλιππός τε καὶ ὁ νέος Ἡρώδης ἅμα Λυσανίᾳ τὰς ἑαυτῶν διεῖλον τοῦ τετραρχίας. & in priore libro hujus operis. Ἡρώδῃ δὲ τὴν Γαλιλαίαν &c. τῷ δὲ Λυσανίᾳ, τὴν Ἰδουμαίαν &c. Magna confidentia, fingere quæ nunquam fuerunt. Ut illi post casum Archelai diviserint suas Tetrarchias? Ergo non erant Tetrarchæ ante casum Archelai, id est, post mortem Herodis patris sui non acceperant Tetrarchias ab Augusto, ut hic in Chronico dicitur. Quare mira est pugnantia. Et tamen Historiæ Ecclesiasticæ posterior editio est, quam horum Canonum Chronicorum. De loco autem Eusebii secundum Lucam, frustra est. Nullo enim modo ex verbis Euangelistæ colligi potest Lysaniam fuisse filium Herodis, sed Terracham duntaxat Abilenæ regionis. Antonius Lysaniam eorum tractuum, nempe Arabiæ, Ituræ, & regionis Malchi, in quibus etiam partibus Abilenen contineri constat, regem fecerat, quam paulo post interfecit tanquam Pacori partes foventem. Dio: καὶ ὅτι πολλὰ μὲν τῆς Ἀραβίας, τῆς τε Μάλχου, καὶ τῆς τῶν Ἰτυραίων (τὸν γὰρ Λυσανίαν ὃν αὐτὸς βασιλέα σφῶν ἐπεποιήκει, ἀπέκτεινεν, ὡς τὰ τοῦ Πακόρου πράξαντα) &c. In libro priore Eusebii mendose dicitur " Λυσίμαχος ex Porphyrio. Λυσιμάχου τῆς ἐν " Συρίᾳ Χαλκίδος βασιλέως. Omnino enim legen- " dum Λυσανίου. Illa Dynastia postea vocata fuit Τε- " τραρχία Λυσανίου. & ita non semel vocat Iosephus: ut libro XVIII, cap. XVIII, & libro XX, cap. V, de Claudio loquens: τῆς δὲ ἀρχῆς δωδέκατον ἔτος ἤδη πεπληρωκὼς δωρεῖται τὸν Ἀγρίππαν τῇ Φιλίππου τετραρχίᾳ καὶ Βατανείᾳ, προσθεὶς αὐτῷ τὴν Τραχωνῖτιν, σὺν Ἀβίλλᾳ. Λυσανίου δ' αὕτη ἐγεγόνει τετραρχία. Ἀβίλλα, sive Ἀβίλα, unde Ἀβιληνὴ manifesto dicitur Tetrarchia Lysaniæ ab illo primo Lysania, quem interfecit Antonius, à quo, ad baptismum Christi, sunt plus minus anni LX. Ptolemæus in Geographia Syriæ, Ἄβιλα ἐπικληθεῖσα Λυσανίου. quod dictum ad distinctionem. Nam est Ἀβίλη ἐπὶ τῷ ποταμῷ Ἰορδάνῃ ἡ Λυσανίου λεγομένη, item Ἀβίλη τῆς Φοινίκης. Apud Josephum 692, 693. vocatur ὁ τοῦ Λυσανίου οἶκος. Itaque apparet à primis Tetrarchis tetrarchias denominatas fuisse. Sic vides Tetrarchiam Philippi dictam post ejus mortem. Igitur Lysanias ille, cujus meminit Euangelista, non est filius Herodis, neque hoc colligi potest ex ejus verbis: imo contra. Nam Philippum vocat fratrem Herodis Antipæ, Lysaniam non item. Quantum ergo hallucinatus sit Eusebius, non necesse est dicere. Et cæco enim paret. Hic Lysanias est quidam sine dubio non de familia Herodis, sed ex Ara-

Arabia, aut aliunde. Itaque duo fuerunt Lysaniæ: prior, quem paucis mensibus tetrarchia potitum interfecit Antonius, & iste, cujus meminit Euangelista. Inter hos duos an alii fuerint, aut si fuerint, quot fuerint, id vero divinare est. Certum est tamen intervallum satis magnum inter utrunque fuisse, sexaginta annorum plus minus, ut jam diximus. Itaque satis de filiis Herodis, de eorumque numero, & nominibus lusit Eusebius. Sed neque omnia vera sunt, quæ de illis prodit Strabo. ὁ μέντοι εὐτύχησαν οἱ παῖδες. ἀλλὰ ἐν αἰτίαις ἐγένοντο. καὶ ὁ μὲν ἐν φυγῇ διετέλεσε παρὰ τοῖς Ἀλλόβριξι Γαλάταις λαβὼν οἴκησιν. οἱ δὲ θεραπείᾳ πολλῇ μόλις εὗρον κάθοδον, τετραρχίας ἀποδοθείσης ἑκατέρῳ. Non attribuit quatuor filios Herodi hæredes, ut Eusebius, sed tres tantum. De primo, id est Archelao, verum est, relegatum Vienna Allobrogum fuisse. De duobus reliquis, Philippo, & Herode Antipa tetrarchiis suis exutos, in eas precibus & eblandimentis restitutos fuisse, id tam manifesto falsum est, ut non egeat confutatione. Philippus enim consenuit in Dynastia sua. Herodes sua abdicatus in Hispaniam exul missus, ibi reliquum vitæ tempus explevit.

MMXXII. *Fames Romæ.*] Convenit tempus M. Aimilio Lepido, L. Arruntio Nepote Coss. Dio. Vide Paul. Oros. lib. VII, cap. III, qui male assignat anno quadragesimo octavo Augusti, uno anno minus dicens. ex cujus verbis discimus Suetonium de hac fame intellexisse in Augusto, Sectione, XLII. *Magna quondam sterilitate, ac remedio, &c.* quod confirmatur ex Dione; qui de hac fame verba faciens idem dicit, quod Suetonius, Augustum propter caritatem annonæ gladiatores & lanistas urbe ejecisse.

Ibid. *ut quinque modii venderentur denariis* XXVII *semis.*] Aliter est in Græcis, atq; alia summa longe discrepans. ὡς πραθῆναι τὸ μόδιον χρυσίων κζ. Sed nimis immanis est summa: & caritatem magnam annonæ esse necesse „ est. In farragine ἀνωνύμου χρονικοῦ ex Bibliotheca „ Regia sub Augusto: λιμὸς κατέσχε τὴν Ῥώμην „ ἰσχυρός, ὥστε πολλῶν δηναρίων τὸ μόδιον τοῦ σίτου πραθῆναι. nimirum suspecta fuit ei summa nimia apud „ Georgium Syncellum, ex quo hæc hausit.

Ibid. *Philistio Mimographus natione Magnesianus.*] Duo videntur fuisse Philistiones, prior scriptor Mimorum, teste Suida. Ita enim interpretandum est κωμῳδίας βιολογικάς. Nam βιολόγοι sunt Mimi, & actores ridicularum fabularum, quales Atellanæ apud Romanos. Fuit autem Prusiensis, vel Nicenus, ut testatur Epigramma in eum:

> ὁ τὸν πολυστένακτον ἀνθρώπων βίον
> γέλωτι κεράσας Νικαεὺς Φιλιστίων
> ἐνταῦθα κεῖμαι λείψανον παντὸς βίου,
> πολλάκις ἀποθανών, ὧδε δ' οὐδέπω ποτέ.

Vixit tempore Isocratis, aut, ut alia exemplaria habent, Socratis, teste Suida. Alter fuit natione Magnesius, & ipse tam scriptor, quam actor Mimorum, de quo hic sermo nunc est. cujus meminit Martialis: *Mimos ridiculi Philistionis.* Epiphanius in Ptolemæum, Hæresi XXXIII: οὔτε γὰρ τῶν παλαιῶν τραγῳδοποιῶν τις, οὔτε οἱ καθεξῆς μιμηλοὶ τὸν τρόπον, οἱ περὶ Φιλιστίωνα, λέγω, καὶ Διογένη τὸν τὰ ἄπιστα γράψαντα &c. Meminit & alibi non semel. Marcellinus libro XXX: *Et judices patiuntur doctos ex Philistionis & Aesopi cavillationibus, quam ex Aristidis illius justi, & Catonis disciplina productos.* Hieronymus in Rufinum; *Et quasi mimum Philistionis, vel Lentuli, ac Marcelli stropham elegante sermone confictam.* Sidonius Epistola II lib. II: *Absunt ridiculi vestitu, & vultibus histriones pigmentis multicoloribus Philistionis supellectilem mentientes.* Cassidorus Epistola LI lib. IV: *Mimus etiam, qui tunc tantum modo derisui habetur, tanta Philistionis cautela repertus est, ut ejus actus poneretur in literis.* Ego puto illum Νικαέα, in quem extat Epigramma supra à nobis productum, eundem esse cum hoc, & Suidam falli, qui ævo Isocratis, aut Socratis, illum vixisse scribat. Nam Nicæa condita est ab Antigono post mortem Alexandri, ab eoque Antigonia, deinde Nicæa vocata, multis annis post Isocratis & Socratis mortem. Quare non dubium est unum Mimologum Philistionem, non duos, fuisse.

MMXXIII. *Tiberius Cæsar Dalmatas.*] Numero antecedente bellum Dalmaticum à Batone suscitatum Tiberius profligavit, auctore Dione. hoc autem anno MMXXIII triumphatum fuisse videtur de Batone, qui quum se Tiberio dedidisset, teste Dione, in triumpho ductus est, ut constat ex Ovidio hunc triumphum describente libro II Ponti, Elegià *Huc quoque Cæsarei pervenit fama triumphi.* Infra in scriptis codicibus legitur:

> *Maxima pars horum vitam veniamque tulere:*
> *In quibus & belli summa caputque Bato.*

Pannoniæ, non, ut Dio, Dalmatiæ regem Batonem vocat Sex. Rufus: *Batone Pannoniorum rege subacto, in ditionem nostram Pannoniæ venerunt:* & sine dubio fuit „ unus de duobus illis Batonibus Pannoniæ ducibus, „ quorum meminit Vellejus, & Suetonius in Tibe- „ rio, Sectione XX: *Batonem Pannonium Ducem ingentibus donatum præmiis Ravennam transtulit, gratiam referens, quod se quondam cum exercitu iniquitate loci circumclusum passus esset evadere.* ut hinc intelligere possis, quare Ovidius Batonem inter eos posuerit, qui vitam veniamque à Tiberio meruere. Fuerunt vero & alii Batones, in quibus Βάτων ὁ ἀλείπτης, qui florebat sub Marco Aurelio Antonio, & Severo: cujus præclara commendatio extat in vetustissima Stela: Ἔδοξε τοῖς ἀλειφομένοις. Ἐπειδὴ Βάτων Φίλωνος πρότερον μὲν ἐφ' ἔτη δύο παραχειρισθεὶς γυμνασίαρχος περιεσπάσθη ἐνδόξως καὶ καθαρίως αὐτοῦ τε καὶ τῆς τῶν ἀλειφομένων προαιρέσεως, &c. Arrianus in Epicteto, lib. primo cap. II: ἀνὴρ δ' ὀλύμπια κεκηρυγμένος, καὶ ἠγωνισμένος, ἐν τοιαύτῃ τινὶ χώρᾳ ἀνεστραμμένος, οὐχὶ παρὰ τῷ Βάτῳ ἀλειφόμενος. Ubi sine ulla dubitatione legendum παρὰ τῷ Βάτωνι. qui est iste Βάτων Φίλωνος, σύγχρονος Ἐπικτήτου. Nam Epictetus vixit usque ad tempora Marci Aurelii: hoc est, eo imperante floruit. Auctor Suidas. Sed Bato ille, de quo institutus sermo, erat dynastes Pannoniæ, & Bato est nomen populare Pannonum. In Pannonia extat lapis, in quo incisum: BATO. BULLI. F. COL. AP. EQ. ALÆ. PANNONIORUM. TUR. SCENI. Quia nomen Batonis non legitur in excusis Ovidii exemplaribus, Fastorum conditores, viri doctissimi, Elegiam illam Ovidii referunt ad triumphum Germanici Cæsaris de Germanis, Druso Cæsare, & C. Norbano Coss. qui est octennii metachronismus. Quod est non le- „ ve peccatum in Fastis.

Ibid. *Dalmatas & Sarmatas.*] Dalmatas & Pæonas eodem tempore subactos scribit Ovidius anno quarto exilii sui:

> *Adde triumphatos modo Pæonas, adde quieti*
> *Subdita montanæ brachia Dalmatiæ.*

Ubi profecto Pæonas pro Pannonibus sumit: quod non raro fit, & jam docti annotarunt, & Zosimus fere semper Παίονας ἀντὶ Παννόνων usurpat. quanquam „ hoc reprehendit Dion Cassius libro XLIX cui „

 oppo-

„ opponimus Ovidium. Itaque quas aves Pannonias Chattas vocat Martialis, eas Παιονίας ὄρνιθας Philoſtratus lib. VIII. de vita Apollonii: κἀγὼ μὲν οὐ κρίνω τοὺς τρυφῶντας ὑπὲρ τοῦ φοινικέου ὄρνιθος, οὐδὲ ὑπὲρ τοῦ ἐκ Φάσιδος, ἢ Παιόνων, οὓς πιαίνουσιν ἐς τὰς αὐτῶν δαῖτας οἱ τῇ γαστρὶ χαριζόμενοι πάντα. Ut mirum non ſit, Batonem Pannoniorum ducem vocari à Sex. Rufo. Et conſtat ex Vellejo Tiberium de Dalmatis ſimul & Pannonibus triumphaſſe.

Ibid. *Sarmataſque.*] Qui fortaſſe in fines Illyrii trajecto Danubio excurrerant. Nam de illis nihil compertum habeo. & ſuſpectus eſt locus.

MMXXIV. *Athenodorus Tarſenſis.*] Sandonis filius, cognomine Cananites. Strabonis verba de Tarſo: Ἄνδρες δ' ἐξ αὐτῆς γεγόνασι τῶν μὲν Στωϊκῶν Ἀντίπατρός τε καὶ Ἀρχέδημος, καὶ Νέστωρ, ἔτι δὲ Ἀθηνόδωροι δύο, ὧν ὁ μὲν Κορδυλίων καλούμενος συνεβίωσε Μάρκῳ Κάτωνι, καὶ τελευτᾷ παρ' ἐκείνῳ, ὁ δὲ τοῦ Σάνδωνος, ὃν καὶ Κανανίτην φασὶν, ἀπὸ κώμης τινὸς, Καίσαρος καθηγήσατο, καὶ τιμῆς ἔτυχε μεγάλης. Omnino vide reliqua. Scitum hujus eſt apud Senecam, Epiſtola X: *Tunc ſcito te eſſe omnibus cupiditatibus ſolutum, quum eo perveneris, ut nihil Deum roges, niſi quod eum rogare poßis palam.* Meminit & illius non uno loco. Quod autem Strabo Cæſaris præceptorem fuiſſe dicit, intellige Auguſti. Mæcenas apud Dionem in illa nimis ſcholaſtica declamatione ad Auguſtum: μὴ γὰρ ὅτι καὶ Ἀρείου καὶ Ἀθηνοδώρου καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν πεπείρασαι, πίστευε καὶ τοὺς ἄλλους πάντας τοὺς φι-
„ λοσοφεῖν λέγοντας ὁμοίους εἶναι. Clarius in Apo-
„ ſtatæ Cæſaribus. Auguſtus de ſe: οὕτω δὲ παρέ-
„ σχον ἐμαυτὸν τῇ φιλοσοφίᾳ χειροήθη, ὥστε καὶ
„ τῆς Ἀθηνοδώρου παῤῥησίας ἠνεσχόμην οὐκ ἀγανακ-
„ τῶν, ἀλλ' εὐφραινόμενος ἐπ' αὐτῇ, καὶ τὸν ἄνδρα
„ καθάπερ παιδαγωγὸν, ἢ πατέρα μᾶλλον αἰδού-
„ μενος. De ejus temerario dicto ac facto habes apud eundem, lib. LVI.

Ibidem. *Et M. Verrius Flaccus.*] Addita ab Hieronymo.

MMXXVII. *ante biennium quam moreretur, ita memoriam ac ſenſum amiſit.*] Sunt Hieronymi. De hujus memoriæ morbo, vel potius morte, Plinius lib. VII, cap. XXIV. Quod ſi biennio poſt ſuam memoriam ipſe mortuus eſt, ut ſcribit Hieronymus, ergo obierit numero MMXXIX, Auguſti anno penultimo, ſexto exilii Ovidiani. Atqui Ovidius hoc numero MMXXVII ſcribens ad Meſſallinum hujus Meſſallæ filium, ait ſe patris ejus funus epicedio proſequutum fuiſſe:

Nec tuus eſt genitor nos inficiatus amicos,
Hortator ſtudii cauſſaque faxque mei.
Cui nos & lacrimas ſupremum in funere munus,
Et dedimus medio ſcripta canenda foro.

Ergo ante exilium Ovidii jam deceſſerat, hoc eſt, ante numerum MMXXIII. Qui fieri poteſt, ut numero MMXXVII memoriam amiſerit, & numero MMXXIX, obiverit? Quod patrocinium huic controverſiæ arceſſemus? Rurſus aliud dubium ſuboritur. Si M. Val. Meſſala obiit MMXXIX numero, ſuperſtes fuit IX annis C. Aſinio Pollioni, qui deceſſit numero MMXX. Quo-
„ modo ergo tuebimur hoc adverſus ea, quæ auctor
„ Dialogi de cauſſis corruptæ eloquentiæ ſcribit: *Corvinus in medium uſque principatum, Aſinius pene ad extremum duravit.* Secundum hæc; & ea, quæ αὐτόπτης ſcribebat Ovidius, commutarunt locum in Chronico Euſebii, Pollio, & Meſſalla, ut numero MMXX Meſſalla mortuus fuerit, Pollio vero MMXXIX: unde recte
„ auctor Dialogi dixerit Aſinium pene ad extremum principatum Auguſti perveniſſe. penultimus enim annus Auguſti incidit in numerum MMXXIX. Itaque quum Aſinius Pollio vixerit ann. LXXX, natus igitur fuerit numero MDCCCCXLIX, Conſul factus annos natus XXIX, aut XXVIII. Val. Maximus libro VIII, cap. XIV vocat Aſinium Pollionem *numeroſæ vivacitatis haud parvum exemplum.* Vixit enim annos, ut diximus, LXXX. Verum igitur eſt, Hieronymum properantem, & aliud agentem tempus obitus Pollionis & Meſsallæ com- „
mutaſse.

MMXXVIII. *Auguſtus cum Tiberio filio ſuo cenſum Romæ agitans.*] Duobus Sextis, Pompejo, & Apuleio Coſs. Auctor ipſe Auguſtus in Indice ſuo, item Suetonius Tiberio, Sectione XXI, ſcribens Tiberium luſtro condito in Illyricum proficiſcentem ex itinere revocatum Auguſtum animam agentem reperiiſse. Obiit autem Auguſtus iiſdem Coſs. numero MMXXX. Quare hic eſt biennii prochroniſmus in codicibus editis & FRE. & BONG. Solus PET. hoc rejecit in annum LVI Auguſti. quod rectum erat, ſi annus ille caderet in conſulatum duorum SEXT. Pompei, & Appulei.

Ibidem. *Invenit hominum nonageſies tercentena, & ſeptuaginta millia.*] Immaniſſima ſumma. Melius credidero ipſi Auguſto ita de hoc luſtro ſcribenti: CUM. NUPPERRIME. LUSTRUM. (egi) CONLEGA. TIBERIO. SEXT. POMPEIO. ET. SEXT. APULEIO. COS. QUO. LUSTRO. ROM. CAPITUM. QUADRAGIES. CENTUM. MILIA. TRIGINTA. ET. SEPTEM. (*cenſa ſunt*) Multum ſane differunt 9370000, & 4137000, utique plus ſemiſse. Græca corrupte ιγ μυριάδας αλζ, pro υιγ μυριάδες ζ. quanquam ita legit Farrago „
chronici ex bibliotheca regia. „

Ibid. *Sotio Philoſophus Alexandrinus præceptor Senecæ.*] Seneca Epiſtola CVIII: *Quoniam cœpi tibi exponere, quam tum majori impetu ad Philoſophiam juvenis acceſſerim, quam ſenex pergam, non pudebit fateri, quem mihi amorem Pythagoræ injecerit Sotio.* Item Epiſtola XLIX: *Modo apud Sotionem Philoſophum puer ſedi,* &c.

Ibid. *præceptor Senecæ.*] Non ſunt in Græcis. Ad- „
didit Hieronymus. „

MMXXIX. *Archelaus nono anno regni ſui in Viennam urbem Galliæ relegatur.*] Relegatus decimo anno regni ſui, ſive Ethnarchiæ, numero MMXXV. Metachroniſmus quadriennii: quod accedit propter tempus obitus Herodis alieno loco aſſignatum. Parum caute Dion M. Æmilio Lepido, L. Arruntio Coſs. ὅ, τε Ἡρώδης ὁ Παλαιστῖνος αἰτίαν τινὰ ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν λαβὼν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ὑπερωρίσθη. καὶ τὸ μέρος τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἐδημοσιώθη. Neque Herodes is vocabatur, ſed Archelaus, neque illis Conſulibus; ſed biennio poſt, anno Actiaco XXXVII. Auctor Ioſephus.

Ibid. *decimo anno.*] Græca, μετὰ θ̄ ἀρχῆς ἔτη. Id eſt poſt novem annos regni, nimirum anno decimo. quod proxime diſcuſſimus: quo anno miſsus eſt Quirinius ad δευτέραν ἀπογραφὴν faciendam; numero, ut diximus MMXXV. Sed ſi Archelaus Vienna relegatus fuit, quomodo ejus ſepulcrum prope Bethlehem oſtendebant Judæi: Hieronymus in Nominibus Hebr. *Sed & propter eandem Bethlehem Regis quondam Iudææ Archelai tumulus oſtenditur.* Iudæorum hæc deliria ſunt. Niſi dicamus ex locis, in quibus exul deceſſit, ejus reliquias in Iudæam traductas fuiſse. Utrumque fidem meretur, aut Iudæos, quæ ejus gentis vanitas eſt, hoc finxiſse, aut oſsa ejus regis tranſlata fuiſse. Nam & Joſephus 427 ſcribit cadaver Ariſtobuli Regis Iudæorum quum in melle diu Romæ aſſervatum fuiſſet, in Iudæam Antonii juſſu delatum, & in majo-

rum

rum sepulchris repositum, καὶ ὁ νεκρὸς αὐτοῦ ἐν μέλιτι ἔκειτο κεκηδευμένος ἐπὶ χρόνον πολλὴν, ἕως Ἀντώνιος ὕστερον αὐτὸν ἀποπέμψας εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐν ταῖς βασιλικαῖς θήκαις ἐποίησε τεθῆναι.

Ibid. *Defectio Solis facta.*] Neque Augustus hoc anno obiit, sed sequenti, neque hoc anno, sed sequenti, eam defectionem Solis accidisse notat Dio, unde Eusebius hæc habet: neque ulla defectio Solis fuit. Quod si fuisset ulla, in XIX Aprilis facta fuisset. Sed non sinit motus latitudinis. Dio, quem sequitur Eusebius, τέρατα δὲ ἄρα ἐς τοῦτο αὐτῷ φέροντα οὔτε ἐλάχιστα, οὔτε δυσξύμβλητα ἐγεγόνητο. ὅ, τε γὰρ ἥλιος πᾶς ἐξέλιπε, καὶ τοῦ οὐρανοῦ τὸ πολὺ καίεσθαι ἔδοξε. Augustus obiit XIV Kal. Septembris, numero MMXXX. Sequentis Septembris die vigesima septima, hoc est diebus XXXIX à morte Augusti, defecit Luna tota: cujus defectionis meminit Corn. Tacitus.

Ibid. LXXVII *ætatis suæ anno.*] Præcise. LXXVI enim anni sunt à Consulatu Ciceronis, & C. Antonii, numero MDCCCCLIV, ad numerum MMXXX, duobus Sextis, Pompejo, & Appulejo Coss. Ergo obiit anno currente LXXVII, eodem cyclo Lunæ, quo C. Cæsar avunculus ejus interfectus fuit. proinde tres cycli Lunares absoluti, id est anni LVII, intercedunt inter cædem Cæsaris Dictatoris, & excessum Augusti, & quod excurrit ab Idibus Martiis, ad XIX diem Augusti. Josephus putat annos imperii Augusti à cæde Cæsaris. Ideo lib. XVIII, cap. III, ita scribit: διαδέχεται καὶ τοῦτον Ἄννιος Ῥοῦφος, ἐφ' οὗ δὴ καὶ τελευτᾷ Καῖσαρ, δεύτερος μὲν Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ γενόμενος, ἑπτὰ δὲ καὶ πεντήκοντα τῆς ἀρχῆς ἔτη, πρὸς οἷς μῆνες ἕξ, ἡμέραιν δυοῖν πλείονες. Ita etiam legitur libro secundo ἁλώσ. cap. XIII. Sed est vetustissimus error, quales multos in Josepho deprehendimus etiam ante Ruffini ævum in ejus codicem receptos, præsertim in numeris. Legendum enim μῆνες ε, una litera minus. Tot enim menses sunt, & tot excurrentes dies Juljani ab Idib. Martiis, ad XIV Kal. Septembris. ut eadem sit sententia Josephi, quæ nostra, inter cædem C. Julii Cæsaris, & obitum Augusti, interesse annos LVII, qui sunt cycli tres Lunares solidi, & menses insuper V, dies duos. Quantum decipiuntur Chronologi, ac Fastorum conditores, quum annos congerunt sine alio examine. Nos harum discrepantiarum exactissima examina adhibemus utriusque sideris cyclos, ut moneantur Lectores quanto major est impudentia quorundam stercoreorum fungorum, qui huic pulcherrimæ methodo obtrectari ausi sunt, tanto impensiore cura adhibendam esse operam, ut quantum fieri possit, hac Cynosura duce hoc ἀχανὲς Temporum mare navigent. Aliter nullum certum cursum tenere poterunt. Nam quoties hiatus temporum in historia occurrunt, neque ulla spes affulget ab Annalibus, qui aut perierunt, aut manci sunt, quid aliud superest, quam ad ipsa sidera recurrere, quorum circuitus sunt mensura temporum? Nam negare cyclos siderum collectioni aut investigationi temporum non solum utiles, sed etiam necessarios esse, quod istæ Larvæ latrant, hoc vero negare est, cyclos ullos siderum esse.

Ibid. *Atellæ in Campania.*] Solus Hieronymus, ex Eutropio, Atellæ, omnes autem reliqui veteres Nolæ decessisse scribunt. Ab Actiaca victoria, ad obitum Augusti, Dion putat annos XLIV, minus diebus XIV. id est, ab Actiacæ victoriæ die, ad III Septembris illius anni, quo Augustus obiit, sunt præcise anni XLIV. Ergo Augustus obiit anno Actiacæ victoriæ quadragesimo quinto ad finem decurrente. Erat, ut diximus, aureus numerus XV. Divisis XLV in XIX, remanent VII de cyclo Lunæ. ut igitur expleas quintum decimum numerum aureum currentem, addenda sunt VIII anno currenti Actiaco. Ergo victoria Actiaca contigit numero aureo IX, quod verissimum, quum tamen primus annus Augustorum incipiat ab aureo numero XI. Biennio igitur anni Actiaci antecedunt annos Augustorum. Quod & ipsum quoque verum est, & annotatum à luculento scriptore Censorino. Hanc praxin aurei numeri tibi volui proponere, ut hujus methodi, quam proxime commendavimus, certius utilitatem perspicere posses: qua debes uti, quando alia intervalla, aut notæ temporum non occurrunt, quæ te juvare possint. Alioquin quia scis Augustum obivisse numero MMXXX, non autem MMXXIX, ut falso notat Eusebius, deductis XLIV annis absolutis, remanet numerus MDCCCCLXXXVI. Quod si datus non esset numerus Eusebianus, de numero autem aureo constaret, tunc procedendo per methodum divinari posset non recte assignatum esse tempus obitus Augusti. Memineris quoque ad methodum numeri Eusebiani, unitate illi detracta, reliquo per XIX diviso, remanere numerum aureum currentem. Augustus obiit cyclo Lunæ, sive numero aureo, XV. Eusebius determinat tempus obitus numero MMXXIX. Detracta unitate, & residuo per XIX partito, remanet numerus aureus XIV. Atqui debebat esse XV. Non igitur hoc numero, sed sequenti, decessit Augustus. unde scio numerum aureum fuisse XV? Ex defectione Lunari diei XXVII Septembris. quæ defectio in illa die non potuit cadere aliquot annis ante, & post, nisi cyclo Lunæ XV, id est aureo numero. Dio scribit Actiacam pugnam commisisam III die Septembris, & in diebus æstivis anni sequentis Antonium sibi manus intulisse. Ptolemæus autem à prima meridie Thoth Nabonassari, ad id tempus, ὅτε Ἀντώνιος ἀπέσφαξεν ἑαυτὸν (verba sunt ejus) putat annos Ægyptiacos absolutos DCCXVIII. Ergo Antonius sibi mortem conscivit anno Nabonassari DCCXIX: cujus principium incidit in cyclum X. Proinde annus antecedens, quo pugna commissa, inciderat in cyclum, sive numerum aureum, nonum. Itaque anni Actiaci incipiunt à cyclo nono Lunari: & proinde VIII absoluta pro perpetuo canone sunt addenda annis Actiacis ad methodum aurei numeri. Dion scribit Augustum obivisse anno XLV Actiaco currente. Additis VIII, residuo in XIX distributo, invenio cyclum Lunarem XV. Igitur audacter pronuncio Augustum decessisse numero aureo XV. Eusebius auctor est decessisse numero MMXXIX. Deductis XLIV annis Actiacis præteritis, superest numerus MDCCCCLXXXV, in quo acciderit Actiaca pugna. Detracta unitate, residuo in XIX distributo, remanet numerus aureus VIII Actiacæ pugnæ. Atqui ex Ptolemæo, & epocha Nabonassari, constabat fuisse X numerum aureum. Igitur numerus MDCCCCLXXXV non est annus Actiacæ pugnæ, sed sequens MDCCCCLXXXVI, cui si adjiciam annos XLIV Actiacos absolutos, perveniam ad numerum Eusebianum MMXXX, veram & indubitatam Epocham obitus Augusti. Ergo per cyclum Lunarem errorem Eusebii deprehendimus. Idem potes facere per cyclum Solis, per Indictionem, per annos Sabbaticos. Scriptores imponunt sæpe & sibi imprudentes, & lectori aliquando prudentes. Horum aut attentamenta, aut hallucinationes, quando ex comparatione aliarum historiarum deprehendi non possunt, rectissime per characteres cælestes eruuntur, hoc est cyclos, Indictionem, Hebdomadas annuas, &c. Vapulent ergo, qui tam divinæ methodo obtrectant, & ὅσοι ἐν Ἀρκαδίῃ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασιν.

MMXXX. *Tiberius.*] Recte quidem hinc incipit primus

mus annus Tiberii, XIV Kalend. Septemb. sed inde, ubi desinit Augustus. Ergo idem numerus & ultimus Augusti, & primus Tiberii debuit esse, non autem ex uno momento, quod inter obitum Augusti, & initium Tiberii intercedit, duo anni faciendi. Hoc ideo moneo, ut non solum hic, sed & in omnium regum fere initiis idem ab Eusebio factum Lector notare possit: quod, ut alibi monui, Eusebio peccandi sæpe ansam dedit.

Ibid. *Herodes Tetrarcha.*] Ubi delituit interea Herodes ille à morte patris sui, ut ejus regni initium hactenus differretur? Atqui jam annum decimum regnabat in Tetrarchia sua. Cujus vero regni annus primus illi nunc datur? an regni Archelai? Atqui totum redactum in fiscum fuit. ideo neque successit Archelao fratri. Quod si Herodi locus est, cur non & Philippo? Ambo ex æquis partibus Tetrarchæ facti alter altero plus juris non habet, ut hic solus, excluso altero, regnet. Itaque in relegatione Archelai interrupta est successio Herodis magni, Hierosolymis cum dimidio regni Provinciæ Cæsaris Syriæ attributis. Iterum illa cicatrix coiit, Agrippa Herodis magni nepote in majorem partem regni Ierosolymitani restituto. Hinc per filium patri cognominem Agrippam in annos LVI cum accessione aliquot urbium & regionum regnatum est, in cujus morte defecit domus Herodiadarum. Vide Canones Isagogicos. Parum cavisse igitur Eusebius videtur, qui Archelao fratrem Herodem Antipam successorem dedit, & summum virum Hieronymum erroris sui fautorem habuit, qui & ipse ab Eusebio deceptus idem prodidit in primum caput Matthæi. Verba ejus: *Ergo Herodes ille, qui cum Pilato postea amicitias fecit, hujus Herodis filius est, frater Archelai, quem & ipsum Tiberius Cæsar Lugdunum, quæ Galliarum est civitas, relegavit: fratremque ejus Herodem successorem regni fecit. Lege Iosephi historiam.* Atqui neque Josephus successorem Archelai fuisse dicit Herodem, neque Archelaum Tiberius Lugduno relegavit, sed Herodem Antipam. Itaque Hieronymum in priore errore Eusebius, in altero memoria sua fefellit.

Ibidem. *Cajus Asinius Gallus Asinii Pollionis filius.*] Sunt Hieronymi.

Ibid. *cujus etiam Virgilius meminit.*] Is, cujus Virgilius meminit, fuit pater hujus, ut & mediocriter doctis constat. Sed fortasse Hieronymus sentit, in illius gratiam Bucolicon *Sicelides Musæ* factum esse. Nam is est ipse, qui Saloninus vocatus. Neque profecto alia fuit mens Hieronymi. In eadem igitur Ecloga & patris meminit Virgilius, & filii: quum ea dicata sit patri, in gratiam autem filii facta.

Ibid. *diris à Tiberio suppliciis enecatur,*] παρρησίᾳ ἀεί ποτε πατρῴᾳ καὶ ὑπὲρ τὸ συμφέρον αὐτῷ χρώμενος πολλὰ δεινὰ προπαθὼν ἀπεσφάγη. Ex Dione. Eadem die ad convivium à Tiberio adhibitus, damnatus, & in vincula conjectus Ser. Sulpitio Galba, L. Cornelio Gallo Coss. anno XIX Tiberii. Sequentibus Consulibus fame excruciatus tandem jugulatus est, numero MML. Auctor Tacitus. Prochronismus annorum viginti. Sed imposuit Hieronymo mors patris ejus C. Asinii Pollionis, qui circa hoc tempus obiit, ut paulo ante retulimus. quod magis & nostram & Cor. Taciti de C. Asinii morte sententiam confirmat, quam „ auctor Dialogi de caussis corruptæ eloquentiæ in extremum Augusti principatum conjecit. Itaque quum Hieronymus C. Asinii Pollionis mortem in numerum MMXIX contulerit, idque falso, & postea apud Tacitum aut alium scriptorem legisset C. Asinium extremo principatu Augusti, aut duobus Sextis Pompejo, & Appulejo Coss. obiisse, ipse filium esse putavit, quia jam de patre retulerat, sed falso. Neque vero dubium est, quin hæc errandi caussa Hieronymo fuerit.

MMXXIII. *Titus Livius.*] Hieronymi ex Suetonio.

Ibid. *Ovidius Poëta in exilio diem obiit.*] Hieronymi ex Suetonio. Scribebat Ovidius quintum librum Ponti extremo principatu Augusti. Nam Elegia quinta, cujus initium, *Ite leves Elegi*, dirigitur ad Sex. Pompejum Consulem, in cujus magistratu obiit Augustus. In sequentibus Elegiis ad Albinovanum, item ad Carum ait eam fuisse sextam hiemem exilii sui. Erat annus Julianus LIX. Eo enim obiit Augustus. Deducto quinquennio, quod jam exegerat in exilio, remanet annus LIV Julianus, quo pulsus est in exilium. Natus autem tertio Juliano. Erat ergo annorum quinquaginta duorum solidorum, quum excessit ex Italia, quæ sunt decem lustra Romana, & duo anni præterea, XIII autem Olympiades solidæ: licet ipse alibi dicat decem lustra Olympica fuisse à natali suo, quum relegaretur:

Postque meos ortus Pisæa vinctus oliva
Abstulerat decies præmia victor eques,
Quum maris Euxini positos ad læva Tomitas
Quærere me læsi Principis ira jubet.

quasi Olympias sit lustrum Romanum, id est quinque anni absoluti. quod quidem putavit deceptus nomine πενταετηρίδος, quum tamen πενταετηρὶς dicta sit, non quod quinque annis absolutis constaret, sed quia quinto quoq; anno rediret in orbem: quemadmodum alibi accurate demonstravimus. Ideo quinquennem Olympiada vocat, quæ tantum erat quadriennis:

In Scythia nobis quinquennis Olympias acta
Iam tempus lustri vertit in alterius.

Sed concedamus Olympiadem quinquennalem & lustro Romano æqualem fuisse, præter decem lustra duo anni excurrunt. Sed hoc non raro veteres faciunt, ut parvam summam dissimulent, contenti millenarios, centenarios & denarios ponere: quod non semel à Demosthene factum notavimus. Itaque ipsemet inter- « pretatur mentem suam initio carminis in Ibim, ubi « bis quinque lustra sibi peracta dicit, hoc est se quin- « quagesimum annum vitæ peregisse, quum illa scri- « beret, primo anno exilii sui, qui erat tertius, & « quinquagesimus currens ætatis ejus, Christi Diony- « sianus, decimus, P. Corn. Dolabella, C. Junio Sil- « lano Coss. Porro scribebat Elegiam IX libri IV « Ponti, anno nono exilii, Juliano LXXII. Nam ibi Pomponium Flaccum Pomponii Græcini fratrem fasces proximo Januario sumpturum dicit. Sane Consulatus Pomponii Flacci incidit in annum Julianum LXII, numero hoc MMXXXIII. Obiit igitur anno exilii sui: non octavo.

Ibid. *& juxta oppidum Tomos sepelitur.*] Etiam Epitaphium ibi repertum nugantur, quod & ausi sunt una cum Ovidianis operibus edere. quod qui non videt ab homine barbaro prodiisse, & omnis elegantiæ Latinæ imperito, is quid sit Latinus sermo, nescit. Sed nec melioris notæ sunt illa, quæ retulit vir accuratissimus Lilius Gregorius Gyraldus. *Attende, inquit, quæso, Lili, quæ ex communi amico his diebus audivi. Is enim se domi habere affirmabat quæpiam Cæcilii Minutiani Apulei fragmenta, in quibus de Ovidio Poëta hæc fere inerant perscripta: Eum scilicet Kalendis Ianuarii, qua die Titus quoque Livius decesserit, anno sui exilii septimo, hominem esse desiisse: structumque illi tymbon à Barbaris ante suarum ædium januam. Idem Minutianus ait item, quem Ibim simulato nomine appellarat, Corvinum fuisse, qui exulantis poëtæ uxorem sollicitasset. Relegationis caussam fuisse, quod Augusti incestum vidisset.* Hactenus ille. Sed quomodo vir tantæ lectionis tam subactus in veterum scriptis stropham non animadvertit? Omnia enim falsa, anilia, nugatoria sunt. Nam quod « ait,

xit, eodem tempore, quo Titum Livium, obiisse, quis non videt ex hoc loco Hieronymi desumpta esse? Anno septimo exilii obiisse verum non est, quum iste sit nonus. Calidius mendacium est, Corvinum esse Ibem illum. quod nunquam persuadebit ei, qui Elegiam ad Messallinum attentius legerit, cujus initium, *Ille domus vestræ.* estque secunda libri II Ponti. Non
„ enim alius Corvinus fuit, præter illum, qui in fami-
„ liam Cottarum adoptatus quindecim vir sacris faciundis fuit, ut est apud Tibullum, Elegia:

Impiger Aenea volitantum frater Amorum.

„ de quo vide Vellejum lib. II.

Ibid. *Germanicus Cæsar de Parthis triumphavit.*] Ridiculum. Legendum *de Chattis.* Corn. Tacitus Annali secundo: *C. Cælio, L. Pomponio Coss. Germanicus Cæsar* A.D. VII *Kalendas Iunias triumphavit de Cheruscis Chattisque, & Angrivariis, quæque aliæ nationes usque ad Albim colunt.* Hi Consules fuerunt numero superiore. Quare unius anni metachronismus est. Et, ne putemus erratum librariorum, quartum annum Tiberii agnoscit Orosius: sed pro Parthis legit Germanis, qui sciebat de gentibus Germanicis Germanicum triumphasse, non autem de Parthis. Unde ex hac lectionis varietate colligitur jam tempore Orosii illud mendum in codicibus hujus Chronici inolevisse. *Sane,* inquit, *quarto imperii ejus anno Germanicus Drusi filius, Caligulæ pater, de Germanis, ad quos ab Augusto fere missus fuerat, triumphavit.* Pro Parthis etiam *Chattis* legendum esse diu est, quum putavimus apud Spartianum in Marco: *Profecti sunt tamen paludati ambo imperatores, Parthis, & Marcomannis omnia turbantibus.* Nam quid Parthis cum Marcomannis? Et prætcrea de Chattorum excursionibus mentio antecesserat. Sed in divinis Isaacii Casaubonii nostri ad illum auctorem, & reliquos Augustorum scriptores, Commentariis monitus in Codice regio legi *Victovalis,* sententiam mutavi. Porro splendidissimum hunc triumphum Germanici fuisse, ex Strabonis libro septimo aperte paret: ubi non solum Chattos, sed perplurimos Chattorum finitimos populos devictos, & de illis una triumphatum idem refert: in quibus, inquit, ἐπόμπευε καὶ Λίβυς τῶν Χάττων ἱερεὺς, &c. Vide omnino reliqua. In nummo, ubi est Germanicus quadrigis vehens, legitur, SIGNIS RECEPTIS DEVICTIS GERMANIS. S. C.

MMXXXIV. *Tredecim urbes terræ motu.*] Phlegon: Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Γραμματικὸς ἱστορεῖ ἐπὶ Τιβερίου Νέρωνος σεισμὸν γεγονέναι, καὶ πολλὰς καὶ ὀνομαστὰς πόλεις τῆς Ἀσίας ἄρδην ἀφανισθῆναι, ἃς ὕστερον ὁ Τιβέριος οἰκείᾳ δαπάνῃ πάλιν ἀνώρθωσεν, ἀνθ' ὧν κολοσσόν τε αὐτῷ κατασκευάσαντες ἀνέθεσαν παρὰ τῷ τῆς Ἀφροδίτης, ὅ ἐστιν ἐν τῇ Ῥωμαίων ἀγορᾷ, καὶ τῶν πόλεων ἑκάστης ἐφεξῆς ἀνδριάντας παρέστησαν. Adde ad illustrationem horum Phlegontis verborum Abrahami Gorlæi nostri nummum argenteum, in cujus superficie vultus Tiberii, in altera effigies Asiæ muliebri specie sedens cum his literis, CIVITATIBUS ASIÆ
„ RESTITUTIS. in cujus nummi una superficie Vesta
„ insidere siliquastro dextera pateram, sinistra hastam
„ tenens. quod est symbolum terræ stantis, quemad-
„ modum Neptunus concussæ. Ovidius:

„ *Stat vi terra sua, vi stando terra vocatur:*
„ *Caussaque par Grai nominis esse potest.*

Vide Orosium lib. VII, cap. IV. in fine.

Ibid. *Tredecim urbes terræ motu ceciderunt.*] Iisdem Consulibus, quibus Germanicus de Chattis triumphavit. Itaque biennii metachronismus committitur.

Ibid. *Tredecim.*] Duodecim Corn. Tacitus. item Plinius: *Maximus terræ memoriæ mortalium extitit motus Tiberii Cæsaris principatu,* XII *urbibus Asiæ una nocte prostratis.* item Solinus XLIII. & L. Seneca Nat. quæst. VI. prologo. Quatuordecim Nicephorus Callistus.

Ibid. *Magnesia.*] Tacitus: *Magnetes à Sipylo.* Nam Græce dicitur Μαγνησία ἡ ὑπὸ Σιπύλῳ, πρὸς διαστολὴν τῆς ἐπὶ Μαιάνδρῳ Μαγνησίας. Strabo de hac, & ejus terræ motu: οὐκ ἄπωθεν δὲ τούτων τῶν πόλεων ἡ Μαγνησία ἐστὶν ἡ ὑπὸ Σιπύλῳ, ἐλευθέρα πόλις ὑπὸ Ῥωμαίων κεκριμένη. καὶ ταύτην δὲ ἐκάκωσαν οἱ γενόμενοι νεωστὶ σεισμοί.

Ibid. *Mosthene.*] Ita BONG. & Græca Eusebii, & Edit. & Nicephorus Callistus. Μοσθηνοὶ Ptolemæo. FRE. *Osthene.* PET. & PR. *Monesthene.* male. Posset & legi *Mosthenæ*; ut Μοσθηνοὶ Ptolemæo: aut Latina forma *Mostheni,* ut Tacito. Altera tamen lectio confirmatur Græcis Eusebii.

Ibid. *Aegæ.*] Multæ sunt hoc nomine. Sed τὰς Αἰολίδας intelligendum. ταῖς Αἰολίσι πόλεσι καὶ τὰς Αἰγὰς προσληπτέον. Strabo. Tacitus, *Philadelphenos, Aegeatas.* Nicephorus Callistus hujus non meminit.

Ibid. *Hierocæsarea.*] Pausanias Ἠλιακῶν α: ἔστι γὰρ Λυδίοις ἐπίκλησις Περσικοῖς ἱερὰ ἔν τε Ἱεροκαισαρείᾳ καλουμένῃ πόλει, καὶ ἐν Ὑπαίποις. Ubi ait in ara sponte accendi ignem admotis cremiis. quod Horatius in oppido Egnatia fieri persuasum vulgo deridet:

Dum flammis sine tura liquescere limine sacro
Persuadere cupit. —

Ibid. *Tmolos.*] Τμῶλος etiam in Græcis: & ita Corn. Tacitus. Sed nuspiam Tmolum urbem legi, præterquam in oratione pro Flacco. *Timolites vicanus.* Ita ut Tmolus non urbs sed vicus, vel κώμη fuerit. Montem Lydiæ, aut, ut Galenus, & Servius, Ciliciæ tantum novi. Hodierna appellatio priscæ vestigia retinet *Tomalitze.*

Ibid. *Temnus.*] Τῆμνος Stephano, & Straboni. In Græcis Eusebii Τίμνος vitiose, ut apud Nicephorum Callistum.

Ibid. *Dia, Hyrcania.*] Farrago Chronici ex Bibliotheca Regis. hęc verba Græca citans non habet Δία. Aut Dia separatim legendum, & ita XIV urbes erunt, non XIII, aut Dia Hyrcania conjunctim. Nam ego Diam urbem nuspiam reperio in illo tractu Asię, quum tamen Nicephorus Callistus Diam seorsim ponat. Sin autem, ego puto male Hyrcaniam à Mosthenis distingui. Mostheni cognomine Hyrcani erant non solum in illo tractu, sed inter illas urbes, quæ terræ motu corruerint. Tacitus: *Quique Mostheni, aut Macedones Hyrcani vocantur.* Stephanus: ἔστι δὲ καὶ Ὑρκάνιον πεδίον τῆς Λυδίας. Omnino Μοσθηνοὶ Ὑρκανοὶ conjungenda erant. Sed hæc in medio discutienda relinquimus. Quartam decimam urbem Cibyram ponit Nicephorus Callistus.

MMXXXV. *Fenestella Historiarum scriptor & carminum.*] Imo annalium, non carminum. Hic aliud agebat Hieronymus. Lilius Gyraldus frustra suspicatur de mendo, quum sit σφάλμα μνημονικὸν, aut πάρεργον Hieronymi.

Ibid. *Septuagenarius moritur.*] Quomodo V anno Tiberii, si extremo Tiberii principatu decessit? Plinius lib. XXXV, cap. XI. Et hic quoque eundem fugit ratio, ut in carminum scriptione.

MMXXXVI. *Tiberius multos reges ad se per blanditias.*] Hieronymus ad verbum ex Eutropio. Eadem verbatim, ut solet, repetit ex Hieronymo Iornandes, & quidem totam pericopen.

Ibid. *in quibus & Archelaum Cappadocem.*] Historiam pete ex II Annali Taciti, & Dione. Contigit hoc eodem

dem anno, quo Germanicus de Chattis triumphavit. Metachronismus triennii.

Ibid. *cujus regno in Provinciam verso.*] Cornelius: *Regnum in Provinciam redactum est.* Sex. Rufus: *Postremo sub imperatore Claudio Cæsare, quum Archelaus ex Cappadocia Romam venisset, ibique diu tentus occubuisset, in provinciæ speciem Cappadocia migravit.* Tiberius Claudius Nero est is, qui successit Augusto, de quo nunc agimus. Patruus autem & successor Caligulæ, Tiberius Claudius Cæsar. Itaque quum simpliciter dicimus Tiberium, non dubium est intelligi successorem Augusti: quum Claudium, successorem Caligulæ. Itaque perperam Sex. Rufus attribuit Claudio, quod proprium erat Tiberii. Ceterum prius Cappadocia dividebatur in majorem & minorem. Postea in primam, & secundam divisa est. Auctor Stephanus.

Ibid. *Mazaca.*] Plinius, & alii per metaplasmum Mazacam. ut τὰ Ἱεροσόλυμα, ἡ Ἱεροσόλυμα.

Ibid. *Cæsaream appellari jussit.*] Stephanus: Μάζακα πόλις Καππαδοκίας ἡ νῦν Καισάρεια. Sed apud eundem vitiose legitur Μάζα in Καισάρεια. Idem Ptolemæus. Plinius: *Et sub monte Argæo Mazacam, quæ nunc Cæsarea nominatur.* Strabo: ἐν δὲ τῇ Κιλικίᾳ καλουμένῃ τὰ Μάζακα ἡ μητρόπολις τοῦ ἔθνους (καλεῖται δ' Εὐσέβεια ἡ αὐτὴ ἐπίκλησιν) ἡ πρὸς τῷ Ἀργαίῳ. Trinominis ergo fuit. Μάζακα, Καισάρεια, Εὐσέβεια. Hieronymus Commentario XVIII in Esaiam; cap. LXVI: *Cappadocas significat, quorum Metropolis Mazaca, quæ postea à Cæsare Augusto Cæsarea nomen accepit.* Nimirum oblitus erat Hieronymus à Tiberio, non ab Augusto transnominatam. Idem reperies Commentario in Ezekiel, cap. XXVII.

MMXXXVII. *Pompei Theatrum incensum.*] Apud Cornel. Tacitum Annali III Tiberius Pompei Theatrum igne fortuito haustum se extructurum pollicetur, D. Haterio Agrippa, C. Sulpitio Galba Coss. numero
„ MMXXXVIII. Seneca consolatione ad Marciam, cap.
„ XXII; de Seiano loquens: *Decernebatur illi statua in*
„ *Pompei theatro ponendo, quod exustum Cæsar reficiebat.*

MMXXXVIII. *Tiberius Drusum consortem regni facit.*] Inde Nummi, DRUSUS CÆSAR TI. AUG. F. DIVI AUG. N. PONTIF. TRIBUN. POTEST. S. C. Item: ΔΡΟΥΣΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΤΙ. ΣΕΒ. ΥΙΟΣ. ΔΗΜ. ΕΞΟΥΣ. Ο. ΥΠΑΤΟΣ. Β.

MMXXXIX. *Drusus Cæsar veneno periit.*] Recte: C. Asinio Pollione, C. Antistio Vetere Coss. Cornel. Tacitus.

MMXL. *Haterius.*] Hieronymi. Decessit exitu anni, Cn. Lentulo Getulico, C. Calvisio Sabino Coss. numero MMXLII. Biennii metachronismus. Vide Corn. Tacit. Annali IV. De hoc Haterio satis M. Seneca.

„ Ibid. *Sevius Plautus.*] Tam nomen, quam histo-
„ ria nobis ignota: neque dolet nobis tanti flagitii me-
„ moriam silentii tenebris obrutam esse. Qui hoc re-
„ ferunt ad Q. Vibium Serenum, apud Tacitum, næ
„ illos multum fugit ratio: qui nesciunt quid corrupti
„ filii nomine intelligendum sit. Sed obruenda silentio
„ tam execranda fœditas.

„ Ibid. *Sevius.*] Ita PETA. non *Sarius*, ut BONG.
„ FRE. In veteribus inscriptionibus: C. SEVIUS LU-
„ PUS. &, C. SEVIUS. C. F. VALERIANUS.

MMXLI. *Philippus Tetrarcha Paneadem.*] פמיס, pro פניס perperam legi in Capite Sanhedrin supra ostendimus. Hanc Νερωνιάδα postea Agrippa junior vocavit. Joseph. 621.

„ Ibid. *in qua plurimas ædes construxerat.*] In Græcis
„ ἀναλίσκας. *Philippus Tetrarcha Paneada instauratam Cæsaream Philippi vocavit.* Videtur legisse ἐνικτίσας. „
quod tamen esset verbum poëticum. In nummo Titi: „
COL. CÆSAREÆ. PANIÆ. „

Ibid. *& Iuliadem.*] Has urbes isti tetrarchæ videntur condidisse non procul initio imperii Tiberiani. Ioseph. β ἁλώσ. cap. XIII: μεταβάσης δὲ εἰς Τιβέριον τῆς Ἰουλίας υἱὸν τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας, &c. Nam Josephus non definivit quoto anno Tiberii illæ Urbes constructæ. Eusebius, ut solet, hoc tempore constructas divinat.

Ibid. *Iuliadem.*] Herodes Betharamphtha prius dictam ἀπὸ τῆς αὐτοκράτορος προσαγορεύει γυναικός. Sed Philippus Bethsaida prius dictam novis ædificiis & mœnibus ampliatam Ἰουλιάδα quoque vocavit, Ἰουλίᾳ τῇ Καίσαρος θυγατρὶ ὁμώνυμον. Si quis compararet cap. III, lib. XVIII ἀρχαιολογ. cum cap. XIII lib. II ἁλώσ. ambigere possit, sub Augusto, an sub Tiberio hæ urbes constructæ sint. Nam III cap. lib. XVIII omnino videtur velle statim post descriptionem Quirini hoc contigisse; & Ἰουλιάδα, quæ Betharamphtha vocabatur, dictam semper ἀπὸ τῆς Ἰουλίας, quæ fuit uxor Augusti, à Livia nempe, quam semper Ἰουλίαν vocat Iosephus etiam vivente Augusto: Bethsaida autem à Iulia filia Augusti. quod tamen miror, quum eam ne nominari quidem libenter Augustus pateretur.

MMXLII. *Pilatus Procurator Iudææ à Tiberio mittitur.*] Recte: nempe XIII anno imperii Tiberiani. Nam Pilatus revocatus ex procuratione, undecimo anno functionis suæ in Italiam appulit circiter tempus obitus Tiberii. Auctor Iosephus. Si XXIII annus Tiberii, qui fuit ultimus imperii ejus, erat undecimus procurationis Pilati, haud dubie tertius decimus Tiberii fuerit primus.

MMXLIII. *Votienus Montanus Narbonensis.*] Martialis: *Docti patria Narbo Votieni.*

Ibid. *orator.*] Nam fuit & Iulius Montanus poëta epicus & elegiacus, familiaris Ovidii, & Tiberii, ut est apud Senecam in Epistolis.

Ibid. *in Balearibus insulis moritur, illuc à Tiberio relegatus.*] Deportatus in exilium, vel, ut Cornelius loquitur, affectus majestatis pœnis, Cosso Cornelio, Asinio Agrippa Coss. numero MMXLI. Metachronismus biennii.

Ibid. *Herodes Tiberiadem condit & Liviadem.*] β ἁλώσ. cap. XIII. ὅ, τε Ἡρώδης καὶ Φίλιππος, ὁ μὲν πρὸς ταῖς Ἰορδάνου πηγαῖς ἐν Πανεάδι πόλιν κτίζει Καισάρειαν, κἀν τῇ κάτω Γαυλανιτικῇ Ἰουλιάδα. Ἡρώδης δ' ἐν μὲν τῇ Γαλιλαίᾳ Τιβεριάδα, ἐν δὲ τῇ Περαίᾳ φερώνυμον Ἰουλίας. Ptolemæus, Ἰουλιάς, Τιβεριάς. Et alibi: Λιβιάς, Καλλιρρόη. Ita pro Λιουίας excusum hodie, & olim scriptum circumferebatur in codicibus sæculo Rufini, qui ita legit. & quidem nunquam Iosephus Λιουίαν, sed Ἰουλίαν, uxorem Augusti vocat: quod sine dubio est mendum librarium, sed tamen, ut dixi, jam ævo Rufini receptum. Sed hæ civitates initio imperii Tiberiani conditæ sunt. Græca quoque habent Ἰουλιάδα. Quare Hieronymi correctio est, qui sciebat matrem Tiberii Liviam vocatam fuisse: ac proinde illam urbem ante obitum Liviæ conditam esse necesse est, hoc est initio imperii Tiberiani, ut diserte docet Josephus. Quod si quis objiciat Liviam post mortem Augusti in Julium nomen adoptatam, Juliam vocatam fuisse, is sciat vivente Augusto in Codicibus Iosephi non aliter, quàm Ἰουλίαν, vocari. Liviadis etiam

etiam meminit Hieronymus de Nominib. Hebr. *Enntibus à Liviade in Eſbum Arabiæ.*

Ibid. *Tiberiadem.*] Judæi רקת prius vocatam fuiſſe dicunt.

MMXLIV. *Iohannes filius Zachariæ.*] Hic eſt quidem xv annus Tiberii, ſed à XIV Kal. Septembris ejuſdem anni. Quod ſi Chriſtus baptizatus eſt VI Januarii ſequentis, menſe quinto XV anni Tiberii, is ſecundum rationes noſtras & ipſius Euſebii, fuerit annorum XXX completorum: non utique quod Euſebius ab eodem capite annos Chriſti ordiatur, quo & nos, ſed quia per annos imperii Tiberiani progrediatur, anno obitus Auguſti ſumpto eo, qui penultimus erat vitæ ejus, & primo Tiberii eo, qui erat ultimus, ſeptem menſibus vitæ Auguſti una cum XVIII diebus in eo expletis. Hæc eſt quoque cauſſa, quæ uno anno Euſebium ab epocha paſſionis Dominicæ abducit, ut mox videbimus.

Ibid. *A ſecundo anno inſtaurationis Templi, quæ facta eſt ſub altero anno Darii regis Perſarum, anni* DXLVIII.] Uno plus dicit. Secundus annus Darii MCCCCXCVII deductus de MMXLIX, relinquit DXLVII, non DXLVIII.

Ibid. *A Salomone autem, & prima ædificatione Templi, anni* MLX.] Memineris XV illorum annorum prochroniſmum, de quo toties monuimus; aliquando eſſe XV, aliquando XIV. Nam XIV annos attribuit ſupra juſtum numerum Regibus Juda: Abiam, Gotholiæ, Joſiæ, Sedekiæ ſingulos: Amoni decem. Colliguntur anni ſuperflui XIV. Quod autem nunc XIV, nunc XV annorum diſcrimen intervenit inter rationes Euſebianas, & Hebraicas, hoc inde eſt, quod regum initia uno anno aliquando promovet, aliquando moratur. Annus Baptiſmi Dominici in periodo Juliana 4742. Annus Templi fundamentorum, 3696. Intervallum XIV anni, minus quam hic. Sed de his XIV & XV annis differentiæ Euſebianæ, non ſemel tam in Notis, quam in Canonibus, diſputatum eſt.

Ibid. *Principium* LXXXI *Iobelæi ſecundum Hebræos.*] Annus baptiſmi Chriſti ſecundum Hebræos, eſt 3978. Quæ ſunt Iobelea LXXXI. ann. IX. Sed hæc ſunt jocularia. Hebræi concipiunt Iobel ſeptem ſeptimanarum, ut præcipit lex Moſis: hoc eſt annorum XLIX. Euſebius, & multi veterum Patrum, L annorum abſolutorum. Ita principium LXXXI Iobel, eſſet annus MMMMI. At Hebræi tot annos non putant à conditu rerum, ad Chriſti baptiſmum, ſed 3978 duntaxat, ut vidimus. Porro Bedæ codex habet LXXXI. PET. LXXX Iobelei. PR. XXVII. FRE. non habet.

Ibid. *ad paſſionem venit anno Tiberii* XVIII.] Cedrenus 161, 46: Φησὶ δὲ Εὐσέβιος, ὅτι τῷ ιε ἔτει βασιλεύει ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς (συνῳδὰ τῷ εὐαγγελίῳ) καὶ ἐν τῷ ιη τὸ σωτήριον ὑπέστη πάθος ἐν ἔτει τοῦ κόσμου ͵Εφλθ. Recte omnia. Hæc enim ita ſcripſit Euſebius. ſed illum fuiſſe annum mundi ͵Εφλθ ſecundum Euſebium, falſum. Eſt enim ille annus à Cedreno notatus ſecundum periodum Julianam Conſtantinopolitanam, in qua primus annus Chriſti à Kalend. Septembris eſt 5509. & præterea ſi paſſio incidit in annum 5539, ut ipſe vult, eſt ſecundum opinionem eorum, qui cenſent Chriſtum triginta annorum natum eodem anno & baptiſatum, & paſſum, duobus Geminis Coſſ. In quibus Auguſtinus lib. XVIII, cap. LIV, de Civit. & Tertullianus, & alii. Sed ſecundum ratiocinationes Euſebii Chriſtus paſſus eſt anno Mundi 4233. Georgius Syncellus: Ἔτη δὲ πάντα ἐξ Ἀδὰμ (μέχρι τῆς ἀναστάσεως) ͵ΕΦΛΓ. κατὰ δὲ Εὐσέβιον ͵ΕΣΛΒ. ὅπερ ἀλλότριον πάντη τῆς ἀποστολικῆς παραδόσεως. Redit deinde ad turbas ſuas, & ſua commovet ſacra, de omiſſione τοῦ δευτέρου Καϊνᾶν, quod ad nauſeam oggerere ſolet. Sed Euſebius hic hallucinatus eſt de anno paſſionis, & quidem pueriliter. Nam ipſemet fatetur Dominum paſſum anno quarto Olympiadis CCII, quod veriſſimum eſt. Atquin annus ille inivit à diebus æſtivis præſentis numeri MMXLVIII. Chriſtus vero paſſus eſt in Niſan. Ergo in Niſan hujus numeri paſſus, tribus menſibus circiter ante initium anni quarti propoſitæ Olympiadis CCII, contra hypotheſin. Eadem hallucinatio in tranſitu Xerxis, quem conjicit in annum quartum Olymp. LXXIV. Paſſus eſt igitur Dominus anno ſequenti Iuliano, ſive numero MMXLIX, menſe decimo anni quarti propoſitæ Olympiadis CCII, tertia Aprilis, feria ſexta, cyclo Solis XIV, aureo numero XV. Cedrenus hæc verba Euſebii repetens, ιθ, non ιη ἔτους tam adverſus ſententiam Euſebii legit, quam ſuam, qui aliter pronunciavit ex Euſebio. Sed oportet omnes codices falſos eſſe biennio. Nam, ut Georgius ait, Euſebius ab Adam, ad paſſionem, putat annos 5232. Ergo paſſus anno Mundi 5233. Deductis 3184, ſupereſt numerus Euſebianus MMXLIX. anno XX Herodis Tetrarchæ: qui profecto verus annus eſt paſſionis. Ideo Epiphanius recte pag. 27: ἐν δὲ τῷ εἰκοστῷ ἔτει τοῦ Ἡρώδου τοῦ Τετράρχου καλουμένου γίνεται τὸ σωτήριον πάθος. Mendoſi proculdubio ſunt omnes codices ſcripti, & editi.

Ibid. *ad paſſionem venit.*] Paſſus numero MMXLIX, ut diximus, non MMXLVIII. At inepti Judæi paſſum ſcribunt anno Computi ſui *3724*, hoc eſt numero Euſebiano MDCCCCLXXX, qui profecto eſt annus primus Herodis, nimirum à captis Ieroſolymis, annis LXIX ante hanc epocham. deq; ea re vetuſtiſſimum rhythmum proferunt: בִּשְׁנַת נ׳ אֲלָפִים תשׁכּר הַנָּצְרִי נִלְכַּר וּבִשְׁנַת תקלב בְּעֵץ נִצְלַב׃

Hic argutia eſt in rhythmo, & in ſenſu, quem nulla alia lingua reddere poteſt. *In anno* MMMDCCXXIV *Nazarenus captus eſt: & in anno* DXXXII *in ligno crucifixus eſt.* Nota eſt periodus magna annorum DXXXII, in qua duo cycli, Solaris & Lunaris, redeunt in orbem. At in anno Iudaico MMMDCCXXIV, ſeptem periodi magnæ confectæ erant. Ita Chriſtus ſecundum eorum nugas paſſus fuerit ſeptima periodo confecta. Septies enim 532 colligunt 3724 annos corrupti Iudaici. Anilitates ſycophantiarum Iudaicarum. ſed rhythmus eſt elegantiſſ.

Ibid. *Phlegon.*] Phlegontis Chronicorum Lemma apud Photium: Φλέγοντος Τραλλιανοῦ ἀπελευθέρου τοῦ αὐτοκράτορος Ἀδριανοῦ Ὀλυμπιονικῶν καὶ χρονικῶν συναγωγή. Utinam extarent. Quidam ſcripſerunt Hadrianum ipſum hujus operis auctorem Phlegonti præcepiſſe, uti ſuo nomine ederet. Ipſe ſcribit ſe vidiſſe Androgynon ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Λουκίου Λαμίᾳ, Αἰλιανοῦ, καὶ Οὐέτερος. anno Chriſti CXVI. Sed mendum eſt in Conſulibus. Legendum: Λουκίου Λαμίᾳ Αἰλιανοῦ, καὶ Οὐέτερος. Congruit anno Chriſti CXVII. Scripſit XVI libros Olympiadum, ex quibus quinque tantum ſe legiſſe refert Photius, quorum finis Olympias CLXXVII. Continebantur illis Chronicis geſta CCXXIX Olympiadum, quarum ultima deſinit in quarto anno Antonini Pii. In illis omnia, quæ in toto orbe acciderunt memorabilia retulit, ut ne de Chriſti quidem miraculis tacuerit. De illo, ut alibi diximus, intelligebat Hieronymus, quum hæc ſcriberet Commentario in Habacuc, cap. tertio. *Legimus in his, qui de mirabilibus confecerunt volumina, & qui Olympiadas Græciæ ad noſtram uſque memoriam perduxere, exponentes quid in ſingulis annis novi acciderit in mundo.* Nam Phlegontem περὶ θαυμασίων quoque ſcripſiſſe teſtis eſt Suidas: & quædam ejus operis hodie fragmenta extant.

Aa

tant. Sed ad memoriam Hieronymi continuatum ipsum opus fuisse à quibusdam verisimile est, quemadmodum ipse Hieronymus Chronicon Eusebii continuavit, Hieronymum Prosper, Prosperum Victor Tunnunensis. Origenes secundo in Celsum: *Φλέγων μέντοι ἐν τρισκαιδεκάτῳ, ἢ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ, οἶμαι, τῶν χρονικῶν καὶ περὶ τινων μελλόντων πρόγνωσιν ἔδωκε τῷ Χριστῷ, συγχυθεὶς ἐν τοῖς περὶ Πέτρου, ὡς περὶ τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἐμαρτύρησεν, ὅτι κατὰ τὰ εἰρημένα ὑπ' αὐτοῦ τὰ λεγόμενα ἀπήντησε.*

Ibidem. *in tertiodecimo libro ita dicens.*] Origenes in Matthæum, tractatu XXXV: *Et Phlegon quidam in Chronicis suis scripsit, in principatu Tiberii Cæsaris factum: sed non significavit in luna plena hoc factum.* hoc Phlegontis testimonium habebat in animo Tertullianus: *Eodem momento dies, medium orbem signante Sole, subducta est. Deliquium utique putaverunt, qui id quoque super Christo prædicatum non scierunt. Et tamen eum mundi casum relatum in archivis vestris habetis.* Archiva vocat annales, & Chronica. Quod enim ait eclipsim veram quosdam putasse, sine dubio intelligit & Phlegontem, & Thallum Chronographum. Africanus: *τοῦτο τὸ σκότος ἔκλειψιν ἡλίου Θάλλος ἀποκαλεῖ ἐν τρίτῃ τῶν ἱστοριῶν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἀλόγως.* Nam Eclipsin quoque veram Phlegon putavit. Inde Tertullianus *putaverunt* quum dicit, non unum Phlegontem, sed & Thallum simul comprehendit.

Ibid. *Argumentum autem ejus rei.*] Sane verum est; ex Euangelio secundum Iohannem, in quo tempora certius designantur, quam in tribus Euangelistis antecedentibus, à baptismo Christi, ad ejus resurrectionem, quatuor tantum Paschata diserte expressa esse; quæ faciunt tres annos absolutos. Nam in tribus intervallis quatuor termini opus sunt. Termini sunt Paschata: intervallum, triennium. Sed à XV anno Tiberii, ad crucifixionem, sunt anni IV. XV annus Tiberii incipit ex a. d. XIV. Kal. Septemb. numeri Eusebiani MMXLIV, Appio Iunio Syllano, P. Silio Nerva Coss. Annus vero XIX Tiberianus, in quo *ἡ σταύρωσις* contigit, ex a. d. XIV. Septemb. numeri Eusebiani MMXLVIII, Furio Camillo, Cn. Domitio Aenobarbo Coss. Habes hic solidum quadriennium. Crucifixus est autem Dominus numero sequenti MMXLIX, Servio Sulpitio Galba, L. Corn. Sulla Coss. Quare in quatuor annis solidis quinque sunt Paschata. Nam quatuor intervalla habent quinque terminos. Quod si tres tantum anni interfuerunt à baptismo, ad resurrectionem, ut Eusebius opinatur, ergo Christus non fuit baptisatus anno XV Tiberii, sed XVI, adversus auctoritatem Euangelistæ. Nam de die crucifixionis non sinunt dubitare duo characteres cælestes, cyclus Solis XIV, & aureus numerus XV. ut enim XIV dies Nisan incideret in feriam sextam, hoc aliquot annis retro, & post, non potuit fieri, nisi cyclo Solis XIV, Lunæ XV. Hæc autem convenerunt numero MMXLV. Ergo eo numero crucifixus. Hæc quum ita sint, omnino quinque Paschata fuerunt à baptismo, ad resurrectionem. Sed (objicietur) quatuor tantum Paschatum vestigia extant in Euangelio secundum Iohannem. Hoc verum est. Unde eruemus illud, quod deest numero? Nos conati sumus aliquid. Qui verisimiliora, quam nos, attulerit, is vicerit. Nam profecto hic locus est, ubi desudare possint præstantia ingenia. Sunt quidam harum rerum imperiti, qui putant nos delirare de quinque Paschatibus. Sed arquatis omnia lutea videntur.

Ibid. *Iosephus autem vernaculus scriptor.*] *τὸ Vernaculus* non est ex Græco, sed ex Tertulliano. *& qui istos aut probat, aut revincit, Iudæus Iosipus antiquitatum Iudaicarum vernaculus vindex.* Totidem Hieronymi verbis Paula & Eustochium ad Marcellum. *Denique etiam Iosephum, qui vernaculus est scriptor Iudæorum, asserere, illo tempore, quo crucifixus est Dominus, ex adytis Templi virtutum cælestium erupisse voces dicentium:* TRANSMIGREMUS EX HIS SEDIBUS. Quæ omnia ex hoc loco Eusebii, sive Hieronymi, desumpta esse nemo inficiari potest. Item ipse Hieronymus ad Hedybiam, Quæstione octava: *Velum quoque Templi scissum est in duas partes, ut compleretur illud, quod refert Iosephus, præsides Templi dixisse virtutes,* TRANSEAMUS EX HIS SEDIBUS. Idem Commentario XVIII in Esaiam, cap. LXVI: *Quando præsides Templi consona Angeli voce dixerunt:* TRANSEAMUS EX HIS SEDIBUS. Hic loquitur de excidio Templi: in altero exemplo de Passione Domini. Quis non miretur *ἀντιλογίαν*? Rursus eadem verba repetuntur Commentario in XXVIII Matthæi. Locus vero Iosephi, quem designat, est capite XXXI libri VI, ubi differit de prodigiis, quæ urbis excidium antecesserunt: *κατὰ δὲ τὴν ἑορτὴν, ἣ πεντηκοστὴ καλεῖται, νύκτωρ οἱ ἱερεῖς παρελθόντες εἰς τὸ ἔνδον ἱερὸν, ὥσπερ αὐτοῖς ἔθος ἦν, πρὸς τὰς λειτουργίας, πρῶτον μὲν κινήσεως ἀντιλαβέσθαι ἔφασαν, καὶ κτύπου, μετὰ δὲ ταῦτα καὶ φωνῆς ἀθρόας,* ΜΕΤΑΒΑΙΝΩΜΕΝ ΕΝΤΕΥΘΕΝ. quæ verba Cornelius Tacitus, historia quinta, non meliori fide, quam alia Iudaica, retulit: *Expassæ repente delubri fores, & audita major humana vox,* EXCEDERE DEOS: *simul ingens motus excedentium.* Iosephus addidit characterem gesto: nempe quo anno id accidit, XIV Nisan incidisse in VIII Xantici, sive Aprilis. quod eo tempore non potuit, nisi anno Iudaico *3825*, Christi LXV. Neomenia Nisan XXVI Martii, feria III. proinde XIV Nisan fuit VIII Aprilis. Pentecoste XXIX Maji, feria quarta. Itaque hæc jocularis hallucinatio peccat prochronismo annorum XXXII. Et, ne quis putet luxatam esse suo loco hanc pericopen, quæ non ad tempus Passionis Dominicæ, sed excidii Iorosolymorum spectat, idem ab eodem repetitur libro octavo *ἀποδείξ.* 250. ubi, ut ostendat Christum ea nocte, qua *σύμβολα τῶν μυστηρίων* Discipulis suis tradidit, omnia legis Mosaïcæ sacra tunc finem cæpisse, utitur hoc exemplo: tanquam per illa verba, *μεταβαίνωμεν ἐντεῦθεν*, significetur renunciari legi Mosaïcæ, quam Christus irritam fecerit, tradens *σύμβολα τῶν μυστηρίων* discipulis suis. Sed vide desultoriam sententiam. pagina sequenti 251, oblitus omnium, quæ dixerat, & sui præsertim, *ταῦτα δὲ*, inquit, *ἱστορεῖ μετὰ τὸ πάθος σωτῆρος ἡμῶν γεγονέναι.* Sed quid ad passionem, quæ post passionem: quid ad Pascha, quæ in solenni Pentecostes: quid ad meridiem, quæ nocturno tempore contigerunt? Pagina 250, est *κατὰ τὸ πάθος*, pag. 251, *μετὰ τὸ πάθος*. Quæ hæc est licentia, Passionis gesta cum excidio Ierosolymitano permiscere, & ad ea se conferre, quæ post XXXII annos gesta sunt? Paulo ante ostendimus Hieronymo eandem hallucinationem offusam fuisse, qui epistola ad Hedybiam hoc refert in tempus Passionis, Commentario autem in Esaiam ad excidium Templi. Conditor Annalium Ecclesiasticorum ausus est postulare Josephum delirii, ut Sophoclem filii sui apud Areopagitas, quod hæc ad tempora belli Iudaici conjecerit, quum Eusebius, inquit, ad tempus Passionis Dominicæ retulerit: quasi Josephus ab Eusebio res Iudaicas didicerit. Porro ego non capio verba nugatoris illius, quisquis fuit, apud Suidam in *Κλαύδιος*. *Ἐπὶ αὐτοῦ*

στασια-

ςασιασάντων τ Ιουδαίων καὶ Χριστιανῶν, ἄρχοντα ἐπέστησεν αὐτοῖς Κλαύδιον Φοίλικα, κελεύσας αὐτῷ τιμωρεῖσθαι τούτους. τῇ δ' εἰς τὰ ἱερὰ ἀθροιζομένων, φωνὴ ἠκούσθη ἐκ τ ἀδύτων λέγουσα, ΜΕΘΙΣΤΩΜΕΘΑ τ ἐντεῦθεν. καὶ τοῦτο γέγονε τέλος, ἐξ οὗ πανωλεθρία διεφθάρησαν. Nam quid Christianis cum Iudæis? præterea quænam sunt illa ἱερὰ, ad quæ ipsos ἀθροίζεσθαι memorat? Postremo quis hoc intelligit, τὸ τέλος, ἐξ οὗ διεφθάρησαν.

Ibid. *Scribit autem supradictus vir.*] Hæc est gemina & germana illius superioris hallucinatio. Nam Pilatus simulac in Judæam venit, hoc fecit numero MMXLIV. Josephus β ἁλώσ. cap. XIV: πεμφθεὶς δὲ εἰς Ιουδαίαν ἐπίτροπος ὑπὸ Τιβερίου Πιλᾶτος νύκτωρ κεκαλυμμένας εἰς Ιεροσόλυμα παρεισκομίζει τὰς εἰκόνας. Statim ergo, ut in Iudæam venit, hoc fecit: tantum abest, ut Passionis tempore. Metachronismus triennii, aut potius quadriennii, si verum annum passionis spectes. Porro hæ omnes ingentes periochæ de passione Christi ex priore libro in hunc Canonem traductæ sunt ab Hieronymo, quemadmodum & aliæ. Nam τὸ χωρίον ἱστορικὸν non admodum capax ab Eusebio relictum ab Hieronymo amplificatum est. Possumus multas περιοχὰς colligere, quæ ab Hieronymo, non ab Eusebio, huc conjectæ sunt. Nam Canon hic, ut alibi diximus, prioris libri index erat duntaxat, non justa Chronographia. Numero MCCXLI tres periochæ pertinebant ad priorem librum. In prima legimus: *Nostra quoque supputatio iisdem temporibus eam exhibuit.* In Græcis: καὶ ὁ ἡμέτερος δὲ κανών. *Noster autem Canon.* Non ergo in Canone hæc posita sunt ab Eusebio, neque profecto ad Canonem pertinent. Quid? Eusebius in ipso Canone Canonem citasset? Mirum vero Hieronymum non advertisse hunc librum Canonem ab auctore vocatum fuisse, ut κανόνα *supputationem* verterit. & in procemio κανόνα χρονικὸν vertit *curiosum ordinem.* Sed etsi concedamus titulum τ κανόνος à codice Hieronymi abfuisse, tamen ex aliis locis Hieronymus potuit discere Canonem illum librum nuncupatum fuisse. Quod igitur multa sint in Spatio historico hujus Canonis, quæ Hieronymus, non Eusebius, eo contulit, accurato Lectori constare poterit: quæ ideo nunc omisimus, ne videamur λύχνον ἅπτειν ἐν μεσημβρίᾳ.

Ibidem. *imagines Cæsaris.*] Iosephus εἰκόνας, Philo ἀσπίδας ἀγράφους, *sine pictura.* ex quo adstruit, si Judæi Clipeos sine pictura non patiuntur, quanto minus imagines & statuas? Sed non dubium, Philonem, ut in multis aliis, ita hic falli. Nam Clipei illi, qui signis gradatim adjuncti erant, habebant προτομὰς Cæsarum, aut aliorum. Contra, ἀσπίδες ἄγραφοι à gentium Regibus infinitæ dicatæ extabant in templo Ierosolymitano. item coronæ, arbores aureæ, & similia. Imo & Judæi ipsi mittebant exteris regibus ἀσπίδας ἀγράφους. 1 Maccab. XV, 18, 20, XIV, 24. XIII, 37. Ubi sine dubio βαὶν est ἀσπὶς, Clipeus: quod à multis sæculis corruptum est, quum legendum sit μαγίν. Nam quis nescit quam frequens commutatio sit μ, & β in vetustissimis libris? Hoc nemo paulo doctior ignorat. Hesychius sane ita legisse videtur. μαγὶν, ἀσπίδα. Sine dubio legendum, καὶ τ μαγὶν, ἣν ἀπεστάλκε. non, ut vulgo, τὴν βαὶν, ἣν ἀπεστάλκε. מגן μαγὶν, est ἀσπὶς, ut sciunt Hebraice mediocriter docti. Certe Judæi ad Reges ἀσπίδα, & aliquando στέφανον, sed tamen semper ἀσπίδα, mittebant; ut de hac re amplius dubitandum non sit. Nam quemadmodum veteres Γ literam duabus vocalibus interponunt, γύης, γύγης: Αρμαῖς, Αρμαγις, ita eandem intra duas vocales positam exterunt, Μάγιν, Μαῖν. unde propter affinitatem τ β cum μ, quæ tanta est in vetustissimis codicibus, ut internosci non possit, pro Μαῖν, factum est Βαῖν. Apud Josephum 429, Ethnarches Iudæorum Hyrcanus Senatui Ro. mittit φιάλην καὶ ἀσπίδα. Quæ præter hæc in excusis leguntur, ea à male feriatis ingeniis assuta omisimus.

MMXLVIII. *Cassius Severus orator.*] Hieronymi. De hoc multa M. Seneca in Controversiis. De ejus autem exilio Corn. Tacitus Annali quarto. Primum relegatus Creta, quum exilio non mutasset animum, deportatus est in saxum Seriphium, Cornelio Cethego, Visellio Varrone Coss. numero MMXL. Si igitur iste annus fuit & vitæ ejus ultimus, & exilii XXV, ergo eodem fere tempore missus in exilium sub Augusto, quo & Ovidius: in saxo autem Seriphio octo fere annos fecerit.

Ibid. *Cassius Severus.*] Doctissimus, & diligentissimus vir Lilius Gyraldus dubitat, an iste Severus sit is, ad quem Ovidius scribit. Sed inter utrunq; tantum discrimen est, quantum inter Cassiam gentem, & Corneliam. Nam is, ad quem Ovidius scribit, erat Cornelius Severus Poëta: iste est Cassius Severus orator. Ille vivebat jam mortuo Augusto: iste quinquennio ante obitum Augusti missus est in exilium eodem fere tempore, quo Ovidius, quemadmodum proxime ostendimus. Porro Corn. Severus apud Quintilianum dicitur bellum Siculum scripsisse. Videndum, an potius legendum sit civile, ex quo depromptum sit carmen in mortem Ciceronis. Scripserit ergo bellum civile Cæsaris & Pompeii, usque ad triumviratum.

Ibid. *orator egregius.*] Quintilianus: *Multa, si cum judicio legatur, dabit imitatione digna Cassius Severus: qui si cæteris virtutibus colorem & gravitatem orationis adjecisset, ponendus inter præcipuos foret,* &c.

Ibid. *qui Quintianum illud proverbium luserat.*] Non minus mihi, quam Dn. Arnaldo Episcopo, de sententia hujus loci desperatum est, idque propter vitium lectionis. Hieronymus enim scripserat: *Qui Quintianum in ludo luserat prourbium.* Prourbium est προάστειον ad verbum, ut promurium, procestrium. Quintianum igitur prourbium, sive suburbium, prætorium, aut villa Cassii Severi intelligitur, Quintiana quidem à Quintianis pratis, ubi sita erat, ut merito προάστειον fuerit: quemadmodum Cicero Argiletanum ædificium vocat, quod in Argileto Romæ constructum erat. Cassium hominem perditissimi nepotatus, & profligatissimi luxus in ludo aleæ Quintianum suum lusisse designatur: quod non mirabitur, qui eum à Tacito hominem maleficæ vitæ vocari sciverit, adeo ut propter eos mores à Tiberio relegatus fuerit: Alioquin in vulgata lectione, & scriptorum codicum, quid est *ludere proverbium?* Quis unquam ita locutus est? Deinde quid est τὸ *illud?* Si κατ' ἔμφασιν dictum, tamen quis illud proverbium divinaverit? Haud dubie hæc Hieronymus ex Suetonio, & fortasse fuerint à poëta quodam,

— Et Severus Cassius,
Qui Quintinianum luserat prourbium.

Ita editi, & POST, Sed PR. Quintilianum. Quid hoc ænigmatis sit, quæratur. Nam hæc historia mihi prorsus ignota.

MMXLIX. *Pilatus.*] Historia extat β ἁλώσ. cap. XIV. Si

Si superiora de imaginibus Cæsareis μετ' ἐλέγχου (?) peccant, quanto magis hæc, quæ illis posteriora?

MML. *Seianus præfectus Tiberii.*] Seianus oppressus est Tiberio Cæsare v Coss. anno ante Consulatum Arruntii Scriboniani, & Domitii Ahenobarbi, ut extat in egregio lapide Interamnate in Italia: quod tempus congruit numero MMXLVII. Quomodo Seianus potuit Tiberium ad deletionem gentis Iudaicæ hortari, qui triennio ante extinctus erat? Sed divinat Eu-,, sebius, ut solet. Nam tempus quod Philo non de-,, signavit, quomodo Eusebio exploratum esse po-,, tuit?

Ibid. *Philo meminit.*] Pag. 698. καὶ ἐπὶ Τιβερίου μέντοι τὸν αὐτὸν τρόπον, καίτοι τῶν ἐν Ἰταλίᾳ παρακινηθέντων, ἡνίκα Σηϊανὸς ἐσκευώρει τὴν ἐπίθεσιν. ἔγνω γὰρ εὐθέως μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν, ὅτι τὰ κατηγορηθέντα τῶν ᾠκηκότων τὴν Ῥώμην Ἰουδαίων ψευδεῖς ἦσαν διαβολαὶ, πλάσματα Σηϊανοῦ τὸ ἔθνος ἀναρπάσαι θέλοντος, ὅπερ ἢ μόνον, ἢ μάλιστα ᾔδει βουλαῖς καὶ πράξεσιν ἀνθιστάμενον ὑπὲρ τοῦ παρασπονδηθῆναι κινδυνεύσαντος αὐτοκράτορος.

Ibidem. *in libro legationis secundo.*] Quinque libros legationis eum scripsisse auctor Eusebius ipse libro secundo Histor. Eccles. Duo tantum hodie supersunt. Quæ post hanc pericopen in excusis extant de Iacobo fratre Iohannis gladio percusso jussu Herodis, de Petro Apostolo in carcerem conjecto, & paulo ante de Stephano lapidato, sciat candidus lector ea recenter ab otiosis hominibus infulta, & in nullis scriptis codicibus extare: partem autem eorum ex Mariano Scoto huc furcillis intrusam fuisse.

Ibid. *Persius Flaccus Satiricus.*] Nascitur L. Vitellio Nepote, P. Fabio Persico Coss. hoc ipso numero. Sunt Hieronymi ex Suetonio.

MMLI. *Agrippa filius Herodis.*] Anile delirium. Nam Herodes iste, quem intelligit Eusebius, erat filius Herodis Magni cognomine Antipas, patruus Agrippæ, non autem pater. Nullius scriptoris sive Christiani, sive pagani tot deliria, tot absurditates extant, quot Eusebii nostri. Libro priore clarius explicat somnium suum: Ἀγρίππας Ἡρώδου παῖς ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος φρουρηθεὶς διὰ τὰς κατὰ τοῦ ἰδίου πατρὸς κατηγορίας. Ecce patrem ab Agrippa accusatum dicit, qui erat patruus. Hinc Chronicon Casaubonianum, quod multis frustis istius Chronici tessellatum est, hæc mutuatum est: Ἀγρίππας υἱὸς Ἡρώδου τοῦ βασιλέως κατήγορος Ἡρώδου τοῦ τετράρχου ἀφικόμενος ἐν Ῥώμῃ δεσμεῖται ὑπὸ Τιβερίου.

MMLII. *Tiberius in Campania moritur.*] Cn. Acerronio Proculo, C. Pontio Nigrino Coss. numero MMLIII. Prochronismus unius anni est semper in annis Tiberii, quia annum, quo obiit Augustus, sumpsit pro primo Tiberiano solido: hoc est: CXXXIV dies, qui de eo anno supererant, pro integro anno. Quod autem in excusis additur, *in Lucullana villa*, id infultum est ex Suetonio.

MMLIII. *C. Cæsar cognomento Caligula Agrippam vinculis liberatum regem Iudææ facit.*] Recte quidem hic ponitur initium Agrippæ: sed non ideo terminanda erat hic Tetrarchia Herodis, tanquam Herodi Agrippa successerit. Nam plusquam anno, aut fere biennio, Herodes Tetrarchia sua potitus est, postquam Agrippa à Cajo rex declaratus fuit. Sed quia quandam successionem horum Herodiadarum commentus est, quemadmodum Herodis Tetrarchiam incepit à morte Archelai, cui tamen Herodes non successit, ita hic abrumpit continuationem Tetrarchiæ Herodis, Agrippa alius Tetrarchiæ rege declarato.

Ibid. *regem Iudææ facit.*] Negamus. Fecit enim regem Tetrarchiæ Philippi, hoc est Trachonitidis, & Gaulanitidis; non autem Iudææ, quæ jam ab obitu Archelai facta erat Provincia Romana. Nam proxime Philippus patruus decesserat. Hoc Agrippæ plus tributum, quam Philippo, ut ejus regionis non Tetrarcha, ut Philippus, sed rex diceretur. Profectus in Palæstinam, ut in possessionem Tetrarchiæ mitteretur, anno secundo Romam venit patruum Herodem apud Cajum accusaturus, quem Cajus Tetrarchia sua spoliatum Lugduno primum, postea Hispania relegavit, ejusque Tetrarchiam regno Agrippæ adjecit.

Ibid. *Cajus semetipsum in Deos refert.*] ἀποθεοῖ. quod sine dubio est, in Deos referre, ut recte vertit Hieronymus. Sed male Eusebius: melius Philo, qui ἐκθέωσιν Γαΐου dicit, non ἀποθέωσιν, quæ de mortuis tantum, & in Deos relatis dicitur.

Ibidem. *consentiente Alexandriæ populo.*] Ἀλεξανδρέων δῆμος συνεπιθέμενος. *Alexandrinorum populus, impetu una facto.* Nam Hieronymus putat συνεπιθέμενος esse συνθέμενος. Libere autem hæc convertit, neglecto Eusebianorum verborum ordine. Eusebius enim intelligit Alexandrinum populum una cum Flacco vires & animos conjunxisse, ut Iudæos perderent.

MMLV. *Cajus Memmii Reguli uxorem.*] Hæc totidem verbis Iornandes. Gestum vero hoc M. Aquilio Iuliano, P. Nonio Asprenate Coss. numero MMLV, hoc ipso anno, quem secundum imperii Caligulæ vocat Frontinus libro de Aquæd. pr.

Ibid. *impellens eum, ut uxoris patrem esse se scriberet.*] λέγειν ἠνάγκαζεν in Græcis Eusebii, non γράφειν. Quemadmodum Augustus uxorem Liviam à priore viro Nerone abducens, eam tamquam à patre traditam accepit, ita etiam Caligula Lolliam Paulinam à Memmio accipiens, coëgit eum sese illius patrem profiteri, & dotem dicere. De Nerone Liviam Octaviano tradente Dio: ἐξέδωκε δὲ αὐτὴν αὐτὸς ὁ ἀνὴρ, ὥσπερ τις πατήρ. De Memmio idem: διαλιπὼν οὖν ὀλίγας ἡμέρας ἔγημε Λολλίαν Παυλῖναν, αὐτὸν τὸν ἄνδρα αὐτῆς Μέμμιον Ῥήγουλον ἐγγυῆσαί οἱ τὴν γυναῖκα ἀναγκάσας, μὴ καὶ ἀνέγγυον αὐτὴν παρὰ τοὺς νόμους λάβῃ. Non poterat eam ducere nisi desponsatam: desponsare autem patris est. Maritum igitur patrem sese dicere coëgit. Sed Hieronymus *scribere*, non *dicere*, vertit. quare, nescio. Nam maritus ipse præsens eam perduxit ad Caligulam. auctor Suetonius. Non igitur opus erat scripto, sed dicto; & dotem non scribere, sed dicere.

Ibid. *Scribunt Romanorum historici,*] οἱ τὰ Ῥωμαίων συγγραψάμενοι. Sed in primo histor. Eccles. ἱστοροῦσιν Ἑλλήνων οἱ τὰς Ὀλυμπιάδας ἅμα τοῖς κατὰ τοὺς χρόνους πεπραγμένοις ἀναγράψαντες. pag. 14. Ubi sine dubio intelligit Phlegontem Trallianum Hadriani Aug. libertum. Quæ Eusebii verba fere tota convertit Hieronymus, cap. III Habacuc: *legimus in his, qui de mirabilibus confecerunt volumina, & qui Olympiadas Græciæ ad nostram usque memoriam produxerunt, exponentes quid in singulis annis novi acciderit in mundo.* Vide numerum MMXLVII, ubi de Phlegonte agitur, & eadem verba Hieronymi à nobis producuntur.

Ibid. *statuam suam sub nomine Iovis Optimi Maximi.*] In Græcis Διὸς Ἐπιφανοῦς, *Iovis Illustris.*

Ibid. *Cajus Petronio præfecto Syriæ.*] Nondum erat præfectus Syriæ. Sed Caligula videns statuas suas à Iudæis

Iudæis non admitti, Petronium successorem Vitellio mittit, cui in mandatis dat, ut statuam suam in Templo Ierosolymitano collocaret. Iosephus lib. XVIII, cap. XI.

MMLVI. *Cajus à protectoribus suis occiditur.*] In Græcis: ὑπὸ τῶν ἐν στρατείαις ἐπισήμων. Chronicon Casaub. ὑπὸ τῶν ἰδίων σωματοφυλάκων τῶν Κουβικουλαρίων. Eadem verba Hieronymi repetit more suo Cassiodorus, item Iornandes.

Ibidem. *occiditur.*] Caligula ipso IV, Cn. Sentio Saturnino Coss. numero MMLVII. Unius anni prochronismus.

MMLVII. *Claudius.*] Caligula occiditur IX Kalend. Februarii. Itaque hinc consurgit imperium Claudii, ut hic recte notatur, Caligula IV Consule extincto, & ejus collega Cn. Sentio in magistratu permanente.

Ibid. *Claudius ann.* XIII, *mens.* VII, *dies* XXVIII.] Imo menses octo, dies viginti. Tot enim sunt menses & dies à XXIV Januarii, ad XIII Octobris. Optime Iosephus β ἁλώσ. cap. XXII: αὐτός τε διοικήσας τὴν ἡγεμονίαν ἔτεσι τρισὶ καὶ δέκα, πρὸς δὲ μησὶν ὀκτὼ, καὶ εἴκοσι ἡμέραις, τελευτᾷ.

Ibid. *Iste est Claudius patruus Drusi, qui apud Moguntiacum monimentum habet.*] Aut est παρόραμα Hieronymi, qui ex Eutropio exscribens quædam omiserit, aut μνημονικὸν σφάλμα. Utrum utrum fuerit, error est animadvertendus. Verba Eutropii: *Post hunc Claudius fuit, patruus Caligulæ, Drusi, qui apud Moguntiacum monimentum habet, cujus & Caligula nepos erat, filius.* Itaque vides magnum in historia erratum esse, si patruus Drusi vocetur, qui erat filius. Marianus Scotus eadem verba Hieronymi retulit, & mendum in historia „ non advertit, quanvis fuit doctus monachus. Quare „ ex eo colligitur ita Hieronymum scripsisse.

Ibid. *qui apud Moguntiacum monimentum habet.*] Nimirum honorarium, ut scribit Suetonius. Dio: τιμὰς καὶ εἰκόνων καὶ ἀψῖδος, κενοταφίου τε πρὸς αὐτῷ τῷ Ῥήνῳ λαβών.

MMLVIII. *Petrus Apostolus.*] Ita, ut in omnibus scriptis codicibus legitur, excudi curavimus, circuncisis cæteris, quæ in editionibus assuta erant, quæ satis à Græcis Eusebianis falsi convincuntur. ut taceam quod totidem verbis à Cassiodoro, & Mariano Scoto referuntur eo modo, quo à nobis edita sunt.

Ibid. *Romam proficiscitur.*] In omnibus scriptis, & in Mariano, *mittitur*. In Græco ἄπεισι. Ego non dubito Eusebium scripsisse στέλλεται, cujus interpretationem posuit Georgius, ἄπεισι. Ἀπιέναι & στέλλεσθαι, est abire.

Ibid. XXV *annis ejusdem Vrbis Episcopus perseverat.*] Adjecta sunt ab Hieronymo; & ab eodem repetuntur in Catalogo Scriptorum Ecclesiast. Græca enim non habent. Ab assumptione Domini, ad id tempus, quo Petrus conjectus fuit in vincula ab Herode Agrippa Aristobuli filio, Herodis Magni nepote, Petrus semper fuit in Palæstina, aut in Syria. Herodes Agrippa obiit quarto anno Claudii, numero MMLX. Quomodo igitur anno secundo Claudii profectus est Romam? quomodo viginti quinque annos Romæ perseveravit? Marcellinus Comes scribit Indictione III, Philoxeno & Probo Coss. hoc est, anno Christi DXXV, Johannem Episcopum Romæ Constantinopolim venisse anno CCCCLXXXV sessionis Petri. Ergo Petrus venit Romam anno Christi XL, numero MMLVI, biennio „ ante tempus ab Eusebio assignatum. Adde quod „ post hæc tempora Petrus scribebat Babylone ad „ διασπορὰν Ponti, & Mediæ. ut omnino de illis „ XXV annis mentio interjecta futilis, & vana sit.

MMLX. *Iudæorum Agrippa.*] Recte quidem collocatus est hic obitus Agrippæ majoris quarto anno Claudii Cæsaris, quo contigit Petrum in vincula conjici Ierosolymis. Sed non hinc consurgit initium regni Agrippæ minoris. Non enim statim ab obitu patris regnum illi traditum, sed nomine Cæsaris tandiu administratum, quoad rex tutelæ suæ fieret. Josephus fine lib. XIX: πυθόμενος γε μὴν Καῖσαρ, ὅτι τέθνηκε μὲν Ἀγρίππας &c. post: πέμπειν μὲν οὖν εὐθέως ὥρμητο τὸν νεώτερον Ἀγρίππαν τὴν βασιλείαν διαδεξόμενον. &c. ἀλλὰ τῶν ἐξελευθέρων καὶ φίλων οἱ πολὺ δυνάμενοι παρ' αὐτῷ ἀπέτρεψαν, σφαλερὸν εἶναι λέγοντες κομιδῇ νέῳ μηδὲ τοὺς παιδὸς ἐκβεβηκότι χρόνους ἐπιτρέπειν βασιλείας τηλικοῦτον μέγεθος. &c. ἔδοξεν οὖν αὐτοὺς εἰκότα λέγειν ὁ Καῖσαρ. Ἔπαρχον οὖν τῆς Ἰουδαίας καὶ τῆς ἁπάσης βασιλείας ἀπέστειλε Κούσπιον Φάδον. Item β ἁλώσ. cap. XIX: τοῦ παντάπασιν ὄντος νηπίου πάλιν τὰς βασιλείας Κλαύδιος ἐπαρχίαν ποιήσας ἐπιτρόπους ἔπεμπε Κούσπιον. Corn. Tacitus Annali XII scribit C. Verannio, Q. Pompejo „ Coss. hoc est numero MMLXV Ituræos & Judæos, „ defunctis Regibus Sohemo, atque Agrippa, pro- „ vinciæ Syriæ additos. quod ad hanc historiam allu- „ dit. Sed intelligendum Ituræos quidem Syriæ per- „ petuo additos fuisse, Judæos autem quoad Agrippa „ junior ad tutelam suam perveniret. Sed quinquen- „ nio post obitum Agrippæ senioris hoc contigisse, „ quis credat, nisi qui in ratione temporum, & histo- „ ria externa Corn. Tacitum non semel, neque levi- „ ter peccasse meminerit? Eodem pertinet, quod „ idem scriptor memorat historia V: Claudium defun- „ ctis regibus, aut ad modicum redactis Judæam pro- „ vinciam equitib. Rom. aut libertis permisisse. Non „ statim igitur missus est in possessionem: sed duæ Tetrarchiæ, (Philippi, & Herodis, quas regni nomine obtinuerat senior Agrippa, eaque δύο βασιλείας vocat Iosephus) in Provinciam redactæ sunt interea, dum ad tutelam suam Agrippa perveniret. Octavo anno Claudii, mortuo Herode patruo hujus minoris Agrippæ Chalcidos Syriacæ Dynasta, eo regno Agrippa donatus est; quod illi initium regnandi fuit. Tertiodecimo vero anno imperii sui Claudius donat Agrippæ Tetrarchiam Philippi patrui, Batanæam, ac Trachonitin, & Abilenen Lysaniæ, adjecta Tetrarchia Herodis, qua jam quadriennium solidum potiebatur, ut jam diximus. Senior vero Agrippas in Actis Apostolorum vocatur Herodes, cap. IX. De eo nummum interpretor: ΗΡΩΔΗΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΦΙΛΟΚΛΑΥΔΙΟΣ, nisi quis referat ad fratrem ipsius Agrippæ & ipsum quoque beneficiarium Claudii: de quo ipse Claudius in epistola ad Judæos libro XX, cap. primo Origin. Iudaic. εἰδὼς ὅτι καὶ αὐτὸς βασιλεῖ Ἡρώδῃ, καὶ Ἀριστοβούλῳ τῷ νεωτέρῳ, ὧν τὴν πρὸς ἐμαυτὸν εὐσέβειαν, καὶ τὴν περὶ ὑμᾶς γινώσκω σπουδὴν, πάνυ χαρίσομαι τοῦτα ποιήσας. & Josephus ipse infra: ἠτήσατο δὲ καὶ ὁ Ἡρώδης ὁ ἀδελφὸς μὲν Ἀγρίππου τοῦ τετελευτηκότος, Χαλκίδος δὲ τὴν ἀρχὴν κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον πεπιστευμένος. Dynastes ergo Chalcidis, & frater ejus Agrippa eodem nomine præditi fuerunt.

Ibid. *Post quem filius suus Agrippa substituitur à Claudio in regnum.*] Iam hoc diluimus. Regnum Agrippæ majoris provincia factum erat.

Ibid. *Prophetia Agabi, quæ in Actibus Apostolorum famiem in toto orbe futuram dixerat, sub Claudio expletur.*] Duæ fames notabiles sub Claudio: altera Claudio Aug. II, C. Licinio Cæcina Coss. numero MMLVIII, non autem

MMLX, ut hic notatur: altera numero MMLXI: quo tempore Regina Adiabenorum Helena, coëmpta ex Ægypto annona, famem Judææ levavit, auctore Josepho, lib. XX. cap. III: quod accidit, quum ipsa Regina abdicato idolorum cultu legem & ritus Mosaicos amplexa est. eodem lib. cap. secundo, Consulibus suffectis Rufo, & Pompejo Silvano, Imperatore Claudio Consule IV designato. Eodem libro, cap. primo. Quæ est fames ipsa, quam prædixit Agabus, non hæc, quæ numero MMLVIII contigit. Triennium igitur interest inter utriusque famis tempus.

Ibid. *Claudius de Britannis triumphavit.*] In Octavia Tragœdia:

Et qui Britannis primus imposuit juga.

Historici præterea, lapides, & nummi. Eadem verba Cassiodorus retulit, Crispino & Tauro Coss. hoc ipso anno.

,, Ibid. *Claudius de Britanniis triumphavit.*] Debella-
,, tæ Britanniæ ductu Plautii Præfecti, virtute Vespa-
,, siani. Xiphilinus: καὶ οὕτω διὰ τὴν ἀπαξίωσιν τοῦ
,, Ναρκίσσου ἐπείσθησαν, καὶ εἰς τὴν Βρεταννίαν ἐπεραιώ-
,, θησαν ὅτε καὶ Οὐεσπασιανὸς τῶν ὑποστρατηγούντων
,, τῷ Πλαυτίῳ δὴ ἠνέχθη ἐν τῷ Βρεταννικῷ τούτῳ
,, πολέμῳ. Inde summam victoriæ ei attribuit Vale-
,, rius Flaccus Poëta:

,, — *Tuque, o, pelagi cui major aperti*
,, *Fama, Caledonius postquam tua carbasa vexit*
,, *Oceanus Phrygios prius indignatus Iulos.*

,, Manifesto ait Britanniam à C. Julio Cæsare frustra
,, tentatam, à Claudio repetitam, & domitam fuisse,
,, ejusque victoriæ majorem partem ad Vespasianum
,, pertinere. Pomponius Mela: *Britannia qualis sit, qua-*
,, *lesque progeneret, mox certiora & magis explorata dicen-*
,, *tur, quippe tam diu clausam aperit ecce Principum maxi-*
,, *mus, nec indomitarum modo ante se, verum ignotarum quo-*
,, *que gentium victori qui propriarum rerum ut bello affecta-*
,, *vit, ita triumpho declaraturus portat.*

Ibid. *& Orcadas insulas Romano adjecit imperio.*] Attexta Eusebianis ab Hieronymo ex historia Eutropii. Huc allusit Iuvenalis:

— *& modo captas*
Orcadas, ac minima contentos luce Britannos:

Item: — *& ultra*
Litora Iuvernæ promovimus —

Seneca: *Et cæruleï Scotobrigantes*, ut olim feliciter à nobis emendatum esse asserimus. Adversantur tamen quidam, in quibus boni malique, docti indocti. Ajunt Scotos ante tempora senescentis imperii notos non fuisse. Utinam demonstrationem attulissent, qua nobis jugulum peterent. Ante Constantini tempora, inquiunt, notum Scotorum nomen non erat. Acutum sane telum, nisi plumbeum esset. Burgundiones, & Langobardi decrepita ætate imperii Romani cœperunt notescere. Qui eorum meminerint, de vetustis-
,, simis, Vellejus, & Ptolemæus extant hodie. Si periissent, ut multi alii, ideo Langobardos tunc primum, quum in Italiam irruperunt, Burgundiones, quum Viennensem & secundam Narbonnensem occuparunt, esse, & vocari cœpisse diceremus? Anglorum ante tempora Gregorii Magni ne nomen quidem notum erat, quum tamen in Cornelio Tacito extaret, extetque adhuc. Quis sciebat Getas eosdem cum Gotthis esse, nisi Iornandes indicasset? Getarum nomen vetustissimum apud Græcos, Gotthorum vix appellatio post Constantinum simul cum ipsius gentis in fines Thraciæ irruptione nota esse cœpit. Qui igitur ex Hibernia ferocissimi in Britanniam trajecerunt, non esse cœperunt, nisi postquam in Britannia fuerunt? Quid stultius? quid ineptius? Sed eorum nulla mentio apud Ptolemæum, & Corn. Tacitum. Atqui nec Burgundionum, & Langobardorum, Anglorum, & Gotthorum, apud Plinium, Strabonem, Melam, alios. Quam indignæ sunt hæ velitationes liberalibus ingeniis. Quis paulo Latinitatis intelligentior non advertit absurditatem lectionis vulgaris, *Et cæruleos scuta Brigantas.* quasi scuta sola pingerent, ut illi apud Poëtam,

— *& picti scuta Labici.*

Absurditatem odoratus est summus vir Adrianus Iunius, sed nihilo melius ei loco consuluit, quum legit, *Et cæruleos cute Brigantas.* Nam de falso modulo syllabæ ad Tribunal Grammaticum postulatur. Brigantes sunt populi Hiberniæ Ptolemæo, qui florente imperio Romano in Britanniam trajecerunt, ejusque septentrionale latus populationibus diu infestarunt: de quibus Iuvenalis:

Dirue Maurorum Attegias, Castella Brigantum.

Postquam per multum tractum temporis Septentrionalem oram Britanniæ excursionibus & latrociniis vexassent, tandem ab Antonino Pio in ordinem redacti finibus suis sese continuerunt, adhucque Hibernicam linguam retinent, homines semiferi, quos silvestres Scotos vocant. Pausanias Arcadicis de Antonino Pio: ἀπετέμετο δὲ καὶ τῶν ἐν Βρεττανίᾳ Βριγάντων τὴν πολλήν, ὅτι ἐπεσβαίνειν καὶ οὗτοι σὺν τοῖς ὅπλοις ἦρξαν τὴν Γενουνίαν μοῖραν ὑπηκόους Ῥωμαίων. Hodieque inscriptiones in Scotia extant, in quibus mentio est & Legionis II, & Cohortis cujusdam, qua Antoninus Pius indomitæ feritati illius gentis frenum imposuit. In pago Miniabruch: D. M. C. IULI. MARCELLINI. PRÆF COH. I. HAMIOR. In turri quadam pervetusta in Glasco: IMP. CÆS. TITO. ÆLIO. HADRIANO. ANTONINO. AUG. PIO. PP. LEG. II. AUG. PER. M. P. III. DCIX VI. S. Ibidem in elegantissimo saxo: LEG. II. AUG. FEC. Has tres Scoticas Inscriptiones habuimus ab optimo, & ornatissimo viro Crispino Gericio Elbingensi Borusso. Ut isti Brigantes Septentrionalem plagam insulæ, ita Britanni, qui aliter Picti dicebantur, occidentalem obtinebant, utrique Coloniis Romanorum Britannicis infestissimi, qui conjunctis viribus magno terrori legionibus Romanis erant, quæ in limite Britannico prætendebant. Alteri dicti sunt Scotobrigantes, alteri Scotobritanni, ex quibus in Aremoricum Galliæ angulum non parva manus transmisit, qui hodie eadem lingua utuntur, qua reliquiæ illorum Pictobritannorum, qui hactenus in Wallia positi sunt. Unde Hieronymus Aremoricanos nostræ Galliæ Scotobritannos vocatos fuisse non obscure indicat in Iovinianum: *quum ipse adolescentulus in Gallia viderim Scotos gentem Britannicam humanis vesci carnibus.* Sane Scoti Britanni Aremorici, sunt veri Britanni, non Hiberni, longe alii ab illis, quos hodie *VVilde Scotten* vocant, qui sunt veri Brigantes. item procemio in tertium Commentarium in Jeremiam: *progeniem Scoticæ gentis de Britanniarum vicinia* dixit, quum Aremoricum intelligeret. Quum igitur Scoti dicantur non solum Brigantes, qui ex Hibernia in Britanniam transmiserunt, sed etiam indigenæ Britanni, iique veri Picti, sermone prorsus à Brigantibus discreti, latrociniis conjuncti, ex quorum finibus Coloniæ Britannicæ Aremoricanæ propagatæ sunt, omnino Scotorum nomen non est proprium populi, sed est appellatio: ut Bedwin & Saraceni non est proprie populus, sed appellatio omnibus Nomadibus & latronibus Arabibus attributa. Sic Ambrones proprie latrones, prædatores significant, quo nomine quidam Cimbri dicti. Scotus ergo nomen est non Hibernicum, sed Britannicum, omnibus gentibus, quæ ex-

cur-

cursionibus loca populi Romani infestabant, accommodatum. Denique Scotobritanni Hieronymo, & Scotobrigantes Senecæ differebant ut ortu, & natalibus, ita sermone. Qui igitur Brigantes dicuntur Pausaniæ, Ptolemæo, Iuvenali, illi Claudiano & inferioris sæculi auctoribus sunt Scoti. ut qui vetustioribus Ἄραβες σκηνῖται, ii posterioribus σαρακηνοὶ, id est, λῃστρικοί. quod sine dubio & Scotorum nomine designatur. Dicunt quidam nos exclamasse in nostris Propertianis notis, quod Scotorum nomen è tenebris eruimus. quanquam illud puerorum est, aut parum sobriorum hominum, tamen modo verum dixerimus, ut certe diximus, ita esto. Qui à nobis locum Senecæ recte emendatum negare audebunt, & meridie lucere per nos quidem negent. Ostendant nobis quomodo tam ineptam Senecæ lectionem aut tueri possint, aut corrigendam putent. Jam vocalius exclamamus; nos primos aperuisse, Scotorum nomen non proprium, sed appellativum esse.

Ibid. *Domitius Afer.*] Hieronymi ex Suetonio. Domitii mentio Quintiliano, & Cornelio Tacito: huic quidem lib. v, illi Annali iv.

Ibid. *Clodius Quirinalis.*] Et hæc quoque Hieronymo Suetonius suppeditavit, apud quem hodie solum nomen ejus Rhetoris superest, cum prænomine Publii.

Ibid. *Inter Theram & Therasiam exorta est insula.*] Atqui alia in eodem loco exorta numero MDCCCXVIII. Item alia ibidem nomine Thia, M. Silano, L. Balbo Coss. numero MMXXXV. auctor Plinius. Hanc vero mari enatam refert Seneca, C. Valerio Asiatico II, M. Valerio Messalla Coss. numero MMLXII. Cassiodorus, qui hæc eadem verba producit, M. Vinucio, M. Statilio Tauro Coss. numero MMLXI. Dio Claudio IV, L. Vitellio Coss. MMLXIII. Nullum tempus ex his tribus convenit Epochæ Eusebii. Philostratus libro quarto de vita Apollonii ait contigisse anno secundo Olympiadis CCX, in vere, numero MMLXXIX. quod profecto omnes non dicam veri, sed modestiæ fines excedit, cujusmodi omnes τερατολογίαι de illo Plano & circulatore. Scribit igitur Philostratus illum aretalogum annum integrum Lacedæmone post celebratam Olympiadem resedisse: anno secundo, quum esset in Creta verno anni tempore, horribilem terræ motum fuisse: quo perculsis, qui aderant, θαρσεῖτε, inquit, ἡ γὰρ θάλασσα γῆν ἔτεκε. Ænigma, inquit Philostratus, eventus explicavit. κατὰ τὴν ἡμέραν τε καὶ μεσημβρίαν, ἣν ἐγένετο ἡ διοσημεία, νῆσος ἐκ τῆς θαλάττης ἀνεδόθη περὶ τὸν πορθμὸν τὸν παραῤῥέοντα Θήραν τε καὶ Κρήτην. Vide Senecam Nat. Quæst. libro secundo, cap. XXVI. libro sexto, cap. XXI.
„ Porro tractus ille inter Theram, & Therasiam
„ obnoxius terræmotibus esse videtur. Scribit enim
„ nobilis Martinus à Baumgarten anno Christi
„ 1508, die XXIX Mai Therasiam, quæ hodie
„ Santorini vocatur, terræmotu in duas partes discessisse, & ex una insula duas factas. Locus est lib. III, cap.
„ XXVI itenerarii ejus. Item Paulus Diaconus lib.
„ XXI Historiarum scribit anno decimo Imp. Leonis
„ Byzantini insulam inter Theram & Therasiam post
„ multam vaporis, fuliginis, & ignis vim insulam ena-
„ tam fuisse. Vise locum. Est enim insignis.

MMLXI. *Iudæorum Agrippa.*] Hujus ne, an patris sit nummus, viderint harum rerum periti. ΑΓΡΙΠΠΑ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Ejus quidem regnum recte hinc, ut diximus, capit initium, si protinus mortuo patre regnasse statuamus. Sed non statim regnasse ostendimus ex Iosepho. Hoc certo asserere possumus, falso ejus regnum excidio Hierosolymorum terminari, quod visum Eusebio, qui eum regnasse scribit ann. XXVI: quasi, quia id intervallum sit inter initium hujus regis, & excidium Iersolymorum, una cum Templo & urbe ipse quoque rex deletus fuerit: quod ut crederet, aut posteritati persuadere vellet, quæ caussa eum impulerit, comminisci non possum. Nam alia commenta sua rationibus munire solet, ut quum LXX Hebdomadas initio Herodis terminat, caussam consilii & propositi sui reddidit. At cur Ierosolymorum & Templi cineribus memoriam hujus regis obrutam esse velit, caussam nullam refert. Atqui iste junior Agrippa obiit tertio anno Trajani, numero MMCXVI, ut testis erat Iustus Tiberiadensis, qui ipsi Regi Agrippæ Chronologica sua obtulit. Nemo igitur de obitu hujus regis certius pronunciare potuit, quam is, qui illi opus suum dedicavit. Photius de Iusto Tiberiadensi: ἄρχεται δὲ τῆς ἱστορίας ἀπὸ Μωσέως, καταλήγει δὲ ἕως τελευτῆς Ἀγρίππα τοῦ ἑβδόμου μὲν τῶν ἀπὸ τῆς οἰκίας Ἡρώδου, ὑστάτου δὲ ἐν τοῖς Ἰουδαίων βασιλεῦσιν, ὃς παρέλαβε μὲν τὴν ἀρχὴν ἐπὶ Κλαυδίου, ηὐξήθη δ᾽ ἐπὶ Νέρωνος, καὶ ἔτι μᾶλλον ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ, τελευτᾷ δ᾽ ἔτει τρίτῳ Τραϊανοῦ, οὗ καὶ ἡ ἱστορία κατέληξεν. Cur vero ejus regnum excidio Ierosolymorum circumscribat, caussæ non erat. Neque enim Ierosolymorum rex fuit, neque ullius portionis Tetrarchiæ Archelai jus ad eum pertinuit. Nam ad patrimonium Archelai, & Ierosolyma semper procurator Cæsaris missus est, qui vocabatur ἐπίτροπος Ἰουδαίας. Vides quam justa fuerit caussa regnum Agrippæ excidio Ierosolymorum finiendi, quorum ipse nunquam dominus aut rex fuit. Huic autem Eusebii commento omnes Chronologi fidem adhibuerunt, adeo ut Chronicon Casaubonianum eodem anno, quo Ierosolyma deleta fuerunt, eum obiisse perhibeat, XXVI anno regni sui. τούτῳ τῷ ἔτει θνήσκει Ἀγρίππας ὁ βασιλεὺς, ὁ τῆς Βερενίκης, βασιλεύσας ἔτη κϛ. καὶ λοιπὸν Οὐεσπασιανὸς καταλύει τὴν βασιλείαν τῶν ἀλλοφύλων Ἡρώδου καὶ Ἀγρίππα. quæ quanvis in libris Eusebii non reperiuntur totidem verbis, tamen Eusebiana sunt.

Ibid. *annis* XXVI.] Si hinc capiendum esset hujus regis initium, is regnaverit annos LVI. Tantum enim intervallum hinc est, ad III annum Trajani. Saltem ex hoc colligimus eum, ejusque memoriam, & regnum una cum Ierosolymis sepulta non fuisse, ut vult Eusebius, eumque post Ierosolymorum excidium annos XXX solidos regnasse, & aliquot incrementa regni sui à Vespasiano imperatore accepisse, ut ex Iusto Tiberiadensi refert Photius.

Ibid. *inventa sunt civium Romanorum* LXVIII *centena*, XLIV *millia.*] Hoc gestum totidem verbis Cassiodorus conjicit in Consulatum Asiatici, & Cornelii: quanvis ibi numerus mancus est, & male Cornelii, pro Corvini, id est Messallæ, numero MMLXII. De hac censura Suetonius Claudio, sectione XVI. in Græcis, quæ „
ex farragine Chronici cujusdam bibliothecæ regiæ „
hausimus est μυριάδες χϟδ χιλιάδας δ, hoc est „
sexcenta noningenta quatuor millia. neque dubium „
est Latina depravata esse. „

Ibid. XLVIII *centena*, XLIV *millia.*] Hoc est 6844000 Græca habent XCVII millia amplius: quod discrimen haud exigui momenti est. μυριάδας χϟδ, καὶ α. id est 6941000. Sed legendum καὶ δ, non α. „

MMLXII. *Thracia huc usque regnata in provinciam redigitur.*] Numero MMLXXXIX aliquid de ea re dicetur. Redacta autem in provinciam, Rhimitalce rege ab uxore sua interfecto, ut est in Græcis libri prioris.

MMLXIII.

MMLXIII. *Sub procuratore Cumano.*] In annum VIII Claudii conjicit Iosephus.

Ibid. *Triginta millia Iudæorum perierunt.*] Lib. XIX ἀρχαιολογ. δύο μυριάδες. *viginti millia.* in β ἁλώσ. ὑπὲρ μυρίους. Mira constantia, si codices mendo carent.

MMLXIV. *Palæmon.*] Hieronymus ex Suetonio. Vetus inscriptio in agro Veicetino:

PALÆMON. L. L. L. D. F.
GRAMMA. VEICET. ATQ. RHET.
SIBI. ET. TUBERONIÆ. CONTUBERNALI.
ATQUE. BENEMERENTI.
LAPIDEUM. STRUXIT. TUMULUM.
IN. EO. QUIDEM CADAVER. QUIES. ESTO.
ALIO. AUTEM. REVERTITO. ANIMUS.

Ibid. *Gutta, inquit, stat, stilla cadit.*] Hæc non extant apud Suetonium in Palæmone: sed eadem leguntur in differentiis Cornelii Frontonis Grammatici vetustissimi.

Ibid. *M. Antonius Liberalis.*] Hieronymi ex Suetonio, in cujus libro tantum nomen hujus Rhetoris superest. Est & alius Antonius Liberalis, cujus hodie μεταμορφώσεις extant.

MMLXV. *Fames facta in Græcia.*] Non in Græcia tantum, sed in toto orbe, ut Agabus prædixerat: neque numero MMLXV, sed MMLXI. Metachronismus unius quadriennii. Unde quæ ad numerum MMLX. Hujus famis tempore Helena Regina Adiabenorum, coacto ex multis partibus frumento, penuriam Iudæorum sublevavit Paulus Orosius lib. VII, cap. VI: *Eodem anno imperii ejus, fames gravissima per Syriam facta est, quem etiam Prophetæ pronunciaverunt. Sed Christianorum necessitatibus apud Ierosolymam, convectis ab Aegypto frumentis, Helena Adiabenorum Regina conversa ad fidem Christi largissime ministravit.* Crassi errores. Helena illa non ad Christianismum, sed ad Iudaismum conversa, neque Christianorum, sed Iudæorum necessitatibus frumentum ministravit, neque triumphi Britannici anno, sed triennio post, hoc contigit. Denique à Prophetis prædictam illam famem quum scribit, intelligit à Prophetis veteris Testamenti, quum ab Agabo prædicta sit Propheta Apostolicorum temporum. quod fecit deceptus interpretatione Rufini Ecclesiasticæ historiæ libro secundo, cap. VIII: *Hoc autem illi futurum nostri Prophetæ prædixerant.* Nostri Prophetæ, id est Christiani, in quibus Agabus. Sed in Græco Eusebiano non ita est: ut mos est Rufino omittere, pervertere, mutare ex
,, animi libidine. Itaq; mira est de Helenæ Adiabenorũ
,, Reginæ erga Christianos liberalitate hallucinatio.
,, Sed neq; minor est inscitia Iudæorum, qui Monoba-
,, zo Regi Helenæ marito tribuunt, quod ipsi Helenæ
,, potius adscribendum erat, ut taceam quod Monoba-
,, zum dicunt proselytũ fuisse, quod & ipsum nugatoriũ
,, est. Nam filius ejus Iazares, postquam patri successis-
,, set, & Helene ipsa proselyti facti sunt. Itaq; ridiculum
,, est, quod in capite primo Baba Bathra scriptũ extat:
,, שבזבו אוצרותיו ואוצרות אבותיו בשנת רעבון מעש קבמונבו תמלך
,, *Historia de rege Monobazo, qui impendit thesauros suos &*
,, *thesauros majorum suorum in anno caritatis annonæ.* Hoc
,, enim Helene vidua ejus fecit, non autem Mono-
,, bazus, qui neque tunc vivebat, neque Iudaismum
,, unquam professus fuit.

Ibid. *modius sex drachmis venundatus est.*] Imo duodecim drachmis. Nam in Græcis non est ἓξ δραχμῶν, sed ἓξ διδράχμων & quidem sex drachmarum venalis
,, modius caritatem annonæ, non famem, arguit. Sed
,, farrago habet ἓξ δραχμῶν. Longe major fuit illa caritas annonæ in castris Cæsaris ad Ilerdam, quando ad denarios L in singulos modios annona pervenerat.

MMLXVI.] Hoc anno fuerunt Consules C. Antistius Vetus, M. Suillius Rufus Servilianus. Sed C. Antistio Veteri suffectus est Ostorius Scapula. quibus Coss. factum est S.C. Largianum. Quia neque conditores Fastorum hujus suffecti Consulis, neque interpretes juris, quod quidem sciam, anni, quo S.C. factum est, meminerunt, propterea id studiosos monere voluimus. Sed eodem anno Ostorius Scapula bel- «
lum gerebat in Britannia. Nihil tamen impedit, quo «
minus eodem anno in urbem reversus suffectus fue- «
rit C. Antistio, quando Claudius de Britannis trium- «
phavit, quod nummi declarant. TI. CLAUD. «
CÆSAR AUG. P. M. TR. P. VIII. IMP. XVI. DE BRI- «
TAN. Certe si hoc anno triumphatum de Britan- «
nis, prochronismus fuerit VI annorum in numero «
MMLX, quo notatur Claudium de Britannis trium- «
phasse. «

MMLXIX. *Sub Felice procuratore Iudææ.*] Narrat Iosephus lib. XX, cap. VI, 6, 8.

Ibid. *qui plurimos sibi associans.*] Hieronymus omisit numerum ab Eusebio conceptum ἅμα τετρακισμυρίοις: qui numerus expressus extat β ἁλώσ. cap. XXIII. 737, 25.

Ibid. *per exercitum Felicis opprimitur.*] Ipsemet Felix intererat pugnæ: Φθάνει δὲ αὐτοῦ τὴν ὁρμὴν Φῆλιξ ὑπαντιάσας μετὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν ὁπλιτῶν. Iosephus. Tunc dicimus vinci aliquem per exercitum ducis, quando dux ipse abest. Sed in Græcis est στρατηγίᾳ Φήλικος *ductu Felicis.* Hieronymus στρατιὰν, & στρατηγίαν idem esse putavit.

Ibid. *& eduxisti in desertum quatuor millia virorum.*] Deest Sicariorum. quod non vertit Hieronymus, quia omissum esset ab Eusebio. In Actis XXI, *38.* καὶ ἐξαγαγὼν εἰς τὴν ἔρημον τοὺς τετρακισχιλίους ἄνδρας τῶν σικαρίων. Hæc autem proculdubio contigisse sub mortem Claudii, ex Iosepho odorari licet, β ἁλώσ. cap. XXI, in fine: & XXII: & ex Actis ipsis. Nam XXIV, *28*, dicitur successorem Felici missum Porcium Festum biennio post. atqui hoc erat biennium imperii Neronis, ut ex ultimo capite Actorum constat. Tunc autem, quum à Tribuno interrogaretur Paulus, Ægyptium illum Pseudoprophetam cum suis sicariis fusum fuisse, clare colligitur ex eodem cap. XXI, *38.* ὁ πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν. Recens igitur gestum erat. Quare sine dubio ineunte imperio Neronis hæc contigerunt.

Ibid. *in quibus Paulo dicitur.*] In Græcis: τῷ θείῳ Παύλῳ ὑπὸ χιλιάρχου λέλεκται. Hieronymus omisit ὑπὸ χιλιάρχου. Sed antequam à Claudii imperio discedimus, sciant candidi lectores, multa in hujus imperii annos ab otiosis hominibus infarcta fuisse, quæ nullus scriptus codex agnoscit, de Fucino lacu exsiccato, ex Suetonio; de portu Ostiæ; de assumptione Deiparæ virginis; de tribus Solibus; de Dionysio Areopagita; de Philippo Apostolo cruci affixo: item illa: *Claudius de Britannis triumphavit, in cujus gloriæ memoriam filium suum Britannicum appellavit.* quæ neque ullus codex scriptus habet, neque Cassiodorus, neque Marianus: sed ex Eutropio, unde antecedentia Hieronymus descripsit, hic attexta erant. De Fucino lacu siccando verum est, tentatum quidem à Claudio, sed frustra. Dio: τὴν δὲ λίμνην τὴν Φουκίνην τὴν τῶν Μαρσῶν ἠθέλησε μὲν ἐς τὸν Τίβεριν ἐξαγαγεῖν, ὅπως ἥ τε χώρα ἡ περὶ αὐτὴν γεωργῆται, καὶ ὁ ποταμὸς ναυσιπορος μᾶλλον γένηται. μάτην δὲ δὴ ἐδαπανήθη.

As

At Suetonius perfecisse scribit. quod miror. Nunquam enim emissus fuit: & Seneca quæstiones suas sub Nerone scribente lacus ille erat in rerum natura: ,, quo pertinet versus ille Martialis:

,, *Fucinus, & pigri taceantur stagna Neronis.*

Spartianus vero ait ab Hadriano emissum. Tentavit autem lacum Fucinum emittere Claudius, se II, & Carina Coss. numero MMLVIII, anno secundo imperii sui. Sed nemo scit quo nomine hodie vocetur. Quod si emissus est ab Hadriano, frustra quæritur. De Ostiæ portu consulendus Plinius libro XXXVI, cap. XV. ubi eodem anno & portum Ostiæ factum, & montem, quo lacus Fucinus emitteretur, perfossum scribit. De tribus quoque Solibus videndus idem Plinius libro II, cap. XXXI: *Et nostra ætas vidit Divo Claudio Principe, Consulatu ejus, Cornel. Orphito collega.* Sed periocha de tribus Solibus inepte repetita ex numero MDCCCCLXXIII. Tempus convenit numero MMLXVII. Omnia igitur hæc, quia à recentioribus intrusa in hoc Chronicon fuerunt, merito, tanquam insitiva, omisimus.

MMLXX. *Claudius moritur.*] Asinio Marcello, Acilio Aviola Coss. III Eid. Octob. numero MMLXX. Ergo recte tempus annotatum.

MMLXXI. *Romanorum Nero annos XIII, menses VII, dies XXVIII.*] Josephus annos XIII, dies VIII. Dio ann. XIII, menses octo. quod proxime abest à rationibus Eusebii.

Ibid. *Felice regente Iudæam.*] Historiam pete ex Josepho, lib. XX, cap. VI.

,, MMLXXII. *Paulus Apostolus religionis suæ rationem*
,, *reddens.*] ἀπολογησάμενος. Non tantum religionis
,, suæ caussam dixit, sed innocentiam suam probavit,
,, quòd seditionis postularetur à Iudæis.

Ibid. *Probus Berytius.*] Ausonius — *Berytiumque Probum.* Hieronymus ex Suetonio.

MMLXXIII. *Statius Surculus Tolosensis.*] Næ ridiculi sunt, qui scribunt hunc esse Papinium poëtam, Silvarum, Thebaidos, & Achilleidos auctorem. Hoc verum fuerit, siquidem Tolosa est Neapolis, & ævum Neronis ævum Domitiani. Neque solum memoria avorum extiterunt, extantque hodie, qui hoc somnium amarunt, sed & supersunt Statii scripti codices, in quibus & lemma Statii Surculi nomen præfert, & vita sub eodem nomine legitur tam ridiculo stilo, quam futili commento. Non desint nugæ, non deerunt nugarum miratores. In libello Suetonii nomen ejus relictum est, ubi vocatur L. Statius Ursulus. quod putamus verum esse, non Surculus.

MMLXXIV. *Terræmotus, & Solis defectio.*] Sol defecit C. Vipsanio Aproniano, L. Fonteio Capitone Coss. prid. Kal. Majas, numero aureo tertio, ἔνῃ καὶ νέᾳ mensis Nisan, Epacta tam æquabili, quam castigata, XXVIII, vel 28, numero Eusebiano MMLXXV. Unius anni prochronismus, qui possit officere illam Solis defectionem investigantibus. Hujus deliquii Solaris meminerunt Plinius libro secundo, cap. LXX. Corn. Tacitus libro XIV. Xiphilinus; ὁ μέν τοι ἥλιος σύμπας ἐν μέσαις ταῖς θυσίαις ταῖς ἐπὶ τῇ Ἀγριππίνῃ κατὰ τὸ ψήφισμα γινομέναις ἐξέλιπεν, ὥστε καὶ ἀστέρας ἐκφῆναι. Non fuit παντελὴς ἔκλειψις, ut iste scribit, sed tamen magna. Potest Sol totus videri defecisse alicubi, quum tamen alibi non totus defecerit. Sed hæc eclipsis nuspiam totum Solis orbem obscuravit.

MMLXXV. *Nero Agrippinam matrem suam, & sororem patris interficit.*] Ita Græca, & POST. & editiones & Marianus. Sed PR. *Nero Agrippinam, uxorem suam, & sororem patris interficit.* Utrovis modo, verum est. Nam tres cædes patratas ab eo in PR. significatur, matris Agrippinæ, uxoris Octaviæ, & amitæ, quam ex duritia alvi cubantem largius purgatam per medicos interfecit. auctor Suetonius. Sed Agrippinæ cædes contigit eodem anno, quo defectus Solis: id est hoc ipso numero. Relegatio vero, & cædes Octaviæ longo post intervallo patratæ. Ideo legendum, ut excudi curavimus, auctoribus POST. Nam mors Octaviæ refertur numero MMLXXXIII.

MMLXXVI. *Nero tantæ luxuriæ fuit, ut frigidis.*] Hieronymus ad verbum ex Eutropio.

Ibid. *Quæ purpureis funibus.*] Blatteis funibus Eutropio. Hieronymus usitatiore voce interpretatus est. Sed unde scit Hieronymus hoc anno Neronem unguentis lavare, & purpureis retibus piscari cœpisse? Eutropius sane, à quo verbatim hausit, tempus non designat.

MMLXXVII. *Iacobus frater Domini, quem omnes Iustum appellabant, à Iudæis lapidibus opprimitur.*] De hujus sanctissimi Apostoli nece plura Hieronymus in libro de scriptoribus Ecclesiasticis ex Eusebio, & libris Hypotheseon, quos vetustas Clementi Alexandrino attribuit, & ex Hegesippi libro quinto, ex quo longissimum passionis hujus Apostoli Actum citat ipsius auctoris verbis Eusebius, Histor. Eccles. II. cap. XXIII, unde hæc præcipua excerpsimus. τούτῳ μόνῳ ἐξῆν εἰς τὰ ἅγια εἰσιέναι. οὐδὲ γὰρ ἐρεοῦν ἐφόρει, ἀλλὰ σινδόνας. καὶ μόνος εἰσήρχετο εἰς ναόν. Item: διά γε τὴν ὑπερβολὴν τῆς δικαιοσύνης ἐκαλεῖτο δίκαιος καὶ ὠβλίας, ὅ ἐστιν ἑλληνιστὶ περιοχὴ τοῦ λαοῦ, καὶ δικαιοσύνη, ὡς οἱ προφῆται δηλοῦσι περὶ αὐτοῦ. Item: διὰ τὸ πάσχα συνεληλύθασι πᾶσαι αἱ φυλαὶ μετὰ καὶ τῶν ἐθνῶν. Dicit statutum ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ναοῦ, ut populum alloqueretur: quo alloquente omnes clamasse ὡσαννὰ τῷ υἱῷ δαβίδ. Adjicit Pharisæos, & scribas ascendisse εἰς τὸ πτερύγιον, & inde eum præcipitem dedisse. Huic, inquit, soli licebat in sancta (Sanctorum) ingredi, quia non lanea, sed linea induebatur. Ergo omnibus, qui linea veste uterentur, licebat ingredi. Atqui uni summo Pontifici, idque semel in anno, concessum erat. Jacobus vero multum abest ut Sancta posset ingredi, qui ne Levita quidem esset. Nullum enim Apostolum de stirpe Levi Domino fuisse tam certum est, quam dubitare, absurdum. Hoc autem alludit ad locum Ezekielis XLIX, 17, ubi depositis laneis vestibus lineas assumere Sacerdotibus præcipitur, quum ad functiones templi accingerentur. Alioqui extra templum cultu vestis à plebe non differebant, adeo ut Sacerdotibus lineas induere non liceret, ne in templo quidem, sive iis, qui propter ἐλάττωμα, aut labem, aut senium Templo operari non poterant, sive iis, qui extra ἐφημερίαν suam erant. Ministrantibus enim tantum fas erat lineas inducre, quas sacris operati in conditoriis suis aut arculis reponebant. Josephus 842, initio capitis: τῶν δὲ ἀπὸ γένους ἱερέων, ὅσοι διὰ πήρωσιν οὐκ ἐλειτούργουν, παρῆσαν τε ἅμα τοῖς ὁλοκλήροις ἐνδοτέρω τοῦ γείσου, καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ γένους ἐλάμβανον μερίδας· ταῖς μὲν ἐσθήσεσιν ἰδιωτικαῖς ἐχρῶντο. τὴν γὰρ ἱερὰν ὁ λειτουργῶν ἠμφιέννυτο μόνος. Atqui iste Hegesippus ait lineam, sive sacerdotalem vestem, Iacobum semper, laneam autem nunquam gestasse, propterea quod erat Sacerdos. Sed Sacerdotes, ut diximus, semper laneas gestabant, καὶ ἰδιωτικὰς extra septa Templi, lineas vero ne in ipsis quidem septis Templi, nisi quum ministrarent. Ioseph. ἐπὶ γὰρ τὸ θυσιαστήριον ἀνέβαινον οἱ τῶν ἱερέων ἄμωμοι βύσσον μὲν ἀμπεχόμενοι, ἀπὸ ἀκράτου δὲ νήφοντες.

 Extra

Extra Templum, inquam, ἰδιωτικῷ σχήματι induebantur. Ezekielis cap. XLIV, 19. *Egredientes ad atrium exterius ad populum, exuent ministratoria, reponentes ea in cellis Sanctuarii, & induent vestes alias, ne forte vestimentis suis populum sanctificent.* Et solus, inquit, ingrediebatur Templum. Sane non mirum cui licuerit ingredi τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, & Templum quoque ingredi illi concessum fuisse. Soli autem Pontifici Maximo semel in anno ingredi licebat, reliquis de XXIV stationibus in priora ἅγια, vel τὸν νεών. Inde Epiphanius in Nazoræis, Hæresi XXIX, ἱερατεύσαντα αὐτὸν dicit κατὰ τὴν παλαιὰν ἱερωσύνην. ideo ei licuisse τὰ ἅγια εἰσιέναι. Quod ex hoc loco hausit, eundemque errorem incurrit. Vocabatur ὠβλίας propter excellentem justitiam. Sane ponatur quævis ex quatuor gutturalibus prima. nunquam efficies, ut Oblia justum aut Hebraice aut Ierosolymitane significet. Verte susque deque illud nomen. nunquam prodibit id, quod iste Hegesippus persuadere conatur. Deinde ὠφλίας est περιοχὴ τοῦ λαοῦ, καὶ δικαιοσύνη. Non video quomodo eadem sint περιοχὴ τοῦ λαοῦ, καὶ δικαιοσύνη. Sed hoc assevero, si per φ scriberetur ὠφλίας, id esse ὀχύρωμα θεοῦ, arcem, munitionem Dei, עָפְלָה. Sed hoc non solvit ænigma Hegesippi. Quemadmodum, inquit, prophetæ de eo significant. Vellem testimonia ipsa prophetarum adduxisset. Item, omnes Tribus, & Gentiles die Paschatis convenisse. Certe duæ tantum tunc Tribus erant, Benjamin, (in qua Ierusalem), & Iuda, ut & pueri sciunt: estque idem commentum, quod in Epistola Ptolemæi ad Pontificem Eleazarum. Præterea quis unquam fando audivit, aut legendo didicit, Gentes die Azymorum Ierosolyma convenire solitas? Gentiles sane adorabant, immolabant, vota solvebant, & suscipiebant in Templo Ierosolymitano, non catervatim, non condicta profectione, sed singuli, & ut quenque negotiatio sua, aut casus Ierosolyma tulerat, non autem ut Gentes sibi condicerent diem θρησκείας in festo ullo Iudaico, nedum in Azymorum solenni, à quo omnis incircumcisus summovebatur. Statutus est in πτερυγίῳ Templi ab infinita turba. quasi illuc facilis ascensus esset. Certe qui tam desperatæ audaciæ esset, ut eo ascenderet, poterat dicere, ἐπιλάθου τὸ οἴκαδε: quemadmodum dicebatur de iis, qui flectebant promontorium Maleam: *Qui flectit Maleam, oblivifcatur reditus in patriam*, vel, ut veteres loquebantur, *domuitionis*. Μαλέαν δὲ κάμψων ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε. quid quod totum fastigium Templi erat consitum verubus ferreis, ut ne aves quidem ibi consistere possent? Joseph. 842, 30. Quomodo tanta turba ibi pedem ponere potuit, ubi ne avibus quidem consistendi locus erat? Et tamen in πτερύγιον ascendit infinita turba, & post eam non exiguus numerus Pharisæorum & Scribarum, ut Sanctum inde deorsum dejicerent. Quid? illi scribæ non veriti sunt polluere sanctum Templum, cædem humanam patrantes ex ejus Pterygio? quod districte vetatur II Reg. XI, 15. II Chron. XXIII, 14. Postremo concionanti ex Pterygio populum acclamasse Osanna filio David: quasi Osanna acclamaretur omni loco, & in omni plausu. Semel in scenopegia acclamabant, acclamantque hodie, ramos, quos Hosanna vocabant, & vocant hodie, manu gestantes, ὀσχοφοροῦντες, non alias. Apostoli si ramos non defregissent ex palmis, non potuissent illud acclamare. neque si Christus non fuisset filius David, potuissent dicere υἱῷ Δαβίδ. neque sane Iacobo congruit, si non fuit filius David, quia Osanna est ὄσχος, sive ramus, qui gestatur in ὀσχοφορίᾳ σκηνοπηγίας. Itaque ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ, nihil aliud est, quam ὁ ὄσχος τῷ υἱῷ Δαβίδ. Sed & illa animadvertenda: εἷς τῶν ἱερέων τῶν υἱῶν Ῥηχὰβ υἱοῦ Ἀρχαβείμ. Tantundem est dicere υἱὸν Ῥηχὰβ ac υἱὸν Ἀρρεχαβείμ, quod idem sit nomen. Nam Ἀρχαβείμ sunt Rechabitæ, cujus familiæ auctor Rechab. neque recte dixero filius Seleuci ex familia Seleucidarum. Præterea isti Rechabitæ non potuerunt esse Sacerdotes; quod essent ex Tribu Iuda. I Paralip. II. in fine. Rursus: καὶ ἐπληρώθη ἡ γραφὴ ἡ ἐν Ἠσαΐᾳ γεγραμμένη, Ἄρωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι ἡμῖν δύσχρηστός ἐστιν. in Rufino est Ieremias, non Esaias. Neutrum verum. Est enim ex Pseudepigrapha Sapientia Salomonis, cap. secundo, 12. ἐνεδρεύσωμεν τὸν δίκαιον, ἐπεὶ δύσχρηστος ἡμῖν ἐστί. quod περίεργοι quidam infulserunt in III " caput Isaiæ. δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος " ἡμῖν ἐστί. Justinus autem in Tryphone negat hæc in " LXX editione legi, & pro illis legit: ἄρωμεν τὸν δί- " καιον. In principio vero hujus longissimi testimonii " dicitur Jacobus neque vinum neque sicera bibisse, neque carnem, aut aliud quid anima præditum comedisse. Certe si hoc ita est, ergo cum Christo in supremo δείπνῳ neque Pascha comedit, neque poculum sumpsit, & plus fecit, quam cæteri Nazaræi, quibus vino tantum & potu inebriante, non autem esu carnium, interdictum erat. Certe mira sunt hæc: illum victu tam differente & ab Apostolis collegis, & ab ipso Magistro Salvatore usum tum quotidie, tum in illa tanti momenti cæna, quam ultimam cum discipulis Dominus habuit, ut solus neque de agno comederet, neque poculum salutare, ut reliqui condiscipuli, biberet. Hæc igitur obiter animadvertere voluimus, ut sciant tirones veterum scripta non solum cum reverentia ipsorum Auctorum, sed etiam cum delectu eorum, quæ ipsi scripserunt, legenda esse. Scio esse κακοήθεις, μισαλήθεις, cervicosos, qui hæc tam crassa defendunt. Propterea nos ea produximus, ut ab hujusmodi præposterorum patronorum maledica & virulenta contumacia caveatur. qui quum hæc legunt, si quidem intelligunt, lectores eorum non admonent: si non intelligunt, inique patiuntur ab aliis moneri. Cæterum si plura requiris de Jacobo hoc, pete ea ex Commentario Hieronymi in Epistolam ad Galatas, ad finem capitis primi: & ex Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum. quæ omnia sunt ex Hegesippo.

Ibid. *à Iudæis lapidibus opprimitur.*] Quod & testatum quoque reliquit Josephus. neque adeo rerum Templi ac Iudaicarum ignarus fuit, ut ἀπὸ πτερυγίου eum à populo præcipitem datum scripserit, à Pharisæis, & Scribis, ab infinita denique turba, qui illuc tanquam aves, aut σχοινοβάται, ascenderint, & ubi vix unus homo consistere poterat, ibi tot homines quasi choreas ducere potuerint: & quo nullæ aves advolarent, eo facilis ascensus hominibus fuerit. Unde quid de hoc Hegesippo judicandum sit, æstimare licet.

MMLXXVIII. *Ante mensam Neronis fulmen cecidit.*] Nerone IV, Cornelio Cosso Coss. Corn. Tacitus. numero MMLXXVI. Metachronismus biennii. Tzetzes in versibus Politicis, pag. 38:

> καὶ δή ποτε τοῦ Νέρωνος πίνοντος, ἐν τραπέζῃ
> σκηπτὸς χυθεὶς ἐξήρπαζεν ἐκ τῆς χειρὸς τὸν σκύφον.
> βλάβη δ' οὐδ' ὅλως γέγονεν ἐκείνῳ τῷ τυράννῳ.

Consentanea his scribit Philostratus lib. IV de vita Apollonii: ὑπωπτεύετο δὲ, ὡς ἔφη, καὶ πολὺ μᾶλλον ἐφ'

ἐφ' οἷς καὶ περὶ τῆς διοσημείας εἶπε. γενομένης γὰρ ποτὲ ἐκλείψεως ἡλίου, καὶ βροντῆς ἐκδοθείσης, ὅπερ ἥκιστα ἐν ἐκλείψει δοκεῖ ξυμβαίνειν, ἀναβλέψας ἐς τὸν οὐρανὸν, Ἔσται τι, ἔφη, μέγα, καὶ οὐκ ἔσται. ξυμβαλεῖν μὲν δὴ τὸ εἰρημένον οὔπω εἶχον οἱ παρατυχόντες τῷ λόγῳ, τρίτῃ δὲ ἀπὸ τῆς ἐκλείψεως ἡμέρᾳ ξυνῆκαν τοῦ λογίου πάντες. σιτουμένου γὰρ τοῦ Νέρωνος, ἐμπεσὼν τῇ τραπέζῃ σκηπτὸς διήλασε τὴν κύλικος ἐν χεροῖν οὔσης, καὶ οὐ πολὺ ἀπεχούσης τοῦ στόματος. τῷ δὴ παρὰ τοσοῦτον ἐλθεῖν τοῦ βληθῆναι αὐτὸν, Πεπράξεταί τι εἶπε, καὶ οὐ πεπράξεται. Ex his ſine dubio ſua illa accepit Tzetzes. Sed quemadmodum omnia, quæ illi Plano attribuuntur, commentitia & falſa ſunt, ita omnis ratio temporum in illis libris præpoſtera. ut hic, quum dicitur triduo poſt defectionem Solis id contigiſſe, hoc eſt numero MMLXXV. quo nihil vanius.

„ Ibid. *Perſius moritur.*] Hieronymus ex Suetonio. „ obiit P. Rubrio Mario Celſo, L. Aſinio Gallo Coſſ. Auctor vetus interpres Perſii in ejus vita. Tempus congruit numero præſenti.

Ibid. *anno vitæ ſuæ* XXIX.] Hic ſane eſt annus vigemus nonus ab ejus natali, numero MML. Sed vetuſtiſſimus Grammaticus ejus vitæ ſcriptor anno XXX. *Deceſſit autem vitio ſtomachi anno* XXX. quæ clauſula quum male irrepſerit retro aliquot lineis ante finem, poſt finem rejicienda eſt. Puto & ibi quoque legendum XXIX. Certe ita poſtulant paria Conſulum, quæ totidem ſunt à Fabio Perſico, & L. Vitellio Coſſ.

Ibid. *Thermæ à Nerone ædificatæ.*] C. Læcanio Baſſo, M. Licinio Craſſo Coſſ. numero MLXXX. Biennii prochroniſmus. Martialis: *Thermis quid melius Neronianis?* Eutropius, unde accepit Hieronymus: *Aedificavit Romæ Thermas quæ ante Neronianæ dictæ, nunc Alexandrinæ appellantur.* P. Victor Regione Urbis nona: *Thermæ Neronianæ, quæ poſtea Alexandrinæ.*

MMLXXIX. *Nero Romæ in citharistarum agone.*] ὕστερον πρότερον. Nam non potuit in agone certare, niſi quum agon inſtitueretur. Inſtitutus autem Nerone IV, Coſſo Cornelio Coſſ. numero MMLXXVI. Triennii metachroniſmus. In nummis Neronis de Agone, quæ Neronia dicebantur, CERTA. QUINQ. ROM. CONST. & quidem non quatuor annorum, ſicut Olympias, ſed quinquennii ſolidi, inſtar luſtri Romani. Imo, neſcio an per errorem, ſeptimo anno celebratum invenio, poſtquam inſtitutus fuit, C. Suetonio Paulino, L. Pontio Teleſino Coſſ. à numero MMLXXVI, ad numerum MMLXXXII. Alii quinquennale ludicrum diverſum ab illo, qui Neronia vocabatur, fuiſſe ſcribunt; mendoſe. neque audiendi ſunt.

Ibid. *citharistarum.*] Κιθαρισταὶ, qui cithara ſine voce modulantur, qui aliter ψιλοκιθαρισταί. Κιθαρῳδοὶ autem, qui & vocem adjungunt. Utroque modo certavit Nero. Grammatici diverſa illis attribuunt ὄργανα, τῷ κιθαριστῇ τὴν κιθάραν, τῷ κιθαρῳδῷ τὴν κιθάραν.

Ibid. *Poſt Marcum Anianus.*] Miror unde Dorotheus Martyr, Tyriorum Epiſcopus, didicerit Marcum Apoſtolum ſub Trajano paſſum. Ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας Τραϊανοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κάλων λαβὼν κατὰ τοῦ τραχήλου, καὶ συρεὶς ἀπὸ τῶν καλουμένων Ἀγγέλων ἐκεῖ ἐκάη πυρὶ ὑπὸ τῶν εἰδωλομανῶν, μηνὶ Φαρμουθὶ λεως, καὶ ἐκεῖ ἐτάφη ἐν τοῖς Βουκόλου. Porro VIII anno Neronis, non IX, paſſum ſcribit Hieronymus in Catalogo Scriptorum.

MMLXXX. *M. Annæus Lucanus.*] Male hoc nomen per e ſimplex ſcribitur. Terentianus:

Annæus Seneca, & Pomponius ante Secundus.

Et inſcriptio Romana: ANNÆUS PLACIDUS HERCULI DONUM DEDI. „
Eſt enim Jambus. Et Græcis ſemper Ἀνναῖος. Extant plurimæ Inſcriptiones, in quibus ſemper ANNÆUS. Vide Indicem in Collectanea Inſcriptionum Grutteriana.

Ibid. *in Piſoniana conjuratione deprehenſus.*] Silio Nerva, & Attico Veſtino Coſſ. numero ſequenti. Prochroniſmus unius anni.

Ibid. *Nero, ut ſimilitudinem Trojæ.*] Memmio Regulo, Paulo Verginio Coſſ. biennio ante conjurationem Piſonianam, & damnationem Lucani. Metachroniſmus unius anni. Vide Inſcriptionem LXI, 3, in Collectaneis Grutterianis, ubi inter alia: QUANDO. URBS. PER. NOVEM. DIES. ARSIT. NERONIANIS. TEMPORIBUS.

Ibid. *In Aſia tres urbes terræmotu conciderunt.*] Nerone IV, Cornelio Coſſo Coſſ. numero MMLXXVI. Quadriennii metachroniſmus. Corn. Tacitus Annali XIV. *Eodem anno ex illuſtribus Aſiæ urbibus Laodicea tremore terræ prolapſa, nullo à nobis remedio, propriis opibus revaluit.* Abſque Cor. Tacito fuiſſet, qui Laodiceæ caſum memorat, ego exiſtimaſſem agi de terræ motu graviſſimo, qui accidit, L. Memmio Regulo, Paulo Verginio Rufo Coſſ. numero MMLXXIX. cujus terræ motus meminit Seneca ſtatim initio libri ſexti Nat. Quæſt. Hoc enim ſeries hiſtoriæ poſtulabat. Paulus Oroſius eadem verba, ut ſolet, ab Hieronymo repetit. Coloſſæ autem omnes ſcripti habent, præter FR. in quo Colaſſæ, ut apud Polyænum lib. VII. & in quibuſdam Epiſtolarum Pauli Apoſtoli codicibus Κολασσαῖς. Κολοσσαὶ autem urbem poſtremis temporibus Χώνας dictam ſcimus ex Oecumenio. Apud Polyænum libro ſeptimo legitur ἐν Κολοσσαῖς τῆς Φρυγίας. quia indifferenter Κολοσσαὶ, & Κολασσαὶ ſcriberetur, & pronunciaretur, ut Dolobella, Dolabella: Dalmatæ, Delmatæ: Mithradates, Mithridates. „

Ibid. *Albino Florus ſuccedit.*] Geſſius Florus Clazomenius miſſus ſucceſſor Albino, biennio ante bellum Judaicum, quod cœpit duodecimo anno Neronis. Ergo decimo anno Neronis miſſus, ut hic recte notatur. Joſephus cap. ultimo lib. XX.

Ibid. *Iunius Gallio frater Senecæ.*] Hieronymi. Atquin adhuc vivebat numero MMLXXXII, Silio Nerva, & Attico Veſtino Coſſ. quibus Conſulibus L. Seneca frater ejus extinctus. Corn. Tacitus Annali XV: *Poſtea Iunium Gallionem Senecæ fratris morte pavidum, & pro ſua incolumitate ſupplicem increpuit Salienus Clemens,* &c. Hic autem fuit frater L. Senecæ, prius quidem dictus „ M. Annæus Novatus, poſtea hoc nomen habuit „ adoptatus à Junio Gallione Ovidii familiari, ad „ quem extat XI Elegia libri IV de Ponto. „

Ibid. *propria ſe manu interficit.*] Aliter Xiphilinus, poſt Senecam fratrem & ipſum quoque extinctum. καὶ οἱ ἀδελφοὶ ὕστερον ἐπαπώλοντο. nimirum Mela, & Gallio. Qui fieri igitur potuit, ut qui numero MMLXXXII adhuc vivebat, extinctus ſit, aut ſibi mortem conſciverit biennio ante?

MMLXXXI. DLVCCXI. *Non eſt acta.*] PR. non ha- „ bent hæc. „

Ibid. *Duæ tantum Provinciæ ſub Nerone factæ.*] Hieronymus ab Eutropio: *Duæ tamen Provinciæ ſub eo factæ ſunt, Pontus Polemoniacus, concedente Rege Polemone, & Alpes Cottiæ,* (Cotto) *Rege defuncto.* Quæ & ad verbum Eutropius ipſe à Suetonio mutuatus eſt in Nerone, Sectione XVIII. Flavius Vopiſcus in Aureliano: *Pomœrio autem nemini Principum licet addere, niſi ei, qui agri barbarici aliqua parte Ro. Remp. locupletarit. Addidit autem Auguſtus, addidit Trajanus, addidit Nero: ſub quo Pontus*

tus Polemoniacus, & Alpes Cottiæ Romano nomini attributa. Polemoniacus Pontus dicitur ad distinctionem Ponti Pelagonii, qui mendose scribitur per Æ in veteri inscriptione. PONTI. PÆLAGONII. ET. BYTHYNIÆ.

Ibid. *Duæ tantum.*] Sine dubio apud Eutropium ita legit, quum in excusis legatur, *duæ tamen.* quæ recta est lectio.

Ibid. *Pontus Polemoniacus.*] Polemonis hujus, quo concedente Romanis, Pontum provinciam factam esse scribit Eutropius, meminit Iosephus cap. ult. lib. XIX. 602. καὶ Πολέμων τὴν Πόντου κεκτημένος δυναστείαν. Sed multi Polemones Ponti reges fuerunt, ut ex Strabone, & aliis scriptoribus, constat. Fuit & eodem tempore alius Polemo rex Ciliciæ, quo posito præputio duxit uxorem Berenicen filiam Agrippæ senioris regis Iudæorum, sororem Agrippæ junioris, cum qua frater ipse Agrippa consuetudinem stupri habere dicebatur, auctore Josepho, & Juvenale:

— *incestæ dedit hunc Agrippa sorori.*

Apud Gelasium in Catalogo Episcoporum Nicenorum πόντον Πτολεμαϊκὸν perperam legitur. Lege Πολεμωνιακόν.

Ibid. *& Alpes Cottiæ, Cottio rege defuncto.*] Videntur omnes reges illarum Alpium Cottii dicti, à quorum primo Cottiæ Alpes vocatæ, teste Ammiano, lib. XV. Inde Cottianæ civitates Plinio: item γῆ Κοττίου Straboni lib. III, & IV.

Ibid. *Cottio Rege defuncto.*] In nummis Neronis, COTIOS. quod huc pertinet.

Ibid. *Nero in Olympiade coronatur.*] Nimirum præsenti Olymp. CCXI, ut recte hic annotatum. Xiphilinus: ἐν δὲ τοῖς Ὀλυμπίοις ἅρμα ἐλάσας, καὶ πεσὼν ἐξ αὐτοῦ, καὶ ὀλίγου δεῖν συντριβεὶς, ὅμως ἐστεφανώθη καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοῖς Ἑλλανοδίκαις τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας, ἃς ὕστερον Γάλβας παρ' αὐτῶν ἀπήτησεν ἔδωκε.

Ibid. *Cerycas, Citharistas, Tragœdos, aurigas vario certamine superans.*] Vide infra, numero sequenti. Nam ex illis huc quædam transtulit interpres. Noti sunt nummi Neronis, in quibus Nero habitu citharœdico.

,, Ibid. *Citharistas.*] Xiphilinus: τὸν μέντοι στέφανον τὸν τῶν κιθαρῳδῶν ἀνικεὶ ἔλαβε, πάντων, ὡς καὶ ἀναξίων τῆς νίκης ἐκκληθέντων. Ubi etiam utitur verbo proprio ἐκκληθέντων. Nam qui à brabio nunquam repulsi fuerant, ii vocabantur ἀνέκκλητοι. Vetus Inscriptio. ἀλειπτὸς, ἀσυνέξωστος, ἀνέκκλητος.

Ibid. *L. Annæus Seneca Cordubensis.*] Periit numero ,, MMLXXXI, ut hic recte annotatum, Silio Nerva, Attico Vestino Coss.

MMLXXXII. *Rursum Nero Isthmia.*] Paulino Suetonio, Pontio Telesino Coss. Auctor Xiphilinus. Hoc ipso anno. Hæc omnia fere ad verbum Eusebius ex Philostrato, lib. IV; τὰ γὰρ βασίλεια ἐκλιπὼν ἐς τὴν Ἑλλάδα ἀφίκετο κηρύγμασιν ὑποθήσων ἑαυτὸν Ὀλυμπικοῖς τε καὶ Πυθικοῖς. ἐνίκα δὲ καὶ Ἰσθμοῖ. αἱ δὲ νῖκαι ἦσαν κιθαρῳδίαι, καὶ κήρυκες. ἐνίκα δὲ καὶ τραγῳδοὺς ἐν Ὀλυμπίᾳ. Itaque præcones sacrorum certaminum intelligit, non familiam, quæ Athenis dicebatur Κήρυκες, ἀπὸ Κήρυκος τοῦ Ἑρμοῦ.

Ibid. *Pythia, Actia celebrans.*] Omisit Ἴλια Hieronymus.

Ibidem. *Inter cerycas, Tragœdos, & citharistas coronatur*]. Retexuit omnem seriem verborum Græcorum, selectis, quæ vertere voluit, aut potuit, τραγῳδίαις, κιθαρῳδίαις ἐστεφανοῦτο κήρυξιν. Quæ vertenda erant: *Tragœdiis, & cantibus ad citharam coronabatur sub præconibus.* Philostratus lib. V de Nerone: τραγῳδίαν δὲ ἀπαγγεῖλαι, καὶ κιθαρῳδίαν. Nam victorias in sacris certaminibus per præcones pronunciari, & coronas ad præconium dari, non est opus monere, quum vulgatissima res sit. Malim vero, *ludis Tragicis, & citharœdicis coronabatur sub præconio.* Nam hoc frequentissimum fuit, ut coronæ bene meritis darentur celeberrima die, puta τραγῳδοῖς, Διονυσίοις: hoc est spectaculis Tragicis, aut Liberalibus, ut est dicere apud Demosthenem in oratione pro corona, in ψηφίσμασι quæ ibi producuntur, & in Decreto Atheniensium in gratiam Hyrcani Iudæorum Ethnarchæ apud Iosephum: quæ interpretatio eodem, quo altera, recidit. Sequitur in Græcis, ἅρματι πωλικῷ, καὶ τῷ τελείῳ, καὶ δεκαπώλῳ. quod nescio quomodo in superiorem numerum traductum ita vertit: *Cerycas, citharistas, Tragœdos, aurigas vario certamine superans.* quod & Orosius totidem fere verbis retulit. πωλικὸν ἅρμα opponitur τῷ τελείῳ, ut paulo eruditiores sciunt. Sed Latine haud scio an recte reddi possit. quam difficultatem unicam esse putamus caussam, quæ Hieronymum ab his vertendis deterruerit. *Pullo equino, & equis* non satis est. Latini lactentes & majores hostias dicunt, quæ Græci γαλαθηνὰ καὶ τέλεια θύματα. Sed τέλειον ἅρμα nisi longo verborum ambitu, nunquam Latine reddideris.

Ibidem. *Rursum Nero Isthmia*] Post hæc in PR. « hæc leguntur. *quidam Codices habent, quod* CCXI « *Olympias acta non est.* At POST. Edit. & Marian. non habent. Atqui in Græcis quoque leguntur, μεταθείσης καὶ τὴν Ὀλυμπιάδα. Nam Olympiadis illius celebrationem in sequentem annum differri edixit. Philostratus libro V, verbis Apollonii: ἐγὼ δὲ νικήσειν μὲν Νέρωνα ἐν Ὀλυμπίᾳ φημί. τίς γὰρ οὕτω θρασὺς, ὡς ἐναντία θέσθαι; Ὀλύμπια δὲ οὐ νικήσειν, ἅ, γε μηδὲ ἐν ὥρᾳ ἄγουσι. πατρίου μὲν γὰρ τοῖς Ὀλυμπίοις τοῦ πέρυσιν ἐνιαυτοῦ ὄντος, ἐκέλευσε τοὺς Ἠλείους Νέρων ἀναβαλέσθαι αὐτὰ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἐπιδημίαν, ὡς ἐκείνῳ μᾶλλον, ἢ Διὶ θύσοντας. Hinc illustratur locus Pausaniæ Phocicis: Εἰ δὲ ἀληθεύει τὸ ἐπίγραμμα, Ὀλυμπιάδι τῇ πρώτῃ μετὰ δέκα καὶ διακοσίας φαίνοιτο αὐτὸν κότινον ὁ Ξενόδαμος εἰληφώς. Αὕτη δὲ ἐν τοῖς Ἠλείων γράμμασι παρεῖται μόνη πασῶν ἡ Ὀλυμπιάς.

Ibid. *Nerone in expensas centies centena millia decreto* « *Senatus annua subministrantur.*] Centies centena mil- « lia, sunt centies centena millia sestertium. Nam in « re nummaria aliter Latini non loquuntur. Ea sunt « nummi Romani aureorum centum millia, numismatis « Gallicani Solatorum Scutatorum ducenta octo « millia, trecenti triginta tres cum triente. Tam exi- « guam summam annuam decreto Senatus illi gurgiti « attributam fuisse credemus, qui octigena nummum « diurna millia in Tiridatem erogaverit, & qui, ut « Suetonius ait, devitiarum & pecuniæ fructum non « alium putabat, quam profusionem? Nos non dubi- « tamus in Græcis fuisse, Νέρωνι εἰς δαπάνας, μύριαι μυριάδες ἐπέτειοι τῆς συγκλήτου δόγματι « ἐχορηγήθησαν. quæ ita vertenda erant: *Neroni in ex-* « *pensas millies annuum decreto Senatus suppeditatum.* Id est « auri Romani quadragies centena millia aureorum, « Gallicani numismatis milliones octo trecenta tri- « ginta tria millia Scutatorum Solatorum, trecenti «

tri- «

„ triginta tres cum triente. Ac vereor ne majorem „ summam illi Senatus decreverit, quum tantundem „ Tiridati abeunti ab ipso Nerone collatum fuisse Sue-„ tonius scribat: *In Tiridatem, quod vix credibile videatur „ octingena nummum millia diurna erogavit, abeuntique super „ H. S. millies contulit.* Quod quum ita sit, non video, „ cur Hieronymus properans verterit centies centena „ millia, quæ tamen sunt millies centena millia; & „ præterea ita loquutus sit, ut intelligendum sit num-„ mos sestertios ex usu Latini sermonis, quum tamen „ in Græcis de drachmis agatur. Nam centies centena „ millia Latine sunt, ut diximus, sestertium nummo-„ rum centies centena millia. At χιλιὰς μυριάδων, „ vel χίλιας μυριάδες sunt & ipsa quoque centies „ centena millia, sed ex consuetudine Græci sermonis „ sunt drachmæ. Tantum igitur Nero erogavit Tiri-„ dati in viaticum, quantum illi annuum à Senatu de-„ cretum est.

MMLXXXIII. *Nero cum cæteris viris insignibus Octaviam.*] Videntur esse Hieronymi. Tempus necis Octaviæ in Collectaneis nostris anno secundo Olymp. CCX. numero MMLXXVIII. Quinquennii metachronismus. Hac in parte mutilus est Corn. Tacitus.

„ Ibid. *Cornutumque Philosophum præceptorem Persii.*] „ Non solum Philosophus, sed & Philologus fuit, scri-„ psitque ad Silium Italicum libros de Virgilio. Cha-„ risius: CIVITATUM: Annæus Cornutus ad Italicum „ de Virgilio libro X: *Iamque exemplo tuo etiam Princi-„ pes civitatium, & poëtæ incipient similia fingere.* Scripsit „ & Commentarium in Virgilium, cujus & ipse Cha-„ risius, & Gellius meminere.

MMLXXXIV. *Musonius.*] Suidas: Μουσώνιος Καπίτωνος Τυῤῥηνὸς, πόλεως Βουλσινίου, διαλεκτικὸς, φιλόσοφος, καὶ Στωϊκὸς, γεγονὼς ἐπὶ Νέρωνος, γνώριμος Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως, πρὸς ὃν καὶ ἐπιστολαὶ φέρονται Ἀπολλωνίου, κἀκείνου πρὸς Ἀπολλώνιον. διὰ γοῦν τὴν παῤῥησίαν, καὶ τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἐλευθερίας αὐτοῦ ὑπὸ Νέρωνος ἀναιρεῖται. Neque Etruscum domo Vulsiniis, sed Babylonium, neque à Nerone interfectum, sed in carcerem conjectum fuisse scribit Philostratus libro IV: Ἀλλὰ Μουσώνιος ὁ Βαβυλώνιος ἀνὴρ, Ἀπολλωνίου μὲν δεύτερος ἐδέθη ἐπὶ σοφίᾳ, καὶ ἐκεῖ μὲν ὢν ἐκινδύνευσεν, ἀπέθανε δ' ἂν τὸ ἐπὶ τῷ δήσαντι, εἰ μὴ σφόδρα ἔῤῥωτο. Ubi vides non stetisse per Neronem, quin moreretur, absque ejus invicta constantia fuisset. Alius est Musonius Rufus, qui in exilium à Nerone missus, & ipse quoque Philosophus.

Ibid. *L. Annæus Mela Senecæ frater & Gallionis bona Lucani Poëtæ filii sui à Nerone promeretur.*] Atqui ἐπαπώλετο τῷ ἀδελφῷ, ut refert Xiphilinus ex Dione. *Interfectus post fratrem.* Quomodo igitur petivit bona filii sui? Deinde quæ bona vivo patre possidet filius, præter peculium castrense, aut adventitium?

Ibid. *Primus Nero super omnia scelera sua etiam persecutionem in Christianos facit.*] Memmio Regulo, Verginio Rufo Coss. numero MMLXXXIX. ex Corn. Tacito, qui supplicium Christianorum subjicit statim post incendium Urbis Neronianum. Metachronismus quinquennii. Nam iste ultimus annus Neronis, C. Galerio Trachalo Turpiliano, C. Silio Italico Coss. Non igitur recte tempus designatum.

Ibid. *persecutionem in Christianos.*] Supplicium Christianorum, ut alligati axibus cera & pice illiti cremarentur, & usum nocturnorum luminum vigilibus præstarent, auctore Corn. Tacito. hoc est, ut tunica molesta induti per totam noctem ardentes vigilibus essent vicem ignium excubiarum. Tunica autem molesta erat indusium cera litum, quo sontes tæda & papyro circundati supervestiebantur. Scholia Juvenalis: *Nero maleficos homines tæda & papyro & cera supervestiebat, & sic ad ignem admoveri jubebat, ut arderent.* Hæc Scholiastes ille in illos versus Juvenalis, qui sine dubio de Christianis dicti sunt, (quos, ut idem Scholiastes postea notat, Maleficos, id est magicarum superstitionum pontifices vocabant,) & ad hanc historiam referuntur:

Pone Tigillinum: tæda lucebis in illa,
Qua stantes ardent, qui fixo gutture fumant,
Et latum mediam sulcus diducit arenam.

Quem locum depravatissimum ita legendū esse jamdudum monuimus. Quia igitur papyro circundati cera superinducebantur, propterea Cerei dicti fuere: quia cerei intus papyro farcti, extrinsecus cera vestiuntur. Unde Cereus, qui Græce κηρίων, à vetere poëta dicitur κηροχίτων, hoc est cerea tunica superindutus. Idem Scholiastes: *Vivus ardebis quemadmodum in munere Neronis viri arserunt, de quibus ille jussit cereos fieri, ut lucerent spectatoribus, quum fixa essent illis guttura, ne se curvarent.* Ita hac tunica liti, & axi semissali alligati sarmentorum ambitu comburebantur: unde *semaxii*, & *Sarmentitii* vocabantur. Hinc jocus in Sarmentum scurram, bipedem nequissimum:

Aliud scriptum habet Sarmentus, aliud populus voluerat,
Digna dignis. Sic Sarmentus habeat dignas compedes.
Rustici, ne nihil agatis, aliquis sarmentum alliget.

Est jocus ab ambiguo: quia Sarmentum scurram ad axem semissalem alligari, & sarmentum circundari jubet, ut Sarmentus concremetur. Atque hæc hactenus de persecutione Christianorum prima sub Nerone, anno imperii ejus nono, Christi Dionysiano LXIII, numero MMLXXIX, annis XXX post Dominicam Ascensionem: non autem anno XIV Neronis, Christi LXVIII, ut hic positum est.

Ibid. *in qua Petrus & Paulus gloriose Romæ occubuerunt.*] Vetustiorum opinio est Paulum & Petrum eadem die eodemque anno simul passos. Dionysius Corinthiorum Episcopus ad Romanos apud Eusebium in fine lib. II Histor. Eccles. ὡς δὲ, inquit Eusebius, καὶ κατ' αὐτὸν ἄμφω καιρὸν ἐμαρτύρησαν, Κορινθίων ἐπίσκοπος Διονύσιος ἐγγράφως Ῥωμαίοις ὁμιλῶν ὧδέ πως παρίστησι. [Ταῦτα] καὶ ὑμεῖς διὰ τοσαύ-„ της νουθεσίας τὴν ἀπὸ Πέτρου καὶ Παύλου φυτευθεῖσαν „ φυτείαν Ῥωμαίων τε καὶ Κορινθίων συνεκεράσατε. καὶ „ γὰρ ἄμφω καὶ εἰς τὴν ἡμετέραν Κόρινθον φυτεύσαν-„ τες ὑμᾶς ὁμοίως ἐδίδαξαν, ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὴν „ Ἰταλίαν ὁμόσε ἐμαρτύρησαν κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν. „ Legendum ex sententiæ tenore, & ex Rufino, ὁμοίως δὲ κατὰ τὴν Ἰταλίαν. Quem locum, ut multos alios, satis infeliciter reddidit Christophorsonus, ut tolerabilius ea verterit Rufinus interpres alioqui barbarus & imperitus. Post illum Dionysium nemo, quod sciam, scripsit eodem tempore Petrum cum Paulo Corinthi & in Italia docuisse: & nemo ei concedet, nisi qui Actis Apostolorum contraria sentire velit. Neque tam miror à Dionysio dictum, quam ab Eusebio silentio prætéritum. Posterior sententia eorum est, qui eodem quidem die utrunque Apostolum passum volunt, sed interjecto anno uno Petrum post Paulum. Auctor vetustus ante Scholia Oecumenii, qui scribebat Arcadio IV, Honorio Aug. III Coss. indictione nona, Paulum quidem anno Passionis Dominicæ trigesimo sexto, Petrum à nato Christo anno LXIX: à cujus passione, ad Consulatum IV Arcadii, & III Honorii, putari annos CCCXCVI. Male excusum est τριακόσια τριάκοντα, pro τριακόσια ἑξήκοντα. Sed Christianorum perse-

cutio, ut jam diximus, contigit anno Dominicæ nativitatis, ut hodie putamus, LXIII, Passionis XXX. neque nisi semel Christianos sub Nerone supplicio affectos legimus: qui erat annus septimus adventus Pauli in urbem.

Ibid. *contra Iudæos, qui Cestii Flori.*] Γέσσιον, non Κέστιον, vocat Josephus. Gessium Corn. Tacitus Historia v. Vide ultimum caput libri xx. ἀρχαιολογ. Omnes scripti Codices habent Cestium, & Græca Κέστιον. Et mirum est, quod quum in xx libri cap. ultimo Origin. Iudaicar. Rufini editio agnoscat Gessius, tamen lib. II ἁλώσεως vocetur Cestius Florus. quod profecto est vitium librarium contractum ex nomine, quod statim sequitur, Cestius Gallus. Quæ, ut ego arbitror, caussa fuit quoque, ut Eusebius Κέστιον, non „ Γέσσιον Florum nominaret. Mirum etiam, quod „ Pseudohegesippus, qui Josephum semper sequitur, „ tamen non Gessium, ut ille, sed Cestium, ut Eusebius, „ vocat.

Ibid. *Nero, quum à Senatu quæreretur.*] Hieronymus ex Eutropio. Extinctus est Nero VIII Eid. Junii, anno, & XXII diebus ante initium Vespasiani. Auctor Dio. quod miror à Suetonio omissum.

Ibid. *Post Neronem Galba.*] Corn. Tacitus Annali III, ab Actiaca victoria, ad imperium Galbæ, annos putat centum: *Auditis Cæsaris literis, remissa Aedilibus talis cura, luxusque mensæ, à fine Actiaci belli, ad ea arma, quis Ser. Galba, Remp. Romanam adeptus est, per annos centum profusis sumptibus exerciti, paulatim exolevere.* Sed non est exactus numerus, quum detractis centum de numero MMLXXXIV, relinquatur numerus MDCCCCLXXXIV, qui antecedit victoriam Actiacam biennio, deditionem Alexandriæ, & primum Thoth Augusto„ rum, quadriennio. Dictum, ut solet, οὐκ ἀκρι„ βῶς, ἀλλ' ὁλοσχερῶς.

Ibid. *Galba in Iberia.*] In quibus Iberiam Hieronymus ponit pro Hispania, ea sunt ex Græcis Eusebii conversa. Sed vertendum erat Hispaniam, ad amphibologiam declinandam. Porro valde confusa sunt tempora & initia horum trium imperatorum, Galbæ, Othonis, & Vitellii, nisi adhibueris id temperamentum, quod præcipit Xiphilinus ex Dione, ut scilicet unum annum, & XXII dies illis tribus conjunctim assignemus, quia alius alii non successit, sed duo simul eodem tempore imperii insessores fuerunt. Xiphilinus in fine Vespasiani: Καὶ οὕτω συμβαίνει ἐνιαυτόν τε καὶ δύο καὶ εἴκοσι ἡμέρας ἀπὸ τοῦ θανάτου τοῦ Νέρωνος μέχρι τῆς τοῦ Οὐε„ σπασιανοῦ ἀρχῆς διελθεῖν. Itaque initio tertiæ æsta„ tis terminatur eorum imperium, ut recte dixerit Au„ sonius:

„ *Galba senex, Otho lascive, & famose Vitelli,*
„ *Tertia vos Latio regnantes nescit æstas.*

Ibid. *Otho tertio imperii sui mense apud Vetriacum.*] Ita POST. Corn. Tacitus & Orosius *Bebriacum.* Lipsiana editio *Bedriacum.* Plutarchus Βηδριακόν. Josephus Βηγηδιακόν. Sed mira est lectio in PR. *Metiacum,* quæ nihil habet cognationis cum superioribus. Nam ea nihil aliud sunt, quam unum nomen multifariam depravatum. Hoc vero longe diversum. Scholia Juvenalis Satyra II vocant *Bebriacum Campaniæ.* Ita vocat Campestria Cremonæ, Mantuæ, & Veronæ; ut in Gallia est Campania Remensis, Campania Laudunensis. Rursus de Othone & Vitellio: *Horum bellum scripsit Cornelius; scripsit & Pompejus Planta, qui ait Bebriacum victum esse à Cremona vicesimo lapide.*

Ibid. *Vitellius à Vespasiani ducibus occisus.*] Perperam „ Sulpitius Severus sibi manus intulisse. „

MMLXXXV. *Vespasianus.*] Ejus initium à Kal. Iulii. *Tiberius Alexander Præfectus Aegypti primus in verba Vespasiani legiones adegit Kalendis Iulii: qui principatus dies in posterum observatus est.* Sueton.

MMLXXXVI. *Capitolium Romæ incensum.*] Corn. Tacitus historia III. Superiore anno incensum, non hoc.

Ibid. REGNUM IUDÆORUM DEFICIT.] Deletis Ierosolymis regnum Iudæorum defecisse nos negamus. Agrippa erat Rex Iudæorum, non totius Iudeæ, aut Ierosolymorum. Nam major pars Iudææ cum Ierosolymis facta erat provincia Romanorum jam à relegatione Archelai: à qua, ad hunc numerum, intersunt anni LXI. At Agrippa minor, septimus, & ultimus Herodiadarum Dynastarum superfuit Ierosolymorum excidio annis XXX, incolumi regno, quod per annos XXVI possidebat, & aliquot urbium accessione beneficio Vespasiani ampliato. Tantum abest, ut in ejus regno aliquid mutaverit fortuna Ierosolymorum. Quid ergo cogitabat Eusebius? an deletis Ierosolymis Agrippam privatum mansisse, aut una cum Ierosolymis deletum fuisse? Sed hæc & jam confutata sunt, & confutantur hoc nummo: ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. ΟΥΕϹΠΑϹΙΑΝΟϹ. ΚΑΙϹΑΡ. ΙΟΥΔΑΙΑϹ. ΕΑΛΩΚΥΙΑϹ. ΕΤΕΙ. ΚΑ. ΑΓΡΙΠΠ. post captam Iudæam adhuc erat βασιλεὺς Ἀγρίππας. Alibi ΕΤΟΥΣ. ΚϚ. ΑΓΡΙΠΠ. Satis licenter Eusebius hoc commento sibi indulsit. Falluntur autem tam veteres, quam recentiores Iudæi, qui sublata judicia sibi fuisse dicunt à Romanis, annis XL ante excidium Templi: hoc est XV anno Tiberii Cæsaris. quod est ridiculum. Hoc enim accidit LXI annis ante Ierosolymorum casum, Archelao Vienna relegato. Unde est illud: *Nobis non licet interficere quenquam.* Nam præses, aut procurator Cæsaris, translata in se omni jurisdictione, pauca reliquerat Consessui Iudæorum, eaque minimi momenti, cum iis præterea, quæ ad eorum legem, ritus, ceremonias, & cantus pertinebant.

Ibid. *Titus Iudæa capta & Ierosolymis subversis.*] Recte assignatum tempus. Pascha, id est XIV Nisan, XIV die Aprilis, auctore Josepho: quod non potuit contingere, nisi aureo numero XIV, anno Christi LXX, numero Eusebiano MMLXXXVI. Neomenia Nisan Kalend. Aprilis, feria prima, quæ tamen debebat esse VII, prid. Kalend. Sed apparet hoc factum על פי הראיה *secundum visionem.* Nam sereno vespere expectabant visionem Lunæ, qua visa, & sanctificata, indicebant neomeniam, ut diserte extat in Talmud. Sin nubilum tempus esset, indicebant eam ex Ephemeride, ut in eodem capite legimus. Vel hoc contigit ex periodo Calippica. quod fortasse verius. Utrunque tamen caussam suam habet.

Ibidem. *& alia centum millia captivorum venundata.*] Inde frequentissimum in Talmud, & in Chronicis Iudæorum vetustissimis, *ille Rabbi venundatus fuit in desolatione Templi, & redemptus ab illo.* Hoc legimus frequentissime.

Ibidem. *ob quam ex omni genere Iudæi.*] Hieronymus videtur legisse: ἐν ᾗ παντὸς οἱ τοῦ ἔθνους. „ Sed properantia fecit, ut minus recte legerit. Nam „ Eusebius non aliter potuit scribere, quam quomodo „ extat in Græcis ejus. „

Ibid. *Oportuit enim in iisdem diebus.*] Repetitur in lib. III, cap. V Eccles. Histor. χρῆν δ' οὖν ἐν αἷς ἡμέραις τὸ πάντων σωτῆρα καὶ εὐεργέτην Χριστόν τε τοῦ θεοῦ τὰ κατὰ τὸ πάθος διατέθειν, ταῖς αὐταῖς ὥσπερ ἐν εἱρκτῇ κατακλεισθέντας τὸν μέλλοντα αὐτοὺς ὄλεθρον πρὸς τῆς θείας δίκης καταδέξασθαι. Sulpitius Severus: *Nimirum ita Deo placitum, ut eo tempore, quo Dominum „ cruci affixerat, gens impia internecioni daretur.* Chroni-„ con Casauboni: ὁ δὲ σοφώτατος Εὐσέβιος ὁ Παμ-„ φίλου συνεγράψατο οὕτως· ὅτι ἐν ᾗ ἑορτῇ τὸν Χρι-„ στὸν ἐσταύρωσαν οἱ Ἰουδαῖοι, ἐν τῇ αὐτῇ ἑορτῇ πάντες „ ἀπώλοντο.

Ibid. *à XV anno Tiberii.*] E regione XV Tiberii annotatus est annus Christi secundum Eusebium XXX. Hic vero annus LXXI. Differentia anni XLI à baptismo, ad excidium Templi. de quibus deducto quadriennio solido à baptismo, ad passionem, erunt à passione, ad præsentem annum cladis Judaicæ, anni absoluti XXXVII. Caveat lector, ne annos Christi Eusebianos cum annis Christi Dionysianis confundat. Est enim Eusebiana Epocha uno anno Dionysiana antiquior. Annos autem Christi omnes PR. retinent, ita ut eos posuimus. POST. autem non habent. quod miror. Neque enim ratio patitur Eusebium, qui omnium Regnorum epochas posuerit, hanc unam Christi omisisse. Quam ridiculum enim esset?

Ibid. *A XV anno Tiberii Cæsaris, & ab exordio euangelicæ prædicationis, anni XLII.*] Uno anno plus dicit. Ratio: quia annum XV Tiberii statuit numero MMXLIV, non, ut oportebat, in MMXLV. Judæi vero falluntur, qui annum desolationis Sabbaticum fuisse dicunt, quum is fuerit annus primus decurrens ad finem Hebdomadis primæ Iobelæi XXXI. Nam, ut alibi monemus, à primo anno γεωργίας, ad Tisri, in quo cæpit annus desolationis, sunt absoluta Iobelea XXXI præcise. quod certe mihi videtur notabili Dei Opt. Max. providentia contigisse, ut Ierusalem in posterum requiesceret perpetua Sabbata sua. Sub Sedekia anno Sabbatico capta sunt Ierosolyma. Propterea in fine Chronicorum dictum est Comm. 21, *ut requiesceret sabbata sua.* Sane decima Tisri ejus anni, quo capta sunt Ierosolyma, & à Romanis deleta, celebratum fuit Iobeleum XXXI. Iobeleum enim semper decima Tisri primo anno Hebdomadis indicebatur per Cornicinem, non autem in neomenia Tisri. Sexto anno Hebdomadis absoluto, neomenia Tisri septimi anni, indicebatur requies terræ. Iobel autem anno septimo Hebdomadis absoluto, decima die Tisri anni primi Hebdomadis, ut jam diximus: ita ut inter initium anni Sabbatici, & finem Iobelei, interesset annus Lunaris unus absolutus, & dies IX solidi insuper. Ideo decima Tisri anni primi hebdomadis, qui erat Christi LXIX, celebratum Iobel XXXI, & in Pascha sequentis anni LXX, Judæi in urbem à Tito compulsi, obsessi, & expugnati. Unde vere dici potest Ierosolyma requievisse Sabbata sua, & prædia, quæ in anno Iobel reditura erant ad priores possessores, non ad eos, sed ad Romanos, pervenisse. quæ notet Christianus & pius Lector.

Ibid. *anni XLII.*] Quidam summi viri Ecclesiastici ac veteres scriptores sequius de hoc intervallo scribunt. „ Sulpitius Severus à diruto Templo, ad annum Chri-„ sti Dionysianum CCCC putat annos CCCXXXI, uno „ anno minus peccans. Eusebius à Dominica Passione, ad desolationem, ponit XLII annos, oblitus sui, libro III, cap. VII Eccles. Hist. ἄξιον δ' ἂν προσθεῖναι καὶ φιλανθρωπίας τῆς παναγάθου προνοίας τεσσαράκοντα ἐφ' ὅλοις .... ἔτεσι μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Χριστοῦ τόλμαν τὴν κατ' αὐτῶν ὄλεθρον ὑπερθεμένης. Oportet valde in Hellenismo tironem esse, qui non videat numerum deesse in illa lacuna, quam reliquimus, ut in illo spatio ostenderemus numerum δυσὶν desiderari: *quadraginta annis & biennio insuper solido.* Quis nescit eam consuetudinem Hellenismi esse? ἑξῆς τεσσαράκοντα ἐπὶ δυσὶν ὅλα ἔτη, aut τεσσαράκοντα ἐφ' ὅλοις δυσὶν ἔτεσιν. Vetustissima est menda, quæ & agnoscitur à Rufino. Christophorson non deprehendit, quum interpretetur τεσσαράκοντα ἐφ' ὅλοις, quadraginta continuos. quæ tamen locutio non est Græca. „ Sed sequutus est Rufinum. Eusebium autem decepit locus Clementis ex primo Stromateo: ἀφ' οὗ δὲ ἐπῆλθεν, ἕως τῆς καταστροφῆς τῆς Ἱερουσαλήμ, γίνονται ἔτη μβ, μῆνες γ. Sed duorum meminisse Eusebii intererat: alterius, se tot annos putasse à baptismo, non à passione in hoc Chronico: alterius vero Clementem, ut & alios veteres, eodem anno Christum & baptizatum & passum credidisse. Qui locus Clementis non uni Eusebio, sed & Origeni imposuit: cujus hæc verba sunt ex IV libro in Celsum: τεσσαράκοντα γὰρ ἔτη καὶ δύο, οἶμαι, ἀφ' οὗ ἐσταύρωσαν τὸν Ἰησοῦν, γεγονέναι ἐπὶ τὴν Ἱεροσολύμων καθαίρεσιν. Aliter recitat ex Phlegonte, Tractatu XXIX in Matthæum: *Si autem oportet & de temporibus aliquid dicere, dicimus quoniam in Chronicis Phlegontis cujusdam dicitur, (si tamen & hunc debemus quasi vera dicentem de Templo suscipere) quoniam circa quadragesimum annum à quintodecimo anno Tiberii Cæsaris facta est destructio Ierusalem, & Templi, quod fuit in ea.* Certe à XV anno Tiberii, ad excidium Templi, sunt anni solidi XLI, cum aliquot diebus, non XL, ut Phlegon, neque XLII, ut Clemens.

MMLXXXVIII. *Vespasianus Capitolium.*] Anno pugnæ Bebriacensis. Auctor Cor. Tacitus Historia quarta: *At Vespasianus post Cremonensem pugnam,* &c. Infra: *Curam restituendi Capitolii in L. Vestinium confert,* &c. *Vndecimo Kal. Iulias serena luce.* Vide reliqua. quod tempus convenit numero MMLXXXV. Triennii metachronismus. Cedrenus 179. 40. τῷ πρώτῳ ἔτει Οὐεσπασιανοῦ ὁ ναὸς τοῦ Καπετωλίου ἐνεπρήσθη. καὶ τῷ ε ἔτει οἰκοδομεῖσθαι παρ' αὐτοῦ ἤρξατο. quæ sunt à classico teste, quisquis ille fuerit. Puto ab Africano. Porro ab obitu „ Virgilii, ad hunc numerum, sunt anni XC. & totidem „ annos Plinius putat ab obitu Virgilii ad eum annum, „ quo libros historiæ Natur. scribebat. Scribebat igi- „ tur hoc numero. „

MMLXXXIX. *Achaia, Lycia, Rhodus.*] Eutropius à Suetonio, ab Eutropio Hieronymus, ab Hieronymo Orosius. Sex. Rufus: *Ita Rhodus & insulæ primum libere agebant. Postea in consuetudinem parendi Romanis clementer provocatæ pervenerunt: & sub Vespasiano Principe Insularum provincia facta est.* In Notitia Imperii: *Lyciæ, Cariæ, Insularum.*

Ibid. *quæ libera antea.*] Sane Achaiæ, & omni Græciæ libertatem ademit Vespasianus. Nam nomine Achaiæ omnis Græcia comprehendebatur, auctore Pausania. Nero libertatem antiquam Græciæ urbibus restituit: Vespasianus ademit. De libertate Achais à Nerone reddita Plinius lib. IV, cap. VI. Philostratus item libro quinto, ante finem: Νέρων ἐλευθέραν ἀφῆκε τὴν Ἑλλάδα σωφρονέστερόν τι ἑαυτοῦ γνούς. καὶ ἐπανῆλθον αἱ πόλεις ἐς ἤθη Δωρικὰ, καὶ Ἀττικά. πάντα τε ἀνήνθησε σὺν ὁμονοίᾳ τῶν πόλεων, ὃ μὴ πάλαι ἡ Ἑλλὰς εἶχεν. Οὐεσπασιανὸς δὲ ἀφικόμενος ἀφείλετο αὐτὴν τοῦτο, στάσεις προβαλλόμενος, καὶ ἄλλα οὔπω τῆς ἐπὶ τοσόνδε ὀργῆς. ταῦτα οὐ μόνον τοῖς πάσχουσιν, ἀλλὰ καὶ τῷ Ἀπολλωνίῳ πικρότερα τοῦ τῆς βασιλείας ἤθους ἔδοξεν. ὅθεν ἐπέστειλε τῷ βασιλεῖ ὧδε.

Ἀπολ-

, Ἀπολλώνιος Οὐεσπασιανῷ βασιλεῖ χαίρειν. Ἐδου-
, λώσω τὴν Ἑλλάδα, ὥς φασι. καὶ πλέον μὲν οὐδὲ τὶ
, ἔχειν Ξέρξου. λέληθας δὲ ἐλάττω ἔχων Νέρωνος.
, Νέρων γὰρ ἔχων αὐτὸ παρῃτήσατο. Ἔρρωσο. Τῷ αὐτῷ.
, Διαβεβλημένος οὕτω πρὸς Ἕλληνας, ὡς δουλοῦσθαι
, αὐτοὺς ἐλευθέρους ὄντας, τί ἐμοῦ ξυνόντος δέῃ;
, Ἔρρωσο. Τῷ αὐτῷ. Νέρων τοὺς Ἕλληνας παίζων ἠ-
, λευθέρωσε, σὺ δὲ αὐτοὺς σπουδάζων ἐδουλώσω. Ἔρρωσο.

Nero liberos dimittens Achæos, & omnem Græciam, ne populus Romanus doleret sibi hanc Provinciam ademptam, Sardiniam Romanis donavit. Pausanias Achaicis: καὶ ἐλεύθερον (τὸ Ἀχαϊκὸν) ὁ Νέρων ἀφίησιν ἁπάντων, ἀλλαγὴν πρὸς δῆμον ποιησάμενος τὸν Ῥωμαίων. Σαρδὼ γὰρ τὴν νῆσον ἐς τὰ μάλιστα εὐδαίμονα ἀντὶ Ἑλλάδος σφίσιν ἀντέδωκεν, &c. οὐ μὴν Ἕλλησί τε ἐξεγένετο ὄνασθαι τοῦ δώρου. Οὐεσπασιανοῦ γὰρ μετὰ Νέρωνα ἄρξαντος, ἐς ἐμφύλιον στάσιν προήχθησαν, καὶ σφᾶς ὑποτελεῖς τε αὖθις ὁ Οὐεσπασιανὸς εἶναι φόρων καὶ ἀκούειν ἐκέλευσεν ἡγεμόνος, ἀπομεμαθηκέναι φήσας τὴν ἐλευθερίαν τὸ Ἑλληνικόν.

Ibid. *Trachea.*] Eutropius: *Ciliciam Tracheam, & Commagenem.* Κίλικες Τραχιῶται Stephano, & Straboni. Inde Κιλικία Τραχεῖα. In omnibus scriptis & excusis inepte *Thracia* pro *Trachea* excusum. τὴν τραχεῖαν Κιλικίαν Turci vocant *Tas vileieth.* ad verbum πετρώδη ἐπαρχίαν. *Tas* enim Turcice est saxum. *Vileieth* Arabice provincia. Alioquin Thraciæ provinciæ à Vespasiano dispositæ fuerunt. Eustathius in Dionysium: Κἀκεῖνο δὲ γνωστέον, ὅτι Εὐρώπῃ μὲν πάντα τὰ κατὰ δύσιν δεξαμένοις ἀπὸ Ἑλλησπόντου. οἱ δὲ παλαιοί φασιν, ὅτι Οὐεσπασιανὸς ἐχώρισε τὴν Θρᾴκην ἀπ' αὐτῆς. Vespasianus ex Thraciis sex Provincias fecit, Thraciam Æmimontem, Mœsiam inferiorem, Scythiam, Rhodopen, Europam, in qua secundæ arces orbis Ro. sunt positæ. Sex. Rufus. In veteri inscriptione. CONSULARI. PROVINCIÆ. EUROPÆ. ET. THRACIÆ. In Notitia: *Sub dispositione viri spectabilis Vicarii Diœceseos Thraciarum,* EUROPA, THRACIA, HÆMIMONTUS, RHODOPA, MOESIA SECUNDA, SCYTHIA. Sed hæc nihil ad Tracheam Ciliciam: de qua vide etiam Stephanum in Τραχεῖα.

MMXCI. *Colossus erectus est.*] Vespasiano VI, Tito IV Coss. Auctor Dio apud Xiphilinum, hoc ipso anno.

Ibid. *habens altitudinis pedes* CVII.] Ita Cassiodorus. P. Victor in regione urbis quarta: *Colossus altus* CII: P. *& semis, habens in capite radios* VII *singul. pedum* VII, *& semis.* Xiphilinus centum pedum. Martialis molem radiatam Colossi vocat propter VII illos radios, de quibus P. Victor. In Græcis est ποδῶν ρκζ. Sed mirum quomodo à Dione, & post eum, ab Eusebio, hoc gestum in tempora Vespasiani conferatur, quum constet sub Nerone erectum fuisse. Plinius lib. XXXIIII, cap. VII: *Verum omnem amplitudinem statuarum ejus generis vicit ætate nostra Zenodorus, Mercurio facto in civitate Galliæ Arvernis per annos* X, H-S. CCCC *manipretio. Postquam ibi satis artem approbaverat, Romam accitus est à Nerone, ubi destinatum illius Principis simulacro Colossum fecit* CX *pedum longitudine, qui dicatus Soli venerationi est, damnatis sceleribus illius Principis.* Nimirum erectus sub Nerone: sub Vespasiano, dempto capite Neronis, & Solis adjecto cum VII radiis, Soli dicatus fuit. Sed omnino vide ad numerum MMCCV. De hoc Spartianus in Hadriano: *quum hoc simulacrum post Neronis vultum, cui antea dicatum fuerat, Soli consecravit.* Errat. Nam Vespasianus, dempto capite Neronis, Solis caput imposuit, ut ex Plinio jam diximus.

Ibid. *Q. Asconius Pedianus.*] Per *e* simplex scribendum, à Pedia gente: in quam qui adoptatus primus, ita vocatus. Sic in veteri lapide. C. PEDIANUS. C. C. L. EUCHARISTUS. Silius, *Polydamanteis juvenis Pedianus* " *in armis.* Quare non sunt sequenda Græca exem- " plaria, in quibus Παιδιανὸς per diphthongum scribitur. Duo omnino fuere Asconii Pediani, prior is, qui familiaris fuit Virgilio, à quo audierat se fixisse crucem Grammaticis illo versiculo:

Tres pateat Cœli spatium, non amplius, ulnas.

Hujus extant commentarii mutili in Orationes Ciceronis, beneficio Poggii Florentini ex situ & tene- " bris eruti. Ipse Asconius in eam pro Cornelio Li- " vium se novisse profitetur his verbis: *Sunt tamen, qui eundem illum duorum numerum, quem Cicero, ponant, inter quos Tuditanus, & Pomponius Atticus, Liviusque noster.* Sane Livium suum non diceret, nisi eo familiariter usus fuisset. Non enim audiendi sunt, qui dicunt his designari " Q. Asconium Pedianum fuisse Patavinum. Tunc enim " dicendũ fuisset *nostras,* non *noster.* At iste, de quo nunc " sermo, clarebat adhuc hoc numero MMXCI, nondum luminibus captus. quomodo enim nunc clarere diceretur potius, si hoc anno lucem oculorum amisisset, quam quo tempore oculis recte utens historias scribebat? Non dubium igitur hoc anno historiis suis supremam manum addidisse: quia, ut non semel diximus, tunc Scriptores florere dicuntur, quum scribunt, non quum moriuntur, aut propter senectutem, aut ἐλαττώματα utiles esse desierunt. Sed ponamus hoc anno luminibus captum fuisse. Si post illum casum XII annos superfuit, ergo obierit septimo anno Domitiani, & moriente Livio XVIII tantum annorum fuerit, qui tamen familiaris non solum Livio, sed Virgilio vixerit. Sed illum, qui scripsit in orationes Ciceronis constat " post imperium Claudii Aug. eos commentarios scri- " psisse. In eam enim pro Scauro ejus hæc verba sunt: " *Demonstrasse vobis memini me hanc domum in ea parte Pa-* " *latii esse, quæ, quum ab Sacra via descenderis, & per proxi-* " *mum vicum, qui est ab sinistra parte, prodieris, posita est.* " *Possidet eam nunc Longus Cæcina, qui Consul fuit cum* " *Claudio.* ita ut videatur esse idem, de quo hic Hie- " ronymus agit. Quod non credimus: ab obitu enim " Virgilii, ad hunc numerum, sunt anni XCIII. & ex quo " scribebat Eclog. III, plerisque anni CXX. Duo igitur " Asconii Pediani fuerunt: iste familiaris Virgilio, & Livio, Criticus. Alter is, de quo hic Hieronymus, historicus. De hoc igitur Suidas in voce Ἀπίκιος Μάκρος, & in Ἀσκώνιος, ὁ τοίνυν Βλαῖσος ἐπὶ τὴν θοίνην κληθεὶς, οἷον ἐφολκίδα, ἄκλητον ἐπάγεται Ἀσκώνιον Παιδιανόν. ἐξῆν γὰρ καὶ ἐπικλήτους οἱονεὶ σκιὰς ἑαυτοῖς παρακαλεῖν τινάς. Iste Blęsus proculdubio est is Iunius Blæsus, de quo Historia tertia Corn. Tacitus. Sed aliud ἄπορον oritur. Plinius scribebat libros suos " historiæ naturalis circiter hunc numerum: & tamen " de Asconio loquitur tanquam eo, qui fuisset, non " qui esset tunc, quum Plinius hæc de illo scriberet lib. " VII. *Summulam quoque centum decem annis vixisse auctor* " *est Asconius Pedianus.* De eo, qui non esset in vivis lo- " qui manifestum est. Quare, ut verum fatear, unus " tantum Asconius fuit, & multorum annorum meta- " chronismo hic manifesto peccatum est. "

MMXCII. *Gabinianus celeberrimi nominis Rhetor.*] Hieronymus ex Suetonio. Idem præfatione lib. VIII " in Esaiam: *Qui si flumen eloquentiæ, & concinnas declamationes desiderant, legant Tullium, Quintilianum, Gallionem, Gabinianum.* Nihil hujus Rhetoris, præter nomen, reli-

reliquum nobis fecit injuria temporis in libro Suetonii, ubi dicitur Sex. Julius Gabinianus. Meminit ejusdem auctor dialogi aurei de caus. corrup. eloquentiæ.

MMXCIII. *Tres civitates Cypri terræmotu ceciderunt.*] Ille, qui lusit de otio suo, quisquis is fuit Sibyllinorum carminum conditor:

Καὶ τότε δὴ Σαλαμῖνα Πάφονθ' ἅμα σεισμὸς ὀλέσσει,
Κύπρον ὅταν περίκλυστον ὑπερκλονέῃ μέλαν ὕδωρ.

Ex inundatione terræmotum sequuturum innuit: quod clarius postea:

Αἶ αἶ Κύπρε τάλαινα, σὲ δὲ πλάτυ κῦμα θαλάσσης
Ῥίψει χειμερίῃσιν ἀναρριφθεῖσαν ἀέλλαις.

Ibid. *Lues ingens Romæ.*] Paulo aliter in Græcis: quanquam nihil deperit de sententia. Suetonius de hac memorabili lue: *Medendæ valetudini leniendisque morbis nullam divinam humanamque opem non adhibuit, inquisito omnium sacrificiorum remediorumque genere.*

Ibidem. *in Ephemeridem.*] Quæ quidem ephemeris à Libitinariis conficiebatur, & ratio Libitinæ à Suetonio in Nerone dicitur: *Pestilentia unius autumni, quadraginta funerum millia in rationem Libitinæ venerunt.* Et Lucar Libitinæ in veteri Inscriptione.

MMXCIV. *Vespasianus colonias deduxit, & mortuus est.*] Hæc ad verbum convertit Hieronymus ex Græcis Eusebii, reliqua exscripsit ex Eutropio.

,, Ibid. *& mortuus est profluvio ventris.*] Suetonius:
,, *Dum consurgit, ac nititur.* Nam consurgere, & niti
,, idem, in eam notionem, Horatius dixit, desurgere:
,, *cœna desurgat dubia.*

,, Ibid. *anno ætatis* LXIX.] Suetonius: *agens ætatis*
,, *sexagesimum ac nonum, superque mensem, ac diem septi-*
,, *mum.* A XVII Novembris, anni Christi Dionysiani,
,, qua natus Vespasianus, ad XXIII Junii, anni LXXX,
,, sunt anni absoluti LXIX, menses VII, dies IX. Male
,, igitur ejus mors confertur in numerum anteceden-
,, tem MMXCIV, solenni errore Eusebii, & Hierony-
,, mi, quum à momento obitus Vespasiani consurgat
,, imperium Titi.

MMXCV. *Titus filius Vespasiani.*] Hæc omnia ex Eutropio ὡς ἐν ἐπιτόμῳ.

Ibid. *tantæ bonitatis.*] Hæc repetit Hieronymus verbatim commentario ad Galatas, Cap. sexto.

Ibid. *Mons Vesuvius.*] Memorabilis hujus incendii multi meminerunt, Dio apud Xiphilinum, Plinius junior; Josephus, Martialis. Simile ejusdem montis incendium accidit anno Christi CCCCLXXIII; quod sane dignum est ut hic quoque referatur. Marcellinus Comes: INDICTIONE X. Marciano, & Festo Coss. *Vesuvius mons Campaniæ torridus intestinis ignibus æstuans exusta vomuit viscera, nocturnisque in die tenebris omnem Europæ faciem minuto contexit pulvere. Hujus metuendi memoriam cineris Byzantii annue celebrant* VIII Idus Novembris. Hodie periit illius cultus instauratio ex Menologiis Græcorum.

Ibid. *Mons Vesuvius.*] Pseudosibyllinus Hariolus:

Ἀλλ' ὁπόταν χθονίης ἀπὸ ῥωγάδος Ἰταλίδος γῆς
Πυρσὸς ὑποστρέψας εἰς οὐρανὸν εὐρὺν ἵκηται,
Πολλὰς δὲ φλέξῃ πόλιας, καὶ ἄνδρας ὀλέσσῃ,
Πολλὴ δ' αἰθαλόεσσα τέφρη μέγαν αἰθέρα πλήσῃ,
Καὶ ψεκάδες πίπτωσιν ἀπ' οὐρανοῦ, οἷά τε μίλτος.
Γινώσκειν τότε μῆνιν ἐπουρανίοιο θεοῖο,
Εὐσεβέων ὅτι φῦλον ἀναίτιον ἐξολέσουσιν.

Significat sine dubio persecutionem in Christianos post illud incendium exorituram, quæ non potest esse alia, præter eam, quam suscitavit Domitianus.

Ita hic propheta divinat ea, quæ multis annis ante eum contigerant.

MMXCVI. *Titus Musonium Rufum de exilio revocat.*] Philostratus lib. VII de Nerone: καὶ μὴν τὸν Τυῤῥηνὸν πολλὰ τῇ ἀρχῇ ἐναντιωθέντα τῇ νήσῳ συνέχειν, ᾗ ὄνομα Γύαρα. Xiphilinus: Ῥοῦφος μέντοι Μουσώνιος ἐπὶ τούτοις ἐφυγαδεύθη. Vide Suidam, qui vocat eum Τυῤῥηνὸν ex civitate Volsinia. Postea addit: ἐπεμέλετο γὰρ βάρεων, ὁπηνίκα φεύγειν αὐτὸν ἐπέταξε Νέρων. Τοῦτ' ἔστι τειχῶν. Βάρεις γὰρ τὰ τείχη. *Præfectus erat munitionibus, quæ βάρεις dicuntur, quando Nero eum exulare jussit.* Sane revocatus ab exilio à Vespasiano eidem munere præfectus fuit. Nam templo & Ierosolymis solo æquatis aratrum imprimere jussus est, ut Iudæi in Talmud recte annotarunt, quod non est, nisi illius, qui præfectus est turribus & mœnibus. Hunc ipsi Iudæi vocant Turanum Rufum, id est Τυῤῥηνὸν Ῥοῦφον. Ideo satis mirari non possum, quomodo tam notabilis rei memoriam stupida gens conservare hactenus in libris suis potuit. Sed alii fuerunt Musonii, & in illis Musonius Rufus equestris ordinis studium philosophiæ & placita Stoicorum æmulatus: de cujus importuna Philosophia consule Tacitum historia III. unde colligimus, quamvis ejusdem nominis & cognominis, ejusdem studii hominem, non posse tamen eundem esse cum hoc: quia non pulsus fuit in exilium. Apud Xiphilinum & Zonaram hæc leguntur: Κατηγορίαν ὁ Μουκιανὸς τῶν φιλοσόφων πολλὴν ποιησάμενος ἔπεισε τὸν Οὐεσπασιανὸν ἐξελάσαι αὐτοὺς τῆς Ῥώμης, καὶ, πλὴν τοῦ Μουσωνίου, ἅπαντες ἀπηλάθησαν. Uter Musonius sit iste, viderint studiosi. quo pertinet id, quod Scholiastes Iuvenalis refert, Egnatium Celerem, qui Baream Soranum discipulum suum apud Neronem detulerat & damnaverat, itidem à Musonio Rufo sub Vespasiano damnatum fuisse.

Ibid. *Titus Musonium Rufum de exilio revocat.*] Imo Vespasianus pater, ut supra vidimus. Non dubito eum esse, quem Justinus memorat Apologetico priore: Ἡράκλειτον μὲν, ὡς προέφημεν, καὶ Μουσώνιον δὲ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς, καὶ ἄλλους οἴδαμεν.

Ibid. *Titus Amphitheatrum Romæ ædificavit.*] M. Valerii Martialis liber extat extra numerum aliorum, nomine Amphitheatri hujus.

Ibid. *Romæ plurimæ ædes incendio concremantur*] Suetonius in Tito: *Incendium Romæ per triduum totidemque noctes.* Vide omnino Xiphilinum.

Ibidem. *Titus morbo periit in ea villa.*] Ex Eutropio. Periit conjectus in arcam ligneam nive oppletam, si Dioni credimus. Aliter Tzetzes pag. 103, esu leporis marini.

Τίτος δὲ θνήσκει βεβρωκὼς λαγῶν τῶν θαλασσίων.

Unde Græculus hæc tam discrepantia à Dione, & aliis? Plutarchus in balneo extinctum fuisse, in libro ὑγιεινῶν παραγγελμ. Stulti Iudæi muscam in ejus cerebrum ingressam: unde σφακελισθεὶς perierit. Quę sunt portenta Iudaica.

Ibidem. *Romanæ Ecclesiæ secundus constituitur Episcopus Anacletus.*] Ita Editiones, & omnes PR. item FRE. Sed BONG. & PET. & Marianus CLETUS Quam incerta sit series quatuor, aut quinque primorum Episcoporum Romæ, satis ostendit Onufrius nôster. Porro nunquam in libris Latinis legi nisi Anacletus, quomodo & apud Eusebium ipsum hist. Eccles. III, cap. XIV. Sed aliis dicitur Ανέγκλητος. quod fortasse verius. Nam & in Martyrologio Petri Scriverii ad "
VI Kalend. Maji legitur: *Natalis Anencleti Papæ.* "
Marianus scribit Anacletum ab Eusebio omissum in

Chronico. Tamen in historia Eccles. Ἀνάκλητος extat, ut diximus. Nisi ibi Κλῆτος legendum.

MMXCVI. *Domitianus ann. XV, mens. V.*] Error Eusebii, qui dies pro mensibus accipit. Titus obiit XIII Septembris, Domitianus XVIII. Intervallum V dies, ,, non menses, ut vult Eusebius. In numismatis Do- ,, mitiani legimus: ΑΥΤΟΚ. ΚΑΙϹΑΡΟϹ. ΔΟΜΙΤΙΑ- ,, ΝΟΥ. ϹΕΒ. ΓΕΡ. ΕΤΟΥϹ. ΕΚ. Κ. ΔΕΚΑΤΟΥ. Si ille ,, XVI annus pertinet ad imperium ejus, ergo anno XVI ,, imperii obierit, quum tamen quinque duntaxat dies ,, illius anni delibaverit. Suspicor provincias cudere ,, nummos solitas in annum sequentem imperatoris. ,, neque vero dubitandum, quandoquidem Domitia- ,, ni XVII consulatum in nummis ejus legimus; qui se- ,, decies tantum Consul fuit. Porro à morte Neronis magna perturbatio sequitur in annis Imperatorum, & Consulibus. In Cassiodoro portentosa multa. Domitianus fuit Consul VI, patre Collega VIII, nono anno ipsius Vespasiani. At in nummis Domitianus VI COS. IMP. & AUG. vocatur: IMP. CÆSAR. DOMITIANUS. AUG. P. M. TR. P. COS. VI. Et, IMP. DOMITIAN. CÆS. DIVI, VESP. AUG. F. P. M. TR. P. COS. VI. ubi non solum imperator est sexto Consulatu, sed etiam Divi Vespasiani filius. Ergo Vespasiano Divo facto, hoc est mortuo, VI Consulatum gerebat. At contra: CÆS. DIVI. F. DOMITIANUS. COS. VII. PRINCEPS. IUVENTUTIS. Hic non est Augustus, neque imperator VII Consulatu, sed Princ. juventutis, sub Tito, arbitror. At hic est Imp. & Aug. IMP. CÆS. DOMITIANUS. AUG. TR. POT. Cos. VII. DES. VIII. P. P. Ego, ut ille ait, hæc juxta cum ignarissimis intelligo. Hoc unum affirmare possum, ejus Consulatum XII, quem collega Dolabella gessit, congruere numero MMCII, anno Christi Eusebiano LXXXVII. Dionysiano LXXXVI, ex ,, Censorino. Ludi autem sæculares Domitiani con- ,, veniunt in numerum MMCIV. Christi LXXXVIII, non ,, autem LXXXIX ut conditores Fastorum scribunt. Agrippa Bithynus Mathematicus comparat annum Domitiani XII cum anno Nabonassari DCCCXL, hoc est cum numero MMCVIII. qui tamen à mense Septembri erat XIII currens. observatio vero Agrippæ facta est circiter finem Novemb. Itaque videtur annos Domitiani à Kal. Januarii ordiri, ut sequentes Kal. Januarii numero MMCIX fuerint initium anni XIII. Aliter Consulatus XII Domitiani non conveniret numero MMCII. Itaque in Græco Canone Eusebiano primum annum Domitiani recte statuimus in numero MMXCVIII, non in antecedenti, ex quo quatuor tantum menses, & dies XI delibati sunt. Quare biennii prochronismus commissus est in Eusebio. Præterea imperium Vespasiani consurgit ex numero MMLXXXV. Titus obiit numero MMXCVII, mense Septembri. qui profecto sunt decem anni Vespasiani cum biennio Titi.

MMXCVII. *Domitiani uxor Augusta appellata.*] Hæc defendi non possunt. Suetonius Domitiano, Sectione III: *Deinde uxorem Domitiam, ex qua in secundo suo Consulatu filium tulerat, alteroque anno consalutaverat ut Augustam, eandem Paridis histrionis amore deperditam repudiavit.* Alter annus à secundo Consulatu Domitiani est numerus MMXC, Vespasiano Aug. V, & Tito III Coss. Metachronismus septennii. Quamvis autem uxores Augustorum Augustas vocari ratio postulat, tamen hoc decreto Senatus fiebat. Capitolinus in Antonio Pio: *uxorem Faustinam Augustam appellari à Senatu permisit.* Sic de Pertinace legitur, obsecrante Senatu, ut ejus uxor Augusta vocaretur, non permisisse. Alioqui mos erat non solas Augustas appellari uxores imperatorum, quum filiæ, sorores, & nurus quoque, & socrus Augustorum ita vocarentur: ut in Inscriptione DIVÆ. MARCIANÆ. AUG. SORORI. AUG. item: DIVÆ. MATIDIÆ. AUG. FIL. AUG. item: IULIA. AUGUSTA. TITI. AUG. F. & , ΙΟΥΛΙΑ. ΣΑΒΕΙΝΑ. ΣΕΒΑΣΤΗ. Τ. ΚΟΡΗ. Sexcenta exempla producere possumus. Mediocriter docti hæc non ignorant. Claudiano mos est socrus, filias, & neptes Augustorum Reginas vocare. Itaque eodem anno, id est numero MMXC, repudiatam uxorem suam Domitiam Longinam intra breve tempus reduxit: in cujus rei gratiam nummi cusi sunt: DOMITIA. AUGUSTA. IMP. DOMIT. CONCORDIA. AUGUST. Item, ΔΟΜΙΤΙΑ. ΛΟΓΓΕΙΝΑ. ΣΕΒΑΣΤΗ. Cur autem in anno secundo imperii Domitiani Eusebius hoc gestum annotarit, non aliam puto caussam, quam quod secundum Consulatum Domitiani habebat in animo, cujus mentio in eo gesto sit.

Ibid. *Domitiani uxor.*] In Græcis: Δομετιανὸς Σεβαστὴν ἀνηγόρευσε τὴν ἰδίαν γυναῖκα. *Domitianus uxorem suam Augustam appellavit.* Quod certe convenit cum Suetonio, qui dicit à Domitiano consalutatam fuisse Augustam. Post hanc Pericopen in excusis sequitur: *Domitianus quotidie secretam quietem consueverat sumere, in qua nihil aliud curabat, nisi muscas stilo præacuto configere.* Quæ quis non videt à rupicibus huc conjecta esse? Ideo merito in nullo Codice scripto repeniuntur. Suetonius quidem ait Domitianum secretum petere, ibique muscas stilo confodere solitum: unde percontanti cuidam, an quis in secreto Domitiani esset, responsum, *Ne musca quidem.* Quod dictum à caussa prorsus huic diversa repetit Sex. Aur. Victor Andreæ Scoti. Quia enim secretum petebat Domitianus ad exercendam fœdam palæstram, quam excogitarat (κλινοπάλην vocabat) sciscitanti cuidam, an quisquam in Palatio esset, responsum, ne muscam quidem, nisi forte in palæstra. Nam palæstræ, ubi exercebant juvenes, infestabantur à muscis, propter oleum & unctiones. Hic vero jocus est ex ambiguo à Palæstra fœda Domitiani, in Palæstram γυμναστικήν. Præterea proverbium est de loco deserto, & vacuæ solitudinis, ibi ne muscam quidem esse. Vides nihil dissimilius esse, quam ea, quæ Suetonius retulit, iis, quæ scribit Sex. Aur. Victor.

MMXCIX. *Domitianus eunuchos fieri prohibuit.*] Martialis, Statius in Silvis, alii. Philostratus lib. sexto: Δομετιανοῦ δὲ βασιλέως ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον εὐνούχους τε μὴ ποιεῖν νομοθετήσαντος, ἀμπέλους τε μὴ φυτεύειν, ἔτι παρελθὼν ἐς τοὺς Ἴωνας ὁ Ἀπολλώνιος, τὰ μὲν προστάγματα πρὸς ἐμὲ, ἔφη, ταῦτα. μόνος γὰρ ἴσως ἀνθρώπων οὔτε αἰδοίων δέομαι, οὔτε οἴνου. λέληθε δὲ ὁ θαυμασιώτατος τῶν μὲν ἀνθρώπων φειδόμενος, τὴν δὲ γῆν εὐνουχίζων. Inde ille apud Justinum Martyrem: qui se castrare voluit, prius à præfecto Ægypti Felice veniam edicti petiit. βιβλίδιον ἀνέδωκεν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Φήλικι ἡγεμονεύοντι, ἀξιῶν ἐπιτρέψαι ἰατρῷ τοὺς διδύμους αὐτοῦ ἀφελεῖν. ἄνευ γὰρ τῆς τοῦ ἡγεμόνος ἐπιτροπῆς τοῦτο πράττειν ἀπηγορεῦσθαι οἱ ἐκεῖ ἰατροὶ ἔλεγον.

Ibid. *Tres Virgines Vestales.*] Philostratus lib. septimo: Καὶ μὴν καὶ λόγου ἀφικομένου ὡς λαμπρὰν καθαρσιν εἴη Δομετιανὸς πεποιημένος τῆς Ῥωμαίων Ἑστίας, ἐπειδὴ τρεῖς τῶν Ἑστιάδων ἀπέκτεινεν ἐπ' αἰτίᾳ τῆς ζώνης, καὶ τῷ μὴ καθαρεῦσαι γάμων, ἃς ἀξίας τὴν Ἰλιάδα Ἀθηνᾶν καὶ τὸ ἐκεῖ πῦρ θεραπεύειν ἔδει, &c.

MMC. *Plurimos Senatorum.*] Philostratus lib. septimo: ὅθεν ἠκρωτηριάσθη μὲν ἡ βουλὴ τοὺς εὐδοκιμωτάτους, &c.

MMCI. *Domitianus templum sine lignorum admixtione construxit.*] τ̃ ἄξυλον ναόν. Caussam hujus appellationis quærant Antiquitatis investigatores. Videtur esse Templum gentis Flaviæ in regione sexta. P. Victor: *Malum Punicum, ad quod Domitianus dedicavit Templum gentis Flaviæ; & erat domus sua.* Quid si auctor, unde Eusebius hausit, ἄσυλον, non ἄξυλον scripsit? Sed hoc est hariolari. Valde tamen in eam sententiam ,, incumbo. Si enim templa sunt ἄσυλα, propter Deos, ,, qui ibi coluntur, consequens est, ut domus ejus sit ,, ἄσυλος, qui se Deum vocari edixit.

MMCII. *Primus Domitianus se Dominum ac Deum.*] Ex Eutropio. Martialis:

Edicto Domini Deique nostri.

,, Et in Xeniis & alibi. Sed an hoc anno se Dominum ac Deum vocari edixerit, ne ipsi quidem Hieronymo constabat, qui hæc ex Eutropio deprompsit.

Ibid. *Nasamones & Daci.*] Zonaras: πολλοὶ δὲ τ̃ ὑποτελῶν Ῥωμαίοις ἀφίςαντο χρήματα βιαίως πρασσόμενοι, ὡς κ̀ οἱ Νασαμῶνες. τούς τε γὰρ τ̃ χρημάτων πράκτορας ἔφθειραν, κ̀ τ̃ Νυμιδίας ἄρχοντα Φλάκκον ἐπελθόντα σφίσιν ἥττησαν οὕτως, ὡς πορθῆσαι κ̀ τὸ στρατόπεδον. εὑρόντες ϳ̃ ἐν αὐτῷ τἄλλα τε ἐπιτήδεια, κ̀ οἶνον, ἐμπλησθέντες ὕπνωσαν. καὶ γνοὺς ὁ Φλάκκος τοῦτο, ἐπέθετο αὐτοῖς, κ̀ πάντας ἀπώλεσε, κ̀ τοὺς ἀπομάχους διέφθειρεν ἅπαντας. ἐφ᾽ ᾧ ὁ Δομετιανὸς ἐπαρθεὶς εἶπε πρὸς τὴν βουλὴν, ὅτι Νασαμῶνας ἐκώλυσα εἶναι. Hanc historiam non memini me alibi legere. Delibavit eam duntaxat Aristides in Smyrnaico: ὅταν γε μὴν ἐνθυμηθῶ πρὸς ἐμαυτὸν, ὅτι τ̃ πάλαι τις αὐτοκρατόρων ἢ τ̃ ὑμετέρας οἰκίας (μηδὲ γὰρ εἴη τοῦτό γε οὐ ϳ̃ γένοιτο ἂν ὑφ᾽ ὑμῶν οὐδενὸς) ἀλλά τις τ̃ προτέρων (Domitianus) πεττεύων, ὡς λέγε ϳ̃, μεταξὺ παρεφθέγξατο, μὴ βούλεσθαι Νασαμῶνας εἶναι. ἔπειτα, ἀπώλοντο οἱ Νασαμῶνες. ,, Obiter quoque perstringit Dionysius ὁ περιηγητής.

,, Κεῖνον δ᾽ αὖ περὶ χῶρον ἐρημωθέντα μέλαθρα
,, Ἀνδρῶν ἀθρήσειας ἀποφθιμένων Νασαμώνων,
,, Οὓς Διὸς οὐκ ἀλέγοντας ἀπώλεσεν Αὐσονὶς αἰχμή.

,, ut verum sit, quod dixit Zonaras, πάντας ἀπώ- ,, λεσε.

Ibid. *dimicantes adversus Romanos.*] In Græcis ἐπαναστάντες Ῥωμαίοις. *rebellione in Romanos facta.* ita vertendum erat. Nam ἐπαναστῆναι non est *dimicare*. ,, quomodo numero MDCCCCLXXVIII, eodem errore ,, vertit *dimicare*.

MMCIII. *Duo menses aliter appellati.*] Martialis:

Dum Ianus hiemes, Domitianus Autumnos.

MMCIV. *Quintilianus ex Hispania Calagurritanus.*] ,, Hieronymus ex Suetonio. Ausonius:

Adserat usque licet Fabium Calagurris alumnum.

Ibid. *primus Romæ publicam.*] Nihil hic variant Codi- ,, ces. neque Cassiodorus, qui ut solet, hæc ad verbum ,, refert. Tamen apparet verbum *aperuit* deesse. nisi ,, dicamus ἀπὸ κοινοῦ scholam publicam accepisse; ,, quod non puto.

Ibid. *Domitianus Mathematicos & Philosophos Romana urbe pepulit.*] Gellius lib. XV, cap. XI, & Sulpitia poëtria. Philostratus lib. septimo: ὅθεν ἠκρωτηριάσθη μὲν ἡ βουλὴ σὺν εὐδοκιμωτάτους, φιλοσοφία δὲ οὕτω τι ἔπτηξεν, ὡς ἀποβαλόντες τὸ σχῆμα οἱ μὲν ἀποδρᾶναι σφῶν ἐς τὴν Κελτῶν ἑσπερίαν, οἱ δὲ ἐς τὰ ἐρῆμα Λιβύης τε, κ̀ Σκυθίας, ἔνιοι δὲ ἐς λόγους ἀπενεχθῆναι ξυμβούλους τῶν ἁμαρτημάτων.

MMCV. *Multa opera Romæ facta.*] Ad verbum ex Eutropio. Sed quædam Trajanus ædificavit, ut Odeum, (quod tamen à Domitiano structum scribit Suetonius) forum transitorium. Xiphilinus: τ̃ ϳ̃ Ἀπολλόδωρον τ̃ ἀρχιτέκτονα τ̃ τ̃ ἀγορᾶν, κ̀ τὸ ᾠδεῖον, τό, τε γυμνάσιον τὰ τ̃ Τραϊανοῦ ποιήματα ἐν τῇ Ῥώμῃ κατασκευάσαντα, &c. Sed Odeum, ut diximus, Stadium, Naumachiam à Domitiano constructa scribit Suetonius: ut erraverit Dio. Cassiodorus hæc ad " verbum referens, Asprenate & Clemente Coss. ita " scribi: *His consulibus multa mœnia & celeberrima Romæ facta sunt.* Ubi proculdubio legendum: *Multa amœ-* " *na celeberrima Romæ facta sunt.* De quibus vide nume- " rum MMCXCIX. "

Ibid. *Odeum.*] Hæc & sequentia à superioribus di- " vellit Cassiodorus. Domitiano IX, & Clemente II " Coss. *His Coss. insignissima Romæ facta sunt, id est Forum* " *Trajani,* &c. "

Ibid. *Forum Transitorium.*] In tertia Regione.

Ibid. *Divorum Porticus.*] Ignoratur.

Ibid. *Horrea piperatoria.*] Sunt quas Dio, sive Xiphilinus, ἀποθήκας φορτίων Αἰγυπτίων κ̀ Ἀραβίων vocat. Aromatarias apothecas, ut piperis, & aliarum specierum. & aromatica etiam populo congiarii nomine donabantur. auctor Spartianus in Hadriano.

Ibid. *Forum Trajani.*] Quomodo Domitianus, si Trajanus? Et jam ostendimus ex Xiphilino, Apollodorum architectonem, forum Trajani struxisse.

Ibid. *Isium & Serapeum.*] Quæ ambo sub Tito conflagraverant. Erant in nona urbis Regione: quod mirum, quum III regio Isis & Serapis dicta sit. Serapei magnifice exstructi cum aureo Serapidis simulacro conditores nominantur hoc vetustissimo Epigrammate in ædibus Colotianis:

Νηὸν σιγαλόεντα Σαράπιδος ὑψιμέδοντος
Ἠδ᾽ αὐτὸν χρυσοῦ παμφαίνοντα βολαῖς
Στήσαντο ζάκορος τε Διόσκορος, ἡ δὲ Κυρίλλου
Εὐνέτις, ἡ μακάρων μή ποτε ληθομένη,
Καὶ δύο τ̃ αὐτῆς γενεῆς, ἕνα θεσμὸν ἔχοντες,
Οἷσι μέμηλε κλυτῆς ἔργα νεωκορίης.

Ibid. *Minerva Chalcidica.*] Erat in nona regione, ut extat apud P. Victorem. Chalcidicum & templum Minervæ ab Augusto dedicatum scribit Dio, lib. LI. ἐπεὶ δὲ ταῦτα διετέλεσε, τό, τε Ἀθήναιον, κ̀ τὸ Χαλκιδικὸν ὠνομασμένον, κ̀ τὸ βουλευτήριον τὸ Ἰουλίειον τὸ ἐπὶ τῇ τ̃ πατρὸς αὐτοῦ τιμῇ γενόμενον καθιέρωσεν. Quod ex indice Augusti desumptū est. CURIAM. ET. CONTINENS. ET. CHALCIDICUM. TEMPLUMQ. APOLLINIS. IN. PALATIO. &c. Chalcidicum igitur fuit ædificium, à cujus vicinia dicta fuerit Minerva Chalcidica. vel quod Chalcidicum in ejus templo fuerit, id est ὑπερῷον. Hoc fanum vetustate corruptum instaurasse Domitianus videtur. Neque enim assentior doctissimo Georgio Fabricio, qui corruptum locum apud P. Victorem, & *Chalcioecam*, non *Chalcidicam* scribendum putat. Chalcidenses patria pulsi Sparræ τ̃ τ̃ Χαλκιοίκου Ἀθηνᾶς νεὼν condiderunt: ita ut non referat utro modo Minerva vocetur, Χαλκιδικὴ à Chalcidiensibus, an Χαλκίοικος, fortasse ab ænea porta. Oporteret igitur Romanos Achaia potitos illius Deæ cultum Romam transtulisse, ut Veneris Erycinæ, subacta Sicilia. Sed quid designat Hieronymus primo in Iovinianum? *Chalcioecus quoque filia illa Leo virgo perpetua pestilentiam patriæ scribitur spontanea morte solvisse.* Nos scimus non unicam filiam, sed τρεῖς θυγατέρας Λεῶ Atheniensis virgines ex oraculo sponte sese immolandas obtulisse: quo facto pestem sedatam fuisse: unde Athenienses tribus illis virginibus Heroum excitasse,

quod

quod Λεωκόριον, ἀπὸ τῆς Λεωκορῶν vocasse. Quare de Chalciœco quod admiscet Hieronymus, non dubium est librariorum σφάλμα, aut potius Hieronymi παρόραμα esse.

Ibid. *Thermæ Trajanæ.*] Eadem hallucinatio. De his Thermis Antoninus Pius in veteri inscriptione: „ Θέρμας τῆς ὑπὸ τοῦ πάππου μου γεγενημένας. Ve- „ teres Glossæ in Horatium c i Serm. Sat. viii. Hvc: „ *Ad hunc locum, ubi Priapus stabat, olim servorum cadavera* „ *portari solebant sepelienda, ubi quondam Thermæ Trajanæ,* „ *& domus Crescentia.*

Ibid. *& Titianæ.*] Quid jocularius, quam Thermas Trajanas, ac Titianas à Domitiano esse factas? Imo Titus Vespasianus incepit, & absolvit. Suetonius: *Amphitheatro dedicato, thermisque juxta celeriter extructis.* Propterea Martialis vocat — *velocia munera Thermas.* Charisius: *Item quum sit Nero, ut Leo, pelles leoninas, Thermas Neronianas appellamus: Titus, ut Lupus. Thermas Titinas, ut pelles lupinas, non dicimus, sed Titianas.* —

Ibid. *Mica aurea.*] Martialis:

Mica vocor, quid sim, cernis. cœnatio parva.

MMCVII. *Domitianus de Dacis & Germanis triumphavit.*] Suetonius de Chattis Dacisque post varia prælia duplicem triumphum egisse scribit, item duos triumphos egisse, Germanici cognomine assumpto Seu Dacicum & Germanicum cognomina ex devictis gentibus reportasse testis Juvenalis:

—— *cum lance beata*

Dacicus, & lato splendet Germanicus auro.

Vide omnino Epigramma II, lib. II Martialis. Et tamen nullus nummus extat, nullum monimentum, in quo Dacici cognomen sit. At *Germanicus* sæpissime in ejus nummis legitur: quod cognomen non habet nisi jam Consul decies. Consulatus autem ejus decimus congruit numero MMC. Itaque hic fuerit metachronismus septennii. Sane in XI & XIV Consulatu nummi habent Trophæum cum inscriptione, GERMANIA CAPTA. Consulatus vero XIV incidit in numerum MMCIV. Et hoc modo fuerit metachronismus triennii.

Ibid. *Domitianus tantæ superbiæ fuit, ut aureas.*] Ex Eutropio Hieronymus; qui hæc in hunc annum conjecit, quum tamen ei de eo non constaret. Xiphilinus: καὶ τοσαῦτα αὐτῷ ἐψηφίσθη, ὥστε πᾶσαν ὀλίγου δεῖν τὴν οἰκουμένην τῶν ὑπ᾽ αὐτὸν ὄντων εἰκόνων αὐτοῦ καὶ ἀνδριάντων καὶ ἀργυρῶν καὶ χρυσῶν ἐμπλησθῆναι. In editionibus post hæc sequuntur verba ineptissime huc infulta ex Suetonii Domitiano, sectione quinta.

Ibidem. *Maxima Virginum Vestalium.*] Plinius libro quarto, epistola XI. Ibi omnem mimi hujus actum habes.

MMCVIII. *Domitianus prohibuit vites in urbibus seri.*] Supra habes ex Philostrato: νομοθετήσαντος εὐνούχους μὴ ποιεῖν, μήτ᾽ ἀμπέλους φυτεύειν. Edicto jussit vites exscindi, cujus edicti postea gratiam facere coactus est. Auctor Sueton. In urbibus seri prohibuisse qua mente dictum sit, non intelligo. Nam intra Italiam novellare vetuit: in provinciis vineas succidere, relicta, ubi plurimum, dimidia parte, edixit. Italiæ igitur intactas vineas reliquit, Provincialium dimidium, aut ampliùs, exscindi præcepit. ἐν ταῖς ἐπαρχίαις melius dixisset Eusebius, quam ἐν τῇ πόλει. quod fateor me non intelligere. At Philostratus in Scopeliano id clare ostendit. Ἐδόκει τῷ βασιλεῖ μὴ εἶναι τῇ Ἀσίᾳ ἀμπέλους, ἐπειδὴ ἐν οἴνῳ στασιάζειν ἔδοξαν. ἀλλ᾽ ἐξαιρεῖσθαι μὲν τὰς ἤδη πεφυτευμένας, ἄλλας δὲ μὴ φυτεύειν ἔτι. Ubi etiam vides aliam exscindendi vites caussam adferri à Philostrato, & diversam ab ea, quam proposuit Suetonius.

MMCIX *Flavius Josephus vigesimum librum Antiquitatum.*] Ipse Josephus in fine Originum suarum testatur eum annum, quo ad exitum opus suum perducebat, fuisse Domitiani tertium decimum: & subjicit, tempus esse, ut aliquid de vita sua dicat, quam Originibus suis attexuit. Sed nemo putet ideo statim ad eam scribendam sese contulisse. Nam in ea Agrippæ Regis mentio fit, ut de eo, qui adhuc in vivis non esset. Decessit autem Agrippa anno tertio Trajani, numero MMCXVI, annis septem à vigesimo libro Originum absoluto.

Ibid. *antiquitatum hujus temporis.*] Apparet manifesto ab Eusebio, aut ab interprete erratum. Non enim vigesimus liber antiquitatum Josephi pertinet ad hoc tempus, utpote, qui in Nerone desinat. Si Græca extarent, certo pronunciaremus, quæ nunc tantum suspicari licet.

MMCX. *Secundus post Neronem Domitianus.*] Tertullianus libro Apologetico, cap. V. *Tentaverat & Domitianus pranomine Neronis de crudelitate: sed quia & homo, facile captum repressit, restitutis etiam, quos relegaverat.* Ita præferunt editiones vetustiores, & libri scripti. Tentavit, inquit, persequutionem secundam & Domitianus quoque, cui cognomentum Neroni fuit à crudelitate. Nam propter crudelitatem vulgo passim vocabatur Nero Calvus, & Nero Domitianus. Juvenalis:

— *& Calvo serviret Roma Neroni.*

Ausonius:

Cæsar, quem Calvum dixit sua Roma Neronem.

Nugatur Scholiastes Juvenalis, qui putat à Juvenale primum ita vocatum Domitianum, quum Tertullianus & Ausonius vanitatem hanc confutent satis, & constet Juvenalem propter Paridem specie honoris in Ægyptum summotum. unde Sidonius: *Irati fuit histrionis exul.* Qui ante paucos annos lectionem Tertulliani mutare ausi sunt, quæ in vetustioribus editionibus extat, & confirmatur auctoritate scriptorum Codicum, næ ipsi manifesto ostendunt, se nihil eorum, quæ Tertullianus sentiebat, assecutos fuisse. caussam adferunt, quod Eusebius verterit Δομετιανὸς μέρος ὢν τῆς Νέρωνος ὠμότητος, non autem Δομετιανὸς ὁ ἐπίκλην Νέρων. Quasi vero Tertulliani locus depravandus fuerit, quia eum non intellexit Eusebius. Quod autem Tertullianus à Domitiano revocatos Christianos ait, quos in exilium miserat, idem scripserat Hegesippus apud Eusebium Hist. Eccles. lib. III. cap. XX. Quod mirum in crudelissimo principe portione Neronis.

Ibid. *quam Irenæus interpretatur.*] Certum est Irenæum Apocalypsin interpretatum non fuisse, nisi nomen χξϛ lib. V. In Græcis est, ὡς Εἰρηναῖος δηλοῖ. Vel, ut in priore libro, ὡς ὁ ἅγιος Εἰρηναῖός φησιν. Properabat Hieronymus.

MMCXI. *Apollonius Tyaneus & Euphrates.*] Euphrates æmulus Apollonii. Vide Plin. Epistola ad Arrium Clementem, lib. I. Apollonius venit Romam Suetonio Paulino, Paulo Telesino Coss. numero MMLXXXIII.

MMCXII. *Domitianus eos, qui de genere David erant.*] Ex Hegesippo. οἱ ἀπὸ γένους τοῦ Κυρίου υἱωνοὶ Ἰούδα τοῦ κατὰ σάρκα λεγομένου αὐτοῦ ἀδελφοῦ. *qui erant de genere Domini, nepotes Iudæ illius, qui secundum carnem dicebatur frater ipsius.* Eusebius hæc verba interpretatur: τῶν ἀπογόνων Ἰούδα (τοῦτον εἶναι ἀδελφὸν κατὰ σάρκα τοῦ σωτῆρος) ὡς ἀπὸ γένους τυγχανόντων Δαβίδ. Isti igitur οἱ ἀπὸ γένους Δαβίδ deducebant genus à quodam Iuda, qui secundum carnem dicebatur frater Domini,

mini. & quia Dominus erat ex genere David, propterea & ipsi quoque erant de stirpe David. Duos autem eo tempore superfuisse de illis posteris Juda fratris Domini idem Hegesippus scribit, οἱ ἢ εἶπον ἀμφότεροι &c. Eccles. hist. iii, cap. xx, & xxi, pag. 26. Mirum vero istius Judæ fratris Domini Euangelistas nusquam meminisse. Sed omnem admirationem superat, posteritatem Davidis eo tempore ad duos tantum redactam fuisse, &, quod cum omni historia pugnat, nullam posteritatem Davidis sub Domitiano fuisse, nisi eos, qui à Juda fratre Domini, si quidem ullus fuit, propagati erant. Nam numerosissima semper fuit posteritas David, ex qua alii Aechmalotarchæ, alii Principes erant. Aechmalotarchæ, qui à masculino sexu, Principes, qui à fœminino posterorum David prosati erant. In vetustissimis Canonibus nomicis Iudæorum: כָּל מִי שֶׁהָיָה מִן הַנְּשִׂיאִים שֶׁהֵם מִזֶּרַע דָּוִד מֵאִמּוֹ וְלֹא מֵאָבִיו נִקְרָא רַבָּן וְהֵם הָיוּ לֹא רָאשֵׁי גָּלֻיּוֹת *Quicunque genus ducebat à principibus (ii erant oriundi ab Hillel, qui genus suum ad David referebant à matre, non à patre) vocabatur Rabban. iique erant Principes, non Aechmalotarchæ.* Sequitur: וְרָאשֵׁי גָּלֻיּוֹת רַבָּנָא הֵם הַמִּתְיַחֲסִים מֵאֲבוֹתָם עַד דָּוִד מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל. Αἰχμαλωτάρχαι *autem (vocabantur) Rabbana. Hi à majoribus suis ad David usque regem Israel genus suum referebant.* Hic vides posteros David duplicis generis: alteros, qui auctorem generis masculum ex stirpe David habent, alteros qui à feminis tantum posteritatis David prosati sunt. Qui à masculis deducebantur, Aechmalotarchæ fieri poterant, & dicebantur Rabbana. Qui à feminis progeniti, nunquam Aechmalotarchæ fiebant, sed tantum Principes dicebantur. Ex masculini generis posteritate semper Aechmalotarchæ creati sunt Babylone, quandiu illa urbs stetit, usque ad annum Christi dcc, à Salathiel usque. Deinceps à dcc anno Christi, ad hanc usque diem, in urbe Bagded, sive Seleucia, creantur. Vetus erat Proverbium: ראש גולה שֶׁבְּבָבֶל עָרִיף מִנְּשִׂיא דְאֶרֶץ יִשְׂרָאֵל. αἰχμαλωτάρχης ὁ ἐν τῇ Βαβυλῶνι ἐξοχώτερος ἄρχοντος τῆς Ἰσραήλ. Veri igitur posteri David non à Juda fratre Domini, quem Hegesippus somniavit, sed à Salathiel, genus deducebant. quorum numerosissimæ supersunt reliquiæ in urbe Bagded. Neque vero metuendum unquam fuit, ut illud genus deficeret, quum Judæi orientales nunquam unica uxore contenti vixerint, aut vivant hodie. Antiquissimum est proverbium: עֲדַיִן לְחָלוּחִית בֵּית דָּוִד קַיָּם *Adhuc viror domus David constat.* Vides qua fiducia & intra duos homines tam numerosum genus cogere, & à Juda fratre Domini, qui nunquam fuit, illud deducere voluerit Hegesippus iste, qui in istis posteris David nihilo veracior fuit, quam in passione Iacobi fratris Domini. Sed idem Hegesippus alios memorat de stirpe Davidis, in quibus & accusatores Symeonis Cleopæ ponit. quin & ipsum quoque Symeonem συγγενῆ τοῦ Κυρίου, ideoque ex Davidis stirpe fuisse ait, propter cognationem Christi.

Ibidem. *ut nullus Iudæorum regni reliquus foret.*] Atqui reliquus erat ejus regni rex Agrippa, quamvis non ex stirpe David, regnavitque usque ad iii annum Trajani.

Ibidem. *& scribit Bruttius.*] Aut Bruttius Præsens, qui cum Imp. Antonino Consul fuit, & cujus filia Imperatoris Antonini filio nupta fuit, aut saltem ejus gentilis quidam fuerit historicus iste. In veteribus Inscript. L. Bruttii L. F. Pal. Celeris, item L. Bruttii Primitivi mentio extat. Apud Sex. Rufum & P. Victorem in Regione urbis ii ita excusum extat: *Domus Bruttiana. Summum choragium. Pratura præsentissima.* Postrema vox *præsentissima* luxata est de priori serie. *Domus Bruttiana Præsentis.* In Græcis autem est Βρέττιος. In Casauboni Chronico Βρούττιος, ut hic: quæ ab Eusebio accepit. Nam non audiendi sunt, qui hic *Brutius* substituunt, aut *Bruttianus*. Sat enim est eos Græca lectione confutari. Nam quemadmodum Βρούττιοι & Βρέττιοι Italiæ populi indifferenter vocantur, ita etiam Βρούττιος & Βρέττιος pro eodem scriptore usurpari potuerit.

Ibid. *inter quos & Flaviam Domitillam.*] Domitiano xvii, & Flavio Clemente Coss. numero antecedenti auctor Xiphilinus. quo confutantur ea, quæ Tertullianus scribit, Domitianum mutato consilio, eos, quos relegaverat, revocasse. Quod sine dubio est σφάλμα Tertulliani μνημονικὸν, aut aliorum, quos sequitur. Hoc enim fecit non sævissimus & dirissimus Princeps Domitianus, sed optimus & lenissimus Nerva.

Ibid. *Flaviam Domitillam.*] Iudæorum religioni addictam scribit Dio, quum Christiani tunc iidem cum Iudæis esse putarentur. Unde Suetonius: *Iudæos duce Chresto tumultuantes.* Dio: καὶ τῷ αὐτῷ ἔτει ἄλλους τε πολλοὺς, καὶ τὸν Φλάβιον Κλήμεντα ὑπατεύοντα, καίπερ ἀνεψιὸν ὄντα, καὶ γυναῖκα καὶ αὐτὴν συγγενῆ ἑαυτῷ Φλαβίαν Δομιτίλλαν ἔχοντα κατέσφαξεν ὁ Δομετιανός. ἐπηνέχθη δὲ ἀμφοῖν ἔγκλημα ἀθεότητος, ὑφ᾽ ἧς οἱ ἄλλοι εἰς τὰ τῶν Ιουδαίων ἤθη ἐξοκέλλοντες πολλοὶ κατεδικάσθησαν. Hieronymus Epitaphio Paulæ: *Delata ad insulam Pontiam, quam clarissimæ quondam fœminarum sub Domitiano Principe pro confessione nominis Christiani Flaviæ Domitillæ nobilitavit exilium. vidensque caulas, in quibus illa longum martyrium duxerat.* &c. in Martyrologio Romano ad vii Maji: *Tarracinæ in Campania natalis beatæ Flaviæ Domitillæ virginis & martyris, quæ quum esset Flavii Clementis Consulis sororis filia,* &c. Atqui non virgo, sed uxor Flavii Clementis, & proinde neque soror esse potuit. Sed ea ex hoc Eusebiano loco deprompta sunt, qui sororis Clementis filiam, &, ut Græca, ἐξαδέλφην (si modo Hieronymus bene vertit) fuisse dicit.

Ibid. *Clementis sororis filiam.*] Lib. iii, cap. xix Histor. Eccl. ἐξ ἀδελφῆς γεγονυῖαν Φλαβίου Κλήμεντος. At in Græcis hujus Chronici, ἐξαδέλφην Κλήμεντος, patruelem Clementis. Nam qui Atticis ἀνεψιοὶ, ii in communi dialecto ἐξάδελφοι apud Phrynichum. Sed Flavius Clemens erat patruelis Domitiani, quod nomen Flavii indicat, præter quam quod & à Dione idem proditum est: tum etiam ipsa Domitilla, teste eodem Dione, ejusdem tyranni erat συγγενής. Sed neque virum, neque uxorem cognatio à crudelitate tyranni defendere potuit.

Ibid. *Clementis Consulis.*] Dio quoque ὑπατεύοντα: & in hist. Eccl. ἐτος τῶν πλωικάδε ἐπὶ Ρώμης ὑπάτων. Fuit autem consul cum Domitiano xvii, anno superiore. Si igitur in consulatu interfectus, metachronismus fuerit unius anni. Si autem hoc anno, ergo non ὑπατεύων, sed ὑπατικὸς ἀνὴρ, ut in Græcis hujus loci.

Ibid. *in insulam Pontiam.*] Dion, Pandatariam. Quidam unam insulam binominem faciunt. alii distinguunt quidem, sed vicinas dicunt.

Ibid. *Domitianus occisus in Palatio.*] Antistio Vetere, Fulvio Valente Coss. Eutropius, Xiphilinus: hoc ipso numero.

Ibid. *& per vespiliones.*] Hieronymus ex Eutropio.

Ibid. *anno ætatis* xxxv.] Hæc est omnium scriptorum codicum, & editorum, & Mariani lectio. Sed est error.

„ error ex consuetudine veteri scribendi xxxx pro xl. Omnes enim Scriptores xlv anno periisse testantur, Suetonius, Eutropius, Xiphilinus, citra paucos dies: ἔτη πέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα, μῆνας δέκα, ἡμέρας ἓξ καὶ εἴκοσι. In editionibus sequebatur de ejus clipeis, & imaginibus dejectis, ex Suetonio in fine Domitiani. Quæ omnia ab editoribus huc inculcata erant.

MMCXIII. *Ajunt & Apostolum Iohannem hoc tempore exilio solutum Ephesum secessisse.*] Ita etiam in hist. Eccl. Chrysostomus tamen in epistolam ad Ephesios censet Johannem non eo secessisse, sed relegatum fuisse. quod pugnat huic periochæ: καὶ ὁ μακάριος δὲ Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς τὰ πολλὰ ἐνδιέτριψεν ἐκεῖ. καὶ γὰρ καὶ ἐξωρίσθη ἐκεῖ, καὶ ἐτελεύτησεν. Atqui ἐξωρίσθη ἐν Πάτμῳ, & inde revocatus Ephesum secessit, ut in hac perioche continetur. Theodoritus idem scribit, quod Chrysostomus, quod miramur.

Ibid. *Iustus à Tiberiade.*] Æmulus Josephi. Chronico ejus titulus fuit, Ἰούστου Τιβεριέως Ἰουδαίων βασιλέων τῶν ἐν τοῖς στέμμασι. Photius: Aliter vocabatur στέμμα, ut citatur à Diogene Laërtio in illis, in quibus innocentiæ Socratis meminerat. Stephanus in Τιβεριάς. ἐκ ταύτης ἦν Ἰοῦστος ὁ τὸν Ἰουδαικὸν πόλεμον τὸν κατ' Οὐεσπασιανὸν ἱστορήσας. Josephus graviter cum eo expostulat in vita sua. Tamen Eusebius citans ea verba, dicit ea esse ἐκ τοῦ τῆς ἀρχαιολογίας τέλους, quum sint, ut dixi, ἐκ τοῦ βίου Ἰωσήπου. nisi putaverit Vitam Iosephi esse continuationem ultimi libri ἀρχαιολ. Sed sine dubio est solenne illi μνημονικὸν σφάλμα, aut παρόραμα.

Ibid. *multi, quos injuste ejecerat, de exilio reversi.*] Nummus Nervæ: IMP. NERVA. CÆSAR. AUG. P. M. TR. P. COS. III. P. P. S. C. EXULES. ROMÆ. RED. S. P. Q. R.

Ibid. *anno ætatis* LXXII.] Dione auctore vixerit tantum annos LXV, mens. x, dies x. Sed hæc Hieronymus habet ab Eutropio. Iterantur à Cassiodoro. Quid voluit Sex. Aurel. Victor Andreæ Schotti, qui Nervam Cretensem vocat? quid quod in principio nihil verum de Nerva profert? *quid enim Nerva Cretensi prudentius magisque moderatum? qui quum extrema ætate apud Sequanos, quo tyranni defecit metu, imperium arbitrio legionum cepisset, &c.* Omnia falsa, & portentosa.

MMCXIV. *Decreto Senatus Nerva in Deos relatus est.*] Nummi: DIVUS NERVA PERPETUUS. item: DIVO NERVÆ. Utrobique caput radiatum.

MMCXVI. *Iohannem Apostolum usque ad Trajani tempora Irenæus Episcopus permansisse scribit.*] Iren. lib. IV. cap. III.

MMCXVII. *Trajanus de Dacis & Scythis triumphat.*] Anno superiore, ipso Trajano III, M. Cornelio Frontone III Coss. Nummus: IMP. CÆS. NERVÆ TRAIANO. AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. III.

MMCXVIII. *Trajanus victo rege Decebalo.*] Trajano v, Maximo II coss. numero MMCXIX. Unius anni prochronismus. In nummo Trajani mulier sedens manibus post terga revinctis. Titulus S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. COS. V. Sub muliere: DAC. CAP. Hoc anno igitur, Trajano V COS. numero MMCXIX, Dacia capta & provincia facta. Inter utranque victoriam Dacicam biennium interest. Priore legati Decebali in Senatu positis armis, more captivorum manus copularunt. Unde Trajanus triumphavit, & Dacicus appellatus. altero bello, quum iterum rebellasset Decebalus, victusque à Trajano mortem sibi conscivisset, Dacia in provinciam redacta est. Hoc clarius apparet ex alio nummo. IMP. TRAIANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. P. P. S. P. Q. R. OPTIMO PRINC. DANUVIUS.

Ibid. *Daciam fecit provinciam.*] Nummus: IMP. CÆS. NERVÆ. TRAJANO. AUG. GER. DAC. DACIA. AUGUSTA. PROVINCIA.

Ibid. *Iberos, Sauromatas.*] Sunt Eutropii: & ab eo etiam Sex. Rufus. quem potius videtur sequi Hieronymus.

Ibid. *Arabas.*] Nummus. IMP. CÆS. NERVÆ TRAIANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. P. P. ARABIA AUGUST. (ADQUISIT.) PROVINCIA. Alius: S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. ARAB. ADQUIS. S. C. In alio: ARABIA CAPTA. Redacta est autem Arabia in potestatem Romanorum per Palmam Syriæ præfectum. Huc pertinet nummus Trajani, in quo legitur, ΒΑΙCΑΜΨΑΝΩΝ. Est enim Βαίσαμψα urbs Arabiæ, quæ domum Solis significat. בית שמשא ubi ב pro בית. Stephanus Βαίσαμψα, πόλις ἐν τῷ Ἀραβικῷ κόλπῳ παρὰ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν, ὅ ἐστιν ΟΙΚΟΣ ΗΛΙΟΥ. ὁ πολίτης Βαισαμψηνός. Idem Stephanus, Σάμψα κώμη τῆς Ἀραβίας. Σάμψα δὲ παρὰ τοῖς Ἄραψιν ὁ ἥλιος. Epiphanius 23: ἐν τῇ Ναβατίδι γῇ τῇ καὶ Περαίᾳ πρὸς τῇ Μωαβίτιδι, ὅπερ γένος νυνὶ Σαμψαίων καλεῖται. Et 201: Σαμψαῖοι γὰρ ἑρμηνεύονται ἡλιακοί.

Ibid. *Seleuciam.*] Nummus Trajani. TIGRIS. S. C. Alius: VIRTUS AUGUSTI. TIGRIS.

Ibid. *Ctesiphontem.*] Qua capta imperator ab exercitu salutatus est. Xiphilinus.

Ibid. *Babyloniam occupavit.*] Nummus: BABYLONIA. Alius: EUPHRATES. Alius IMP. TRAJANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. ASSYRIA IN POTESTATEM P. R. RED. Alius: ASSYRIA ET PALÆSTINA IN POTEST. P. R. REDAC. S. C. Alius: DE CHALDÆIS S. C. Alius: VICT. ASSYR. S. C. Quæ omnia eodem anno gesta.

Ibid. *classem in mari rubro.*] Intellige Persico. non Arabico. Hoc sub extremo imperio Trajani contigit. Sed Hieronymus hæc ita, ut apud Sex. Rufum invenit, huc καθ' ὁμάδα congessit.

Ibid. *classem in mari rubro instituit.*] Non instituit, sed facturum se fuisse dicebat, si junior fuisset. πλοῖόν τι εἰς Ἰνδίαν πλέον ἰδὼν, εἶπεν, ὅτι πάντως ἂν καὶ ἐπὶ τοὺς Ἰνδοὺς, εἰ νέος ἔτι ἦν, ἐπεραιώθην. Dio. Navigavit igitur ultra sinum Persicum, sed nullam classem, aut expeditionem Indicam instituit.

Ibid. *ut per eam Indiæ fines vastaret.*] Neque classem instituit, neque Indiæ fines tetigit. Adulatorius est ille nummus: S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. S. C. IND. P. R. cum Rhinocerote. Indiam populi Romani fuisse crederemus, si eam, quam nunquam ullus miles Ro. vidit, domuisset. Licentioris vanitatis exemplum est alius: S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. S. C. INDIA. PRO. P. P. Indiam Populi Ro. provinciam utique fecisset, si ibi Præsidem reliquisset. Sed quantis difficultatibus conflictatus sit in illa expeditione Orientali, & quanta cum clade sui exercitus ex ea revertens Selinunte obierit, disce ex Xiphilino, qui hanc expeditionem his verbis concludit: οὕτω μὲν οἱ Ῥωμαῖοι τῆς τε Ἀρμενίας καὶ τῆς Μεσοποταμίας τῆς πλείονος, τῶν τε Πάρθων κρατήσαντες, μάτην ἐπόνησαν, καὶ μάτην ἐκινδύνευσαν.

MMCXXI. *Terræmotu quatuor urbes Asiæ.*] Infra etiam meminit alius terræmotus, quo tres Galatiæ civitates pariter conciderint. Has omnes VII civitates imprudenter uno terræmotu prostratas scribit Orosius.

Ibid. *Opuntiorum & Oritorum.*] Ita habent omnes libri, non, ut oportebat, *Oritarum.* Ὠρεός & Ὠρεῖς, unde

unde Ὠρεῖται, & Ὀπούντιοι, sunt vicinæ urbes, Ὠρεὸς quidem in Euboea, Ὀποῦς in continente. In Græcis Eusebii legitur, Ἑλλάδος Ὀπουντία καὶ Ὠρετός. quæ sunt πονηροῦ κόμματος, ut mirandum non sit si ansam Hieronymo præbuerint, ut pro Oritarum scriberet Oritorum. Nam neque ulla urbs dicta fuit Ὀπουντία, sed Ὀποῦντιοι, neque Ὠρετός, sed Ὠρεὸς, & ab ea Ὠρεῖται. Vide Stephanum. Oritarum urbs non hoc anno solum terræ motu concussa fuit. Memorat enim Strabo ex Demetrio Calatiano Ὠρεοῦ τὸ πρὸς θαλάττῃ τεῖχος, καὶ τῶν οἰκιῶν περὶ ἑπτακοσίας συμπεσεῖν. Lib. II. In nummo Nervæ: ΩΡΕΙΤΩΝ ΒΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ.

MMCXXIII. *Ignatius Romam perductus.*] Quærendum, quare ex Syria Romam homo bestiis objiciendus perducitur. Nam non solum de Christianis, sed & de Gentilibus cognitio erat ejus, qui provinciam regebat, & in ipsa provincia secundum jurisdictionem suam supplicium de illis sumebat. Soli cives Romani provocabant ad Cæsarem, ut Paulus in Actis Apostolorum. Hoc modo, siquidem civis Romanus fuit, Ignatius potuit Romam perduci. Sed civem Roma-,, num bestiis objicere leges non sinebant. Nam, ut ait ,, Prudentius,

,, *Persona quæque competenter plectitur,*
,, *Magnique refert, vilis, an sit nobilis.*
,, *Gradu reorum forma tormenti datur.*

Quare hoc dubium aliis excutiendum relinquimus. Ego ingenue fateor inscitiam meam. Aloquin Christianos bestiis objici solitos & pueri vel sciunt, vel ex Martyrologiis ipsis discere possunt. Tamen quæstio illa de Ignatio Romam ex Syria perducto digna est quæ discutiatur: ac eo nomine eam proponimus.

MMCXXIV. *Plinius Secundus quum quandam provinciam regeret.*] In Græcis: Πλίνιος Σεκοῦνδος ἡγούμενος τῆς ἐπαρχίας, ad verbum ex Tertulliano. *Plinius enim Secundus, quum Provinciam regeret.* Nam tempore Tertulliani, cui notus erat Plinius Cæcilius, eidem & notum erat eum Bithyniam Provinciam proconsule administrasse. Ideo non opus fuit nomen addere, quum id nemo ignoraret. Hieronymus satis ostendit se Plinii epistolas non legisse. Quo autem tempore, aut quoto anno Urbis Plinius in provinciam missus sit, si nobis constaret, tunc quod Eusebius ex conjectura potius, quam ex historiæ fide, in hunc annum contulit, an verum sit, exploratum haberemus.

Ibid. *& in magistratu suo plurimos Christianorum interfecisset.*] Græca non πολλοὺς, sed τινάς. καταχρίνας Χριστιανούς τινας, ex Tertull. *damnatis quibusdam Christianis.* Plinius ipse: *perseverantes duci jussi.*

Ibid. *in magistratu suo.*] Non est in Græcis: sed pro eo, καὶ τῆς ἀξίας ἐκβαλών, ex Tertull. *quibusdam etiam gradu pulsis.*

Ibid. *præter obstinationem.*] Hæc Hieronymus ex Tertulliano, non ex Græcis Eusebii.

Ibid. *cuidam Christo, ut Deo.*] Apud Tertull. *Christo, & Deo.* Lege: *ut Deo.*

MMCXXV. *Plinius Secundus Novocomensis orator.*] Hactenus verum est. Nam Plinius Cæcilianus, cujus extant epistolæ & divinus Panegyricus, fuit Novocomensis. Quod sequitur, *& historicus insignis*, manifesta hallucinatio est Hieronymi duos Plinios unum facientis: quod & fecit auctor vitæ Plinii, quæ Suetonio perperam attribuitur, quum sit sequioris ævi, plusquam quatuor sæculis post Suetonii obitum scripta. Is infimi subsellii scriptor ex duobus Pliniis unum conflavit, & illi patriam attribuit Novum Comum. Onufrius Panvinius Plinium majorem asserit Veronæ nostræ, recte: sed quod ex veteri inscriptione, parum prudenter. Nam multorum multæ inscriptiones in iis urbib. extant hodie, quæ ipsorum patriæ non erant. Præterea C. Plinii multi fuerunt, quorum inscriptiones extant in aliis urbibus, præterquam Veronæ. Sed qui Plinium ignorat Veronensem fuisse, is castrense verbum CONTERRANEUS quid sit, ignorat. Conterranei dicuntur, qui eidem matrici urbi attribuuntur, ut Sirmio priscorum Scaligerorum secessus, unde domo Catullus erat, accensebatur Veronæ. Propterea Plinius Veronensis, & Catullus Sirmionensis conterranei sunt. Non fuit ergo Novocomensis Plinius major, ut ille futilis scriptor retulit: qui, ut dixi, non secus, ac Hieronymus, Plinium seniorem cum juniore confundit: &, ut Hieronymo posterior est, ita auctore Hieronymo ea scripsit. Non solus autem Hieronymus utrumque Plinium unum facit. Serenus quoque Sammonicus idem hallucinatus est. Macrobius scribens de Acipensere pisce: *Sed non diu stetit hæc parsimonia. Nam temporibus Severi Principis, qui ostentabat duritiam morum, Sammonicus Serenus, vir sæculo suo doctus, quum ad Principem suum scriberet, faceretque de hoc pisce sermonem, verba Plinii, quæ superius posui, præmisit, & ita subjecit, Plinius, ut scitis, ad usque Trajani imperatoris venit ætatem. &c.* itaque Epistolæ Plinii Cæciliani ad Trajanum tam Sammonico Sereno, quam Hieronymo, ansam errandi præbuerunt, quum uterque illum, qui ad Trajanum scripsit, putaverit eundem esse cum eo, qui Vesuvii incendio periit. Sidonius ut Plinium majorem à minore distinguat, majorem avunculum, minorem Secundum vocat lib. IV. Epistola III. Atqui minor non cognominatur Secundus, nisi quia ab avunculo adoptatus, cui Secundo cognomen fuit.

Ibid. *Periit, dum invisit Vesuvium.*] Hæc extant in omnibus PR. Sed absunt à POST. Et sane delenda videntur. Et sane nisi deleantur, pugnantia scriberet Hieronymus, qui quum utrunque Plinium unum faciat, fieri non potest, ut crediderit incendio Vesuvii periisse sub Trajano, quum is ipse scripserit sub Tito illud incendium contigisse.

Ibid. *Periit, dum invisit Vesuvium.*] Non solus ex insignibus viris Plinius absorptus est illo incendio, sed etiam alio ejusdem montis æstu Cæsius Bassus, *quem fama fuit in prædiis suis positum ardente Vesuvio monte Campaniæ, & late ignibus abundante cum villa sua ustum fuisse.* Vetustissimæ Glossæ Persii.

MMCXXVI. *Pantheum Romæ fulmine concrematum.*] In Græcis, ἐν Ῥώμῃ τὸ Πάνθεον κεραυνῷ διεφθάρη. Idem repetitur ἐν Προπαρασκευῇ. pag. 81: Καὶ ἄλλο τε φασι τὸν νεὼν τοῦ Καπιτωλίου Διὸς ἐμπρησθῆναι, καὶ τὸ Πάνθεον ὑπὸ κεραυνοῦ διαφθαρῆναι. Quod omisit Arnobius, dum reliquarum ædium sacrarum incendia ex Clemente referret: quia Clemens ejus non meminit, ex Clemente autem eadem producens Eusebius hoc insuper addidit. Sed non dubium Eusebium falli, aut potius scriptorem, unde accepit ea. Nam constat Pantheon nunquam fulmine deletum fuisse, neque ullam tantam fulminis vim esse posse, quæ tam validam structuræ molem penitus absumere possit, ut hic legitur. Sed Pantheon ab Agrippa constructum, & vetustate corruptum à Severo Aug. instauratum & pristino cultui restitutum fuisse Epigraphe, quæ

quæ in eo extat hodie, testatur. Nemo est, qui Pantheon viderit, quem non mirari cogat tam præfractum dictum Eusebii. Ego non dubito apud auctorem, ex quo desumpsit Eusebius, *scriptum fuisse, Τὸ Πάνθεον ἐκεραυνώθη, non autem, *κεραυνῷ διεφθάρη. Præter hoc Pantheon Agrippæ, erat Romæ Pantheum Jovis Ultoris, & Pantheum Minervæ Medicæ. Sed nomine Panthei, Pantheum Agrippæ intelligi satis constat. Quum Dio scribat in illo triduano incendio, quod sub Tito fuit, Pantheon etiam arsisse, idque ab Hadriano restitutum fuisse, testatum reliquerit Spartianus, videndum; an possit esse Pantheon Agrippæ, an aliud. Nam certe inscriptio Severi non tacuisset conflagratum sub Tito, & ab Hadriano instauratum fuisse. Sed quum inscriptio prior testetur ab Agrippa constructum, & altera vetustate corruptum à Severo refectum sine ulla incendii aut instaurationis ab Hadriano facta mentione, an conflagrasse dicemus, in quo inscriptio conditoris Agrippæ extat etiam hodie? Sed dicet aliquis, Hadrianum nulli operum, quæ quidem instaurarit, nomen suum, sed auctorum, apposuisse. Ergo ab Hadriano, ad Severum, tantum est temporis intervallum, ut vi vetustatis tanta tam valida moles corrumpi potuerit? Ab initio enim Hadriani, ad initium Severi, sunt tantum anni LXX. Hæccine est vetustas? Non igitur videtur igne consumptum, neque fulmine deletum, quod ridiculum est: sed aut nullum Pantheum arsisse, aut alterutrum horum, Pantheon Jovis Ultoris, aut Pantheon Minervæ Medicæ. Fuit & Πάνθεον Alexandriæ ab Imp. Severo excitatum. Excerpta Casauboniani Chronici: Ἔτος ὀλυμπιάδος ϟμε. Τούτοις τοῖς χρόνοις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τὸ Σεβηριανὸν ἐκτίσθη γυμνάσιον, καὶ τὸ ἐκεῖσε ἱερὸν μέγα τὸ καλούμενον Πάνθεον.

MMCXXVIII. *Trajanus Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam fecit Provincias.*] Sex Rufus: *Ad extremum sub Trajano Principe Regi majoris Armeniæ diadema sublatum est, & per Trajanum Armenia, Mesopotamia, Syria, & Arabia provinciæ factæ sunt: ac limes Orientalis supra ripas Tigridis est institutus.*

Ibid. *Trajanus Armeniam.*] Regem majoris Armeniæ, cui diadema ademptum scribit Sex. Rufus, Παρθαμάσιριν vocat Dio.

Ibid. *Assyriam, Mesopotamiam.*] Vide inscriptiones nummorum, numero MMCXVIII.

MMCXXIX. *Terræmotus in Antiochia.*] Non potest ignorari annus cladis illius post hominum memoriam dirissimæ, quum Dio scribat Consulem Pedonem in eo extinctum. Fuit igitur ista clades numero MMCXXXI, Valerio Vipstano Messalla, C. Popilio Caro Pedone Coss. (alias M. Pedone Vergiliano) anno Christi vulgari CXV, Antiocheno CLXIII. quo minus credendum Euagrio, qui lib. II, cap. XII, ait hoc contigisse anno Antiocheno CLIX, hoc est anno Christi CXI. Ubi peccat prochronismo quadriennii: hic autem peccatur prochronismo biennii. De hoc horrendissimo casu consule Xiphilinum. Nam digna res lectu.

MMCXXX. *Iudæi, qui in Libya erant.*] De istis Judæis, quæ per rabiem suam damna intulerint, quæque acceperint, consule eundem Xiphilinum, & Paulum Orosium. Eodem anno istæ omnes Judæorum seditiones contigerunt, quo & terræmotus Antiochiæ, ut est apud Xiphilinum.

Ibid. *Apud Cyrenem.*] Dux tumultus Ανδρίας vocatur à Xiphilino. Fortasse Ανδρέας.

MMCXXXII. *præcepit imperator Lysiæ Quieto.*] Lusius, non Lysias vocabatur, ut recte extat apud Xiphilinum, & Hadrianum Spartiani. In IV Histor. Ecclesiast. cap. II perperam excusum Λουκίῳ Κοΐντῳ pro Λουσίῳ Κοΐντῳ.

Ibid. *& ob hoc procurator Iudææ.*] ἡγεμὼν in Græcis, *Præfectus*, *Dux*.

Ibid. *Salaminam Cypri.*] Ejus teterrimi tumultus dux Artemo vocatur Xiphilino.

Ibid. *Subvertere Iudæi.*] Auctor valde bonus de locis Apostolicorum Actuum inter opera Hieronymi: *Salamis civitas in Cypro insula nunc Constantia dicta, quam Trajani Principis tempore Iudæi, interfectis omnibus accolis, deleverunt.*

Ibid. *Trajanus morbo in Selinunte periit.*] Eodem tempore & in eodem loco obiit, quo ejus libertus M. Ulpius Phædimus. Vetus Inscriptio: M. ULPIO. AVG. LIB. PHÆDIMO. DIVI. TRAIANI. AVG. A. POTIONE. ITEM. A. LACUNA. ET. TRICLINIARCH. LICTORI. PROXIMO. ET. A. COMMENT. BENEFICIOR. VIXIT. ANNOS. XVIII. ABSCESSIT. SELINUNTE. PRID. IDUS. AUGUST. NIGRO. ET. APRONIANO. COSS. Videmus sequutum Patronum suum eodem tempore & in eadem urbe obiisse.

In Selinunte.] Xiphilinus: καὶ ἐς Σελινοῦντα τῆς Κιλικίας ἐλθὼν ἣν δὴ καὶ Τραϊανούπολιν καλοῦμεν, ἐξαίφνης ἀπέψυξε. Pseudosibyllinus Propheta;

Μοῖραν ἀεικελίην οὐ φεύξεται, ἀλλὰ καμεῖται.
Ὃν κόνις ἀλλοτρίη κρύψει νέκυν ἆθλα Νεμείης
Ἄνθεος οὔνομ' ἔχουσα —

Ἄνθος ἆθλον Νεμείης, sive Νεμέας, est σέλινον, quo οἱ Νεμεονῖκαι coronabantur. Igitur ἀπὸ τοῦ σελίνου Σελινοῦς dicta. quo nomine multæ appellatæ. Hæc Selinus vocatur Xiphilino Trajanopolis Ciliciæ, ut Ulpiano, Tit. de censib. & aliis. Sed apud Ulpianum videntur diversa esse: quod mendosum puto.

Ibid. *apud Seleuciam Isauriæ.*] Nimirum quem innuit auctorem, is est Eutropius: *apud Seleuciam Isauriæ profluvio ventris extinctus est.*

Ibid. *mense nono, die quarto.*] Apud Eutropium ergo, unde hæc verbatim descripta, mendum est, *mense uno.* quod deprehenditur ex eo, quod Sex. Aur. Victor scribit sexaginta quatuor annos vixisse. Hoc non posset dici, si unum mensem supra LXIII vixisset. Sed in aliis editionibus Eutropii legitur *mense* IX.

Ibid. *in foro sub columna posita.*] τὰ δὲ τοῦ Τραϊανοῦ ὀστᾶ ἐν τῷ κίονι αὐτοῦ κατετέθη. Xiphilinus. Falsum igitur, quod hariolatur Pseudosibyllinus vates, ὃν κόνις ἀλλοτρίη κρύψει νέκυν, siquidem Romæ, non Selinunte sepultus. Mors autem Trajani congruit numero MMCXXXIII. Unde nascitur imperium Hadriani.

MMCXXXIII. *Hadrianus regnavit annis* XXI.] & mensib. præterea XI, Spartiano, & Xiphilino. Quare sine errore possumus illi imputare annos XXII. Sed ejus initium deducendum à numero MMCXXXIII. Huc accedit, quod annus tertius Antonini Pii est CXXXIX Christi, quo æquinoctium autumnale à Ptolomæo observatum. Ergo annus Christi CXXXVII est primus Antonini, & CXXXVIII, usq; ad mensem Augustum est idem annus currens Antonini, de quo si detraxerimus annos XXII, remanenebit annus obitus Trajani CXVII Christi, Nigro & Aproniano Coss. Sed Vettius Valens Astrologus, qui eo tempore florebat, comparat annum primum Hadriani cum CXLVIII Augustorum, id est cum MMCXXXV numero Eusebiano, Christi Dionysiano CXIX. Biennii proculdubio prochronismus est.

Ibid. *Hadrianus Italicæ in Hispania natus.*] Ex Eutropio. Epitome Victoris, *in urbe Tudertina:* quod miramur. Majores quidem Hadriani Hadria in Picentibus oriundi (unde illis nomen) apud Italicam Hispaniæ resede-

resederunt. Itaque parentes Hadriani fuerunt Italicenses, ipse vero natus Romæ IX Kal. Febr. Vespasiano VII, & Tito V Coss. Gellius lib. XVI, cap. XIII: *D. Hadrianus in Oratione, quam de Italicensibus, unde ipse ortus fuit, in Senatu habuit.* &c.

Ibid. *Hadrianus Alexandriam à Romanis subversam publicis instauravit impensis.*] Itane Romani everterunt Alexandriam? Quando? Prodeat vel unus auctor, qui hujus cladis Alexandrinæ meminerit. Unde hæc tam inaudita Hieronymus? Tantum abest, ut eversam Hadrianus sublevarit, ut quum florentissimam deprehendisset, vetera privilegia illis reddiderit, nova insuper addiderit. Ipse Hadrianus in Epistola ad Severianum Consulem de Alexandria loquens: *Utinam melius esset morata civitas, digna profecto sui profunditate, quæ pro magnitudine totius Aegypti teneat principatum. Huic ego cuncta concessi: vetera privilegia reddidi: nova sic addidi, ut præsenti gratias agerent.* Infra: *Civitas opulenta, dives, fecunda.* Quare manifestiora testimonia petimus? Lege totam Epistolam apud Fl. Vopiscum in Saturnino. Nullum ibi vestigium eversæ urbis reperies: imo contra, propter rerum omnium copiam, & populi multitudinem, & rerum florentissimum statum, luxu nimio diffluentis. Non igitur à Romanis subversa est τὸ πρόσχημα totius Ægypti, quam scimus ex quo tempore Ægyptus Provincia facta, nihil tale commeruisse, ut à Romanis ejus dominis subverteretur. Præterea annus minime convenit. Scribebat enim hæc Hadrianus numero MMCXLVIII, Sentio Augurino, Arrio Severiano Coss. Ex quibus perspicue testatur se nunquam antea Alexandriæ fuisse, quo eum profectum fuisse seditione ob Apim inter Alexandrinos orta scribit Spartianus. Nummus Hadriani: HADRIANUS AUG. COS. III P. P. ADVENTUS AUG. ALEXANDRIÆ. Huc pertinet alius nummus: RESTITUTORI ÆGYPTI: quæ explicantur verbis ipsius Epistolæ: *Huic ego cuncta concessi*, &c. Numerus autem MMCXLVIII, quo hæc gesta sunt, respondet anno Christi Dionysiano CXXXIII, qui est ultimus Indictionis Hadrianeæ, de qua infra loquemur. Quare manifestum est, nova privilegia, quæ Hadrianus scribit se addidisse, cæpisse ineunte secunda indictione Hadrianea, hoc est anno primo Indictionis secundæ.

Ibid. *Hadrianus Trajani invidens gloriæ.*] Ex Eutropio. Inde Sex. Rufus: *Sed Hadrianus, qui successit Trajano, invidens Trajani gloriæ, sponte sua Armeniam, Asiam, Mesopotamiam reddidit, ac medium inter Persas, & Romanos Euphratem esse voluit.* Infra: *Hadrianum gloriæ Trajani certum est invidisse, qui ejus successor in imperio, sponte propria reductis exercitibus, Armeniam, Mesopotamiam, Assyriam concessit, & inter Romanos ac Persas Euphratem medium esse voluit.* Suidas: οὐκ ἀδόξως δὲ τὴν Μεσοποταμίας παραχωρεῖ Πέρσαις δεηθεῖσιν αὐτοῦ κληθείσης ὑπὸ Τραϊανοῦ, καὶ τὸν Εὐφράτην ὅρον ποιεῖται τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. Unus Spartianus scribit Hadrianum omnia trans Euphratem ac Tigrim reliquisse, exemplo Catonis, qui Macedonas liberos pronunciavit, quia teneri non poterant. Quod verum puto.

MMCXXXIV. *Hadrianus Iudæos capit secundo contra Romanos rebellantes.*] Puto in Græcis fuisse, Ἀδριανὸς τῶν Ἰουδαίων κρατεῖ τὸ δεύτερον κατὰ τῶν Ῥωμαίων νεωτερισάντων. Nam semper τὸ κρατεῖν καὶ τὸ χειρώσασθαι, Hieronymus vertit capere, non, quod debebat, domare, subigere. *Secundo rebellantes*, nimirum prius sub Vespasiano, iterum sub Hadriano. Vita functo Trajano, quum Hadrianus esset in Syria, Iudæi clandestina consilia de rebellione agitabant. Profecto in Italiam Hadriano, apertum bellum professi sunt: neque prius destiterunt, quam ad internecionem deleti fuere. Auctor Xiphilinus. Itaque frustra hic dicitur captos fuisse anno secundo Hadriani, qui multis post annis debellari non potuere. Sed primum motum Iudæorum oppressum duce Martio Turbone scribit Spartianus. Sic puto hunc locum interpretandum. Alioquin aliquis posset objicere tunc captos καὶ αἰχμαλωτισθέντας Judæos ab Hadriano venundatos ad Terebinthum fuisse. Excerpta Chronici Casauboniani in secundo anno Hadriani: Αἰλίου Ἀδριανοῦ Αὐγούστου καὶ Ῥουτιλίου. τούτων τῶν ὑπάτων, Ἰουδαίων στασιασάντων, ἦλθεν Ἀδριανὸς εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἔλαβε τοὺς Ἰουδαίους αἰχμαλώτους εἰς τὴν λεγομένην τερέβινθον, καὶ ἔστησε πανήγυριν, καὶ πέπρακεν αὐτοὺς εἰς ταγὴν ἵππου ἕκαστον, καὶ τοὺς ὑπολειφθέντας ἔλαβεν εἰς Γάζαν, καὶ ἐκεῖ ἔστησεν πανήγυριν, καὶ ἐπώλησεν αὐτούς. Mirus est locus, qui confirmatur testimonio Hieronymi, commentario in XXXI caput Ieremiæ: RACHEL PLORANTIS FILIOS SUOS. *Quidam Iudæorum hunc locum sic interpretantur, quod capta Ierusalem sub Vespasiano, hanc viam Gazam & Alexandriam infinita millia captivorum Romam directa sunt. Alii vero, quod ultima captivitate sub Hadriano, quando & urbs Ierusalem subversa est, innumerabilis populus diversæ ætatis utriusque sexus in mercatu Terebinthi venundatus sit: & idcirco execrabile esse Iudæis mercatum celeberrimum visere.* Idem sentit quod Græcus de eversis ab Hadriano Ierosolymis. quod confutabimus. Rursus idem Hieronymus Commentario in cap. XI Zachariæ: PASCE GREGEM OCCISIONIS: *Hoc est: Nunc interim nutriatur, & crescat, qui postea ab hostibus occidendus est: quas oves & pecora Principes Romanorum, qui possidebant ea & obtinebant jure victoriæ, interficiebant, & non miserabantur: sive immolabant, & non sentiebant dolorem. Id est: nihil mali pro tanta crudelitate patiebantur. Et vendebant ea, quæ non propter clementiam, sed propter precium reservabant. Legamus veteres historias & traditiones plangentium Iudæorum: quod in Tabernaculo Abrahæ, ubi nunc per annos singulos mercatus celeberrimus exercetur, post ultimam eversionem, quam sustinuerunt ab Hadriano, multa hominum millia venundata sunt: &, quæ vendi non potuerunt, translata in Aegyptum: & tam naufragio & fame, quam Gentium cæde truncata.* Hæc ille: ubi *Tabernaculum Abrahæ* est Terebinthus illa celeberrima, & *mercatus*, πανήγυρις Ἀδριάνειος. A Tabernaculo Abrahæ Mansio dicta est *ad Terebinthum* in Itinere Burdigalensi. Pseudohegesippus lib. IV, cap. XXIII: *Terebinthus illis magna arbor à constitutione mundi fuisse asseveratur. nunc tamen utrum maneat, incertum nobis est. Quæ quidem Terebinthus à Christianis summo in cultu fuit.* Eusebius: ὅθεν εἰσέτι νῦν παρὰ τοῖς πλησιοχώροις, ὡς ἂν θεῖος, ὁ τόπος εἰς τιμὴν τῶν αὐτόθι τῷ Ἀβραὰμ ἐπιφανέντων θρησκεύεται, καὶ θεωρεῖταί γε εἰς δεῦρο διαμένουσα ἡ Τερέβινθος, οἵ τε τῷ Ἀβραὰμ ἐπιξενωθέντες ἐπὶ γραφῆς ἀνακείμενοι, δύο μὲν ἑκατέρωθεν, μέσος δὲ ὁ κρείττων ὑπερέχων τῇ τιμῇ. lib. V ἀποδείξ. 147.

Ibid. *Hadrianus eruditissimus.*] Quare anno secundo Hadriani hæc poni debuerint, non video. Neque enim primo anno minus præditus illis virtutibus aut vitiis erat, quam secundo. Hoc pertinebat ad titulum primi anni.

Ibid. *Hadrianus reliqua tributorum.*] Pulcherrimum exemplum Indictionis apud Dionem super hac re: ἐλθὼν γὰρ ἐς τὴν Ῥώμην ἀφῆκε τὰ ὀφειλόμενα τῷ τε βασιλικῷ καὶ τῷ δημοσίῳ τῶν Ῥωμαίων, ἑκκαιδεκαετῆ

ὁρίσας χρόνον, ἀφ' οὗ τε καὶ μέχρις οὗ τηρηθήσεσθαι τοῦτο ἔμελλεν. *Remisit tributa, præstituto tempore annorum sedecim, unde, & quousque hoc observari vellet.* hoc est, remissionem hanc circumscripsit fini annorum sexdecim. Tot enim anni sunt ab Indictione, ad Indictionem inclusive. Sextusdecimus enim annus est principium secundæ indictionis. unde eam vocat ἑκκαιδεκαετῆ χρόνον: quemadmodum quintus annus est principium secundæ Olympiadis: quo nomine vocata est πενταετηρίς. Obiit Trajanus Nigro & Aproniano Coss. anno Christi CXVII, Indictione prima, quo mortuo statim Hadrianus, quum venit Romam, tributa remisit, ut modo ex Xiphilino didicimus. Ab anno igitur primo Indictionis reliqua illa tributorum remissa, & post solidam Indictionem, hoc est post annos XV, solvi cæpta in posterum, anno sextodecimo postquam remissa. Aliud exemplum Indictionis luculentissimum habemus apud eundem Dionem in Marco Antonino: remissa fuisse debita fisco in XLV annos, præter XVI annos, quos remiserat Hadrianus. καὶ τοῖς ὀφείλουσί τι τῷ βασιλικῷ καὶ τῷ δημοσίῳ πᾶσι πάντα τὰ ὀφειλόμενα ἀφῆκεν ἀπὸ ἐτῶν ἓξ καὶ τετταράκοντα, χωρὶς τῶν ἑκκαίδεκα τοῦ Ἀδριανοῦ. καὶ πάντα τὰ περὶ αὐτῶν γράμματα ἐν τῇ ἀγορᾷ καυθῆναι ἐκέλευσε. XV anni absoluti remissi ab Hadriano, cum XLV annis absolutis, quos Marcus remisit, fiunt sexaginta, quæ sunt quatuor indictiones incipientes ab anno Christi CXVII, numero MMCXXXII, desinentes in anno Christi CLXXVII, numero MMXCIII. Illustrius exemplum in Chronico Casaubon. Ὑπ. Λάργου, καὶ Μεσσαλίνου. τούτοις τοῖς ὑπάτοις ἄφεσις ἐγένετο τῶν χρεωφειλετῶν παρ' Ἀντωνίνου Εὐσεβοῦς. καὶ οἱ ταμιακοὶ χάρται δωρεὰν ἐκαύθησαν. Erat annus Christi Dionysianus CXLVII. Indictio prima Constantiniana annus CCCXII. Intervallum, anni CLXV, id est indictiones absolutæ XI. Itaque vides remissiones illas fiscalium debitorum per Indictiones fieri. Est, ut diximus, illustre exemplum. Idem videtur fecisse C. Julius Cæsar Antiochensibus, qui annos suos ab Indictione Cæsariana putabant, nimirum à remissis unius indictionis, sive trium lustrorum, reliquis. Atque adeo ab illa Epocha Antiochensi, ad hanc Hadriani Indictionem, præterierunt Indictiones undecim absolutæ. Quare non habemus luculentius exemplum indictionum isto ex verbis Dionis collecto, quod maxime optarim studiosos lectores notare.

Ibid. *reliqua tributorum.*] Nicephorus Callistus lib. III. cap. XXXIV: *Publica is statim civitatibus remisit debita, & vectigalia multa Romanis donat. Unde ei in Urbe divini decreti sunt honores.* Quæ proculdubio, ut & alia apud eundem scriptorem ex hoc Chronico Eusebii desumpta sunt. Hieronymus, ut solet, libertate magna usus est in Græcis vertendis. De decretis Hadriano divinis honoribus propter remissa tributa extat vetus inscriptio de Æde voto suscepto à Consulibus consecratâ, quod immanem tributorum summam Hadrianus remiserit nullo tali retro Principum exemplo. Ea inscriptio digna est, quæ hic quoque legatur, non solum Romæ, ubi extat hodie.

NUMINI. DEORVM. AVG. IOVI. OPT. MAX. ÆDEM. VOTO. SSVCEPTO. Q. LEPIDVS. M. F. M. CVRIVS. M. F. COS. III. S. P. Q. R.

IMP. CÆS. DIVI. TRAIANI. PARTHICI. F. D. NERVÆ. NEP. TRAIANO. HADRIANO. AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. II. COS. II. QVOD. UNUS. OMNIUM. PRINCIPUM. ET. SOLUS. REMITTENDO. SESTERTIUM. NOVIES MILLIES. CENTENA. MILLIA N. DEBITUM FISCI. NON. PRÆSENTES. MODO. SED. ET POSTEROS. SUOS. PRÆSTITIT. HAC. LIBERALITATE SECUROS. JULIA. AUG. MATER. AUGG. ET CASTRORUM. MATRONIS. RESTITVIT.
SABINA. AVGVSTA.
MATRONIS.
DIVUS. AVG. PONT. MAX. EX. S. C.
REFECIT.

Isti Consules Q. Lepidus, & M. Curius, qui fuerunt suffecti, non ordinarii circa initium imperii Caracallæ. Ædem Hadriano, voto suscepto, dedicatam, ac vetustate collapsam refecerunt, propterea quod liberalitatem Sabinæ Hadriani uxoris erga matronas Iulia mater Caracallæ & Getæ imitata esset. Præterea ex hac inscriptione discimus Hadrianum remisisse reliqua Tributorum secundo Consulatu suo, ad quem ab Indictione Cæsariana Antiochiæ, diximus esse Indictiones XI absolutas. Sed nummi quidam Hadriani etiam sequenti anno, Consulatu ejus III, remissa præferunt. IMP. CÆSAR. TRAIANUS HADRIANUS. AUG. P. M. TR. P. COS. III. RELIQUA. VETERA. HS. NOVIES. MILL. ABOLITA. Infinitam pecuniam vocat Spartianus. *Ad colligendam autem gratiam nihil prætermittens, infinitam pecuniam, quæ fisco debebatur, privatis debitoribus in Urbe atque Italia, in Provinciis vero etiam ex reliquiis ingentes summas remisit, syngraphis in foro Trajani, quo magis securitas omnibus roboraretur, incensis.* Cæterum eleganttissime Hieronymus χρεῶν ὀφλὰς vertit *reliqua tributorum*, quæ Julianus ὁ παραβάτης vocat ἐλλείμματα.

Ibid. *chartis publice incensis.*] In foro Trajani, ut ex Spartiano antea relatum est. Fuit autem illa immanissima summa, quæ ad rationes Gallicani collybi essent XVIII milliones aureorum Solatorum, & præterea summæ excurrentis Solatorum aureorum septingenta quinquaginta millia, duodenis in aureum Solatum denariis imputatis ex constitutione Henrici III, quæ & prisco Græcorum ac Romanorum Collybo accommodatissima est, & saluberrima futura erat, si per rei nummariæ difficultates ac fisci angustias diutius obtinere potuisset. Græca vero Eusebiana ita vertenda erant: *Hadrianus debita urbium suarum, & privatorum, quæ ad fiscum pertinebant, abolevit, incensis instrumentis. Idem tributa multa Romanis indulsit.* Nam πόλεις τὰς ὑπ' αὐτὸν intelligit urbes Provinciarum Cæsaris, quæ à Præsidibus regebantur. πολίτας autem, quos Spartianus *privatos debitores fisci* vocat, id est, mancupes vectigaliorum, redemptores vicesimarum, centesimarum, & si quà sunt ejusmodi ad fiscum pertinentia.

Ibid. *publice incensis.*] In nummo Hadriani, quem proxime adduximus, sunt in aversa superficie quatuor viri, quorum unus lampada ardentem tenet, ut rationes & chartas urat. Hoc ab aliis imperatoribus factum legimus, ut ab Antonino Pio apud Chronographum Casaubon. καὶ οἱ ταμιακοὶ χάρται ἐκαύθησαν: & à Gratiano apud Ausonium in Panegyrico: item à Marco Aurelio. Orosius: *Omniaque simul fiscalium negotiorum calumniosa monimenta congesta in foro jußit incendi.* quo pertinent verba Dionis, quæ superius adduximus de remissione ad XLVI annos. De hujusmodi debitorum indulgentia habes plene Cod. Theod. Titulo ei rei dicato; qui est XXXVIII libri XI. & ibi l. VI, *chartis abolitis debita relaxantur*, ut hic *chartis publice incensis.* Sed reliqua Græca cur non verterit Hieronymus, nescio, quæ tamen non parvi momenti sunt. ὁ αὐτὸς φόρους Ῥωμαίοις ἐχαρίσατο. *Tributorum etiam Romanis gratiam fecit*, aut *Tributa remisit.* Non raro enim Imperatores præter tributorum laxationem etiam de vectigalibus gratiam faciebant.

Julia-

,, Julianus Misopogone: ὁ δ' ἐπιγεγράψαμεν χρυσίον, ,, ὁ δ' ἠτήσαμεν ἀργύριον, ὁ δὲ ηὐξήσαμεν φόρους, ἀλλὰ ,, πρὸς τοῖς ἐλλείμμασιν ἀνεῖται πᾶσι τῶν εἰθισμένων τὸ ,, πέμπτον.

MMCXXXV. *Plutarchus Chæroneus, & Sextus.*] Sextus nimirum & ipse Chæroneus Plutarchi nepos, quo usus præceptore M. Aurelius.

Ibidem. *Oenomaus.*] Omissum est in Græcis culpa Georgii, aut librarii. Non potest esse idem Oenomaus cum eo, de quo apud Suidam, Gadarensi Cynico. Siquidem is, qui apud Suidam, ὁ πολὺ πρεσβύτερος Πορφυρίου: cujus etiam meminit Socrates libro tertio, 228. διὰ μὲν οὖν χρησμὸν τόνδε Διογένης ὁ κύων, καὶ Οἰνόμαος ὁ φιλόσοφος κατέγνωσαν τοῦ Πυθίου Ἀπόλλωνος.

Ibidem. *Bellum contra Sarmatas.*] Hoc videtur contigisse statim post adventum Hadriani Romam. Spartianus: *Audito dein tumultu Sarmatarum & Roxolanorum, præmissis exercitibus, Moesiam petiit.* Hoc gestum secundo Hadriani Consulatu, numero antecedenti.

Ibidem. *Bellum contra Sauromatas gestum.*] Σαυρομάται κατεπολεμήθησαν. *Sauromatæ bello domiti.* Nam sane multum differunt πολεμεῖν, & καταπολεμεῖν, ut & pueri sciunt.

MMCXXXVI. *Terræmotu facto Nicomedia ruit.*] Nicephorus Callistus: *Nicæam & Nicomediam, quæ motu terræ multum detrimenti ceperant, firmo circundat muro.*

Ibidem. *& vicinæ urbes plurimæ.*] Spartianus: *Fuerunt ejus temporibus fames, pestilentia, & terræ motus: quæ omnia, quantum potuit, procuravit: multisque civitatibus vastatis per ista subvenit.*

Ibidem. *ad quarum instaurationem Hadrianus de publico est largitus impensas.*] Nummus: Hadrianus mulieri procumbenti in genua dexteram porrigens. Inscriptio: RESTITUTOR. BITHYNIÆ. S. C.

MMCXXXVII. *Euphrates Stoicus Philosophus moritur.*] Sumpto veneno, morbi & senii tædio, petita prius à Principe venia mortem sibi consciscendi. Xiphilinus: ἐν μὲν τῷ ἔτει ἐκείνῳ ταῦτά τε ἐγένετο, καὶ Εὐφράτης ὁ φιλόσοφος ἀπέθανεν, ἐπιτρέψαντος αὐτῷ τοῦ Ἀδριανοῦ κώνειον καὶ διὰ τὸ γῆρας, καὶ διὰ τὴν νόσον, πιεῖν. Nemini enim licebat sibi mortem consciscere sine magistratus venia. Sopatrus Rhetor 419. καὶ ὁ βουλόμενος ἀποθανεῖν ἑαυτὸν τῇ βουλῇ προσαγγέτω. vel, ὁ βουλόμενος ἀποθανεῖν τῇ βουλῇ προσαγγελλέτω.

Ibidem. *Euphrates.*] Obiit anno eodem, quo reversus Romam Hadrianus post excessum Trajani. Auctor Xiphilin. numero MMCXXXIII. Quadriennii metachronismus.

Ibidem. *Hadrianus in Libyam.*] Spartianus: *Inde Romam venit, atque ex ea in Africam transiit, ac multum beneficiorum provinciis Africanis attribuit.* Nummi: RESTITUTORI. LIBYÆ. &, RESTITUTORI MAURETANIÆ.

Ibid. *à Judæis vastata.*] In Græcis per incuriam omis- ,, sum est ὑπὸ Ἰουδαίων. Sub Trajano enim à Judæis ,, vastata fuerat, numero MM CXXX.

MMCXXXVIII. *Hadrianus Athenienfibus.*] Hoc anno, qui erat natalis Urbis DCCCLXXIV, Hadrianus erat Romæ. Nummus Sambuci rarissimus: IMP. CÆSAR. TRAJANUS HADRIANUS AUG. P. M. TR. P. COS. III. P. P. ANN. DCCCLXXIV. NAT. URBIS. P. CIR. CON. S. C. Si Romæ, quomodo Athenis? Sed potuit eodem anno & Athenis esse, & postea Romam proficisci. Nullus enim Augustorum tot provincias tanta celeritate peragravit, ut Hadrianus, auctore Spartiano, qui & bis eum Athenis fuisse scribit. Deinde potest dubium intervenire propter discrimen Palilium Varronis & Catonis.

Ibid. *Hadrianus Athenienfibus leges petentibus.*] Hinc Nicephorus Callistus: *Leges quoque ad Draconis & Solonis Atheniensium legislatorum imitationem promulgat.* quanquam sententiam leviter immutavit. Cassiodorus eadem verba Eusebii ponit sub Vespronio Candido Vero II, & Ambiguo Bibulo Coss. numero MMCXLII. Sed nunquam Cassiodoro cum Eusebio convenit de anno aut tempore, quamvis eadem verba referat. Itaque studiosi caveant ab illa Cassiodori farragine: cujus miram confusionem in Consulibus temulentiæ recte comparat Onufrius Panvinius noster.

MMCXXXIX. *Cephisus fluvius.*] Videndum, an nummus Hadriani huc spectet. Templum, ubi Hercules cum clava, & fluvius. Templum est τέμενος τὸ Ἐλευσινίων. Hercules in eo initiatus est, & Hadrianus ipse vocatus est Hercules. Nummus: ΑΥΤ. Κ. ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒΑϹΤΟϹ. ΗΡΑΚΛΗϹ ΡΩΜΑΙΟϹ. ubi imperator habitu Herculis, præterquam quod togatus. Sed hæc proponimus, non affirmamus.

MMCXL. *Ierosolymis decimus post Philippum constituitur episcopus Seneca.*] Quomodo expletum fuerit Domini nostri Jesu Christi vaticinium super urbe Jerusalem, ut lapis super lapidem nullus remanserit, & testatus est Josephus, qui interfuit illi bello, & nos abunde in Canonibus Isagogicis ostendimus: ut ne vestigium quidem urbis appareret. Itaque & postea aratrum illi impressum est à Musonio Tyrrheno præfecto munitionum, ut non solum urbs esse desierit, sed & in posterum nemini licuerit illi solo aliquid immoliri, ædificare, superstruere. Nam Jurisconsultus lege XXI, D. Quib. mod. ususfr. ait civitatem esse desivisse eam, cui aratrum inductum sit: & capital est in illo solo vel casam, aut humile superficium struere. Servius: *Nam ideo ad exaugurandas, vel diruendas civitates aratrum adhibitum, ut eodem ritu, quo condita, subvertantur. Horatius: imprimeretque muris hostile aratrum.* Rursus Solinus: *Judææ caput fuit Ierosolyma. Sed excisa est.* An ullum domicilium urbem habuisse putemus, quæ excisa esset? Possumus dicere non cum Ovidio:

Hic ubi nunc Vrbs est, tunc locus Vrbis erat.

Sed potius:

Vrbis ubi locus est, urbs ibi magna fuit.

Plinius libro quinto: *Orinen, in qua fuere Ierosolyma longe clarissima urbium Orientis, non Iudææ modo.* Non dixit *sunt*, sed *fuere*. Nulla enim prorsus erant, quum illa scriberet Plinius. Socrates quarto, cap. ultimo: ἔρημόν τε κατέστησεν τὴν πόλιν, καὶ ἄροτρον εἰπὼν βαλεῖν κατ' αὐτήν. His animadversis merito quæri possit, quum Episcoporum Ecclesiæ Ierosolymitanæ nomina certa, & continua successio hactenus memoriæ prodita sint, ubi fuerit Ecclesia Ierosolymitana. Nam certum est Ierosolymis consistere non potuisse. Ea enim non potuit esse sine ædificiis, ædificia autem in solo, cui aratrum impressum fuerit, superstruere per leges non licebat. Tamen minime dubitandum est, ubicunque illi Episcopi sederint, ibi fuisse Ecclesiam Ierosolymitanam, tametsi Ierosolymis non esset: quemadmodum hodie ab aliquot sæculis Antiochena sedes Patriarchalis non est in ea urbe, unde nomen habet, sed in Meredin ad ripam Chobar, in finibus Mesopotamiæ, quam urbem ab Antiochia *longa procul longis via dividit invia terris.* & tamen non desinit esse Antiochena Ecclesia, & Antiochena cathedra. Alexandrinus thronus diu est quum in maximam urbem Kairum translatus est, & tamen non Kairensis Patriarcha

triarcha dicitur, sed Alexandrinus, quemadmodum à principio & primis illius patriarchiæ incunabulis vocari cœpit. Eusebius perhibet libro tertio Hist. Eccles. Ecclesiam Ierosolymitanam una cum reliquiis illius Apostolici sæculi Pellam urbem Decapoleos traductam fuisse. quod mihi facile persuadet. Idem etiam Eusebium sequutus Epiphanius prodidit in Ἀγκυρωτῷ. sed, ut solet, multa immiscet aliena à verbis scriptorum, à quibus mutuatus est. Clarius in Nazoræis pag. 58.

Ibidem. *Ephres.*] Epiphanio in Manichæorum Hæresi 274, mendose dicitur Οὐάφρης. Quod Syris est *Ephrem*, id Græcis Ἐφρῆς.

Ibidem. *usque ad eversionem, quam ab Hadriano perpessa est Ierusalem.*] Ne quis putaret nullam successionem cathedræ Ierosolymitanæ fuisse, quia succisa essent Ierosolyma, veteres voluerunt illi objectioni occurrere, & non totam dirutam aut solo æquatam fuisse urbem, sed dimidiam partem superfuisse dicunt. prius dimidium à Vespasiano expugnatum, alterum ab Hadriano: idque ex XIV, 2, Zachariæ colligi: cujus verba hæc sunt: καὶ ἁλώσεται ἡ πόλις, καὶ διαρπαγήσονται αἱ οἰκίαι, καὶ αἱ γυναῖκες μολυνθήσονται, καὶ ἐξελεύσεται τὸ ἥμισυ τῆς πόλεως ἐν αἰχμαλωσίᾳ. Expositio Eusebii libro sexto ἀποδείξ. cap. XVIII, loquentis de excidio urbis sub Vespasiano: τότε μὲν οὖν εἰκὸς τὸ ἥμισυ τῆς πόλεως ἀπολωλέναι τῇ πολιορκίᾳ, ὥς φησιν ἡ προφητεία. μετ' οὐ πολὺ δὲ χρόνον κατὰ Ἀδριανὸν αὐτοκράτορα κινήσεως αὖθις Ἰουδαϊκῆς γενομένης τὸ λοιπὸν τῆς πόλεως μέρος ἥμισυ πολιορκηθὲν αὖθις ἐξελαύνεται, ὡς ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς δεῦρο πάμπαν ἄβατον γενέσθαι τὸν τόπον. Hieronymus paulo aliter loquens de expugnatione sub Tito: *Quomodo autem media pars capta sit civitatis, & reliquus populus in urbe permanserit, & illo tempore & aliis approbatur, Septentrionalem urbis & inferiorem partem esse captam: montem autem Templi & Sion, in quo arx erat, integra remansisse.* Secundum hæc Titus triumphaverit de urbe, quam dimidiam cæperit, templum autem & arcem, quia expugnari non potuerint, intacta reliquerit. Atqui & templum dirutum ipse Hieronymus & sciebat, & in Epistola ad Dardanum testatus est. Atque hæc quidem expiscantur ex illo loco Zachariæ, quum tamen Zacharias non dirutæ urbis, sed captæ duntaxat & expilatæ mentionem faciat, ut pars populi deportata sit, pars remanserit: quod profecto sub Ptolemæo Lagi contigisse minime dubitabit, qui verba Agatharchidæ apud Josephum legerit. Quum igitur ex illo loco Zachariæ colligant non tota Jerosolyma deleta fuisse, Ecclesiam ibi fuisse semper volunt, donec Hadrianus illa parte urbis, quam intactam Titus reliquerat, penitus eversa, aliam urbem novam superstruxit. Nugator nescio quis apud Suidam: ΒΔΕΛΥΓΜΑ ΕΡΗΜΩΣΕΩΣ. τὸν Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως ἀνδριάντα. ὁ γὰρ Ἀδριανὸς καθεῖλε τὴν πόλιν ἄρδην. μετὰ γὰρ τὴν Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου γενομένην ἐρήμωσιν, ἐπὶ Ἀδριανοῦ συνελθόντες οἱ Ἰουδαῖοι ἐσπούδαζον ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανελθεῖν πολιτείαν· Στασιάσαντες οὖν εἰς παντελῆ ἐρήμωσιν ἑαυτοὺς κατέστησαν, καὶ τὸ ἑαυτοῦ ὄνομα ἐπέθηκε τοῖς λειψάνοις τῆς πόλεως, Αἰλίαν αὐτὴν προσαγορεύσας. Hieronymus cap. primo Joël: *Aelii quoque Hadriani contra Iudæos, expeditionem legimus, qui ita Ierusalem murosque subvertit, ut de urbis reliquiis ac favillis Aeliam conderet civitatem.* Epistola ad Demetrianum reliquias urbis, quas ait subversas ab Hadriano, mansisse scribit post excidium, quod sub Tito contigit. *Ad extremum sub Vespasiano & Tito urbs capta Templumque subversum est: deinde civitatis, usque ad Hadrianum Principem, per quinquaginta annos mansere reliquiæ.* Non ergo verum est Christi vaticinium, *Non manebit lapis super lapidem*: neque verum fuerit, quod Josephus vidit, quod testatus est, cui illacrimavit Titus memor vicissitudinis rerum humanarum, ne vestigium quidem superfuisse, præter duas Turres. Illud vero de quinquaginta annorum intervallo ab excidio sub Tito, ad imaginarium excidium sub Hadriano, fabulæ sunt Judaicæ, quæ tamen tolerabilius veri fidem excedunt, quam quod supra retulimus de excidio sub Hadriano. Judæi enim complanatum omnino solum Jerosolymorum, & aratrum illi inductum credunt: ita ut commentum illud de reliquiis Ierosolymorum sub Hadriano subversis locum non habeat. Sed ab excidio Ierosolymorum, ad excidium Bither, in qua clade infinitus Judæorum numerus periit, putant annos quinquaginta. Alibi invenio LII. Excidium Templi contigisse volunt anno Christi LXIX. cui si accedant LII, fient anni Christi Dionysiani CXXI, quibus congruit annus primus Hadriani. Sane anno II Hadriani male multati sunt Judæi, ut supra diximus. Sed Bither tunc expugnata non fuit. Nicephorus Callistus ait Hadrianum, quæcunque ex vetustis ædificiis reliqua adhuc fuerunt, diruisse prorsus, & solo æquasse, ut ne lapis quidem super lapidem permaneret, & oraculum Servatoris ad exitum suum perduxisse, &c. Ita quod Christus de excidio sub Tito prædixit, ille ad excidium, quod nunquam fuit, neque esse potuit, traduxit. Portentosiora sunt, quæ Appiani Syriacis assuta sunt. Ierosolyma, inquit, primum evertit Ptolemæus Lagi. Instaurata secundo Pompejus κατέσκαψε, *diruit.* Tertio instaurata Vespasianus κατέσκαψεν, *evertit.* Quarto in integrum restituta Hadrianus (evertit) De Pompejo enim loquens, καὶ τὴν μεγίστην πόλιν Ἱεροσόλυμα καὶ ἁγιωτάτην αὐτοῖς κατέσκαψεν. ἣν δὴ καὶ Πτολεμαῖος ὁ πρῶτος Αἰγύπτου βασιλεὺς καθῃρήκει. Οὐεσπασιανὸς αὖθις οἰκισθεῖσαν κατέσκαψεν, καὶ Ἀδριανὸς αὖθις ἐπ' ἐμοῦ. Secundum hanc fabulam, à Ptolemæo Lagi, ad exitum Hadriani, quater diruta & solo æquata, & ter instaurata fuerint Ierosolyma. Sed multa hujusmodi fabulosa adtexta sunt illi libro Appiani, ut mediocriter docto constare potest. Quod si non sunt assuta, valde infantem in historia Appianum fuisse necesse est. Antiochus quidem Epiphanes partem murorum diruerat, & multa etiam in templo corruperat. Non tamen ideo Ierosolyma solo æquata, aut Templum penitus deletum fuisse censendum est. Huc pertinent verba ex Edicto Demetrii Regis: ἐπιτρέπω δὲ καὶ ἀνακαινίζειν τὸ ἱερὸν καὶ οἰκοδομεῖν. item: καὶ τὰ τείχη δὲ συγχωρῶ τὰ τῆς πόλεως οἰκοδομεῖσθαι. At semper à temporibus Zorobabelis & Nehemiæ, usque ad annum secundum Vespasiani, & Ierosolyma & Templum fuisse qui negaverit, neget eadem opera & tempore Christi eadem in rerum natura fuisse. Methodius apud Photium 492, 16, sexies Ierosolyma subversa fuisse dicit, idque ex Iosepho colligi. Atqui Iosephus, cujus verba producit, non sexies eversa, sed capta fuisse dicit. capta & eversa bis, primo à Nabuchodonosoro, postremo à Tito. Præterea mala fide referuntur verba Iosephi: ἐπὶ τούτῳ Πομπήϊος, καὶ ἐπὶ τούτοις σὺν Ἡρώδῃ Σόσσιος, ἑλόντες ἐνέπρησαν τὴν πόλιν. In Iosephi verbis, ἐτήρησαν τὴν πόλιν. quod ἐκ

δια-

διαμέτρου contrarium est τῷ ἐνέπρησαν. Epiphanius pag. 537 longe modestius, quam omnes superiores, Hadrianum, quum venisset in locum, ubi Ierosolyma fuerant, invenisse omnia solo æquata. καὶ εὗρε τὴν πόλιν πᾶσαν ἠδαφισμένην, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ θεοῦ καταπεπατημένον. Hactenus vere. Pergit. παρεκτὸς ὀλίγων οἰκημάτων, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας μικρᾶς, *præter paucula domicilia, & ædiculam sacram, in quam convenerunt Discipuli postquam Christus assumptus est in cælum.* Hæc verbis ipsius Domini, *Non manebit lapis super lapidem*, satis confutantur & à Iosepho, qui consentanea verbis Christi retulit. Quæ postea de Ierosolymis per Aquilam Ponticum jussu Hadriani constructis dicit, & quod Aquila fuerit πενθερίδης Ἀδριανοῦ, hæc omnia accepit ab impostoribus Judæis, in quorum partes transierat, qui & in Thalmud asserunt eundem Aquilam affinem Hadriani fuisse. Denique illa dimidia pars Ierosolymorum, quam ex falsa Zachariæ interpretatione imaginatur Eusebius excidio, quod sub Tito contigit, superfuisse, vel, quia id verisimile Epiphanio visum non fuit, ædicula sacra, casulæ, & septem Synagogæ, nulli alii rei reservata sunt, quam continuandæ successioni Episcoporum Ierosolymitarum, tanquam illa successio esse non potuerit extra Ierosolyma. Hoc in Epiphanio tolerabilius est, quod secundum ejus sententiam nulla subversione mœniorum, ædificiorum, aut dimidiæ partis Hadriano opus fuit, ut novam urbem conderet, quemadmodum more suo commentus est Eusebius ex Zacharia, & quem sequutus est Hieronymus. Epiphanius sentit Apostolos, & Ecclesiam Ierosolymitanam imminente urbis excidio monitu Angeli ex urbe se subduxisse, atque Pellam se contulisse, inde iterum post excidium urbis rediisse, ibique quædam ædificia construxisse. Nos vero non dubitamus diu Pellæ ecclesiam fuisse, eamque Æliam se contulisse, quum ei per hostes Christianismi ibi tuto manere licuit. De qua urbe in nummis Gordiani junioris legitur, COL. IUL. AUG. PELLA. item: COL. IUL. AUG. PEL. BER. Quare Pella vocetur Berytus, non magis scimus, quam quare Berytus Berœa. Hoc vero ferendum non est, quod supra retulimus, Iudæos Ierosolymis inclusos tandem expugnatos ab Hadriano, & ad internecionem occisos: ipsa Ierosolyma eversa per fortunam belli fuisse, ac postea ibi Æliam constructam: quum constet ex Aristone Pellæo, ipso Eusebio citante, in urbe Bither inclusos fuisse, eamque urbem munitissimam solo æquatam, & Judæos sine discrimine sexus aut ætatis ad unum interfectos. Hieronymus IX in Danielem: *Hæc loquuntur Hebræi non magnopere curantes à primo anno Darii regis Persarum, usque ad extremam subversionem Ierusalem, quæ sub Hadriano eis accidit, supputare Olympiades centum septuaginta quatuor, id est annos sexcentos nonaginta sex, qui faciunt hebdomadas Hebraicas nonaginta novem, & annos tres, quando Chochebas dux Iudæorum oppressus est, & Ierusalem usque ad solum diruta est.* Ecce Ierusalem nunquam dirutam usque ad solum, nisi sub Hadriano. Hieronymo persuasit Eusebius.

Ibidem. *usque ad eversionem, quam ab Hadriano perpessa est.*] Hieronymus in XXXI caput Ieremiæ: *ultima captivitate sub Hadriano, quando & urbs Ierusalem subversa est.* Hæc satis supra confutata sunt.

MMCXLII *Quadratus.*] Hieronymus Epistola ad Magnum oratorem urbis Romæ: *Quadratus Apostolorum discipulus, & Atheniensis Pontifex, Ecclesiæ nomine Hadriano Principi Eleusinæ sacra invisenti librum pro nostra religione tradidit: & tantæ admirationi fuit, ut persecutionem maximam illius excellens sedaret ingenium.* Vide librum de Eccles. Scriptorib.

Ibidem. *Serenus Grannius.*] Sic omnes libri. Sic Paulus Orosius, & Marianus. Sed legendum *Grannianus* ex Epistola ipsius Hadriani ad Minucium Fundanum, & ex Historia Eccles.

Ibidem. *vir apprime nobilis.*] Græca, λαμπρότατος. Vertendum, *clarissimus.* Notum in jure qui sint Clarissimi.

Ibid. *cujus epistolæ ad nostram memoriam.*] Apud Iustinum Apologetico posteriore, & ex eo apud Eusebium Eccles. histor. libro IV. Sed Iustinus eam epistolam Latine ita, ut ab Imp. dictata fuerat, conjecerat in calcem Apologetici sui, Græcum vero exemplar, quod vice Latinæ hodie legitur, Eusebii est. Eusebius: τούτοις ὁ μὲν δηλωθεὶς ἀνὴρ αὐτὴν παρατέθειται τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀντιγραφήν. ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τὸ ἑλληνικὸν κατὰ δύναμιν αὐτὴν μετειλήφαμεν ἔχουσαν ὧδε. &c. Ergo Eusebius sciebat Latine, & quicquid Tertulliani legitur apud eum, ab ipso Græce expressum est.

Ibidem. *non sine objectu criminum Christianos condemnandos.*] Tertullianus ad Scapulam cap. IV: *Pudens etiam missum ad se Christianum, in elogio concußione ejus intellecta, dimisit, scisso eodem elogio, sine accusatore negans se audire hominem secundum mandatum.* Alludit ad illud Rescriptum, cujus fines ei migrare non licebat.

Ibid. *Aristides Atheniensis noster Philosophus.*] Hieronymus in Catalogo: *Aristides Atheniensis Philosophus eloquentissimus, & sub pristino habitu discipulus Christi.* Aristidæ homini Græco & palliato ad Christianismum transeunti non opus fuit habitum mutare, quia Christiani palliati erant, & hoc nomine noscitabantur, & digito designabantur Γραικὸς ἐπιθέτης. Tertulliano togato opus fuit pallio Romanum habitum mutare, ut eo profiteretur Christianum. Propterea Christianos γραικοὺς vocabant, quia Græcorum proprium pallium, & Christianorum. In Martyrologio, Idib. Aug. in Hippolyto: *Expoliatus est veste, qua induebatur habitu Christiano.* Mox: *Iussit eum Decius vestiri veste, qua Gentiles utebantur.* Hieronymus: *Iustinus Philosophus habitu quoque Philosophorum incedens.* Quia Christianus erat, retinuit pallium, quod Philosopho & Christiano commune erat. Ambros. Epist. XXXVI: *Et quum ipsi (Aegyptii) capita & supercilia radant siquando Isidis suscipiunt sacra, si forte Christianus vir attentior sacrosanctæ religioni vestem mutaverit, indignum facinus appellant.* Quæ verba omnino aperiunt argumentum libelli Tertulliani de Pallio.

Ibid. *Imperator Hadrianus pater patriæ appellatur, & uxor ejus Augusta.*] In nummis ejus: SABINA AUGUSTA HADRIANI AUG. P. P. Sed quis dubitat illud nomen *Augustæ* competere uxoribus, simul ac viri earum imperium auctore Senatu acceperunt? Plena extant testimonia apud Spartianum & reliquos in acclamationibus super electo Principe. Sed Hadrianus jam Consul II vocatur *pater patriæ* in veteri Inscriptione Romæ: IMP. CÆSARI. DIVI. TRAIANI. PARTHICI. FIL. DIVI. NERVÆ. NEP. TRAIANO. HADRIANO. AUG. PONT. MAX. TRIB. POTEST. COS. II. P. P. IV VIRI. VIARUM. item in Transilvania: IMP. CÆS..... DIVI. TRAI. .... THICI. FIL. NERVÆ. NEPOTI. TRAIANO. HADRIANO. AUG. PONTIFICI. MAX. TRIB. POTEST. A. II. COS. II. P. P. COLON. ULPIA. TRAIANA. AUG. Qui igitur erat appellatus *pater patriæ* numero MMCXXXIV, non opus habuit,

habuit, ut iterum appellaretur numero MMCXLIII. Quare Orosius recte: *Idem quoque continuo pater patriæ in Senatu ultra morem majorum appellatur, & uxor ejus Augusta.* Continuo, hoc est, ineunte statim imperio vocatus est *pater patriæ* contra morem, quum tam cito superioribus Imperatoribus honos is à Senatu delatus non sit. De appellatione Augustarum auctore Senatu, vide numerum MMCIX.

MMCXLIV. *Nicopolis & Cæsarea.*] In Græcis Νικομήδεια. Utrubi sit error, nescio. Sed in Græcis potius. Nam de Nicomediæ casu supra numero MMCXXXVI. Præterea in nummo Hadriani cusum legitur, ΑΔΡΙΑΝΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. ΝΙΚΟΠΟΛΕωϹ.

MMCXLV. *Antinous puer regius.*] Vide quid Isaacius Casaubonus noster vir incomparabilis in suis luculentis in Spartianum & reliquos Augustæ historiæ scriptores notis de hoc catamito prodidit. Cur enim hæc repetam, quæ ille, ut solet, tam accurato judicio, tamque indefessa diligentia, tam feliciter disseruit? Porro Hadrianus ipse scripsit, dum ludicri caussa in Nilo navigaret una cum Antinoo, ipsum puerum in flumen decidisse. Quare eo respexit Epiphanius: ὡς ὁ Ἀντίνοος ὁ ἐν Ἀντινοείῳ κεκηδευμένος καὶ σὺν λουσωρίῳ πλοίῳ κείμενος ὑπὸ Ἀδριανοῦ οὕτω κατετάγη. Ait consecratum Antinoum simul cum lusorio navigio, nempe eo, quo ludicri caussa in Nilo cum Hadriano vectabatur. Porro iste catamitus mortuus est, quum Hadrianus esset in Ægypto. In Ægyptum autem venit Consulatu Severiani, ut ex epistola, quam ad eum scribit Hadrianus, patet, aut saltem anno ante Consulatum Severiani, numero MMCXLVII. Itaque fuerit prochronismus biennii.

Ibidem. *in Deos refert.*] Nam ipse Hadrianus scripsit post obitum pueri se sidus vidisse, idque animam pueri esse existimasse in cælum recepti. καὶ τέλος ἀστέρα τινὰ αὐτός τε ὁρᾶν ὡς τοῦ Ἀντινόου ὄντα ἔλεγε, καὶ τῶν συνόντων αὐτῷ μυθολογούντων ἡδέως ἤκουεν ἐκ τε τῆς ψυχῆς τοῦ Ἀντινόου ὄντως τὸν ἀστέρα γεγενῆσθαι, καὶ τότε πρῶτον ἀναπεφηνέναι. Ad hunc modum Conon Ptolemæo adulans affirmavit ἀμυδροὺς quosdam ἀστέρας in partibus Leonis esse comam Berenices. Tamen Tatianus Antinoum ἐν τῇ σελήνῃ καθιδρῦσθαι, non autem ἀστέρα γεγενῆσθαι, dicit.

Ibid. *puer regius.*] Ita PET. & FRE. Sed BONG. *egregius.* male.

„ Ibid. *Ex cujus nomine etiam urbs appellata est.*] Men-
„ tio Antinoo potius in Martyrologio XXII Septemb. Excerpta Chronici Casaub. ΟΛΥΜΠ. ΣΚΕ. α. Σεβήρου καὶ Φούλκου. Τούτοις τοῖς ὑπάτοις Ἀδριανὸς εἰς τὴν Αἴγυπτον παραγένετο, καὶ κτίζει τὴν Ἀντινόου τῆς Θηβαΐδος πρὸ γ καλανδῶν Νοεμβρίου. Sed fallitur, ut in omnibus fere. Hegesippus apud Eusebium: οἷς κενοτάφια καὶ ναοὺς ἐποίησαν, ὡς μέχρι νῦν, ὧν ἐστὶ καὶ Ἀντίνοος δοῦλος Ἀδριανοῦ Καίσαρος, οὗ καὶ ἀγὼν ἄγεται Ἀντινόειος ὁ καὶ ἐφ' ἡμῶν γενόμενος, καὶ γὰρ καὶ πόλιν ἔκτισεν ἐπώνυμον Ἀντινόου καὶ προφήτας. Hic videmus urbem ἐπώνυμον Ἀντινόου. cujus nominis non una fuit. Nam prima erat in Ægypto Βησαντίνοος, cujus multi meminere. in quibus Martyrolog. Rom. XXIII Jan. VIII Martii. Ibid. dicitur Antinoopolis XXII Sept. Ἀδριανοῦ πόλις etiam Stephano. alia in Bithynia. item multa fana ejus nominis, quæ Ἀντινόεια dicuntur in Bithynia. Marcellinus lib. XXII. Rursus Mantineæ in Arcadia. quia Bithyni sunt oriundi ἀπὸ Μαντινέων. Pausanias Arcadicis de Mantinensibus: Ἐνομίσθη δὲ καὶ Ἀντίνοος σφίσιν εἶναι θεός. ναῶν δὲ ἐν Μαντινείᾳ νεώτατος ὁ τοῦ Ἀντινόου ναός ἐστιν. ἐσπουδάσθη περισσῶς δή τι ὑπὸ βασιλέως Ἀδριανοῦ. Paulo post: ἔχει μέντοι γέρα καὶ ἑτέρωθι καὶ ἐπὶ τῷ Νείλῳ πόλις Αἰγυπτίων ἐστὶν ἐπώνυμος Ἀντινόου. Quare colitur in urbe Mantinea. Γένος δὲ ἦν ὁ Ἀντίνοος ἐκ Βιθυνίας τῆς ὑπὲρ Σαγγαρίου ποταμοῦ. οἱ δὲ Βιθυνεῖς Ἀρκάδες τέ εἰσι καὶ Μαντινεῖς τὰ ἄνωθεν. Τούτων εἵνεκα ὁ βασιλεὺς κατεστήσατο αὐτῷ καὶ ἐν Μαντινείᾳ τιμὰς καὶ τελετὴν κατὰ ἔτος ἕκαστον, καὶ ἀγὼν ἐστὶν αὐτῷ διὰ ἔτους πέμπτου. Bithynum enim hunc catamitum fuisse, præter scriptores, etiam nummi fidem fecerint: ΓΕΝΕΣΙΣ ΑΝΤΙΝΟΥ ΒΙΘΥΝΙΔΟΣ. Item: ΒΙΘΥΝΙΕΩΝ. ΑΔΡΙΑΝΩΝ. Item: Η ΠΑΤΡΙΣ ΑΝΤΙΝΟΟΝ ΘΕΟΝ. Igitur ὁ ἀγὼν, cujus meminit Hegesippus, fuit πενταετηρικὸς, quemadmodū & Olympias, & Pythias. In veteri inscriptione ponuntur ordine quatuor ludicra ista, ϹΕΒΗΡΕΙΑ. ΑΝΤΙΝΟΕΙΑ. ΑΝΤωΝΕΙΑ (id est Ἀντωνείνια) ΚΟΜΟΔΕΙΑ. Præterea prophetas illi attribuit Hegesippus. Vetus saxum: ΑΝΤΙΝΟΩΙ. ϹΥΝΘΡΟΝΩΙ. ΤΩΝ. ΕΝ. ΑΙΓΥΠΤΩ. ΘΕΩΝ. Μ. ΟΥΛΠΙΟΣ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΟϹ. ΠΡΟΦΗΤΗϹ. Iique abreptitii erant, aut tales videri volebant. Origenes in Celsum inter alia: τοιοῦτος δέ ἐστι καὶ ἐν Ἀντινόου πόλει τῆς Αἰγύπτου νομισθεὶς εἶναι θεὸς, οὗ δὲ ἀρετὰς οἱ μέν τινες κυβευτικώτερον ζῶντες καταψεύδονται, ἕτεροι δὲ ὑπὸ τοῦ ἐκεῖ ἱδρυμένου δαίμονος ἀπατώμενοι ...... ὑπὸ ἀσθενοῦς τοῦ συνειδότος ἐλεγχόμενοι οἴονται τίνειν θεήλατον ἀπὸ τοῦ Ἀντινόου ποινήν.

MMCXLVI. *templum Romæ & Veneris.*] De quo omnino necesse est consulere Dionem. ubi videbis propter Adriani errores ab Architecto Apollodoro deprehensos in templi ichnographia adeo Hadriano stomachum commotum fuisse, ut eum postea interfici jusserit.

MMCXLVII. *Hadrianus Athenis hiemem exigens Eleusinam invisit.*] Sic in Catalogo Scriptorum, *invisens Eleusinam.* Atqui dicendum erat *visens Eleusinia.* τὰ Ἐλευσίνια ἐποπτεύει. *Sacris Eleusiniis interest. Ad sacra Eleusinia admittitur.* Melius in Epistola ad Magnum Oratorem Urbis Romæ: *Eleusina sacra invisenti.* περὶ τοῦ ἐποπτεύειν, καὶ τῶν ἐποπτῶν satis superque in lib. de Emend. Temp. & in editione posteriore Tibulli. Sic Q. Curtius: *Nam qui Samothracia mysteria viserent.* οἱ τὰ Σαμοθράκια μυστήρια ἐποπτεύσαντες. vel simpliciter, οἱ τὰ Σαμοθράκια ἐποπτεύσαντες. Seneca τὸ ἐποπτεύειν dicit *revisere.* Nat. Quæst. VII, XXXI. *Non semel quædam sacra traduntur. Eleusis servat, quod ostendat revisentibus. Rerum natura non semel sacra sua tradit. Initiatos nos credimus. in vestibulo ejus hæremus. Illa arcana non promiscue neque omnibus patent. reducta & in interiore sacrario clausa sunt. Ex quibus aliud hæc ætas, aliud quæ post nos subibit, aspiciet.* Non potui illustriorem locum adducere, quo quid esset ἐποπτεύειν, ostenderem. Sed remittimus te ad editionem posteriorem Tibulli, ubi plenius proœmium Tertulliani in Valentinianos exponimus, quod Cimmeriis tenebris obscurius est sine doctrina Epopticorum. Celebrabantur autem τὰ ἐποπτικὰ, id est τὰ μεγάλα μυστήρια, τῇ εἰκάδι Βοηδρομιῶνος, anno secundo Tetraeteridos Olympicæ, quarto autem Atticæ: ut quadriennium solidum inter duas ἐποπτείας interesset. Himerius Sophista apud Photium: 599, 5. οὐ μιμησάμενος τὸν μυστικὸν νόμον, ὃς ἐπόπτην καὶ μύστην μερίζει τῷ χρόνῳ.

Harpocratio: ἐποπτευκότων, &c. οἱ μυηθέντες ἐν Ἐλευσῖνι ἐν τῇ δευτέρᾳ μυήσει ἐποπτεύειν λέγονται. Nota τὴν δευτέραν μύησιν. quod Seneca dixisset *revisionem*. Tamen quibusdam summis viris indultum est, ut citius aut serius intra sacrarium admitterentur, ut Demetrio regi eodem anno, Hadriano sexto; postquam initiati fuerunt. De Demetrio produximus verba Plutarchi alibi: quibus adde ex Hyperide oratore: Δημητρίῳ μόνῳ ἴδιόν τι ἐγένετο παρὰ τοὺς ἄλλους, τὸ μόνον ἅμα μυηθῆναι, καὶ τοὺς χρόνους τῆς τελετῆς τοὺς πατρίους μετακινηθῆναι. Vide Harpocrationem: Ἀνεπόπτευτος. τὴν ἐποπτείαν Antimachus Δήμητρος Ἐλευσινίας ὄψιν vocavit.

— Δήμητρός τοι Ἐλευσινίης ἱερὴ ὄψ.

,, Initia vocabantur hæc sacra. Ut vulgo notum. unde ,, Ovidius dixit inire Cererem. *Tempore quo nobis inita* ,, *est Cerealis Eleusis*, ἐξ ὅτου τὰ Ἐλευσίνια ἐμυήθημεν.

Ibid. *Eleusinam invisit.*] Xiphilinus: τότε Διονύσια τὴν μεγίστην παρ' αὐτοῖς ἀρχὴν ἄρξας. quod est flocci. imo τὰ Διονύσια τὰ μεγάλα ἐποπτεύσας, ut scripserat Dio. Nam τὰ Διονύσια non sunt ἀρχὴ, sed τελετή.

Ibid. *Hadrianus quum insignes & plurimas ædes Athenis fecisset.*] De operibus, quæ Hadrianus Athenis construxit, consule Pausaniam; & Xiphilinum. quæ tot & tanta fuerunt, ut urbem à fundamentis instaurasse diceretur. Antequam Turca ea urbe potiretur; in arce hi versiculi legebantur:

Αἵδ' εἰσ' Ἀθῆναι Θησέως πρῶτον πόλις.
Αἵδ' Ἀδριανοῦ, κ' οὐχὶ Θησέως, πόλις.

In libris de Emend. Temporum veterem Antonini Pii inscriptionem, quæ extat Mediolani, produximus, & quem locum ibi habeat, adhuc quærimus, quum Mediolanum tam remotum ab Attica nihil eorum operum sibi vindicare possit; quæ in novis Athenis Hadrianus, & Antoninus ejus filius construxerunt.

IMP. CÆSAR. T. ÆLIVS. HADRIANVS. ANTONINVS AVG. PIVS. COS. III. TRIB. POT. II. P. P. AQVÆDVCTVM. IN. NOVIS. ATHENIS. COEPTVM. A. DIVO HADRIANO. PATRE. SVO. CONSVMMAVIT. DEDICAVIT. Q.

Quid enim Mediolano cum Athenis? Quanvis autem egregiis ædificiis ab Hadriano excultæ fuerint Athenæ, non tamen illarum mœnia, quæ Sulla diruerat, instauravit. Ea enim sub Valeriano excitata fue- ,, runt propter incursiones Scytharum. Eusebius li- ,, bro priore, & post eum Zonaras: εἰς ὃ τοσοῦτον ἅπαντας περιέστησαν (οἱ Σκύθαι) ὡς Ἀθηναίους μὲν ἀνοικοδομῆσαι τὸ τεῖχος τῆς ἑαυτῶν πόλεως καθῃρημένον ἐκ τῶν ἐπὶ Σύλλα χρόνων. Vide omnino Synesii Epistolam CXXXVI de solitudine Athenarum, item Maniliana nostra, pag. 70. Non solum autem beneficia Hadriani in Athenas collata meruerunt, ut illæ novæ dicerentur, sed etiam locum in Delo insula, cui nomen Ὀλυμπίειον, sumptibus Hadriani instauratum νέας Ἀθήνας vocaverunt. Stephanus: Ὀλυμπίειον, τόπος ἐν Δήλῳ, ὃν κτίσαντες Ἀθηναῖοι χρήμασιν Ἀδριανοῦ, νέας Ἀθήνας Ἀδριανὰς ἐκάλεσαν, ὡς Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάδων πεντεκαιδεκάτῳ. Bis autem Athenas Hadrianum invisisse refert Spartianus. Quantum vero Athenas Hadrianus dilexerit etiam ante quam rerum potiretur, ex eo colligi licet, quod Ἄρχων Athenis fuerit, ut testatur Spartianus: *Per Latina oppida Dictator & Aedilis, & Duumvir fuit: apud Neapolim Demarchus, in patria sua Quinquennalis, & item Adriæ Quinquennalis, quasi in alia patria: & Athenis Archon fuit.* Fuit autem Archon Athenis Trajano Augusto VI, T. Sextio Africano Coss. numero MMCXXVIII, anno IV Olymp. CCXXII. Phlegon: Ἐν Ῥώμῃ δικέφαλόν τι ἀπεκύησεν ἔμβρυον, ὃ ὑποθήκαις τῶν θυοσκόπων εἰς τὸν Τίβεριν ποταμὸν ἐνεβλήθη, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀδριανοῦ Φλωρίου, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ αὐτοκράτορος Τραϊανοῦ τὸ ἕκτον, καὶ Τίτου Σεξτίου Ἀφρικανοῦ. Gallienus quoque Augustus Archon fuit Athenis, ut extat apud Trebell. Pollionem. Addit ,, Spartianus per Latina oppida Hadrianum duumvi- ,, rum fuisse. quod & testatur inscriptio vetus in Grut- ,, terianis Collectaneis CCCCXXI, I. EO. ANNO. QVO. ,, ET. OPTIMVS. IMP. HADRIANVS. ETIAM. DVVM- ,, VIRATVS. HONOREM. SVSCEPIT. ,,

Ibid. *agonem edidit.*] Quæ Ἀδριάνεια dicuntur. Saxum Venetiis, quod ex Creta delatum.

ΚΟϹΜΗΤΕΥΟΝΤΟϹ. ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ.
ΑΧΑΡΝΕΩϹ.

Στῆσεν Ἀχαιϊκὸς στήλην μεγακυδέσιν ἀστοῖς
Πατρὸς τοὔνομ' ἔχων δημόθεν Εὐπυρίδης
Ἐκπρεπέως ἀέθλοισιν ἐπασκήσας καὶ ἐφήβοις,
Καὶ στεφάνου κῦδος μοῦνος ἐνεγκάμενος.
ΑΓΩΝΟΘΕΤΗϹΑϹ ΑΔΡΙΑΝΕΩΝ.

In alia inscriptione videntur vocata Παναθήναια Ὀλύμπια Πανελλήνια Ἀδριάνεια. Ὀλύμπια, quod ,, Ὀλύμπιος vocatus. In nummo ejus: ΑΥΤΟΚΡΑ- ,, ΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ ΑΔΡΙΑΝΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΟΛΥΜ- ,, ΠΙΟΝ ΤΟΝ ΕΑΥΤΩΝ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ. In alio: Ο- ,, ΛΥΜΠΙΟΝ ΤΟΝ ΣΩΤΗΡΑ ΤΟΝ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ ,, ΙΔΙΩΝ. Nam hæc ludicra omnia olim separatim A- ,, thenis singula suo tempore instaurabantur. Scho- ,, lia vetustissima Pindari Olympico VII. εἴη δ' ἂν ἤτοι ,, τὰ Παναθήναια νενικηκὼς, ἢ τὰ Ἡράκλεια, ἢ τὰ ,, Ὀλύμπια, ἢ τὰ Ἐλευσίνια, ἢ τὰ Πανελλήνια. ,, ἴσως δὲ καὶ πάντας τούτους ἐνίκησεν ὁ Διαγόρας. ,,

Ibid. *Iudæi in arma versi.*] Ælia Capitolina in solo Ierosolymorum ab Hadriano condita, & in monte, ubi Dei Opt. Max. Templum fuerat, Jovis Capitolini Templo excitato; Judæi furore accensi, quod ægre ferrent sacrum locum à Gentibus pollui, arma corripientes palam à Romanis defecerunt: neque unquam tanta rabie prius bellum sub Vespasiano gestum est, quantam in hoc bello professi sunt, donec eorum munitissimis locis expugnatis multa millia Judæorum ferro, fame, ac flamma perierunt. Quare dirissimum fuit hoc bellum, in quo ab utraque parte nullum genus crudelitatis omissum est. Hoc est principium belli, quod latrone Barchocheba duce gestum est, ob eam caussam, quod templum Jovis Capitolini in monte Sion constructum fuit. Auctor Dio. At Eusebius post bellum Æliam una cum Templo conditam falso scribit: quod nulla ratione nititur. Hu- ,, jus vero expeditionis Judaicæ mentio extat in veteri ,, inscriptione: ubi dicitur quidam Licinius M. F. CL. ,, Priscus Italicus ornatus vexillo militari à Divo Ha- ,, driano expeditione Judaica. ,,

MMCXLVIII. *Pharorinus, & Polemo.*] Favorinus sa- ,, tis notus ex Gellio. cujus & fragmenta quædam ex- ,, tant in Collectaneis Stobæi. Polemonis quoque ,, declamationum περιβολαὶ habentur apud Pho- ,, tium. ,,

Ibidem. *Basilides.*] Hieronymus in Catalogo Scriptorum, in Agrippa Castore: *Mortuus est autem Basilides, à quo Gnostici in Alexandria, temporibus Hadriani, qua tempestate & Cochebas dux Iudaicæ factionis Christianos variis suppliciis enecavit.*

Ibid. *Cochebas.*] Cochebas est Stella, ἀστήρ. Sed frequen-

frequentius dicitur Barchochebas. בַּר כֹּכְבָא υἱὸς ἀστέ-
,, ρος. Iudæi vocant eum בַּר כּוֹזְבָא υἱὸν ψεύδους. quum
,, ejus verum nomen esset כוזבא, & כוזב, quomodo vo-
,, cata est moneta ejus nomine cusa. Sed ipse voluit se
,, כֹּכְבָא vocari, postquam tyrannidem arripuit. In ve-
,, terum Iudæorum Commentariis: *Ben Cuziba, qui vo-*
,, *catus est Ben Cocba, rebellavit adversus Romanos, & sese*
,, *gessit pro Messia. Ideo autem vocatus est Ben Cochba (id*
,, *est Filius Stellæ) quia ex investigatione anagogica depre-*
,, *hendit de se dictum esse,* PERREXIT STELLA
,, EX JACOB. (Num. XXIV, 17.) *Quin etiam ipse Rabbi*
,, *Akiba, quum vidit eum, dixit de eo, Ipse est Rex Messias.*
,, *Iudæi autem unxerunt eum, & constituerunt sibi Regem, &c.*
Aristo Pellæus apud Eusebium quarto Hist. Eccles. Ἐστρατήγει δὲ τῶν Ἰουδαίων τηνικαῦτα Βαρχοχέβας ὄνομα, ὃ δὴ ἀστέρα δηλοῖ. Imo: υἱὸν ἀστέρος. Justinus: καὶ γὰρ ἐν τῷ νῦν γεγενημένῳ Ἰουδαϊκῷ πολέμῳ Βαρχοχέβας ὁ τῆς Ἰουδαίων ἀποστάσεως ἀρχηγέτης Χριστιανοὺς μόνους εἰς τιμωρίας δεινὰς, εἰ μὴ ἀρνοῖντο Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, καὶ βλασφημοῖεν, ἐκέλευσεν ἀπάγεσθαι. Oportet hoc bellum profligatum fuisse circiter finem imperii Hadriani, & à Iustino Apologeticum Antonino oblatum imperii ejus initio. Dicit enim ἐν τῷ νῦν πολέμῳ. Aristo Pellæus scribit, ἀκμάσαντος δὲ τοῦ πολέμου ἔτους ὀκτωκαιδεκάτου ἡγεμονίας Ἀδριανοῦ. hoc est, medium belli incidisse in XVIII annum Hadriani.

Ibid. *Cochebas.*] Post hanc Pericopen, intruserunt editores de Quadragesimæ jejunio à Telesphoro instituto. Nostrum consilium est scriptorum codicum fidem sequi, quorum nullus illa habet, neque Marianus, neque Beda, neque Isidorus.

MMCL. *Bellum Iudaicum, quod in Palæstina gerebatur, finem accipit.*] Si Aristoni Pellæo credimus, ἤκμαζεν anno hoc XVIII Hadriani, non autem πέρας εἶχεν. & id satis confirmant verba Iustini supra à nobis producta. Hieronymus in Danielem: *quando Cochebas dux Iudæorum oppressus est, & Ierusalem usque ad solum diruta*
,, *est.* Imo Bither, non Ierusalem. Est perspicua hal-
,, lucinatio.

Ibid. *ex quo tempore etiam introëundi Ierosolyma licentia ablata.*] Hæc gesta dicit biennio ante Æliam conditam. Ergo Ierosolyma ante conditum Æliæ extitisse vult: quod satis supra confutatum est.

Ibid. *introëundi Ierosolyma licentia ablata.*] Orosius de suo addidit, *Christianis tantum civitate permissa:* quod vanissimum. Eusebius ex Aristone Pellæo: ἀκμάσαντος δὲ τοῦ πολέμου ἔτους ὀκτωκαιδεκάτου τῆς ἡγεμονίας Ἀδριανοῦ κατὰ Βήθηρα πόλιν, ἥτις ἦν ὀχυρωτάτη, τῶν Ἱεροσολύμων οὐ πόρρω σφόδρα διεστῶσα, τῆς τε ἔξωθεν πολιορκίας χρονίου γενομένης, λιμῷ τε καὶ δίψει τῶν νεωτεροποιῶν εἰς ἔσχατον ὀλέθρου περιελαθέντων, καὶ τοῦ τῆς ἀπονοίας αὐτοῖς αἰτίου τὴν ἀξίαν ἐκτίσαντος δίκην, τὸ πᾶν ἔθνος ἐξ ἐκείνου καὶ τῆς περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα γῆς πάμπαν ἐπιβαίνειν εἴργεται νόμου δόγματι καὶ διατάξεσιν Ἀδριανοῦ, ὡς ἂν μηδ' ἐξ ἀπόπτου θεωροῖεν τὸ πατρῷον ἔδαφος, ἐγκελευσαμένου. Ἀρίστων ὁ Πελλαῖος ἱστορεῖ. Iustinus Martyr homo Palæstinus scribens fere statim post illius belli exitum, in Apologetico: καὶ ὅτι ἠρήμωται Ἱερουσαλὴμ, ὡς προείρητο γεγενῆσθαι, πεπεισμένοι ἐστέ. εἴρηται δὲ καὶ περὶ τῆς ἐρημώσεως αὐτῆς, καὶ περὶ τοῦ μὴ ἐπιτραπήσεσθαι μηδένα αὐτῶν οἰκεῖν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου οὕτως, &c. Post: ὅτι ἡ φυλάσσεται ὑφ' ὑμῶν, ὅπως μηδεὶς ἐν αὐτῇ γένηται, καὶ θάνατος κατὰ τοῦ καταλαμβανομένου Ἰουδαίου εἰσιόντος ὥρισται, ἀκριβῶς ἐπίστασθε. Duo egregia testimonia duorum vetustissimorum Scriptorum, qui tempore illius belli vivebant. Ex verbis Aristonis Pellæi colligitur, post confectum bellum Iudæis non licuisse non solum in loca, in quibus bellum gesserant, ingredi, sed ne Ierosolyma quidem. Ergo Ierosolyma ante bellum illud constructa erant, non post bellum, ut volunt Eusebius & ex ejus fide Hieronymus, & alii. & tamen Hieronymus pugnantia scribit, qui in epistola ad Dardanum ait Ierosolyma L annis post eversionem Titi ab Hadriano instaurata: hoc est numero MMCXXXVIII. quod proculdubio verum est. Eadem fere verba extant initio commentarii II in Ezekiel, & in cap. XXIV: *Et post quinquaginta annos sub Hadriano civitas æterno igne consumpta est* quæ omnia, ut uno verbo dicam, falsissima & Hieronymo indignissima, quod dicat Hierosolyma post L annos eversa ab Hadriano, ut instaureret ea. Hilarius, qui sub Constantio florebat, in Psal. LVIII, ita scribit: *Quinetiam nunc ingressu civitatis ejusdem edicto Romani regis inhibentur.* Infra: *amissa civitate temploque deserto, & secundum Romani Regis edicta circumeuntes tantum, non etiam ineuntes civitatem.* Hieronymus VI cap. Esaiæ: *Denique post extremam vastitatem etiam leges publicæ pependerunt, & prohibiti sunt Iudæi terram, de qua ejecti fuerant, ingredi.* Severus Sulpitius de Ha- "
driano: *militum cohortem custodias agitare jussit, quæ Iu-* "
dæos omnes Ierosolymæ aditu arceret. Sed semel in anno "
Ierosolyma ingredi illis concessum fuisse colligitur ex Itinerario Burdigalensi à P. Pithœo edito, quod antecessit imperium Iuliani, ubi sermo est de loco Templi: *Sunt ibi & statuæ duæ Hadriani. Est & non longe de statuis lapis pertusus, ad quem veniunt Iudæi singulis annis, & ungent eum, & lamentant se cum gemitu, & vestimenta sua scindunt, & sic recedunt.* Hæc ille. Eum ingressum magno redimi solitum à Iudæis testis Hieronymi locus egregius in cap. II Sophoniæ: *Et hoc non tantum de captivitate dicendum est, sed usque ad præsentem diem perfidi coloni, post interfectionem servorum, & ad extremum filii Dei, excepto planctu, prohibentur ingredi Ierusalem: &, ut ruinam suæ eis flere liceat civitatis, precio redimunt: ut, qui quondam emerant sanguinem Christi, emant lacrimas suas, & ne fletus quidem eis gratuitus sit. Videas in die, quo capta est à Romanis, & diruta Ierusalem, venire populum lugubrem, confluere decrepitas mulierculas, & senes pannis annisque obsitos in corporibus & in habitu suo iram Domini demonstrantes. Congregatur turba miserorum, & patibulo Domini coruscante ac radiante ἀναστάσει ejus, de Oliveti quoque monte crucis fulgente vexillo, plangere ruinas templi sui populum miserum: & tamen non esse miserabilem. Adhuc fletus ingenis, & livida brachia, & sparsi crines, & miles mercedem postulat, ut illis flere plus liceat.* Hæc ad illustrandum locum illum Itinerarii Burdigalensis satis fuerint, ex quibus patet uno die, scilicet quo Ierosolyma à Tito diruta fuerunt, Æliam illis ingredi licuisse, reliquo anni tẽpore aditu ex edicto arceri. Sed quis nam est ille lapis pertusus, quem Iudæi ungebant? Nõ dubium est hoc illos fecisse exemplo Iacob, qui lapidem unxit in loco, qui dicitur Beth-el. Genes. XXVIII, 18, 19. Sed illum lapidem prius à Deo amatum Iudæi scribunt, deinde eidem in odio fuisse, propterea quod Chananæi illum divinis honoribus coluerunt. אַף עַל פִּי שֶׁהָיְתָה מַצֵּבָה אֲהוּבָה לִפְנֵי הַמָּקוֹם בִּימֵי הָאָבוֹת אַחֲרֵי כֵן שְׂנֵאָהּ מִפְּנֵי שֶׁעֲשָׂאוּהָ כְּנַעֲנִים חֹק לַעֲבוֹדָה זָרָה *Quanquam ille cippus amatus à Deo fuit temporibus avorum, postea tamen odit eum, propterea quod Chananæi deduxerunt eum in ritum idololatriæ.* Tamen videmus hunc lapidem deductum etiam à Iudæis in speciem cultus divini. Lapides animatos Βαιτύλους vocatos fuisse ex Philone Bybliensi alibi nota-

notavimus, & à veterum superstitione cultos, omnemque hunc morem manasse ab eo lapide, quem unxerat Iacob in Bethel, unde nomen illis. Inde & Βαίτυλος lapis, quem à Saturno devoratum fingunt, & proverbium — καὶ βαίτυλον ἂν καταπίνοις. Sed quemadmodum τὰ δαιδάλεια αὐτοκίνητα fuisse, ita etiam Bætylos illos fuisse ἐμψύχους & sponte moveri solitos dicunt. Philo Bybliensis: ἔτι δὲ ἐπενόησε θεὸς Οὐρανὸς Βαιτύλια λίθους ἐμψύχους μηχανησάμενος. Photius 557, 23. ὅτι κατὰ τὴν Ἡλιούπολιν Συρίας εἰς ὄρος τὸ τοῦ Λιβάνου τὸν Ἀσκληπιάδην ἀνελθεῖν φησὶ, καὶ ἰδεῖν πολλὰ τῶν λεγομένων Βαιτυλίων, ἢ Βαιτύλων, περὶ ὧν μυρία τερατολογεῖ ἄξια γλώσσης δυσσεβούσης. Et 568. εἶδον, φησὶ, τὸν Βαίτυλον διὰ τοῦ ἀέρος κινούμενον. Item: ὄνομα δὲ ἦν τῷ θεραπεύοντι τὸν βαίτυλον Εὐσέβιος. Item: καὶ καταλαβεῖν αὐτὴν (σφαῖραν) ἔσωσεν βαίτυλον. Item: ὁ τῶν βαιτυλίων ὡς ἀληθῶς ἄξιος τῶν λίθων. Item: τῶν δὲ βαιτύλων ἄλλον ἄλλῳ ἀνακεῖσθαι θεῷ, Κρόνῳ, Διΐ, Ἡλίῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις. Lege reliqua. Species igitur εἰδωλολατρείας fuit ille cultus lapidis Iudaicus, quod quidem miror illis licuisse sub Christianis Principibus, & in ea urbe, in quam tot millia Christianorum quotannis confluebant, & ad quam ipsis Iudæis constitutione Hadriani accessus erat interdictus: cujus interdicti meminit & Tertullianus XXI Apologetici: *Dispersi* (Iudæi,) *palabundi, & cœli & soli sui extorres vagantur per orbem sine homine, sine Deo rege: quibus nec advenarum jure terram patriam saltem vestigio salutare conceditur.*

Ibid. *sicut Prophetæ vaticinati sunt.*] Hilarius Psalmo LVIII, qui apud Hebræos est LIX, commatibus 6, 7, vult de hoc interdicto Davidem vaticinatum fuisse. Justinus in Apologetico ab Esaia prædictum cap. I, VII, ἡ γῆ αὐτῶν ἔρημος. ἔμπροσθεν αὐτῶν οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν αὐτὴν φάγονται. καὶ οὐκ ἔσται ἐξ αὐτῶν ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῇ. quod quidem comma nemo dubitat aliter in hodiernis editionibus conceptum esse. Ibi Procopius Gazensis: Ταῦτα προεῖπεν ἐπὶ τῆς ὀζίου βασιλείας, ἐπληρώθη δὲ μερικῶς μὲν ὑπὸ Βαβυλωνίων, ἐπὶ δὲ τῆς ὑπὸ Ῥωμαίων πολιορκίας ὁλοσχερῶς, ἃ μέχρι νῦν ὁρᾶται. Atqui quum illa Procopius scriberet, Ierusalem sub Principibus Christianis florebat. quo ergo spectant illa? ἃ μέχρι νῦν ὁρᾶται.

MMCLII. *Aelia ab Aelio Hadriano condita.*] Hæc omnis Pericope est Hieronymi.

Ibid. *ab Aelio Hadriano.*] Condita ante bellum Barchochebæ, ut supra ostendimus. Qui hæc verba Dionis recte assecutus fuerit, nunquam aliter putabit: ἐς δὲ τὰ Ἱεροσόλυμα πόλιν αὐτοῦ ἀντὶ τῆς κατασκαφείσης οἰκίσαντος, ἣν καὶ Αἰλίαν Καπιτωλῖναν ὠνόμασε, καὶ ἐς τὸν τοῦ ναοῦ τοῦ Θεοῦ τόπον, ναὸν τῷ Διῒ ἕτερον ἀντεγείραντος, πόλεμος οὔτε μικρὸς, οὔτε ὀλιγοχρόνιος ἐκινήθη. Ἰουδαῖοι γὰρ δεινόν τι ποιούμενοι τὸ ἀλλοφύλους τινὰς ἐς τὴν πόλιν σφῶν οἰκισθῆναι, καὶ τὸ ἱερὰ ἀλλότρια ἐν αὐτῇ ἱδρυθῆναι, &c. Lege cætera. Non dicit Iudæos obsessos Ierosolymis atque expugnatos ad unum omnes deletos fuisse, ipsis Ierosolymis vi oppugnationis & furore belli solo æquatis Æliam Capitolinam superstructam. Imo contra, Æliam constructam ἀντὶ τῆς κατασκαφείσης, *in locum ejus, quæ eversa fuerat:* & quum in nova Ælia Templum Iovi Capitolino excitasset, ea re commotos Iudæos, qui ægre ferrent locum sanctum à Gentibus pollui, bellum Romanis crudelissimum & diutinum intulisse. Vide quam hæc discrepant ab iis, quæ Eusebius, & alii scribunt.

Ibid. *Aelia.*] Αἰλία Καπιτωλῖνα dicta. Ælia ab Hadriano, Capitolina à Jove Capitolino ibi consecrato, nempe in templo, quod Hadrianus ibi construxit, ubi antea templum Dei fuerat. Nam fallitur elegans scriptor Sulpitius Severus, qui idola ab Hadriano constituta scribit in loco Dominicæ passionis: quum ille locus extra urbem fuerit, ut & pueri sciunt, neque intra mœnia Ierosolymorum receptus, nisi sub imperio Constantini Magni. Ptolemæus: Ἱεροσόλυμα ἡ νῦν καλουμένη Αἰλία Καπιτωλία. Itaque apud Goltzium est COLONIA. ÆLIA. CAPITOLINA. & COL. ÆL. CAP. COMM. F. in nummo Diadumeniani, ubi Templum, in quo tres statuæ. Vocata igitur Colonia Ælia Capitolina Commodiana Felix, à deductis eo à Commodo colonis. ἀπὸ τῆς Αἰλίας cives dicti Αἰλιῶται, auctore Stephano. In nummo ipsius Hadriani: ΑΙΛΙΩΤΩΝ. & in alio ΑΙΛΙΩΤΗΣ. Apud Hieronymum Æliense territorium Ierosolymitanum in Epistola ad Iohannem Ierosolymitanum, & apud eundem in Nominibus Hebr. nunquam aliter, quam Ælia vocatur. Antiquarii dicunt extare nummum Hadriani cum capite radiato, & inscriptione: ΑΥΤ. ΚΑΙΣΑΡ. ΑΔΡΙΑΝΟΣ ΑΥΓΟΥΣΤΟΣ. Ex altera superficie ναὸν τετράστυλον. in medio Jovem cum fulmine in dextra, sceptro & Aquila in sinistra: ad dextram Minervam cum Mercurio, ad sinistram Martem cum Venere, & duas alias species in gradibus Templi sedentes. Inscriptio: ΔΙΟΣ ΝΑΟΣ ΙΕΡΟΥΣΑΛΗΜ. Ego, ut uno verbo dicam, nullum talem nummum extare puto: aut si quem, esse παραχάραγμα, & commentum impostorum. Sed quum celeberrima hæc civitas suum nomen sub Constantino repetiverit jam Ecclesiis à tempestate persecutionum respirantibus, & non Ælia, sed Ierusalem cæpta sit vocari, mirum quo consilio Procopius Gazensis in Esaiæ cap. I, 7, dixerit, ἃ μέχρι νῦν ὁρᾶται (quæ verba MMCLI civitavimus) illis verbis significans adhuc desolationem Ierosolymorum durare. item quare scripsit iisdem vestigiis insistens Hilarius in Psalm. CXLVI, eam suo ævo nullam fuisse. *Post primam Ierusalem subversionem, traductoque in Babyloniam populo captivo, ædificatam rursum eandem civitatem fuisse & historia Regnorum, & libri Esdræ loquuntur. Sed hodie eandem nullam esse rerum fides edocet.* Item in Psalm. CXXXI: *Vrbs illa, quæ generi ejus fuit regia, capta est à Babyloniis: & eversa regni dignitatem sub dominantium jure non tenuit. Post etiam à Romanis capta & incensa jam nulla est.* Quid habebat in animo, quum hæc scriberet Hilarius? An immemor est porticuum, Templorum, Palatiorum, quæ in ea urbe Constantinus, & mater ejus Helena condiderunt? Quid? immemor frequentiæ illuc peregrinantium voto suscepto? immemor denique eorum, quæ ipse supra Psalmo LVIII diserte extulerat: prohibitum esse ingressum Judæis in Urbem Ierusalem constitutione Hadriani? Quid hic dicendum? Ego hic profecto taceo. Neque longe ab hac opinione discedit Athanasius libro de incarnatione verbi Dei: σημεῖον γὰρ καὶ μέγα γνώρισμα τῆς τοῦ Θεοῦ λόγου παρουσίας τὸ μηκέτι μήτε τὴν Ἱερουσαλὴμ ἑστάναι, μήτε προφήτην ἐγείρεσθαι. & in Eusebii loco, quem adduximus ad MMCXL: ὡς ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς δεῦρο πάμπαν ἄβατον γενέσθαι τὸν τόπον. Quia igitur Ælia vocabatur, non Ierusalem, ideo putandum est nullam Ierusalem in rerum natura fuisse? Ego hanc subtilitatem non capio. Certe Ierusalem tunc clarissima urbs erat, jam nomine Æliæ abdicato, & prisca appellatione in usum revocata. Quod si quis

subtilius objectioni occurrere postulat, ut dicat Hilarium, Athanasium, Procopium, Eusebium intelligere de illa prisca Ierusalem: neque objectionem diluet, neque illud probare poterit, Ierusalem sub Constantio, & reliquis Christianis Principibus desertam & desolatam prorsus esse eo modo, quo ab Esaia prædictum „ fuisse divinabant illi summi viri.

Ibid. *& in fronte ejus porta, qua Bethleem egredimur, sus scalptus in marmore.*] Proculdubio sunt Hieronymi in Bethleem hæc scribentis: quæ totidem verbis Cassiodorus, ut solet, repetit. Mirum Eusebium Episcopum urbis non multum Ierosolymis dissitæ hæc ignorasse, aut, si scivit, literis non prodidisse.

Ibid. *Iudæorum nonnulli à Tito Aelio.*] Judæi tam vetustiores, quam recentiores credunt Titum fuisse Idumæum: & ubi de Idumæis aliquid à Prophetis injicitur, id de Tito sæpe interpretantur. Sed non minus nugas egero, si has fabulas morer, quam ipsi Iudæi, qui „ illas comminiscuntur, qui ignorarunt eo tempore „ Idumæos veros Iudæos fuisse. Ideo Idumæorum no- „ men non posse verti in contumeliam Titi, quin & „ in ipsos quoque Iudæos ea retorqueatur.

MMCLIII. *Hadrianus morbo intercutis.*] Sex. Aurel. Victor Andreæ Schotti tabe periisse. Aur. Victor vulgaris cruciatu omnium membrorum. Athanasius λεπλωθέντα, quod fortasse fuerit ἰσχναθέντα. Sed est verbum nihili. Corrigo λεπρωθέντα. De Aquila Pontico interprete: ἡρμήνευσε τὴν θείαν γραφὴν διεστραμμένῳ λογισμῷ ἐπὶ Ἀδριανοῦ βασιλέως τοῦ λεπρωθέντος μετὰ τλ ἔτη τῆς τῶν οβ ἑρμηνείας. Non magis persuadebit λεπρωθέντα mortuum fuisse, quam à LXXII Seniorum interpretatione, ad ejus mortem, interesse annos tantum CCCXXX. Hoc modo anno IX Ptolemæi Epiphanis, numero MDCCCXXII, Biblia interpretata fuissent, non anno secundo Philadelphi, ut voluit Eusebius, numero MDCCXXXIV. Intervallum, anni LXXXVIII. Ab Athanasio didicit Epiphanius Hadrianum fuisse τὸ σῶμα λελωβημένον, & ab ejus anno XII retro ad LXX interpretationem, annos CCCCXXX putat. Quare ita quoque legendum apud Athanasium, unde accepit, υλ ἔτη, non τλ. Sed ne sic quoque verum erit. nam hoc modo tempus inciderit in XXII annum Ptolemæi Lagi.

Ibidem. *major sexaginta annis.*] Spartianus: *Vixit annis* LXII, *mensibus* V, *diebus* XVII. *Imperavit ann.* XXI, *mensibus* XI. Dio aliter: ἔζησε δὲ ἔτη δύο μὲν καὶ ἑξήκοντα, μῆνας δὲ πέντε, καὶ ἡμέρας ἐννεακαίδεκα, καὶ ἐμονάρχησεν ἔτη εἴκοσι, καὶ μῆνας ἕνδεκα. Tutius crediderim Dioni, qui usus est familiariter illis, qui Hadrianum viderant, noverant, & sub eo res gesserant. Nam magnum discrimen est inter Spartianum, & Dionem. Secundum hæc obierit Hadrianus numero MMCLIV, circiter III Eid. Julias. Nam initium imperii sui instituit III Eid. Augustas, & supra annos XXI solidos, imperavit menses XI. Obiit ergo II Eid. Julias. à qua die si retro numeres annos LXII, menses V, dies XIX, natalis ejus inciderit in a. d. XII Kalend. Febr. Vespasiano August. VI, & Tito V Coss. Sed obstat, quod annus Christi CXXXVIII est secundus Antonini Ptolemæo, & CXXXIX est tertius. Itaque annus Christi CXXXVII est sine dubio annus primus iniens imperii Antonini, in quo obiit Hadrianus, numero MMCLIII, ut hic recte ab Eusebio ponitur.

MMCLIV. *Titus Antoninus Pius.*] Annus obitus Hadriani, ut proxime diximus, congruit numero MMLIII. Quare pars numeri MMCLIII, & sequentis MMCLIV vindicat sibi annum primum Antonini. Censorinus à primo anno Antonini, Bruttio Præsente, & ipso Antonino II Coss. ad annum Christi CCXXXVIII, id est numerum MMCCLIV, putat annos solidos centum, quibus deductis de MMCCLIV, remanet annus primus Antonini MMCLIV, Antonino ipso & Bruttio Præsente Coss. qui est annus Christi CXXXVIII, cujus pars cum parte antecedentis explet annum primum Antonini. Rationes Ptolemæi cum annis Nabonnassari ab ipso Ptolemæo comparatis recte conveniunt. apud „ quem annus 887 Nabonnassari est tertius Antonini. „ Ergo annus 885 Nabonnassari est primus Antoni- „ ni, anno Christi Dionysiano CXXXVII, numero „ MMCLIII. Itaque à numero MMCLIII iniens annus „ primus Antonini expletur in numero MMCLIV. „ Quare est aliquid turbatum in paribus Consulum digerendis. Nam Onufrius noster confert Consulatum Antonini II, & Bruttii Præsentis in annum Christi CXL, biennii metachronismo. In nostris Græcis Consulum Fastis in annum Christi Eusebianum CXL. hoc est vulgarem CXXXIX, conjectus est ille consulatus, idque accidit propter aliquod par Consulum suffectorum, quod pro ordinario irrepsit, cui perturbationi mederi in præsentia non possumus. Eruditi illud viderint. Porro Clemens Alexandrinus Stromateo primo ab excidio Ierosolymorum, ad decimum annum Antonini, putat annos LXXVII. Ego uno minus reperio. Nam numerus MMCLXIII est decimus annus currens Antonini.

MMCLV. *Antoninus Pater Patriæ appellatus.*] Se II, & Bruttio Præsente Coss. Vetus Inscriptio Lanuvina .... MAXUMO. TRIBUN. .... UT. II. COS. II. P. P. ...... ES POPULUSQUE ...... VINUS. VETERES. Sed & primo Consulatu, non hoc etiam. Nummi: ANTONINUS. AUG. PIUS. P. P. TR. P. COS. cum capite laureato. in altera superficie: IMPERATOR. Jupiter sedens, dextra fulmen tenens, sinistra hastam. Est & alius totidem literis, sed in aversa superficie habet quadrigas triumphales.

Ibid. *Romanæ Ecclesiæ* VIII.] ἔνατον Hyginum Romæ Episcopum dicit Epiphanius, non octavum: & post ejus mortem Marcionem Romam venisse.

MMCLVI. *magister Marcionis.*] Cyprianus ad Pompejum contra Epistolam Stephani: *Necdum quoque Marcion de Ponto emersisset, cujus magister Cerdon sub Hygino tunc Episcopo, qui in urbe nonus fuit, Romam venit, quem Marcion secutus*, &c. quæ Cyprianus ad verbum desumpsit ex Irenæo: Κέρδων δέ τις ἀπὸ τῶν περὶ τὸν Σίμωνα τὰς ἀφορμὰς λαβών, καὶ ἐπιδημήσας ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Ὑγείνου ἔνατον κλῆρον τῆς ἐπισκοπῆς διαδοχῆς ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων ἔχοντος, &c. Et ab eodem Irenæo verba hæc in suum Chronicon Eusebius traduxit. Marcionem vero Episcopi filium Epiphanius dicit, item Tertullianus libro adversus Hæreticos, cap. LI: Sed Optatus Milevitanus Episcopum prodit fuisse solus veterum, quod sciam, lib. IV. *Marcion, qui ex Episcopo Apostata factus inducebat duos deos.* Sed mirum cur celeberrimum ac decantatissimum Marcum omiserint Eusebius & Hieronymus, quum mentionem Valentini facerent, ex cujus schola cum ejusdem insaniæ argumentis prodierat, ut testis est Irenæus, qui de ejus magica Theologia & prodigiosis deliriis copiosissime & disertissime disseruit: à quo etiam luculenti Iambi proferuntur in ipsum Marcum, qui omittendi non sunt. Sunt autem hi:

Εἰδωλοποιὲ Μάρκε, καὶ τερασκόπε,
Ἀστρολογικῆς ἔμπειρε καὶ μαγικῆς τέχνης,
Δι' ὧν κρατύνεις τῆς πλάνης τὰ διδάγματα,
Σημεῖα δεικνὺς τοῖς ὑπὸ σοῦ πλανωμένοις
Ἀποστατικῆς δυνάμεως ἐγχειρήματα,

Ἅ σοι

Α᾽ σοι χορηγεῖ σὸς πατὴρ Σατᾶν ἀεὶ
Δι᾽ ἀγγελικῆς δυνάμεως Ἀζαζὴλ ποιεῖν
Ἔχων σὲ πρόδρομον ἀνθέου πανουργίας.

Auctorem horum Iamborum non nominat Irenæus, sed eum sic designat: διὸ καὶ δικαίως καὶ ἁρμοζόντως τῇ τοιαύτῃ σοῦ τόλμῃ ὁ θεῖος πρεσβύτης καὶ κῆρυξ τῆς ἀληθείας ἐμμέτρως ἐπιβεβόηκέ σοι. Si ἐμμέτρως, ergo μέτρα sunt, quæ posuimus. Tamen in editione etiam ultima Coloniensi convitiorum & sycophantiarum cloaca legitur ἔμμετρος. Ideo illis præclaris interpretibus ἔμμετρος κῆρυξ est præco. Præterea de illis versibus ita pronunciant: *Hæc metrica forma exprimuntur, etiam si pedum ratio non habeatur.* Sane nulla metrica forma est in illorum judiciis, qui tam leviter de istis pronunciare ausi sunt. Sed & Pyriphlegethontum, & eorum similium Cercopum hæc sunt oracula.

MMCLVII. *Iustinus Philosophus librum.*] Justinus à Christo, ad id tempus, quo scribebat Apologeticum hunc, quum de Marcione loquitur, putat annos CL: quod tempus congruit medio imperio Antonini. Sed constat eum circa initium Antonini Pii librum Apologeticum Imperatori obtulisse. Nam, ut supra monuimus, de bello Iudaico sub extremum Hadriani imperium gesto loquens, vocat τὸν νῦν γεγενημένον πόλεμον, „ *nuperum bellum.* Cujus belli tempore scripsit Trypho- „ na Dialogum, hoc est sub Hadriano, ut ipse ostendit. „ Τρύφων, φησὶ, καλοῦμαι. εἰμὶ δὲ Ἑβραῖος ἐκ περι- „ τομῆς, φυγὼν τὸν νῦν γενόμενον πόλεμον, ἐν τῇ „ Ἑλλάδι, καὶ τῇ Κορίνθῳ τὰ πολλὰ διάγων. Est autem iste Christi Martyr omnium scriptorum Ecclesiasticorum, qui hodie extant, vetustissimus, natus Neapoli Syriæ Metropoli Samaritarum, quę primo Sichem, (nescio an Plinio credendum, qui prius Mamortham dictam scribit) secundo *Neapolis*, (hodie *Nables*) postremo deductis in eam Colonis à Vespasiano, aut Domitiano, Flavia Cæsarea appellata est. In nummo Domitiani: ΦΛΑΥΙΟΠΟΛΙΤΩΝ ΣΑΜΑΡΙΕΩΝ. Ex istis colonis Græcis erat Justinus Martyr, qui quum populares suos dicit, intelligit Samaritas, non quod ipse fuerit Samarites, aut ullam cum illis aut sanguinis aut rituum cognationem haberet: sed quia utrique ex eadem Colonia, uno nomine dicti Samaritæ tam Hebræi, quam Græci, quorum unus fuit Bacchius pater Iustini. Verba Iustini in Tryphone: οὐδὲ γὰρ ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ ἐμοῦ, λέγω δὲ τῶν Σαμαρέων, &c. & in fine Apologetici primi: καὶ τοῦ ἐν τῷ ἐμῷ ἔθνει ἀσεβοῦς καὶ πλάνου Σιμωνιανοῦ διδάγματος. Samaritas vocat genus suum, id est municipes suos, nimirum πολίτας, non autem ὁμοθρήσκους. Errat igitur Epiphanius, qui à Samaritis ad Christianos Iustinum transiisse scribit, ἀπὸ Σαμαριτῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκέναι, *à Samaritarum ad Christi fidem transiisse.* Certe Samarites non erat, sed Samariensis. quanquam & Samarites domo, non religione dici potest. Nam ipse caussam Græcis reddens cur ab Hellenismo ad Christianismum sese contulerit, satis eo declarat se Græcum ἀπερίτμητον fuisse. ideo non vere de eo dici potuisse ἀπὸ Σαμαρειτῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκέναι, sed ἀφ᾽ Ἑλλήνων.

Ibid. *librum pro nostra religione.*] Qui quidem extat, ejusque principium ab ipso Eusebio producitur libro quarto, cap. XII ἱστορ. ἐκκλ. eodem lib. cap. XVI scribit δεύτερον βιβλίον obtulisse Lucio Vero, & Marco Aurelio Augg & sub ipsis passum esse. quem librum non extare, palam est. Sed postquam idem Eusebius apposuit principium Apologetici ad Antoninum Pium, mox subjicit ἐνδοχθεὶς δὲ καὶ ὑφ᾽ ἑτέρων ὁ αὐτὸς βασιλεὺς, (nimirum Antoninus Pius) scripsit, inquit, de Christianis, &c. Postea adjicit epistolam, quæ non est Antonini Pii, sed Marci Aurelii. quæ est, non inscitia, sed manifesta hallucinatio Antonino Pio attribuens, quod erat proprium Marci Aurelii.

MMCLVIII. *Romanæ Ecclesiæ novus Episcopus Pius.*] Quæ Pio attribuuntur in Editionibus de Resurrectionis Dominicæ die Dominico celebrandæ institutione, ea in nullo veterum codicum comparent. Sed Marianus à Beda, Beda à libro Hermæ apocrypho in sua Chronica traduxerunt, & ab illis in Eusebianũ textum ab Editoribus admissa sunt. Nos ab initio professi sumus, nihil nisi ex auctoritate scriptorum codicum innovaturos, quod à nobis hactenus summa fide & religione observatum fuisse eos, qui Editiones cum libris scriptis contulerint, judices fero.

Ibidem. *Antiochiæ quintus constituitur Episcopus Heros.*] Ἥρως Eusebio libro tertio Eccles. Histor. Nicephoro Ἥρων.

MMCLX. *Mesomedes.*] Cui salarium ipse Antoninus imminuit, dicens *Nihil esse sordidius, imo crudelius, quam si Rempubl. ii arroderent, qui nihil in eam suo labore conferrent.* Auctor Jul. Capitolinus. Cætera de hoc Mesomede pete ex Suida. apud quem etiam extant verba historici, quisquis ille fuit. Ἀντωνεῖνος δὲ τὸ τοῦ Σύλλου μνημεῖον ἐπιζητήσας ἐπεσκεύασε. τῷ τε Μεσομήδει τῷ τῶν κιθαρῳδικοὺς νόμους συγγράψαντι κενοτάφιον ἔχωσε, τῷ μὲν, ὅτι κιθαρῳδεῖν ἐμάνθανεν, ἐκείνῳ δὲ, ὅτι τὴν ὠμότητα ἐζήλου. Nulli Antoninorum, præterquam Caracallæ, hæc conveniunt. quod enim Syllæ studiosus esset, argumento sunt frequentes laudes, quas in eum effundebat. Spartianus: *Tiberium & Syllam in conventu plerunque laudavit.*

Ibid. *citharicorum carminum musicus poëta.*] ποιητὴς νόμων κιθαρῳδικῶν. *Qui modulos musicos fecit.* id est, qui scripsit præcepta de modulis musicis. Nam poëtam hic ὁ ποιητὴς non significat, sed auctorem. neque versificatorem fuisse intellexit Eusebius. quanquam „ poëta Lyricus fuit, & in Antinoum Adriani Delitias „ encomium scripsit. Citharicorũ autem pro Citharœ- „ dicorum duriusculum est. Omnes libri ita habent. Porro qui scit quid sit νόμος in Musicis, nunquam putabit νόμους esse carmina. Suetonius in Nerone Græcam „ vocem retinuit: *priusquam inchoatum nomon absolveret.* „ Sed, ut dixi, nomen ποιητὴς imposuit properanti Hieronymo. Eodem modo dictum in fabulis Terentii: *Modos fecit Flaccus.* τοὺς νόμους ἐποίησεν ὁ Φλάκκος. Itaque Flaccus fuit νόμων αὐλῳδικῶν ποιητὴς in Fabulis Terentii, quemadmodum hic Mesomedes dicitur νόμων κιθαρῳδικῶν ποιητής. Alioquin μέλη & car- „ mina scripsisse Suidas perhibet. Fallitur vero vir „ multarum literarum Lilius Gyraldus, qui putat hunc „ Mesomedem ad tempora Antonini pervenisse, hoc „ colligens ex verbis Suidæ. ex quibus non sequitur „ ad tempora illius Antonini pervenisse. Nam Suidas „ ait illum Syllæ sepulcrum instaurasse, Mesomedi au- „ tem honorarium tumulum construxisse, Syllæ qui- „ dem, quod crudelitatem ejus imitaretur, Mesome- „ di autem, quod fidibus canere didicisset, cujus artis „ præcepta ediderit Mesomedes. non autem, ut pu- „ tat Lilius, quod Antoninus ipse eam didicerit à Me- „ somede. Quum autem is Antoninus sine dubio sit „ Caracalla, & à fine imperii Adriani, ad initium Ca- „ racallæ, intersint anni 75, non videtur Citharœdi- „ cam ab eo discere potuisse. non magis quam vivum „ Syllam videre, cujus crudelitatem imitabatur. „

MMCLXI. *Taurus Berytius Philosophus.*] Vide Suidam. Ter ejus mentio apud Gellium.

MMCLXII. *Maximus Tyrius.*] Tunc Romam primum venit, & διαλέξεις suas composuit. Bis enim Romæ fuit. & in priori profectione διαλέξεις illas edidit. unde vocat eas τὰς ἐν τῇ Ῥώμῃ τῆς πρώτης ἐπιδημίας διαλέξεις. Secundo Romam venit, sub Commodo, ut colligitur ex Suida.

Ibid. *Apollonius Stoicus.*] Capitolinus: *Quum Apollonium, quem Chalcide acciverat, ad Tiberianam domum, in qua habitabat, vocasset, ut ei Marcum Antoninum traderet, atque ille dixisset: Non magister ad discipulum, sed discipulus ad magistrum: risit eum dicens, Facilius fuit Apollonio à Chalcide Romam venire, quam à domo sua in Palatium.* Apud Capitolinum in Marco: *Usus est & Apollonio Chalcedonio Stoico Philosopho.* Apud Eutropium: *Institutus est (Marcus) ad Philosophiam per Apollonium Chalcedonium.* Et agnoscitur à Pæanio Paraphraste ejus Græco. idem in Græcis Eusebii. Ipse Marcus enumerans magistros suos. παρὰ Ἀπολλωνίου τὸ ἐλεύθερον, καὶ ἀναμφιβόλως ἀκύβευτον. Quare hunc Apollonium Dio Nicomediensem vocet, in fine vitæ Marci, nescio. τόν τε Ῥούστικον τὸν Ἰούνιον, καὶ Ἀπολλώνιον τὸν Νικομηδέα, τοὺς ,, Ζηνωνείους λόγους μελετῶντας. Sed utrum Chalci- ,, densis ex Eubœa, an Calchedonius ex Asia minori ,, fuerit, quum per incuriam ea commutare scriptores ,, soleant, aliis disquirendum relinquimus, qui tamen ,, censemus Chalcedonium potius, quam Chalciden- ,, sem fuisse. Dionysius ὁ περιηγητής. Χαλκιδέες μὲν ,, πρῶτα παρὰ στόμα γαῖαν ἔχουσιν. Eustathius ibi. οἱ ,, Χαλκιδέες, οἱ περὶ τὴν Χαλκηδόνα. Et antea Dio- ,, nysius ἄρουραν Χαλκίδα vocat terram τὴν περὶ Χαλ- ,, κηδόνα. Item Julianus Misopogone, ἔδοξέ μοι πέμ- ,, πειν εἰς Χαλκίδα καὶ Ἱεράπολιν. Si Chalcis est in eo ,, tractu, ubi Hierapolis, fuerit ergo in Asia minore, ,, ideo non ad Eubœam.

Ibid. *qui Verissimi quoque Cæsaris præceptores fuerunt.*] Ex istis etiam Marci magister Apollonius Chalcidensis, ut vidimus, & Maximus Tyrius, ut ipse Marcus testatur in vita sua.

MMCLXVI. *Crescens.*] Tatianus ad Gentes: Κρίσκης οὖν ὁ ἐννεοττεύσας τῇ μεγάλῃ πόλει παιδεραστίᾳ μὲν πάντας ὑπερήνεγκε, φιλαργυρίᾳ δὲ πάνυ προσεχὴς ἦν. θανάτου δὲ ὁ καταφρονεῖν συμβουλεύων οὕτως αὐτὸν ἐδεδίει τὸν θάνατον, ὡς καὶ Ἰουστῖνον καθάπερ μεγάλῳ κακῷ τῷ θανάτῳ περιβαλεῖν πραγματεύσασθαι, διότι κηρύττων τὴν ἀλήθειαν λίχνους τοὺς φιλοσόφους καὶ ἀπατεῶνας συνήλεγχε. Iustinus quoque ipse quasi præsagus futuri ita scribit apologetico priore: κἀγὼ προσδοκῶ ὑπό τινος τῶν ὠνομασμένων ἐπιβουλευθῆναι, καὶ ξύλῳ ἐμπαγῆναι, ἢ κἂν ὑπὸ Κρίσκεντος τοῦ φιλοψόφου καὶ φιλοκόμπου. οὐ γὰρ φιλόσοφον ἄξιον εἰπεῖν τὸν ἄνδρα, &c. Quando vero, aut quo supplicio pius iste scriptor affectus, nullus veterum prodidit, quamvis ipse dicat ξύλῳ ἐμπαγῆναι, affigi ligno, aut patibulo. ,, Nam Eusebius, ut solet, divinat. Nomen Martyris, quod illi hæsit, satis arguit eum ea morte vitam finivisse, quam effugere homini tam acri Christianismi vindici illo ævo difficile erat.

MMCLXIX. *Polycarpus Romam veniens multos ab hæretico errore correxit.*] Ad verbum hæc Eusebius ex Irenæo. Vide lib. v, cap. XXVI Hist. Eccles.

MMCLXXV. *Antoninus Pius apud Lorium.*] Quæ in excusis ante hanc Pericopen leguntur de patrimonio Antonini, & de æquitate ejus, ea ex Eutropio ab Editoribus huc temere intrusa merito damnavimus, quia, quod toties diximus, nihil adversus auctoritatem priscorum Codicum admittimus.

Ibid. *apud Lorium Villam.*] Laurium & Lorium vocat Julius Capitolinus, atque in via Aurelia statuit. Lorios Aur. Victor, Eutropius Lorium, & Pæanius Λώριον, & Jul. Capitolinus. In Itinerario: *A Roma Lorium* M.P. XII Lorios cum Victore vocat Iornandes. *Defunctus duodecimo Urbis miliario in villa sua Loris nuncupata:* Portentum fabulæ apud Chronologum Casaubonianum: Ὑπ. Βερ. δῦσα καὶ Βήρου. ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐσφάγη Αἴλιος Ἀντωνῖνος ἐν Προκοννήσῳ, ὢν ἐτῶν ξζ. Ridere, an mirari debeam, nescio. Sed quot sunt ejusmodi in illa farragine?

Ibid. *anno vitæ suæ* LXXXVII.] Ita POST. at PR. *septuagesimo septimo.* Sic etiam Marianus. Sed locus depravatus est, LXVII, pro LXXVII: ut & apud Iornandem LXXVI, pro LXXVII. Capitolinus septuagesimo. Aur. Victor septuagesimo secundo. Eutropius septuagesimo tertio. omnia monstrosa. Natus est Domitiano XII, Dolabella Coss. numero MMCII. additis LXXVI absolutis, mortuus fuerit num. MMLXXXVIII. Secundum Eutropium decesserit hoc numero MMCLXXV.

MMCLXXVII. *Marcus Antoninus, qui & Verus, & Lucius Aurelius Commodus.*] Tamen Marcus Aurelius Antoninus nunquam vocatur Verus, sed potius Lucius ejus frater. Itaque Divi fratres vocantur Verus & Antoninus apud Theophilum Instit. De excusat. Tut. §. *Sed &c.* οἱ θειότατοι ἀδελφοὶ Βῆρος καὶ Ἀντωνῖνος: pro quo male excusum Σεβῆρος καὶ Ἀντωνῖνος. Βῆρος καὶ Ἀντωνῖνος, item Σεβῆρος καὶ Ἀντωνῖνος possunt perturbationem tironibus inducere. Itaque in libro primo Marci Aurelii de vita sua Σεβήρου male editum, pro Οὐήρου. παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ Σεβήρου τὸ φιλοοίκειον.

Ibid. *Hi primum æquo jure imperare.*] Hieronymus ex Eutropio. Nummi L. Veri: IMP. CÆS. L. AUREL. VERUS. AUG. CONCORDIÆ. AUGUSTOR. TR. P. COS. II. Ibi ambo jungentes dexteras. Item alius: ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟϹ ΚΑΙϹΑΡΟϹ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ ΚΑΙ ΟΥΗΡΟΥ. Duo Impp. copulantes dexteras.

MMCLXXX. *Seleucia Assyriæ urbs cum trecentis.*] Eutropius *quadringentis milibus hominum.* Pæanius τετρακισμυρίων ἐγκαθημένων στρατιωτῶν. Atqui τετρακισμύριοι sunt tantum quadraginta milia. De hac Seleuciæ clade adi Ammianum lib. XXIII.

MMCLXXXII. *Apud Pisas Peregrinus.*] Phrasis Hieronymiana nomina urbium pluralia pro singularibus usurpare, Cajetas, Pisas, Mediolana. Eusebius etiam dixit τὰ Ἔδεσσα, ut τὰ Λούγδουνα, Eccles. libro primo, cap. XIII: κινεῖται θειότερα ἐπὶ τὰ Ἔδεσσα κήρυκα καὶ εὐαγγελιστὴν τῆς περὶ τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας ἐκπέμπει. Sic habet scripta lectio. Stephanus quoque Λούγδουνα, πόλις Κελτογαλατίας. Cæsar II de bello civili: *Clupeis Africæ:* ut & apud Hirtium de bello Africano. Utrobique in plurali, ut Cajetæ. Nam vir doctus apud Cæsarem, & Hirtium falso putavit mendum esse, quum omnes scripti codices ita habeant. Stephanus: Γέα πόλις πλησίον Πετρῶν ἐν Ἀραβίᾳ. Ibidem: ἐν Πέτραις ἐπιχωριάζει τὸ ὄνομα. Atqui communior appellatio Lugdunum, Clupea, Cajeta, Πέτρα. In concilio Ephesino ἐπίσκοπος Ἀγκύρων, cum hoc accentu est τὰ Ἄγκυρα. Si scribatur Ἀγκυρῶν, erit αἱ Ἄγκυραι. Frequentius tamen ἡ Ἄγκυρα. Mitylenas dixit " Lucius. Seneca ad Helviam: *M. Marcellum Mitylenis* " *exulantem.* "

Ibid. *apud Pisas Peregrinus.*] Metachronismus unius anni in editionibus, & FR. At recte BONG. & PET. in MMCLXXXI. & ita corrigendum. Nam in Olympica panegyri hoc gestum. Peregrinus autem fuit Pa- " rianus, "

,, rianus, ut indicat Lucianus, & ejus statua colebatur in urbe Pario, & oracula credebatur respondere. Athenagoras: καὶ ὁ (ἀνδριὰς) τοῦ Πρωτέως (τοῦ τὸν δ' οὐκ ἀγνοεῖτε ῥίψαντα ἑαυτὸν εἰς τὸ πῦρ περὶ τὴν Ολυμπίαν) ὁ μὲν καὶ αὐτὸς λέγεται χρηματίζειν. Et recens hoc contigerat. Nam Peregrinus triennio conjecit sese in rogum ante obitum Lucii Commodi. Atqui Lucio ipsi, & Marco Apologeticus Athenagoræ inscribitur. In eadem igitur Olympiade & Peregrinus se in ignem conjecit, & Apologeticus Athenagoræ Imperatoribus oblatus est. Cæterum Hieronymus omisit illa: μιμούμενος Καλανὸν Βραχμανὸν τὸν κατ' Αλέξανδρον γυμνοσοφιστήν.

MMCLXXXIII. *quorum usque in præsentem diem condita libris certamina perseverant.*] Ea, & Polycarpi martyrium hodie extant apud Eusebium in Historia Eccles. quæ sunt vetustissima Ecclesiæ martyria, quorum lectione piorum animus ita afficitur, ut nunquam satur inde recedat: quod quidem ita esse unusquisque pro captu suo & conscientiæ modo sentire potest. Certe ego nihil unquam in historia Ecclesiastica vidi, à cujus lectione commotior recedam, ut non amplius meus esse videar. Idem sentimus de Actis Martyrum Lugdunensium & Viennensium apud eundem Eusebium, quibus quid augustius, quid venerabilius in antiquitatis Christianæ monimentis legi potest? Pionium vero cum Polycarpo; aut saltem eodem persecutionis tractu, martyrii palmam accepisse refert Eusebius ex Actis Ecclesiæ Smyrnensis, in quibus martyria utriusque in idem tempus conjiciuntur. At in Martyrologii Romani commentario sub Decio passum ex Actis quibusdam Latinis refertur: quorum auctoritatem fidei Ecclesiæ Smyrnensium, & Eusebiano testimonio anteponit auctor Commentarii: neque præterea advertit fœdissimum errorem in illis Actis, in quibus martyrium Pionii confertur in Sabbatum magnum, XXIII Februarii, Decio, & Grato Coss. atqui ridiculum est, illum magnum Sabbatum, hoc est προεόρτιον τοῦ πάσχα, in Februarium unquam incurrere, quum citimum Pascha sit in XXII Martii. Eo vero anno incidit in XXIII. Proinde Sabbatum magnum XXII; anno Christi Dionysiano CCLI, Cyclo Solis VIII, Lunæ quinto. Sane non eo die passus est Pionius cum Polycarpo, sed ὑπὸ τὴν αὐτὴν περίοδον τοῦ χρόνου τοῦ τοῦ Πολυκάρπου μαρτυρίας, *sub eundem tractum temporis, quo passus Polycarpus.* At Polycarpus passus est Sabbato magno. In Actis ejus: ὄνῳ καθίσαντες αὐτὸν ἤγον εἰς τὴν πόλιν, ὄντος σαββάτου μεγάλου. Itaque auctor illorum Actorum Latinorum, quum videret in hoc loco Chronici martyria Polycarpi & Pionii conjungi, & præterea meminisset Polycarpum Sabbato magno martyrio coronatum, non dubitavit Pionium eadem quoque die passum. Sed falsa illa Acta esse patet ex hoc loco Chronici, quum Acta utriusque circumferri Eusebius scribat, ex quibus ille scire potuit, quando martyrium Pionii contigerit. Quare mirari satis non possum, quomodo auctor commentarii Acta illa Græca, quæ tempore Eusebii extabant, istis Latini hominis commentitiis postposuerit, præsertim quum idem Commentator alibi scribat multa Latina Acta martyrum circumferri ab otiosis hominibus ficta. Sed vin' uno verbo & Acta illa confutemus, & Commentatoris credulitatem castigemus? Locus iste Chronici congruit numero Eusebiano MMCLXXXIII, anno Christi Dionysiano CLXVII, Cyclo Solis VIII, Lunæ XVI. Pascha ἀναστάσιμον XXIII Martii. Proinde σάββατον μέγα XXII Martii, quomodo contigit anno Christi CCLI. Itaque si hoc anno passus est Polycarpus, haud dubie XXII Martii hoc acciderit. At non eadem die contigit Martyrium Pionii; sed, ut dixi, quia hic in Chronico simul conjunguntur, ille interpolator Martyrologiorum putavit eodem die utrumque martyrium fecisse. Ubi vides ἀλογιστίαν ejus. Unde igitur habuit Pionium passum XXIII Februarii? Ex Græcorum deliriis, in quorum Menologiis Polycarpi passio assignatur in illa die. Quod si Pionius simul cum eo passus, ergo & XXIII Februarii. Quod si Sabbato magno, ergo & XXIII Februarii fuit Sabbatum magnum. Videmus & manifestum illius scriptoris delirium, & caussas delirii. Sed quomodo Polycarpus passus XXVI Januarii, ut Latini volunt, aut XXIII, ut Græci, quum neutrubi potuerit contingere sabbatum magnum? Plura sunt ejusmodi in Martyrologiis, quam quæ ad veram historiæ regulam directa sint. In Chronico Casaubon. τῇ πρὸ ζ' καλανδῶν Απριλίων, " τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ. Æliano, & Kastore Coss. " Sed si sabbatum fuit VII Kal. Ergo Pascha VI Kal. " in litera B. Atqui quinque annis antea, & VI post- " ea litera dominicalis non potuit esse B. "

MMCLXXXIV. *Lues multas Provincias.*] Ammianus Marcellinus lib. XXIII: *Post hanc Seleucia ambitiosum opus Nicatoris Seleuci: quæ per duces Veri Cæsaris, ut ante retulimus, expulsata, avulsum sedibus simulacrum Chomei Apollinis perlatumque Romam in æde Apollinis Palatini Deorum antistites collocarunt. Fertur autem, quod post direptum hoc idem figmentum, incensa civitate, milites fanum scrutantes invenere foramen angustum, quo reserato, ut preciosum aliquid invenirent, ex adyto quodam concluso à Chaldæorum arcanis labes primordialis exilivit, quæ insanabilium vi concepta morborum ejusdem Veri & Marci Antonini temporibus, ab ipsis Persarum finibus, ad usque Renum & Gallias, cuncta contagiis polluebat & mortibus.*

MMCLXXXV. *Lucius imperator anno regni nono, sive, ut quidam putant, undecimo.*] Eutropius undecimo. Julius Capitolinus: *imperavit cum fratre annis undecim.* Omnino undecimo anno imperii obiit. Nam Marcus Aurelius natus est Annio Vero & Augure Coss. numero MMCXXXVIII. Vixit ann. LVIII, mens. X, dies XX, auctore Dione. Ergo obiit numero MMCXCVI: unde consurgit initium Commodi. Imperavit solus ann. X, dies IX. Ergo solus cæpit imperare numero MMCLXXXVI. ita ut circiter finem numeri MMCLXXXV Lucius obiisse videatur.

Ibid. *inter Concordiam & Altinum.*] Idem Eutropius, Julius Capitolinus; & Græca Eusebii, in quibus est ἐν Αλτήνῳ.

MMCLXXXVI. *Antonino Imperatori Melito.*] Historiæ Eccles. libro quarto, cap. XIV. Chronicon Casaubon. assignat anno antecedenti, Prisco & Apollinare Coss.

MMCLXXXVII. *Apollinaris Asianus.*] Vide omnino Photium 5, 21.

Ibid. *Asianus Hierapolites.*] Dictum ad distinctionem ejus Hierapoleos, quæ in Syria. ἐπὶ δὲ Ιεραπολίτης τῆς ἐν Ασίᾳ Ιεραπόλεως γεγονὼς ἐπίσκοπος. ἤνθησε δὲ ἐπὶ Μάρκου Αντωνίνου Βήρου βασιλέως Ρωμαίων. Photius.

MMCLXXXVIII. *Oppianus Cilix Poëta agnoscitur.*] Error. Anno duodecimo M. Antonini Philosophi nondum natus erat Oppianus. Obiit enim ex lue natus annorum triginta, circa finem imperii Antonini Caracallæ. Itaque ab anno XII imperii Antonini Philosophi, ad obitum Caracallæ, sunt plus minus anni XLVIII. Hal-

lucinatio nata ex nomine Antonini. Non enim Antoninus Philosophus est, cui dicata sunt Halieutica, sed Antoninus Caracalla, cui vivo adhuc Severo patre divinum illud Epos Oppianus obtulit: quod diserte colligitur ex fine libri secundi:

Ἐξ οὗ μοι κραίνουσι μέγαν θρόνον ἐμβεβαῶτες
Ἄμφω θεσπέσιός τε πατὴρ, καὶ φαίδιμος υἱός.

Atque adeo sub tempus ludorum Secularium, qui à patre Severo Aug. & Antonino filio celebrati sunt. ut ex illis constat: πολλαῖς ἐνδεκάδεσσιν ἑλισσομένων ἐνιαυτῶν. Nam sæculum Romanum est periodus δέκα ἐνδεκάδεσσιν ἑλισσομένων ἐνιαυτῶν, annorum undenum decies vertentium circulus. *Certus undenos decies per annos Orbis ut cantus referat.* Horatius. & Sibylla:

— εἰς ἐτέων ἑκατὸν δεκάκυκλον ὁδεύων.

Ideo illa apud Martialem jactat se vixisse decies undenos annos:

Bis mea Romano spectata est vita Terento.

Non utique quod binos sæculares ludos vidisset. Nam intervallū inter sæcularia Claudii & Domitiani perexiguum est. sed dicit se tot annos vixisse, quot satis sunt ad bis spectandum sæcularia. hoc est supra annos CX. Neque locus Martialis vulgo bene capitur, neque ille Oppiani ab ullo hactenus animadversus. Scholia in Oppianum nugantur de Antonino & Commodo, & alibi, quod omnes ineptias superat, de Gordiano. Melius Sozomenus in Proœmio: ἢ Φίλιππος ὁ Μακεδὼν περὶ Θεόπομπον τὴν συγγραφέα, καὶ Σεβῆρος ὁ Καῖσαρ περὶ Ὀππιανὸν τὴν ἐν τοῖς μέτροις τῶν ἰχθύων τὰ γένη καὶ τὴν φύσιν, καὶ τὴν θήραν ἀφηγησάμενον. Nam Halieutica vivente Severo patre accepit Antoninus Caracalla, Cynegetica, mortuo. vulgo apud Oppianum male disjunctim πολλαῖς ἐν δεκάδεσσι. pro ἐνδεκάδεσσι. quæ menda non parvi momenti est, utpote qua „ Sæcularium ludorum dissimulata est memoria, quo„rum celebrationis tempus incidit in numerum „ MMCCXX.

MMCLXXXIX. *Imperator Antoninus multis adversum se nascentibus bellis.*] Eusebius: Ἀντωνῖνος αὐτοκράτωρ πυκνῶς τοῖς πολεμίοις ἐπέκειτο. Quomodo legerit Hieronymus pro ἐπέκειτο, haud temere dixerim: Nam constat πολέμοις, non πολεμίοις eum legisse. „ Hieronymi interpretatio procederet, si ita scripsis„set Eusebius: Ἀντωνίνῳ αὐτοκράτορι πυκνῶς πό„λεμοι ἐπέκειντο. Neque tamen satis Græce extu„lisset Eusebius, siquidem ita scripsisset. neque tenor „ sententiæ hoc patitur. Quare properabat Hiero„nymus.

„ Ibid. *sæpe duces nobilissimos destinabat.*] καὶ τοὺς πο„λεμάρχους ἀποστέλλων. πολέμαρχος non est no„ bilis dux, sed qui summam belli administrat. Hoc „ non est proprium Romanæ historiæ. ideo tam Euse„ bio homini Græco ignoscendum, quam Hiero„ nymo.

Ibidem. *semel, Pertinaci, & exercitui.*] Hæc ridicule in excusis deformata sunt. In POST. *semel.* & ita, ut excudi curavimus, emendabamus antequam Græca, quæ emendationi nostræ favent, nancisceremur. *semel,* id est aliquando.

Ibidem. *Pertinaci, & exercitui.*] Pertinacem, qui postea rerum potitus est, hic intelligi jamdudum animadvertimus, antequam in Græca incideremus, quæ idem habent, καὶ Περτίνακι, καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ.

Ibidem. *quum è contrario Germanos & Sarmatas fulmina persequerentur.*] Noti sunt Claudiani versus, sed tamen necessario referendi, VI Consulatu Honorii:

Non tantis patriæ studiis ad templa vocatus
Clemens Marce redis, quum gentibus undique cinctam
Exuit Hesperiam paribus Fortuna periclis.
Laus ibi nulla ducum. nam flammeus imber in hostem
Decidit. Hunc dorso trepidum fumante ferebat
Ambustus sonipes. Hic tabescente solutus
Subsedit galea, liquefactaque fulgure cuspis
Canduit, & subitis fluxere vaporibus enses.
Tunc contenta polo mortalis nescia teli
Pugna fuit: Chaldæa mago seu carmina ritu
Armavere Deos: seu, quod reor, omne Tonantis
Obsequium Marci mores potuere mereri.

Illustre testimonium hominis à pietate Christiana aversi, qui tam inopinatam liberationem non Christianorum precibus impetratam, sed magicis carminibus procuratam fuisse nugatur: quam fabulam à Dione accepit, cujus verba ne ipsa quoque prætereunda sunt: νέφη πολλὰ ἐξαίφνης συνέδραμε, καὶ ὑετὸς πολὺς οὐκ ἀθεεὶ κατερράγη. καὶ γάρ τοι λόγος ἔχει Ἀρνοῦφίν τινα Μάγον συνόντα τῷ Μάρκῳ ἄλλους τέ τινας δαίμονας καὶ τὸν Ἑρμῆν τὸν ἀέριον ὅτι μάλιστα μαγγανείαις τισὶν ἐπικαλέσασθαι, καὶ τὸν ὄμβρον ἐπισπάσασθαι. Ταῦτα μέν τοι ὁ Δίων φησὶν, ait Xiphilinus, & recte confutat vanitatem Scriptoris Ethnici Idolorum cultoris. Alii non Arnuphin, sed Julianum cognomine θεουργὸν fuisse dicunt eum, qui fulmina & pluviam carminibus & incantationibus impetrarit, qui etiam θεουργικὰ τελεστικὰ λόγια scripserit. Vide Suidam. Lampridius in Heliogabalo: *Quum Marcomannis bellum inferre vellet, quos Antoninus pulcherrime profligaverat, dictum est à quibusdam per Chaldæos ac Magos Antoninum Marcum id egisse, ut Marcomanni P. R. semper devoti essent atque amici, idque factum carminibus & consecratione.* Tantum abest Marcum ad magicas artes tunc confugisse, ut Magis nunquam fidem adhibuerit, & ab eorum vanitate eum averterit Diognetus Philosophus. Cui potius credemus, quam ipsi Marco ita de seipso scribenti? παρὰ Διογνήτου τὸ ἀκενόσπουδον, καὶ τὸ ἀπιστητικὸν τοῖς ὑπὸ τῶν τερατευομένων καὶ γοήτων περὶ δαιμόνων ἀποπομπῆς, καὶ τῶν τοιούτων λεγομένοις. Si quis omnem industriæ suæ vim intendat, ad vaniloquentiam Dionis & Claudiani confodiendam, non posset telum invenire isto efficacius. Porro non magicis sacris, sed precibus Marci impetratā pluviam fuisse scribit Jul. Capitolinus in Marco: *Fulmen de cælo precibus suis contra hostium machinamentum extorsit, suis pluvia impetrata, quum siti laborarent.* & Claudian. — *omne Tonantis Obsequium Marci mores potuere mereri.*

Ibid. *Extant literæ M. Aurelii.*] Latinæ scilicet, quarum meminit Tertullianus cap. quinto Apolog. Non enim Imperator alia lingua, quam Latina, ad Senatum scribebat. Verba Tertulliani: *At nos è contrario edimus protectorem, si literæ M. Aurelii gravissimi Imperatoris requirantur, quibus illam Germanicam sitim Christianorum forte militum precationibus impetrato imbri discussam contestatur.* Orosius: *Extare etiam nunc apud plerosque literæ Imperatoris Antonini, ubi invocatione nominis Christi per milites Christianos & sitim illam depulsam, & collatam fatetur fuisse victoriam.* Non igitur illam Epistolam vidit, non magis, quam Tertullianus. Quin etiam ea non extabat tempore Eusebii. Eam enim Græce à se conversam in sua historia Ecclesiastica posuisset, quæ est ejus diligentia, nulla ejusmodi monumenta prætermittere, ne Latina quidem, quæ ipse Græce convertere solet, ut multa ex Tertulliano. Nam illa Epistola, quæ nomine Marci Aurelii Antonini super hac re ad calcem Apologetici posterioris apud Justinum legitur, tantum abest, ut ab ipso Imperatore Græce dictata,

dictata, aut ex Latino ipsius in Græcum sermonem translata sit, ut infra sæculum Justiniani Imp. ab imperitissimo rerum Romanarum Græculo confictam fuisse manifesto appareat. Inscitia auctorem ipsum satis prodit. Ad finem Apologetici Justini tria exempla adjecta sunt: unum quidem ab ipso Justino, Rescriptum nempe Hadriani, duo autem ab hominibus inferiorum sæculorum, Rescriptum Antonini Pii ad Commune Asiæ, ex libro quarto Histor. Eccles. Eusebii, & Epistola Marci Aurelii de victoria sua. Rescriptum Antonini Pii à Justino additum non fuisse ex eo paret, quod ipse ejus mentionem non facit, &, si vivente Justino rescriptum illud emissum fuisset, non dubium est, Justinum ipso potius usurum fuisse ad defensionem sui, quia ad Antoninum ipsum dirigitur Apologeticus, quam illo Hadriani, ad quem apologeticus non pertinet. Epistola autem Marci Aurelii non potuit addita esse à Iustino, quum ipse pro Christo supplicio affectus fuerit aliquot annis ante hoc gestum, nedum ante ipsam victoriam. Præterea, ut diximus, est figmentum hominis otio suo abutentis, qui multis imperitiæ suæ argumentis commentum suum prodidit. Primum initio statim omissæ sunt appellationes Parthici, Armeniaci, Patris Patriæ, Pont. Max. & ejusmodi alia. Deinde scribit *ἱερᾷ βουλῇ*, & *τῷ δήμῳ τῷ Ῥωμαίων*. Utrunque est ab ipso Iustino desumptum. *αὐτοκράτορι Καίσαρι*, &c. *ἱερᾷ τε συγκλήτῳ, καὶ παντὶ δήμῳ Ῥωμαίων.* At neque Romani imperatores laureatas literas Senatui & populo, sed Senatui tantum mittebant, neque Senatum sacrum vocare Romanum est. Hæc duo satis *τὴν κιβδηλότητα* aperiunt. Quam imperiti sunt & Hellenismi & rerum Romanarum, qui hæc non adverterunt? Hanc Epistolam quidam Italus ex Græco conversam Onufrio Panuinio, qui Græcam nunquam viderat, communicavit. Et tamen neque ille, qui eam vertit, neque interpres Iustini ejus sententiam per omnia assequutus est, partim propter barbarismos, quibus tota scatet, partim propter menda, quæ passim in illa non pauca sunt. Sed neque intellexit quid esset *περίστασις διὰ περιβολῆς*, quæ est species *ἐμπεριειλήξεως τακτικῆς*: neque animadvertit mendum fœdissimum, quo sublato sæculum auctoris, qui hæc commentus est, aperitur. Legitur itaque vulgo: *καταλαμβανομένου μου ὑπὸ δρακόντων ἑβδομήκοντα τεσσάρων.* Neque enim somniandum est *δράκοντας* signa militaria. Nam ea Romanorum propria signa erant, non Barbarorum. Sed legendum est *δρούγκων*, non *δρακόντων*. Drungus, ut docti sciunt, est cohors, vox barbara, à sæculo Diocletiani à barbaris ad Latinos, ab illis ad Græcos transmissa. Sed longum nimis fuerit omnia mendorū portenta singillatim castigare. Melius fecero, si partem Epistolæ ita, uti legendam arbitror, posuero, ut eam cum vulgari lectione eruditus lector contendens, quid à nobis in ea præstitum sit, judicare possit.

φανερὰ ὑμῖν ἐποίησα τὰ τοῦ ἐμοῦ σκοποῦ μεγέθη, ὁποῖα ἐν τῇ Γερμανίᾳ ἐκ περιστάσεως διὰ περιβολῆς ἐπακολουθήματα ἐποίησα ἐν τῇ μεθορίᾳ καμὼν καὶ παθὼν ἐν Καρνούτῳ, καταλαμβανομένου μου ὑπὸ δρούγκων ἑβδομήκοντα τεσσάρων ἀπὸ μιλίων ἐννέα. γενομένων δὲ αὐτῶν ἐγγὺς ἡμῶν, ἐξπλωράτωρες ἐμήνυσαν ἡμῖν, καὶ Πομπηϊανὸς ὁ ἡμέτερος πολέμαρχος ἐδήλωσεν ἡμῖν, ἃ ἵνα εἴδομεν (καταλαμβανόμενος δὲ ἤμην ἐν μεγέθει πλήθους ἀμίκτου καὶ στρατευμάτων λεγεῶνος Πρίμας, Δεκάτης, Γεμίνας, Φρετηνσίας) μῖγμα ἀκαταρίθμητον πλήθει παρεῖναι παμμίκτου ὄχλου χιλιάδων ἐννεακοσίων ἑβδομήκοντα ἑπτά. ἐξετάσας οὖν ἐμαυτὸν, καὶ τὸ πλῆθος τὸ ἐμὸν πρὸς τὸ μέγεθος τῶν βαρβάρων καὶ πολεμίων, κατέδραμον εἰς τὸ θεοῖς εὔχεσθαι πατρῴοις. ἀμελούμενος δὲ ὑπ' αὐτῶν, καὶ τὴν στενοχωρίαν μου θεωρήσας τῆς δυνάμεως, παρεκάλεσα τοὺς παρ' ἡμῖν λεγομένους Χριστιανοὺς, καὶ ἐπερωτήσας εὗρον πλῆθος καὶ μέγεθος αὐτῶν, ἐμβριμησάμενος εἰς αὐτούς. ὅπερ οὐκ ἔπρεπε. διὰ τὸ ὕστερον ἐπεγνωκέναι με τὴν δύναμιν αὐτῶν, οἳ οἴκοθεν ἀξάμενοι οὐ βελῶν παράρτησιν, οὔτε ὅπλων, οὔτε σαλπίγγων (διὰ τὸ ἐχθρὸν εἶναι τὸ τοιοῦτο αὐτοῖς διὰ τὸν Θεὸν, ὃν φοροῦσι κατὰ συνείδησιν, οὓς ὑπολαμβάνομεν ἀθέους εἶναι) Θεὸν ἔχουσιν αὐτόματον ἐν τῇ συνειδήσει τετειχισμένον. ῥίψαντες γὰρ ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν γῆν οὐχ ὑπὲρ ἐμοῦ μόνου ἐδεήθησαν τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τοῦ παρόντος στρατεύματος, παρήγορον γενέσθαι δίψης καὶ λιμοῦ τοῖς παροῦσι. Quid magis mirer, *ἰδιωτείαν* scriptoris, an rerum imperitiam, an sermonis *σολοικοφανὲς, καὶ λέξιν ἀνελλήνιστον*, equidem nescio. *Ἐξπλωράτωρες* usurpari cæptum sub imperio Græcorum Constantinopolitano, *δροῦγγος* infra tempora Diocletiani. *Ἀκαταρίθμητον* ineptissime, *ἀντὶ τοῦ ἀκαταρίθμητον*. Reliquorum pudet pigetque. Quis vero ferat conquisitos per totum exercitum Christianos multos tandem & innumerabiles repertos? quum Eusebius unam legionem Melitenam Christianorum totam fuisse dicat; quæ ex hoc facto Fulminatrix vocata fuerit. At istius Epistolæ *ὑποβολεὺς* scribit eos Christianos in exercitu sparsos militasse sine armis, aut telis, *μηδὲν ἀξαμένους οἴκοθεν, οὔτε βέλη, οὔτε ὅπλα.* Quis imperator pateretur in exercitu militem sine armis, sine telo? Ergo erant infra velites, ac funditores. Quid? à militibus in exercitu recensendo nonne exiguntur tela tersa, & bene samiata? Aliter de numeris expunguntur. Quanto magis, qui nulla tela habent? Quod autem *ἱστορικώτατος καὶ μνημονικώτατος* Onufrius noster scribit, ante illud tempus nullam legionem Fulminatricem vocatam fuisse, fugit eum ratio. Nam XII Legionis Fulminatricis mentio est in veteri inscriptione Tergestina, ejusque etiam meminit Dio, qui eam scribit sua ætate Cappadociæ Provinciæ impositam fuisse. Est & alia Legio Fulminatrix Constantino Porphyrogennetæ: *ὡς ἡ λεγεὼν ἡ τῶν μ μαρτύρων ἐλέγετο Κεραυνοβόλος, καὶ ἄλλη Πισιδική.* Præterea ejus meminerunt & aliæ inscriptiones. Tergestinæ autem exemplum infra subjecimus, quæ tempore Trajani XII Legionem Fulminatricem fuisse aperte ostendit.

Q. PETRONIUS. C. F. PUP.
MODESTUS. P. P. BIS
LEG. XII. FULM. ET. LEG. I. ADIUT.
VICTR. TRIB. MIL. COH. V. PR. PR.
DIVI. NERVÆ. ET. IMP. CÆS.
NERVÆ. TRAIANI. AUG. GERM.
PROVINC. HISPAN. CITER. ASTURIÆ.
ET. GALECIARUM. FLAMEN. DIVI.
CLAUDI. DEDIT. IDEMQUE. DEDICAVIT.

Quare multum fallitur noster ille *βιβλιοθήκη ἱστορικὴ περιπατοῦσα*. Iohan. Xiphilinus ex Dione ait Marcum Aurelium hujus Fulminatricis legionis inter cæteras mentionem fecisse, quum tamen in ea pseudepigrapha epistola quatuor tantum mentio fiat, Primæ, Decimæ, Geminæ, Fretensis. Nam Melitenes legionis memoria omnis intercidit. neque unde nomen acceperit scitur. non enim potest dicta videri *ἀπὸ τῆς Μελιτίνης*, quæ est urbs Cappadociæ. Ab ea enim est *Μελιτινεῖος*, non est autem *Μελιτηνὸς*. Vulgo constat duas *Μελίτας* esse, alteram inter Siciliam & Africam, hodie

hodie Maltam vocatam; alteram in mari Adriatico apud Plinium in fine libri III. Unde Μελιταῖα κυνίδια vocata volunt quidam, & in quam alii stulte curiosi Paulum ex naufragio expositum fuisse somniant. Sed à neutra Μελιτηνὸς formari potest. Apud Hieronymum Epitaphio Fabiolæ ita editum: *Quod Publius semel fecit in insula Mitylene erga unum Apostolum,&c.* Ibi Erasmus serio putat esse Mitylenem Lesbi, utpote quam dicat oppositam Asiæ: eamque esse, in qua Paulus Apostolus viperam excusserit. Quis hoc illi concedat? Hieronymus scripsit in insula Melitene pro Melite, metaplasmo sui temporis usitatissimo, Agapene pro Agape, &c. Vide indicem Grammaticum in Collectanea Inscriptionum Grutteri nostri, viri optimi & eruditissimi.

Ibidem. *quibus illam Germanicam sitim.*] Verba hæc omnia sunt ea ipsa, quæ ex Apologetico Tertulliani supra protulimus. Quo autem tempore hæc gesta sint, hoc ne ipso, quod assignatur ab Eusebio, an alio, ut dubitem, facit Dio apud Xiphilinum, qui refert hoc bello patrato M. Aurelium Imperatorem septimum appellatum, Faustinam vero matrem castrorum. Sed difficile est ex his colligere tempus hujus gesti, quum veteres Inscriptiones & nummi nihil nos juvent. Nam in nummis in tertio Consulatu VI, VII, VIII, IX, X IMPERATOR vocatur. Cæterum Inscriptio Romana ad septem Lucernas huc pertinet sine dubio:

IMP. CÆS. DIVI. ANTONINI. F. PARTH. MAX.
∴.....∴ DIVI. HADRIANI. NEP. DIVI. TRAJANI. PARTH. PRON. DIVI. NERVÆ. ABN.
M. AUR. ANTONINO. AUG. GERM. SARM.
PONT. MAX. TRIB. POT. XX. IMP. VIII.
COS. III. P. P.
QUOD OMNES. OMNIUM. ANTE. SE. MAXIMOR. IMPP. GLORIAS. SUPERGRESSUS. BELLICOSISS. GENTIB. DELETIS. ATQUE. SUBACTIS.
S. P. Q. R.

Animadvertendum vero, quod in margine Cedreni manu scripti è regione hujus historiæ notatum fuisse monet vir eruditiss. Gul. Xylander: ἐπὶ τοῦ ὑπὸ αὐτοῦ Ἀντωνίνου τοῦτο γενέσθαι ὁ σοφώτατ☉ γράφει Θεμίστι☉, ἄλλως δὲ, καὶ οὐχ οὕτως. Nam manifesto fallitur Themistius gravissimus alioqui scriptor, siquidem hoc sub Pio, non sub Marco accidisse putat.

MMCXCIII. *Antoninus Commodum filium suum consortem regni facit.*] Pollione & Apro Coss. numero superiore, ut etiam habet Chronicon Casaubonianum. Ἐπιγραφὴ epistolæ Aristidis Rhetoris de Smyrna. Αὐτοκράτορι Καίσαρι Μάρκῳ Αὐρηλίῳ Ἀντωνίνῳ Σεβαστῷ. Καὶ αὐτοκράτορι Καίσαρι Αὐρηλίῳ Κομόδῳ Σεβαστῷ Αἴλι☉ Ἀριστείδης χαίρειν.

MMCXCIV. *Antoninus cum filio de hostibus triumphavit.*] Eodem anno, quo consors imperii à patre factus. Metachronismus biennii. Lampridius in Commodo: *Post hæc venia legis Annariæ impetrata Consul est factus, & cum patre Consul est appellatus V Kal. Decemb. die, Pollione, & Apro Coss. & triumphavit cum patre. Nam & hoc Patres decreverunt.* Jul. Capitolinus in Marco: *Pannonias ergo Marcomannis, Sarmatis, Vandalis, simul etiam Quadis extinctis, servitio liberavit: & Romæ cum Commodo, quem jam Cæsarem fecerat, filio, ut diximus, suo triumphavit.*

Ibidem. *& pecuniam, quæ fisco debebatur.*] Ad verbum ex Dione, cujus verba produximus numero MMCXXXIV. Adi locum. Ibi de Indictione non vulgaria notavimus. Ab anno primo τοῦ χρηματισμοῦ τῆς Ἀντιοχείας, id est prima Indictione Juliana, ad hanc Indictionem Antoninianam, sunt anni CCXXV, id est Indictiones absolutæ XV. Habemus igitur quinque insignia exempla Indictionum, Julianæ numero MDCCCCLXIX, Hadrianeæ MMCXXXIV, Antoninianæ Piæ MMCLXIV, Antoninianæ Aureliæ MMCXCIV, Constantinianæ MMCCCCXXIX. A prima, ad secundam, intervallum Indictiones XI: à secunda, ad tertiam, Indict. II. totidem à tertia, ad quartam: à qua, ad quintam, IX. In Græcis nummis imperatorum legimus L. Ā. L. B̄. L. Γ̄. sic deinceps, quod est, ut in libris de Emendatione Temporum notamus, Λύστρῳ πρώτῳ, Λύστρῳ δευτέρῳ, Λύστρῳ τετάρτῳ: quæ est tertia pars Indictionis: & à diversis civitatibus sub eodem imperatore, diversis numeris concipiuntur, prout citius, aut serius indicta sunt tributa. In nummis M. Aurelii legimus usque ad ΛΔ L. id est trigesimum quartum Lustrum. AYT. KAIC. M. AYPHA. ANTΩNEINOC. CEB. L. ΛΔ. Quod enim L. Latino Lustrum significetur, testis est luculentissima Stele Græca, in qua L. KϚ. L. KZ. L. KH. denotant Lustrum Capitolinum XXVI, XXVII, XXVIII. de quo Lustro Agonis Capitolini non semel in eo marmore agitur. Quare errant viri doctissimi, qui illud L. Lycabanta interpretantur verbo poëtico, & parum usitato, quo annum imperii illius Cæsaris significari volunt. quod tripliciter ridiculum est, primum quod Lycabanta Latine scriptum volunt, quum non nisi Græce λυκάβας dicatur. deinde quod voce poëtica & parum nota cusores nummorum usos volunt, tanquam usitatiorem non haberent, postremo quia oporteret multos Imperatores pluribus annis imperasse, quam imperarunt: ut verbi gratia Marcum Aurelium necesse fuerit hoc pacto imperasse XXXIV annos, quum L. ΛΔ in ejus nummis legamus. Item in nummis Titi Vespasiani L. H̄. & L. Θ̄. & L. Ī. & L. IA. In nummis Pii, L. EIKOCTOY TETAPTOY, qui tamen non totos XXIII imperavit. qui biennium imperavit. in nummis Nervæ ΛΓ. qui vix inchoavit secundum annum imperii. Non potuimus adhuc hanc ἰδιωτικὴν & jocularem opinionem de animis hominum evellere. Porro INDICTIONUM etiam in veteri marmore luculenta extat mentio. Adi Collectanea Grutteriana CCLXVIII, 5. ubi videbis sub Antonino Caracalla IND. XXX. IND. VI. IND. XIIX, &c. Ego ita interpretor. Si quid alius melius excogitaverit, non invitus sententiam mutavero. Sed videtur esse id, quod diximus: quanquam non potest esse Indictio imperatoria, non magis quam lustra illa, de quibus jam disseruimus, quæ in nummis extant. Indictiones enim Imperatoriæ semper ad idem principium recurrunt. Indictiones vero provinciarum, & corporatorum à diversis initiis pendebant, ut illæ Tignariorum indictiones in eadem Inscriptione, in qua mentio fit LVII IND. Denique Imperatoriæ Indictiones initium ducunt omnes à remissionibus tributorum, καὶ ἀπὸ τῆς αὐτονομίας. Lustra autem provincialia & Indictiones corporatorum à diversis initiis & caussis.

Ibid. *Pecuniam, quæ fisco debebatur.*] Jul. Capitolinus, *Tributa, vel vectigalia, ubi necessitas cogebat, remisit.*

Ibid. *duras quoque leges novis constitutionibus temperarunt.*] Proculdubio S.C. Orfitianum intelligit, quod factum hoc anno Orfito, & Vettio Rufo Coss.

MMCXCV. *Antoninus post victoriam.*] Hieronymus ad verbum ex Eutropio, Eutropius ex Julio Capitolino. *In munere autem publico tam magnanimus fuit, ut centum leones una missione simul exhiberet sagittis interfectos.* Idem de Antonino Pio narrat Capitolinus.

Ibid. *Smyrna.*] Eusebius ex Dione: χρήματά τε πολλὰς

πολλαῖς πόλεσιν ἔδωκεν, ἐν αἷς καὶ τῇ Σμύρνῃ δεινῶς ὑπὸ σεισμοῦ φθαρείσῃ. καὶ αὐτὴν καὶ βουλευτῇ ἐστρατηγηκότι ἀνοικοδομῆσαι προσέταξεν. Sed videndus Ariſtides, cujus extant quatuor de hac Smyrnæ clade orationes.

Ibid. *Antoninus in Pannonia morbo periit.*] Natus eſt M. Annio Vero, & Augure Coss. numero MMCXXXVII. Vixit annos LVIII ſolidos, & quod excurrit apud Dionem. Ergo obiit numero MMCXCV. ut hic recte notatum eſt. Non eſt audiendus Jul. Capitolinus, qui anno LXI obiiſſe dicit, neque Eutropius, qui Capitolinum ſequitur. Sed Aur. Victori cum Dione convenit, qui anno quinquageſimo nono exceſſiſſe ajunt. Porro apud Clementem Alexandrinum à diverſis epochis ad initium Commodi intervalla dinumerantur, quæ omnia vitioſiſſima ſunt. Quare caveant ab illis rei Chronologicæ ſtudioſi. Illud autem vere à Chryſerote Nomenclatore Marci Aurelii Antonini Liberto dictum, ab initio Cæſaris, ad exceſſum Marci Aurelii, eſſe annos CCXXVI, qui de numero præſenti MMCXCV deducti relinquunt epocham veram Julii Cæſaris MDCCCCLXIX.

Ibidem. *In Pannonia.*] Sirmii, quæ urbs Pannoniæ. Tertullianus: *Quum Marco Aurelio apud Sirmium Reipublicæ exempto, die decimo ſexto Kalendarum Aprilium Archigallus ille ſanctiſſimus, die nono Kalendarum earundem, quo ſanguinem impurum lacertos quoque caſtrando libabat pro ſalute Imperatoris Marci jam interempti, ſolita æque imperia mandavit.* De ſanguinis die, qui conveniebat in IX Kal. April. non opus repetere quæ à doctiſſimis viris notata ſunt, de quo hic intelligit Tertull. præſertim, quæ ab incomparabili viro Iſacio Caſaubono divinis in Auguſtam hiſtoriam Commentariis collecta ſunt. Inde Sanguinei Galli dicuntur Lucano: *crinemque rotantes Sanguinei populis ulularunt triſtia Galli.* ut habent meliores ſcripti codices Lucani, non *Sanguineum* ut editiones. Claudianus de raptu, II: *ſanguineis ululantia Dindyma Gallis.*

MMCXCVI. *Commodus de Germanis triumphavit.*] Eutropius: *Hujus ſucceſſor L. Antoninus Commodus nihil paternum habuit, niſi quod contra Germanos feliciter & ipſe pugnavit.* Triumphaſſe Lampridius dicit, non ſolum viciſſe, *Bellum etiam, quod pene pater confecerat, regibus hoſtium addictus remiſit, ac Romam reverſus eſt. Romam ut rediit, ſubactore ſuo Anthero poſt ſe in curru locato ita triumphavit, ut eum ſæpius cervice reflexa publice oscularetur.*

Ibidem. *Templum Sarapidis Alexandriæ incenſum.*] Clemens Protreptico: καὶ τὸ ἐν Ῥώμῃ Καπετώλιον ἐπινενέμηται πολλάκις (τὸ πῦρ) οὐκ ἀπέχετο δὲ οὐδὲ τοῦ ἐν Ἀλεξανδρέων πόλει Σαράπιδος ἱεροῦ.

MMCXCIX. *Thermæ Commodianæ.*] In regione prima Urbis, auctoribus, Sex. Ruf. & P. Victore. Lampridius lavacrum vocat: *Opera ejus, præter lavacrum, quod Cleander nomine ipſius fecerat, nulla extant. Sed nomen ejus alienis operibus inciſum Senatus eraſit.* Idem habebat in animo Sex. Aur. Victor Andr. Schotti: *Mœnia Romana potentia vix digna lavandi uſui inſtituit.* Sed legendum *Amœnia*. Loca vacantia in ambitu urbis. Gloſſarium ἀκτάς vertit. *Amœnia urbis.* Apulejus de mundo. *Amœna* Auſonio:

Euboicæ referunt per amœna ſonantia cymbæ.

Et in veteri inſcriptione, in memoria juxta Ravennam, ut habet vetus Schedion membranaceum, quod dedit mihi ὁ μακαρίτης nunquam ſatis laudatus Petrus Pithæus. D. N. REX. THEODORICUS. FAVENTE. DOM. ET BELLO. GLORIOSUS. ET. OTIO. FABRICIS. SUIS. AMOENA. CONIUNGENS. STERILI. PALUDE. SICCATA. HOS. HORTOS. SUAVI. HORTORUM. FECUNDITATE. DITAVIT. Varro & Carminius apud Servium *Amœna* interpretantur loca vacantia & ſine fructu, quomodo accipienda in loco Victoris jam à nobis producto, & in inſcriptione ſuperiori. Quanquam Sex. Aur. Victor videtur non tam pro locis vacantibus accipere, quam pro operibus publicis, quæ in locis vacantibus immolita ſunt: quemadmodum Caſſiodorus: Aſprenate & Clemente Coss. *Multa amœnia celeberrima Romæ facta ſunt.*

Ibidem. *Thermæ Commodianæ factæ.*] In Græcis ἀφιερώθησαν. *dedicatæ ſunt.*

MMCC. *Commodus Septembrem menſem nomine ſuo appellavit.*] Hieronymus ab Eutropio. Meminerunt & alii. Sed Lampridius Sextilem menſem, non Septembrem, Commodum vocatum fuiſſe ſcribit. Apud eundem legitur III Nonas Commodias. In veteri lapide Lanuvino...... IDUS COMMODAS...... ELIANO COS. Id eſt, L. Eggio Marullo, Cn. Papirio Æliano Coss. numero hoc ipſo MMCC.

MMCCIII.] Rurſus maleferiati homines huc inculcarant de ſenatore Apollonio ex lib. V Hiſtor Eccleſ. cap. XXI editionis Rufini, pag. 54 Græci exemplaris. Ibi ſcribit Euſebius quendam nomine Apollonium (Senatorem autem non vocat, ut iſte) Chriſtianiſmi delatum capitis ſupplicio affectum fuiſſe; poſtquam intrepide coram Senatu rationem fidei edidiſſet. quod quidem prave & præpoſtere & exceptum à Rufino & interpretatum eſt; tanquam Apollonius librum Apologeticum pro fide à ſe compoſitum Senatui legiſſet. Hoc enim ex verbis Euſebii colligi non poteſt: ſed tantum eum, poſtquam fidei Chriſtianæ in Senatu rationem edidiſſet, ſententia capitali damnatum fuiſſe. Sed quis ignorat inſcitiam Rufini? Ubi etiam notet eruditus lector, pro quo vulgo legitur ἐπιτηδείων αὐτῷ διακόνων, Rufinum legere, ἕνα γέ τινα τῶν εἰς ταῦτα ἐπιτηδείων αὐτῷ καὶ ἀπόνων. Nimirum ἀπόνων, id eſt ἀπονενοημένων. Verba autem Euſebii male à Rufino concepta, hæc ſunt: ὁ δ᾽ ἐγε θεοφιλέστατος μάρτυς πολλὰ λιπαρῶς ἱκετεύσας τοῦ δικαστοῦ, καὶ λόγον αὐτῷ ἐπὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς αἰτήσας δοῦναι, λογιωτάτην ὑπὲρ ἧς ἐμαρτύρει πίστεως ἐπὶ πάντων παρασχὼν ἀπολογίαν κεφαλικῇ κολάσει ἀπὸ δόγματος συγκλήτου τελειοῦται. *Deo autem acceptiſſimus Martyr, poſtquam multis precibus à judice contendiſſet, ut in Senatu rationem reddere ſibi liceret, diſertiſſima fidei, cujus nomine arceſſebatur, coram omnibus defenſione expoſita, capitali ſupplicio ex ſententia Senatus afficitur.* vel, *gladio ex ſententia Senatus animadvertitur.* Ex illis verbis λογιωτάτην παρασχὼν ἀπολογίαν Rufinus colligit, & adeo interpretatur, librum Apologeticum ab Apollonio conſcriptum & Senatui oblatum fuiſſe, quum poſſit etiam ſine ſcripto, idque tribus verbis, omnis apologia reddi: quemadmodum hic intelligendum eſt, ore, non ſcripto, fidei ſuæ defenſionem edidiſſe. Neque enim aliud ex verbis Euſebii colligi poteſt. Quare adverſus & Euſebii mentem, & verba contextus Græci Chriſtophorſonus ait *accuratiſſimam orationem apologeticam pro fidei, quam profitebatur, defenſione coram omnibus recitaſſe.* quæ quivis Grammaticus literis Græcis mediocriter tinctus facile confutaverit. Nam, ut reliqua taceam; male illud ὑπὲρ ἧς ἐμαρτύρει vertit. Sed ne ſolum Rufinum in partes vocemus, idem quoque ex illis verbis Euſebii divinat Hieronymus libro de claris Scriptoribus, aitque Apollonium inſigne volumen à ſe compoſitum in Senatu legiſſe, & eum Senatorem vocat. quod profecto ex Euſebio probari non poteſt, qui Apollonium vocat ἄνδρα τῶν τότε πιστῶν ἐπὶ παιδείᾳ καὶ φιλοσοφίᾳ βεβοημένων. Quis ex his colligat Se-

 natorem

natorem fuisse? Si Senator fuisset, an Eusebium putamus id taciturum? Unde vero de hoc martyre Hieronymus, & Rufinus scire potuerunt, nisi ex Eusebio? In epistola ad Magnum Oratorem urbis Romæ: *Hippolytus quoque & Apollonius Romanæ urbis Senatores propria opuscula condiderunt.* Iste Hippolytus Romanæ urbis Senator tam ignotus potuit esse Hieronymo, quam liber Apollonii, qui nunquam fuit. Hæc, ut dixi, ex præpostera Eusebiani loci interpretatione derivata sunt, dum ἀπολογίαν pro libello apologetico accipiunt. Neque dubito Hieronymum, quum illa scriberet, non Græcum Eusebii exemplar, sed Rufini interpretationem Latinam in manibus habuisse. Inde in Martyrologio Romano & Senator Apollonius vocatur, & insigne volumen à se compositum in Senatu recitasse dicitur, XVIII Mai. Quæ omnia ex Rufini interpretatione excerpta sunt. Ex verbis autem Eusebii non magis colligi potest apologeticum librum ab Apollonio editum, quam ex illis Pauli Apostoli II Timoth. IV. 16. ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι συμπαρεγένετο. An dicendum Apostolum quoque apologeticum librum scripsisse?

MMCCV. *Commodus Imperator Colossi capite sublato.*] Vide quæ ad numerum MMXCI. Lampridius: *Colossi autem caput dempsit, quod Neronis esset, ac suum imposuit.* Neronis etiam caput fuisse Dio in Vespasiano ait apud Xiphilinum: φασὶ δὲ αὐτὸν (τὸν κολοσσὸν) τό, τε ὕψος ἑκατὸν ποδῶν, καὶ τὸ εἶδος οἱ μὲν τὸ τοῦ Νέρωνος, οἱ δὲ τὸ τοῦ Τίτου ἔχειν. Vespasianum erexisse Colossum cum capite Neronis septem annis post ejus mortem, quis credat, nisi qui absurdis capitur? Dion ait Colossum illum à Vespasiano erectum. Suetonius, cui fidem adhibemus, à Vespasiano refectum. Scribit enim Vespasianum Colossi refectori optimum congiarium dedisse. Igitur Colossus erectus à Nerone cum capite ipsius Neronis: refectus à Vespasiano cum capite Solis habente radios septem, singulos P. VII. Iterum Commodus ablato capite Solis suum reposuit. Illarum enim immanium statuarum capita & brachia, quod exemptilia essent, committebantur gomphis ferreis, aut plumbeis, binis, aut ternis, ut etiam hodie videre est Romæ in statuis vetustissimis. Hieronymus in cap. III Habacuc: *Si quando Tyrannus detruncatur, imagines quoque ejus deponuntur, & statuæ: & vultu tantummodo commutato, ablatoque capite, ejus, qui vicerit, facies superponitur; ut manente corpore, capitibus præcisis, caput aliud commutetur.* Ideo elegantissime Tertullianus cap. XII Apologetici: *Cervices ponimus ante plumbum. Glutinum & Gomphosis capiti sunt Diis vestris.* γόμφωσιν & coagmentationem capitibus simulacrorum ex plumbo fieri ait. quod verum est. Hunc locum tanta felicitate restitutum quidam ἄμουσοι καὶ κακοήθεις ausi sunt reprehendere: qui utinam mihi vulgatam lectionem interpretarentur. Sed hodie plures invenias, qui malint reprehendere, quam discere, obtrectari, quam assentiri.

Ibid. *Colossi capite sublato.*] Herodianus: τοῦ μεγίστου ἀγάλματος κολοσσιαίου, ὅπερ σέβουσι Ῥωμαῖοι, εἰκόνα φέρον Ἡλίου, τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν, ἱδρύσατο ἑαυτοῦ. Mancus locus. Videtur ita supplendus: τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἀντιτιθεὶς, ἱδρύσατο ἑαυτῷ. Vides Colossum non Neronis, sed Solis caput habuisse, ut à Vespasiano institutum fuerat. Dio apud Xiphilinum: καὶ γὰρ τοῦ κολοσσοῦ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν, καὶ ἑτέραν ἑαυτοῦ ἀντιθεὶς, καὶ ῥόπαλόν δοὺς, &c. Huc pertinet nummus illius Monstri. ΑΥΤΟΚ. ΚΑΙΣ. Μ. ΑΥΡ. ΚΟΜΟΔΟΣ. ΑΝΤ. ΣΕΒ. ΕΥΣΕΒ. ΗΛΙΟΣ. ΗΡΑΚΛΗΣ. Vocat Colossum Solem Herculem, quia eum habitu Herculis instruxerat, ut ait Dio, & Herodianus, suo capite vicem capitis Solis posito. qui quidem nummus à studiosis notari debet. Et quod Herodianus dixit, ὅπερ σέβουσι Ῥωμαῖοι, idem Plinius antea extulerat, *qui dicatus Soli venerationi est.* Id est ὄν τινα τῷ ἡλίῳ καθιερωμένον σέβουσι Ῥωμαῖοι. Male apud Plinium " *Solis.* vide ad numerum MMXCI. ubi errorem Spartiani notamus; qui hunc Colossum Neroni dicatum, dempto vultu Neronis, Soli Hadrianum consecrasse refert, quum hoc non Hadrianus, sed Vespasianus fecerit. In Græcis Eusebii ἡλιακῷ Κολοσσῷ, quod quare " omiserit Hieronymus, caussam nullam video. "

MMCCVII. *Incendio Romæ facto.*] De quo vide Xiphilinum in fine Commodi. Totidem verbis ex hoc loco Orosius in suum librum transtulit. Sed duo incendia fuisse narrat, quorum posteriore templum Vestæ arsisse. Meminit & templi Vestæ concremati is, qui nomine Sibyllarum otio lectorum illusit, ut ea, quæ ante eum facta erant, pro futuris enunciaret. Versus sunt hi, quibus Romam affatur:

οὐκέτι γάρ περὶ σεῖο τὸ τῆς φιλοθρέμμονος ὕλης
παρθενικῆς κῦρας πῦρ ἔνθεον εὑρήσουσιν.
ἔσβεσται περὶ σεῖο πάλαι πεποθημένος οἶκος,
ἡνίκα δεύτερον εἶδον ἐγὼ ῥιπτούμενον οἶκον
πρηνηδὸν πυρὶ τεγγόμενον διὰ χειρὸς ἀνάγνου,
οἶκον ἀειθάλλοντα θεοῦ τηρήμονα ναόν, &c.

MMCCVIII. *Commodus strangulatur in domo Vestiliani.*] Ita Græca, ἐν οἰκίᾳ Βεστιλιανοῦ. Sed Vectiliana domus dicitur à P. Victore in II Regione urbis. & Vectilianas ædes vocat Lampridius. Periit Commodus Q. Sosio Falcone, C. Julio Erucio Claro Coss. designatis. Auctor Dio. ὁ γὰρ Κόμοδος ἀμφοτέρους ἀπελέιν ἐβούλετο τοὺς ὑπάτους, Ἐρύκιον τε Κλᾶρον, καὶ Σόσιον Φάλκωνα. Ergo interfectus ipso VII, Pertinace II coss. numero MMCCVIII, ut hic recte po- " nitur. Præterea Clemens Alexandr. ab Actiaca vi- " ctoria, ad mortem Commodi putat annos absolutos " CCXXII, quibus de præsenti numero MMCCVIII, de- " ductis, relinquitur numerus MDCCCCLXXXVI, qui " est annus primus Actiacus Augustorum. Quare " conditores Fastorum, perperam hoc par consulum " Commodi VII, Pertinacis II in annum Christi " CXCIII conjiciunt, manifesto metachronismo unius " anni. "

Ibidem. *Commodus strangulatur.*] Eutropius: *Obiit morte subita, adeo ut strangulatus, vel veneno interfectus putaretur.* Clarius Lampridius: *Primum ei venenum dederunt: quod quum minus operaretur, per athletam, cum quo exerceri solebat, eum strangulaverunt.* Dio, quia venenum propinatum minus strenuum esset ad hominem peragendum, subjicit, οὕτω δὴ Νάρκισσον τινὰ γυμναστὴν ἐπέπεμψαν αὐτῷ, καὶ δι᾽ αὐτοῦ λούμενον αὐτὸν ἀπέπνιξαν. Obscurius dicto lucem adfert Sex. Aur. Victor Andr. Schotti: *Commodum quidem primo occultius veneno petivere anno regni tertio fere, atque decimo: cujus frustratu per cibum, quo se casu repleverat, quum tamen alvi dolorem causaretur, auctore medico principe factionis in palæstram perrexit. Ibi per ministrum ungendi* (iatralipten, vel, ut Dio, γυμναστὴν, vel Athletam, ut Lampridius) *(nam forte is quoque è consilio erat) faucibus, quasi arte exercitii, brachiorum nodo validius pressis, expiravit.* Intelligit per speciem exercendi, ut solebat, collum ejus brachii sui flexu Athletam

Athletam implicasse, atque obtorto collo suffocasse. quod genus παλαίσματος Græci ἀγκύρισμα, vel ἀγκυρισμὸν vocant: quum scilicet collum adversarii implicans nexu brachii antagonistes, manu eadem adversum humerum corripit, atque ita valide obstricto collo adversarium strangulat. Adversum enim humerum tanquam dente anchoræ prehendens nomen schemati palæstrico dedit. Aristophanes Equitibus optime id ostendit:

Κἦν πῃ δ' αὐτῶν γνῷς ἀπεράγμον' ὄζα καὶ κεχλιδότα,
Καταγαγὼν ἐκ Χερρονήσου, διαβαλὼν, ἀγκυρίσας,
Εἶτ' ἀποστρέψας τὸν ὦμον, αὐτὸν ἀνεκολάβισας.

Ubi & signatissimo verbo ἐγκολαβίσεως utitur, quod constrictionem significat. Non sincere hæc exponit Scholiastes Aristophanis, qui ἀγκύρισμα ἀπὸ τῆς ἀγκύλης imperitissime deducit, & ὑποσκελισμὸν interpretatur. Certe ὦμος, quod est in verbis Aristophanis, longe distat ἀπὸ τῆς ἀγκύλης, quod est in expositione Grammatici.

MMCCIX. *Pertinax.*] De Pertinacis patria ita tradunt auctores. Dio Ligurem domo Alba: Capitolinus natum in Apennino, villa Martis. Aur. Victor in agro Squallido Lilii Gentiani apud Ligures. Pater Helvius Successus, inquit Capitolinus, filio Pertinaci nomen imposuit, quod pertinaciter coctiliariam tabernam exerceret. Aur. Victor ita cognominatum, quod pertinaciter imperium recusaret. Atqui jam in Consulatu suo ita vocabatur. Futilis vero caussa Pertinacem filium vocatum, quod pater Successus pertinaciter lignariam, sive coctiliariam negotiationem exerceret, quandoquidem non filius, sed potius ipse pater ita vocandus fuerit, qui in ea negotiatione versaretur. Lignariam aut coctiliariam negotiationem exercent, qui ligna cocta, aut arida vendunt, quæ ἄκαπνα in Lemmate Martialis in Apophoretis & κάγκανα Homero dicuntur. In principio vitæ Pertinacis Successus dicitur lignariam negotiationem exercuisse, quam infra vocat Coctiliariam. Coctiliaria igitur, & lignaria idem est. & Coctilia sunt ἄκαπνα, ut apud Trebellium Pollionem in Claudio ex Epistola Valeriani Augusti, *batilla coctilium.* Vindex summus antiquitatis contendit in vita Pertinacis legendum *Coactiliariam tabernam.* Longe tamen aliud est Coctiliarius à Coactiliario. Coctiliarius est coctorum lignorum negotiator, Coactiliarius est πιλοποιός. Nos Coactilia vulgo *Feltra* vocamus. In subsidium sententiæ suæ advocat veterem Inscriptionem, in qua legitur LANARIUS COACTILIARIUS. Sed, ut ibi sententia sua, ita hic in hac Inscriptione fefellit eum memoria. Nam ea habet LANARIUS COACTOR, non LANARIUS COACTILIARIUS. Extat ea inscriptio Brixiæ.

Ibid. *mensibus sex.*] Eusebius ipse lib. V Eccles. Hist. cap. XXVII: αὐτοκράτωρ Σεβῆρος ὑφ' ὅλοις μησὶν ἓξ μετὰ τὴν Κομόδου πλὴν τὴν Περτίνακος διαγενομένου. Capitolinus duos menses, dies XXV. hoc est dies LXXXVI. à quo non longe recedit Dion, qui LXXXVII dies imperio ejus adtribuit. Eutropius dies LXXX. Commodus interfectus est exitu anni, Q. Sossio Falcone, C. Julio Erucio Claro Coss. designatis, id est ipso Commodo VII, Pertinace II Coss. quum Erucius & Clarus proximis Kal. Januarii inituri essent magistratum: quod diserte ostendit Dio. Nam statuerat Commodus ipsos Consules designatos interficere, ut ipse Kalendis sequentibus prodiret Consul & Secutor. Severus vero inivit imperium Kal. Junii. Quare inter mortem Commodi, & initium Severi, sunt menses absoluti quinque. Proinde minus quam sex menses imperavit Pertinax, & plus quam dies LXXXVII.

Ibidem. *Pertinax septuagenario major.*] Capitolinus sexagenario major, quo auctore vixit annis LX, mensib. VII, dieb. XXVI. Dion annorum LXVII, mensium IV, dierum III. Eutropius septuaginta annos attigisse, ut Eusebius: Aur. Victor LXVII cum Dione.

Ibidem. *Pertinax obsecrante Senatu.*] Eusebius ex Dione: ὅτε δὲ τὴν γυναῖκα Αὐγοῦσταν, ὅτε τὸν υἱὸν Καίσαρα, καίπερ ψηφισαμένων ἡμῶν, ποιῆσαι ἠθέλησεν. Ideo nullus nummus extat istius mulieris. Adversus Dionem Iul. Capitolinus: *Eadem die, qua Augustus est appellatus, & Flavia Titiana uxor ejus Augusta est appellata.* Cui melius credetur, quam Dioni ipsi, qui interfuit?

Ibidem. *Pertinax occiditur.*] Hieronymus ab Eutropio.

Ibid. *Iuliani Iurisperiti scelere.*] Didii Iuliani. Georgii Syncelli nugatoria sententia: Ἰουλιανὸς ὁ κληθεὶς Δίδιος διὰ τὸ χρήμασι τὴν βασιλείαν ὠνήσασθαι.

Ibidem. *Severus.*] Omnes PR. hic habent: *Ideo autem hic duo anni positi sunt, quia superiore anno sex menses regnavit Severus.* BONG. MMCCX. *eo quod superioris anni sex mensibus regnavit Severus.* Significat se unum annum bifariam divisisse. Ideo quum interfectus sit Pertinax numero MMCCIX, se ordiri imperium Severi à numero MMCCX. Sed non sunt Eusebii. Orosius ab initio Pertinacis, ad finem Didii Iuliani, annum unum absumptum fuisse dicit, senis mensibus utriusque imperio imputatis. Quod falsum est. Minus enim quam dimidium anni inter initium Pertinacis, & Severi interjectum est.

Ibid. *Severus provincia Tripolitana.*] Hieronymus ab Eutropio.

Ibidem. *& in honorem Pertinacis.*] Spartianus: *Denique cognomentum Pertinacis non tam ex sua voluntate, quam ex morum parsimonia videtur habuisse.* Non solum se Pertinacem cognominari voluit, sed & se ipse in genus Marci Aurelii Antonini inseruit. Dio de ipso: μάλιστα δὲ ἡμᾶς ἐξέπληξεν, ὅτι τοῦ τε Μάρκου υἱὸν, καὶ τοῦ Κομόδου ἀδελφὸν ἑαυτὸν ἔλεγε. τῷ τε Κομόδῳ, ὃν πρώην ὕβριζεν, ἡρωϊκὰς ἐδίδου τιμάς. Itaque eum se Marci filium vocasse testantur nummi. L. SEPTIMUS SEVERUS PERTINAX AUG. IMP. VII DIVI. M. PII F. P. M. TR. P. IV. COS. II. P. P. Fratrem quoque Commodum vocasse constat ex Inscriptione. DIVO. COMMODO FRATRI. IMP. CÆS. L. SEPTIMI. SEVERI. PII. PERTINACIS. AUG. Quin & Caracalla Commodus vocatur. In ejus nummo: ΚΟΜΟΔΟΥ ΚΑΙ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ. Ubi duo illa confirmantur, quæ scribit Dio, & fratrem Commodi sese appellasse, & divinos illi honores decrevisse, quum hic vocetur DIVUS.

MMCCXI. *Polycarpus quoque & Bacchylus.*] Ita omnes scripti. Verum non solum mendosus est locus, sed etiam mutilus. Ita enim conceptum Hieronymus reliquerat: *Polycrates quoque Asianæ Provinciæ, & Bacchylus Corinthiorum Episcopus.* Vide caput XXII Historiæ Ecclesiasticæ quintæ. Hujus Polycratis numero sequenti fit mentio, & plenius apud Hieronymum ipsum libro de Scriptorib. Eccles. Hujus vide Epistolam ad Victorem urbis Romanæ Episcopum, cap. XXIV. Hist. V Eccles. Editiones recte habent Polycrates.

Ibid. *Bacchylus.*] Βακχύλος scribendum esse vincit analogia Hellenismi. Unde Βακχυλίδης. Post hanc Pericopen legitur de Candido Christianorum disputatore in editionibus. quod huc intrusum fuisse arguunt omnes scripti libri, qui non habent. Scripserat autem iste Candidus εἰς τὴν ἑξαήμερον. Histor. Eccl. V.

 cap.

cap. XXVII, & Hieronym. de Script. Eccles. Ephesinæ autem παροικίας erat Episcopus Polycrates. propterea vocat eum Asianæ provinciæ Episcopum.

MMCCXII. *Quæstione orta.*] Horum Græca non habemus. Sed possunt suppleri ex lib. V Hist. Eccles.

,, Ibid. *an secundum legem Moysi* XIV.] Tertullianus
,, de præscript. *Est præterea his omnibus etiam Blastus ac-*
,, *cedens, qui latenter Iudaismum ivit introducere. Pascha enim*
,, *dici non aliter custodiendum esse, nisi secundum legem Moysi*
,, XIV *mensis.* Ante hoc tempus omnes Asianæ ecclesiæ
,, XIV Luna Pascha celebrabant, ut ex Eusebio constat.
,, Sed ab hoc tempore, auctore Victore, Dominica
,, proxima post XIV Lunam Pascha celebrari ceptum.
,, Tertullianus autem scribebat sub Heliogabalo &
,, Severo.

MMCCXIII. *Iudaicum & Samariticum bellum motum.*] Historia nobis ignota. Scimus quidem eo tempore motus in Syria fuisse Claudio latrone duce, homine Judæo. Sed quid hoc ad Samaritas? Præterea Senatus Severo Judaicum triumphum decrevit. Sed hoc accidit numero MMCCXVIII, quando Severus & Antoninus filius consulatum in Syria inierunt.

MMCCXV. *Severus Parthos.*] Hieronymus ab Eutropio totidem verbis. Parthicum quidem vocatum Severum scribit Spartianus, sed nomen hoc respuisse, ne Parthos lacesseret. quod perridiculum est, quum nullus fere nummus sit, nulla inscriptio Severi sine cognomine Parthici.

,, Ibid. *Severus Parthos.*] Oppiani illud adulatorium
,, libro primo κυνηγ.

,, — Μή μοι βροτολοιγὸν ἀείδης.
,, Οὐκ ἐρέω πολέμους, οὐκ ἄρεος ἔργα κάκιστα,
,, Ἐφρασάμην Πάρθων τε δύας, καὶ Κτησιφόωντα.

Dionysius ὁ περιηγητὴς de Parthorum indomita ferocia præfatus quædam postea subjicit:

Ἀλλ᾽ ἔμπης καὶ τοὺς δῆριν ἀμαιμακέτους περ ἐόντας
Αὐσονίου βασιλῆος ἐπεπρήϋνεν ἀκωκή.

De victoria Parthica loquitur non Augusti tam retro à sæculo Dionysii remoti, sed Septimii Severi, sub quo hæc scribebat. Hoc solo argumento Eustathius Dionysium τὸν περιηγητὴν sub Augusto fuisse somniat, adeo ut omnes ὕπαρ, οὐκ ὄναρ esse putaverint. At quin ipse Poëta se eo tempore scripsisse testatur, quo non unus, sed aliquot simul imperabant. Verba ejus:

Ῥώμην τιμήεσσαν ἐμῶν μέγαν οἶκον ἀνάκτων.

Si de uno tantum voluisset loqui, nullum negotium erat dicere — ἐμοῦ μέγαν οἶκον ἄνακτος. Imo de pluribus loqui, quando unus tantum imperat, neque Imperatori gratum, neque Poëtæ tutum. ἐμῶν igitur ἀνάκτων, Severi Patris, Caracallæ, & Getæ filiorum. Unde Tertulliano dicta est *triplex potestas* imperium Romanorum sub illis tribus Augustis. Vetus Inscriptio.

IMP. CÆSAR. LVCIVS. SEPTIMIVS.
SEVERVS. PIVS. PERTINAX. AVG.
ARABIC. ADIABENICVS. PARTHICVS.
MAXIMVS. PONT. MAX. TRIB.
POTEST. IX. IMP. XI. COS. II.
P. P. PROCOS. ET. IMP. CÆSAR.
MARCVS. AVRELIVS. ANTONINVS.
PIVS. AVG. TRIB. POT. IV.
PROCOS. ET. IMP. P. SEPTIMIVS.
GETA. ANTONIN. VIAS. ET. PONTES.
REST. AB AVG. MIL.
PAS. XXXI.

,, Præterea nuper effossum est in Britannia saxum ab
,, erudito Gul. Cambdeno in suo eximio opere produ-
,, citur, in quo pater, & duo filii Augusti vocantur.

PRO. SALVTE ,,
AVGG. N N. ,,
SEVERI. ET. ANTON ,,
NI. ET. GETÆ. CÆS ,,
P. SALTIENVS. P. F. MÆ ,,
CIA. THALAMVS. HADRI ,,
PRAEF. LEG. II. AVG. ,,
C. V. AMPELIANO. ET ,,
LVCILIAN. ,,

En triplicem potestatem, quam intelligit Tertullianus, Severi, Caracallæ, Getæ, non autem Severi, Caracallæ, & Clodii, ut jlocalariter interpretatur vir eruditus Pamelius. Huc mirum in modum faciunt illa ex Dione: Μέγας μὲν γὰρ ὡς ἀληθῶς ὁ Πλαυτιανὸς καὶ ὑπερμέγας ἐγεγόνει, ὥστε καὶ τὸν δῆμον ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ ποτὲ εἰπεῖν, τί τρέμεις, τί δ᾽ ὠχριᾷς; πλεῖον τῶν τριῶν κέκτησαι. ἔλεγον δὲ τοῦτο οὐ πρὸς ἐκεῖνον δῆθεν, ἀλλ᾽ ἄλλως. τρεῖς δὲ ἐνέφαινον, τόν τε Σεβῆρον, τούς τε υἱέας αὐτοῦ, Ἀντωνῖνον καὶ Γέταν. Ecquodnam illustrius exemplum occurrere potuit, quam hoc tam expressum, de triplici potestate? Sed neque illud minus notabile in nummo Getæ, IMP. CÆS. P. SEP. GETA. PIUS. AUG. PONTIF. TR. P. II. COS. II. DES. III. P. P. S. C. Ubi tres figuræ sacrificantes, patris Severi, & filiorum. Quod elegantius exprimitur alio nummo, in quo Severus medius duobus filiis stipatus sedet globum tenens, Geta bacillum, Caracalla volumen complicatum gestante. Inscriptio: ΑΥΤ. ΚΑΙϹ. ϹΕΟΥΗΡΟϹ. Α. ϹΕΠ. ΓΕΤΑϹ. Κ. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥ. ΑΝΤΩΝΗ. Itaque hæc est vera triplex potestas. Hinc colligimus Getam Augustum vocatum secundo suo Consulatu, anno imperii Severiani XIII, numero MMCCXXI: imo anno antecedenti jam IMP. vocabatur, ut ex nummo ejusdem Getæ constat: IMP. CÆS. P. SEPT. GETA. PIUS. AUG. SÆCULARIA. SACRA. S. C. Extant vero sex, aut septem ejusdem exempli Inscriptiones cum triplici illa potestate Patris & utriusque filii, immutatis tantum caussis dedicationis in fine singularum. Sed alia insignis inscriptio omittenda non est, quæ in civitate Marchionatus Badensis extat, in qua Caracalla dicitur Imperator destinatus.

M. AVRELIO
ANTONINO. CÆS.
IMP. DESTINATO.
IMP. L. SEPTIMI.
SEVERI. PERTINACIS.
AVG. FILIO.
RESP. AQV.

Item lapide nuper eruto ex eodem Cambdeno. ,,

IMP. SEVERVS ,,
AVG. ET. ANTONINVS ,,
CÆS. DESTINATVS ,,
RESTITVERVNT. CVRAN ,,
TE. VIRIO. LVPO. LEG. E ,,
ORUM. PR. PR. ,,

Igitur — ἐμῶν μέγαν οἶκον ἀνάκτων, id est Severi & liberorum. Eodem itaque tempore Oppianus & Dionysius elegantissimi Poëtæ carmina sua ediderunt. Facessat opinio de Augusti temporibus, sub quo Dionysium scripsisse nugatur Eustathius.

Ibid. *Adiabenicus.*] PR. *Azabenicus.* quod est idem. Diæta, Zeta; Diabolus, Zabolus. Unde Hieronymus in VI cap. Epistolæ ad Ephes. Diabolum secundum Græcos criminatorem significare ait, secundum Hebræos καταῤῥέοντα: quia habet quandam similitudinem cum Zabulon, quod significat καταῤῥέοντα. Sed nemo non videt nimis violentam originationem esse. Nam Zabolos est vitium καὶ παραστροφὴ vulgi ita loquentis & Zetam pro Diæta usurpantis.

MMCCXVI. *Thermæ Severianæ apud Antiochiam.*] Quarum meminit Evagrius lib. II, cap. XIII: ubi Trajani, Severi,

Severi, & Hadriani βαλανείων mentio, meminit & Spartianus in Severo.

Ibid. *& Romæ facta.*] In prima Regione Commodianæ & Severianæ Thermæ in continenti ponuntur à P. Victore.

Ibid. *& Septizonium exstructum.*] Septizonium habet BONG. Reliqui omnes Septizodium: item editiones. & veteres commutant hæc inter se: ut circulum dierum in Hebdomadis quidam Septizodium, alii Septizonium vocant. Omnem septenarium ordinem ita vocabant. Claudianus:

Quæ septem scopulis Zonas imitatur Olympi.

Et moles alias aliis superstructas eodem nomine appellant. Spartianus in Geta: *Occisus Geta illatus est majorum sepulchro, hoc est Severi, quod est in Appia via euntibus ad partem dexteram, specie Septizonii extructum, quod sibi ille vivus ornaverat.* Omnia igitur ædificia ex molibus alia alii impositis consurgentia hoc nomine censebantur, ut instar illius sepulchri. Videndum, an sit illud mirabile opus Severi, cujus tantum reliquiæ extant, quod Septizonium Severi vocatur: de quo Spartianus: *Quum Septimius Pertinax Severus Septizonium faceret, nihil aliud cogitavit, quam ut ex Africa venientibus suum opus occurreret.* Neque vero illam operosissimam domum Domitiani, quam tot epigrammatis Martialis magnificat, & Parrhasiam aulam vocat, aliud putandum est fuisse, quam speciem Septizonii. Hoc omnino illis confirmatur:

Septenos pariter credas assurgere montes.
Thessalicum levior Pelion Ossa tulit.

Unde *Giganteos contextus* dixit Marcellinus lib. XVI, quum de similibus structuris, & molibus immanibus loqueretur. Apud P. Victorem Septizonium Severi ponitur in X regione, ut re vera est. Sed & ponit in XII. Quare aut hoc non fuerit Severi, aut plura Seve-
,, rus fecerit. Suetonius scribit Titum Vespasianum
,, prope Septizonium natum. Fuerunt igitur Septizo-
,, nia Romæ ante Titum ut Severus Septizonii primus
,, auctor dici non possit. Sed & extra Italiam Septizo-
,, nia fuerunt. Ad urbem enim Emeritam in Lusita-
,, nia est ingens moles, sed vetustate deformata, quæ
,, vulgo *Settisolio* vocatur, nomen manifesto detortum
,, ex *Settizodio*: ut Romæ *S. Lucia in Septisolio*, hoc est
,, in Septizodio illo Severi. Tota vero hæc perioche
,, ab Hieronymo est, & à Cassiodoro in annum sequen-
,, tem confertur, Fabiano & Muciano Coss.

Ibid. *Septizonium.*] Spartianus: *Opera publica ejus præcipua extant Septizonium, & Thermæ Severianæ.*

MMCCXVIII. *Persecutione.*] Optimè signatum tempus: Severo August. IV, Antonino Coss. Spartianus: *In itinere Palæstinis plurima jura fundavit. Judæos fieri sub gravi pœna vetuit. Idem etiam de Christianis sanxit.* Judæi veteres: גזרו שמד שלא יקראו בתורה *Interdicto sanxerunt, ne legem legerent.* Hoc à Trajano, & à sequentibus Principibus sancitum produnt. Quod verissimum. Sed mirum elogium de persecutore Christianorum apud Tertullianum ad Scapulam, cap. IV: *Sed & Clarissimas feminas, & Clarissimos viros Severus sciens hujus sectæ esse non modo non læsit, verum & testimonio exornavit, & populo furenti in os palam restitit.*

,, Ibidem. *Leonides Origenis pater.*] Origenem
,, tum fuisse annorum XVII scribit in libro de Scri-
,, ptoribus Ecclesiast. Natus igitur videtur numero
,, MMCC. Mortuum idem ait ætatis suæ anno LXIX
,, sub Volusiano & Gallo. Discessit ergo numero
,, MMCCLXVIII. qui est ultimus annus Galli & Vo-
,, lusiani.

MMCCXX. *Musanus.*] Vide IV Hist. Eccles. cap. XXVIII. Et Hieronym. in Catalogo.

Ibidem. *Hoc anno Iobeleum à majoribus invenimus celebratum.*] Nullum jobeleum potuit celebrari neque secundum rationes Iudaicas, neque secundum Eusebianas, quæ jobel constituunt quinquaginta annorum solidorum. Omnino Sæculares ludos hoc anno à Severo celebratos scimus, Cilone & Libone Coss. & hoc est, quod in animo habebat Eusebius. *majores nostri* intelliguntur Christiani. Sed ii nullum Iobel eo anno celebrarunt. Est hallucinatio Eusebii.

Ibid. *Duodecimo anno Severi, & CCLII Antiochenæ urbis.*] CCLII annus Antiochenus respondet anno CCV Christi Eusebiano, & CCIV Dionysiano. Per perpetuam regulam deducenda sunt XLVIII de annis Antiochenis, ut habeas annum Christi Dionysianum. Contra XLVIII addenda annis Christi Dionysianis ad methodum annorum Antiochenorum. Rursus de numero Eusebiano deducenda 1968, ut habeas annum Antiochenum.

MMCCXXII. *Severus in Britannias.*] Ad verbum Hieronymus ex Eutropio. Orosius & Cassiodorus hinc hauserunt.

Ibid. *per* CXXXII *passuum millia.*] In vetustioribus Eutropii exemplaribus deerat nota centenarii. Sed eam reponendam esse tum hic locus Hieronymi, tum Pæanius paraphrastes indicat: χάρακα παρέβαλεν ἐπὶ δύο καὶ τριάκοντα πρὸς τοῖς ἑκατὸν σημείοις ἐκτείνας αὐτὸν πρὸς θάλασσαν. Hæc tamen nota centenarii deest etiam in Cassiodoro. Hunc vallum Dio διατείχισμα vocat; qui à mari, ad mare pertingeret, & transversam insulam secaret. Hujus reliquias vidimus, quum Londinio in Scotiam iter faceremus. Spartianus: *Britanniam (quod maximum ejus imperii decus est) muro per transversam insulam ducto, utrinque ad finem Oceani munivit. unde etiam Britannici nomen accepit.* Sed ante eum idem fecerat Hadrianus. Spartianus: *Britanniam petiit, in qua multa correxit, murumque per octoginta millia passuum primus duxit, qui Barbaros Romanosque divideret.* Et post eum Antoninus Pius. Capitolinus: *Britannos per Lollium Vrbicum legatum vicit, alio muro cespititio submotis barbaris ducto.* Alio, inquit, muro, nempe præter eum, quem Hadrianus duxerat.

Ibid. CXXXII *passuum.*] In Græcis σταδίους χιλίους, hoc est CXXV passuum millibus, si octo stadia mille passibus imputentur. Sed οἱ ἀκριβέστεροι mille passum definiunt stadiorum VII. S. quæ profecto sunt millia passuum CXXXII, cum besse. Itaque si bessem excurrentem exceperis, proculdubio χίλια στάδια, quæ extant in Græcis, recte hic, aut apud Eutropium, redduntur CXXXII millia passum.

MMCCXXIII. *Tertullianus.*] Scripsit juvenis sub Severo opusculum de Pallio primitias operum suorum scholastico Afrorum charactere, quem postea à reliquis suis scriptis abdicavit. Apologeticum dubito an sub Severo scripserit, quum dicat, *Papias leges heri constantissimus Principum Severus exclusit.* Videtur de mortuo loqui. Liber ad Scapulam sub Heliogabalo scriptus est, mortuo jam Antonino Caracalla. Hoc satis illa verba declarant: *Nam & Proculum Christianum, qui Torpacion cognominabatur, Euhodeæ procuratorem, qui eum per oleum aliquando curaverat, requisivit, & in Palatio suo habuit usq; ad mortem ejus: quem & Antoninus optime noverat, lacte Christiano educatus.* Nemo sanæ mentis putaverit de Antonino Caracalla vivente dictum. Istum autem Proculum ridicule confundunt cum erudito illo, qui in Hæreses scripsit, cujus meminit idem in Valentinianos cap. V: *Proculus noster virginis senectæ, & Christianæ eloquentiæ dignitas.* Πρόκλος ἡμέτερος γεροντοπαρθενίας, καὶ τῆς Χριστιανῆς εὐφραδίας πρόσχημα:

cujus quamvis eloquentissimi, & veteris Ecclesiæ scriptoris miror Hieronymum mentionem nullam fecisse. Iste vero Proculus Euodiæ procurator, qualium studiorum aut artium fuerit potius, quam Theologus, argumento sit, quod feminæ procurator, & villicus, aut dispensator erat.

MMCCXXVI. *Severus Eboraci in Britannia moritur.*] Natus VI Eidus Aprilis, Claro II, & Severo Coss. numero MMCLXII. Obiit pridie Non. Febr. Vixit annos LXV, menses IX, dies XXII. Mortuus igitur anno sexagesimo sexto ætatis, numero MMCCXXVII. Prochronismus unius anni est. Aliter κατὰ τοὺς δημοσιονικοὺς κανόνας. Natus est aureo numero XIV. Igitur XIII addenda ejus ætati ad methodum numeri aurei. Obiit sexagesimo sexto anno. Adjectis XIII, residuo per XIX partito, superest numerus aureus III, in quo obiit, qui convenit numero MMCCXXVII. Nam numerus Eusebianus unitate deminutus, & per XIX divisus relinquit numerum aureum. Hæc via omnium tutissima est ad temporum rationes investigandas.

Ibid. *Eboraci.*] Nota insignem hallucinationem Iornandis: *Britannicum bellum exortum: unde Severus mirabiliter triumphavit.* Vult enim triumphasse ex ea provincia, ex qua, postquam in eam venit, nunquam pedem extulit, ut qui Eboraci mortuus sit.

MMCCXXVII. *Antoninus cognomento Caracalla Severi fil. ann. VII.*] Eutropius *anno imperii sexto, mense secundo.* Quod ego non capio, an sexto absoluto, mense secundo septimi currentis? Sane ita vertit Pæanius, βασιλεύσας ἒξ ἔτη, καὶ μῆνας δύο. neque aliter Dion. an secundo anni sexti? Utraque locutio insolens. Liberalior est Eusebius VI Histor. Eccl. pag. 63. ἔτη βασιλεύσαντος ἑπτὰ, καὶ μῆνας ἕξ.

MMCCXXIX. *Antoninus Caracalla cognominatus propter genus vestis.*] Idem Spartianus: *Ipse Caracalli nomen accepit à vestimento, quod populo dederat, demisso usque ad talos, quod antea non fuerat. Unde hodieque Antoninianæ dicuntur Caracallæ ejusmodi in usu maxime Romanæ plebis frequentatæ.* Eadem fere repetit Aurel. Victor Andreæ Schotti. Alter Aur. Victor ex Gallia has vestes prodiisse scribit. Dion μανδύῃ similem dicit. Glossarium: Καρακάλλιον, *Cuculla*. Hieronymus de veste Sacerdotali: *& efficitur palliolum miræ pulchritudinis, præstringens fulgore oculos, in modum Caracallarum, sed absque cucullis.* Ex quibus colligimus hoc genus vestis nunquam fuisse sine cucullis: quod proprium Gallorum est. Sed illud mirum, palliolum vocari ab Hieronymo, quod ad talos demissum Spartianus fuisse dicit. Certe Caraca, & Casaca Gallis etiamnum dicitur Chlamys vel cum cucullo, vel sine cucullo. Quemadmodum Antoninus à genere vestis cognominatus est, ita è contrario genus vestis καβάδιον à Cabade Rege Persarum dictum est, teste Tzetze. 443.

Ἔνδυμα σύναλιον, στρατιωτικὸν τὸ εἷμα,
ὅπερ καβάδης λέγεται ἀπὸ Καβάδου Πέρσου.

Ex his constat & καβάδην quoque non minus, quam Caracallam, esse chlamydem militarem. Id nomen hodie in idiotismo Græco tam frequens est, quam usus ipsius vestis inter ipsos Græcos.

MMCCXXXI. *Antoninus Romæ Thermas.*] Eutropius: *Opus Romæ egregium fecit Lavacra, quæ Antoniniana appellantur. nihil præterea memorabile.* Spartianus: *Opera Romæ reliquit Thermas nominis sui eximias.* Aur. Victor Andreæ Schotti has Thermas vocat *ad lavandum absoluta opera pulchri cultus.* Fuerunt autem in XII Regione urbis. Basis Romæ in illis Thermis effossa est, cujus in dextro latere hæc leguntur:

MAX. AUG.
N. DIOCLETIANO. II COS.
SUB. FELICE. PROC. AUG. N.
THERM. ANTONIANARUM.

Ut sine dubio eas instauraverit Diocletianus, quemadmodum & Nicomediæ idem Imp. refecit alias THERMAS ANTONINIANAS, quæ non videntur esse à Caracalla constructæ, sed aut à Pio, aut à Marco. Mirum vero in basi Romana à tergo legi nomina Q. SOSSII FALCONIS, & C. IULI. ERUCTI COSS. in quorum magistratu Pertinax occisus est. De eo viderint docti. Nam ego nihil pronuncio.

MMCCXXXII. *Antoninus tam impatiens.*] Totidem verbis Eutropius, unde Hieronymus hausit. Pete historiam ex Spartiano: ex quo Eutropius.

Ibid. *Novercam suam Iuliam.*] Matrem Getæ: quæ tam in nummis, quam in lapidibus dicitur MATER CASTRORUM. Mater autem Bassiani & ipsa quoq; omnino fuit: quod manifesto ostendit Oppianus poëta, qui Caracallam Iuliæ Domnæ filium esse testatur:

τ μεγάλη μεγάλῳ φιτύσατο Δόμνα Σεβήρῳ.

Nam uni Iuliæ uxori Severi cognomen fuit DOMNA. Nummi: IULIA DOMNA AUG. item: ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ ϹΕΒ. & ΔΟΜΝΑ ϹΕΒ. ΑΥΓΟΥϹΤΑ. &, ΔΟΜΝΑ ΙΟΥΛΙΑ ϹΕΟΥΗΡΑ. Nulla alia Augustarum DOMNA vocata fuit, præter hanc. Itaque cognomen, aut cognominis loco fuit. Quin & Δόμνα etiam est nomen proprium. Photius 573. 10. ἀγαγομένῳ Ισιδώρῳ Δόμναν γυναῖκα. Lapis Narbonensis

" IULIÆ. DOM
" NÆ. AUGUSTÆ
" IMP. CÆS. L. SEP
" TIMI. SEVERI. PII. PER
" TINACIS. AUG. ARA
" BICI. ADIABENICI
" P. P. P. M. TRIB. POT. IUL.
" IMP. VIII, COSS. II. ET.
" M. AURELI. ANTONI
" NI. CÆS. MATRI
" ITEMQ. CASTROR.
" DECUR. NARB.

Sed temporibus Antoninorum Pii & Marci alia fuit Iulia prorsus mihi ignota. Saxum Albæ Iuliæ:

I. O. M. ET.
JUNONI. REGIN.
PRO. SAL. IMP. M. AVR. AN
TONINI, PII. AVG. ET.
JULIÆ. AVG. MATRIS. AVG.
M. ULP. MUCIANUS.
MIL. LEG. XIII. GEM.
HOROLOGIAR. TEMPLUM.
A. SOLO. DE. SUO. EX. VOTO.
FECIT.
FALCONE. ET. CLARO. COSS.

Romæ

I. O. M.
ET. JVNONI. REGINÆ.
PRO. SALVTE.
M. AVRELII. ANTONINI.
FEL. AVG.
ET. IVLIÆ. AVG.
IVL. PVDENS. SEVERIANVS.
ARAM. CUM. BASI.
POSUIT.

Prius saxum dedicatum anno cædis Pertinacis. Quæ hæc est Iulia? Quis ille Imperator M. Aurelius Pius illis Consulibus? Neque enim de Bassiano Caracalla intelli-

intelligendum, qui tunc quatuor annorum tantum erat. item à dedicatione hujus Aræ, ad ejus imperium, sunt anni XVIII. Neque ignoramus Caracallam M. AURELIUM ANTONINUM PIUM in nummis vocari, sed jam Imperatorem. Philostratus in Sophistis: pag. 569: Ἀντωνῖνος ὃ ἦν ὁ τοῦ φιλοσόφου παῖς Ἰουλίας. Antonino Philosopho alius filius fuit præter Commodũ, alia uxor præter Faustinam? nisi legamus: ὁ τοῦ Σεβήρου παῖς καὶ Ἰουλίας. Hoc etiam ancipitem animi & suspensum tenuit Tzetzen pag. 104.

> φιλόστρατος ὁ Φλαύιος, Τύριος, οἶμαι, ῥήτωρ,
> (ἄλλος δ' ἐστὶν ὁ Ἀττικὸς) ὁ Τύριος οὖν οὗτος
> ἦν, (ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς αὐτοῦ βιβλίοις διαγράφει)
> εἷς τοῦ χοροῦ ῥητόρων τε καὶ τῶν γραμματευόντων
> τῇ Ἰουλίᾳ κρατίστῃ τελούσῃ βασιλίδι.
> σύζυγος δ' αὐτὴ οὔ φησι τίνος ἦν βασιλέως.

Et certe mihi non minorem movet admirationem. Meminit & Philostratus ejusdem alio loco, qui nunc non succurrit. Hæc nos proposuimus Chronologis eruditis, & Antiquitatis investigatoribus, ut quærant, & nos doceant, quæ nescire ingenue profitemur.

Ibid. *novercam suam Iuliam.*] Hanc historiam Hieronymus, ut diximus, ab Eutropio, ille à Spartiano petivit: quæ constare non potest. Nam quis melius scire potuit matrem Caracallæ, quam Oppianus, qui ipsi Caracallæ opus suum obtulit? Præterea quis unquam vidit nummum Caracallæ, unde aliam ei uxorem fuisse præter Plautillam Plautiani filiam, asseri possit? Sane major pars Historicorum Juliam Caracallæ matrem fuisse testatur, non novercam. de quo minime dubitandum. Herodianus, qui & Severum & Juliam novit, eam non solum Antonini, sed & Getæ matrem fuisse dicit. Quare Spartiani somnium est de Julia Caracallæ noverca.

Ibidem. *Antoninus interficitur inter Edessam & Carras.*] De loco inter Scriptores melius convenit, quam de genere mortis. Nam major pars interfectum, alii propria morte obiisse scribunt, ut Eutropius, & Sex. Rufus: *Antoninus cognomento Caracalla filius Severi Imperatoris expeditionem in Persas parans Osdroene apud Edessam propria morte obiit, & ibidem sepultus est.* Utrunque falsum. Nam & interfectus est à milite, quem submiserat Macrinus, & cadaver Romam sepulcro patris illatum.

Ibid. *& Carras.*] Quidam PR. habent Orcadas, ineptissime. Κάῤῥαι unico ῥ apud Theodoritum Eccles. Hist. lib. III cap. XXVI.

Ibidem. *anno ætatis* XLIII.] Ita omnes Scriptores, præter Dionem. Is XXIX annos vixisse scribit, qui hominem vidit. Nam ab initio Severi, ad mortem Caracallæ, intersunt anni XXIV solidi. Erat igitur quinque annorum tantum, quum pater imperium inivit. Frater enim Geta occisus est vigesimo tertio anno ætatis suæ, vicesimo postquam pater inivit imperium. Ita Antoninus Caracalla major biennio tantum fuerit fratre suo Geta. Præterea nato Geta, *Bassianus natum ovum quasi parvulus applosum ad terram fregit*, auctore Spartiano. Parvulus igitur erat Bassianus nascente Geta, utpote paulo majusculus biennio, quam frater. Quod verissimum est. Nam Spartianus ait Bassianum annos XIII natum à patre ad imperium adscitum: quod quidem accidit anno XI imperii Severiani. Adjectis IV annis solidis, quot natus erat ante initum à patre imperium, annis IX Severi fuerit XIV currens Bassiani. Quæ quum ita sint, fallitur Spartianus ipse, quique eum sequuntur, Eutropius, & alii, qui annos XLIII vitæ illum explesse dicunt. Cui melius credetur, quam Dioni, qui illis gestis interfuit? Dioni etiam assentitur Aur. Victor: *vixit annos fere triginta.*

Ibid. *Circensibus Vulcanaliorum Romæ Amphitheatrum incensum.*] Quod postea instauratum ab Heliogabalo.

Ibid. *Abgarus.*] In nummis Gordiani: ΑΒΓΑΡΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ, cum capite regis Barbari tiaram gestante. Varie hoc nomen scribitur ΑΥΓΑΡΟΣ, ΑΒΓΑΡΟΣ, quia Græci non distinguunt sonum ΑΥ ab ΑΒ. Vide Suidam voce ἱκέτευμα. Constat apud Cornel. Tacitum perperam *Abbarus*, pro *Abgarus*, legi, Annali XII.

Ibid. *Macrinus occiditur in Archelaide.*] Spartianus in suburbio Bithyniæ. Dio in Cappadocia. Intellige ergo, Archelaidem Cappadociæ. de qua Ptolemæus, & alii. Imposuit Spartiano, quod ipse Macrinus aufugit Nicomediam Bithyniæ, & inde Chalcedonem. sed ibi non est interfectus. Inde enim à militibus Heliogabali abductus in Cappadociam, ibique confossus.

MMCCXXXIV. *sacerdos Eliogabali Templi.*] In nummo ejus: IMP. ANTONINUS PIUS AUG. SACERD. DEI SOLIS ELAGAB. In vetustissimo BONG. est ELAOGABALI. Frustra docti viri torquent se in hujus nominis orthographia, alii Elagabalum ex veteribus nummis, & saxis, alii Heliogabalum ex libris scribendum esse asserentes. Ego utrovis modo legatur nihil referre dico, qui sciam tam Græcos & Latinos barbara nomina depravare, quam Barbaros Latina & Græca. Herodianus Ἐλαιαγάβαλον vocat, à quo propius abest lectio BON. *Elaogabali.* Servius ἡλιογάβαλον. Hoc enim innuunt verba ejus: *Gabalus etiam Romanus imperator Solem se dici voluit. Nam Heliogabalus dictus est.* Hinc Nicephorus Patriarcha: Ἀντωνῖνος ὁ Γάβαλος. Quod enim à quibusdam Gabalus vocaretur, non solum ex illis Servii colligimus, sed etiam idem constat ex inepto versu Imp. Macrini: *Qualis Latinus Gabalus iste fuit.* Erat enim Gabalites, ubi templum Solis fuit: unde Gabalus dictus est. Alii Emisenum faciunt. Unde Julianus Apostata eum vocat τὸ ἐκ τῆς Ἐμέσης παιδάριον. Nummi ejus: ΓΑΒΑΛΙΤΩΝ ΤΗϹ ΙΕΡΑϹ ΚΑΙ ΑϹΥΛΟΥ. Hinc Sol tutelare numen ejus urbis lingua patria dictus *Ela-Gabal.* hoc est Deus Gabalitarum. Quo qui certius etymon quærit, sensu in his literis caret. Nam sunt quidam, qui pruritu Hebraismi, Syriasmi, Arabismi, quicquid primo arrisit, statim arripiunt, quamvis vix Syriace aut Arabice legere sciunt. Quare אלה גבל Syriace & Arabice est Deus Gabalorum. Gabala autem urbs Phœnices. Quod autem à loco Deus cognominatus sit, non caret exemplo. Sic enim dicta Dea Aventina, Dea Satriana, Dea Suria, vel Syria, Deus Patrius Neapolitanorum, Θεὸς Δολιχηνός. in quibus nullum proprium nomen Numinis est, sed attributum loci. quod quidem solet fieri in Diis, de quibus ambigitur, quo nomine appellandi. unde in precibus concipiendis dicebatur, SIVE DEUS, SIVE DEA. Nam de hoc Deo Gabalitano incertum erat, Sol ne, an Jupiter esset. Lampridius: *præter ædem Heliogabali Dei, quem Solem alii, alii Iovem dicunt.* Sic de Syria Dea nemo unquam aliquid certum pronunciare potuit, quænam ea esset. propterea nomine proprio caret.

MMCCXXXVI. *Eliogabalum Templum Romæ ædificatum.*] Legendum aut Eliogabaleum, Ἐλαιαγαβάλειον, aut Eliogabali. Lampridius: *Opera publica ipsius, præter ædem Heliogabali, &c.*

MMCCXXXVII. *In Palæstina Nicopolis, quæ prius Emaus.*] Hanc historiam uni Eusebio debemus, unde & Hieronymus in Catalogum Scriptorum Ecclesiast. eam traduxit. De qua vide necessario Gulielmum Archie-

Archiepiscop. Tyrium de bello sacro lib. VII, cap. XXIV. Non conveniunt Sozomeno, qui lib. V, cap. XXI prodidit conditam à Romanis statim post Hierosolyma ab ipsis eversa: πόλις ἐστὶν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ἡ νῦν καλουμένη Νικόπολις. ταύτην δὲ ἔτι κώμην οὖσαν οἶδεν ἡ θεία τῶν Εὐαγγελίων βίβλος, καὶ Ἐμμαοῦς προσηγόρευε. Ῥωμαῖοι δὲ μετὰ τὴν ἅλωσιν Ἱεροσολύμων καὶ τὴν κατὰ τῶν Ἰουδαίων νίκην, Νικόπολιν ἀνηγόρευσαν. Certe à quadam victoria constat nominatam fuisse: & videntur vera esse, quæ de hac urbe scribit Sozomenus. Sed eam aut dirutam aut exhaustam, sub Heliogabalo colonis inductis & mœnibus instauratis exornatam fuisse necesse est. Qui in suis peregrinationibus scribunt hanc Nicopolin, sive Emmaus, GOTZ ab Arabibus vocari, hallucinantur. Hoc enim est Ierosolymorum nomen, *Kodtz mubarek*, *Sanctuarium benedictum*. ἁγιαστήριον ηὐλογημένον. Nicopolis vero distat Ierosolymis M. P. XXII. ut est in Itinerario Burdigal. Josephus ζ. ἁλώσ. β. ait ἐμμαοὺς significare λουτρὰ θερμά. Hoc verum fuerit, si scribendum sit חמי מיא. Sed σ & ου penultimum sunt de radice nominis. Itaque vera non fuerit originatio Josephi.

Ibid. *Iulio Africano scriptore temporum.*] Nicopolim hanc deductam fuisse ab Alexandro Augusto ipsemet Eusebius scribit libro priore: Νικόπολις ἐπιμήθη καλεῖσθαι ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ αὐτοκράτορος, Ἀφρικανοῦ πρεσβευσαμένου. Si Imperator Alexander deduxit hanc Coloniam, quomodo anno quarto Antonini Elagabali id potuit, quando nondum erat Imperator? Sed hic quoque hallucinatio est. Quia enim quarto anno Elagabali Africanus Chronicon suum terminavit, hoc habens in animo Eusebius confudit tempus terminati Chronici cum tempore Coloniæ deductæ, quia Africanus ejus deducendæ ergo ad Imp. Alexandrum legatus fuit. Sane hoc anno legationis suæ Iulius Africanus accuratissimus temporum observator absolvit opus suum, Grato & Seleuco Coss. Verba ejus: παρὰ τοῖς Ἀθήνησιν ἀρχόντων. Κρέοντος πρώτου ἄρχοντος ἡγησαμένου ἐπὶ τῆς ιθ Ὀλυμπιάδος. οἱ δὲ ἐπὶ κε. ἀφ' οὗ ἐπὶ τὴν Ὀλυμπιάδα ἄρχοντες ͵Ϡγ μέχρι Φιλίνου, καθ' ὃν ὑπάτευον Γρᾶτος Σαβινιανὸς, καὶ Σέλευκος, Ῥωμαίων ἀπὸ τῶν παρὰ Βρούτου μετὰ τοὺς βασιλεῖς ὑπατευσάντων, ͵ϡκε καταριθμούμενοι ἐπὶ τὰ ͵εϡκγ τοῦ κόσμου, ὅπερ ἦν Ἀντωνίνου τοῦ καὶ Αὐγούστου (Αὐΐτου) Ῥωμαίων βασιλέως ἔτος γ. Epilogismus temporis ab Adam, ad Christi natalem juxta LXX seniorum interpretationem, sunt anni MMMMMD. Sed non omnibus convenit de anno nati Messiæ. Africanus statuit numero Eusebiano MMXV, Eusebius MMXVI, Dionysius Abbas ὁ μικρὸς MMXVII, id est in XXV Decembris MMXVI. Hoc modo præsens annus, qui Eusebio est CCXXII, Dionysio CCXXI à Christo, is est Africano CCXXIII, & cum ͵ΕΦ, erit ͵ΕΨΚΓ. Sed in exemplari Georgii male à librario scriptum ͵ΕΤΚΓ. Itaque Olympiadem CCL Africanus, hoc est annum Iphiti DCCCCXCVII, lib. V ait esse annum CXCII post passionem Dominicam, quam contigisse hariolatur anno Christi XXXI. Sic 5500 anni cum 31, & 192 compositi eandem summam conficiunt ab Adam. ͵ΕΨΚΓ. συνάγονται δὲ τοίνυν οἱ χρόνοι ἐπὶ τὴν τοῦ Κυρίου παρουσίαν, ἀπὸ Ἀδὰμ, καὶ τὴν ἀνάστασιν, ἔτη ͵ΕΦΛΑ. ἀφ' οὗ χρόνου ἐπὶ Ὀλυμπιάδα (termino incluso) ΣΝ, ἔτη ΡϞΒ, ὡς ἐν τοῖς πρόσθεν ἡμῖν ἀποδέδεικται. Nimirum innuit ea, quæ antea à nobis ex eodem adducta sunt. Quare hoc anno terminavit opus suum, primo scilicet Olympiadis CCL. Quod enim annus primus Olympiadis CCL in hoc numero comprehenditur, ipse alibi ostendit, quum Olympiadas CCXLVIII ait efficere annos DCCCCLXXXIX, quum tamen uno anno plus dicat: sed ille annus comprehendit primum Olympiadis CCXLIX. Ita enim de Olympiadibus concludit: τῇ δὲ παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις (τοῖς Ἠλείοις legendum) Ὀλυμπιάδων ἀνεγράφησαν σταδιονῖκαι ΣΜΗ μόνοις ἐτῶν ͵Ϡ πθ ἀρξαμένοις. Nimirum is annus erat primus Olympiadis CCXLIX: atque in eo Macrinus inivit imperium. Photius de Africano: ἄρχεται δὲ ἀπὸ τῆς Μωσαϊκῆς κοσμογονίας, καὶ κάτεισιν ἕως τῆς Χριστοῦ παρουσίας. ἐπιτροχάδην δὲ διαλαμβάνει καὶ τὰ ἀπὸ Χριστοῦ μέχρι τῆς Μακρίνου βασιλείας. nempe hunc locum, quem jam produximus, habebat in animo, anno primo Olymp. CCXLIX, numero Eusebiano MMCCXXXVII, primo anno imperii Macriniani. ὅτε αὐτῷ, ὥς φησιν, καὶ ἤδη ἡ συγγραφὴ συνετελεῖτο ἐτῶν οὖσα ͵εϡκγ. Hic hallucinatur. Nam annus ab Adam ͵εϡκγ desinit, non in anno imperii Macriniani, sed in tertio Heliogabali, primo Olympiadis CCL, ut clare à nobis supra demonstratum est. Fallitur & idem Photius, qui hunc Africanum faciat auctorem τῶν λεγομένων Κεστῶν, quum is fuerit Σέξτος Ἀφρικανός. Sed sequitur Eusebium, qui in priore libro ita scribit. Vide Suidam. Rursus hallucinatio est Suidæ, qui putat hunc Sextum esse eum, in quem scripsit Origenes de historia Susannæ, quum idem sit, qui Chronicon scripsit, & de quo hæc à nobis diatriba instituta est.

Ibid. *Antoninus Romæ occiditur tumultu militari cum matre Symia Sira.*] Hieronymus ex Eutropio.

Ibid. *cum matre Symia Sira.*] Appellationes imponere à rebus, quæ in amoribus & deliciis sunt, omnium nationum commune est, à floribus, ab arboribus, herbis, gemmis, mundo muliebri. Sed hoc Judæis, Æthiopibus, Syris, Arabibus tam frequens, tam vulgo usitatum, ut earum nationum proprium videri possit. Exemplo erit Σόαιμος, quo nomine is vocabatur, quem propter ζηλοτυπίαν Herodes Magnus interfecit. Is erat homo Syrus, & nomen Syrum gerebat שׁהם, id est ὄνυξ gemma. Etiam Σοαίμου βασιλέως mentio Josepho lib. 11 ἁλώσ. cap. XXXV. item Σοαίμου τοῦ Ἀχαιμενίδου τοῦ Ἀρσακίδου apud Photium ex Jamblicho. Eadem origo est in nomine hujus mulieris matris Heliogabali, cui soror Mamæa, mater Julia Mæsa, amita Iulia Imp. Severi uxor. Ea in veteribus nummis Heliogabali dicitur IULIA SOÆMIAS item ΙΟΥΛΙΑ. ΣΟΑΙΜΙΗϹ. ΑΥΓΟΥϹΤΑ. & ΙΟΥΛΙΑ ϹΟΑΙΜΙΗϹ ϹΕΒΑϹΤΗ. ΜΗΤΗΡ. ϹΕΒ. Id plane est שׁוהמיא vel שׁהמיא. Hoc est ὀνυχῖτις, ὀνυχίνη. Sed nomen attributum non est sine suo substantivo. Quare vocabatur Soæmia Sihera, vel, ut hic scriptum est, Symia Sira, hoc est ὀνυχῖτις σεληνὶς, ὀνύχινον σελήνιον שׁהמיא סיהרא. *Lunula Onychine*, *Luna ex Onyche gemma*: quod est ornamentum pendens ex collo mulierum. שהרין vocatur Isaiæ, quod rectissime Lunas vertit Hieronymus, non κοσύμβας, ut LXX, quod est alienissimum huic loco. Itaque Σοαιμίης, vel, ut melius Dio, Σοαιμὶς, est nomen adjectivum, & integrum nomen constat ex adjectivo & substantivo Σοαιμὶς Σιερά. vel, ut hic, Συμία Σιρά. Nam pro ut dilatatur gutturalis He per patah raptum, aut cohibetur per sceva, pronunciatio variat, non literæ. Sic Σερία quoque dicta fuit variantibus apicibus non scriptura. In nummo enim legitur. ΙΟΥΛ: ϹΕΡ. ΚΟΛΩ. ΝΕϹΙΒ. ΜΕΤ. Id est. Ἰουλία Σερία Κολωνία Νέσιβις μητρόπολις.

„ πρόπολις. Mulieribus nomina imponi à gemmis no-
„ vum non est, quum hodieque in usu sit. Sic in veteri
„ inscriptione AMANDA ELENCHUS. Nam e-
„ lenchi sunt grandiores margaritæ Plinio & Juve-
„ nali.

OSSA

„ AMANDÆ ELENCHI. HÆC VIXIT. ANN. VIII.

„ Inscript. MCXIII, 6. Apud Lampridium ter legitur Semiamira, male proculdubio. Nam Symia Sira legendum. Sane Σύρα significat σελήνην. Nam mater Philippi ultimi Syriæ regis vocabatur Σύρα à Syris, hoc est סיהרא à Græcis eadem notione Σελήνη. Josephus 413. βασίλισσα γὰρ Σελήνη, ἡ καὶ Κλεοπάτρα καλουμένη, τῆς ἐν τῇ Συρίᾳ κατῆρχε. vide notam ad numerum MDCCCCXXIII. Sed hæc nomina tam proclive est Latinis depravare, quam Syris Latina, ut paulo ante memini me dicere. Atque hæc ita sunt, ut posuimus. Quidam male operam in his investigandis poni putant. alii omnia nomina etiam Indica & Americana eruunt ex Hebraismo, & utuntur licentia Bekkeselenica. Nos neque horum obscuram diligentiam, neque illorum putidam negligentiam imitabimur. Alteri ludibrium, alteri odium hominibus debent.

Ibid. *Simia Sira.*] Ita apud Eutropium, ut diximus. Pæanio Σιμία Ξενηρά. Legendum Σειηρά. quæ vera est pronunciatio τῆς סִיהָרָא. Qui Syriace sciunt, non dubitabunt verum esse.

MMCCXXXVIII. *Alexander.*] Anno Christi vulgari CCXXII, numero, ut hic recte assignatur, MMCCXXXVIII. In Hecca̧decaëteride Hippolyti Episcopi: Ἔτους α̅ βασιλείας Ἀλεξάνδρου αὐτοκράτορος ἐγένετο ἡ ιδ̅ τοῦ πάσχα εἰδοῖς Ἀπριλλίαις, σαββάτῳ, ἐμβολίμου μηνὸς γενομένου. Ut XIV Luna incidat in Idus Aprilis sabbato, eo sæculo, non potuit contingere nisi anno Christi Dionysiano CCXXII, numero aureo XIV, Cyclo Solis VII, litera Dominicali F.
„ Epacta tam æquabili, quam castigata ✻ sed erat XV
„ non XIV D. Onufrius noster assignat annum primum Alexandri anno Christi vulgari CCXXIV metachronismo biennii, quem omnes Chronologi sequuntur.

Ibid. *Alexander Xerxem.*] Hieronymus ad verbum ex Eutropio.

Ibid. *Xerxem.*] Dio Artaxerxem.

Ibid. *ut quasdam tumultuantes.*] Hæc Hieronymus ex Eutropio, Eutropius ex Lampridio. *Severi nomen à militibus ei inditum est, quod illi ingentem in præsentia reverentiam, magnam apud posteros gloriam peperit, quum eo accessisset, ut de animi virtute nomen acceperit: si quidem solus inventus sit, qui tumultuantes legiones exauctoraverit.*

MMCCXLII. *Thermæ Alexandrinæ Romæ ædificatæ.*] Neronianas instauravit, exornavitque, atque de nomine suo Alexandrinas appellavit; ut diximus in Nerone, ubi etiam verba adduximus P. Victoris ex IX Regione urbis: *Thermæ Neronianæ, quæ postea Alexandrinæ:* item Eutropii in Nerone: *Is ædificavit Romæ Thermas, quæ antea Neronianæ dictæ, nunc Alexandrinæ appellantur.* Lampridius aliter: *Opera veterum Principum instauravit. Ipse nova multa constituit: in his Thermas nominis sui juxta eas, quæ Neronianæ fuerunt aqua inducta, quæ nunc Alexandrina dicitur.* Duplices Thermas intelligit, Neronianas, quas refecit: & Alexandrinas, quas ipse novas construxit juxta Neronianas. Hoc probatur ex iis, quæ paulo antea dixerat: *ex eoque* (vectigali) *jussit Thermas, & quas ipse fundaverat, & superiores populi usibus exhiberi.* Per *superiores* intelligit haud dubie Neronianas, quas ipse refecerat.

Ibid. *Alexandrinæ.*] Quare Alexandri nomen illi impositum, ita scribit Lampridius: *Alexandri nomen accepit, quod in templo dicato apud Arcenam urbem Alexandro Magno natus esset: quum casu illuc die festo Alexandri pater cum uxore patriæ solennitatis implendæ caussa venisset. Cui rei argumentum est, quod eadem die natalem habet hic Mamææ Alexander, qua ille Magnus excessit è vita.* Et alibi: *Omina imperii hæc habuit: primum, quod ea die natus est, qua defunctus vita Alexander.* Sed non puto tam eruditos illos Syrophœnicas fuisse, ut diem obitus Alexandri tenerent, quem docti ignorant. De urbe vero Arcena patria hujus Alexandri tangit etiam Aur. Victor Andreæ Schotti: *Aurelio Alexandro Syriæ* (urbe) *orto, cui duplex, Cæsarea & Arca, nomen est.* Certe Arca, (unde Ἀρκηνὸς) vicina fuit Gabalis patriæ illius Sardanapali Heliogabali. Plinius: *Intercursant cinguntque has urbes Tetrarchiæ regionum instar singulæ, & in regna contribuuntur, Trachonitis, Paneas, in qua Cæsarea cum supradicto fonte, Abila, Arca, Ampeloessa, Gabala.* Ptolemæus: ΦΟΙΝΙΚΗΣ ΜΕΣΟΓΕΙΟΥ ΠΟΛΕΙΣ. Ἄρκα, Παλαιόβιβλος, Γάβαλα, Καισάρεια, Πανεάς. Ex quibus primum vides errorem Aur. Victoris, qui eandem Arcam cum Cæsarea facit, & vult esse urbem διώνυμον, quum duæ sint Ptolemæo & Plinio. Deinde Gabala, unde Sol ALA-GABAL dictus est, quia ejus urbis Tutela esset, vicina fuisse Arcenæ urbi: atque ita duos consobrinos, Alagabalum, & Alexandrum in vicinis urbibus natos. Denique ex loco Ptolemæi confirmatur scripta lectio Plinii, quæ habet *Gabala*, non *Gabe*, ut vulgatæ editiones. Stephanus: Ἄρκη, πόλις Φοινίκης, ἡ νῦν Ἄρκαι καλουμένη. Ἰώσηπος ἐν πέμπτῳ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας. Sic eam quoque pluraliter vocat Eusebius libro priore. Ἀλέξανδρος ὁ Μαμαίας υἱὸς ἐν Ἄρκαις τῆς παράλου τεχθεὶς Φοινίκης. Et Hieronymus Quæstionibus in Genesim: *Deinde Aracæus, qui Arcas condidit oppidum contra Tripolim in radicibus Libani situm.* Sed de nominibus urbium alibi dictum, quæ ex singulari numero in pluralem transeunt, Cajetas, Μεδιόλανα, τὰ Βουρδίγαλα, &c. item τὰ Ἔδεσσα Eusebio, & Piræa Ovidio, quod mirum est, Fast. IV: „

Sunion expositum, Pireaque tuta recessu „
Linquit— „

Dicitur enim ὁ Πειραιεὺς, non τὰ Πείραια. Smyr- „
nas quoque Cicero pro Flacco. „

MMCCXLVII. *Alexander in matrem Mamæam unice pius fuit*] Hæc Hieronymus ex ultimis verbis lib. VIII Eutropii. Mirum vero quare hæc conjecerit in X annum imperii Alexandri, quasi tunc primum cœperit pius in matrem esse, & talis non fuerit solidis annis novem antecedentibus.

MMCCL. *Alexander occiditur Moguntiaci.*] Ita etiam Orosius: sed nimirum ex hoc Eusebii loco, cui favet Herodianus, qui ad Rhenum extinctum fuisse prodit. Chronicon quoque Casaubon. ὑπὸ τὸν παπυλιῶνα ἐν Μογοντιακῷ. Aur. Victor Andreæ Schotti *in vico Britanniæ, cui vocabulum Sicila.* Sed illum vicum alii constituunt in Gallia. Lampridius, unde Aurelius Victor: *in Britannia: ut alii volunt, in Gallia, in vico, cui Sicila nomen est.* In Gallia quoque periisse testatur Eutropius.

MMCCLI. *Maximinus.*] Ad verbum Hieronymus ex Eutropio.

MMCCLII. *Maximinus adversus Ecclesiarum sacerdotes.*] Solos sacerdotes, hoc est Episcopos, supplicio afficit, tanquam doctrinæ Christianæ auctores. τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν ἄρχοντας μόνους, ὡς αἰτίους τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον διδασκαλίας, ἀναιρεῖσθαι προστάττει. lib. VI Hist. Eccl. Quare Græca in Chronico mutilata sunt

 à Geor-

„ à Georgio. Et Sulpitius Severus: *Maximinus nonnullarum ecclesiarum clericos vexavit.* Epiphanius parum caute hanc persecutionem διωγμὸν πρῶτον vocavit, Hæresi LIX, hoc est Novatianorum. Sed multis ejusmodi nevis Epiphanium insignitum esse sciunt, qui eum legerunt.

MMCCLIV. *Gordianus.*] Gordianus junior Imperator creatus Ulpio & Pontiano Coss. ludis Capitolinis, quos scenicos vocat Jul. Capitolinus. Eum autem Agonem Capitolinum undequadragesimum numerat Censorinus ab eo, quem primum Domitianus instituit, se XII, & P. Dolabella Coss. anno Christi Dionysiano LXXXVI. Quare XXXVIII Agones in annos CLII resoluti & cum annis Christi LXXXVI compositi dant annum Christi CCXXXVIII, primum imperii Gordiani, & eum ipsum, quo librum suum scribebat ipse Censorinus, numero MMCCLIV, ut hic recte notatum est. Itaque non bene anno Christi sequenti Onufrius hoc tempus assignavit, apud quem retro, usque ad tempora Augusti, paria Consulum aberrant metachronismo unius anni.

Ibid. *Romæ XVIII ordinatur Episcopus Anteros.*] Ἀντέρως vocabatur, non Ἀνθηρος, ut in omnibus libris Latinis, in quibus scribitur Antherus vitiosissime.

MMCCLIX. *milites ei tumulum.*] Ad verbum Hieronymus ex Eutropio, & ex eodem Sex. Rufus.

MMCCLX. *primusque omnium ex Romanis imperatoribus Christianus fuit.*] Næ illi magnam injuriam sacrosancto Christi cultui faciunt, qui primi hunc latronem Araba domini sui Imp. innocentissimi & Reipublicæ maxime necessarii interfectorem, idolorum cultorem, & ex cujus vita nihil tale colligi potest, Christianum ausi sunt dicere, & epistolas Origenis ad eum & Severam ejus uxorem commenti sunt, ut nimio fides haberetur. Eusebius auctores habuit, quos sequeretur lib VI, cap. XXXVI Histor. Ecclesiast. φέρεται δὲ αὐτοῦ (Ὠριγένους) καὶ πρὸς αὐτὸν βασιλέα Φίλιππον ἐπιστολή, καὶ ἄλλη πρὸς τὴν τούτου γαμετὴν Σευήραν. Totidem verbis, sed Latinis, idem prodit Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum. Vide præterea alia à veteribus Christianis conficta de satisfactione ab hoc Philippo in Ecclesia facta apud eundem Eusebium.

Ibid. *Christianus fuit.*] Christianum, cujus fraude paulo ante Gordianum occisum scribebat? quæ verba omisit Orosius, quum reliqua exscriberet, quia non videretur ei convenire Christiano esse, cujus fraude dominus interfectus esset.

MMCCLXI. *Regnantibus Philippis millesimus.*] Philippo patre III Cos. Nummi: SÆCULUM MILLENARIUM. COS. III. annis decem post Consulatum Ulpii & Pontiani, numero MMCCLXIV. Triennii prochronismus. Rursus ab istis ludis, ad Consulatum Philippi & Saliæ, Aurel. Victor Andreæ Schotti putat annos centum. qui consules proculdubio gerebant magistratum numero MMCCCLXIV. Notet Lector id, quod supra monuimus, Onuphrium in digerendis Consulum paribus uno anno metachronismi peccare, propter aliquod par Consulum suffectorum pro ordinario positum: in hoc autem centenario à ludis Philippi, ad consulatum Philippi & Saliæ, esse tantum in Fastis Onufrianis Consulum paria XCIX. Itaque ut in anterioribus unum par suffectorum extra numerum positum est, ita in hoc centenario unum par ordinariorum expunctum. Quibus animadversis, Consulatus III Philippi Aug. senioris, & II Philippi junioris congruit numero MMCCLXIII. Verba Sex. Aur. Victoris: *Annum Urbis millesimum ludis omnium generum celebrant. Et quoniam nomen admonuit, nostra quoque ætate post mille centesimus Consule Philippo excessit, nullis, uti solet, solennibus frequentatus. Adeo in dies cura minima Romanæ urbis.* Hæc ille. Eadem etiam Scriptor Græcus Zosimus conqueritur; post Sæcularia Severi, tempus præteriisse nullis sæcularibus ludis celebratum.

Ibid. *Regnantibus Philippis millesimus annus Romanæ urbis expletus est.*] Quare hic millesimum annum assignavit, quum ad hunc numerum non pertineat, & iterum infra etiam Agonis Millenarii meminerit, quærant alii. Ita non raro Hieronymus alieno loco ponere gesta solet.

Ibid. *tribus diebus & tribus noctibus.*] Ausonius:

Trina Terentino celebrata trinoctia ludo.

Chronicon Casaubonianum, ἔτος β ὀλυμπ. ΣΝ. Παννυχίσιδες ἡμερῶν τριῶν ἐν Ῥώμῃ γέγονεν, καὶ σεισμοὶ ἐν αὐτῇ ἐγένοντο πρὸ ε Ἰδῶν Σεπτεμβρίων, καὶ πρὸ ιε καλανδῶν Ὀκτωβρίων. Sed est prochronismus annorum XXXV. Istæ Παννυχίδες fiebant „ tantum ad aram Terentinam ludis sæcularibus. „

Ibid. *Theatrum Pompeii incensum.*] Eandem cladem expertum est numero MMXXXVII. Quidam scribunt à Theodorico Gothorum rege multis post annis refectum.

Ibid. *& Hecatostylon.*] Martialis:

Proxima centenis ostenditur ursa columnis,
Exornant fictæ qua platanona feræ.

Manifesto intelligitur Stadium, quod erat prope Theatrum Pompeii, regione nona; temporibus Martialis sub Domitiano constructum. Quis ignorat platanonas, daphnonas, & arbores in stadiis & Xystis seri? Zosimus lib. II: στάδιον ἦν τι περὶ τῆς πόλεως τῶν ἀφορισθέντων ἄνωθεν τῇ τῶν ὁπλομάχων ἁμίλλῃ, πανταχόθεν ὕλαις ἀμφηρεφές. Unus locus Vitruvii sufficerit ex lib. V, cap. XI. *Hæc autem porticus Xystos apud Græcos vocitatur, quod Athletæ per hiberna tempora in tectis stadiis exercentur. Facienda autem Xysta sic videntur, ut sint inter duas porticus silvæ, aut platanones, & in his perficiantur inter arbores ambulationes,* &c. In ipsis peristyliis non solum silvæ, sed & Platanones, ut apud Martialem. Domitius dicit Porticum Agrippæ intelligi. quod falsum est, si quidem verum id, quod diximus. Verum autem esse vincunt ea, quæ adduximus.

MMCCLXII. *Atlas mons natali urbis Romæ cucurrit.*] Similia αὐτόματα θέατρικὰ habes apud Martialem:

Repserunt scopuli, mirandaque silva cucurrit.

Ibidem. *Atlas mons.*] Ita habent omnes PR. &, quod caput est, omnium vetustissimus BONG. Sed PET. & FRE. *Missus natali Romanæ urbis cucurrerunt.* Quin etiam totidem verbis repetuntur à Cassiodoro. Hic igitur missus Circenses intelliguntur: de quibus in Manilianis ex Servio diximus. Sed unde tantam discrepantiam lectionum ortam esse dicemus? Nam & montes & silvas currentes in Circo induci solitas certum est: & de missibus Circensibus, quoque manifestum. Quare vulgarem lectionem in suis sedibus reliquimus, quod utra sit, quam reliquit Hieronymus, quum utraque vera sit, nobis exploratum non est. Nam unde Atlantis montis in mentem venisset ei, qui hæc interpolare voluerit, si quidem voluit interpolare? Quid enim tam inopinatum, quam mentio Atlantis montis in Circi missibus, in quibus ne vestigium quidem Atlantis montis superest? Quare consultius visum est hæc ita, ut vulgo leguntur, relinquere, præsertim quum Bongarsianus codex, qui omnes vetustate superat, ita habeat. Ante annos enim DCCCCLXXVIII scriptus est, idque quæ nota vetustatis maxima est, majusculis literis.

Ibid.

Ibid. *& agon mille annorum actus.*] Numero MMCCLXIII, & millesimus annus iniens à Palilibus Varronis. non autem MMCCLXII, ut hic ponitur. Nam non solum hoc anno Coss. fuerunt ambo Augg. senior III, & junior II, sed etiam hic est vere millesimus natalis Urbis juxta Varronis sententiam.

Ibid. *mille annorum.*] In nummis utriusque Philippi: SÆCULUM MILLENARIUM COS. III. &, MILIARIUM SÆCULUM. Vetus lapis: PRÆSENTIÆ. MATRIS. DEUM. P. SEPTIMIUS. FELIX. OB CORONAM. MILLESIMI. URBIS. ANNI. Vocati sunt & isti ludi SÆCULARES AUGUSTI, quum tamen Sæculares ludi non nisi post annos CX in orbem redirent, & XLIII annis antea eos Severus edidisset. Sed tamen in centenariis Natalibus urbis etiam iidem ludi, eadem sacra, eadem trinoctia, quæ in Sæcularibus, fiebant. Nam & centum quoque anni vocati sunt Sæculum. Porro secundum Palilia Varroniana annus urbis millesimus est numero MMCCLXIII. secundum Catonem MMCCLXIV. Priore modo peccatur prochronismo unius anni, posteriore biennii.

MMCCLXIII. *Philippus urbem nominis sui in Thracia construxit.*] Philippopolis, alias πονηρόπολις condita à Philippo Alexandri Magni patre, quod vulgo notum. Iornandes hæc more suo in suum Chronicon transcribens, *Urbemque*, inquit, *nominis sui in Thracia, quæ Pulpudena dicebatur Philippopolim reconstruens nominavit.* alibi *Puleudenam* vocat. Ad quam appellationem veterem alludit hodierna *Ploudin*, teste Corn. Sceppero. *Dulonpolis* est Suidæ. Τριμόντιον vocat Ptolemæus. Iohannes Lewnclavius vir sine exceptione doctissimus in Commentarii sectione XXXIII ad Annales Turcicos reprehendit eos, qui urbem Thraciæ Philippopolim à Philippo Alexandri Magni patre constructam putant, quum, inquit, ejus conditor fuerit Imperator Romanorum Philippus: & citat quendam ἀνώνυμον καὶ ἀνέκδοτον Græcum, cujus verba hæc fuerint: *Philippus Imperator urbem condidit in Europa.* Ubi Europa sumenda est pro Thraciæ parte, ut alibi monuimus in Vespasiano. Sed ille futilis auctor, quem producit, aut est Cedrenus, aut is, unde Cedrenus accepit ὡρμᾶτο δὲ, inquit, ἀπὸ Βόστρας τῆς Εὐρώπης, ἔνθα καὶ πόλιν ᾠκοδόμησεν, ὀνομάσας αὐτὴν Φιλιππόπολιν. Recte quidem Εὐρώπην ἀντὶ τῆς Θρᾳκίας accipit, sed male Βόστραν in ea ponit, quum sit urbs Arabiæ, ut mediocriter docti sciunt. Pervertit autem locũ aut Zonaræ, aut auctoris, unde Zonaras hausit: ὥρμητο δ᾽ ἐκ Βόστρων, ὅπου καὶ πόλιν βασιλεύσας ἐπώνυμον ἑαυτῷ ἐδομήσατο, Φιλιππούπολιν ὀνομάσας αὐτήν. Βόστρα igitur instauravit, & Philippopolim à se cognominavit, cujus in Concilio Chalcedonensi mentio fit. Aur. Victor Andreæ Schotti: *Igitur Marcus Iulius Philippus Arabs Trachonites, sumpto in consortium Philippo filio, rebus ad Orientem compositis, conditoque apud Arabiam Philippopoli oppido, Romam venere.* Itaque in nummis hujus nequam Arabis legitur: ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙC ΚΟΛΟΝΙΑ. Nam vere Bostram non condidit, quæ tot centuriis annorum ante eum steterat, & stabat adhuc, sed colonos novos in eam induxit. Aliter apud Photium 567. 20. εἰς τὰ Βόστρα τῆς Ἀραβίας πόλιν μὲν οὐκ ἀρχαίαν (ὑπὸ γὰρ Σεβήρου τοῦ βασιλέως πολίζεται) φρούριον δὲ παλαιὸν ἐπιτετειχισμένον τοῖς πέλας Διονυσιεῦσιν ὑπὸ τῶν Ἀραβικῶν βασιλέων. Castrum igitur in formam urbis à Severo ampliatum, & colonis in eam inductis à Philippo Philippopolim vocatum fuisse. Sed dubito, quum Ammianus Marcellinus lib. XIV Bostra, non Philippolim nominet, quam dicit murorum firmitate cautissimam. Sed Bostra hodie vetus nomen retinet, aliis Bussara, aliis Basra vocantibus. Secundum enim apices vocales, sine mutatione literarum בצרה tot varietates lectionis patitur. Id proprie arcem significat, aut ὀχύρωμα. & cujusmodi fuit Bursa Carthaginiensium, quam Græci Βύρσαν, non Βύστραν dicunt. In libro Prophetæ Micheæ II, 2. Bosra est caput, sive metropolis Moab. Inde colligi potest, quinam, & ubinam sint Moabitæ olim dicti, quum eorum metropolis hodie nomen retineat in prima Arabia, quæ Petræa dicitur. Quod à Severo munita sint Bostra, non sinit dubitare nummus uxoris ejus Juliæ Piæ, in quo legitur ΒΟCΤΡΗC ..... CΤΡΑ. Quod interpretamur Βόστρης τῆς στρατηγίδος. ut Nicopolis Actiaca στρατηγὶς dicebatur. Vide quæ ad numerum MDCCCCLXXXVIII ex Hesychio illustri.

Ibid. *urbem nominis sui.*] In ejus nummo, ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙC ΚΟΛΟΝΙΑC. In alio, ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΤΩΝ.

Ibid. *in Thracia construxit.*] τὸ in Thracia Græca non habent. Additum proculdubio ab Hieronymo. Sed jam id confutatum.

MMCCLXIV. *Alexandrinam Ecclesiam XIII Episcopus tenuit Dionysius.*] Dissentit à se ipso. Nam VI Hist. Eccles. Heraclæ Dionysium in Alexandrinæ Ecclesiæ sacerdotio successisse scribit anno tertio Philippi. & certe quum XVI annos Heraclas præfuerit Ecclesiæ Alexandrinæ, cujus annus primus inciderit in numerum MMCCXLVI, necessario mors ejusdem contigit numero MMCCLXII, anno tertio Philippi. Quare σφάλμα μνημονικὸν Eusebii est. Nam codicum omnium tam scriptorum, quam editorum una conspiratio est in annum quintum Philippi.

MMCCLXVI. *Philippus senior Veronæ, Romæ junior occiditur.*] Ex Eutropio Hieronymus: ex Hieronymo Inscriptio supposititia Veronæ nostræ in domo Catanęorum: ANNO CHRISTI. CCLIII. IMP. DIVUS. PHILIPPUS. SENIOR. VERONÆ. ET. ROMÆ JUNIOR. A. SATELLITIBUS. OCCISUS. EST. Sed ille impostor, qui eam concepit, vitiosa exemplaria Chronici Hieronymiani secutus est. Triennii enim metachronismo peccat, quum illi Impp. cæsi sunt annó Christi vulgari CCL: Eusebiano CCLI. Conditor Annalium Ecclesiasticorum non dubitavit vetus monumentum esse: propterea illud luculentum emblema operi suo inseruit, & tam absurdam epigraphen pro veteri proposuit. Nicephorus Patriarcha: ἐσφάγη ἐν κήποις Τιβεριανοῖς. fortasse filius, qui Romæ interfectus est.

MMCCLXVII. *Decius è Pannonia inferiore.*] Hieronymus ad verbum ex Eutropio.

Ibidem. *Budaliæ natus.*] Itinerarium: A SIRMIO SALONAS. *Budalia. Hispaneta. Ulmos.* Eadem verba Eutropii habent Sex. Aur. Victor, & Iornandes. Sed in Victore est *Bubaliæ*.

Ibid. *ob odium eorum, in Christianos persecutionem movet.*] Sed si neuter Philipporum Christianus fuit, Decio non opus fuit alio incentivo ad persequendum Christianos, quam suopte furore, & innata crudelitate. Porro hæc eadem verba repetuntur Histor. Eccles. lib. VI. cap. XXXIX. nisi quod pro Laurentio Fabianus Episcopus Romanus ponitur.

Ibid. *qua Laurentius Diaconus.*] Extant in Edit. & FRE. absunt à BON. & PET. videntur assuta.

Ibid. *Decius cum filio in Abritto occiditur.*] Non est locus in toto hoc Chronico, ubi magis dubia occurrat lectio, Græca ἐν Ἀβρύτῳ. Editiones in *Aprucio*, & in

in margine, *in Barbarico*, ex Eutropio. PR. *à Bruto occiditur*. Cui lectioni suffragatur Aur. Victor Andr. Schotti: *Decii Barbaros trans Danubium persectantes Bruti fraude cecidere*. Quis non miretur nomen loci in nomen hominis descivisse? Apud Jornandem: *Ipse bellantibus Getis, cum filio suo crudeli morte occubuit Abrupto*. Sed in codice scripto Freheri legimus *Abritto*, ut in hoc Chronico. Et in Gothicis Iornandis: *Veniensque Abrupto Mœsiæ civitatem circumseptus à Gothis & ipse extinguitur*. Cassiodorus: *Decius cum filio suo in Abricio Thraciæ loco à Gothis occiditur*. Locus iste, quisquis est, quomodocunque legendus est, apud nullum alium auctorem comparet. Præterea Zosimus de hac pugna verba faciens, non in Mœsia, neque in Thracia, sed ad ripam Tanais hoc contigisse narrat, & Decium paludis voragine immersum, quum inde non posset emergere, à Barbaris oppressum fuisse. Hoc sequutus Cedrenus 212, 45, ἐν τέλμασι periisse refert. Nicephorus: ἐσφάγη ἐν τῷ φόρῳ. Manca oratio. Legendum enim erat, ἐν τῷ φόρῳ Τερεβρωνίου, ex miscellanea historia.

MMCCLXVIII. *Pestilens morbus*.] Vide necessario Epistolam Dionysii Alexandrini Episcopi lib. VII, cap. XXII Hist. Eccles. Iornandes libro de rebus Geticis: *Defuncto tum Decio, Gallus & Volusianus regno potiti sunt Romanorum, quando & pestilens morbus pene istius necessitatis consimilis, ut nos ante hos novem annos experti sumus, faciem totius orbis fœdavit, supra modum quoque Alexandriam totiusq; Aegypti loca devastans, Dionysio historico super hanc cladem lacrimabiliter exponente, quam & noster conscripsit venerabilis martyr Christi Episcopus Cyprianus in libro, cujus titulus*, DE MORTALITATE. De hac pestilentia necessario consule Zonaram, & Cedrenum 211, 56. & 212, 10, & cultissimum volumen Pontii Diaconi de vita Cypriani, item ipsum librum Cypriani de mortalitate. Libri Cypriani meminit Procopius, Epistolæ Dionysii Eusebius lib. VII Hist. Eccles. pag. 76. b, ut paulo ante monuimus. Huc pertinet nummus Imp. Galli, APOLLINI SALUTARI. Nam quoties alicui Deo cognomen SALUTARIS apponitur, id argumento est hostiis illi Deo factum ad pestilentem morbum expiandum. Trebellius Pollio in Gallienis: *Pax igitur Deorum quæsita, inspectis Sibyllæ libris, factumque* JOVI SALUTARI, *ut præceptum fuerat, sacrificium. Nam & pestilentia tanta extiterat vel Romæ, vel in Achaicis urbibus, ut uno die quinque millia hominum pari morbo perirent*. In Convenis: JOVI. SALUTARI. ULPIANUS. GRAVI. INFIRMITATE. LIBERATUS.

Ibid. *Novatus*.] Novatus hic dicitur, item Νουάτης Hist. Eccl. lib. VI, cap. XLIII, qui aliis Græcis Ναβάτος, ut Epiphanio Hæresi LIX. Utrumque male. Non enim Novatus, sed Novatianus dicebatur. Vide Epistolam Cypriani XLVIII, & XLIX, secundum seriem editionis Pamelianæ. Omnes scriptores Novatianos vocant tanquam à Novato, quum Novatianani dicendi fuerint à Novatiano, ut Antoninianus ab Antonino. Novatianenses maluit Cyprianus in Epistola ad Iubaianum. Tamen ea verbi conformatio non sectam, sed gentilitatem & originem significat, tanquam Novatianus non hæresiarchæ, sed urbis, aut provinciæ nomen sit. Porro Epiphanius dubitat quando illa Hæresis primum cœperit. Hoc enim verba ejus indicant. Οὗτος ὁ Ναβάτος ἐπὶ τῶν Ρωμαίων. ὑπῆρχεν ἐν καιρῷ διωγμοῦ τοῦ ὑπὸ Μαξιμίνου τοῦ γενομένου πρώτου, τάχα, οἶμαι, Δεκίου [τότε ἦν] ἢ Αυρηλιανοῦ. Verba „ virgulis inclusa abundant. De Novato Afro, & de „ Novatiano Hæresiarcha lege plura apud Pacianum „ Barcionensem. ex quo plura de Novatianorum secta „ disces, quam ex aliis.

Ibid. *Iobeleus juxta majores nostros*.] Numero MMCCXX, sub Severo aliud Iobeleum à majoribus celebratum referebat. à quo, ad hunc, sunt anni XLVIII duntaxat. Deest annus explendo Iudaico Iobeleo, biennium Eusebiano. Sed quid sibi velit his Iobeleis, jam ingenue fassus sum me ignorare. Iste est annus mundi secundum Epilogismum Bibliacum, 4201: qui fiunt LXXXIV πεντηκονταετηρίδες, quas Iobeleos vocat Eusebius. Juxta hanc rationem is fuerit annus primus Iobelei LXXXV. Præterea dixit juxta majores nostros, id est, non juxta Iudæos, sed secundum Christianos, qui à Iudæis in ratione Iobeleorum dupliciter differunt, annorum numero ab Adam, & modo Iobelei. Anni ab Adam secundum Ecclesiam sunt longe plures, quam ab Hebræis colliguntur. Iobelei modus Ecclesiæ est L annorum solidorum, Hebræis undequinquaginta. Porro hanc pericopen apud unum FRE. reperi. Reliqui scripti non habebant. Editiones quoque ignorant.

MMCCLXIX. *Gallus & Volusianus*.] Fere omnia ex Eutropio.

MMCCLXX. *Valerianus in Christianos persecutione commota*.] Cyprianus in Epistola ad Successum: *Rescripsisse Valerianum ad Senatum, ut Episcopi, & Presbyteri, & Diacones in continenti animadvertantur, Senatores vero, & viri Egregii, & Equites Romani, dignitate amissa, etiam bonis spolientur: &, si ademptis facultatibus Christiani esse perseverarint, capite quoque multentur: matronæ ademptis bonis in exilium relegentur, Cæsariani, quicunque vel prius confessi fuerant, vel nunc confessi fuerint, confiscentur, & vincti in Cæsarianas possessiones descripti mittantur*. Habes hic Kaput illius persecutionis ex Rescripto Valeriani.

Ibid. *statim à Sapore Persarum rege capitur*.] Capto à Persis Valeriano, persecutionem sub Galieno ejus filio repressam statim, & pacem Ecclesiis redditam fuisse scribit in Histor. Eccles. lib. VII. cap. XIII, edicto de Christianis non persequendis emisso: cujus exemplum ibidem habes. Quæro igitur, quomodo Xystum Romæ Episcopum passum dicit anno XII Galieni, quem initio persecutionis animadversum scribit Cyprianus in eadem ad Successum Epistola? *Xystum autem*, inquit, *in cœmiterio animadversum sciatis octavo Iduum Augustarum die, & cum eodem Quartum*. Itaque hoc anno, nimirum numero MMCCLXX, capite animadversus est (non cruci affixus, ut putavit Prudentius) Xystus urbis Romæ Episcopus. Ideo falsum omnino, eum usque ad numerum MMCCLXXXI Episcopatum tenuisse. Sane hæ sunt magnæ tenebræ. Ego censeo Xystum Valeriano IV, & Gallieno III Coss. sequenti autem anno, Tusco & Basso Coss. Cyprianum passum, die dominico, Cyclo Solis XIX, postridie Idus Septembr. Chronicon Casaubon. ὑπάτων Τούσκου καὶ Βάσσου. Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ὁ ἅγιος Κυπριανὸς ἐμαρτύρησε πρὸ ιη Καλανδῶν Οκτωβρίου. quod juvat conjecturam nostram. Quod enim de anno passionis Cypriani nihil exploratum fuit veteribus, satis ex diversis eorum de hac re sententiis constare potest. Unde & apud eundem Chronographum Casaubon. ita legimus: ὑπάτων Γερμανοῦ καὶ Κορνηλίου: ἔτους σς τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως τοῦ Κυρίου, ὁ ἅγιος Κυπριανὸς ἐμαρτύρησεν. Erat annus Christi Dionysianus CCXXXVII, proinde CCV, non CCVI, à resurrectione, XXI annis ante Consulatum Tusci & Bassi, quem non dubitamus esse verum annum passionis Cypriani, ut paulo ante diximus.

Ibid. *Post Fabiani gloriosam mortem vigesimus*.] Ita omnes manuscripti. Sed apud Hieronymum Dialogo in Luciferianos, *ad Stephanum tunc Romanæ urbis Episcopum, qui à beato Petro vigesimus sextus fuit*.

MMCC-

MMCCLXXII. *Cyprianus p. R. d. P. a. e. C.E. martyrio coronatur.*] Hic est vigesimus secundus annus post imperium Alexandri Mamææ; quo Firmilianus Episcopus illam acrem Epistolam ad Cyprianum scripsit, in qua de Stephano urbis Romæ Episcopo conqueritur. *Ante*, inquit, *viginti enim & duos fere annos temporibus post Alexandrum Imperatorem, multæ isthic conflictationes, & pressuræ acciderunt*, &c. Non videtur igitur eo anno Cyprianus supplicio affectus. Georgius de Cypriano: ὁ δέ γε θεολογικώτατος Γρηγόριος ὁ Ναζιανζηνὸς ἐν τῷ εἰς Κυπριανὸν λόγῳ κατὰ Δέκιον φησὶν αὐτὸν τελειωθῆναι. Hoc in Eusebium perorans evomuit Georgius. in quo obtrectatorem potius, quam correctorem profitetur. Quomodo enim Cyprianus sub Decio supplicio affici potuit, id est numero MMCCLXVII, qui adhuc numero MMCCLXXII superstes erat? Adde hallucinationem: quod Gregorius in illa in Cyprianum oratione Decii quidem meminit, & sub eo Cyprianum relegatum ait, non autem ut sub eo passum colligi possit. Paulo antea objurgabat Eusebium, quod Cyprianum sub Gallo & Volusiano adhuc viventem introduxit. Sed nugatur.

MMCCLXXVI. *Gallieno in omnem lasciviam dissoluto, Germani Ravennam usque venerunt.*] Totidem verbis Eutropius: unde Hieronymus.

MMCCLXXVII. *Græcia, Macedonia, Pontus.*] Hæc ad verbum ex Eutropio. Trebellius Pollio: *Gothi, & Clodius, de quo dictum superius, occupatis Thraciis, Macedoniam vastarunt, Thessalonicam obsederunt*, &c. Idem scribit hoc actum Gallieno & Faustino Coss. quod huic anno convenit. Sed illi Consules in numerum MMCCLXXVIII conjecti sunt propter eam caussam, quam supra exposuimus, quod Onufrius peccet metachronismo unius anni, pari aliquo Consulum suffectorum pro ordinariis in numerum recepto. quod ulcus sanare non possumus. Delirat, ut solet, Cassiodorus, qui hoc gestum in Consulatum Albini & Maximini conjicit.

MMCCLXXVIII. *Quadi & Sarmatæ.*] Ex Eutropio Hieronymus.

MMCCLXXIX. *Germanis Hispanias.*] Ex Eutropio Hieronymus. Aur. Victor Andreæ Schotti: *Tunc æque Italiam Francorum gentes, direpta Gallia, Hispaniam possiderent, vastato, ac pene direpto Tarraconensium oppido, nactisque in tempore navigiis, pars in usque Africam permearet.* Sed de hac Tarraconensi clade audi hominem Tarraconensem Paulum Orosium: *Extant adhuc per diversas provincias in magnarum urbium ruinis parvæ & pauperes sedes signa miseriarum & nominum indicia servantes: ex quibus nos quoque in Hispania Tarraconem nostram ad consolationem miseriæ recentis ostendimus.*

MMCCLXXXI. *Odenatus Decurio Palmyrenus.*] Ad verbum ex Sex. Rufo: *Sed Gallieno Mesopotamiam invaserunt, & jam Syriam sibi Persæ cœperant vindicare, nisi, quod turpe dictu est, Odenathus Decurio Palmyrenus, collecta Syrorum agrestium manu, acriter restitisset. Is fusis aliquoties Persis, non modo nostrum limitem defendit, sed etiam ad Ctesiphontem Romani ultor imperii, quod mirum dictu est, penetravit.* Illi agrestes Syri adhuc sunt, & *Bedwin*, id est ἀγροιῶται AGRESTES etiam hodie vocantur, neq; alio nomine noti sunt: genus hominum montanum, pervicax, imperii impatiens. Itaque Epistola Zenobiæ ad Aurelianum hos intelligebat: *Latrones Syri, Aureliane, exercitum tuum vicerunt.* quales hodie, qui in Pyrenæis Bandolieri, in Illyriis Martolossi, in superioribus partibus Volgæ fluminis Kosaki vocantur, olim in Cilicia Isauri, in Britannia Scoti. Sed quare Rufus, & eum sequutus Hieronymus Odenathum Decurionem Palmyrenum vocet, omnino caussam ignoro. Nam Decuriones sunt Curiales, καὶ βουλευταὶ unius Municipii. Majorem locum oportet in patria sua obtinuisse, quam ut Decurio meruerit dici. nisi dicamus apud Palmyrenos Dynasten ita vocatum fuisse. quod non invito mihi „ quispiam persuaserit. Et sane Decurio δεκαδάρχης „ Glossario exponitur. Sed videtur fuisse Curialis municipii Palmyreni: neque meliorem hujus loci interpretationem adduci posse. Nam Agathias Odenathon hunc vocat ἄνδρα ἀφανῆ. Ὀδέναθος ὁ Παλμυρηνὸς ἀνὴρ ἀφανὴς μὲν τὰ πρῶτα, καὶ ἀγνωτος, τοῖς δὲ Σαπώρου συμφοραῖς, καὶ οἷς ἔδρασεν ἐπ' αὐτῷ, μεγίστην ἀράμενος δόξαν. Hic Imperator & Augustus ab exercitu salutatus est. Nummi ejus: IMP. C. ODENATHUS P. F. AUG. item: ΑΥΤ. ΚΑΙϹ. ΟΔΗΝΑΘΟϹ. ϹΕΒ. L. Γ. &: ΑΥΤ. Κ. ΟΔΗΝΑΘΟϹ. ΕΥϹ. ϹΕΒ. L. Δ. Obtinuit totius Orientis imperium, ut ait Trebellius, Gallieno, & Saturnino Coss. numero MMCCLXXX; vel potius MMCCLXXIX, propter metachronismum Onufrianum unius anni, de quo toties monuimus.

MMCCLXXXIII. *Galliæ per Postumum.*] Ita omnes libri, non Posthumium, ut quidam, Eutropius, & alii. Nummi ejus: IMP. C. POSTUMUS. P. F. AUG. item: IMP. C. M. CASS. LAT. POSTUMUS. P. F. AUG. Huc pertinet & ille nummus ejusdem: RESTITUTORI GALLIÆ.

Ibid. *& Victorinum.*] Qui postea Imperator. Nummi ejus: IMP. CÆS. M. AUR. VICTORINUS. P. F. AUG.

Ibid. *& Tetricum.*] Ejus Imperatoris facti nummus: IMP. C. P. PIVESUS. TETRICUS. AUG.

MMCCLXXXV. *Alexandriæ Bruchium, quod per multos annos fuerat obsessum, capitur.*] ἀνιστορησία. Hoc enim ab Aureliano receptum, non sub Claudio. Ammianus Marcellinus libro XXII: *Sed Alexandria ipsa non sensim, ut aliæ urbes, sed inter initia prima, aucta per spatiosos ambitus, internisque seditionibus diu aspere fatigata, ad ultimum multis post annis, Aureliano imperium agente, civilibus jurgiis ad certamina internecina prolapsis, diruptisque mœnibus, amisit regionum maximam (partem,) quæ* BRUCHION *appellabatur, diuturnum præstantium hominum domicilium*, &c. ubi vox *partem* abundat. Nam vult dicere Bruchium regionum Alexandriæ maximam fuisse. Alexandria enim, quemadmodum & Roma, in Regiones dividebatur, quæ κλίματα Græci vocant. Epiphanius de Philadelpho: φιλόκαλός τις ἀνὴρ καὶ φιλολόγος γεγένηται, ὅστις βιβλιοθήκην κατασκευάσας ἐπὶ τῆς Ἀλεξάνδρου πόλεως ἐν τῷ Βρουχείῳ καλουμένῳ κλίματι, &c. De seditione Alexandrina, propter quam obsessum fuit Bruchium, ut refert Marcellinus, consule Eusebium Historia Ecclesiastica septima, cap. XVIII in Rufini editione, cap. XXI, in Græca, quæ multum differunt. Sed clarius cap. XXXI, pag. 81 b, Græcæ editionis, Rufinianæ XXXVIII, ubi πυρούχειον, non βρούχειον vocatur, quasi dicas frumentarium forum, quod ex iis, quę sequuntur, colligi potest, & πυρούχους fuisse curatores frumenti, quorum mentio creberrima in veterib. Inscriptionib. Vide caput quintum Indicis in Collectanea Grutteriana. In eo igitur loco etiam hujus Βρουχείου, sive πυρουχείου obsidionis meminit, de qua monuit jam Marcellinus: Μυρίας μὲν οὖν πάσδε καὶ ἄλλας ἐριστείας ἐν τῇ κατ' Ἀλεξάνδρειαν τοῦ Πυρουχείου πολιορκίᾳ ἐμνημόνευσεν, &c. Quæ omnia Rufinus, nihil præter solitum, levis, omisit. In vita quoque Apollonii Grammatici Πυρούχειον vocatur: ᾤκει δὲ ἐν τῷ Πυρουχείῳ περὶ τὸν δρόμον, ἐν τόπῳ οὕτω καλουμένῳ περὶ Ἀλεξάνδρειαν. Atqui si περὶ Ἀλεξάνδρειαν, non ἐν

Ἀλεξανδρείᾳ. quomodo igitur erat κλίμα τῆς πόλεως, siquidem πᾶν κλίμα τῆς πόλεως debet esse ἐν τῇ πόλει, non περὶ τὴν πόλιν. Recte tamen dictum est. Nam ea pars erat veluti suburbium haud procul mari, ad Pharon pergentibus, quæ pars urbi contribuebatur, & prius vocabatur Ῥακῶτις. Hieronymus in vita Hilarionis: *Divertit ad quosdam fratres sibi notos in Bruchio haud procul ab Alexandria.* Itaque verum est, quod diximus, instar suburbani vici fuisse. Concludamus igitur, Bruchium cum Alexandria receptum & solo æquatum, dirutis Alexandriæ mœnibus, non sub Claudio, sed ab ipso Aureliano, cujus belli gestum tribus verbis perstrinxit Zosimus: σὺν τάχει δὲ καὶ Ἀλεξανδρέας στασιάσαντας καὶ πρὸς ἀπόστασιν ἰδόντας παρασησάμενος θρίαμβον εἰς τὴν Ῥώμην εἰσαγαγών, μεγίστης ἀποδοχῆς ἐκ τοῦ δήμου καὶ τῆς γερουσίας ἐτύγχανεν. In hoc triumpho, de quo loquitur Zosimus, inter captivos fuerunt (verba Vopisci) *Palmyreni, qui superfuerant, principes civitatis, & Aegyptii ob rebellionem.* Rebellaverant autem duce Firmo, *qui sibi Aegyptum sine insignibus Imperii, quasi ut esset civitas libera, vindicavit. ad quem continuo Aurelianus revertit. nec illi defuit felicitas. Nam Aegyptum statim recepit.* Fortasse hæc scribenti Hieronymo in mentem venerat Ægyptios Claudio Augusto sese dedidisse, ac propterea tunc putavit Bruchium captum fuisse. Desolatum autem & dirutum ipsum fuisse satis ostendunt verba Epiphanii. κλίμα καὶ ἔτι τοῦτο τῆς αὐτῆς πόλεως ἔρημον τανῦν ὑπάρχον.

MMCCLXXXVI. *Claudius Gothos.*] Hieronymus ex Eutropio. Totidem verbis repetunt, ut solent, Orosius, & Jornandes.

Ibidem. *Claudius Gothos.*] Antiochiano, & Orfito Coss. auctore Trebellio Pollione, hoc ipso anno.

Ibidem, *ob quæ clipeus in curia ei aureus.*] Ad verbum Hieronymus ex Eutropio, Eutropius ex Trebellio. Intellige clipeos eos, in quibus imago, sive προτομὴ Imperatoris expressa erat. Suetonius in Domitiano: *clipeosque & imagines ejus coram detrahi.* Tales erant etiam illi clipei, qui gradatim vexillis, & signis legionum affixi erant, ut apparet ex veteribus marmoribus, & nummis. Quidam ex illis habebant προτομὰς Augusti, Augustæ, Cæsarum, & aliorum Augustæ domus liberorum, quidam flosculis & encarpis tantum ornati erant. Hinc Josephus dicit, quia Pilatus Signa in Templum clam intulerat, Judæos tumultuari cœpisse. Adjicit tumultus caussam fuisse τὰς προτομὰς Καίσαρος, καὶ τὰς εἰκόνας αὐτοῦ, quas in Templo Pilatus statuisset. Neque vero audiendus est Philo, qui dicit eas ἀσπίδας sine pictura fuisse. Per clipeum igitur intellige τὴν προτομὴν, καὶ τὴν εἰκόνα. Charisius: *Clipeus masculino genere in significatione scuti ponitur, ut Labienus ait: neutro autem genere imaginem significat. Sed Asinius de provinciæ heredibus imaginis clipeum masculine dixit:* CLIPEUS PRÆTEXTÆ IMAGINIS POSITUS. Sed ridiculum quod Plinius apud eundem dicit, *Clipeum pugnatorium per I, à clependo, Clupeum imaginis per V, à cluendo.* Eædem nugæ apud Cornelium Frontonem: *Clupeum armorum: Clipeum imaginis.* Hinc explicatur, quod de clipeo, qui decreto Senatus Claudio positus est, & de quo hic sermo apud Hieronymum, refert Trebellius Pollio: *Illi* (Claudio Aug.) *clipeus aureus, vel, ut Grammatici loquuntur, clipeum aureum Senatus totius judicio in Romana curia collocatum est, ut etiam nunc videtur. Expressa thorace vultus ejus imago.* In Clipeis igitur expressa thorace tenus erat imago, quæ proprie προτομὴ dicitur, ut Josepho, & in veteri Inscriptione προτομὴ μαρμαρικὴ quidam honoratur decreto collegii. Inde Adhelmus anxius antiquarum vocum auceps libro de laudibus virginitatis non semel imagines vocat Thoracidas: quod in Germanico Teutonismo ad verbum dicitur *Brustbild.* Rufinus presbyter Thoracas vocat Hist. Eccles. lib. XI, cap. XXIX: *Thoraces Serapis, qui per singulas quasque domos in parietibus, in ingressibus, in postibus etiam, ac fenestris erant.* Virgil. Bucol. VII. “
“
—levi de marmore facta. “

Ibi Philargyrus: *Solent plerumque caput, vel thoraca facere.* “
Thoraces Serapis Rufinus dicit προτομὰς Σεράπιδος anaglyphas & extantes extra perpendiculum; quas ἀργυρᾶ μινσούρια ἀνάγλυφα vocat Constantinus Porphyrogennetes, id est *mensulas argenteas exsculptas*, quæ differebant à clipeis, quod clipei suspendebantur, & detrahi poterant, Thoraces, de quibus loquitur Rufinus, & Μινσούρια ἀνάγλυφα Constantini Porphyrogennetæ, in parietibus instructa erant. Quum igitur Thorax sit προτομὴ, manifestum est apud Pollionem legendum esse, *expresso thorace vultus ejus*, aut, *expresso thorace imaginis ejus.* Alterutrum Glossema est. ut thorax ἡ προτομὴ dicitur, sic etiam στηθάριον, hoc est *pectusculum*, in Chronico Casaubon. Symmacho, & “
Boëthio Coss. στηθάριον ἀληθινὸν μικρὸν τοῦ βασι- “
λικοῦ χαρακτῆρος Ἰουστίνου. Thoracem, id est, ima- “
ginem Justini intelligit. Προτομὴν nos vulgo Meda- “
liam vocamus, Arabes etiam *Methalia.* מתאל. quod nescio quo commercio ab Arabibus ad Italos, & Gallos delatum. Ita enim vocant numismata Christianorum, quæ expressum caput humanum præferunt. Verbum proprie significat εἰκόνα, item ænigma. Unde etiam numismata Cæsarum effigie incusa Prudentius in Laurentio Ænigmata vocat. Vetus Glossarium Latinoarabicum id verbum reddit *monetam, ænigma.* & nos aliunde id scimus verum esse.

Ibid. *clipeus aureus, & in Capitolio statua.*] De clipeo aureo jam dictum: de statua in Capitolio, rursus Trebellius: *Illi, quod nulli antea, Populus Romanus sumptu suo in Capitolio ante Iovis Optimi Maximi templum statuam auream decem pedum collocavit.* Sed quod Trebellius ait nulli antea sumptu populi statuam positam, an de sumptu ipso intelligendum? quam verum sit, ostendunt verba hæc ex eleganti Inscriptione Romana apud Gentilem Delfinium: HUIC. SENATUS. AUCTORE. IMP. TRAJANO. AUG. GERMANICO. DACICO. TRIUMPHALIA. ORNAMENT. DECREVIT. STATUAMQ. PECUN. PUBLIC. PONEND. CENSUIT. An hoc vult Trebellius, sponte sua, sine decreto Senatus, statuam sumptu suo collocasse? Sed Eutropius Senatus auctoritate id decretum ait. Intelligit ergo de modo statuæ, quæ fuerit decem pedum, quod nulli antea decretum, quum ἰσόμετροι ἀνδριάντες ponerentur. Et hoc verum est.

Ibid. *Quintilius.*] Ita omnes scripti & editi. FREH. & BONG. Quintillius. Quod propius vero. Quintillus enim vocabatur. Nummus: IMP. QUINTILLUS. AUG. item: AYT. K. M. AYP. KOYINTIΛΛOC. CEB. L. A. Quintillus quoque in Excerptis Barbaro- “
latinis. “

Ibid. *decimo septimo die imperii sui.*] Vopiscus in Aureliano *vicesimo die.*

MMCCLXXXVII. *Aurelianus Tetrico apud Catalaunos.*] Ad verbum Hieronymus ex Eutropio: Eutropius ex Trebellio: *Nam Aegyptum statim recepit, atque, ut erat ferox animi, cogitatione multus, vehementer irascens, quod adhuc*

adhuc Tetricus Gallias obtineret, Occidentem petiit: atque, ipſo Tetrico exercitum ſuum prodente, quod ejus ſcelera ferre non poſſet, deditas ſibi legiones obtinuit.

MMCCLXXXVIII. *Zenobia apud Timas.*] Sexto Rufo dicuntur Imæ. verba ejus: *Aureliani Imperatoris gloriæ Zenobia Odenathi uxor acceßit. Etenim poſt mortem mariti feminea ditione Orientis tenebat imperium: quam Aurelianus multis clibanariorum & ſagittariorum millibus fretam apud Imas haud procul ab Antiochia vicit, & captam Romam triumphans ante currum duxit.* Apud Ptolemæum duplici μμ, Ιμμαι. In vita Malchi, apud Hieronymum Imma ſingulariter. *ad eremum Chalcidos, quæ inter Immam & Eſſam magis ad auſtrum ſita eſt.* Apud Georgium: Αὐρηλιανὸς τοὺς Παλμυρηνοὺς ἐχειρώσατο, καὶ Γαλλίαν ὑπέταξεν, ἐφ' οὗ φασὶ Φιλόστρατον τὸν Ἀθηναῖον ἱστοριογράφον, καὶ Λογγῖνον ἀκμάσαι. Τότε Ζηνοβία κατὰ Ῥωμαίων ἐπαίρεται δύναμιν ἀθροίσασα πλείστην, καὶ Αἰγύπτου κρατεῖ Πρόβον ἀνελοῦσα τὸν ἐκεῖ τότε στρατηγοῦντα Ῥωμαίων. Ταύτην τὴν ἀκοὴν Αὐρηλιανὸς οὐκ ἐνεγκὼν ἔρχεται μετὰ στρατιᾶς, καὶ πλησίον Ἀντιοχείας τῆς κατὰ Συρίαν ἐν Ἰμμαις καλουμένῳ χωρίῳ τοὺς μὲν Παλμυρηνοὺς διαφθείρει, &c. Itaque varie hujus loci nomen conceptum eſt.

Ibidem. *Orientis tenebat imperium.*] Nummus ejus ΖΗΝΟΒΙΑ CΕΒΑCΤΗ.

Ibidem. *Euagrius Presbyter.*] Tunc quidem presbyter, quum hoc Chronicon Hieronymus verteret: poſtea vero ex Presbytero Antiochiæ Epiſcopus factus. Quæ vero adhuc presbyter ſcripſerit, vide apud Hieronymum in Catalogo, ubi eum acris ingenii virum vocat.

MMCCLXXXIX. *Aurelianum Romæ triumphantem.*] Hæc omnia Hieronymus verbatim ex Eutropio.

Ibidem. *Tetricus poſtea corrector Lucaniæ.*] Falſum quod mendaciorum loquaciſſimus ſcribit Zoſimus: Τέτρικον, καὶ ἄλλους ἐπαναστάντας οὐ σὺν πόνῳ καθελὼν κατὰ τὴν ἀξίαν μετῆλθεν. Nam neque Tetricum σὺν πόνῳ καθεῖλε, qui ſe ipſi, prodito exercitu, dedidit, neque μετῆλθεν αὐτὸν, quem correctura Lucaniæ honoravit, eumque Imperatorem, & ſocium ſæpe vocavit. Neque mirum ipſi mortuo divinos decretos honores, quia Imperatoris loco ſemper ab Aureliano habitus. In nummis enim tam ejus, quam filii, CONSECRATIO cuſum eſt. Unde arguitur vanitas Zoſimi. Quo enim loco Tetricus Aureliano vivus fuerit, ex eo exiſtimet lector, quod mortui memoria conſecrata eſt.

Ibidem. *à qua hodieque Romæ Zenobia nuncupatur familia.*] Ab Eutropio: *Zenobia autem poſteros, qui adhuc manent Romæ, reliquit.* Ducti ſunt in triumphum ejus liberi cum ea, quod colligimus ex Trebellio Pollione in fine Zenobiæ: *Ferturque vixiſſe cum liberis matronæ jam more Romæ.* Nam mentitur, ut alias, Zoſimus, qui mortuos ſcribit in itinere, neque ipſos, neque matrem Romam perductos. quem ſequitur Zonaras. Si igitur poſteros reliquit Zenobia, oportet eam nupſiſſe. Zonaras: ἣν ἔνιοι μὲν εἰς Ῥώμην ἀπαχθῆναι φασὶ, καὶ ἀνδρὶ συναφθῆναι τῶν ἐπιφανεστέρων ἑνί. Georgius Aureliano: Ζηνοβίαν δὲ χειρωσάμενος εἰς Ῥώμην ἤγαγεν, καὶ φιλανθρωπίᾳ χρησάμενος πολλῇ συνάπτει ταύτην ἐνδόξως ἀνδρὶ τῶν ἐν γερουσίᾳ. Trebellius in Herenniano: *Siquidem Zenobiæ poſteri etiam nunc Romæ inter nobiles manent.* An potius filii poſteros reliquerunt, & propter claritatem matris Zenobia familia dicta? Nam profecto nullam familiam Romæ à feminis denominari jus eſt. A Trebellio Eutropii verba deſumpta eſſe, dubium non eſt.

MMCCXC. *Aurelianus templum Soli.*] Georgius Codinus: ἵσταντο δὲ (οἱ κίονες) εἰς τὴν Ῥώμην, εἰς τὸν ναὸν τοῦ Ἡλίου τὸν κτισθέντα παρὰ Αὐρηλιανοῦ τοῦ βασιλέως Ῥώμης (τοῦ προδόντος ἑαυτὸν Πέρσαις) Hæc ultima verba confundunt Valerianum cum Aureliano. Zoſimus: ἐν τούτῳ καὶ τὸ τοῦ Ἡλίου δειμάμενος ἱερὸν μεγαλοπρεπῶς τοῖς ἀπὸ Παλμύρας ἐκόσμησεν ἀναθήμασιν, Ἡλίου τε καὶ Βήλου καθιδρύσας ἀγάλματα. De quibus ornamentis Vopiſcus: *Tunc illæ veſtes, quas in Templo Solis videmus, conſertæ gemmis, tum Perſici dracones*, &c. Idem Eutropius: *Templum Soli ædificavit, in quo infinitum auri gemmarumque conſtituit.* Georgius: ὁ δὲ αὐτὸς καὶ Ἡλίου ναὸν ἐν Ῥώμῃ κατεσκεύασεν χρυσῷ καὶ λίθοις ἀξιάγαστον. idem dicit, quod Eutropius. Victor Andr Schotti: *Fanum Romæ Soli magnificum conſtituit donariis ornans opulentis.* Non capio illud Vopiſci: *Templum Solis fundavit, & pontifices roboravit.* Quid eſt Pontifices roborare? Ego profecto legerim *porticibus roboravit.* Nam porticus à lateribus Templorum ædificari ſolitas ſciunt, qui veterum ſcripta legerunt. Vellejus lib. II: *templumque Apollinis, & circa porticus facturum promiſit.* unde in veteri ſaxo Puteolano legitur: ÆDEM. CUM. PORTICIBUS. A. SOLO. SUA. PEC. FECIT. Et quidem porticus roborare ædes ſacras dicuntur, quod eas utrinque veluti ſtipent, quæ quidem vocantur Ædes peripteri Vitruvio, neque alia mente LXX Seniores acceperunt τὸν οἶκον περίπτερον in fine III cap. Amos, id eſt columnis vel intra, vel "
extra templum ſeptam, non pinnatam & oſtiola per "
feneſtras habentem domum, ut interpretatur Hieronymus. Quod quid ſit, non intelligo: &, ſi quis ſe intelligere putat, longe eſt à ſenſu LXX ſeniorum & Vitruvii, & omnis architecturæ. Quanquam me- "
mini apud Vitruvium lib. X, cap. XIX. ea verba, *ſin- "
gulis partibus feneſtratis*, expreſſa eſſe ex Athenæi ver- "
bis, περιπτέρου οὔσης ἑκάστης χώρας. Sed hic ea lo- "
cum non habent. Itaque interpretatio illa non eſt "
Hieronymi, ſed ejus auctoris, à quo accepit. Qui "
vero dubitat de hac emendatione noſtra, moveat & controverſiam ſtatus illi loco apud eundem Vopiſcum, pagina ante finem: *quod in porticibus templi Solis fiſcalia vina ponuntur.* Ecce porticus circa templum Solis conſtituit. Ideo porticibus ipſum roboraſſe tam eleganter, quam vere dixit. Solis autem hoc templum in ſeptima regione ponunt Rufus, & Victor. In nummis quidem Aureliani Solis fit mentio, & ipſe Aurelianus apud Vopiſcum Solem vocat certum Deum; ſed in ipſius nummis hujus tam præclari operis ne veſtigium quidem extat. Quod autem in loco Zoſimi ſuperius à nobis producto Ἡλίου καὶ Βήλου ἀγάλματα καθιδρῦσαι Alexander dicitur, ſine dubio ſunt duo numina Palmyrenorum tutelaria, quæ in veteri Inſcriptione hominis Palmyreni dicuntur Ἀγλιβωλος καὶ Μαλάχβηλος. עֲגְלִי בֵּעַל מַלְאַךְ בֵּעַל Quorum ſigna dedicantur "
anno Seleucidarum ΦΜΖ. hoc eſt Chriſti, CCXXXVI, menſe Peritio, ſive Februario. Egregia eſt Inſcriptio illa, cui ſubjecti ſunt characteres Palmyreni no- "
bis ignoti. "

Ibidem. *& Romam firmioribus muris vallat.*] Vopiſcus: *Templum Solis magnificentiſſimum conſtituit: muros Urbis Romæ ſic ampliavit, ut quinquaginta prope millia murorum ejus ambitus teneat.* Chronicon Caſaubon. hæc retulit ſub COSS. Tacito, & Placidiano, numero antecedente.

Ibidem. *& Romam firmioribus muris.*] Ad verbum Hieronymus ex Eutropio. Chronicon Caſaubon. Ἰνδ. ε ὑπ. ΤΑΚΙΤΟΥ, καὶ ΠΛΑΚΙΔΙΑΝΟΥ. τούτοις τοῖς ὑπάτοις Αὐρηλιανὸς Αὔγουστος ἤρξατο τὰ τείχη Ῥώμης

μης ἀνανεωῶ. ἦν γὰρ τῷ χρόνῳ φθαρέντα. Sed illi Consules gerebant magistratum indictione septima, ,, non quinta, anno Christi Dionysiano CCLXXIV. Ite- ,, rum vetustate & incuria collapsos muros Arcadius ,, & Honorius Augg. ex suggestione Stilichonis re- ,, fecerunt, ut in veteri inscriptione Romana extat, & ,, apud Claudianum in VI Consulatu Honorii.

Ibidem. *Primus agon Solis ab Aureliano institutus.*] Ergo eodem anno Agon Capitolinus, & Agon Solis celebrabantur. Agon Capitolinus institutus numero MMCII. Intervallum ad hunc agonem, anni CLXXXVIII. hoc est agones Capitolini absoluti XLVII. Quare hoc anno inivit Domitiani agon Capitolinus XLVIII, & Aureliani primus Solis.

MMCCXCI. *Aurelianus, quum adversus nos.*] Hoc prius membrum est Eusebii: alterum Eutropii; quod Eutropius accepit à Vopisco.

Ibid. *Cenophrurium.*] Cænophrurium scribendum. Καινόφρεριον, καινῷ φρερίῳ. Ita etiam scribendum in itinerario.

Ibidem. *quo apud Pontum occisum.*] Nempe in expeditione Mæotica. In nummo ejus visitur Imperator equitans, præeunte Victoria, sequente exercitu. Titulus: IMP. C. M. CL. TACITUS. PIUS. FELIX. AUG. Sed hoc erat τὸ ἐπινίκιον πρὸ τῆς νίκης. Nam in expeditione ipsa tumultu militari oppressus est, &, ut historici referunt, propter brevitatem imperii nihil memorabile ab eo gestum est. Par vanitas, τῦφος, καὶ κενοδοξία fratris ejus Floriani, qui quum paucos dies imperasset, neque propter angustias temporis aliquid præclarum gerere potuisset, tamen in nummis suis vocat se Pacatorem orbis, incuso in illis Sole cum flagro.

MMCCXCIII. *Probus Gallias à Barbaris.*] Eutropius. ab eo Hieronymus.

Ibidem. *Secundo anno Probi.*] Quia digna cognitu res est exortus & cunabula impuræ Manichæorum hæreseos, propterea orientalium Ecclesiarum pii scriptores denotarunt tempus illud, unusquisque secundum epocham coloniæ suæ: quæ omnes epochæ ex ipsorum auctorum scriptis collectæ in unum conspectum hic ab Eusebio conjectæ sunt. Est autem hic locus in excusis depravatissimus, ut quid hac perioche comprehendatur, nemo capere possit. Duo vitia intervenerunt, quæ sententiam totius Pericopes dissimulant. Prius est, quod verbum FUIT additum est post illud, *juxta Antiochenos* CCCXXV. Id satis erat ad tenebras huic loco offundendas. Alterum vitium, quod in PR. & in editionibus ex una perioche duæ factæ, posteriore incipiente ab illis; *Insana Manichæorum hæresis.* quæ tamen luxatio commissa non est in BONG. & PET. Hæc perturbatio adeo vetusta est, ut prius vitium in omnibus scriptis extet, utrunque autem apud Bedam, & in ,, ipsis quoque editionibus.

Ibid. *juxta Antiochenos* CCCXXXV.] Non opus est repetere, quæ toties de hac epocha disputavimus. Eam esse antiquiorem epocha Christi Dionysiana annis XLVIII non semel monuimus. quibus de CCCXXXV deductis, remanet annus Christi Dionysianus CCLXXVII, qui est secundus Probi. Hanc epocham Evagrius vocat χρηματισμὸν τῆς αὐτονομίας Ἀντιοχέως, *Computum, sive Aeram libertatis Antiochensium*, quod eo anno aliquot indictionibus Antiochenses levaverit C. Jul. Cæsar, remissis tributis in XV, aut XXX annos, ipso Cæsare II, Servilio Vatia Isaurico COSS. Quum autem constet annum Antiochenorum CCCXXV respondere anno Christi Dionysiano CCLXXVII, ex hoc manifestum est imperite in Editionibus annum secundum Probi in annum Christi Dionysianum CCLXXXI conjectum fuisse, metachronismo quadriennii. At omnes POST. & præterea alter Freherianus, quem modo accepimus, annum primum Probi comparant cum numero MMCCXCIII, qui est Christi Dionysianus CCLXXVI, indictione IX. non X, ut in Chronico Casauboniano. Alii " initium Probi collocant in anno Christi Dionysiano " CCLXXVIII, peccantes solido biennio. "

Ibid. *juxta Tyrios* CCCCII.] Adi Canones Isagogicos, in Caput de Epochis. In Actis Synodi Chalcedonensis, Actione secunda, post Consulatum Flavii Zenonis & Postumiani, Indictione prima, qui erat annus Christi CCCCXLVIII, Eusebianus MMCCCCLXIV, is putabatur annus à colonia deducta DLXXIV. Juxta hæc annus primus Tyriorum congruerit numero Eusebiano MDCCCXCI: quum tamen juxta numerum, qui hic proponitur, annus primus videatur convenire numero MDCCCXC, uno anno citius. A quibus deducta sit colonia, nescio. Nam à Romanis, qui nihil adhuc juris habebant in Syria, deduci non potuit. Superest igitur, ut à Regibus Suriæ, sub Demetrio: quo tempore Iohannes Hyrcanus Ethnarcha Iudæorum, & summus sacerdos erat. Tyrum tenacissimam fœderis, quod cum Romanis fecit, vocat Ulpianus, Tit. de censibus. Sed hæc sub imperio Rom. & posteriora esse oportet hac colonia deducta.

Ibid. *juxta Laodicenos* CCCXXIV.] Ergo Epocham Laodicenam Antiochena antevertit anno uno. Haud dubie à Cæsare est, quemadmodum & Antiochena, Laodicenæ huic vetustissimæ coloniæ jus Italicum tribuit Imp. Septim. Severus ob belli civilis merita, inquit Ulpianus. Intellige Laodiceam Cœles Syrias. Ideo & Caracalla illis post patrem Severum aliquid præterea concessisse videtur, ut ejus nummi testantur. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ.

Ibid. *juxta Edessenos* DCXXXVIII.] Eadem cum Epocha Seleucidarum. Ideo ad numerum MDCCV annotatum, hinc Edessenos sua tempora putare.

Ibid. *juxta Ascalonitas* CCCLXXX.] Ascalonem liberam vocat Plinius. Propterea ἀπὸ τῆς αὐτῶν αὐτονομίας hanc Æram putari minime dubium est. Initium igitur hujus Æræ numero MDCCCCXIV, C. Mario Nepote III, L. Aurelio Oreste Coss. anno II Olymp. CLXIX. Chronicon Casaub. anno primo ejusdem Olymp. In nummis Ascalonitarum cusum est " ΑΣΚΑΛΩΝΙΤΩΝ. quod quidem ad hanc æram per- " tinet. "

Ibid. *insana Manichæorum hæresis.*] Hæc à superioribus divulsa in Editionibus aliam pericopen faciunt. quæ divulsio has tenebras huic loco offuderat.

Ibid. *insana Manichæorum hæresis.*] Hunc locum in animo habebat Leo Magnus Papa, Sermone II de Pentecoste. Sed vitium a librariis intervenit. Verba hæc sunt: *Manichæus ergo magister falsitatis diabolicæ, & conditor superstitionis obscœnæ eo tempore damnandus innotuit, quo post Resurrectionem Domini ducentesimus & sexagesimus annus impletus est, Probo Imperatore, Paulinoque Consule.* Certe is annus erat à Resurrectione Dominica CCXLIV, non CCLX. item Probo, & Lupo, non Paulino Consule. Notabis Manichæum dici à Leone, quem Manem potius vocare debebat. Μανῆς est Hæresiarcha ipse, Μανιχαῖος, qui ejus sectæ est, & Μανιχαῖον δόγμα. Tamen nunquam aliter à veteribus Patribus vocatur, quam Manichæus, ut Hieronymo, & aliis primæ notæ Scriptoribus, quod perinde est, ac si Marcionista pro Marcione diceretur, Valentinianus pro Valentino, Photinianus pro Photino. neque semel Μανιχαῖος & Μανῆς pro eodem apud Epiphanium. Porro Μανῆς est nomen Persicum, quod tamen Μάνης semper

semper scribitur, accentu in priore. quanquam alii Phrygium dicunt esse. Iste Hæresiarcha prius Cubricus dicebatur. Postea hoc nomine maluit vocari, quod, inquit Epiphanius, Chaldaice σκεῦος significat. Hoc quidem verum est. Sed an ex Perside potius, quam ex Chaldæa, hoc nomen petitum, id vero in dubium vocari potest: & pro regione, unde profectum, aliud atque aliud significaverit. Hoc unum miror, quomodo ex proprio Μάνης, deflexum sit attributum Μανιχαῖος sine ulla analogia: item quomodo id, quod jam antea tetigimus, attributum pro nomine proprio usurpari cœptum. Nam & ipse quoque Μάνης se Μανιχαῖον vocat in Epistola: Μανιχαῖος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἅγιοι. Neque vero mirandum à nomine Μάνης, Μανιχαῖον formatum esse, quum ἀπὸ τοῦ Παύλου Παυλικιανοὶ dicti sint, qui Παυλιανοὶ potius dicendi erant. Cedrenus 356, 3: Παυλικιανοὶ, οἱ καὶ Μανιχαῖοι. μετωνομάσθησαν δὲ ἀντὶ Μανιχαίων Παυλικιανοὶ ἀπὸ Παύλου τινὸς Σαμοσατέως υἱοῦ γυναικὸς Μανιχαίας Καλλινίκης τοὔνομα, ἥτις δύο υἱοὺς ἔσχε, τοῦτον τὸν Παῦλον, καὶ Ἰωάννην. Itaque duo Pauli Samosateni fuerunt, ambo diversarum hæreseon patres. Historia miscella in Nicephoro, libro XXIV: *Manichæorum vero, qui nunc Pauliciani & Atingani dicuntur, quique in Phrygia & Lycaonia constituti confines eis habebantur, amicus ferventissimus erat.* Itaque duæ traduces impuritatis Manichææ fuerunt Pauliciani & Atingani. Zonaras ex eodem auctore, ex quo historia miscella: Μανιχαίοις δὲ, καὶ τοῖς καλουμένοις Ἀθιγγάνοις ἐν χρησμοῖς τε, καὶ οἰωνίσμασι, καὶ τελεταῖς ἀπορρήτοις, ἐκέχρητο. Quæ fuerit τῶν Ἀθιγγάνων hæresis, pete ex Cedreno 407. „52. Nam res cognitu digna. & de eorum incanta-„tionib. Balsamo Canone LXI in Trullo. Eos à Michaële imperatore damnatos scribit eadem historia miscella: *Multo sane divino zelo imperator piissimus motus contra Manichæos, qui nunc Pauliciani dicuntur, & Atinganos in Phrygia & Lycaonia degentes capitalem animadversionem*, &c. Quod vero Μανιχαῖος adjectivum pro substantivo Μάνης usurpatum sit, non caret exemplo. Qui enim Μένανδρος dicebatur, is dictus etiam Μενανδριανὸς, à quo Μενανδριανισταὶ ejus sectæ populares lib. IV, cap. XXII Hist. Eccles. ex Hegesippo. „Sed & omnium orthodoxorum justissimum adversus „hunc hæresiarchen odium expressit, ut ἀντὶ τοῦ „Μάνης vocaretur Μανεὶς, hoc est furiosus. Ita à „non paucis vocatur, præsertim ab Euthymio Ti-„tulo IX.

MMCCXCV. *Probus Gallos & Pannonios vineas habere permisit.*] Ad verbum ex Eutropio, Eutropius ex Fl. Vopisco: *Gallis omnibus & Hispanis, ac Britannis hic permisit, ut vites haberent, vinumque conficerent. Ipse Almam montem in Illyrico circa Sirmium militari manu fossum lecta vite conseruit.* Ab edicto Domitiani nimirum desierant vitem colere. Vide quæ ad numerum MMCVIII.

Ibidem. *Saturninus.*] *Oriundus Gallis*, inquit Vopiscus, *ex gente hominum inquietissima.* Contra Zosimus Μαυροῦσιον vocat. Sed hallucinatio est. Nam non Maurus erat, sed Africam à Mauris occupatam liberaverat, ut ipsemet testatur apud Vopiscum. Aurelianus prudentissimus Imperator cognita virtute hominis, metuens, ne ipse gente Gallorum levissima ortus, si Alexandriam venisset, à gente quoque Ægyptiorum levissima & novarum rerum cupidissima ad imperium eveheretur, eum ad partes superioris Syriæ misit, interdicto illi in Ægyptum accessu. Ibi igitur quum esset, videtur hanc novam Antiochiam construxisse, quæcunque illa fuerit. Nam omnis hæc historia ignoratur.

Ibid. *novam civitatem Antiochiæ.*] In Græcis, τὴν καινὴν Ἀντιόχειαν. Paulo obscurius reddidit Hieronym. Quænam sit hæc nova Antiochia, & an unquam absoluta, quæratur. Certe ergo inter tot cognomines urbes, quarum dinumeratio apud Stephanum est, hanc deprehendere non potui. Sed non dubito „urbem Antiochiam ampliasse, suburbio in mœnia „incluso, aut nova aliqua accessione, quod jam teti-„gimus. Multarum enim urbium accessiones novæ „urbes dictæ sunt, ut pars quædam Syracusarum, & „Carthaginis νεάπολις dicta. Etiam pars Tripoleos „Africanæ dicta Neapolis. Nam in omni loco, omni „lingua auctarium urbis vocatur nova urbs. „

Ibidem. *qui postea imperium molitus invadere.*] Invitus purpuram sumpsit, inquit Vopiscus, qui tamen in Probo refert eum arripuisse imperium, & variis præliorum generibus à Probo superatum fuisse.

Ibidem. *Apamiæ occiditur.*] *Obsessum in castro quodam ab iis, quos Probus miserat, invito Probo esse jugulatum.* Vopisc. In nummis ejus: ΑΥΤ.ΚΑΙ.ΙΟΥ.ΣΑΤΟΥΡΝΙΝΟC.ΕΥC.CΕΒ. L. Δ. Et: IMP. C. P. SEM. SATURNINUS. AUG.

MMCCXCVII. *Probus tumultu militari.*] Verbatim Hieronymus ex Eutropio; Eutropius ex Vopisco.

MMCCXCVIII. *Carus, Carinus, Numerianus.*] Hæc triplex potestas in nummo Cari notata est: VIRTUS AUGGG. XXII. E. Δ. Tamen in quibusdam nummis cusum est: IMP. CARINUS P. F. AUG. in altera superficie: VIRTUS AUGG. De patre Caro & Carino F. tantum intelligi manifestum est. Lapis Tarraconensis de tribus:

VICTORIOSISSIMO. PRINCIPI.
JUVENT.
M. AURELIO. CARINO. NOBILISS. CÆSARI. COS.
PRO. COS.

FORTISSIMO. ATQUE. CLEMENTISSIMO.
IMP. CÆS. M. AURELIO. CARO. INVICTO. AUG.
P. M. TR. POT. II. COS. II.
P. P. PRO. COS.

VICTORIOSISSIMO. PRINCIPI.
JUVENTUT.
M. AUR. NUMERIANO.
NOBILISS. CÆSARI.
PRO. COS.

M. AURELIUS. VALENTIANUS. V. C. LEG. AUGG. PRO. PR. PROVINCIAE.
HISPANIAE. CITERIORIS. D. N. M. Q. EORUM.

Ibidem. *Carus Narbonensis.*] Quam incerta fuerit hujus Augusti patria, vide apud Vopiscum. Eutropio Narbonæ natus in Gallia. Pæanius ejus paraphrastes: Κάρος ὁ Ναρβωνήσιος. Γάλλων δ' ἦν ἡ πόλις. Iccirco Γαλάτην eum vocat Zonaras ex Pæanio, quem ad verbum sæpenumero sequitur. Eutropium quoque sequitur Sidonius in Carmine de Narbone. Primus omnium Eutropius Narbonensem ex Gallia vocavit, quum tamen esset Narbonensis quidem, sed ex Illyrio. Fabius enim Cerilianus curiosus scriptor vitæ Cari apud Vopiscum in Illyrio genitum prodit. Jam apud Ptolemæum Illyridos Ναρβῶνα Κολωνία ἐπίσημος dicitur in duob. Palatinis codicibus: quum in excusis vox ἐπίσημος desit. Scriptor, unde hausit Eutropius, qui Narbonensem Carum dixit, intelligebat cum Fabio Ceriliano ortum Colonia nobili Illyriciana Narbona, non autem Martio Narbone Gallicano. Et hoc verissimum est. Apud Plinium Narona legitur,

„ legitur, & in Itinerario: & in nummo Titi, COL. „ NARONA. Quidam volunt Naronam & Narbo- „ nam eandem esse. Sed deliberandum. Inepte Gregorius Codinus patrem Diocletiani Carum dicit.

Ibid. *Conchen & Ctesiphontem.*] Hæc ex Eutropio: ex eo Sex. Rufus: *Colchen, & Ctesiphontem urbes.*] Sed nomen illius urbis variat in auctoribus, & in scriptis codicibus. *Colchen, Clochen, Conchen.* Κώχην vocat Gregorius Nazianzenus στηλιτευτ. β. ἡ γὰρ Κτησιφῶν φρούριον καρτερὸν, καὶ δυσάλωτον, τείχει δὲ ὀπτῆς πλίνθου καὶ τάφρῳ βαθείᾳ, καὶ τοῖς ἐκ τοῦ ποταμοῦ τενάγεσιν ὠχυρωμένη. καὶ φρούριον, ᾧ προσηγορία Κώχη μετὰ τῆς ἴσης ἀσφαλείας συγκείμενον, ὅσηπερ φυσικὴ, καὶ ὅση χειροποίητος, τοσοῦτον ἐνούμεναι, ὡς μίαν πόλιν δοκεῖν ἀμφοτέρας, τῷ ποταμῷ μέσῳ διειργομένας. Marcellinus lib. XXIV: *Coche, quam Seleuciam nominant.* apud Zosimum lib. III, Ζωχάσης ἀντὶ τοῦ Κώχης legitur, mendose, ut videtur.

Ibid. *fulmine ictus interiit.*] Sidonius:

Tunc, quum fulmine raptus Imperator
Vitam fulminibus parem peregit.

Sed ægrotans in tentorio suo extinctus repertus est, quum eo momento tantum tonitruum exaudirum esset, ut multi terrore exanimarentur. Falsam de fulminato Caro opinionem eludit Junius Calpurnius in Epistola quadam, quam apud Vopiscum reperies.

MMCCXCIX. *Numerianus.*] Nihil est incertius, nihil perturbatius temporibus horum trium Auggg. & initio Diocletiani. Carus strenuus & fortissimus Princeps assumpto secum optimo adolescente filio suo Numeriano in expeditione Persica extinctus est. Ibidem paulo post insidiis Apri soceri sui occisus est Numerianus. Auctor Vopiscus. De Numeriano in Orientis expeditione à Caro patre assumpto intellige nummum illum: IMP. C. NUMERIANUS. P. F. AUG. in altera superficie: ORIENS AUGG. Quomodo igitur constabunt illa, quæ idem Vopiscus dicit in Carino, memorabile maxime & Carini & Numeriani hoc habuisse imperium, quod ludos Romanos novis ornatos spectaculis dederunt? Qui potuerunt ambo illos ludos edere, quum Numerianus ex Euphratensi pro- „ vincia pedem post obitum patris non extulerit? Tri- „ ginta enim tantum dies imperasse constat ex priore „ libro Eusebii. Quis non dicat ἀλογιστίαν esse? En locupletem testem damus Calpurnium, qui ultima Ecloga hos mirificos ludos eleganter describens ab uno tantum Principe editos fuisse testatur:

O utinam nobis non rustica vestis inesset.
Vidissem propius mea numina. sed mihi sordes,
Pullaque paupertas, & adunco fibula morsu
Obfuerunt. Utcunque tamen conspeximus ipsum
Longius. ac, nisi me decepit visus, in uno
Et Martis vultus, & Apollinis esse putavi.

Hoc testatur Calpurnius, qui his ludis interfuit, quo verisimilius ab uno Carino, quem Occidentis Augustum reliquerat pater, illos ludos editos fuisse, quam à duobus Carino, & Numeriano, quum tot regionum interjectis spatiis tam procul ab Urbe abesset Numerianus, aut fortasse jam extinctus esset. Sed oritur aliud dubium. Olympius Nemesianus dicat Cynegetica sua Carino, jam patre Caro mortuo. Ita enim scribit:

Nec taceam primum quæ nuper bella sub Arcto
Felici, Carine, manu confeceris ipse
Pene prior genitore Deo —

Nam Deum patrem vocat jam ἀποθεωθέντα. Neque enim aliter intelligendum. Præterea in pulcherrimo nummo Cari aureo apud Abrahamum Gorlæum legitur: DEO. ET. DOMINO CARO. AUG. In alio: ΘΕΩ ΚΑΡΩ CEB. ΚΑΘΙΕΡΩCIC. In alio argenteo: DIVO CARO PIO CONSECRATIO. Vivente autem Numeriano & Carino hæc scribebat Nemesianus. Subjicit enim

— jam gaudia nota
Temporis impatiens sensus spretorque morarum
Præsumit. videorque mihi jam cernere fratrum
Augustos habitus, Romam, clarumque Senatum.

Loquitur de Carino & Numeriano, tanquam in eodem loco positi essent, quum tam paucos dies triginta sci- " licet patri suo Numerianus superfuerit. Accipio au- " tem de Carino & Numeriano in illis Numismatis. IMP. CARINUS. P. F. AUG. in contraria superficie: VIRT. AUGG. item: IMP. NUMERIANUS. F. AUG. In adversa parte: PROVIDENTIA AUGG. An dicemus post mortem Cari Numerianum in Europam trajecisse, ibique interfectum fuisse, non in Oriente? certe videtur ali- " quot menses, & fortasse annum plus minus superfuis- " se patri. quod ex ejus nummis paret, IMP. C. M. AUR. " NUMERIANUS AUG. in altera superficie, MARS VIC- " TOR. S. C. Vicit ergo post mortem Patris, & victor " rediens ab Apro socero interfectus est. Huic certe " opinioni favere videtur Chronicon Casaubonianum, " ubi scribitur Numerianum ab Apro interfectum " in urbe Thraciæ Perintho. Sed quomodo in XXX " diebus cum ingenti exercitu ex finibus Persidis in " Thraciam venire potuit? Nicephorus vero auctor " levissimus in Numeria Thraciæ, quæ urbs nun- " quam fuit. Sed reliqua portenta de Carino & Nu- " meriano leguntur apud eundem Chronologum, quæ " profecto lector mirabitur. Hæc discutiant, quos " æquus amavit Jupiter. Nam hoc ambiguum mirari magis, quam solvere possumus.

MMCCC. *Carinus prælio victus.*] Ex Eutropio. Sed multis præliis tentatus est ante quam vinceretur. Auctor Vopiscus. Et nihil est incertius, tempore & anno interitus hujus Imperatoris, & initio Diocletiani: de quo vide in IV de emend. Temp. & quæ in Caput Epocharum scripsimus in Canonibus Isagogicis, ne δὶς τὸ αὐτό.

MMCCCI. *Diocletianus.*] Ex Eutropio. Est autem hic unius anni metachronismus, si à Kal. Januarii ex Romano usu ordiamur, & amplius, si Æræ Diocletianeæ ratio habeatur, à XXIX Augusti, numero MMCCC. Inde enim est exordium anni τοῦ Πασχαλίου Ægyptiorum Christianorum, quæ epoche hodie dicitur *Terikil Kupti.* Sed Ecclesiæ, Græca, & Latina, incipiebant annos Diocletiani in vetustissimo Paschali à Martio numeri MMCCCI, Maximo II, & Aquilino Coss. At Ægyptii, sive Elkupti, à XXIX Augusti, numeri, ut diximus, MMCCC, Diocletiano II, & Aristobulo Coss. Hæc enim Æra non est instituta ab initio Diocletiani, sed ad methodum numeri aurei. Novilunium enim mensis primi autumnalis incidit in XXIX Augusti: & XIV Luna Paschalis in V diem Aprilis sequentis. Ideo usque in hodiernum diem is est annus primus aurei numeri, ἐννεαδεκαετηρίδος Πασχαλίας. Chronicon Casaubonianum: ἰνδ. Δ. ΥΠ. Διοκλητιανοῦ Αὐγούστου τὸ β, καὶ Ἀριστοβούλου. ἀπὸ τούτων τῶν ὑπάτων πίπτουσι τὰ Διοκλητιανοῦ ἔτη εἰς τὸ Πασχάλιον. Recte. Nam illis Consulib. indictio IV inivit mense Septembri, & noviluvium incidit in neomeniam Thoth Diocletianei, XXIX Augusti. Hermannus Contractus: *Huc usque ab incarnatione Domini, supputantur secundum Dionysium, anni* CCLXXXIV. Et: *Ab hoc anno Græci Paschales cyclos inchoabant.* Sane secundum Dionysium & Ecclesiæ Latinæ institutum, ab incarnatione, ad primum annum numeri aurei Diocletianei, sunt anni CCLXXXIV absoluti: & annus

annus CCLXXXV est primus Diocletiani à Martio. Porro à Diocletiano Aug. II, & Aristobulo Coss. ad tempora Juliani Apostatæ, nullum hominem privatum ulli Augusto collegam fuisse scribit Ammianus initio libri XXIII: hoc est per annos LXXVIII solum Julianum Aug., IV COS. habuisse collegam Sallustium hominem privatum.

MMCCCIII. *quæ factioni suæ Bacaudarum nomen indiderat.*] Hieronymus ex Eutropio: ex quo nomen Bacaudarum, aut Bagaudarum illis temporibus cœpisse discimus. Neque enim est vox Gallica, sed nomen factionis, aut populi. Ab eo tempore latrones in Gallia Bacaudas dici mos obtinuit. Aurel. Victor Schotti scribit Gallorum lingua latrones Bacaudas vocari: quod verum est à temporibus Diocletiani, non autem retro. neque solum Bacaudæ latrones dicti, sed Bacauda latrocinium, tumultus popularis, motus agrestium, seditio. Prosper: *Eudoxius arte medicus, pravi, sed exercitati ingenii in Bagauda id temporis mota delatus, ad Chunnos confugit.* Infra: *Omnia pene Galliarum servitia in Bagaudam conspiravere.* πάντα τὰ κελτικὰ ἀνδράποδα εἰς ἐπισύστασιν συνώμοσαν. Eumenius Rhetor de Scholis: *latrocinio bagaudicæ rebellionis obsessa.* Salvianus lib. V: *Et vocamus rebelles, vocamus perditos, quos esse compulimus criminosos. Quibus enim aliis rebus Bagaudæ facti sunt, nisi iniquitatibus nostris,* &c. Ubi Bagaudæ pro rebellibus, quum ab imperio Diocletiani omnes rebelles Bagaudæ vocari cœperint: quod & ejusdem scriptoris aliis verbis confirmatur: *Aut quid aliud etiam nunc agitur, quam tunc actum est, id est, ut qui adhuc Bagaudæ non sunt, esse cogantur?* μουλτέρους vocabant Constantinopolitani, & Bagaudam ipsam μοῦλτον, corrupto nomine Latino *tumultus*, ut videtur. Zosimo οἱ περὶ τὰς Ἄλπεις Βακαῦδαι sunt manifesto, quales in Pyrenæis *Bandolieri*, in montanis Pannoniæ *Martolossi* dicuntur, in desertis Moschoviæ *Cosaki*. Itaque gentes illæ in veteri Inscriptione dicuntur Baquates:

D. M.
MEMORIS
FILI
ARRETI. CHANARTÆ
PRINCIPIS. GENTIUM
BAQUATIUM.
QUI VIXIT
ANN. XVI.

„ Sic apud Sidonium Vargos pro latrunculis dici legimus. quam tamen vocem Gallicam esse non putamus. An Bekkeselenica hoc verbum notaverint, non memini, neque admodum curo. Illud scio, si ab auctore animadversum est, non defuisse illi originem Brabanticam: ut non tempore Diocletiani natum sit, sed eo, quo nullus adhuc Hebraismus in rerum natura erat. Is qui præfationem operi illius posthumo præposuit, ait me homini divino obtrectare imperitia Teutonismi. Ille ignorabat me tunc non adeo Germanici Teutonismi imperitum fuisse, ut difficile mihi fuerit judicare alterum insanire, ipsum vero decipi. Sed theatrum illud, quod ille excalfecerat stultorum plausibus, jam incipit frigere. Nam quos ratio non potuit, eos usus & longa dies stultorum magistra invitos resipiscere docuit.

Ibid. *factioni suæ.*] Cujus duces Ælianus & Amandus purpuram in Galliis sumpserant. Nummi eorum: IMP. C. L. ÆLIANUS, P. F. AUG. &, IMP. C. CN. AMANDUS P. F. AUG.

Ibid. *Carausius sumpta purpura.*] Nummi: IMP. CARAUSIUS. P. F. AUG. Item: IMP. C. CARAUSIUS P. F. AUG.

Ibid. *Narseus Orienti bellum intulit.*] Hæc quidem ἀλογιστία est. Nam iste Narseus inivit regnum numero MMCCCXI. annis VIII post hunc, anno Christi Dionysiano CCXCV: Victus autem Narses est à Galerio anno ante, quam Diocletianus purpuram deponeret, triumphatus eo ipso, quo purpuram deposuit. Itaque bellum Orienti intulisse necesse est paulo antequam victo & fugato Galerio, mox ipse à Galerio victus & fugatus est.

MMCCCIII. *Quinquegentiani.*] Ab Eutropio Hieronymus, Eutropius ab Aur. Victore Andreæ Schotti. Quinquegentiani sunt Πενταπολῖται Λιβύης, ubi Cyrenæ. Pomponius Lætus hæc verba Eutropii in suum Diocletianum describens ita pervertit: *Inde translatus in Africam Gentianos devicit, qui vix pacem impetrarunt. Quinquagenarii & supra eum numerum annorum hi milites fuere, qui Africam deripiebant.* Vides delirium. Divulso nomine composito, ex priore membro milites latrones, ex posteriore populos fecit. Nihil superest, quam illi μετὰ χειρῶν κροτῆσαι. Nam strenuum facinus egit. Omnis provincia, quæ à numero civitatum cognomen sortita est, potest ad hunc modum componi: nimirum πεντάπολις, Quinquegentes. Πενταπολῖται, Quinquengentiani, à quinque civitatibus illius provinciæ, Cyrenis, Ptolemaide, Arsinoë (quæ & Teuchira) Darnis, & Berenice, quas civitates Hesperidas vocabant. Ideo aliæ Quinquegentes, alii Quinquegentiani ultra Tigrim à Sex. Rufo ponuntur: *Supra ripam*, inquit, *Tigridis est limes reformatus ita, ut Quinquegentium trans Tigridem constitutarum ditionem assequeremur.* Id factum refert sub Diocletiano. Infra vocat paulo laxiore appellatione transtigritanas quinque regiones, quomodo & Ammianus lib. XXV: *quinque Regiones Transtigritanas, Arzanenam, & Moxoenam, & Zabdicenam, itidemque Rhebimenam, & Corduenam.* Sic Novempopuloniam nostram quid impediret nominare ἐννεάπολιν, Novempopulanos, ἐννεαπολίτας, Novemgentes, Novemgentianos? Zonaras post Pæanium Γεντιανοὺς vocat. καὶ πέντε πινῶν Γεντιανῶν τὴν Ἀφρικὴν κατεχόντων, ὁ Ἑρκούλιος τούτους κατηγωνίσατο. Inepte vocem divisit, ut fecit postea Pomponius Lætus. Πεντάπολις quoque vocata est regio Asphaltidis lacus propter quinque urbes, quæ ibi ἐκ θεομηνίας conflagrarunt. Quid vetat vocari Quinquegentianos maris mortui?

Ibid. *Achilleus.*] Nummi. ΑΥΤ. Κ. Λ. ΕΠΙΔ. ΑΧΙΛΛΕΟC CEB. L. Γ. item: ΑΥΤ. Κ. Λ. ΕΠ. ΑΧΙΛΛΕΟC. ΕΥC. L. Ε. & ΑΥΤ. Κ. Λ. ΑΧΙΛΛΕΥC. ΕΥΤ. CEB. L. ς.

Ibid. *Constantius & Galerius Maximianus Cæsares assumuntur.*] Omnia Hieronymus ad verbum ex Eutropio. Nummi: ΚΩΝCΤΑΝΤΙΟΣ ΚΑΙCΑΡ. & : CONSTANTIUS NOB. CAES. Item: GAL. VAL. MAXIMIANUS NOB. CAES. Ita orbis à qua- „ tuor regebatur, duob. Augustis, & duobus Cæsa- „ rib. Unde τετράχορδον eos vocat Julianus Apostata. „ & παναρμόνιον τετράχορδον. Ita duo Maximiani eo- „ dem tempore imperabant. Sed M. Aur. Valerius Ma- „ ximianus distinguitur à Galerio Maximiano cognomi- „ ne SENIORIS. Nummi: D. N. MAXIMIANO BEA- „ TISSIMO SEN. AUG. &: IMP. MAXIMIANUS SEN. „ AUG. &: DIVUS MAXIMIANUS SEN. FORT. IMP. & „ DIVO MAXIMIANO SEN. OPT. IMP. „

Ibid. *quorum Constantius Claudii ex filia nepos.*] Error Eutropii. Claudius, qui rerum potitus est, item Quintillus, ac Crispus, fratres fuerunt. Crispi filia Claudia: ex qua & Eutropio nobilissimo gentis Dardanæ viro Constantius Cæsar cognomento Χλωρὸς Constan-

 tini

tini magni pater genitus. auctor Trebell. Pollio. Hoc modo Constantius non Claudii, sed Crispi fratris ejus ex filia nepos fuit. Neque mirum, si idem legas in Zonara. Pæanium enim Eutropii paraphrasten ad verbum transcribit. Κωνστάντιος, ὃς ἐπεκλήθη Χλωρὸς διὰ τὴν ὠχρότητα, θυγατριδοῦν Κλαυδίου τοῦ μικροῦ βασιλεύσαντος. Trebell. Pollio in Gallieno: *Is enim est Claudius, à quo Constantinus vigilantissimus Cæsar originem ducit.* Hoc falsum. Constantinus enim trahit ori-
,, ginem à filia Crispi fratris Claudii, non à Claudio.
,, Tamen idem dicit Optatianus Porphyrius:

,, — *cui gaudia casta*
,, *Claudius invictus bellis insignia magna*
,, *Virtutum tulerit Gothico de milite parta.*
,, Item: — *cui Claudius acer*
,, *Magnanimum sidus dat clarum è numine divo*
,, *Imperium, virtus quem felix optat alumnum.*

,, Et Julianus Apostata: ἐπιδέρχεται Κλαύδιος, εἰς
,, ὃν ἀποδόντες οἱ θεοὶ πάντες ἠγάσθησάν τε αὐτὸν τῆς
,, μεγαλοψυχίας, καὶ ἐπένευσαν αὐτοῦ τῷ γένει τὴν
,, ἀρχὴν, νομίσαντες οὕτω φιλοπάτριδος ἀνδρὸς
,, ἐπὶ πλεῖστον εἶναι τὸ γένος ἐν ἡγεμονίᾳ. Et in Pa-
,, negyrico Constantii: τὰ γε μὴν τῆς ἡμετέρας συγγε-
,, νείας ἤρξατο μὲν ἀπὸ Κλαυδίου. &c.

MMcccix. *Carporum.*] A. Sex. Aur. Victore Andr. Schotti: *Carporumque natio translata omnis in nostrum solum, cujus fere pars jam tum ab Aureliano erat.* .... Eumenius in Panegyrico ad Constantium: *Contenta sit voce gloriæ suæ, & proxima illa ruina Carporum.* Sed hic est ὕστερον πρότερον. Nam translatio illa Carporum contigit postquam Britanniæ à tyrannide Carausii & Alecti liberatæ sunt.

MMcccx. *Primus Diocletianus adorari se.*] Hieronymus ad verbum ex Eutropio. Zonaras ex Pæanio Eutropii paraphraste omnia desumpsit, quæ de Diocletiano scribit. Tamen quæ huc faciunt, ex quodam alio Græco deprompsisse videtur. οἷς ἐπαρθεὶς ὁ Διοκλητιανὸς, καὶ μέγα φρονήσας οὐκέτι προσαγορεύεσθαι παρὰ τῆς γερουσίας, ὡς πρώην, ἠνέχετο, ἀλλὰ προσκυνεῖσθαι ἐθέσπισε. καὶ τὰς ἐσθῆτας ἑαυτοῦ, καὶ τὰ ὑποδήματα χρυσῷ, καὶ λίθοις, καὶ μαργάροις ἐκόσμησε. καὶ πλείονα πολυτέλειαν τοῖς βασιλικοῖς παρασήμοις ἐνέθετο. οἱ πρώην γὰρ βασιλεῖς κατὰ τοὺς ὑπάτους πεποίηντο, καὶ τῆς βασιλείας παράσημον μόνον εἶχον πορφυροῦν περιβόλαιον.

Ibid. *Primus Diocletianus adorari se ut Deum.*] Aur. Victor Andreæ Schotti: *Primus omnium Caligulam post, Domitianumque, Dominum palam dici passus, & adorari se, appellarique uti Deum.*

Ibid. *& gemmas vestibus calceamentisque.*] Non primus hoc fecit. Carinus ante eum. Vopiscus in Carino. *Habuit gemmas in calceis: nisi gemmata fibula usus non est:* Quin & Aurelianus gemmas vestimentis inseruit. Sed an decimo duntaxat anno imperii sui Diocletianus & ut Deus adorari, & gemmatis calceis uti cæperit, haud equidem scio. Hoc unum scio eum morem esse Hieronymo, ut ejusmodi multa in quemvis annum conjiciat, quemadmodum Alexandrum Mamææ unice pium in matrem suam fuisse ponit in anno decimo ejus imperii. Ejuscemodi habebant locum initio imperii eorum, de quibus hæc referuntur.

MMcccxiii. *Alexandria cum omni Aegypto.*] Ad verbum Hieronymus ex Eutropio.

Ibid. *Itaque plurimi per totam Aegyptum gravibus.*] Eutropius: *Victoria acerbe usus est. Totam Aegyptum gravibus proscriptionibus cædibusque fœdavit.* Quæ auctor Græcus apud Suidam fere totidem verbis extulit. Οὗτος ὁ ἀνὴρ καὶ μισόχρηστος, μνήμη καὶ ὀργῇ τῆς περὶ τὴν ἀρχὴν νεωτερισθέντων περὶ τὴν Αἴγυπτον οὐ μετρίως οὐδὲ ἡμέρως τῷ κρατεῖν ἀπεχρήσατο, ἀλλὰ προγραφαῖς τε καὶ φόνοις τῶν ἐπισήμων μιαίνων ἐπῆλθε τὴν Αἴγυπτον.

MMcccxv. *Post decem annos per Asclepiodotum.*] Hie- «
ronymus ex Eutropio, quamvis & Græca idem so- «
nent. Nam septem annos Britannias Carausius Tyrannus adversus Diocletianum & Maximianum Augg. obtinuit: quo per Alectum familiarem suum occiso, ipse Alectus triennio Britannias per tyrannidem possedit: donec ductu Asclepiodoti Pr. Pr. victus & occisus est. Ita fit decennium ab initio tyrannidis Carausianæ, ad exitum Alecti: cujus nummus hoc titulo cusus est: IMP. C. ALECTUS. P. F. AUG. Unde discimus non Allectum Latino nomine, sed Ἀλληκτον Græco vocatum. Itaque male apud Pæanium per λλ, Ἀλληκτος.

MMcccxvi. *Iuxta Lingonas.*] Strictim Hieronymus ex Eutropio, quæ ille fusius in hunc modum: *Per idem tempus à Constantio Cæsare in Gallia pugnatum est circa Lingonas. Die una adversam & secundam fortunam expertus est. Nam quum repente Barbaris ingruentibus intra civitatem esset coactus tam præcipiti necessitate, ut clausis portis, per murum funibus tolleretur, vix quinque horis mediis adventante exercitu* LX *fere millia Alemannorum cecidit.* Mirum vero Eumenium verba habentem ad Constantium, tam insignem victoriam obiter perstrinxisse, hominem alioqui laudum Constantii prodigum. *Quum toties*, inquit, *proculcata esset Alemannia.* Sed Ἀλανοὺς Græca Eusebii vocant, non Ἀλεμαννοὺς: & ἑξακισχιλίους, non autem ἑξηκοντακισχιλίους. Utrobique vitium est.

Ibid. *Galerius Maximianus victus à Narseo.*] Hieronymus carptim, ut solet, quæ laxius ab Eutropio referuntur. *Galerius Maximianus primum adversum Narseum prælium haud secundum habuit, inter Callinicum & Carras congressus, quum inconsulte magis, quam ignave dimicasset. Admodum enim parva manu cum copiosissimo hoste commisit. Pulsus igitur, & ad Diocletianum profectus, quum ei in itinere occurrisset, tanta insolentia fertur à Diocletiano exceptus, ut per aliquot passuum millia purpuratus tradatur ad vehiculum cucurrisse.* Pauca supersunt nobis hodie gesta Diocletiani, penuria auctorum. Ex iis, qui supersunt, nullus plura de eo paucioribus verbis complexus est, quam Eutropius.

Ibid. *ante carpentum Diocletiani.*] Sex. Rufus: *Sub Diocletiano Principe pompa victoriæ nota de Persis est. Maximianus Cæsar prima congressione quum contra innumeram multitudinem cum paucis acriter dimicasset, pulsus recessit. Hoc tanta à Diocletiano indignatione susceptus est, ut ante carpentum ejus per aliquot millia passuum cucurrerit purpuratus.*

MMcccxviii. *Galerius Maximianus superato Narseo.*] Strictim ex Eutropio.

Ibid. *Thermæ Romæ Diocletianæ.*] Nomine ipsius Diocletiani solo agnoscit veteris marmoris fragmentum Romæ:

THERMAS. DIOCLETIANAS.
A. VETERIBUS. PRINCIPIB.
INSTITUTAS. OMN. .....

Aliud vero marmor in eisdem Thermis effossum Maximiano Herculio, Constantino Chloro Augg. Galerio Maximiano, & Severo Coss. attribuit.

CONSTANTINUS. ET. MAXIMIANUS. INVICTI. AUG.
SEVERUS. ET. MAXIMIANUS. CÆSS.
THERMAS. ORNAVER. ET. ROMANIS. SUIS.
DEDICAVER.

Extant & alia saxa, in quibus eadem, & plura. ut illud Romæ ad Templum S. Susannæ:

DD. NN. DIOCLETIANUS. ET MAXIMIANUS. INVICTI. SENIORES. AUGUSTI. PATRES. IMPERATORUM. ET CÆSARUM. CONSTANTIUS. ET. MAXIMIANUS. INVICTI. AUGG. ET. SEVERUS. ET. MAXIMIANUS. NOBILISSIMI. CÆSARES. THERMAS. FELICES. DIOCLETIANI. AUG. FRATRIS. SUI. NOMINE. CONSECRAV. COEPTIS. ÆDIFICIIS. PRO. TANTI. OPERIS. MAGNITUDINE. OMNI. CULTU. PERFECTAS. ROMANIS. SUIS. DEDIC.

In Thermis ipsis Diocletiani non absimile huic legitur. Excerpta Olympiodori: ἦσαν δὲ καὶ λουτρὰ δημόσια παμμεγέθη. αἱ δὲ Ἀντωνινιαναὶ οὕτω καλούμεναι εἰς χρείαν τῶν λουομένων καθέδρας εἶχον παρακειμένας χιλίας ἑξακοσίας ἐκ μαρμάρου κατεσκευασμένας „ ξεστοῦ. αἱ δὲ Διοκλητιαναὶ ἐγγὺς διπλασίους. Si-„ donius:

„ *Hinc ad balnea non Neroniana,*
„ *Nec quæ Agrippa dedit, ut ille, cujus*
„ *Bustum Dalmaticæ vident Salonæ.*

„ In vetustis martyrologiis scriptum extat Saturninum, „ & Sisinnium martyres ad fodiendam arenam damna-„ tos, ad construendas has Thermas.

Ibid. *Alexandrinæ Ecclesiæ.*] Hujus præstantissimi famuli Christi martyrium pete ex lib. VIII. Eccl. Hist. & ex Epiphanio, Hæresi LXVIII.

„ Ibid. *Iobeleus secundum majores.*] Hæc verba in ora „ libri PET. & BONG. minori charactere notata „ sunt. Erat annus mundi juxta Hebræos 4251. quæ „ sunt hebdomades 607. anni duo. Iobelei 86, hebdo-„ mades quinq; anni duo. Desunt anni quinque. Nam „ 4256 sunt Iobelei 87 absoluti. Sed Eusebius secun-„ dum Ecclesiastes, apud quos Iobel est L annorum „ solidorum, intelligit ab Adam præteriisse Iobel 85. „ & tunc iniisse octogesimam sextam πεντηκονταετη-„ ρίδα.

Ibid. *Diocletianus & Maximianus Augusti insigni pompa.*] ἀναχωρισμός. Hoc enim gestum vicesimo anno imperii eorum, aliquot mensibus antequam purpuram deponerent.

MMCCCXIX. *Decima persecutio.*] Annus Antiochenus CCCLI hic appositus designat tempus horrendæ hujus persecutionis. Erat enim Christi Dionysianus CCCIII. Numerus aureus XIX. Cyclus Solis IV. Sed Eusebius ait illum annum fuisse à Christi natali CCCV, quando oratoria Christiana subversa. In fine VII lib. Hist. Ecclesiast. ἀπὸ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν γενέσεως, ἐπὶ τὴν τῶν προσευκτηρίων καθαίρεσιν, εἰς ἔτη συντείνουσαν πέντε καὶ τριακόσια. Sane annus Christi CCCV, secundum Eusebium, est CCCIV secundum Dionysium. Idem occurrit in Oratione, quæ inscripta fuit πολιτεία τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν Μητροφάνους καὶ Ἀλεξάνδρου, apud Photium 764, ἐννεακαιδεκάτῳ ἔτει τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας, τῆς δὲ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίας τε καὶ τ ἔτους, πάλιν ὁ καθ' ἡμῶν ἐκρατύνθη διωγμός. Hoc modo uno anno minus hic dictum fuerit. Sed Eusebius ait ineunte solenni Paschali Oratoria eversa fuisse. hic dicitur mense Martio id gestum. At anno CCCIV nona Aprilis fuit Pascha ἀναστάσιμον. Ideo octava Aprilis Sabbatum magnum, καὶ προεόρτιον τοῦ Πάσχα. Non contigerit ergo mense Martio, aut, si Martio, non hoc anno. Ego non possum non amplecti notam epochæ Antiochenæ, cui contradici non potest. Nam tunc Orientales cum Occidentalibus non conveniebant in embolismo. Orientalibus VIII, & XIX annus numeri aurei erat embolimæus, quod post tempora Dionysii Exigui receptum est. At Paschale Occidentalium Ecclesiarum eos annos sine embolismo transigebat. Itaque anno Christi proposito CCCIII Dionysiano, Antiochensium CCCLI nobis constat in Occidente πάσχα ἀναστάσιμον celebratum XXI Martii: in Oriente XVIII Ξανθικοῦ, id est Aprilis. Eusebius tamen quum diserte dicat eum mensem fuisse Δύστρον, id est Martium, & τῆς τοῦ σωτηριώδους πάθους ἑορτῆς ἐπελαυνούσης Oratoria eversa fuisse, aliud dicendum est. Non enim sentit, ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ σωτηριώδους πάθους, sed ἐπελαυνούσης τῆς ἑορτῆς, *appetente festo.* Neque tamen in præsentia huic loco ne mediocrem solutionem quidem adhiberi possumus. Mirari vero succurrit de Epocha Antiochena, quæ in annum antecedentem hoc gestum confert. Quin & Chronicon Casaubonianum ad aliud dubium nos vocat, in quo hoc gestum dicitur mense Dystro, (Martio) XXV die. quod non potuit accidere, nisi anno Christi Dionysiano CCCV, aureo numero II, Cyclo Solis VI. Quod si verum est, Pascha celebratum est die ipso termini, ut eo sæculo non raro accidit.

Ibid. *Ecclesiæ subversæ sunt.*] Lactantius lib. V, cap. II. *Ego, quum in Bithynia oratorias literas accitus docerem, contigissetque, ut eodem tempore Dei templum everteretur,* &c.

MMCCCXX. *Secundo anno persecutionis Diocletianus Nicomediæ, Maximianus Mediolani purpuram deposuerunt.*] Hic est annus centesimus primus à ludis sæcularibus Imp. Severi. Zosimus: ἀπὸ γὰρ τῆς Χίλωνος καὶ Λίβωνος ὑπατείας, καθ' ἣν Σεβῆρος τὴν τῶν σεκουλαρίων ἤγαγεν ἑορτήν, ἄχρις ὅτε Διοκλητιανὸς ἐννάκις, ὀκτάκις δὲ Μαξιμιανὸς γεγόνασιν ὕπατοι, διεδέχθη εἰς ἐνιαυτοὺς πρὸς τοῖς ἑκατόν. καὶ τότε ὁ Διοκλητιανὸς ἰδιώτης ἐκ βασιλέως ἐγένετο. Sed nonus Diocletiani, & octavus Maximiani Consulatus conveniunt numero MMCCCXXXII. Non igitur deposuerunt purpuram numero MMCCCXX, sed MMCCCXXII. Quod si objiciatur metachronismus Onufrianus unius anni, saltem deposuerint purpuram numero MMCCCXXI. Sed Diocletianus decimum consulatum gessit. quod negari non potest. Ecquis audeat dicere eum fuisse Consulem post depositam purpuram, quum certum sit ab eo tempore privatum in villa degisse in agro Salonino, & triennio post depositam purpuram decessisse? Certe multos veteres decepit Epocha Ægyptiorum Diocletianea, dum putant initium imperii Diocletianei ab illa consurgere. quod falsissimum est. Hinc Sex. Aurel. Victor scribit Diocletianum imperasse annos XXV, vere, & falso. vere quidem, quod totidem anni sunt à Thoth Elkupti, hoc est à XXIX Augusti, anno Christi Dionysiano CCLXXXIV. falso autem, quod initium imperii Diocletianei orditur ab Epocha Elkupti. Annus igitur XXV Elkupti congruit numero MMCCCXXIII, Diocletiano X, Maximiano VII Coss. Hallucinationes igitur, quæ in annis & initio imperii Diocletianei commissæ sunt, non aliunde natæ, quam ex confusione initiorum Æræ Elkupti, & imperii Diocletianei, propterea quod Æra Elkupti nomine annorum Diocletiani semper citatur. Ex tot autem auctoribus nullum reperimus, qui conjecturæ nostræ certissimæ faveat, præter Sex. Aur. Victorem vulgarem, qui annos XXV imperio Diocletiani attribuit. quod verum est, ut diximus, siquidem ab initio Æræ Elkupti deducantur. At quid absurdius erat, quam Diocletianum deposuisse purpuram ante decimum Consulatum suum, & post depositam purpuram privatum vixisse, siquidem post illud tempus Consulatum decimum gesserit? Si igitur vigesimo imperii anno deposuit purpuram, ergo primus annus imperii ejus convenit anno Christi Dionysiano CCCVIII, quatuor annis post, quam

Epocha Elkupti instituta est. Nam certe triennium solidum, quantum colligere possumus, Carinus bellum cum Diocletiano gessit vario certaminum eventu. Atque adeo nihil est obscurius in temporum Romanorum ratione eo intervallo, quod interjectum est inter initium Epochæ Elkupti Diocletianeę, & medium imperium Constantini Aug.

,, Ibidem. *Secundum Antiochenos.*] Hæc verba non ,, in contextu, sed è regione scripta leguntur in vete- ,, ribus libris.

MMCCCXXI. *Galerius solus biennio Augustus imperium tenuit.*] Sequutus sum PR. qui hic statuunt annum primum Galerii, postquam Augustus factus est, Diocletiano imperium abdicante. POST. & editiones hinc Constantini ordiuntur imperium pessime.

Ibid. *biennio Augustus.*] Aur. Victor Andreæ Schotti quinquennium imperasse scribit. Quod verum est. Biennium enim solidum Augustus fuit ante imperium Constantini. quarto autem anno Constantini obiit.

MMCCCXXI. *Maximinus & Severus.*] Galerius Valerius Maximianus ortus Dacia Ripensi, parentibus agrariis, unde illi cognomen Armentario, Diocletiano imperium deponente, Cæsares sibi adscivit Flavium Valerium Severum, & Galerium Valerium Maximinum Dazam sororis filium. Quare Galerius Maximianus, & Galerius Maximinus etiam attentiori lectori perturbationem pariunt. in libris quoque non raro pro Galerio Maximino, Maximianus ponitur.

Ibid. *Maximinus.*] Nummi: MAXIMINUS NOB. CAES. A. Q. T. &: GAL. VAL. MAXIMINUS. NOB. CAES. Apud Eusebium Hist. Eccles. lib. IX, pag. 104, dicitur Μαξιμῖνος Σεβαςός. item in Chronico Casauboniano semper dicitur Μαξιμῖνος ἰόβιος, qui potius erat Γαλέριος Μαξιμιανός. Itaque mira est confusio. Nam ibi quoque variat lectio, quum etiam scriptum sit Μαξιμιανὸς ἰόβιος. Sic apud Marcellinum lib. XXV, quum de urbe Tarso loquitur, *Maximiani* pro *Maximini* legitur. *Maximini statua Cæsaris locata in vestibulo Regiæ amisit repente sphæram æream formatam in speciem poli, quam gestabat.* Iste ἰόβιος vocatur. Nummus: ΑΥΓ. Κ. Γ. ΙΟΥΑ. ΟΥΑ. ΜΑΞΙΜΕΙΝΟΣ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΙΩΝΙΑ. &: ΑΥΓ. ΙΟΥ. ΟΥΑ. ΜΑΞΙΜΕΙΝΟΣ. ΕΦΕΣΙΩΝ.

Ibidem. *& Severus.*] Nummi: ΦΛΑ. ΟΥΑΛ. CΕΒΗΡΟΣ. ΚΑΙΣ. &: SEVERUS NOB. CÆS. &: SEVERVS NOBILISSIMVS CÆS. &: FL. VAL. SEVERVS NOB. CÆS.

MMCCCXXII. *Constantius XVI imperii anno diem obiit.*] Repetit ejus initium ex quo Cæsar assumptus à Diocletiano & Maximiano. Apud Photium ἐν τῇ πολιτείᾳ ἁγίων πατέρων tertio anno persecutionis obiisse dicitur. τελευτᾷ δὲ ἤδη ποτὲ τῷ τρίτῳ τοῦ καθ' ἡμῶν διωγμοῦ, ἐν ᾧ καὶ Κωνςάντιος πρὸς τὴν ἄφθαρτον βασιλείαν τὴν ἐπίκηρον ἤμειψε. Sed annos XIII Constantium & Galerium Maximianum potentiam Cæsarum gessisse scribit Aur. Victor And. Schotti, & annuum imperium Augusti Constantio, quinquennale Gal. Maximiano fuisse. Adeo, ut dixi, incertæ sunt horum Imperiorum, Cæsarum, & Augustorum Epochæ.

,, Ibid. *diem obiit.*] Ejus ἀποθέωσις in nummo æreo. ,, Caput Constantii cum inscriptione DIVO CON- ,, STANTIO PIO. In altera superficie Templum, ,, sive ἡρῷον, aquilis duabus utrinque astantibus. In- ,, scriptio: MEMORIA FELIX. Infra PLN.

Ibidem. *Constantinus ex concubina Helena.*] Augusta vocata est à nepotibus, & filio, ut testantur nummi: FL. HELENA. AVGVSTA. SECVRITAS REIPVBLICÆ. P. CONS. &: FL. JVL. HELENÆ. AVG. PAX. PVBLICA. Duo item Saxa.

Romæ:

DOMINÆ. NOSTRÆ. FL. IVL.
HELENÆ. PIISSIMÆ. AVG.
GENETRICI. D. N. CONSTAN-
TINI. MAXIMI. VICTORIS.
CLEMENTISSIMI. SEMPER.
AVGVSTI. AVIÆ. CONSTAN-
TINI. ET. CONSTANTI. BEATIS-
SIMORVM. PRINCIPVM.
JVLIUS. MAXIMIANVS. V. C.
COMES. PIETATI. EIVS.
SEMPER. DICATISS.

Neapoli:

PIISSIMAE. AC. VENERABI-
LI. DOMINAE. NOSTRAE.
HELENAE. AVGVSTAE.
MATRI.
DOMINI. NOSTRI. VICTORIS.
IMPER. AVG. CONSTANTINI.
ET. AVIAE. DOMINORVM.
NOSTRORVM. CAESARVM.
ORDO. ET. POPVLVS.
NEAPOLITANVS.

Nam certum est nunquam Augustam vocatam vivente Chloro. Eusebius: ἔτω δὲ ἀξιώματι βασιλικῷ τετιμηκότα (matrem scilicet) ὡς ἐν πᾶσιν ἔθνεσι καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς ςρατιωτικοῖς τάγμασιν Αὐγοῦσταν βασιλίδα ἀναγορεύεσθαι, χρυσοῖς τε νομίσμασι καὶ τὴν αὐτῆς ἐντυποῦσθαι εἰκόνα.

Ibid. *ex concubina Helena.*] Chronicon Casauboni ὁ παῖς αὐτοῦ Κωνςαντῖνος ὁ νόθος ἐξ Ἑλένης αὐτῷ γενόμενος. Zosimus hostis nominis Constantini: Κωνςαντῖνος ἐξ ὁμιλίας γυναικὸς οὐ σεμνῆς, οὐ δὲ κατὰ νόμον συνελθούσης Κωνςαντίῳ τῷ βασιλεῖ γεγενημένος. Idem dicit, quod Hieronymus. At Eutropius: *Constantinus ex obscuriori matrimonio ejus filius.* Si ex matrimonio, ergo κατὰ νόμον συνελθούσης, adversus sententiam Zosimi, & Hieronymi. Ea ergo fuerit non concubina, sed prior uxor. Atqui non potest. Nam prior uxor erat Minervia, mater Crispi Cæsaris, quam dimittere coactus est, quum Theodoram privignam Herculii duxit uxorem, sororem uterinam Maxentii matre Eutropia. quo nomine Maxentius Herculii & Eutropiæ filius Constantium cognatum suum vocat, id est sororis suæ virum, quomodo etiam hodie idiotismus Italicus, Aquitanicus, Tectosagicus, Provincialis loquitur. In nummis: IMP. MAXENTIUS DIVO. CONSTANTIO. COGNAT. MEMORIAE. AETERNAE.

Ibid. *regnum invadit.*] Non invasit, sed ab exercitu Britannico ad imperium evectus est, ut scribunt Aur. Victor, & Zosimus. Nam falsum est, quod scribitur ἐν τῇ πολιτείᾳ Μητροφάνους καὶ Ἀλεξάνδρου, à moriente Constantio Constantinum successorem imperii designatum. τὸν Μαξιμιανὸν ἐνεδρεύοντα τὸν Κωνςαντῖνον ἀνελεῖν μὴ λαθεῖν. διὸ καὶ πρὸς τὸν πατέρα φεύγει. καὶ τελευτῶντα καταλαβὼν χειροτονεῖται παρ' αὐτοῦ τῆς βασιλείας. Apud Apostatam Constantius Con- " stantini F. de patre suo ita ait: ὁ πατὴρ δὲ τὸν μὲν " προσήκουσαν αὐτῷ μοῖραν μάλα εὐσεβῶς ἐκλη- "

,, σατο

„ ἀλλὰ περιμείνας τὴν εἱμαρμένην τελευτὴν τοῦ γα-
„ μβροῦ. expectasse maturum obitum Constan-
„ tii, non autem imperium ante ejus mortem affectasse.
imo τελευτήσαντα, non τελευτῶντα invenit patrem suum. Simile delirium, quod idem auctor scribit, Constantinum à patre suo Constantio sacris literis eruditum, & ab eo Cæsarem designatum fuisse: quum neque Constantius unquam Christianus, neque Constantinus Cæsar fuerit sub patre, sed sub Galerio, si nummis credimus: FL. VAL. CONSTANTINUS NOB. CÆS. &, CONSERVATOR. AFRICÆ. SUÆ. &, CONSERVATORES. KART. SUÆ. R. K. Δ. Quod mihi tenebricosius est Cimmeriis tenebris. Nam historia nulla refert aut eum Cæsarem à Galerio dictum, aut unquam
„ in Africa fuisse. neque huc referri possunt quæ Opta-
„ tianus Porphyrius scribit:

„ — *tranquillis carior urbi*
„ *Africa temporibus potitur servata quiete*
„ *Nunc se felicem, nunc se sub nominis arce*
„ *Tutam, quod Karthago decus venerabile gestat,*
„ *Iure putat —*

„ Nam de Constantino jam Augusto loquitur.

Ibid. *quarto autem persecutionis anno Constantinus regnare orsus.*] Anno Christi CCCVII, qui erat quartus à persecutione completus, mense Julio, post mortem patris: cujus imperii initium sumitur à XXIV Septembris ejusdem anni: & quinquennalia ejusdem concurrunt cum Indictione: quod alibi à nobis demonstratum est.

MMCCCXXIII. *Constantinus ann. XXX, menses X.*] Ita habent PR. libri, qui hunc primum annum Constantini ordiuntur, à CCCVIII anno Christi Eusebiano, CCCVII Dionysiano. Editiones & POST. à numero MMCCCXXI, anno Christi Dionysiano CCCV.

Ibid. *ann. XXX, mens. X.*] Imo XXIX ann. mens. X. ut infra apparebit. Sed, ut jam toties diximus, nihil est incertius initiis horum Imperatorum, à Caro, ad initium Valentiniani.

Ibid. *Maxentius Herculii Maximiani filius à Prætorianis militibus Romæ Augustus appellatur.*] Nummi: IMP. C. M. A. VAL. MAXENTIUS. P. F. AUG. CONSERV.
„ URB. SUÆ. T. T. Sed quum fuerit Herculii filius,
„ mirum, quod in nummis ejus legimus: IMP. MAXEN-
„ TIUS DIVO MAXIMIANO PATRI SOCERO. ÆTER-
„ NA MEMORIA. Is dolens imagines Constantini Cæsaris Romam illatas, προσλαβὼν ὑπηρέτας τῆς ἐγχειρήσεως Μαρκελλιανὸν, καὶ Μάρκελλον ταξιάρχους, &c. καὶ προσέτι γε τοὺς περὶ τὴν αὐλὴν στρατιώτας, οὓς Πραιτωριανοὺς καλοῦσιν, εἰς τὸν βασίλειον θρόνον παρὰ τούτων ἀνεβιβάσθη. Zosim.

MMCCCXXIII. *Severus Cæsar à Galerio Maximiano contra Maxentium missus Ravennæ secundo anno imperii interficitur.*] Non Ravennæ, sed ad urbem Ravennam, ad tres Tabernas. Auctor Aur. Victor. τρία καπηλεῖα Zosimo. Sed apud Sex. Aur. Victorem legitur: *Severus ab Herculio Maximiano Romæ ad tres Tabernas extinguitur: funusque ejus Gallieni sepulcro infertur, quod ab Vrbe abest per Appiam millibus novem.* Itaque illæ tres Tabernæ hoc modo non ad urbem Ravennam fuisse videntur, sed eæ esse omnino, quarum in Actis Apostolorum mentio fit, quæ ad forum Appii. Quare mira fuerit contradictio. Zosimus lucem aliquam adferre videtur: Severum Romam obsidentem à suis desertum Ravennam urbem munitissimam confugisse: quum nulla spes esset eum vi expugnari posse, propter locum & natura suapte, & ope humana inaccessum, à Maximiano Herculio blanditiis pertractum ut Romam veniret, quum in itinere esset, ab insidiis, quas Maximianus Herculius collocaverat, oppressum fuisse in loco, qui dicitur Ad tres Tabernas. Atqui tres Tabernæ fori Appii ultra Urbem sunt Terracinam euntibus. Severus autem Ravenna Romam proficiscens quomodo prius ad Terracinæ tractum pervenit, quam Romam, quo tendebat, pervenisset? Quis Oedipus hoc ænigma solvet? Ego non dubito illas tres Tabernas in agro Ravennate fuisse: neque aliter posse colligi ex verbis Zosimi. Aurel. vero Victorem deceptum ὁμωνυμίᾳ loci putasse eas tres Tabernas esse, quæ sunt ad forum Appii. Aur. Victor Andreæ Schotti, item Eutropius, unde Hieronymus, Ravennę periisse dicunt: quod quidem mihi persuadent. Qui verba Zosimi attente perpendet, non aliter judicabit.

Ibid. *Ravennæ secundo anno imperii sui interficitur.*] Ad Ravennam, non Ravennæ, ut ostendimus, strangulatus, si qua Zosimo fides, λόχῳ ἐγκαταστὰς αὐτόθι παρὰ Μαξεντίου συλλαβὼν, καὶ βρόχῳ τὸν τράχηλον ἀρτήσας ἀνεῖλεν. Liber πολιτείας Μητροφάνους καὶ Ἀλεξάνδρου multa ridicula continebat. in his, τὸν Σεβῆρον νόσῳ τελευτῆσαι.

Ibidem. *Licinius à Galerio Carnunti Imperator factus.*] Aurel. Victor Andreæ Schotti: *Hoc acrior Galerius, adscito in consilium Iovio, Licinium vetere cognitum amicitia Cæsarem, creat Augustum.* Zosimus iisdem fere verbis ex eodem auctore: Μαξιμιανὸς ὁ Γαλέριος ἐκ παλαιοῦ τῆς ἑταιρείας ἐπιτήδειον ὄντα αὐτῷ Λικίνιον βασιλέα καθίστησιν. Sed ineptum est, quod ait hic Aur. Victor, Cæsarem prius fuisse, & postea creatum Augustum. Nam constat ex privato Augustum factum. nisi quis velit dicere Cęsarem & Augustum simul creatum. quod ab Augusto usque nemo ad imperium proveheretur, nisi prius Cæsar factus: postea Augusti nomen, aut jussu Augusti, aut mortuo Augusto, assumebat. Certe ejus nummi nunquam eum NOBILEM CÆS. sed simpliciter IMP. CÆS. AUG. vocant. AY. K. OYAA. AIKINIAN. AIKINIOC. CEB. LA. &: IMP. C. VAL. LICIN. LICINIUS. P. F. AUG.

MMCCCXXV. *Herculius.*] De eo Zosimus: τῆς κατὰ Κωνσταντίνου διὰ τῶν αὐτοῦ στρατιωτῶν ἐπιβουλῆς ἐπελάβετο. προκαταληφθείσης δὲ Φαύστης τὸ ἐγχείρημα, καὶ τῷ Κωνσταντίνῳ τοῦτο μηνυσάσης, ἀπορούμενος ἐπὶ πάντων ἐκπεσεῖν ὁ Ἑρκούλιος, κατὰ τὴν Ταρσὸν ἐτελεύτησε. Quomodo potuit mori in urbe Tarsi, quem paulo ante constituit in Gallia suadentem Constantino, bellum in filium Maxentium suscipere? Reliqui scriptores dicunt eum Massiliæ periisse. At Græculus hallucinatus est ex similitudine nominis. Non enim Herculius Maximianus socer Constantini Magni, Tarsi periit, sed Galerius Maximinus. Aurel. Victor Andr. Schotti: *Maximinus ad Orientem, post biennii Augustum imperium, fusus fugatusque à Licinio apud Tarsum periit.* Atque ex illo Andr. Schotti Victore multa Zosimum verbatim desumpsisse non semel deprehendimus. quum autem hæc verteret, non dubium est, eum dormitasse.

Ibid. *Herculius Maximianus*] Hieronymus ex Eutropio. aut saltem ex Eutropio addidit nomen Massiliæ, ubi periit. Nam Græca reliqua habent. Consecratus „
autem est à filio Maxentio. Numi Maxentii: IMP. „
MAXENTIUS DIVO MAXIMIANO PATRI SOCE- „
RO ÆTERNA MEMORIA. in alio: DIVO MAXI- „
MIANO OPTIMO REQUIES OPT. MAX. „

Ibid. *Quirinus.*] Martyrologium IV Junii. Prudentius Peristephano septimo. ubi dicitur passus sub Galerio

lerio duce, qui Illyrium *urgebat ditionibus*, haud dubie intelligens aut præsidem, aut vicarium præfecti prætorio. Nam de Galerio Imperatore hæc accipi non possunt, qui anno sequenti obiit. Ex hymno Prudentii fere ad verbum hæc Hieronymus.

Ibid. *& cum spectantibus collocutus, ne suo terrerentur exemplo.*] Ex illis Prudentii:

Sed Quirinus ut eminens,
Os circumtulit heu suos
Ex templo trepidos videt,
Nil ipse proprii memor
Inter stagna periculi
Confirmat pia pectora, &c.

Ibid. *ne suo terrerentur exemplo.*] Et cæco paret in superioribus versibus Prudentii legendum: — *& suo* ,, *exemplo trepidos videt*. Exemplum, supplicium. Teren- ,, tius, *Quæ exempla in te edentur?*

MMCCCXXVI.] *Galerius Maximianus vicesimo primo imperii suo anno moritur.*] Ab eo anno, quo Cæsar adscitus, is erat vicesimus primus, ab eo autem, quo Diocletianus purpuram deposuerat, sextus: de quibus annis biennium solus Augustus fuit, ut dicitur numero MMCCCXXI, quatuor reliquos cum Constantino. Ita sexennio non toto Augustus fuit. Unde recte ab Aur. Victore Andreæ Schotti dictum est, quinquennium imperii illi fuisse, nempe solidi. Nam sexto anno à Diocletiani abdicatione obiit.

Ibid. *moritur.*] In Dacia Ripensi, unde ortus erat, ibique sepultus. Auctor Aurel. Victor. Vulnere pestilenti consumptus, auctore altero Aur. Victore Andr. Schotti. Zosimus: ταῦτα βουλευομένῳ τραῦμα δυσίατον ἐνσκῆψαν αὐτῷ τοῦ βίου μετέστησεν. Apud Euseb. lib. VIII Eccles. Hist. in fine, & ante, vocatur Μαξιμῖνος. In vita Constantini describitur ulcus, quo periit: & ibi recte vocatur Μαξιμιανός. Sed sine dubio videtur hos duos confundere, Μαξιμῖνον, καὶ Μαξιμιανὸν, ut ex sequentibus apparebit. Hunc Galerium Maximianum Chronicon Casaubon. semper vocat Ἰόβιον. Eusebius quoque, qui Maximinum hostem Christianorum cum Maximiano confundit, eodem afficit nomine. quod puto verum esse. Nam Constantius Chlorus à socero Valerio Herculio adoptatus Valerius vocatus, Galerius quoque à Jovio Diocletiano socero, Jovius dictus.

Ibid. *Maximinus persecutione in Christianos facta, quum jam à Licinio puniendus esset, apud Tarsum moritur.*] De hoc habes in extremis capitibus lib. VIII Hist. Eccles. ubi recte Μαξιμῖνος vocatur, quum in primo libro de vita Constantini Μαξιμιανὸς constanter ubique legatur. Sed mira est hallucinatio Eusebii. Nam in fine libri VIII, postquam de hoc Christiani nominis sævissimo hoste, ejusque morte verba fecit, mox subjicit, imperio Romano in quadruplicem potestatem diviso, Diocletianum in summis doloribus à dæmone exagitatum periisse, Herculium Maximianum laqueo vitam finiisse, Constantium optimum principem suo fato placide functum, Maximinum diris cruciatibus corporis excarnificatum animam efflasse. Atqui quartus ex illis, ut constat, non erat Maximinus, sed Maximianus. Neque Galerius Maximianus Armentarius Christianos unquam persecutus fuit, neque Tarsi obiit. Utrumque enim congruit Galerio Maximino, non Galerio Maximiano, qui bonus Princeps, & laudabilis fuit, eximius, & felix bellator, ortus Dacia Ripensi, ibique sepultus. Quid mirum si Zosimo ansam hallucinandi præbuit nominum similitudo, quum Eusebius homo illorum temporum, qui jam adultus sub imperio omnium illorum vixit, tam pueriliter, tam ridicule lapsus sit? Hoc ego magis in Zosimo, quam in Eusebio, excusarim. Non potest eum excusare, nisi qui verum oderit. Si vult excusare, prius eum liberet culpa. Ex his colligimus tam Galerium Maximianum, quam Galerium Maximinum incurabili vulnere periisse, nisi confusio ut nominis, sic exitus vitæ, commissa sit à scriptoribus. Neque minor menda est in Chronico Casaubon. ubi Constantino Aug. III, Licinio II Coss. hoc est numero MMCCCXXVIII, Γαλέριον Μαξιμιανὸν σκωληκόβρωτον cum summis cruciatibus in Oriente obiisse scribitur. Sabino autem, & Rufino Coss. rursus scribitur Γαλέριον Μαξιμιανὸν ὕδρωπι δεινῷ πιασθέντα ἐν Σαλῶναις ἀποθανεῖν, numero MMCCCXXXII. Prior enim est Μαξιμῖνος, non Μαξιμιανὸς, qui in Oriente periit, nempe Tarsi, ut ante à nobis expositum est. Alter Salonis in Dacia Ripensi: uterq; νόσῳ χαλεπωτάτῃ. Apud Hieronymum Commentario in XIV caput Zachariæ recte legitur Maximinus, quem etiam sævissimum omnium vocat, & inter eos ponit, quorum carnes computruerint.

MMCCCXXVIII. *Maxentius juxta pontem Mulvium.*] Anno Christi vulgari CCCXIII, indictione prima, quæ cæpit à XXIV Septembris antecedentis. Unde initium Indictionum Constantianarum. Ea erat indictio Antiochena vigesima quinta iniens, Hadrianea quartadecima, Antoniniana nona. Sed non exigui momenti quæstio exoritur. Si Maxentius anno Christi Dionysiano CCCXIII periit, ergo anno antecedente Constantinus nondum Roma potiebatur, Maxentio ipsam adhuc obtinente. Atqui eo anno, nempe CCCXII, Episcopi Catholici Africani petiverunt à Constantino judices Episcopos sibi dari ex Gallia, & Italia, qui quidem statim convenerunt Romam. Verba Optati Milevitani super hac controversia: *Convenerunt in domum Faustæ in Laterano, Constantino quater, Licinio ter Consulibus, sexto Nonas Octobris die, sexta feria.* Ut sexto Nonas Octobris esset sexta feria, non potuit in illo tractu temporis contingere, nisi anno Christi CCCXIII, Cyclo Solis XIV, numero Eusebiano MMCCCXXIX. Quæro, si eo anno tyrannus urbe potiebatur, quomodo Constantius Episcopis indixerit sedem concilii Romæ? Rursus quomodo tutum illis fuit convenire sub tyranno Christianorum hoste sævissimo? quanquam & hoc facile solvi possit, quum sub aliis Christiani nominis hostibus Augustis idem alias factum sit. Rursus videmus apud Optatum Constantinum quater Consulem fuisse, Licinio ter Consule. at Chronicon Casaubonianum, & conditores Fastorum utrunque ter Consulem simul comparant.

Ibidem. *juxta pontem Mulvium.*] Imo in ipso ponte Mulvio, cujus ruina in profluentem præceps cum equo corruit. Pontem Mulvium male confundit cum Sublicio Lactantius lib. I, cap. XXI, de hac re loquens.

Ibid. PAX NOSTRIS A CONSTANTINO REDDITA.] Hæc ita habentur in FRE. & BONG. Est “ epocha Ecclesiæ; quæ à pace Christianismo reddita “ tempora putabat. Vide lib. III Isagog. Canonum ad “ caput I, epocha CXIII. “

MMCCCXXIX. *Bellum Cibalense.*] Eutropio dicitur Bellum ad Cibalas, Pæanio ejus metaphrastæ, πόλεμος ἐν Κιβάλει πόλει Παννονίας. Nam Κίβαλις est Ptolemæo. Zosimus: εἰς Κίβαλιν συνήθροισε τὸν στρατόν· πόλις δὲ αὕτη Παννονίας ἐστὶν ἐπὶ λόφου κειμένη. στενὴ δὲ ὁδὸς ἡ ἐπὶ τὴν πόλιν ἀνάγει σταδίων πέντε τὸ εὖρος, ἧς τὸ πολὺ μέρος ἐπέχει λίμνη βαθεῖα. Cibalas vocat Aur. Victor, & juxta paludem Hiulcam collocat, quam in animo habebat Zosimus.

MMCCC-

MMCCCXXXII. *Diocletianus haud procul Salonis.*] Ad verbum Hieronymus ex Eutropio: nisi quia excepit ea, quæ voluit. Verba Eutropii de obitu Diocletiani, quia luculentum testimonium est, & ex eo suam pericopen excerpsit Hieronymus, omittere non debui: *Diocletianus privatus in villa, quæ haud procul à Salonis est, præclaro otio senuit, inusitata virtute usus, ut solus omnium post conditum Romanum Imperium ex tanto fastigio sponte ad privatæ vitæ statum civilitatemque remearet. Contigit igitur ei, quod nulli post natos homines, ut quum privatus obiisset, inter Divos tamen referretur.* Sequitur autem Hieronymus Sex. Aur. Victorem, qui novem annos ait eum explesse in communi habitu, id est, ἐν ἰδιωτικῷ σχήματι, vel, ut Eutropius, in civilitate privatæ vitæ, ἐν πολιτείᾳ ἰδιωτικοῦ βίου. Deposuit purpuram numero MMCCCXX. Obiit numero MMCCCXXIX. Proinde novennium privato habitu degit, ut voluit Aur. Victor. At Zosimus: Διοκλητιανὸς μὲν τελευτᾷ τρισὶν ἔτεσιν ὕστερον. Itaque secundum hunc sexennio ante obierit, quam putarunt Sex. Aur. Victor, & Hieronymus. Rursus idem Aurel. Victor scribit minacibus literis Constantini & Licinii increpitum veneno hausto periisse, ignominiosæ mortis metu: quod multum adversatur verbis Eutropii, quæ illum in placido otio ἐγγηρᾶσαι testantur. Diris cruciatibus Eusebius & Scriptores Christiani vitam explesse dicunt.

Ibid. *Diocletianus haud procul à Salonis in villa sua Palatio moritur.*] Ita PR. & PET. Sed FREH. *in villa sua Spalato.* BONG. *in villas suas palatio.* Videtur *Spalatus* esse nomen villæ illius. In Notitia imperii PROCURATOR *Gynacei Ioviensis Dalmatiæ Aspalato.* Itaque incertum *Aspalato*, an *Spalato* hic legendum. Ego non dubito „ esse nomen villæ, in qua obiit Diocletianus. Magnus „ Hermolaus Barbarus in XXV cap. lib. III Plinii, „ *Nunc autem*, inquit, *Brattiam contra Salonas esse constat,* „ *sive, ut Nautæ dicunt, contra Spalatum. Ita enim vocatur* „ *urbs Diocletiani quondam Palatium. Eusebius in Chroni-* „ *cis: Diocletianus, inquit, haud procul Salonis in villa sua* „ *Palatio moritur, &c.* Ex his verbis patet locum esse „ maritimum, & adhuc à nautis *Spalatum* vocari. Sed „ falsum Salonas, ut ille summus vir putat, esse Spala- „ tum. Et sane hodie Archiepiscopus Spalatensis ha- „ bet IX suffraganeos in Sclavonia sive Dalmatia. Vo- „ laterranus: *Spalatum Plinio commemoratum olim Dio-* „ *cletiani palatium. Eusebius in Chronicis. Diocletianus haud* „ *longe à Salona in villa sua Palatio moritur.* τὸ *Palatium* „ non in *Spalatum* mutat, sed eo Spalatum intelligi „ vult. Sed quum ad verbum ex Eutropio hæc sumpserit Hieronymus, mirum neque Palatii, neque Spalati mentionem ullam apud Eutropium extare.

MMCCCXXXIII. *Crispus.*] Constantini Magni ex concubina Minervia filius. Nummi: FL. IUL. CRISPUS. NOB. „ CÆS. PRINCEPS. IUVENTUTIS. Publilius Optatianus:

„ *Sancte salus mundi, armis insignibus ardens,*
„ *Crispea vis melior, te carmine læta secundo*
„ *Clio Musa sonans tua fatur pulchra juventus, &c.*

„ Secundo post patrem carmine se Crispum ponere „ ideo ait, quia ejus, utpote jam Cæsaris, secunda po- „ testas erat post patrem.

Ibid. *& Constantinus.*] Constantini Magni ex Fausta uxore filius. Nummi: FL. CL. CONSTANTINUS. IUN. N. C. Cæsar factus τῇ τοῦ πατρὸς δεκαετηρίδι, ut scri- „ bit itidem Eusebius. In eodem Optatianus:

„ *Constantinus item laus orbis, gloria sæcli,*
„ *Romuleum sidus, lux clemens, inclita fratrum*
„ *Nobilitas, proavis verum & memorabile fama*
„ *Restituit victor Cæsar nomenque deumque.*
„ *Sancte pater, rector superum, Vicennia læta*
„ *Augusto & decies crescant solennia natis.*

Manifesto indicat Vicennalibus patris Augusti in de- „ cennalia filiorum Cæsarum incurrisse. ut Eusebius „ recte dixerit τῇ δεκαετηρίδι τοῦ πατρὸς eos Cæsa- „ res factos. Infra: „

Virtutum meritis vicennia præcipe vota „
Sæclorum crevit gemino spes Cæsare certa. „

MMCCCXXXVI. *Constantinopolis dedicatur.*] Anno Christi CCCXXX, Maji XI, feria secunda, hoc anno. Codex FR. unius anni metachronismo.

Ibid. *& Licinius adolescens.*] Liciniani Licinii Augusti, & Constantiæ Constantini Magni sororis fil. Nummi: LICINIUS IUN. NOB. C. &: D. N. VAL. LICIN. LICINIUS NOB. C. Quo die hæ inaugurationes Cæsarum factæ, defectio Solis contigit. Aur. Victor Andreæ Schotti: *Quod equidem vix diuturnum, neque his, qui assumebantur, felix fore, defectu Solis fœdato iisdem mensibus die, patefactum.* Hic Solis defectus contigit hoc ipso anno, qui erat Christi CCCXVII Dionysianus, XXVI Julii, feria VI, Cyclo Solis XVIII, Epacta ✱. numero aureo XIV. Licinium vero XX mensium fuisse tantum, quum Cæsar declaratus est, refert alter Aur. Victor.

Ibid. *Crispus & Constantinus.*] Nummus utriusque communis: CRISPUS ET CONSTANTINUS CC. SIRM.

MMCCCXXXVII. *ad quorum perfidiam arguendam Synodus.*] Quæ Synodus celebrata est numero MMCCCXL. Non enim hoc anno celebratam esse dicit. sed tunc cœpisse Arrii venenum in vulgus spargi.

Ibid. *Helena Constantini mater.*] Hæc in editiones ex Rufino totidem verbis traducta sunt lib. I. cap. VIII Histor. Eccles. quæ nullus omnium Scriptorum codicum habet. Nos non semel testati sumus nihil sine auctoritate scriptæ lectionis admissuros. Eusebii enim & Hieronymi Chronicon, non aliena, edimus.

MMCCCXXXVIII. *Constantius filius Constantini Cæsar factus.*] Nummi: FL. JUL. CONSTANTIUS NOB. C. &: D. N. CONSTANTIUS JUN. NOB. C. Cæsar factus τῇ πατρὸς εἰκοσαετηρίδι. Hic vero est XVII annus, non XX Constantini. Prochronismus triennii.

MMCCCXL. *Licinius Thessalonicæ.*] Aur. Victor Andreæ Schotti refert Constantinum Magnum solum potitum fuisse imperio annos XIII. Hoc non contigit, nisi Licinio purpura & vita exuto. Obiit, ut ajunt, Constantinus anno imperii trigesimo. Quare deductis XIII, Licinius interfectus fuerit anno imperii Constantini XVIII, ut hic notatum est. Rursus Aur. Victor Andr. Schotti scribit sexennio postquam Crispus, Constantinus, & Licinius junior Cæsares sunt facti, hoc contigisse. *Itaque sexennio post rupta pace apud Thracias Licinius pulsus Chalcedona concessit. Ibi ad auxilium sui Martiniano in imperium cooptato, una oppressus est.* Deductis sex de XVIII annis imperii Constantini, remanebit annus XII imperii ejusdem, quo illi Cæsares renunciati. quod & ipsum recte assignatum est.

Ibid. *contra jus sacrum.*] Omnia ex Eutropio. *Postremo Licinius navali & terrestri prælio victus apud Nicomediam se dedidit, & contra religionem sacramenti privatus occisus est.* Privatus, quod purpuram Constantino per uxorem obtulit paulo antequam ipse cum Martiniano jugularetur. Rursus Zosimus: ὁ δὲ Κωνσταντῖνος Μαρτινιανὸν μὲν παραδίδωσι τοῖς δορυφόροις ἐπὶ θανάτῳ, Λικίνιον δὲ εἰς τὴν Θεσσαλονίκην ἐκπέμψας ὡς βιωσόμενον αὐτόθι σὺν ἀσφαλείᾳ, μετ' οὐ πολὺ τοὺς ὅρκους πατήσας, (ἦν γὰρ ἀπὸ τούτου σύνηθες) ἀγχόνῃ τοῦ ζῆν αὐτὸν ἀφαιρεῖται.

MMCCCXLI. *Crispus filius Constantini.*] Vide Suidam in Κρίσπος. Aur. Victor: *At Constantinus obtento*

totius Romani imperii, mira bellorum felicitate, regimine, Fausta conjuge, ut putant, suggerente, Crispum filium necari jubet. Hinc Zosimus: προσιστάσης δὲ τῆς πάσης εἰς μόνον Κωνσταντῖνον ἀρχῆς, &c. Sed ex alia caussa Crispum sublatum scribit; non utique instinctu novercæ, sed ex suspitione consuetudinis stupri cum ea. Κρίσπον γὰρ παῖδα τὸν τοῦ Καίσαρος, ὡς εἴρηται μοι πρότερον, ἀξιωθέντα τιμῆς, εἰς ὑποψίαν ἐλθόντα τοῦ Φαύστῃ τῇ μητρυιᾷ συνεῖναι, τὸν τῆς φύσεως θεσμὸν μηδένα λόγον ποιησάμενος ἀνεῖλε. Vigesimo anno imperii extinctum fuisse scribit Sozomenus lib. I. hic vero decimonono. Sane adhuc viventem inducit Publilius Optatianus, quum Vicennalia celebrarentur. Sublatum autem veneno fuisse patet ex Disticho, quod Palatinis foribus apposuit Ablabius, qui postea cum Basso Consul fuit,

> *Saturni aurea sæcla quis requirat?*
> *Hæc sunt gemmea, sed Neroniana.*

Quia scilicet, inquit Sidonius, *prædictus Augustus iisdem fere temporibus extinxerat conjugem Faustam calore balnei, filium Crispum frigore veneni.* Sed hic est ὕστερον πρότερον. Nam Crispi mors corrigit, deferente eum patri Fausta noverca. Ideo ante illam extinctus est. Mox patefacta fraude mulieris, & ipsa quoque manibus privigni comes addita.

Ibid. *& Licinius junior Constantiæ Constantini sororis filius.*] Eutropius: *Primum necessitudines persecutus egregium virum & sororis filium commodæ indolis juvenem interficit, mox uxorem, post amicos.*

MMCCCXLII. *Vicennalia Constantini Nicomediæ facta, & sequenti anno Romæ edita.*] Illustris locus. Uno anno Nicomedienses anticiparunt Vicennalia, qui erat Christi CCCXXVI, quum anno sequenti Romani rite ea celebraverint anno Christi Dionysiano CCCXXVII, quo ostenditur Constantinum inivisse imperium anno Christi CCCVII, non autem CCCV, ut Onufrius, & Annales Ecclesiastici, in quibus inanem sententiæ nostræ reprehensionem notatam à nobis depulimus in prolegomenis operis de Emendat. Temp. Nam multis argumentis vincitur, annum primum imperii Constantiniani consurgere ex XXIV Septembr. anni Christi CCCVII, numero MMCCCXXIII.

MMCCCXLIII. *Drepanum Bithyniæ.*] Δρέπανον Βιθυνίας πρὸς τῷ Ἀστακηνῷ κόλπῳ. Stephanus.

Ibid. *in honorem martyris Luciani.*] Cedrenus: καὶ Δρεπανὰν τὴν ἐν Νικομηδείᾳ ἐπικτίσας εἰς τιμὴν Λουκιανοῦ τοῦ ἐκεῖσε μαρτυρήσαντος, Ἑλενόπολιν διὰ τὴν μητέρα ἐκάλεσεν. Quæ ad verbum Socrates ex Latinis Hieronymi reddidit, Cedrenus, vel potius Theophanes, ex Socrate deprompsit. Idem habet Chronicon Casaubonii, idque ex Theophane.

MMCCCXLIV. *In Antiochia Dominicum.*] Cedrenus ex Theophane: τῷ κγ, κὴ δ, κὴ ε ἔτει τὸ ἐν Ἀντιοχείᾳ ὀκτάγωνον Κυριακὸν ἤρξατο οἰκοδομεῖσθαι. Dedicatum Marcellino, & Probino Coss. numero MMCCCLVII, anno Christi CCCXLI, teste Athanasio. Vide Epiphanium 160.

Ibid. *Donatus agnoscitur.*] In FREH. notatum è regione, *Donatus Hæresiarches sexto post Arrium anno unitatis vinculum rupit.*

Ibid. *Post quem vigesimus tertius Eustathius.*] Epistola ad Euagrium: *Eustathius, qui primus Antiochenæ Ecclesiæ Episcoporum contra Arrium clarissima tuba classicum cecinit.*

MMCCCXLV. *Porphyrius misso.*] Publilii Optatiani Porphyrii Poëtæ Panegyricus ille, quo de hic agitur, extat hodie, fastidiosæ & putidæ περιεργίας opusculum, illis mirandum, qui operosas nugas amant. Conditor Annalium Ecclesiasticorum jocularitèr hunc Porphyrium putat esse illum Porphyrium Malchum "Tyrium, Philosophum celeberrimum, Christiani "nominis allatratorem: qui tamen non ultra tempora Diocletiani vitam extendit, auctore Suida. Addit "idem doctus Annalium scriptor, in eo Panegyrico "Porphyrium retractasse ea, quæ in Christianos scri-"pserat, eaque παλινῳδίᾳ reditum in patriam meruis-"se. Prius demonstrandum erat, quando in exilium "missus fuit & sub quo Principe. At iste Optatianus "erat Christianus. Rursus jam ab exilio redierat Vi-"cennalibus Constantini numero MMCCCXLIII. "Ideo metachronismus est biennii. Lege ejus car-"men, quod scripsit quum Vicennalia celebrarentur. "Porro Augustinus X de civit. cap. XXVIII ait Por-"phyrium à Christi fide resiliisse. quod ego nusquam "memini me legere. Conjectura hoc colligunt, ideo "Christianum fuisse, quod Origene familiariter usus "sit. quod non probamus, ut neque illud, Eusebium "scripsisse XXX libros adversus Porphyrium eodem "tempore, quo Porphyrius scribebat in Sicilia. Euse-"bius enim scripsit sub Constantio Constantini Ma-"gni F. Hieronymus de Eusebio in libro de Scriptori-"bus Ecclesiasticis: *& contra Porphyrium qui eodem tem-"pore scribebat in Sicilia, ut quidam putant, libri triginta.* "Recte Hieronymus adjecit, *ut quidam putant.* Neque "enim verum fuit, neque Hieronymus credidit. Tres "ultimi libri ἀποδείξεως εὐαγγελ. XVIII, XIX, XX, "in Porphyrium scripti sunt. Huic hallucinationi An-"nalium scriptoris simillima est illa, qua Exuperium "Burdigalensem cum Episcopo Tolosano ex cognomine confundit: atque adeo nos super eo reprehendit, qui, nisi cæci & amentes simus, diversos facimus. Tanta fuit hominis in hoc ἀπερισκεψίᾳ, ut in nupera Martyrologii editione errorem non castigarit. De hoc poëmatio Porphyrii mentio extat apud Bedam libello de rythmis. *Repertuntur quædam & in insigni volumine Porphyrii poëtæ, quo ad Constantinum Augustum misso, meruit de exilio liberari.* Quæ sine dubio ad hunc locum Hieronymi alludunt.

MMCCCXLVI. *Constantinopolis dedicatur.*] Omnium auctorum consensu XI Maji, feria secunda. quod non potuit contingere, nisi anno Christi CCCXXX, cyclo Solis III. Sed de eo abunde à nobis disputatum in lib. de Emend. Temp & in Canonib. Isagog. Chronicon Casaubon. recte confert in Consulatum Gallicani & Symmachi. Sed inepte dicit eum fuisse annum CCCI à resurrectione, qui erat tantum CCXCVIII.

Ibidem. *Metrodorus.*] Omnino ad Cedrenum 242, 51.

MMCCCXLVII. *Edicto Constantini.*] Cedrenus: τῷ κϛ, κὴ κζ ἔτει αὐτοῦ τὴν κατὰ τῶν εἰδώλων, κὴ τῶν ναῶν αὐτῶν κατάλυσιν ἐπέτεινε. τὰς δὲ εἰσόδους αὐτῶν τῆς ἐκκλησίαις ἐκύρωσε. Cyrus Monachus:

> Οὗτος καθεῖλε σὺν βωμοὺς, ἔκλεισε τὰ τεμένη,
> Ἐν οἷς προσῆγον Ἕλληνες δαίμοσι τὰς θυσίας.
> Καὶ τῶν αἰσχρῶν κὴ ῥυπαρῶν ἐναγισμῶν ὀργίων
> Σχολὴν κατεψηφίσατο, κὴ πάσης βδελυρίας.

Ibid. *Romani Gotthos.*] Cedrenus ex Theophane: τῷ κβ ἔτει Κωνσταντῖνος εὐσεβέστατος κατὰ Γερμανῶν, κὴ Σαυροματῶν, κὴ Γότθων στρατεύσας νίκην ἤρατο κραταιὰν διὰ τῆς τοῦ σταυροῦ δυνάμεως, κὴ τούτους εἰς ἐσχάτην ἤγαγε δουλείαν. Quare victoria de Gotthis est prior edicto de templis subvertendis apud Cedrenum, aliter ac hic. De hac Gotthorum & Sarmatarum clade mentio etiam ex Theophane in historia miscella.

MMCCCL. *Sarmatæ dimicantes.*] vel *Limicantes*, ut in BONG. vel *Limigantes*, ut in PET. legendum, & apud Marcellinum lib. XVII, item lib. XIX, *Limigantes Sarmatas, quos expulisse paternis avitisque sedibus dominos suos ante monstravimus.* In FREH. *Liminantes.* In altero quoque Codice Freheriano perspicue *Limigantes* legitur.

,, Ibid. *Arcaragantes.*] BON. *Ardaragantes.*

MMCCCLI. *Calocærus.*] Cedrenus: τῷ κδ ἔτει Δαλμάτιος Καῖσαρ ἀνηγορεύθη. Καλόκαιρος ἐν Κύπρῳ τυραννήσας ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας ὑπὸ Δαλματίου ζῶν κατεκαύθη. Meminit & Aurel. Victor Andr. Schotti, & alii.

MMCCCLII. *Tricennalibus Constantini Dalmatius Cæsar appellatur.*] Nummi ejus: FL. DELMATIUS NOB. C.

Ibid. *Patera Rhetor.*] Vide Ausonium in Rhetoribus. In omnibus Codicibus scriptis & editis perperam legitur *Pater.* mendose etiam *Paterius* in Epistola ad Hedybiam. Patera lingua Gallica est Sacerdos Apollinis, quem Galli Belenum vocabant: à quibus genus suum deducebat iste Rhetor. Auctor Ausonius.

Ibid. *Patera.*] Paterius, ut proxime monuimus, editum est in Epistola ad Hedybiam: *Majores tui Paterius atque Delphidius, quorum alter, antequam ego nascerer, rhetoricam Romæ docuit, alter jam me adolescente Gallias prosa versuque suo illustravit ingenio.*

Ibid. *Tiberianus.*] Ita editiones, FRE. & BONG. & quidam PR. sed alii PR. & PET. *Titianus.* Titianum clarissimum Senatorem hoc tempore novimus ex Zosimo. Sed de præfecto prætorii Galliarum nihil in ,, præsentia memini. Fuit & triennio ante præfectus ,, Urbi TI. FABIUS. TITIANUS.

Ibid. *Eustathius Constantinopolitanus presbyter agnoscitur, cujus industria.*] Si credimus Eusebio, non is fuerit Eustathius Presbyter, sed Macarius Episcopus, cujus curæ mandata Martyrii illius constructio. Vide Eusebium pag. 141. τοῦ Κωνσταντ. βίου.

MMCCCLIII. *in Arrianum dogma declinat.*] Aliter Photius ex Gelasio Cæsareæ Episcopo. Τυχεῖν δέ φησι τοῦ βαπτίσματος, ὀρθοδόξου μυσταγωγήσαντος καὶ πλείστου, ἀλλ' οὐχ, ὥς τισιν ἔδοξε, τῆς αἱρετικῶν τινὸς χειραπτήσαντος. Aliter tamen pag. 184, 10. Locum adi. Sed de toto hoc negotio consule Nicephorum Callistum lib. VIII, cap. XXXV. Unus ex PR. eam periochen quidem habebat, sed postea derasa est ab eo, qui Arrianismi infamiam à Constantino amoliri voluit.

Ibid. *in Achyrone villa.*] Aliis cum N. *Ancyrone*: ita ut dubium sit ἀχυρῶν, an ἀγκυρῶν ea villa dicta fuerit. Achyrona est Aurelio Victori Andr. Schotti. Publicam villam vocat historia miscella.

Ibid. *moritur.*] Anno Christi CCCXXXVII, numero hoc ipso. quod ignorari non licet per Pentecosten, quo die obiit, quam XXII Maji fuisse scribunt historici, Feliciano, & Titiano Coss. Τριακονταετηρίδα, quæ huic anno congruebat, id est Panegyricum in Tricennalia Constantini dictum ab Eusebio legimus ex Bibliotheca amici nostri Bon. Vulcanii, viri eruditi. Quem Panegyricum uno anno anticipatum fuisse necesse est, quemadmodum Vicennalia, idque in Oriente. Hoc autem anno vera Tricennalia ejus incidebant in XXIV diem Septembris. Sed mors solidum annum invidit illi, cui complendo desunt tot dies, quot inter XXII Maji, & XXIV Septembris intercedunt: qui fiunt menses solidi Romani quatuor, dies duo. Ejus enim initium consurgit ex XXIV Septembris anni Christi Dionysiani CCCVII, quamvis pater ejus Constantius, aliquot diebus ante exitum Julii decessisset.

Ibid. *Sapor rex Persarum.*] Eodem anno, quo obiit Constantinus, Feliciano & Titiano Coss. Chronicon Casaubon. Σάπωρις ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἐπῆλθεν τῇ Μεσοποταμίᾳ, πορθήσων τὴν Νίσιβιν, καὶ παρακαθίσας αὐτὴν ἡμέρας ξγ, καὶ μὴ κατισχύσας αὐτῆς ἀνεχώρησεν. Est ergo metachronismus unius anni propter initium Constantii alieno tempori assignatum, Lupulo, & Polemio Coss.

MMCCCLIV. *Ablabius præfectus prætorio, & multi nobilium occisi.*] Ablabius septennio ante cum Basso Consulatum gesserat, quem Eunapius in Ædesio scribit, quod satis mirari non possum, relictum à Constantino consortem imperii filiis suis, & jussu Constantii κρεουργηδὸν κατακοπῆναι, frustillatim concisum, eodem scilicet mortis genere, quo ipse procuraverat Sopatrum de medio tollendum sub Constantino. Constantinus vero συμπεισθεὶς τῇ συκοφαντίᾳ Ἀβλαβίου κατακοπῆναι κελεύει τὸν Σώπατρον. Quare κατακοπῆναι, securi percuti verteret eruditus interpres, caussam non capio. Zosimus: ἀνῃρέθη δὲ τότε Ἀβλάβιος ὁ τῆς αὐλῆς ἔπαρχος, τῆς Δίκης ἀξίαν αὐτῷ ποινὴν ἐπιθείσης ἀνθ' ὧν ἐπεβούλευσε θάνατον Σωπάτρῳ τῷ φιλοσόφῳ.

Ibid. *& multi nobilium.*] Constantius patruus, Delmatius patruelis, Optatus Patricius, Anaballianus consanguineus Delmatii.

Ibid. *& tumultu militari.*] Zosimus: καὶ Ἀννιβαλιανὸν τούτοις ἐπέθηκεν ὑποθέμενος ἐκβοᾶν τοῖς στρατιώταις ὡς οὐκ ἂν ἄρχοντος ἑτέρου, πλὴν τῶν Κωνσταντίνου παίδων, ἀνάσχοιντο.

Ibid. *Iacob Nisibenus.*] Theodoritus libro II Eccles. Hist. cap. XXX. Hujus loci meminit Gennadius: *Hunc virum beatus Hieronymus in libro Chronicon velut magnarum virtutum hominem nominans in Catalogo Scribarum cur non posuerit facile excusabitur.*

MMCCCLVI. *Constantinus bellum fratri inferens.*] Acyndyno & Proculo Coss. auctore Socrate. numero hoc ipso.

Ibid. *bellum fratri.*] Constanti, περὶ τῆς ὑπὸ Καρχηδόνα Λιβύης, καὶ Ἰταλίας γενομένης ἀμφισβητήσεως, inquit Zosimus: Aur. Victor: *Interim ob Italiæ Africæque jus dissentire statim Constantinus & Constans.*

Ibid. *Iuxta Aquileiam Alsæ.*] Mirum genus loquendi, tanquam Alsa sit nomen oppidi, non fluvii. Latine esset, *ad Alsam.* Aurel. Victor; *Projectusque in fluvium, cui nomen Alsa est.* Porro hæc est lectio omnium scriptorum Codicum. Editiones: *juxta Aquileiæ Alsam:* quanquam non vere, tamen non male. Vide Historiam miscellam.

MMCCCLVII. *Franci à Constante perdomiti.*] Constantio III, & Constante II Augg. Coss. Socrat. numero MMCCCLVIII. Prochronismus unius anni.

Ibid. *Hermogenes.*] Eodem anno, quo Franci devicti. Socrat.

MMCCCLVIII. *Antiochiæ Dominicum aureum dedicatur.*] Photius 772, 30. ἄγεται δὴ τὰ ἐγκαίνια τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίας, ἣν Κωνσταντῖνος μὲν ὁ εὐσεβὴς ἐκ βάθρων ἤγειρεν, ὁ δὲ Κωνστάντιος καθιερωθῆναι γνώμην ἔθετο. καὶ τῇ τῶν Ἐγκαινίων προφάσει ἐπίσκοποι συνελέγοντο ἐνενήκοντα. Hæc ille ἐξ ἀνωνύμου ἱστορικοῦ. Athanasius pag. 687. συγκροτοῦσιν ἐν Ἀντιοχείᾳ σύνοδον προφάσει τῶν λεγομένων ἐγκαινίων. Item pag. 689. ἦσαν δὲ οἱ συνελθόντες ἐν τοῖς Ἐγκαινίοις Ἐπίσκοποι ἐνενήκοντα, ὑπατείᾳ Μαρκελλίνου καὶ Προβίνου, Ἰνδικτιῶνος ιδ. Indictio manifesto indicat illos Consules gessisse magistratum anno Christi vulgari CCCXLI. numero

MMCCCLVII. Itaque hic ὕστερον πρότερον commissum est. Nam historia Hermogenis & victoriæ de Francis competebat huic anno. Contra, Dominici aurei Encænia conveniunt anno antecedenti.

Ibid. *Macedonius artis plumariæ.*] Homines quidem artis plumariæ sunt, quos Græci ποικιλτὰς, & βελονοποικιλτὰς, Latini *Acupictores* nominant. Sed hunc Hæresiarcham ejus artis fuisse alibi legere non memini: neque sane verum est. Non enim ullam artem βάναυσον unquam exercuit, sed ex Diacono factus est Episcopus Constantinopolitanus. Hieronymus autem, ut solet, festinabundus, quum hæc Notario dictaret, præter mentem Eusebii, & sententiam auctorum Græcorum, quos Latine interpretabatur, multa parum caute pronunciavit. Nam auctor ille Græcus, unde hæc dictavit, sine dubio habuit verbum, quod Hieronymo aliud agenti fraudem fecit. quod autem illud fuerit, non aliud comminisci possumus, quam ποικιλότεχνος. Sane ποικιλτικὴ τέχνη est plumaria ars: sed ποικιλότεχνος est vafer, πολύτροπος, cujusmodi Aristippum pingit Horatius. Nam talem fuisse Macedonium testis Alexander Constantinopolitanus Episcopus, qui vocavit eum δεινὸν πρὸς τὰ ἔξω πράγματα καὶ τὰς συνουσίας τῶν ἀρχόντων. Sozomenus lib. III, cap. III. Tale quid Hieronymo videtur imposuisse. Nam de arte plumaria nemini paulo intelligentiori persuadebit. ποικιλότεχνος, ποικιλομήχανος, ποικιλομήτης, ποικιλόφρων, idem.

Ibid. *Paulus crudelitate.*] Ἐν Κουκουσῷ τῆς Καππαδοκίας αὐτὸν ἀπέπνιξαν. Socrat. lib. II, cap. XXVI.

MMCCCLX. *Neocæsarea in Ponto subversa, excepta Ecclesia, & Episcopo, cæterisque qui ibi reperti sunt.*] Quamvis Græcus auctor, unde hæc hausit Hieronymus, non extat, tamen non obscurum est Græca ita habuisse, ἡ ἐν Πόντῳ Νεοκαισάρεια κατεπόθη ὅλη, χωρὶς τῆς Ἐκκλησίας, τοῦ τε Ἐπισκόπου, καὶ τῶν ἐκεῖ εὑρημένων. At Hieronymus ex eo, quod adjicit, *cæterisque*, ostendit manifesto se alium, præter illos, designare, qui exceptus fuerit à clade, nimirum Episcopum, qui cum illis in Ecclesia, quæ subversa non fuerit, pestem evaserit, legens ἐπισκόπου, ἀντὶ τοῦ ἐπισκοπίου, & τὸ *ibi*, est in Ecclesia. At qui de mansione Episcopali, non de ipso Episcopo accipiendum esse vincitur ex Cedreno, qui hunc casum ita narrat: τῷ ζ ἔτει, σεισμοῦ μεγάλου γενομένου, Νεοκαισάρεια κατεπόθη, πλὴν τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ τῆς ἐκκλησίας. Ἐπισκοπὴν vocat, quod alii frequentius & usitatius Ἐπισκόπιον. unde *Episcopo* fecit Hieronymus.

Ibid. *Neocæsaria.*] Πολεμωνιακὴ πόλις. τὸ ἐθνικὸν Νεοκαισαρεύς, ὥς φλέγων πεντεκαιδεκάτῳ Ὀλυμπιάδων. οἱ αὐτοὶ καὶ Ἀδριανοπολῖται. Stephanus. Hodie Græcis dicitur vocabulo non ita detorto, ut non priscæ notæ vestigia appareant. Nam Νιξάρια, vel Νικσάρεια vocatur. Ammiano dicitur *urbs Ponti Polemoniaci notißima.*

MMCCCLXI. *Titianus.*] Tiberius Fabius Titianus, quo, & Feliciano, Coss. Constantinus Magnus decessit. Nam conditores Fastorum pessime Constantini obitum conferunt in sequentes Consules Ursum Lupulum, & Polemium, anno Christi Dionysiano CCCXXXVIII, à cujus anni XXII Maji init annus secundus imperii Constantii. Zosimus: Τιτιανὸς εἷς τῶν ἀπὸ τῆς ἐν Ῥώμῃ συγκλήτου βουλῆς.

Ibid. *Athanasius.*] Vide Socratem II, cap. XVIII. Sed & ipsummet Athanasium adi.

Ibid. *Dyrrachium corruit terræmotu.*] Hoc eodem anno etiam Rhodum terræmotu labefactam scribit Cedrenus: nono vero iisdem verbis refert Græce, quibus Hieronymus Latine: τῷ θ ἔτει Δυῤῥάχιον πόλις τῆς Δαλματίας ὑπὸ σεισμοῦ διεφθάρη, καὶ Ῥώμη ἐν τρισὶν ἐκινδύνευσεν ἡμέραις σειομένη. τῆς δὲ Καμπανίας ιβ πόλεις διεφθάρησαν.

MMCCCLXII. *Magnis Reip. expensis in Seleucia Syriæ portus effectus.*] Cedrenus in annum sequentem rejicit: τῷ ι ἔτει Κωνστάντιος τὸν ἐν Σελευκείᾳ τῆς Συρίας λιμένα πεποίηκεν, ὅρος ἐπὶ πολὺ διατεμών, καὶ τὴν πόλιν ἀνῳκοδόμησεν. Est autem hæc Seleucia cognomine Pieria, urbs maritima Polybio & Ptolemæo. Meminerunt etiam Strabo, & Cicero. Quia in litore maris Syriaci sita, inde scire potes, quare portus illic constructus.

MMCCCLXIII *Solis facta defectio.*] Cedrenus decimo anno Constantii: τῷ δὲ αὐτῷ ἔτει ἔκλειψις ἐγένετο ἡλίου, μηνὶ Δαισίῳ ϛ, ἡμέρας ὥρα τρίτῃ. Verum est. Visa enim defectio illa Constantinopoli hora tertia matutina, Junii sexta, anno Christi CCCXLVI, numero MMCCCLXII, anno Constantii X. Epacta tam æquabilis, quam castigata, XXI, quæ profecto est è regione diei VI Junii. Quare unius anni metachronismus hic est, quia Hieronymus ponit initium Constantii anno Christi CCCXXXVIII, non autem anno CCCXXXVII, à XXII Maji, ut supra monuimus. Nam Sol defecit die XXVIII anni decimi ineuntis. Ex his constare potest, quantum eos falli necesse est, qui sola dinumeratione annorum Fastos digerunt, non adhibito charactere. Constantinus obiit anno Christi CCCXXXVII. Ergo annus CCCXXXVIII est primus imperii filiorum ejus, ut colligit Hieronymus. neque aliter solet Eusebius. Hoc modo in eclipsium, & neomeniarum notatione fœdissimos errores committi necesse est. Nam bene notavit anno decimo Constantii hanc defectionem accidisse: pessime autem annum ipsum decimum à falso initio deducit. Corrigendum quod scripsimus in libris de Emend. Temporum, eam Eclipsin contigisse anno sequenti, Octobris XX. Nam falsum omnino est. Neque vero noster error est, sed Mariani Scoti, quem ἀνεξετάστως sequuti sumus, qui falso collocat illam Eclipsim XX Octobris anni CCCXLVII, in quo nulla defectio Solaris contingere potuit, latitudine Lunari repugnante. Præterea si anno CCCXLVI Sol defecit VI Junii, ab ea die, ad diem XX Octobris anno sequenti, sunt syzygiæ XVI, quod intervallum est ἀνέκλειπτον. Potius contigisset mense Decembri, siquidem ulla contingere debuisset.

MMCCCLXIV. *Bellum Persicum nocturnum.*] Hæc deprompsit ab Eutropio, aliquot verbis immutatis: *Diversa Constantii fortuna fuit. A Persis enim multa & gravia perpessus, sæpe captis oppidis, obsessis urbibus, cæsis exercitibus, nullumque ei contra Saporem prosperum prælium fuit, nisi quod apud Singaram haud dubiam victoriam ferocia militum amisit, qui pugnam seditiose, & stolide contra rationem belli, die jam præcipiti, poposcerunt.* Ammianus: *Post bellorum assiduos casus, & maxime Ileiam, & Singaram: ubi acerrima illa concertatione pugnatum est, nostrorum copiis ingenti strage, confossis,* &c. Sed nemo melius Sex. Rufo: *Nocturna vero Elliensi prope Singaram pugna, ubi præsens Constantius adfuit, omnium expeditionum compensatus fuisset eventus, si locis & nocte adversantibus, percitos ferocia milites ab intempestivo pugnandi tempore Imperator ipse alloquendo revocare potuisset: qui tamen invicti viribus, improvisis adversus sitim aquarum subsidiis, incumbente jam vespere, castra Persarum aggressi, ruptis munitionibus, occuparunt: fugatoque Rege, quum à prælio respirantes patentibus luminibus repertæ aquæ inhiarent, nimbo sagittarum obruti sunt, quum stolide ad dirigendos certius in se ictus lumina ipsi per noctem accensa præbent.*

Ibid.

Ibid. *Singara.*] Urbe Mesopotamiæ, à qua pars Campestrium Mesopotamiæ dicta Singarena à Sex. Rufo. Haud dubie sine ulla mutatione est שִׁנְעָר Hebræorum, litera gutturali crassius pronuncianda. Nam illa gutturalis duplex est, lenis, & crassa, tam Hebræis, quam Arabibus, & Samaritis. Sed crassam Iudæi hodierni ignorant.

Ibid. *ex novem gravissimis præliis.*] Sex. Rufus: *Constantius in Persas vario ac magis difficili pugnavit eventu. Præter leves excubantium in limite congressiones majori marte novies decertatum est: per duces suos septies. Ipse præsens bis adfuit.*

Ibid. *Nisibin.*] Ita etiam in Talmud semper vocatur נְצִיבִין. Sed quod ejus sit nomen hodiernum, adhuc non inveni, qui mihi indicaret.

Ibid. *Bizabde.*] In Marcellino Ammiano *Bezabde:* quod magis χαλδαΐζει בֵּי זַבְדָּא, id est οἶκος Ζαβδᾶ. בֵּי pro בֵּית Chaldaismus posteriorum temporum. Ignoratur nomen hodiernum. Zabdas nomen proprium. In veteri Inscriptione ZABDAS MERCATOR VENALITIA-„RIUS. item in alia: L. VALERIUS. ZABDA. ut taceam Episcopum Ierosolymitanum Ζαβδᾶν, numero MMCCCXIV.

Ibid. *Amida.*] Retinet nomen Arabibus, *Ameth, Emeth*: Turcis, *Kara-emeth.* Id est, *nigra Amida.*

Ibid. *Quadragesimus Maximus.*] Metaphrastes in vita Athanasii: Ἀκάκιος δὲ καὶ Πατρόφιλος φοιτηταὶ ὄντες Ἀρείου τὸν ἅγιον Μάξιμον τῶν Ἱεροσολύμων ἐξωθήσαντες Κύριλλον ἀντικατέστησαν.

MMCCCLXV. IOBELEUS *secundum Hebræos.*] Sic extat in omnium vetustissimo BONG. Reliqui, & Editiones non habent. Erat annus Mundi 4299 quæ sunt Hebdomades annales DCXIV, Iobelea LXXXVII, hebdomades quinque. Itaque secundum Hebræos non potuit esse Iobeleus ullus ab Adam: si non ab Adam, neque ab anno primo Georgias. Nam anni veri ab Adam divisi per XLIX dant veros Iobeleos, & veras Hebdomadas: quia ab Adam, ad primum annum γεωργίας, sunt præcise hebdomades CCCLVII, hoc est Iobelei XXXI absoluti. Quibus animadversis, à primo anno Georgias, ad hunc numerum, vel potius ad annum Mundi 4299, fluxerunt anni 1799, quæ fiunt hebdomades CCLVII, Iobelei XXXVI, hebdomades de Iobeleo XXXVII excurrentes quinque. Itaque falsus est epilogismus. Minus mirarer, si non ab Hieronymo, sed Eusebio dictum esset. Nam si annos 1948 ab Adam ad natum Abraham, secundum Hebræos, cum hoc numero composueris, fient anni ab Adam 4313 qui profecto sunt Iobelei 88 absoluti, & primus annus 89 Iobelei ineuntis.

Ibid. *quia Liberius tædio victus exilii.*] Athanasius ad Monachos 647: ὁ γὰρ Λιβέριος ἐξορισθεὶς ὕστερον μετὰ διετῆ χρόνον ὤκλασε, καὶ φοβούμενος τὸν ἀπειλούμενον θάνατον, ὑπέγραψεν.

MMCCCLXVI. *Magnentio apud Augustodunum.*] Quomodo Augustoduni sumpserit purpuram, pete ex Aur. Victore: quæ iisdem verbis Græcis, sed fusius Zosimus. Nummi ejus: D. N. MAGNENTIUS P. F. AUG.

Ibid. *in castro, cui Helene nomen est, interficitur.*] Sergio & Nigriano Coss. auctore Socrate, hoc ipso numero, anno Christi Dionysiano CCCL. Sed Chronicon Casaubon. Limenio & Catullino Coss. numero antecedente MMCCCLXV. idque ratione muniit, quod is esset duodecimus annus imperii Constantis. Ergo obierit anno Christi CCCXLIX.

Ibid. *cui Helene nomen est.*] Omnes, qui filiorum Constantini gesta in literas retulerunt, hujus vici meminerunt. Hodie *Elna* vocatur, situs in faucibus Pyrenarum.

Ibid. *Vetranio Mursæ.*] Nummi: D. N. VETRANIO P. F. AUG. Græcis Βετρανίων. In codice Athanasii corrupte Βρεταννίων. Epistola ad vitam solitariam agentes: ἀλλὰ τὸν μὲν Βρεταννίωνα καθεῖλεν ἐθελήσας τὸ δίκαιον ἀπαιτεῖν. Zosimus: Μαγνεντίου τοίνυν τὴν ἀρχὴν ἔχοντος, καὶ τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἐθνῶν, καὶ τῆς Ἰταλίας αὐτῆς κυριεύοντος, τὴν στρατηγίαν τῶν ἐν Παννονίαις στρατοπέδων Βετρανίων ἔχειν ταχθεὶς, ὅτι Μαγνέντιος εἰς βασιλείαν ἤχθη πυθόμενος, εἰς τὴν αὐτὴν ἦλθεν ἐπιθυμίαν, καὶ ψήφῳ τῶν αὐτόθι ταγμάτων βασιλεὺς ἀνεδείχθη, καὶ ἐν τῇ Μούρσῃ Παννονίας οὔσῃ πόλει διέτριβε.

Ibid. *Nepotianus Romæ.*] Nummus ejus: FL. POP. NEPOTIANUS P. F. AUG. Erat Eutropiæ Constantini sororis filius. Aur. Victor Andr. Schotti: *Nepotianus materna stirpe Flavio propinquus.*

Ibid. *Romæ populus adversus Magnentium.*] Odium populi Romani in eum durasse, neque ab ullo mitigatum fuisse refert Zosimus, atque eam fuisse caussam, cur Alpes Magnentius superaret: ἐπεὶ δὲ σὺν καὶ τὴν Ῥώμην ἔγνω τὰ Κωνσταντίου φρονοῦντας ἢ τῷ μίσει πρὸς αὐτὸν, ἢ τῷ κατὰ τὴν μάχην γεγενημένα μαθεῖν, τὰς Ἄλπεις ὑπερβαίνειν διέγνω. Sed hæc post cladem ad Mursam. At quæ Hieronymus retulit, ea gesta ante cladem. ac propterea utrunque verum.

Ibid. *Nepotiani caput pilo.*] Verbatim ab Eutropio.

Ibid. *Vetranioni apud Naissum.*] Ita recte per duos s. lib. BONG. FRE. & PET. per simplex, *Naisum:* unde error in editionibus propagatus, ut *Narsum* ibi legatur. Recta lectio *Naissum.* Itinerarium, *Ab Aureo monte Vinceiam, &c.* postea *Horrea Margi, Pompejos, Naissum.* Cedrenus 615, 37: καὶ ἄραντες ἐκεῖθεν διά τε Ναΐσου καὶ τῆς Σκουπίων τῆς μητροπόλεως Βουλγαρίας ᾔεσαν ἀνακηρύττοντες, καὶ ἀνευφημοῦντες τοῦτον. Ptolemæus: Καὶ τῆς Δαρδανίας δὲ πόλεις, Ἀρριβάντιον, Ναΐσσον, Ουλπιανὸν, Σκοῦποι. Hæc est lectio duorum Codicum Palatinæ Bibliothecæ. Vulgo male Νεσσός. Hinc discimus Dardaniam esse Bulgariam Cedreno, & Scupos *Scuppias.* Scuporum mentio extat in veteri Inscriptione. Stephanus: Ναΐσσος πόλις Θρᾴκης, κτίσμα καὶ πατρὶς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως. Sed Constantinum Magnum alii Bithynum dicunt.

Ibid. *à Constantio regium insigne detractum.*] Coram Constantio in exercitu à militibus ipsis purpura exutus. Zosimus: καὶ ἅμα Βετρανίωνα τῆς ἐσθῆτος ἐκδύσαντες κατήγαγον ἐκ τοῦ βήματος ἰδιώτην. Eutropius: *Sed à Constantio, qui ad ultionem fraternæ necis bellum civile commoverat, abrogatum est Vetranioni imperium, qui novo inusitatoque more, consensu militum, deponere insigne compulsus est.* Et Vetranioni, & Tetrico id contigit, quod nulli antea, ut depositis insignibus imperii, placide in secessibus amœnis consenuerint. Nam Tetricus, indulta ab Aureliano Correctura Lucaniæ, Vetranio in prædio quodam Bithyniæ, Constantio permittente, vitam finiverunt.

Ibid. *Magnentius Mursæ victus.*] In Pannonia Mursam esse nemo nescit. quod male Galliæ castellum esse dicit Socrates lib. II, cap. XXXIII, & eum ad verbum sequutus Sozomenus lib. IV, cap. VII. τέλος δὲ περὶ Μοῦρσαν (φρούριον δὲ τοῦτο τῶν Γαλλιῶν) ὁ Μαγνέντιος ἡττηθεὶς συνεκλείσθη. Lege Zosimum. & non dubitabis hæc gesta esse ad Mursam Παννονίας, ἤτοι Παιονίας. Nam indifferenter & Zosimus, & alii Græci, Παννονίαν καὶ Παιονίαν pro eadem provincia usurpant. At docti homines hujus

 ævi

ævi putant ex illo loco Socratis, aut Sozomeni duas Murſas eſſe, alteram Pannoniæ, alteram Galliæ, quum is ſit error Socratis, & Sozomeni, qui totidem verbis ex Socrate hæc deſcribit. Hinc corrigendus Stephanus: Μῦρσα, πόλις Ἰωνίας, κτίσμα Ἀδριανοῦ. Legendum enim vel cæco patet, Παιονίας, id eſt, Παννονίας, ut jam paulo ante oſtendimus. Unde etiam ab Hadriano conditam diſcimus. Murſam autem inferioris Pannoniæ fuiſſe docet vetus inſcriptio Britannica:

I. O. M.
ALA
AUG. OB. VIRTUTEM.
APPELLATA. CUI. PRÆ-
EST. P. ÆLIUS. P.F. SER-
GIA. MAGNUS. D.
MURSA. EX. PANON.
INFERIORE. PRÆFEC.
APRONINO. EBRO.

Exarata eſt barbara litera. Grutterus à Gul. Camdeno. Μύρσιον vocat Theophylactus Simocattes lib. 298. & prope Savum collocat, ut Ptolemæus. Magnentius ad Murſam Pannoniæ victus reliquias attriti exercitus in Italiam traduxit. Sed quum Romanorum animos à ſe alienatos, & à Conſtantii partibus omnes ſtare accepiſſet, deſperatis rebus ſuis, ſuperavit Alpes, & quum in Galliam perveniſſet, prælio iterum commiſſo, & re infeliciter geſta, ſeſe Lugdunum recepiſſe dicitur, ac matre & caris ſuis interfectis, poſtremo ſibi manus in-„tuliſſe. Chronicon Caſaubon. ἐν τούτῳ τῷ ἔτει Μα-„γνέντιος πάλιν συμβαλὼν ἐν Μύρσῃ Σελεύκῳ, ἡττ-„ηθεὶς, ἔφυγε μόνος ἐν Γαλλίαις εἰς Λουγδούνων πό-„λιν. καὶ ὅτι τὸν ἀδελφὸν ἔσφαξεν, τότε καὶ ἑαυτὸν „ἀνεῖλεν. Victus igitur in Pannoniis in Galliam pro-„fugit. Nam profecto de Murſa Galliæ nugæ meræ. Socrates quidem recte intelligit de prima clade, quam accepit Magnentius ad Murſam: ſed errat, quum Murſam collocat in Galliis, quæ eſt urbs Pannoniæ.

Ibidem. *Gallus Conſtantii patruelis.*] Quem à ſe nominavit Conſtantium. Aurel. Victor Andr. Schotti: *Magnentius fratri Decentio Gallias, Conſtantius Gallo, cujus nomen ſuo mutaverat, Orientem Cæſaribus commiſerunt.* Socrates: Γάλλος ὁ καὶ Κωνστάντιος. Sed nummi utrunque nomen retinent: FL. CONSTANTIUS GALLUS NOB. C. Chronicon Caſaub. μετονομάσας αὐτὸν Κωνστάντιον. Recte autem in eodem Chronico aſſignatum tempus poſt Conſulatum Sergii, & Nigriani.

MMCCCLXVIII. *Gallus Iudæos.*] Cedrenus ad xv annum Conſtantii ad verbum ex Socrate: Τῷ ιε ἔτει οἱ ἐν τῇ ἀνατολῇ τῆς Παλαιστίνης Ἰουδαῖοι ἀντῆραν, καὶ πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων, ἐθνῶν τε, καὶ Σαμαρειτῶν ἀνεῖλον ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ πανγενεὶ ὑπὸ Ῥωμαίων ἀνῃρέθησαν. καὶ ἡ πόλις αὐτῶν Διοκαισάρεια ἠφανίσθη. Eadem verba repetit Theophanes. Vide Socratem lib. II, cap. XXXIII. Hiſtoriam perſtringit Aur. Victor Andr. Schotti: *Et interea Iudæorum ſeditio, qui Patritium nefarie in regni ſpecie ſuſtulerant, oppreſſa.*

Ibid. *Diocæſaream.*] Hujus Diocæſareæ in Palæſtina mentionem facit Hieronymus prefatione in Jonam, qui ait eam eſſe, quæ in Bibliis dicitur Geth, in ſecundo Sephorim miliario, item libro de nominibus Hebraic. Dioſpolim Palæſtinæ ignoramus, niſi quod in eadem præfatione Hieronymi ejuſdem mentio fit, item in libro de locis Hebr. *Aenan euntibus Thamnam nunc deſertus locus & proximus Thamnæ vico grandi, qui ſitus eſt inter Aeliam & Dioſpolim.* In libro locorum Actuum Apoſtolicorum dicitur eadem eſſe cum Lydda. Alia eſt Dioſpolis Ægypti, nempe Thebæ Hecatompylæ, ut ſuo loco demonſtravimus. LXX Seniores hanc in Ezekielis XXX, 16, putant eſſe quam Hebræi נא, No vocant. quod Hieronymus non ſine errore requiem ſignificare ait: quum נח Noa ſignificet requiem, non autem נא, quod Hebraice eſt crudum. Sed & nomina Ægyptiaca Hebraicis originibus accommodare, idem eſt, ac putare Polonos & Italos eadem lingua uti.

Ibidem. *Nonnulli nobilium Antiochiæ à Gallo interfecti.*] Nimirum Domitianus Præfectus Prætorio Orientis, & Magnus Quæſtor. Auctor. Socrat. Chronicon Caſaub. ad XVIII ann. Conſtantii: ἀποκτείνας ἔπαρχον πραιτωρίων, καὶ Κυέστωρα.

Ibid. Poſt ſuperiorem pericopen, in Editionibus infarcta eſt hæc: *Syriæ populis crucis ſignum maximo conſpicientium terrore in orientali plaga apparuit.* In nullo ſcripto extat. In Chronico Caſauboniano ad XIV annum Conſtantii idem geſtum refertur. Τὸ σημεῖον τοῦ Χριστοῦ ὤφθη ἐν Ἱεροσολύμοις κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον. Cedren. 252, 52. Menologium VII Maji.

MMCCCLXIX. *Magnentius Lugduni.*] Prius re infeliciter geſta ad locum, qui Socrati Μιλτοσέλευκος, Sozomeno Μοντισέλευκος, Chronico Caſauboniano Μῦρος σέλευκος dicitur. Sed valde turbant illi Scriptores, dum alius Murſam in Gallia ponit, alius Magnentium puncto temporis in agrum Lugdunenſem volaſſe ſomniat.

Ibid. *Decentius frater ejus, quem ad tuendas Gallias Cæſarem miſerat.*] Nummi: D. N. DECENTIUS NOB. C. &: MAG. DECENTIUS NOB. CÆS. Stephanus: Δεκένζιοι ἔθνος Παννονίας ἀπὸ Δεκεντίου τοῦ Μάγνου παιδὸς, Μαγνεντίου δὲ ἀδελφοῦ.

Ibid. *Gennadius forenſis orator.*] Incertum, forenſis ſit ad diſtinctionem ejus, qui Græce σχολαστικὸς, id eſt „ cauſarum patronus, an gentilitium, puto Foroſegufianus. Nam etiam hodie vulgo Forenſes vocantur. Fo-„ renſium & Scholaſticorum diſcrimen tangit Plinius „ lib. II Epiſtol. *Scholaſticus tantum eſt, quo genere homi-*„ *num nihil aut ſimplicius, aut ſincerius, aut melius. Nos enim,*„ *qui in foro, veriſq; litibus terimur, multum malitiæ, quam-*„ *vis nolumus, addiſcimus.* Inclinat animus, ut gentilitium „ putem. quemadmodum infra *Minervius Burdigalenſis.*

Ibid. *Minervius Burdigalenſis.*] Tiberius Victor Minervius Burdigalenſis præceptor Auſonii. Hujus filius Alethius Minervius.

MMCCCLXX. *Gallus Cæſar ſollicitatus à Conſtantio.*] Id elt μεταπεμπτὸς γενόμενος. Socrates, μετάπεμπτον ἐκάλει τὸν Γάλλον. Chronicon Caſaubon. μεταστειλὰς ἀπὸ τῆς Ἀντιοχείας ὑπὸ Κωνσταντίου. Hiſtoria miſcella. *ob quam rem Conſtantius indignatus evocavit eum.*

Ibid. *cui in ſuſpitionem ob regiam indolem venerat.*] Imo ob crudelitatem, væcordiam, perfidiam: quod, ut verbis Ammiani loquar, *ultra terminos delatæ poteſtatis procurrens aſperitate nimia cuncta fœdabat.* Si qua fides Ammiano, Eutropio, Aur. Victori, Socrati, nihil laudabile fuit in hoc principe: ut mirer ab Hieronymo proditum propter regiam indolem ſuſpectum Conſtantio fuiſſe, qui potius multis incivilibus geſtis juſſu Conſtantii interfectus fuerit. Affectaſſe autem imperium, & ob id à patrueli interfectum ſcribit Cyrus Monachus de Conſtantio ita loquens:

Ὃς τὰ μὲν πρῶτα Καίσαρα πετίμηκε τὸν Γάλλον
Τὸν αὐτανεψιὸν αὐτοῦ τὸν Κωνσταντίνου παῖδα.
Βασιλειῶντα δὲ μαθὼν καὶ τυραννεῖν ὁρμῶντα,

Καὶ

Καὶ πάντα μηχανώμενοι ὥστε τυχεῖν τοῦ πόθου τὴν κεφαλὴν ἀφείλατο, πᾶσαν ὁρμὴν προφθάσας.

Cedrenus 246, 35: Γάλλος τυραννίδα μελετήσας, „&c. Eutropius: *vir natura ferox, & ad tyrannidem pronior.* Quare in Græco auctore, unde hæc excepit Hieronymus, sine dubio scriptum extabat: ὕποπτος διὰ τὸ „ βασιλειᾶν γενόμενος. ut extat in verbis Cyri mo„nachi. Nam τὸ βασιλειᾶν, ut & mediocriter doctis constat, est τυραννίδος μελέτησις. quod *regiam indolem* nimis properans vertit Hieronymus.

Ibid. *Istria occiditur.*] Idioma Hieronymianum, *Istriæ*, in Istria. Sic in Epistola objurgatoria ad Johann. Hierosoly. *Palæstinæ interrogaris, & respondes Aegypto.* id est, in Palæstina, in Ægypto. In eadem Epi„stola: *versari Cypri*, in Cypro. Sic, *Diluvium Aegypti* „ *factum.* Et illud Pauli, τούτου χάριν κατέλιπόν σε ἐν Κρήτῃ: *Hujus rei gratia reliqui te Cretæ.* Ad Gerontium: *Alter toto orbe fugitivus tandem Bithyniæ veneno mortem reperiit.* Hoc est, in Bithynia. Item: *Iudæos Mesopo„tamiæ rebellantes.* in Macedonia. Vitruvius quoque ita „ loquitur: lib. II, cap. IX. *Nascuntur autem hæ arbores* „ *maxime Cretæ, & Africæ, & nonnullis Syriæ regionibus.* „ Quæ omnia localiter dicta sunt ex natura adverbio„rum, ut Ἀθήνησι, Θήβησι. περὶ Θαλαμῶνα τὴν νῆσον Gallum occisum scribit Cedrenus. Sed est error librarius. Φλαμῶνα enim ex Socrate scribendum. Καταλαβόντες δὲ αὐτὸν τὰ ἑσπέρια μέρη, καὶ περὶ Φλανῶνα τὴν νῆσον γενόμενον Κωνστάντιος ἀναιρεθῆναι ἐκέλευσεν. Mendosissime in historia Miscella: *Quumque contra insulam Falconensem venisset.* Legendum, *Flanonensem.* Non esse insulam, sed urbem maritimam Istriæ ex Plinio & Ptolemæo colligitur; & ex appellatione hodierna. FIANONA enim dicitur hodie urbs Istriæ maritima. Apud Ptolemæum perperam legitur Φλαυῶνα, pro Φλανῶνα. Idem error apud Plinium: ubi Flavona, quod ex Ptolemæi depravata lectione à Correctoribus interpolatum est. Omne dubium tollit vetus Inscriptio: Q. SEXTILIUS. RUFUS. FLANONA. Stephanus: Φλανὼν πόλις, καὶ λιμὴν περὶ Ἄψυρτον νῆσον. In Chronico Casaubon. ἐν Ἰσῳ τῇ νήσῳ ἀνῃρέθη. quod est ineptum: ut multa ejusmodi apud eundem scriptorem.

Ibidem. *Istriæ occiditur.*] Septimo Consulatu ipsius Constantii, hoc est Constantio Aug. VII, ipso Gallo III Coss. anno Christi CCCLIV, numero hoc ipso MMCCCLXX. Vitiosissime in historia Miscella: *Quumque contra insulam Falconensem venisset, illic eum præcepit Constantius interimi anno imperii sui septimo, & consulatus ipsius Galli anno tertio.* Legendum enim, *consulatu suo septimo, & ipsius Galli tertio.*

Ibid. *Silvanus in Gallia.*] Nummi: D. N. FL. SILVANUS P. F. AUG.

MMCCCLXXI. *Paulinus & Rhodanus.*] Sozomenus lib. IV, cap. IX. pag. 49. ubi Ῥοδάνιος dicitur, quemad„modum & in FRE. & PET. & Sulpitio Severo. In BONG. Rhodianus. Vide vitam Athanasii incerto auctore, 336. ubi vocatur Ῥοδανός, non Ῥοδάνιος. Et ita quoque in eadem vita apud Photium, 787, 7.

Ibid. *Alcimus & Delphidius.*] Latinus Alcimus Alethius Aginnensis fuit. Atticus Tiro Delphidius Burdigalensis Orator acerrimus, ut ait Ammianus, Euchrotiæ popularis sectæ Priscillianistarum maritus. Utriusque mentio in Rhetorib. Ausonii, Delphidii vero notabilis apud Ammianum.

Ibid. *Quidam sectatores ejus etiam Montenses.*] Optatus Milevitanus: *Sic speluncam quandam foris à civitate gradibus sepserunt, ubi ipso tempore conventiculum habere potuissent. Vnde Montenses appellati sunt.* Augustinus libro de Hæresibus ad Quodvultdeum: *Isti hæretici in urbe Roma Montenses vocantur, quibus hinc ex Africa solent Episcopum mittere.* Hieronymus in Lucifer. *Marcionitas, Valentinianos, Montenses, sive Campates.* Et in Epistola ad Marcellam: *Nuper quum Retitii Augustodunensis Episcopi, qui quondam à Constantinopolitano Imperatore sub Silvestro Episcopo ob caussam Montensium missus est Romam, Commentarios in Canticum Canticorum perlegissem.* Inepte excusum *Constantinopolitano* pro *Constantino.* Scismatici vero in montib. conventicula sua habebant. Cyprianus ad Caldonium de abstinendo Felicissimo: *quum Felicissimus comminatus sit non communicaturos in monte secum, qui nobis obtemperassent.* In Epist. ad Jubajanum: *In latebra & in latronum spelunca adulteræ aquæ contagione tinctus.* Isidorus: *Montani hæretici dicti, quod tempore persecutionis in montibus latuerunt, qua occasione à Catholicæ Ecclesiæ corpore se diviserunt.* Hæc in aliam sententiam, ac superiora, concepta sunt.

Ibid. *Eusebius Vercellensis.*] Vide Sozomenum libro IV, cap. IX. Epistolam Athanasii ad vitam solitariam agentes, 647.

Ibid. *distantibus inter se ab Arrianis, & à Constantio damnantur exiliis.*] Constantii Edictum, ut Orthodoxi distantibus ab invicem exiliis separarentur. Athanasius in eadem Epistola: ὁ δὲ (Κωνστάντιος) ἀντὶ τοῦ ἀποκτεῖναι, μόνον ἐκέλευσε, καὶ ἐξώρισεν, ἕκαστον διαστήσας, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν προτέρων πεποίηκε. τούτων γὰρ ἐξορίζων τὸν τύπον αὐτὸς ἐποίησεν, ἵνα καὶ ἐν ταῖς τιμωρίαις ὁμότροπος τῶν πρὸ αὐτοῦ τυράννων καὶ διωκτῶν γένηται. τῷ μὲν γὰρ προτέρῳ διωγμῷ κοινῇ καὶ πολλοὺς ἅμα κελεύων ὁ τότε Μαξιμιανὸς (Μαξιμῖνος) ἐξώριζεν ὁμολογητάς, καὶ τὴν τιμωρίαν ἐπεκούφιζε παραμυθούμενος τῇ συνουσίᾳ.

Ibib. *Iulianus frater Galli Mediolani Cæsar appellatur.*] Nummi: D. N. FL. CL. IULIANUS NOB. C. & DN. CL. IULIANUS NOB. CÆS. Cyrus Monachus de Constantio:

„ τὸν ἀδελφὸν τοῦ Γάλλου δὲ τὸν χοῖρον τὸν δυσώδη
„ Ἰουλιανὸν τῷ Καίσαρος ἐκόσμησε στέφανῳ,
ἐφ' οἷς ἀστειζόμενος δῆθεν ὁ παραβάτης,
καὶ τὴν ἐσθῆτα τὴν αὐτοῦ δεικνὺς τὴν ἐκ πορφύρας
ἐκεῖνο τὸ θρυλλούμενον ἐπέλεγε τοῖς πέλας,
πορφύρεος τε θάνατος κατέλαβε καὶ μοῖρα,
ὡς ἐν χλαμύδι πορφυρᾷ τοῦ Γάλλου τεθνηκότος.

Ibid. *Cæsar appellatur.*] Anno sequente post cædem Galli, Arbitione & Lolliano Coss. τῇ ἕκτῃ τοῦ Νοεμβρίου μηνός. Socrat. anno Christi CCCLV. Nam anni prioris Constantio VII Coss. certissimum characterem apposuit Athanasius in Protestatione, pág. 857, ubi dicit eo anno V Kal. Feb. fuisse parasceuen. quod certe accidit anno Christi CCCLIV, Cyclo Solis XXVII, litera Dominicali B. ἐπιφωσκούσης γὰρ τῆς ἀπὸ πέντε εἰδῶν Φεβρουαρίων, τουτέστι τῆς Δ τοῦ Μεχεὶρ μηνὸς ἀγρυπνούντων ἡμῶν ἐν τῷ Κυριακῷ, καὶ ταῖς εὐχαῖς σχολαζόντων, σύναξις γὰρ ἔμελλε τῇ παρασκευῇ γίνεσθαι, &c. Quare id tempus recte assignatum.

Ibid. *Magnæ Alemannorum copiæ.*] Ex Eutropio. Hanc victoriam Iuliani non dubitat Zosimus æquare illi, quam de Dario obtinuit Alexander Magnus. Et sane ut ea clades barbarorum memorabilis est, ita & verba, quibus id gestum prosequitur Zosimus, non minus illustria. συμμίξας δὲ τοῖς πολεμίοις, πάσης ὑπερβολῆς ἐπέκεινα τὸ τρόπαιον ἔστησεν, ἐξ μὲν ἐν αὐτῇ τῇ μάχῃ μυριάδων ἀπολομένων, ἑτέρων δὲ τοσούτων ἀλλαμένων κατὰ τοῦ Ῥήνου, καὶ διαφθαρέντων. ὥστε εἴ τις ἐθέλοι τῇ πρὸς Δαρεῖον Ἀλεξάνδρου μάχῃ ταύτην παραβαλεῖν τὴν νίκην, οὐκ ἂν εὕροι ταύτην ἐκείνης ἐλάττονα.

Ibid. *apud Argentoratum.*] Ammianus: *Argentoratus barbaricis cladibus nota.*

MMCCCLXXIV. *Constantio Romam ingresso ossa Andreæ Apostoli.*] Deest τὸ novam. novam Romam ingresso. neque aliter videtur conceptum fuisse à Græco scriptore, unde Hieronymus accepit. Νέα Ῥώμη est Constantinopolis. Meminit etiam libro adversus Vigilantium: ubi in meo Codice *Constantinus* perperam pro *Constantio* editum est. Ex urbe Patris has reliquias necesse est Constantinopolim traductas, quum Patris Achajæ passum esse dicat post alios Sophronius. Sed mirum Ægeam proconsulem ab eodem Sophronio regem Edessenon dici in Catalogo scriptorum Ecclesiast. Et magis mirum βασιλέα Ἐδεσσηνῶν præfectum verti ab Erasmo. Quomodo eodem tempore & proconsul Achajæ, & rex Edessenorum potuit esse?

Ibid. *ossa Andreæ.*] Vicesimo Constantii anno, ut ipse Hieronymus in Lucæ vita, in libro de Scriptorib. Ecclesiast. Quare hic fuerit metachronismus.

Ibidem. *Nicomedia terræ motu funditus eversa.*] Unius anni prochronismus. Contigit enim hæc clades Fab. Tatiano, Neratio Cereale Coss. anno Christi CCCLVIII, numero MMCCCLXXIV, ut exstat apud Socratem, lib. II, cap. XXXIX. Quare non recte apud eundem Socratem Nicæa dicitur terræ motu concussa, Valentiniano II, & Valente II Coss. duodecimo anno ἀπὸ τῆς πτώσεως τῆς Νικομηδείας. Nam inter Consulatum Tatiani ac Cerealis, & Consulatus secundos Valentiniani, & Valentis Augg. intersunt tantum anni X, non XII. Ut hic unius anni prochronismus, ita in Chronico Casaubon. unius metachronismus, Eusebio, & Hypatio coss.

Ibid. *Nicomedia terræ motu.*] Eadem corruerat numero MMCXXXVI. Hunc vero casum contigisse ait Marcellinus a. d. IX Kal. Sept. cujus verba omnino lege. Digna enim sunt. ἐκάδι ὀγδόῃ τοῦ Αὐγούστου μηνός. Socrates. id est V Kal. Sept. non IX, ut Marcellinus. Aur. Victor Andr. Schotti in Lucio Vero: *Asiaque Ephesus, ac Bithyniæ Nicomedia constrata terræmotu, æque ac nostra ætate Nicomedia Cereali Consule.* Nam hoc anno Consules fuerunt Fabius Tatianus, & Neratius Cerealis. quod & Ammianus antea memoraverat. Cedrenus breviter istud perstringit: σεισμοῦ δὲ μεγάλου ἐν Νικομηδείᾳ γενομένου, περὶ ὥραν νυκτερινὴν τρίτην, τὴν πόλιν κατέβαλε, καὶ πλῆθη πολλὰ διέφθειρε μετὰ καὶ τοῦ ἐπισκόπου Κεκροπίου. Idem invenies in Chronico Casaubon. sed ἐν ὑπατείᾳ Εὐσεβίου, καὶ „ Ὑπατίου, anno uno serius, quam Aur. Victor. Hanc „ celeberrimæ urbis cladem versibus Syriacis deflevit „ Ephrem monachus. Auctor Marcellinus Comes.

MMCCCLXXV, *Cærestus.*] Ita PR. & FR. & PET. item editiones. Solus BONG. *Charistus.*

Ibidem. *Synodus apud Ariminum.*] Socrates lib. II. cap. XXXVII. 207. quo tempore paulo ante ἔκθεσις πίστεως in urbe Sirmio edita. ἐξετέθη πίστις ἡ καθολικὴ ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ δεσπότου ἡμῶν Κωνσταντίου, ἐν ὑπατείᾳ Φλαβίου Εὐσεβίου, καὶ Ὑπατίου τῶν λαμπροτάτων, ἐν Σιρμίῳ τῇ πρὸ ἕνδεκα Καλανδῶν Ἰουνίων. nimirum hoc ipso numero recte assignato.

Ibid. *omnium proditione damnata est.*] Ipse Hieronymus aureolo Dialogo in Luciferianos: *Sub Rege Constantio, Eusebio & Hypatio Consulibus, nomine unitatis & fidei infidelitas scripta est, ut nunc agnoscitur.* Lege cætera, quæ omnino ad hujus loci illustrationem necessaria sunt, & quæ legisse non minor est voluptas, quam fructus. ex quibus manifesto colligitur Consules huic Chronico exemplo Eusebii adscriptos fuisse.

Ibid. *Honoratus ex præfecto prætorii.*] Socrates lib. II, cap. XXI: καὶ γὰρ παρελθὼν ἀπὸ τῆς ἑσπερίων μερῶν ἀναστρέψας ὁ βασιλεύς. καὶ τότε τὸν ἔπαρχον τῆς Κωνσταντινουπόλεως κατέστησεν Ὀνωρᾶτον ὄνομα, τὴν ἀνθυπάτων παύσας ἀρχήν.

Ibid. *Gratianus.*] Chronicon Casaubon. eodem anno Gratianum natum, & Honoratum præfectum urbis Constantinopoleos factum scribit, Eusebio, & Hypatio Coss.

MMCCCLXXVI. *Constantinopoli Ecclesiarum maxima dedicatur.*] Socrates lib. II, cap. XLIII. τηνικαῦτα καὶ ἡ μεγάλη Ἐκκλησία ὀνομαζομένη Σοφία ἀνεκαινίσθη ἐν ὑπατείᾳ Κωνσταντίου τὸ δέκατον, καὶ Ἰουλιανοῦ Καίσαρος τὸ τρίτον, τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τοῦ Φεβρουαρίου μηνός. Tempus congruit huic numero. Chronicon Casaubonii Constantio XII, & Juliano III Coss. sed legendum ι, non ιβ. Vita Athanasii male conjungit tempus Encæniorum hujus Ecclesiæ, & annum, quo Julianus Cæsar declaratus. Vide Photium 787, 32.

MMCCCLXXVII. *Constantius Mopsocrenis.*] Μοψουκρήναι, & Μόψου Ἑστία pro una eademque urbe usurpatur, ut alibi diximus, quanquam Plinio & Ptolemæo duæ sunt. Propterea Scriptorum alii Constantium Mopsocrenis, alii Mopsuestiæ obiisse dicunt. ut Ammianus Mopsuestiæ, III Non. Octobr. Cedrenus ἐν Μόψου κρήναις τῇ Γ Νοεμβρίου Mopsi viculum vocat ipse Hieronymus Epitaphio Nepotiani. Moritur Tauro & Florentio Coss. III Non. Novemb. Socrat. hoc ipso numero, Indictione quinta ineunte à XXIV Septembris, anno Antiocheno CCCCIX Quæ ideo adduximus, ut auctorem Chronici Casauboniani confutaremus, ubi dicitur obiisse ἀρχῇ ἰνδικτιῶνος τετάρτης, ἔτους Ἀντιοχείας υι. In Indictione peccat prochronismo unius anni, in Epocha Antiochena metachronismo itidem unius anni.

Ibid. *Iulianus anno uno, mensibus octo.*] In vita quoque Athanasii: καταστρέφει γοῦν τὸν βίον ἐν καὶ τριακοστῷ διαβιοὺς ἔτει, ἐν δὲ τῇ βασιλείᾳ μῆνας εἴκοσι. Et ipse Apostata in Misopogone; ait nomen Mar- „ donis Eunuchi XX mensibus antea in honore fuisse, „ nimirum à morte Constantii, ad id tempus, quo scri- „ bebat suum Misopogona, post quod paulo post ipse „ periit. τοῦτο δὲ πρὸ μηνῶν μὲν εἴκοσι προσκυνούμενον „ ὄνομα, νυνὶ δὲ προφερόμενον ἀντ' ἀδικήματος καὶ „ ὀνείδους, δύστυχος ἦν. „

Ibid. *Iuliano ad idolorum cultum converso.*] Hic erat „ annus undecimus ex quo ad idolorũ cultum sese con- „ vertit. XX annos fuit Christianus, duodecim Idolo- „ latra. Et annus ultimus vitæ ejus fuit duodecimus I- „ dololatriæ ejus. Ipsum Apostatam testem damus ex „ epistola ad Alexandrinos: πείθομαι τῷ προελθόντι „ (mihi) ἐκείνην τὴν ὁδὸν ἄχρις ἐτῶν εἴκοσι, καὶ ταύ- „ την ἰδοὺ σὺν θεοῖς προέρχομαι δωδέκατον ἔτος. „

MMCCCLXXVIII. *Georgio per seditionem.*] Socrates lib. III, Capitib. III, IV.

Ibid. *Eusebius & Lucifer de exilio regrediuntur: è quibus Lucifer adscitis duob. aliis.*] Ad illa verba, *adscitis duob. aliis*, luculentus & vetustissimus codex BONG. habet ad marginem: *Gorgonium dicit de Germania, & Cymatium de Gabala.* Quæ proculdubio sunt optimæ notæ; sed mihi prorsus ignorata. Vide Theodoritum Historiæ Eccles. lib. III, cap. V.

Ibid. *Proæresius Sophista.*] De hoc præstantissimo dicendi magistro vide mira apud Eunapium quanvis hominem Christianismi hostem dirissimum.

Ibid. *Aemilianus ob ararum subversionem Dorostori à*

Vicario

Vicanio incenditur.] Durostorum Mysiæ inferioris urbs. Ammianus XXVII: *Dein Mysia, ubi Marcianopolis est à sorore Trajani Principis ita cognominata, Dorostorus, & Nicopolis, & Odyssus.* Ptolemæus: Τεμμάννιον, Τελσίπολις, Δυρόστορον, Λεγιῶν πρώτη Ἰταλική. Ita ille locus legendus ex duob. codicib. Bibliothecæ Palatinæ. Nam male Δυρόστολον per λ excusum est, quod est proprium Græcorum recentiorum, quibus Δορόστολον dicitur, ut Cedreno 555, 21, ἐπὶ τὸ Δορόστολον, ὃ καὶ Δίστρα καλεῖται. In Itinerario legitur, *Dorosdora Leg.* XXI. CL. quod miror, quum Ptolemæo sit Legio prima Italica. & superius posuerit, *Novas leg. I. Ital.* In quibusdam manuscriptis Itinerariis, legitur recte *Dorostoro.* Et ita etiam in Martyrologio, XVIII Julii: XXV, & XXVII Maj: XV Iunii: XX Novembr.

Ibid *conto ilia perfossus interiit.*] Ex Aur. Victore: *conto percutitur.* ἐξ ἀφανοῦς δὲ ἀκόντιον φέρεται κατ' αὐτοῦ, καὶ διὰ βραχίονος διαδραμὸν εἰς τὴν πλευρὰν εἰσέδυ. Socrat. Sed super discrepantia auctorum de morte Iuliani, si vellem omnium sententias huc conferre, nulla finis futura esset. Videndus Nazianzenus.

Ibid. *anno ætatis* XL.] Legendum XXXII, ut POST. In vita Athanasii: Καταστρέφει γοῦν τὸν βίον ἐν καὶ τριακοστὸν διαβὰς ἔτος. Ammianus, *anno ætatis altero & trigesimo.* item VI Kal. Iulii, teste eodem cum Eutropio.
„ Chron. Casaub. ἐτῶν λϛ mendose. In Misopogone
„ ipsemet ὁ παραβάτης scribit se majorem fuisse tri-
„ ginta annorum, quum illa scriberet, quod fuit illi vitæ
„ tempus ultimum. ἐτῶν δὲ τριάκοντα μελέτην ἀφεῖναι
„ παγχάλεπον ἄλλως τε μὴ τοσαύτης ἐγγενομένην χα-
„ λεπότητος. ἐμοὶ δὲ ἤδη πλείω τούτων ἐστίν. Viginti
„ annos vixit Christianus, duodecim Idololatra. Quæ
„ est summa temporis vitæ ejus, annorum XXXII, ut
„ supra ex Epistola ad Alexandrinos annotavimus.

MMCCCLXXX. *Iovianus ex primicerio Domesticorum.*] Ammianus: *Domesticorum ordinis primus* ὁ τῶν Δομεστίκων ἡγούμενος παῖς. Zosim. item: Ἰοβιανὸς τοῦ τάγματος τῶν ὑπογραφέων προτεταγμένος. pag. 723. qui *primus inter notarios dicitur* Ammiano.

Ibidem. *Iovianus rerum necessitate compulsus Nisibin, & magnam Mesopotamiæ partem Sapori Persarum regi tradidit.*] Consulendus XXV liber Ammiani: ubi inter alia, quæ deflet de harum regionum deditione, subjicit: *Nunquam enim ab Vrbis ortu inveniri potest, Annalibus replicatis, ut arbitror, terrarum partes ullas nostrarum ab Imperatore, vel Consule hosti concessas.* Eadem expostulatio apud Eutropium: *Pacem cum Sapore necessariam quidem, sed ignobilem fecit, multatis finibus, ac nonnulla imperii Romani parte tradita: quod ante eum annis trecentis, & viginti duobus fere, ex quo Romanum imperium conditum erat, nunquam accidit.* Sed strenue delirat de intervallo à cunabulis imperii Romani, ad præsentem annum, quod definit tantum annorum CCCXXII, quum is esset annus Antiochenus CCCCXII, & totidem annos staret imperium Romanum. Sed & idem repetitur à Zosimo, ut videantur tres illi Scriptores in unum conspirasse super eadem querela. εἰς τοῦτο γὰρ ἱστορίας ἀφιγμένῳ τὸ μέρος ἐπὶ τοὺς ἀνωτάτω μοι χρόνους ἐπῆλθεν ἀναδραμεῖν, καὶ ζητεῖν, εἴ ποτε Ῥωμαῖοι τῶν αὐτοῖς τι κτηθέντων ἑτέροις ὑπέστησαν παραδοῦναι, ἢ ὅλως ἕτερόν τι ἔχειν τῶν ὑπὸ τὴν ἐπικράτειαν αὐτῶν ἅπαξ γενομένων ἠνέσχοντο.

Ibid. *Nisibin & magnam Mesopotamiæ partem.*] Hieronymus ipse de locis Hebraicis: *Achad urbs regni Nemrod in Babylone. Porro Hebr. hanc esse dicunt Mesopotamiæ civitatem, quæ hodie quoque vocatur Nisibi à Lucullo quondam Romano Consule obsessam, captamque, & ante paucos annos à Ioviano Persis traditam.* Stephanus: Φίλων ἐν Φοινικικοῖς Νάσιβις διὰ τοῦ α. Οὐράνιος δὲ διὰ τοῦ ε Νέσιβις. σημαίνει δὲ, ὥς φησι Φίλων, Νάσιβις τὰς στήλας. ὡς δὲ Οὐράνιος, Νέσιβις, φησὶ, σημαίνει τῇ Φοινίκων φωνῇ, λίθοι συγκείμενοι συμφορητοί. Non interest quomodo prima syllaba legatur, per ε, an per α. Verum autem est נציב στήλην significare, item σωρὸν λίθων, aut grumum terræ, vel salis. Ea enim vox Geneseos XIX, 26, à LXX interpretib. στήλη, ab aliis grumus, tumulus, aut cumulus, aut θὶν exponitur. Quod autem Achad Genes. X ab Hieronymo Nisibi vocatur, id quoque confirmatur ex Targum Ierosolymitano, in quo pro Hebraico Achad, Nisibi positum est.

Ibid. *Synodus Antiochiæ.*] Ridicule antea editum erat, *in qua omousion in omoeusion, eoque rejecto.* quæ non sunt cassæ nucis. nos, ut edi curavimus, ita in omnibus scriptis Codicibus reperiimus. Et ita ratio postulat, *homousio anomœoque rejecto.*

Ibid. *Dadastanæ moritur.*] Ammianus: *Quum enim venisset Dadastanam, qui locus Bithyniam distinguit & Galatas, exanimatus inventus est nocte.* Cedrenus: ἐν παραγείῳ Δαδαστανᾶ, Socrati τὰ Δαδάστανα. In Chronico Casauboniano vitiose Δάστανα. Meminerunt Ptolem. & Zonaras, Itinerarium Antonini. Distat Ancyra M. P. CXV.

Ibid. *anno ætatis* XXXIII.] Idem numerus Marcellino. & PET. Sed Edit. FRE. & BONG. XXXIV. " Πεμπτῳ μηνὶ decessisse, id est Februario, auctor Chronologus Casaubon. anno Christi CCCLXIV, hoc ipso numero.

MMCCCLXXXI. *Valentinianus.*] Error solennis Eusebii & Hieronymi, ut etiam si Princeps quidam obierit principio anni, tamen ejus successoris initium capiant ab anno sequente, peccantes manifesto unius anni metachronismo. Iovianus obiit XXV Februarii. Valentinianus Imperator salutatus ab exercitu V. Kalendas Martii posteriores (πέμπτῃ καὶ εἰκάδι Φεβρουαρίου Socrati) anno bisextili, Cyclo Solis IX, feria IV, anno Christi Dionysiano CCCLXIV. Quare is erat dies insititius, quod bisextum vulgo dicitur, cujus diei superstitione vulgo aliquid incipere religio erat, quæ etiam stulta opinio adhuc in tanta luce Christianismi multorum animis insedit, ob eam caussam & Valentinianus die, qui omnium opinione ominosus habebatur, inire imperium noluit, translato in sequentem imperii natali. Hinc discimus ex duobus F. F, prius, quod est insititium, non dici intercalare, sed posterius. Dicitur enim a. d. VI Kal. Intercalares. Sic Merkedinus XXII, aut XXIII dierum mensis insititius non dicebatur intercalaris mensis, sed Februarius ordinarius XXVIII dierum, is est mensis intercalaris, ut ex Fastis Capitolinis, & ex sententia Catonis veteris Iurisconsulti Titulo de verb. sign. constat. quem locum si Tribonianus intellexisset, nunquam illum Centonib. Pandectæ sui insuisset. Sic & ex duobus Adar, prior, qui est insititius, non dicitur intercalaris, sed posterior, qui tamen est cavus, & ordinarius, & festum Aman & jejunium Esther habet. Dicitur enim Adar alter, aut *VVeadar*, id est iteratus Adar, παλιναδάρ, quum tamen alter, ut dixi, is sit, qui intercalatus est extra ordinem, & plenus sit, & nullo festo exornatus.

Ibid. *parcitatem quidam avaritiam.*] Aliter Sex. Aur. Victor: *infestus tamen vitiis, maximeque avaritiæ, cujus punitor ipse fuit acer.*

Ibid. *severitatem, crudelitatem.*] Non pauca hujus Imp. crudelitatis exempla profert Ammian. Marcell.

MMCCCLXXXII. *Terræmotu.*] Hæc horribilis maris inundatio contigit Valentiniano, & Valente Augg. Coss. auctore Ammiano, anno Christi CCCLXV, numero MMCCCLXXXI. Unius anni metachronismus. quæ clades accidit quidem anno secundo Valentiniani, sed jam monuimus Hieronymum instituisse initium imperii Valentiniani ex a. d. VI. Kal. Marr. anni Christi CCCLXV, quum tamen ab anno antecedenti id faciendum esset. Metaphrastes in vita Athanasii: τούτων οὖν δὴ κακῶν πανταχόσε δρωμένων, σεισμὸς ἐπιγινόμενος οἰκουμενικὸς πολλά τε τῶν πόλεων ἔβλαψεν, τῆς τε Κρήτης τὰς ἑκατὸν πόλεις κατηρείπωσεν. ἡ θάλασσα δὲ τοὺς ἰδίους ὅρους ἐνήλλαξεν. ποτὲ μὲν γὰρ τόποις τοσοῦτον ἐπέκλυσεν, ὥστε τοὺς πρώην βασίμους τόπους καὶ ἀσφαλεῖς πλεῖσθαι. ἑτέρων δὲ τόπων τοσοῦτον ἀπέστη, ὡς ἐν ξηρᾷ εὑρεθῆναι τοὺς πλέοντας. καὶ τοῦτο γέγονε κατὰ τὴν πρώτην ὑπατείαν τῶν δύο βασιλέων, Οὐαλεντινιανοῦ, καὶ Οὐάλεντος. Diu erat, quum Creta centum illas urbes desierat habere. Et, si habuisset, non est verisimile, omnes terræmotu concussas fuisse. Quare melius in vita ejusdem Athanasii alio auctore, decem, non centum urbes Cretæ hoc terræ motu afflictæ dicuntur: ἐν τούτοις δὲ κυμαινομένων τῶν ὅλων, σεισμὸς ἐπισκήπτει τῶν πώποτε γεγενημένων ὁ μέγιστος, καὶ πολλὰς ἐδαφίζει τῶν πόλεων. ἀτὰρ δὲ καὶ τῆς Κρήτης τὰς δέκα πόλεις κατηρείπωσε, καὶ ἡ θάλασσα τῶν ἰδίων ὅρων ὑπερχυθεῖσα πολλὴν μὲν γῆν νέαν ἔδειξε, πολλὴν δὲ τῆς ὑποβρυχίου ,, ἀρότρῳ ὑπέθηκεν. Similem, neque minus hor-,, rendum maris excessum habes apud Nicephorum ,, Gregoram pag. 209.

Ibid. *mare littus egreditur.*] In vita Hilarionis: *Ea tempestate terræ motu totius orbis, qui post Iuliani mortem accidit, maria egressa sunt terminos suos, & quasi Deus rursum Diluvium minaretur, vel in antiquum chaos redirent omnia, naves ad prærupta de latere montium pependerunt.* Idem XV Isaiæ: *Audivi quendam Areopolitem. sed & omnis civitas testis est, motu terræ magno in mea infantia, quando totius orbis litus transgressa sunt maria, eadem nocte muros urbis istius corruisse.* Chronologus Casaubon. Ἰνδ. Η. Ὑπατ. Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος. τούτῳ τῷ ἔτει ἡ θάλασσα ἐκ τῶν ἰδίων ὅρων ἐξῆλθεν μηνὶ Πανέμῳ, πρὸ ιβ Καλανδῶν Σεπτεμβρίων. Recte annum assignavit ex indictione VIII, quæ congruit numero antecedenti, non huic. Sed non convenit illi cum Ammiano de die. Ammianus enim XII Kal. Aug. Tamen apud Chronologum legendum πρὸ ιβ Καλανδ. Αὐγούστου. Nam Πάνεμος est Julius. Sed vide Ammianum, qui hunc casum diserte persequitur. Socrates ait exitu mensis Mai contigisse.

Ibid. *Procopius.*] Nummi: D. N. PROCOPIUS. P. F. AUG. Hic est, de quo Ammianus lib. XXVI: *Dicitur* (Julianus) *ante aras, nullo arbitrorum admisso, occulte paludamentum purpureum propinquo suo tradidisse Procopio, mandasseque arripere fidentius principatum, si se interiisse dedicerit ,, apud Persas.* Ab hoc genus ducebat Anthemius Au-,, gustus, ad quem Sidonius ita: *Procopio genitore micas, ,, cui prisca propago Augustis venit à proavis.*

Ibid. *apud Phrygiam Salutarem.*] Chronolog. Casaubon. Ind. IX, Gratiano & Dagalaifo COSS. καὶ τῷ αὐτῷ ἔτει Προκόπιος ἀντάρτης εἰς Φρυγίαν Σαλουταρίαν ἐν τῷ πεδίῳ Νακωλίας ὑπὸ Οὐαλεντιανοῦ Αὐγούστου ἀνῃρέθη μηνὶ Δαισίῳ πρὸ ιβ Καλανδῶν Ἰουλίων. Socrates quoque iisdem Consulibus hoc gestum assignat. convenit tempus huic anno. sed peccat Hieronymus, quod hoc, & terræmotum, ac maris exundationem confert in eundem annum, quum hæc sint temporibus divisa, alterum priore anno, alterum hoc, qui erat tertius Valentiniani, non secundus.

Ibidem. *Vrsinus à quibusdam Episcopus ordinatus.*] Ita omnes Codices. sed Marcellinus Ursicinum nominat. Rufinus tamen Ursinum, & ex eo Socrates Οὐρσῖνον. ita etiam in veterib. codicib. & in epistola Hieronymi ad Damasum de tribus hypostasib. Vide ipsum Marcellinum de hac Tragœdia & cruento Damasi enthronismo.

Ibid. *Sicinium cum suis invadit.*] BONG. Sicinum. Apud P. Victorem, *Basilica Sicini, alias Sicimini.* Legendum, *Sicinini.* Ammianus: *in Basilica Sicinini.* Et ita apud Socratem ex Rufino: ἐν ἀποκρύφῳ τόπῳ τῆς βασιλικῆς τῆς καλουμένης Σικίνης. male vulgo, Σικόνης.

MMCCCLXXXIV. *Gratianus Valentiniani.*] ἀνηγορεύθη Αὔγουστος τῇ πέμπτῃ καὶ ἐικάδι τοῦ Αὐγούστου μηνὸς, Consulatu Lupicini, & Jovini. Socrat. IV, X & Chron. Casaub. Indictione decima. Ergo anno Christi CCCLXVII, hoc ipso numero MMCCCLXXXIII, IX Kal. Sept. Chron. Casaub. hoc est anno Diocletiani LXXXIV ineunte, aut LXXXIII ad finem decurrente. Ideo annus Diocletiani XCII erat octavus Gratiani, ut est initio Epistolæ Ἀκακίου καὶ Παύλου ἀρχιμανδριτῶν πρὸς τὸν ἅγιον Ἐπιφάνιον.

Ibid. *mira magnitudinis decidens grando.*] Iisdem Coss. Socrat. IV, X, secunda Julii. At Chronolog. Casaubon. πρὸ Δ Νωνῶν Ἰουλίων, id est τῇ τετράδι Ἰουλίου, non τῇ δευτέρᾳ, ut Socrat.

Ibid. *mira magnitudinis.*] εἰς τύπον λίθων Chron. Casaub. χειροπλήθης χάλαζα, Socr.

Ibidem. *Nicæa, quæ sæpe corruerat.*] Mense Septembri, IX Kal. Octobr. Indict. XI, Valentiniano II, Valente II Augg. Coss. Chron. Casaub. anno Christi CCCLXVIII, numero hoc MMCCCLXXXIV. Sed & Nicææ non mediocrem partem corruisse sub Juliano Apostata auctor Ammianus lib. XXII: *& quarto nonas Decembres vergente ad vesperam die, reliqua Nicomedia collapsa est terræmotu, itidemque Nicææ portio non mediocris.*

Ibid. *Agon Constantinopoli à Valente redditus.*] Quod hic quarto anno, hoc apud Cedrenum septimo assignatur. ἐν ᾧ τῷ ζ ἔτει Οὐάλης ὁ μιαρὸς τοῖς Ἕλλησιν ἄδειαν δέδωκε θυσίας καὶ πανηγύρεις ἐπιτελεῖν. Ludicra paganica restituisse dicit.

MMCCCLXXXVI. *Constantinopoli Apostolorum Martyrium dedicatur.*] Indict. XIII, Valentiniano III Coss. hoc ipso numero. Martyrium proprie est altare impositum Martyris cineribus, quod Latine Confessio dicitur. Nam qui Μάρτυρες, ii Latinis initio Confessores vocabantur. Postea discrimen constitutum inter Martyres & Confessores. In loquendo plus potest consue- " tudo, quam ratio. Nam Μαρτύριον est Confesso- " rium, non Confessio, quum illud sit Μαρτυρία. Ec- " clesia igitur cum altari cineribus Martyris alicujus superstructo dicebatur Martyrium & Confessio. quod sumptum est ex Apocalypsis VI, 9. quo allusit Hieronymus in Vigilantium: *Ais enim vel in sinu Abrahæ, vel in loco refrigerii, vel subter Aram Dei animas Apostolorum, & Martyrum consedisse.* Vide etiam Tertullianum in Scorpiaco, cap. XII. Postea omnis ecclesia titulo cujusvis Sancti vocata est Martyrium. Hieronymus in Hilarione: *Caussam occultandi juxta præceptum Antonii fuisse referentes, ne Pergamus, qui in illis locis ditissimus erat, sublato ad villam suam Sancti corpore Martyrium fabricaret.* Itaque Ecclesia vocata est Martyrium, quia λειψάνων ἄνευ τῶν ἁγίων ναὸν καθιεροῦν non licebat. Canon XXVII in Trullo. Item præcipitur πᾶν θυσιαστήριον καταστρέφεσθαι, ἐν ᾧ οὔτε σῶμα, οὔτε λείψανον ἀπόκειται μάρτυρος. LXXXIII Carthagin.

Ibid.

Ibid. *Magna fames in Phrygia.*] Socrates iv, cap. xvi caussam hujus famis addit, scapham cum legatis medio mari concrematam. Describit illud vivicomburium à Valente imperatum post Socr. Cedrenus 255, 59.

Ibid. *Maximus præfectus annonæ.*] Hujus iniquissimi præfecti mentio apud Rufinum lib. xi, cap. x.

MMCCCLXXXVII. *Valentinianus in Britannia, antequam tyrannidem invaderet, oppressus.*] Zosimus fere iisdem verbis: Κατὰ τόνδε τ̀ χρόνον Ουαλεντινιανὸς διά τινα πλημμελήματα τὴν Βρεταννικὴν νῆσον οἰκεῖν κελευσθεὶς, ἐπιθέμενος τυραννίδι συναπέθετο

,, ταύτῃ τ̀ βίον. Valentinus, non Valentinianus le-
,, gitur apud Paulum Diaconum.

Ibidem. *Equitius.*] Ita Editiones, & POST. Sed PR. *Probus.*

MMCCCLXXXVIII. *Didymus Alexandrinus, &c. per notarios commentatur.*] Per notarios commentari, hoc dicitur ὑπαγορεύειν. quo verbo utitur Socrates iv, cap.
,, xxv, loquens de ipso Didymo. Quæ mira hic de cæco
,, Didymo referuntur, similia sunt iis, quæ de duobus
,, cæcis Belgis, Nicasio Machliniensi, & Carolo Fer-
,, nando Brugensi perhibet Lil. Gregor. Gyrald. libro
,, priore de poëtis sui temporis, quæ cum istis Hie-
,, ronymianis comparare potes.

Ibid. *elementorum quoque ignarus fuit.*] Contra Socrates; ὅσπερ κομιδῇ νέος ὢν, καὶ τὰ πρῶτα τ̀ γραμμάτων σοιχεῖα μαθὼν τῷ τ̀ ὀφθαλμίας πάθει ἐπεσε πάθει. Sozomenus fere cum Hieronymo: νέος γὰρ ἔτι τυφλὸς ἐγένετο ἐν τῇ πρώτῃ πείρᾳ τ̀ μαθήσεως τ̀ σοιχείων: *quum primum literas discere inciperet, amisit lumen oculorum.* Sed hæc verbatim Rufinus accepit ab Hieronymo: *Is namque in parva ætate, quum adhuc etiam prima literarum ignoraret elementa, &c. luminibus orbatus.*
,, unde Sozomenus accepit. Anno xiv Theodosii se-
,, nioris, ut scribit Hieronymus, excesserat annum
,, ætatis LXXXIII. Natus ergo anno x, Christi cccx.

MMCCCLXXXIX. *Saxones cæsi Deusone.*] Hæc totidem verbis referens Cassiodorus confert in Consulatum iv Valentiniani & Valentis Augg. Convenit præsenti
,, numero. Saxones isti ultra Rhenum habitantes, quo-
,, modo partem gentis suæ, qui Quadi dicebantur,
,, in insulam Rheni Bataviam miserint, ut inde Ro-
,, manorum regionem invaderent, habes apud Zosi-
,, mum lib. tertio. Quadi autem illi alii sunt omnino
,, ab iis, qui Marcomannis finitimi Romanum impe-
,, rium diu infestarunt.

Ibid. *Deusone.*] Ita omnes scripti Codices. Editiones divulserant, *de Vsone.* In Francorum vel Sicambrorum regione ponit. Sed quæratur amplius. Cave putes Divionem esse, quod quibusdam persuasum video, qui sane multum à vero absunt, quod Æduorum tractum Francorum regionem à veteribus Scriptorib. vocatam fuisse credunt, præsertim Valentiniani temporibus, quando vix primum Franci Rheno trajecto ripam Romanam invadere tentarunt. Sed oritur du-
,, bium. De hoc gesto loquens Paulus Diaconus ita
,, scribit: *Valentinianus Saxones, gentem in Oceani litori-*
,, *bus & paludibus inviis sitam, virtute, atque agilitate terri-*
,, *bilem in Romanos fines eruptionem meditantem in Franco-*
,, *rum finib. oppressit.* Sane his indicatur Saxones esse fi-
,, nitimos Francis. At Franci & Sicambri tunc ad pa-
,, ludes Rheni habitabant. Ad paludes igitur Rheni op-
,, pressi sunt à Valentiniano, non autem in Divionensi
,, agro. Si Deuso est nomen loci, quare non dixit *ad Deusonem*, aut *apud Deusonem*, quemadmodum supra dixit *apud Argentoratum?* Responsum in promptu est. Hieronymum nominib. urbium apponere præpositiones, aliquando omittere. Sic dixit de Valentiniano, *Brigittione moritur.* Omnino Deuso est urbs, aut locus in finibus Francorum & Saxonum circa Rhenum.

Ibid. *Burgundionum.*] Ammianus lib. xviii à Valentiniano per literas clandestinas excitos ad ripam Rheni processisse dicit: non tot millia tamen, sed catervas lectissimas fuisse scribit.

Ibid. *Clearchus præfectus urbis.*] De hoc viro vide Eunapium in Maximo, Suidam, alios.

MMCCCXCI. *Theodulus miserabilis Presbyter.*] Omnes PR. hanc pericopen habent, cæteri non habent, neque Editiones. Historia mihi ignota. Tamen hæc sunt bonæ notæ.

Ibid. IIDEM CONSULES PERMANSERUNT.] ἔτος hoc ἀνυπάτευτον signatur, *Post Consulatum Gratiani Aug. iii, & Equitii V.C.* Itaque hæc aperte demonstrant Consules ab Hieronymo appositos fuisse, idque exemplo Eusebii, quem continuavit, quemadmodum & Prosper Hieronymum excipiens continuavit & Consules. Neque vero hoc in dubium revocandum. Sed hic pueriliter erratur, quod nota anni nulla apposita in libris scriptis, neque in editis. ἀνακεφαλαίωσις, qua Hieronymus utitur, id demonstrat.

Ibid. *Valentinianus subita sanguinis.*] Moritur μετὰ τὴν ὑπατείαν Γρατιανοῦ τὸ τρίτον, καὶ Εκυιτίου, περὶ τὴν ἑπτακαιδεκάτην Νοεμβρίου, numero hoc, Christi CCCLXXV. Socrates iv, cap. xxxi.

Ibid. *Brigitione.*] In Saxo, quo hodie in eo oppido "
extat, (Bonczhida Hungari vocant) legitur BREG. "
Hoc est *Bregetione*, non *Brigitione.* "

MMCCCXCII. *à quo Photinianorum dogma inductum.*] Ita omnes editi. Sed nullus liber est scriptus eorum, quos quidem viderim, qui non habeat *dogma Iudaicum.*

Ibid. *Basilius Cæsariensis.*] In PET. ad oram libri annotatum est: *Qui multa continentiæ & ingenii bona uno superbiæ malo perdidit:* quæ & editiones, & Marianus habent. Ab Isidoro, & post eum, à Rabano, Photinus dicitur Gallogræciæ Sirmiæ Episcopus: à Damasceno Smyrnæus. Sunt hallucinationes: Fuit enim non Smyrnæ, aut Syrmiæ, sed Syrmii in Pannonia Episcopus, ob pravitatem dogmatis Galatiæ finibus relegatus.

MMCCCXCIII. *Gens Hunnorum.*] Omnino vide capita xxxiv, xxxv lib. v Socrat.

MMCCCXCIV. *Lacrimabile bellum.*] Bellum pro prælio, & pugna ab Hieronymo usurpari, satis alibi monuimus.

Ibid. *ad cujusdam villulæ casam.*] ἀχυρῶνα vocat Cedrenus, id est locum, ubi stramen componitur. φεύγει ἔν τινι χωρίῳ, καὶ εἰσελθὼν ἐν ἀχυρῶνι μετὰ τ̀ συνόντων ἐκρύπτετο. Item Cyrus Monachus de Valente:

Πυρὸς τροφὴ μετ' ὃ πολὺ γίνεται ἢ παμφάγου
Α'χυρείῳ καθυποδὺς ἐν τῷ τοὺς Σκύθας φεύγειν.
Δέκα πρὸς τέσσαρσιν ἀρχῆς κρατήσας τ̀ ἑώας.

Ibid. *Sepultura quoque caruit.*] Periit τῇ ἐνάτῃ ἢ Αυγούσου μηνός. Socrat.

Ibid. *Ab urbe condita, usque ad extremum hujus operis annum, fiunt anni, MCXXXI.*] Hoc quidem verum est, si non, ut Eusebius, à Palilib. primis, ad Regifugium, CCXL, sed CCXLIII, numeres, ut ratio postulat. Quare hallucinatio est. Hæc autem vera sunt Hieronymiana, non illæ ἀνακεφαλαιώσεις, quas libri scripti diversas præferunt. In omnium vetustissimo Bongarsiano ita scriptum fuit:

COLLI-

COLLIGUNTUR OMNES ANNI *uſque in Conſulatum Valentis ter (ſexies) & Valentiniani Iunioris iterum Augg.*

A XV *Tiberii anno, & prædicatione Domini noſtri Ieſu Chriſti,*	*anni* CCCLI.
A ſecundo anno Darii Regis Perſarum, quo tempore Templum Ieroſolymis inſtauratum eſt,	*anni* DCCCXCIX.
Ab Olympiade prima, qua ætate apud Hebræos Eſaias prophetabat,	*anni* MCLV.
A Solomone & prima ædificatione Templi,	*anni* MCCCCXI.
A captivitate Trojæ, quo tempore Sampſon apud Hebræos erat,	*anni* MDLXI.
A Moyſe & Cecrope primo rege Atticæ,	*anni* MDCCCCXC.
Ab Abraham, & regno Nini, & Semiramidis,	*anni* MMCCCXV.
CONTINET OMNES CANON *ab Abraham, uſque ad tempus ſupraſcriptum,*	*annos* MMCCCXCV.
A Diluvio autem, uſque ad Abraham, ſupputantur	*anni* DCCCCXLII.
Et ab Adam, uſque ad Diluvium,	*anni* MMCCXLII.
FIUNT AB ADAM, *uſque ad* XIV *Valentis annum, id eſt, uſque ad Conſulatum ejus* VI, *& Valentiniani iterum, omnes,*	*anni* MMMMMDLXXIX.
Et à XIV *ann. Valentiniani, Valentiſque, uſque hodie, Ind.* XV, *die Kal. Martias Imp. Heraclio, ſunt,*	*anni* CCXLVIII.
FIUNT OMNES ANNI AB ADAM, *uſque hic,*	*anni* MMMMMDCCCXXIV.

Vides hanc ἀνακεφαλαίωσιν eſſe antiquarii, qui hunc librum explicuit anno Chriſti Dionyſiano DCXXVII, indictione XV, imperii Heraclii XVII. Sed in exemplari vitioſe exaratum erat Ind. XII. quod in eodem ſæpius accidit, ut duo II pro V poſita ſint propter ſimilitudinem. Unde vetuſtas libri colligitur: à quo explicito, ad hunc annum Chriſti Dionyſianum MDCIV, præterierunt anni ſolidi DCCCCLXXVII. Non puto iſto vetuſtius exemplar hujus Chronici extare. Literæ ſunt capitales, quas vocant, quo genere libri ſcripti ſunt optimæ notæ.

In fine notarum in annorum ἀνακεφαλαιώσει monemus lectorem vetuſtatis Codicis Bongarſiani, quem quum ſcribebat Antiquarius, notat eum annum fuiſſe Chriſti Dionyſianum DCXXVII. Sed obliti ſumus addere, in prima pagina libri adverſa, ubi debebat eſſe Titulus generalis, alia manu extra ordinem grandibus, & uncialibus literis ita ſcriptum fuiſſe: IN ANNUM V. CHILDEBERTI REGIS FRANCORUM PIPINO JUBENTE AB ADAM SUNT ANNI V. MILLIA DCCCC. FUIT PASCHA X. K. APRILIS. ASCENSIO DOMINI FUIT K. MARTIAS PER CYCLORUM NUMERUM ANNO MC. XL. REPETITIO A CAPITE CYCLI. Hoc paſcha convenit anno Chriſti Dionyſiano DCXCIX. Quare quemadmodum alia eſt manus, quæ hæc notavit ab ea, quæ totum Chronicon ſcripſit, ita magnum eſt intervallum inter ſcriptionem Chronici, & hujus Paſchatis notationem. Sunt enim anni LXXII. Recte igitur Paſcha illud convenit anno DCXCIX, Cyclo Solis VIII, Lunæ XVI. Cyclus autem, quem intelligit, eſt magna periodus Paſchalis annorum DXXXII, non utique Dionyſiana à nativitate, ſed Victoriana à duobus Geminis, nempe à baptiſmo. Hac enim periodo utebatur adhuc, uſque eſt deinceps ad Ludovicum Pium, omnis Eccleſia Gallicana. Auctor ejus Victorius homo Aquitanus, ut ſcribit Gennadius. Ejus periodum in membranis habemus cum Conſulibus. Hoc Græci vocant Πασχάλιον, & κύκλον ἑορτασικόν, & τόμον ἀνακυκλευτικὸν, ut non ſemel alibi indicavimus. In noſtris membranis hæc periodus, ſive Paſchale, ita incipit: V. CC. XXVIII. ſecundum LXX. CYCLUM VICT. IAN. F. V. *Lun.* XIX PAS. VK. *April. Lun.* XVII. *Duob. Geminis Conſul.* OLYMP. CCI. Hoc eſt: Kalendis Januarii erat feria V. Paſcha XXVIII Martii. Hoc convenit anno Chriſtiano XXVIII. Cyclo ſolis IX, Lunæ X. ut igitur habeamus Cyclum Victorianum, de annis Chriſti Dionyſianis ſemper detrahenda ſunt XXVII. Reſiduum erit annus labens à capite primæ periodi Victorianæ. Deductis igitur XXVII de DCXCIX, ſupereſt annus labens DCLXXII Victorianus. de quo rurſus deducta integra Periodo, nempe annis DXXXII, ſupereſt annus propoſitus CXL à capite cycli. Sed eſt hallucinatio Victorini, illum annum fuiſſe 5228 ſecundum LXX. imo ſecundum Euſebium. Rurſus erat annus Chriſti XXIX ſecundum Euſebium, XXVIII ſecundum Dionyſium. Quæ non minor eſt ἀλογισία. Nam illud, καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος ὤν, quidam interpretantur recte annum compleſſe tunc XXX: alii minus recte eum fuiſſe trigeſimum ineuntem. Nemo autem unquam putavit, certe nemo ſcripſit, vigeſimo nono baptiſatum, præter hunc Victorium noſtratem. Illud quoque caſtigandum, Kal. Januarii fuiſſe Lunam XIX, quum fuerit XVI. Epacta enim ſuperioris anni adhuc erat IV, uſque ad Martium. Sed recte in Kal. Martii appoſita eſt Luna XVII, propter biſextum. Alioquin anno communi quota eſt Luna in Kal. Januarii, eadem eſt in Kal. Martii. Ratio in promptu eſt. quia inter Kal. Januarii, & Kal. Martii, intervallum eſt dies LIX, quæ ſunt ſyzygiæ duæ. Propterea recte in ſecundo anno ejuſdem periodi Victorianæ tam in Kal. Jan. quam Kal. Martii, notata eſt Luna XXVII. Neque illud ferendum, iniviſſe Olympiadem CCI. Nam erat Olympiadis ejus annus III à diebus æſtivis anni antecedentis Juliani. Denique mendoſe conſulatus duorum Geminorum confertur in annum Chriſti Dionyſianum XXVIII, qui ſequenti Januario magiſtratum inierunt, anno Dionyſiano XXIX. Is error non Victorio adſcribendus, ſed Faſtis Chriſtianorum Paſchalibus, qui prochroniſmo biennii peccabant, ut in Chronico videre eſt. Ex eodem fonte manavit error ille Gregorii Turonenſis de tranſitu Martini, quem ille conjicit in Conſulatum Attici, & Cæſarei: hoc eſt annum Chriſti CCCXCVII, metachroniſmo biennii. Obiit enim Martinus anno CCCXCV, Cyclo Solis XI, quum XI Novembris incidiſſet in Dominicam, Olybrio, & Probino Coſſ. Neque eſt error Gregorii, ſed Πασχαλίῳ, in quo Conſules ita digeſti erant. In Periodo enim Victoriana, è regione Olybrii, & Probini Coſſ. recte appoſitum Paſcha VIII Kal. April. Erat enim numerus aureus XVI, Terminus Paſchalis XXI Martii, Paſcha igitur VIII Kal. April. in litera G. Cyclo ſolis XII. proinde quum Martinus obierit nocte, quæ anteceſſit XI Novembris, imminente feria prima, hoc eſt ἐπιφωσκούσης τῆς κυριακῆς, hoc quidem non potuit contingere, niſi eo anno, qui erat Chriſti Dionyſianus CCCXCV, Victorianus à capite Cycli CCCLXVIII. Quare recte Victorius, quem non videtur conſuluiſſe Gregorius, ſed alium, puta Caſſiodorum. Hæc præclara ſunt, quæ ex illo Codice Bongarſiano protulimus: in quibus etiam notent ſtudioſi, quum annus Chriſti DCXCIX fuerit quintus Childeberti Regis Francorum, ejus initium conſurgere ex anno DCXCV Chriſti, non ex DCXCVIII, ut hiſtoricis noſtris placet, qui peccant manifeſto anachroniſmo triennii ſolidi. Denique appoſitum eſt, PIPINO IUBENTE. quia duces Franciæ re ipſa regnabant, quum titulo tenus duntaxat Merovacadæ à multis annis reges eſſent, & nihil minus quam res regni curent. Itaque egregium eſt teſtimonium hoc ex Codice Bongarſiano. ὁ μακαρίτης Arnaldus Epiſcopus videtur illum aliquando in manibus habuiſſe.

GRATIAS DOMINO IESU CHRISTO.

Explicitæ ſunt notæ ad Chronica Euſebiana x Kal. Februarii Iuliani, feria ſecunda, anno Chriſti Dionyſiano MDCIV.

Poſt innumeris locis ab ultimâ auctoris manu auctæ, atque emendatæ.

NOMINA AUCTORUM,

qui in hoc opere citantur & illustrantur.

A.

Abydinus. 91
Acesodorus. 39, 41
Achaz. 74
Achilleus Photio. 50. *Vide Photio.*
Acta Apostolor. 40, 56, 70, 133, 134, 189, 192
Adhelmus. 238
Ælianus. 47, 50, 60, 63, 68, 80, 81, 83, 84, 85, 87, 98, 107, 108, 123, 124
Æschylus. 16, 23, 31, 53, 66, 82,
Africanus. 4, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 20, 21, 22, 23, 25, 27, 30, 32, 33, 36, 41. 43, 47, 49, 50, 51, 52, 53, 54, 56, 61, 62, 63, 64, 65, 69, 71, 79, 80, 85, 87, 94, 96, 99, 107, 122, 124, 134, 135, 161, 186, 199, 232
Agathias. 237
Agrippa Bithynus. 204
Alexander Ætolus. 20
Alypius. 112
Ammianus. 17, 77, 78, 86, 103, 132, 136, 152, 153, 154, 167, 196, 220, 221, 235, 237, 243, 251, 252, 254, 255, 257, 258, 259
Ambrosius. 213
Ammonius. 162
Anastasius. 81
Anatolius Alexandr. 132, 142
Andreas Rosendius Lusitanus. 160
Andreas Schottus. 206
Anianus. 4, 23. 39. 41
Annales Phœnicum. 85
Anthologia. 61, 65, 77
Antimachus. 215
Antiochenus. 23
Antipater Sidonius. 152
Antonius. 177
Apion Grammaticus. 15, 53
Apollodorus. 10, 16, 20, 22, 23, 24, 27, 29, 30, 31, 33, 34, 35, 36, 37, 39, 41, 44, 45, 48, 49, 50, 56, 57, 62, 91, 102, 107, 109. 127
Apollonius Alexandrinus. 40, 237
Apollonius Rhodius. 46, 74, 126
Ejus Scholiastes. 21, 38, 40, 62, 77, 126
Appianus. 50, 51, 84, 122, 128, 130, 131, 140, 145, 147, 150, 151, 160, 168, 178, 212
Apuleius. 120, 225
Aquila Ponticus. 218
Aretæus. 27, 28
Archilochus. 37. 58
Aristænetus. 80
Aristarchus. 57, 60, 113
Aristeas. 133, 134
Aristides. 122, 203, 224, 225
Aristo Pellæus. 213, 216
Aristobulus. 132, 142
Aristodemus. 70
Aristomenes. 22
Aristophanes. 22. 101. 116. 128. 131. 173. 227
Ejus Scholiast. 31. 50. 57. 93. 105. 116. 120. 227
Aristoteles. 51. 57. 82. 85. 88. 121
Arnaldus Pontacus. 13. 63. 95
Arnobius. 16. 94. 104. 207
Arrianus. 59. 62. 126. 127. 166. 179
Asconius Pædianus. 151. 155
Asinius. 238
Athanasius. 7. 217. 218. 250. 251. 252. 253. 255. 256. 257. 258
Athenæus. 31. 34. 38. 56. 68. 69. 72. 73. 79. 80. 98. 106. 112. 115. 116. 123. 127. 129. 145. 150. 169. 170. 239
Athenagoras. 3. 221
Atticus. 141
Auctor de Viris Illustrib. 77
Auctor τεχνικῶν. 66
Augustinus. 7. 11 21. 22. 23. 25. 30. 31. 34. 36. 52. 56. 59. 59. 64. 77. 147. 185. 255
Aurelius Victor. 225. 218. 220. 226. 230. 231. 233. 234. 235. 237. 241. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 251. 253. 254. 256. 257
Ausonius. 23. 33. 47. 56. 65. 77. 105. 112. 113. 114. 115. 119. 120. 139. 143. 149. 153. 156. 193. 198. 203. 204. 210. 225. 234. 251. 255

B.

Basilius Magnus. 71. 120
Barbucalles. 130
Baysius. 66. 67. 68
Beda. 46. 11. 35. 36. 49. 52. 71. 81. 83. 85. 112. 115. 120. 216. 219. 240
Benedict. Pererius. 91
Berosus. 16. 64. 85. 91. 97. 147
Bianor, poëta. 71
Boëthius. 169
Bongarsius. 92

C.

Cæsaris Commentar. 132. 147. 149 151. 154. 155. 157. 160. 220
Calpurnius. 242
Callimachus. 20. 37. 65. 71. 73. 87. 92
Cambdenus. 228
Camerinus. 171
Camsius. 9
Canon Chronolog. 91
Canticum. 134
Capitolinus. 202. 219. 220. 221. 222. 224. 225. 227. 229. 234
Casaubonian. Chronicon. 52. 61. 63. 94. 99. 112. 128. 152. 157. 188. 189. 191. 199. 205. 208. 209. 210. 214. 220. 221. 224. 233. 234. 236. 238. 239. 240. 242. 245. 246. 248. 250. 251. 253. 254. 256. 257. 258. 255
Casaubonus. 115. 178 214. 225
Cassiodorus. 9. 10. 11. 81. 83. 92. 94. 99. 103. 105. 120. 157. 167. 169. 172. 174. 179. 189. 191. 192. 200. 202. 203. 206. 211. 218. 225. 229. 234. 236. 237. 259
Cassius. 61
Castor. 4. 53. 64. 80
Catullus. 160. 28. 74. 176
Cedrenus. 4. 10, 16. 21. 22. 23. 27. 31. 39. 41. 42. 46. 47. 49. 54. 77. 80. 85. 103. 105. 130. 132. 138. 149. 162. 185. 199. 224. 235. 236. 241. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259
Censorinus. 30. 71. 96. 105. 138. 165. 166. 181. 202. 218, 234
Charisius. 197. 204. 238
Chorax. 50
Christophorsonus. 197. 199. 225
Chronicor. 61. 74. 178. 194
Chryserotes Nomenclator. 225
Chrysococcus. 129
Chrysologus. 117
Chrysostomus. 10. 116. 133. 206
Ciacconius. 117
Cicero. 7. 21. 39. 64. 69. 133. 137. 139. 140. 141. 143. 150. 151. 153. 155. 158. 161. 233. 252
Claudianus. 62. 81. 156. 169. 191. 202. 222. 225. 229. 240
Cledonius Grammaticus. 160
scribere, quod proprium sit medici, non critici. Quos criticos vocet, & quod genus hominum sit, nescio. Equidem scio nullum medicum, quid sit κορυβαντιασμὸς sciuisse, antequam a nobis indicatum esset: &, ne nunc quidem, nisi indicauissemus, ulli medico id oboluisset. Sed φιλαυτίαν, καὶ ζηλοτυπίαν hominis alibi castigauimus, sycophantiam eius in apertum producentes. Nostri vero Catharoprophetæ quid aliud obijciunt, quam quod alij ante eos scribentes magna inscitiæ suæ infamia a nobis validissime confutati sunt? Quid denique alij dicent, quod a prioribus dictum non sit? Frigebit eorum scena, nisi eandem fabulam reponant. in quo ostendunt se nullam industriam habere, quum aliena utantur. Vnus longe dissimilioris generis exortus est, sed tamen propheta, qui tantum abest, ut aliena usurpare velit, quod illi rupices faciunt, ut nihil in eius doctrina sit, nisi nouum, inusitatum, inauditum. Non puto simile ingenium extare, aut extitisse unquam, siue doctrinæ τὸ ξένον καὶ παράδοξον spectes, quam nemo sine stupore legere possit, siue fiduciam, quum, si illi credimus, omnes cum eo comparati fungi sint, & hominum mendicabula. Nulli unquam regioni, nulli regno contigisse scio, quod Angliæ, ut tale portentum pareret. Denique solum se sapere opere luculentissimo testatur, quod ita inscripsit: *De varijs annorum formis, aduersus minus probabiles Iosephi Scaligeri rationes, auctore Thoma Lidyat.* Titulus est ingentis illecebræ ad legendum, ut verbis Gellianis loquar. Pauci enim sunt, qui de eo Scaligero, quisquis ille est, aut ipse triumphare non optet, aut ab alijs triumphato non magnopere lætetur. Quid autem per *minus probabiles* intelligat, id Latine in progressu libri explicat, nempe, *ineptas*. Quæ interpretatio tanto elegantior est, quanto ingeniosius est singulari verbo, quam pluribus, animi sui sententiam exponere. Homo enim ingenuus & generosæ fiduciæ infra dignitatem propheticam esse existimauit verbum dissimulare, quo rationes nostras dignas esse censuit. quo nomine magnam a me iniuit gratiam. Quando eius librum accepi, erat hic mercatus autumnalis & Panegyris anniuersaria: quo tempore multi histriones in urbem confluunt, in quibus tunc solertissimus Anglicanorum artificum grex erat: ad quorum spectacula, quanuis omnis pene ciuitas, & multi præterea extrarij, qui Panegyreos frequentandæ caussa huc conuenerant, agminatim currebant, tamen ego omnes histriones Anglicos uni Anglo posthabui. Tanta dulcedo unius Theatri me cæperat, ut non solum spectaculis interesse, sed etiam cibum pene sumere oblitus sim. Quæ enim voluptas ullorum Thymelicorum cum illa comparari potest, quam ex tam lepidi scripti lectione percepi, in quo nihil vulgare, nihil tritum, omnia noua, supra doctiorum captum, supra Naturæ iura, ipsis sideribus, ipsi cælo, Soli, & Lunæ ignota? Immensum volumen cresceret, si omnia obseruare vellem. Summa tantum fastigia delibabo, idque partim ut hominis genium lectori patefaciam, partim ut eum eiusdem nobiscum voluptatis participem: qui primum monendus est, tanta vi mentis hominen præditum esse, ut intra paucos dies doctrinæ temporum, Solis & Lunæ periodorum, peritissimus euaserit, quam tamen doctrinam ne minimum quidem degustauerat, antequam opus nostrum perlegeret. quod quidem tam multis locis prodit, ut, etiam si velit, negare non possit. Omnia enim, quæ a nobis primum commentata & a nemine antea obseruata sunt, ijsdem verbis refert, tanquam sua. Ore nostro sæpe loquitur, calamo nostro scribit. Vnde impendio magis mirari subit, quomodo qui ex nostto opere totidem verbis tam multa deprompserit, tanquam oblitus sui, (quod quidem alienissimum est a Propheta) nihil boni in eo extare, sed inepta omnia esse diserte, & sine ambage testetur: omnia commentitia, omnia a nobis ficta, omnia falsa, idque, ut eius verbis utar, deprehendi posse, *si quis horas in lectione illius operis perdere velit.* Circumlocutione non utitur. Τὴν σκάφην σκάφην λέγει. Ita decet generosos homines, &, quod caput est, prophetas loqui. Quum tam paucis diebus totam de temporibus doctrinam imbibisset, vix tandem sibi persuadere potuit, quod in nostro opere legerat, apud veteres alternis plenos ac cauos Lunares menses fuisse. Portentum existimauit. idque, ut reliqua, commentum nostrum esse diu illum credidisse anni elegantissima ratio, quam excogitauit, aperte ostendit. Videbat a nobis Censorinum testem produci. Non negligendum esse putauit scire, quis esset Censorinus ille, cuius toties fidem sequeremur. Consulit illum. Ibi quoque menses alternis pleni, & caui diserte extant. Ne hoc quidem scrupulum eximere potuit. Non posse fieri, quin menses si non apud profanos, saltem apud Israelitas, imo apud Patriarchas, aliam formam, alium dispositum habuerint, quam alternationis plenorum & cauorum. Vide quid sit prophetam nasci. aliud, & longe solertius est, quam hominem esse. Legerat in nostro opere, quod nemini antea suboluerat, menses eos, quos Moses in historia Diluuij memorat, omnes esse plenos, & tricenum dierum. Rursus ex eodem opere didicerat annum priscorum Quiritium dierum CCCLV fuisse, & XXIII, interdum XXII dies post biennium intercalari. Itaque annum ex

utraque

utraque forma constituit, qui menses diluuij, & modum ac embolismum anni Quiritium haberet. Quia igitur totus quantus quantus est, nihil nisi sapientia & prophetia est, ita ratiocinatur: Adamum, quia perfectissimus creatus esset, perfectissimis quoq; animi dotibus, præsertim matheseos & astrologiæ, a Deo exornatum fuisse; (non dubito, quin & typographi am quoque nouerit) ab hac igitur astrologiæ peritia, eum perfectissimam anni formam excogitasse, quæ & Lunæ & Solis conuersionibus conuenientissima esset, quæque, ut eius verbis utar, *circiter æquinoctium, atque nouilunium inciperet*, ex undecim mensibus plenis, & uno mutilo, qui tantum xxv dierum sit. Itaque in Horto Eden anni forma nata est antiquior natalibus Kain, & Abel, idque dierum cccLv, qui est modus anni veterum Quiritium: menses autem pleni ex historia diluuij. Intercalatur, vbi opus est, mensis plenus, sed ea conditione, ut anno embolimæo ille capite deminutus dierum xxv, nunc xxii, nunc xxiii dierum fiat, qui est Mercedinus priscorum Quiritium, ut in libris nostris docuimus. Quod si non monuissemus, nullum annum Adamus excogitare potuisset, & metuendum erat, absque eo foret, ne populo Dei, a conditu rerum, ad casum Sedekiæ, tempora sine ulla ciuilis anni forma transigenda fuerint. Exposito anni modo & forma, superest cui mensi embolismus deputetur, videre. Nullus homini acutissimo ac prophetico conuenientior embolismo mensis visus est, quam decimus: quia principio anni a vere deducto, necessario decimus mensis in brumales dies incidet, quo tempore neque agricolationi homines dant operam, & cæli inclementia dat vacationem laborum. Hanc anni formam ab Adamo ex intimis astrologiæ adytis erutam, & a Patriarchis ad posteros transmissam

Credere tam fas est, quam dubitare nefas.
Cor jubet hoc Lydiat, postquam desertuit esse
Astrologus, —

Inde sub Iudicibus, & regibus Iuda, ad excidium Templi, continuatam fuisse. Caussas, qui volet, ex eius diuino libro petat. neque enim horas perdet, quod tamen euitare non poterit, si nostra legat, ut ipse τεχνῶς, καὶ οὐκ ἀσαφῶς monuit. Iste annus

πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα,
Diuersum confusa genus panthera camelo,

iste, inquam, annus neque Lunaris est à mensium descriptione, neque Solaris à dierum modo. Sed neque Lunaris per eandem caussam. Annus enim Lunaris est cccLiiii, non cccLv, & ex interuallo uno die maior. Quum igitur propheticum edictum sanciat annum a nouilunio incipere, hoc nunquam, nisi fortasse mutilando miserum illum mensem xxv dierum, accidere potest. Esto exempli gratia, nouilunium anno hoc Christi 1606, Martij xxix, feria septima, cyclo Solis xx, Lunæ xi, perque annos xii nouilunia cum characteribus suis, & litera Dominicali disponantur, ut in subiecto Diagrammate. In primo anno ab eadem feria nouilunia instituimus, tam verum, quam propheticum. Reliquorum characteres nunquam paria facient per decem continuos annos, sed uno die, & non raro biduo, propheticum nouilunium serius inibit, quam ciuilis neomenia, ut ex Diagrammate patet: & in tota periodo annorum cxLiiii, aliquando in xvii, aliquando in xix annos eadem inæqualitas committetur, ut uno die, aut biduo nouilunium propheticum neomeniam ciuilem moretur. Itaque post aliquot periodos tanta perturbatio nouiluniorum, & nunc mora Lunæ, interdum mora æquinoctiorum fiet, ut in decem periodis, hoc est, annis 1440, quod non est magnum interuallum in huius doctrinæ demonstrationibus, neomenia prophetica a decimo die mensis ciuilis Lunaris ineat, hoc est biduo post τὴν διχότομον, ut suo loco infra demonstrabitur. Itaque, quod iam diximus, præter quam quod annus iste neque Solaris est, neque Lunaris, ne id quidem habet, quod ipsi visum est, ut eius neomenia Lunaris sit: & quo maior annorum numerus fuerit, eo magis caput hatum phreneticarum periodorum a spatio, curriculoque deflectet, magisque a veris nouilunijs recedet, ut necessario a plenilunio, a xx; a xxiii mensis Lunaris ciuilis, neomenia prophetica incipiat. Quis vero non

ELENCHVS NOVILVNIORVM PROPHETICORVM.

Anni Christi.	Litera Dominicalis.	Character nouilunij.	Character propheticus.	
1606	E	7	7	
1607	D	4	5	
1608	CB	2	3	Emb.
1609	A	7	1	
1610	G	5	6	
1611	F	2	4	Emb.
1612	ED	1	2	
1613	C	5	7	Emb.
1614	B	4	5	
1615	A	2	3	
1616	GF	6	1	Emb.
1617	E	5	5	

non

non miretur, quando XXX intercalantur, tunc eadem opera de claudo mense nunc bidui nunc tridui ἐξαίρεσιν fieri? Et huius quoque præclari inuenti nos caussa sumus, qui ostendimus in mensibus Græcorum non solum unius diei, sed etiam interdum bidui ἐξαίρεσιν fieri. Quod si prætermisissemus, actum erat de anno prophetico. neque ulla ratio iniri potuisset, ut ad iustum mensis Lunaris modum redigeretur. Nam prophetæ quorum contemptores sunt, aliquando eorundem sunt simij. Sed quid opus est, quum intercalatur mensis plenus, de mutilo biduum aut triduum tollere, quum expeditius sit illum claudum securum in suis sedibus relinquere, & alium XXVII, aut XXVIII intercalare, si modo intercalare est mensem LVII, aut LVIII dierum constituere anno embolimæo, ut prophetica ratio respondeat capiti IIII primi Regum: ex quo fanatici annum priscorum Hebræorum somniant immutabili statu semper XII mensium fuisse. Itaque quum intercalatur, annus semper erit XII mensium, quorum unus erit LVII, aut LVIII dierum. Sed quam strenuis argumentis illud phreneticum somnium confutauerimus, ex Canonibus Lector animaduertere poterit. Hæc vero ludus, iocusque sunt præ illis, quæ sequentur.

ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι.

Maius opus, maior rerum mihi nascitur ordo.

Fecundi sunt Genij prophetarum, neque in uno inuento, ut sterilia ingenia, immorantur. Quum una periodo contenta esse posset ratio temporum, ipse de scrinio largitionum suarum tres nobis exhibuit: quas quanuis utrique sideri conuenientissimas ita asserit, ut tamen non demonstret, nihilominus, quia scita omnia prophetarum sunt oracula, impium & profanum fuerit sine demonstratione eas admittendas esse negare. Prima earum est annorum 144, secunda 448, tertia ex utraque composita annorum 592. De prima igitur primo dicamus. Ea constat annis Iulianis 144, biduo minus, qui sunt dies 52594, syzygiæ 1781, anni Arabici 148, cum mensibus quinque. Quia igitur has periodos non solum Lunares, sed etiam Tropicas esse sciscit prophetica solertia, & in 144 annis duo bisexta pereunt: ergo in 72 fit præcessio æquinoctiorum unius diei, non in 133, aut 134, ut Alfonsinis, atque multis præstantissimis Astrologis placuit. & consequenter character anni Tropici erit 1. 5. 40 præcise, non 1. 5. 49, 12. Rursus in totidem annis æquinoctia unum gradum promouentur in Zodiaco in antecedentia, quæ est τοπικὴ προήγησις, ut altera, qua in diebus Iulianis unum bisextum perimitur, est χρονική. Non igitur differunt προήγησις χρονικὴ, καὶ τοπικὴ, siquidem quot bisexta pereunt in anno Iuliano, tot gradus æquinoctia promouentur in Zodiaco. quod profecto nemo antea sciebat. Nam quis tanto ingenij acumine, ut vel minimum hæc odoratus sit? Sed non omnibus datum est esse prophetis. Certe si non hæc capimus, saltem hæc nos capiunt: ut in rebus diuinis, quæ non intelligimus, ea veneramur, & potius admiramur, quam in illis περιεργαζόμεθα. Non mirum igitur, si nostra imperitia à diuino illo ingenio hoc expresserit, *sibi Scaligeranas rationes nunquam placuisse.* Ego certe fateor, quæ mea, &, quod præcipuum est, doctorum hominum, lata culpa fuit, me semper cum illis putasse in LXXII annis προήγησιν τοπικὴν tantum, in XXXI autem προήγησιν χρονικὴν fieri, hanc in Zodiaco, alterã in diebus Iulianis. Vide, vir unus viris omnibus quid præstat, stultis intelligens quid interest. Sed age, quia in ipso vestibulo sumus, quanquam profani sumus, videamus tamen, an in ipsa adyta admitti possimus. Hipparchus obseruauit æquinoctiũ vernum Alexandriæ, horis XVIII fere à meridie XXIII Martij, feria II sequente IIII, annis 1732 ante Christi epochã Dionysianam MDLXXXVI, quo anno Christi Tycho Brahe Danus idem æquinoctium obseruauit hor. 14. 56 à meridie X Mar. in Dania, quod tempus ad Alexandriæ longitudinem relatum respondet hor. 16. 17, ab eadem meridie. In 1732 annis transierunt periodi propheticæ XII, cum annis IIII. Quia igitur quot periodi, tot paria bisextorum excurrunt, secundum hanc diuinam καὶ ὑπερουράνιον rationem, XXIIII bisexta tollenda fuerint de modo anni Iuliani ab obseruatione Hipparchea, ad Tychoneam. Si igitur de meridie XXIII Martij XXIIII dies deducantur, æquinoctium propheticum deprehendetur in XXVIII Februarij. Quare Tychonem Brahe, vel potius Solem ipsum, fugit ratio, quod æquinoctium illud ab æquinoctio prophetico decem diebus solidis aberret. Rursus anno 2333 ante eundem annum Christi 1587, anno primo Nabonassari, æquinoctiũ erat in XXVII Martij. In eo interuallo fluxerunt periodi propheticæ XVI, cum annis XXIX: & proinde bisexta XXXII abundant: quæ de XXVII Martij deducta relinquunt XXIII Februarij, ubi fuerit æquinoctium propheticum anno Christi 1587. Itaque eodem anno Christi æquinoctium in XXIIII Februarij, & X Martij erat. Hic rursus aut Tycho Brahe, aut Sol errauit. Nam tantum discrimen in propheticas rationes conferre, impium est. Et sane quo maius erit interuallum, eo magis prophetica æquinoctia in antecedẽtia dierum Iulianorum submouebuntur. Anno mundi primo æquinoctium erat in XXI Aprilis.

In an-

In anno Christi 1595 erat in XI Martij, qui erat Mundi 5554. Ij anni per 72 diuisi dabunt bisexta excurrentia 77. quæ de XXI Aprilis deducta relinquũt III Februarij. Ergo anno Christi 1595 profanorum æquinoctium erat in XI Martij, Propheticum in III Februarij. Non mirum igitur, si prophetis cum profanis tam male conuenit, quum inter utrorunque rationes tam male coeat gratia. Hinc illa: *Nunquam Scaligeranæ rationes mihi placuerunt. Frequentes controuersiæ inciderunt mihi cum Scaligero.* Diceres me consulto profectionem in Angliam suscepisse, ut Amycus cum isto Castore commissus infeliciter pugnarem. Periodus secunda annorum 448 tollit bisexta tria. Tamen eius diuinitas profanis rationibus nunquam congruet. Anno Mundi 5425, qui respondet Christi Dionysiano 1428, Æquinoctium erat in XI Martij. Iam 5424 anni absoluti sunt periodi propheticæ XII cum annis XLVIII: & proinde XXV bisexta collecta sunt à primo anno Mundi, ad annum Christi propositum, quæ a XXI Aprilis retro putata peruenient ad XVI Martij. Atqui æquinoctium erat in XII Martij. Eodem igitur anno æquinoctium & in XII & in XVI Martij commissum fuit. Hæc sunt ὑπερφυσικά. quæ quanquam admiramur, tamen caussas eorum scire non parum nostra referre existimamus. Quærimus itaque, si in tribus primis periodis, quæ sunt minores, quam una secunda, sex bisexta perimuntur, quid opus est in una secunda tria tantum tolli? Ab iisdem enim carceribus si prima & secunda simul emissæ fuerint, prima tres orbes prius confecerit, quam secunda ad calcem peruenerit. Ter enim 144 sunt 432, minora, quam 448. Et tamen in 432 duplo plura bisexta pereunt, quam in 448. Hæc quoque supra captum profanorum sunt. Idem de periodo tertia dixeris annorum 592, quæ maior est, quam quatuor primæ, quæ sunt anni 576: in quibus octo bisexta tolluntur, quum in 592 quinque tantum pereant. Rursus in tribus periodis tertijs, nempe annis 1776, pereunt bisexta XV, in quatuor secundis, hoc est 1792, qui numerus maior est, perimuntur XII tantum.

Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?
Sed tamen amoto quæramus seria ludo.

Hæ periodi ab æquinoctio semper, & nouilunio incipiunt. Hoc propheta Merlinus sancit. Quis harum rerum paulo intelligentior ullam periodum excogitari posse concesserit, in qua Sol cum Luna paria faciat? Ratio in promptu est. Ea periodus omnium optima est, quæ & breuissima omnium, & nulla, si fieri potest, sin aliter, perpauca relinquit scrupula. In rationibus Lunæ nulla est, præter enneadecaeterida, quæ anno Iuliano minor est hor. 1.485, Tropico maior hor. 2.75. Quia igitur nulla minor, neq; quæ pauciora scrupula reliqua habeat, reperiri potest, ideo ea non solum omniũ optima est, sed nulla est præter eam: quia quæ præter eam excogitari possunt, eæ nõ sunt periodi. Solaris vero periodus omnium optima & minima est Tetracosieteris Alfonsina, hoc est ea, quæ annorũ est 400, ut in Canonibus demonstrauimus: nisi fortasse quis eam prætulerit, quæ est annorum 524. Quemadmodum autem nullum παγχάλιον ἀνακυκλιδικὸν esse potest, nisi quod ex utriusq; sideris cyclis compositum est, cuiusmodi periodus Paschalis Dionysiana annorum DXXXII, sic etiam nulla periodus tropica excogitari potest, quæ utriq; sideri congruat, nisi quæ ex Lunari enneadecaeteride, & cyclo Solis Tropico composita fuerit: qui fient anni 7600, in qua quadringentæ enneadecaeterides erunt, Tropicæ tetracosieterides XIX: ut in periodo Dionysiana XXVIII enneadecaeterides sunt, XIX autem cycli Solares. In hac igitur immani periodo tropica annorũ 7600, dies IV sunt προηγήσεως ἰσημερινῆς in anno Iuliano, XXXIII autẽ, & amplius, ὑπολείψεως in anno Tropico. Vt, verbi gratia, æquinoctium iniuit anno primo Mundi XXVI Octobris. Vertente periodo annorum 7600, deprehendetur in XIX Augusti. Rursus nouilunium eodem anno primo mundi iniuit secunda Zygonos. Vertente periodo incidet in V Scorpionos. & tunc locus erit ἀνθυπαλλαγῇ, ut pro nouilunio Marschesvvan sumatur nouilunium Tisri in V Zygonos. Præterea in periodo Tropica ciuili duo requiruntur: prius, ut numerus annorum sit quaternarius: alterum, ut bisexta cum annis componant numerum septenarium. vel, quod idem est, ut omnes dies periodi sint septenarij, ut in Tetracosieteride Solis tropica sunt dies 146097. qui manifesto est numerus septenarius. Sine his duabus conditionibus nulla est periodus ciuilis Tropica; ut in Canonibus demonstratur. Hæ quidem conditiones sunt in hac periodo ἀνακυκλιδικῇ annorum 7600, & Lunæ rationes cum Solaribus immutabili ordine conueniunt. sed quia propter immanem annorum numerum onerosior, quam commodior est, propterea eius usus abdicandus. At tres periodi propheticæ nullam harum trium conditionum habent, præter quaternarium numerum. Nam anni primæ 144 cum bisextis 34 compositi, abiectis omnibus septenarijs, relinquunt ternarium. Secundæ anni quidem 448 sunt septenarij, sed bisexta CIX non sunt septenaria. Tertiæ anni 592 cum 143 bisextis compositi septenarium quidem numerum faciunt: sed vitiosa est,

quod

quod quinque bisexta in 592 annis perimit, hoc est unum in 118⅓. Hæc quum vitiosissima sint, longe vitiosius, intolerabilius, rationibusque Lunæ inconuenientius, periodos Lunares ex aliquot enneadecaeteridibus, & partibus unius enneadecaeteridos cōstituere, cujusmodi hæ tres propheticæ periodi. Prima enim ex septem enneadecaeteridibus constat, & præterea annis XI enneadecaeteridos VIII: secunda ex XXIII enneadecaeteridibus, & annis itidem XI enneadecaeteridos XXIIII: tertia ex XXXI enneadecaeteridibus, & annis itidem III enneadecaeteridos XXXII inchoatæ. quod quantam inscitiam harum rerum, quantum stuporem, quantam asinitatem profiteatur, ex demonstratione patebit. CXLIIII annis continentur, ut diximus, enneadecaeterides VI, anni XI. In VII enneadecaeteridibus excessus Lunæ supra Solem est, D. 0. 14. 525. in annis XI excessus Solis supra Lunam, D. 1. 12. 112. Minore excessu de maiore deducto, relinquitur excessus Solis supra Lunam, D. 0. 21. 667, qui semper, ut progressio docet, crescet in infinitum: adeo ut in decem periodis nouem fere dies neomenia æquinoctij nouilunium moretur. Decem periodi primæ, hoc est anni 1440, sunt cycli enneadecaeterici LXXV, & anni præterea XV de cyclo LXXVI inchoato. Excessus Lunæ supra Solem in LXXV cyclis, D. 6. 17. 225. Excessus Solis supra Lunam in XV annis unius enneadecaeteridos, D. 15. 11. 415. Deducto minore de maiore, remanet excessus Solis supra Lunam, D. 8. 18. 190. hoc est dies nouem fere. Pone nouilunium in VIII Aprilis, anno primo periodi Iulianæ, feria secunda, cyclo Lunæ primo. Finge ibi æquinoctium fuisse. Post annos 1440 æquinoctium fuerit in XXVIII Martij, feria VI, nouilunium in XIX Martij, feria IIII, cyclo Lunæ XVI. Interuallum, dies IX, qui excurrunt in 1440 annis ex Solis excessu supra Lunam, quæ tot diebus Solem antecedet. Hoc est, IX diebus nouilunium primi anni erit ante neomeniam ipsius anni. In modico interuallo annorum ea labes facta fuerit, &, quo maius annorum interuallum, eo maior erit. Neque hoc solum vitium interueniet. Nam in 1440 annis Luna anteuertet neomeniam anni diebus IX, ut demonstratum est. in 2880 autem annis, quod plane prophetico acumine dignum, neomenia anni anteuertet nouilunium diebus XI. In 2880 annis consurgunt cycli CLI, anni XI. Excessus Solis supra Lunam in annis XI. D. 1. 12. 112 deductus de excessu Solis supra Lunam, in cyclis CLI, nempe D. 13. 0. 525, relinquit excessum Lunæ supra Solem, D. 11. 12. 413. Esto rursus nouilunium VIII Aprilis anno primo periodi Iulianæ. ibique fingamus æquinoctium fuisse. Post annos 2880 erit XXVIII Martij, feria VII, cyclo Lunæ XII, Solis XXV. æquinoctium vero XVII Martij, feria III. Interuallum, dies XI, vt demonstratum est. In priore exemplo προήγησις σεληνιακὴ est dierum XI, in hoc contrarius motus ὑπόλειψις σεληνιακὴ dierum XI. Itaque celeritas & mora idem sunt prophetis, profanis vero contraria. In secunda periodo annorum 448, excessus Solis supra Lunam in annis XI, D. 1. 12. 112 deductus de excessu Lunæ supra Solem in cyclis XXIII, D. 1. 23. 445, relinquit excessum Lunæ supra Solem D. 0. 11. 333. Et hic quoque Luna excedit Solem. in una periodo prima Sol Lunam excedebat. Mira fertilitas ingenij prophetici. In decem eiusmodi periodis, hoc est annis 4480, colliguntur cycli Lunares 235, quibus congruunt excessus Lunæ supra Solem, D. 20. 6. 245. item anni XV, in quibus excessus Solis supra Lunam est D. 15. 11. 415. Deducto minore de maiore, remanet excessus Lunæ supra Solem, D. 4. 18. 1010. Itaque Lunam anteueniet neomenia anni diebus solidis IIII. Esto rursus nouilunium VIII Aprilis anno primo periodi Iulianæ. Finge, ut supra, æquinoctium ibi fuisse. Anno 4481, æquinoctium ascenderit in V Martij, feria III, nouilunium IX Martij, feria VII, cyclo primo Solis, Lunæ XVI. Vbi vides manifesto Lunam posteriorem neomenia anni diebus quatuor, contra ac in prima periodo, in qua Luna erat prior. Tertiæ periodi colliguntur cycli enneadecaeterici 31, anni 3. Excessus Lunæ supra Solem in 31 cyclis, D. 2. 12. 165, deductus de excessu Solis supra Lunam annorum III, D. 3. 2. 299, relinquit excessum Solis supra Lunam, D. 0. 14. 134. In decem periodis colliguntur cycli 311, anni XI. Excessus Solis supra Lunam annorum XI, D. 1. 12. 112, deductus de excessu Lunæ supra Solem in cyclis 311, D. 26. 6. 840, relinquit excessum Lunæ supra Solem, D. 25. 6. 803. Mirum vero propheticæ solertiæ ἐπιχείρημα, ut in prima periodo Sol Lunam, in secunda Solem Luna excedat. Ergo post 5920 annos absolutos nouilunium incidet in XXVI Krionos, quum tamen à neomenia Krionos inire debuerit. Constituatur, ut in superioribus exemplis, nouilunium in VIII Aprilis, anno primo periodi Iulianæ: &, ut antea, ibi esto æquinoctium. Post 5920 annos, neomenia Krionos incidet in XXIIII Februarij, feria VII, cyclo Solis XIIII. nouilunium autem in XIX Martij, feria IIII, cyclo Lunæ XII. Si XXIIII Februarij est neomenia Krionos, ergo XIX Martij erit XXVI Krionos. Est enim annus bisextilis. En diuinitatem propheticæ periodi, quæ æternum fœdus neomeniæ Krionos cum nouilunio fore promittebat, nunc XXV dies solidos nouilunium à neome-

neomenia Krionos reijcit. Et tamen, quia ex duabus prioribus composita est, propheta valde de ea triumphat, adeo ut ea se iugulum Clauio petere glorietur, cui cumulus accessit pulcherrimus mensium Lunarium dispositus, sex plenorum continuorum, & totidem cauorum. Adeo alternationes plenorum, & cauorum mensium auersatur. Vt verum sit, quod diximus, eum alternationem mensium putasse commentum nostrum esse, ut ne nunc quidem in illa præclara periodo probare possit, in qua modus anni est dierum 354. at veterum Israelitarum ait fuisse 355, eamque omnium optimam anni formam esse. Quæro, si illa optima, quare non eandem præscribit Clauio: sin autem, quare Hebræos veteres, quorum optimam anni formam fuisse ait, hac posteriore usos fuisse non vult? Certe Polypus non toties mutat colorem, ut istæ periodi, atque hæ annorum facies. In periodis nunc Luna anteuenit Solem, nunc Sol lunam: in annorum formis nunc menses omnes sunt pleni, præter unum miserum capite deminutum, nunc seni continui pleni, totidem caui. Tantæ molis erat, *frequentes controuersias* prophetæ *cum Scaligero incidere:* tanti momenti *Scaligeri rationes minus probabiles*, hoc est *ineptas*, confutare. Sed & alia prophetica sunt, quæ præterire, est lectoribus integram illam voluptatem inuidere, cuius iam gustum illis dedimus. Superest igitur epocha, & parapegma temporis, unde harum diuinarum periodorum initium deducendum, æquinoctium simul, & nouilunium: *ut*, inquit, *annus mundi primus ab æquinoctio & nouilunio pariter inciperent.* pag. 75. Nouilunium vero illud annis 5608 ante annum Christi 1605 incidisse in XXIX Mai, feria prima. quod concedimus. Quia vero modum mensis Lunaris meliorem Hipparcheo, & Ptolemaico se excogitasse dicit (nihil enim tam perfectum, quod perfectius a propheta fieri non possit) propterea nouilunium illud retroagit in XXVIII Mai, sabbato. in quo Deus opt. Max. ab opere suo cessarit. Itaque ut a feria prima in Sabbatum neomenia retroageretur, ideo in definitione mensis Lunaris Hipparchus, & Ptolemæus nugas egerunt. Quia vero Sabbato Deus requieuit, ideo æquinoctium fuit die antecedente, feria VI. *Itaque æquinoctium* (verba prophetica. Fauete linguis) *contigerit proxime præcedente die eiusdem septimanæ sexto.* Quod Deus requieuerit die Sabbati, propterea necesse fuisse æquinoctium die antecedente contingere, idque omnibus Theologis ignoratum est, ideo pluris est unus propheta, quam quantum tam veterum, quam recentiorum Theologorum est. Sed si nouilunium ciuile fuit in XXIX Mai, ut reuera fuit, æquinoctium vero XXVIII, id contigerit tertia Krionos. Atqui hæ periodi propheticæ non alia de caussa institutæ, quam ut *nouilunium pariter cum æquinoctio inciperet*, hoc est cum neomenia Krionos, ut supra ex verbis edicti prophetici intelleximus. Esto. Æquinoctium fuit XXVII Mai, ut placet prophetis. Sed & neomenia Krionos eodem anno contigit XXIII Aprilis, feria septima, anno periodi Iulianæ 710. Secundum hæc, propheticum æquinoctium contigerit IIII Tauronos. Nunc vix tandem animaduerto, quam nos profanos falli necesse sit, qui æquinoctium semper in prima parte Dodecatemorij Arietis ponimus, quum ex edicto prophetico, illud statuendum sit in quarta parte Tauri. Deum Opt. Max. *Quam cæcis homines in vita mentibus errant*, qui rem tam præclaram ignorarunt, æquinoctium in IIII, aut V parte Dodecatemorij Tauri confici. Quæ fuit illa infelicitas nostra, quæ fati inuidia, ut tam diu in tanto errore hæreremus, neque ullum ex tot millibus astrologorum extitisse, cui hæc absurditas oboluerit. Sine dubio Solem aut dormitatorem, aut planum, & impostorem esse oportet, qui quum primam partem Dodecatemorij Arietis tetigit, tantum interualli designat ab ortu, ad occasum, quantum ab occasu, ad ortum. Itaque miseri mortales hinc decepti æquationem noctis cum die æquinoctium vocauerunt: atque adeo nunc imperita astrologorum natio ab eadem stulta sententia discedere non potest.

Sed nunc Anglus homo mortales tollere contra
Est oculos ausus, primusque obsistere contra.

qui primus omnium nos docuit æquinoctium triginta sex diebus statim ab ipso Solis in primam partem Arietis ingressu confieri. Magna sane illi gratia. Vnus tamen scrupulus restat, quomodo illi cum Ciconijs, & Hirundinibus conueniet, quarum hæ tituli tepidi temporis, alteræ prænunciæ veris a Poetis vocantur. Si eas huius edicti prophetici odor afflauerit, verendum, ne vadimonium deserant, & triginta sex diebus anniuersarios ad nos reditus morentur. Di meliora. Bono animo estote omnes Ciconiæ, & Hirundines, & reliquæ Dauliades. Eodem enim anno Mundi prophetico æquinoctium quoque fuit in XXVII Aprilis, idque ea conditione, si utendum sit periodo tertia annorum 592. Verba prophetica pag. 330. *Conuenit autem primum vernum æquinoctium huius periodi iuxta obseruationes astronomorum illorum, ad initium mundi a nobis restitutum* (restituit mundi

initium.

initium. plus debemus illi, quam Mosi) 5608 *ab hinc annis, verno mense ante epocham periodi annorum* 144, *diei, cui respondet vicesimus septimus dies Cæsarei mensis Aprilis, septimanæ quarto, quo condita fuerunt luminaria*. Hoc quoque omnes Astrologi, siquidem verum amant, sese ignorasse fatebuntur, ex diuersis periodorum capitibus diuersos eodem momento æquinoctiorum situs esse, quæ Soli imperent nunc ad XXVII Aprilis, nunc ad XXVII Mai eodem tempore Ciconijs & Hirundinibus aduentum ad nos indicere: quibus, ne consuetas stationes deserant, ego auctor sum, ut ea sola periodo utantur, quæ 592 annorum orbe explicatur. Aliter pro cornibus Arietis, cornua Tauri incurrent. Sed rursus stuporem meum dissimulare non possum. Superius enim diximus primo anno Mundi prophetico æquinoctium fuisse in XXIII Aprilis, feria septima. Hic vero quatuor diebus serius est. Quid ni? Si eodem momento erat in XXVII Mai, quid vetat & ibi esse, ubicunque periodus quælibet illi castra metabitur? Experiendum est, an periodus illa a XXVII Aprilis deducta nos ad æquinoctium Nabonassari manu deducat, quod superius diximus conuenisse in XXVIII Martij, anno mundi prophetico 3258. Transierant quinque periodi, quibus XXV bisexta competunt: & residui sunt 298 anni, in quibus duo bisexta collecta sunt. Fiunt omnia XXVII bisexta, quæ deducta de XXVII Aprilis relinquunt caput anni in XXXI Martij, triduo post æquinoctium. Rursus anno Mundi prophetico 1772 æquinoctium erat in VIII Aprilis, unde initium Semiramiæ Babyloniorum epochæ. Transierant tres periodi, minus annis quatuor. Proinde quindecim bisexta, quæ excurrunt, de XXVII Aprilis deducta desinunt in XII Aprilis, quatuor diebus post æquinoctium. Si igitur cuiuslibet periodi bisexta ad meridiem X Martij addita primi anni creationis æquinoctium constituunt, ergo bisexta secundæ periodi constituent illud in XVII Aprilis. Nam a primo anno creationis prophetico, ad annum 5609, præterierunt periodi XII, cum annis 233. in quibus colliguntur bisexta pene 38: quæ a X Martij putata desinunt in XVII Aprilis. Itaque trium istarum diuinarum periodorum prima statuit æquinoctium in XXVII Mai, secunda in XXVII Aprilis, tertia in XVII eiusdem. Io triumphe. Viuant prophetæ. Vapulent *Scaligeri rationes minus probabiles*, id est, *ineptæ*. Hactenus carptim doctrinam temporum propheticam exposuimus, qua *rationes Scaligeranæ minus probabiles & ineptæ* validissimo ariete pulsantur. Neque dubium, quin iam corruerint. Tanto impetu Demetrius iste πολιορκητὴς eas quatere aggressus est, ne amplius *frequentes contentiones prophetis cum Scaligero incidant*, qui non nisi infeliciter cum eo manum conseruerit

Ense leuis nudo, parmaque inglorius alba.

Si omnia referre vellem, nulla finis scribendi futura esset. Reliqua portenta, & illa præsertim, in quibus nos reprehendit, quanquam omnia melius esset, silentio præterire, tamen pauca de multis colligere neque nobis oneri, neque Lectoribus fastidio erit. Lepida enim sunt, & Democrito digna, quale illud, quod plusquam sex aut septem locis iterat, Nabonassarum principem astrologorum sui æui fuisse, eumque primum omnium mensis Lunaris modum definiuisse, & ab eo doctrinam anni Lunaris ad omnes nationes transmissam esse. Quia vidit in nostro opere de emendatione temporum nullas eclipses Lunares sine epocha Nabonassari produci, ex eo acutissimus vir iudicauit, Nabonassarum, quem antea ne in somnis quidem cogitarat, eas eclipses collegisse, & modum mensis Lunaris monstrasse. Hinc igitur Nabonassarum ex inuasore Babylonici imperij, & fortasse ne literis quidem scientem (quid enim militari homini, & insessori alieni imperij opus literis?) summum astrologorum fecit. Ergo, quia Ptolemæus sæpissime, & Albatenius non raro, defectiones siderum, & alias obseruationes a Philippo putant, hoc modo Philippus quoque Aridæus summus astrologus fuerit. Diocletianus etiam non poterit effugere, quin maximus astrologus fuerit, a cuius epocha defectionem Lunarem, & alias Theo Ptolemæi enarrator putare solet. Sed & illud præclare & vere, Nabonassarum Aegyptijs anni vagi formam constituisse, qua hactenus usi non fuerint, & menses plenos cum Epagomenis edicto Aegyptijs sanxisse. Nobis profanis constat in Aegypto nullum regem Babylonium pedem posuisse ad Nabonassarum usque: & duobus millibus annorum plus minus ante Thoth primum Nabonassari, nullam aliam anni formam Aegyptijs fuisse, quam eam, qua utuntur ij, qui obseruationes a Thoth primo Nabonassari putare solent. Quomodo igitur Nabonassarus Aegyptijs anni formam præscripsisset, quum Aegyptij eo sæculo eundem annum, &, quod caput est, suos reges haberent? Nabonassarus enim a Medis deficiens, qui in Asia imperium obtinebant, Babylone regnum arripuit anno XX celeberrimi & potentissimi Aegyptiorum regis Bocchoridis, cuius anno XXXII ipse

ipse Nabonassarus obijt. Certe anni formam genti alicui sancire, est eius, qui genti imperat, non regis extrarij. Nam aliquam anni formam indicere, quid aliud est, quam imperare, quam legem dare? Ecquando Nabonassarus Bocchoridi imperauit? Tunc credam Nabonassarum anni formam Bocchoridi indixisse, quum à Turca inclytus IACOBVS magnæ Britanniæ rex annum Hegiræ accipere cogetur. Videtis, candidi lectores, Prophetas non minus mirifica historiæ peritia, quam iudicio, præditos esse. Hoc magis ex eo, quod sequitur, arbitrati poteritis, quum ait Belesin illum, cuius mentio apud Diodorum, eundem esse cum Nabonassaro. Hoc tam frequenter iteratur, quam Nabonassarum summum astrologum fuisse. Quia enim Belesis sacerdos erat, &, ut maxima pars Chaldæorum, astrologus, Nabonassarum vero astrologum fuisse iam sibi persuaserat, ideo Nabonassarum, & Belesin eundem esse iudicauit. Profecto si Nabonassarus ideo unus idemque sunt, quia ambo astrologi, sequitur, quum eo tempore tot millia astrologorum in Chaldæa fuerint, eos omnes unum Nabonassarum fuisse. quæ certe digna sunt acumine prophetico. Sed Belesis annis CXXVI ante primum Thoth Nabonassari Arbaci Medo auctor fuit imperium aduersus Sardanapalum iuuadendi. Sane hominem tanta prudentia, tanto rerum usu, ut a Diodoro describitur, qualem esse oportebat, qui ad tam arduum inceptum Arbaci consilium dederit, & quem, tanquam oraculum Beli, Arbaces consulebat, necesse est eo tempore trigintaut minimum annorum fuisse. Proinde primo Thoth Nabonassari Belesis fuerit CLVI annorum: & quia idem est cum Nabonassaro, totidem annorum natus Nabonassarus imperium inuaserit. Qualem eum putemus, quum esset calidus iuuenta, qui anno ætatis suæ CLVI non veritus est imperium aduersus potentissimum hostem arripere? Ne vero miremur Nabonassarum astrologum fuisse, plus adijciam, ab eo Achaz regem Iuda horologiorum conficiendorum rationem didisse. *Quocirca* (verba prophetæ ex 81 pag.) *secundum Nabonassari doctrinam, quum magna eius fama esset in toto regne Assyriaco, ut ex Diodoro Siculo colligimus, videtur Achaz rex Iudæ construxisse Solarium illud in semihoras distinctum, de quo fit mentio in historia ægrotationis Ezekiæ.* En Achaz discipulum Nabonassari, astrologum, & horologiorum artificem. Quemadmodum non obijcio illi deliria, quæ cum alijs communia habet, ut Epocham mundi LIIII annis antiquiorem repetere, quam rationes Mosaicæ patiuntur, (hunc enim morbum & alij quoque ægrotant) ita non illi vitio verto, quod gradus Palatij Achaz horologium vocat. Hoc enim posteris tam veteres Iudæi, & eos sequutus Hieronymus, quam Iudæi recentiores, persuaserunt. Sed quod illud Holorogium in semihoras distinctum ait, unde habeat, aut unde colligat, libenter ab eo didicerim. Sed quia totus ille δυσπέλης liber ex æmulatione, & insomnia, quam illi peperit opus nostrum quod ei somnos adimit, natus est, & nihil aliud in eo molitur, aut commentatur, quam ut nostra omnia commentitia, sua de cælo demissa fatuis persuadeat, duo aut tria de multis, quæ ad nos pertinent, tangam. reliqua sinemus rapidis ludibria ventis. In loco Q. Curtij de anno Indorum ostendit nos Latine nescire. Verba Q. Curtij: *Menses in quinos denos descripserunt dies. Anni plena spatia seruantur. Lunæ cursu notant tempora, non, ut plerique, quum orbem sidus impleuit, sed quum se curuare cæpit in cornua: & iccirco breuiores habent menses, qui spatium eorum ad hunc Lunæ motum dirigunt.* Quæ sit horum verborum sententia, etiam mediocriter Latine intelligenti perspicuum est. Quintusdecimus Lunæ est plenilunium. Quinis denis diebus, inquit, Indi describunt menses suos, non utique a plenilunio, quamuis quintusdecimus dies Lunæ sit plenilunium. Nam si quinis denis diebus eorum menses descripti sunt, aliquis merito suspicari posset, aut a plenilunio, aut a iugo. Hanc certe esse mentem Curtij nemo, qui Latine scit, negauerit. At prophetica censura negat nos intellexisse, quod *orbem impletum* interpretemur plenilunium. id enim significare integrum Lunæ circulum, id est, quando Luna totum Zodiaci circulum peragrauerit. Quis unquam vel mediocriter Latine sciens, ubi de Luna sermo est, orbem plenum, aut orbem impletum, de alio interpretatur, quam de corpore ipsius Lunæ? Insigniter Latinitatis imperitum esse oportet, qui aliter senserit. Caput IX Plinij libri II totum est de Luna, eiusque configurationibus. Ibi *orbe pleno, orbe dimidio* quid aliud, quam πανσέληνον, καὶ διχότομον designat? quis tam hebes, tam nullius in Latino sermone usus, ut aliter pronunciare audeat? Ad verbum Basilius sermone VI ἑξαημέρου. ὅταν ἐκπληρώσῃ τὴν ἑαυτῆς ἁψῖδα. *Quum orbem suum impleuerit.* De plena Luna loquitur. Apud Senecam in Hippolyto:

Clarior quanto micat orbe pleno,
Quum suos ignes coeunte cornu
Iunxit — & *orbem*, & *complere* dicunt boni scriptores, quum de circuitu planetarum loquuntur: sed cum delectu, *Orbem conficere, circuitum peragere.* Cicero: *Sol annuos cursus*

conficit: lustrationem menstruo spatio luna complet. At *orbem implet* nusquam apud idoneum auctorem reperias; ubi de circuitu errantium agunt. Implentur vacua, complentur imperfecta. Itaque prophetam multum fefellit Latinitas sua. quod quidem magis illo Ouidiano constare potest ex II Fastorum:

Luna nouum decies implerat cornibus orbem.

Qui implere orbem hic peragere circuitum interpretabitur, verus propheta erit. Quomodo enim Lunam cornibus Zodiacũ peragrare quis dixerit, nisi risum a Lectore captare velit? In Ouidio igitur implere orbem cornibus Luna dicitur, quum ἐκ τῆς μηνοειδοῦς πανσέληνος fit. Cornua enim simpliciter Lunæ dicuntur de Luna caua, impletus orbis de plena. Eodem modo Ouidius loquitur, quo & Curtius. At eandem fabulam describens II Metamorphoseon orbem pro circuitu posuit.

Orbe resurgebant lunaria cornua nono.

Item Gellius, *quod Luna orbem suum lustret septem & viginti diebus.* nunquam dixisset, *orbem suum impleat.* Quod si apud Curtium orbis est Zodiacus, καὶ περίπατος σελήνης, ut propheticum acumen sciscit, ergo in XV diebus, quibus menses suos describunt Indi, non in XXX, Luna totum Zodiacum peragrauerit. quod vel cogitare quam ineptum? Quosdam vero a plenilunio menses ordiri dicit, ut Lacedæmonios, qui a plenilunio tempus rerum gerendarum definiebant. Quin & Indi a plenilunio menses suos ordiuntur hodie, ut non solum ex Iesuitarum Epistolis constat, sed & ex Epistola Ignatij Patriarchæ. Sed nauseam & stomachum melius erit continere, atque illud obiter monere, Q. Curtium errare; qui corniculatam Lunam, quæ Græce est μηνοειδὴς, ἀντὶ τῆς διχοτόμου accipiat. *quum se curuare cæpit in cornua.* ὅταν μηνοειδὴς γένηται. Atqui Lunam μηνοειδῆ esse bis in una syzygia contingit, tertio die a iugo, & tertio ante iugum: ut inter utranque μηνοειδῆ intersint minimum dies XXV, non XV, ut ipse vult. Præterea a corniculata ante iugum, ad corniculatam post iugum, interiecti sunt duntaxat IIII, aut V dies. Auctor Græcus; unde ea Curtius exscripsit, sententiam hanc plus minus ita concepisse videtur. ψηφίζουσι τοὺς ἑαυτῶν μῆνας ἀνὰ πεντεκαίδεκα ἡμερῶν, λογιζόμενοι οὐκ ἀπὸ τῆς πανσελήνου, ἀλλ' ἀπὸ τῆς διχοτόμου: *Computant menses suos quinum denum dierum, numerantes eos non utique ab orbe impleto, sed a dimidiato.* Nam ἀπὸ τῆς διχοτόμου, ἐπὶ τὴν διχότομον, interpositi sunt quindecim dies; quæ est mens auctoris Græci. Itaque manifestus est Curtij error, quum corniculatam, pro dimidiata accipit, μηνοειδῆ, ἀντὶ τῆς διχοτόμου. Sed si menses Indorum perpetuo sunt quinum denum dierum, ut ipse vult, quomodo ἀπὸ τῆς διχοτόμου semper inire possunt? Nam a dimidiata, ad dimidiatam, non semper sunt XV dies, sed alternis, XV, XIIII: ita ut, si semper quinos denos dies menses illi continuentur, anni sequentis neomenia post sextum diem Lunæ incipiat. Itaque quomodo Lunæ cursu notari potuerint tempora, ut vult Curtius, non video ubi menses sunt similes propheticis, de quibus supra locuti sumus, qui quum sint æquabiles, non semper medium motum Lunæ assequuntur. Hic locus Curtij acumen propheticum fugit, quod ex suæ Latini sermonis ignorantia nostram probare conatur. Quid eius æmulationem, κακόηθες, succum lolliginis persequar? Nam nihil, quod quidem a nobis Dei opt. max. gratia feliciter inuestigatum, & ex silentij tenebris in lucem erutum, ex adytis antiquitatis in hominum ora prolatum est, intactum reliquit, in quo vestigia κακοηθείας non impresserit. Quæ in illis probat, ea sua facit: auctorem dissimulat. De Harpali Octaeteride, ex Festo Auieno, de Metonis enneadecaeteride confidenter disserit, tanquam primus hæc animaduerterit: qui Festum Auienum non magis norat, quam Belesim Chaldæum. quæ tamen tantum abest, ut ullus ante nos odoratus sit, ut ne nunc quidem ea etiam doctissimis explorata sint, partim quod nostra legere neglexerint, partim quod hæc scire tanti non faciant. Vbicunque in scriptis nostris puram aream conspexit, eam, quemadmodum canes, eligit, ut ibi faciat oletum. Omnia nos finxisse, commentos esse latrat. Illius est de ijs, quæ aut primi protulimus, aut soli illustrauimus, verba facere. De anno Græcorum populari non persuasi, cuius rei inuestigationem audeo sine ulla arrogantia dicere tanti esse, ut sola hæc totum opus nostrũ commendare possit. De anno Indorum Lunari, fabulæ. imo quo præstantior ea animaduersio est, & præter eius expectationem, eo iocularior ei visa. Anni Persici menses, quos primi ex Arabum scriptis publicauimus, quum antea ridiculum in modum deformati legerẽtur, mauult ex rancidis hominis agrestis, & inuidentissimi scriptis proferre, ne quid nobis debere videatur. De anno Hagareno non melius, quam Belesi Chaldæo, iudicare potest. Vbique simium nostrum, sed mordentem, profitetur. Illi libri de emendatione temporum non sinunt eum somnos capere. per illos illi quieto esse non licet. Et sane prodest illi, somno non umbrari pupulas, ut ex sommorinis imaginibus periodorum oracula triplicis generis nasci possint.

Vnum

Vnum denique ſibi proponit, aut oſtendere nos delirare, aut induſtriam noſtram (ſi quidem ulla in nobis eſt) vincere. Sed Simij arbores celſas ſcandendo ſperant ad altiora eniti poſſe. Poſtquam ad cacumen peruentum eſt, nihil quam glabras nates ſpectantibus oſtendunt. Et ſane neſcio quis Genius, dum hæc ſcriberemus, his verſiculis hoc nobis inſuſurrauit:

> ἠλιβάτου κατὰ δένδρου ἀνερρίχατο πίθηκος
> αἰπὺν ἐπεισβαίνειν οὐρανὸν ἐλπόμενος.
> δραξάμενος δ᾽ ἄκροιο, καὶ οὐκ ἐπέκεινα περιελθὼν
> τοῖσι θεασαμένοις πρωκτὸν ἔδειξε μόνον.

An de propheta Epigrammation intelligit, equidem neſcio. Nunquam enim antea vidi. Sane quia ſub manum natum videtur, vix eſt, ut aliter crediderim. Et, quid diſſimulamus? Omnia Thomæ Lidyat conueniunt. Quod autem præſtantiſſimæ τῶν κέντρων τροπικῶν, καὶ ἰσημερινῶν obſeruationi noſtræ tam proterve obtrectatur, quæ res a nobis tam olim, quam nunc in Canonibus, ita firmis argumentis demonſtrata eſt, ut hominibus intelligentibus dubitandi locus relictus non ſit, poſtquam ea, quæ nunc inter ſcribendum ſuccurrerunt, & in Canonibus locum habere debebant, explicauero, tunc hominem abſoluam, & me, ac lectorem, cuius patientia, antequam hæc differeremus, exoranda fuerat, moleſtia liberabo. Ad omnia enim reſpondere, eſt tempus perdere, & lectorum æquanimitate abuti. Κέντρα τροπικὰ, quos Latini cardines vocant, ea Iudæis תְּקוּפוֹת hodie dicuntur, propterea quod ultimum eorum, nempe autumnale, Moſes תְּקוּפָה appellat, quum tamen תְּקוּפָה proprie ſit τροπικὴ ἡλίου ἀποκατάστασις, tempus, quo Sol ab æquinoctio, ad idem æquinoctium, aut a Solſtitio, ad Solſtitium, reuerſionem facit. Moſes enim præcipiens ſolenne σκηνοπηγίας anno deſinente celebrari בִּתְקוּפַת הַשָּׁנָה, *in reuolutione anni*, hoc de eadem re loquens alibi vocat בְּצֵאת הַשָּׁנָה, *in exitu anni:* ubi ſeipſum interpretatur. Ex quatuor igitur cardinibus Tropicis nullus proprie Tekupha vocari poteſt, præter autumnalem, quia eſſet exitus anni. Reliquos autem vocabant תְּשׁוּבַת הַשָּׁנָה, τροπὰς ἐνιαυτοῦ, quas Græci ita appellarunt, quod tunc fiat temporis mutatio, ut, verbi gratia, ἐν τροπῇ ἰσημερινῇ, a frigore, ad teporem, ἐν κέντρῳ τροπικῷ, a tepore in calorem, ἐν ὀπωρινῷ, a calore, in remiſſiorem ſtatum. Quare Manilius a mutatione illa κέντρα dicta eſſe canit.

Quatuor hæc & in arte valent, & tempora mutant.

Nimirum τροπικὰ dicta, quod *tempora mutent*. Lucanus de circulo Tropico: — *varij mutator circulus anni*. Mutatorem intelligit τροπικὸν κατ᾽ ἔτυμον. In II Chronic. XXXVI, 10, Iechonias regno abdicatur לִתְשׁוּבַת הַשָּׁנָה, *in reuerſione anni*. Statim poſt abdicationem Iechoniæ, Mathanias, qui & Sedekias, Iechoniæ patruus, ei ſufficitur. ibid. Tempus, quo hoc accidit, oſtendit Ieremias XXVIII, 1. *Et accidit hoc anno, principio regni Sedekiæ regis Iuda, quarto anno, quinto menſe.* Quartum annum ibi deſignari eum, qui eſt quartus Semittah, ſiue Hebdomadis annalis, in Appendice de emend. temp. oſtendimus. Erat annus Iudaicus 3161. Neomenia quinti menſis, qui & Ab, XIII Iulij, feria tertia. Niſan enim antecedens 4. 4. 414, Martij XVII, feria quarta (quia tunc tranſlationes in uſu fortaſſe non erant) cyclo Solis XXVI, Lunæ X. At vero ex vſu loquendi, quum menſis ſine adiectione diei ponitur, neomenia menſis intelligitur, quemadmodum, quum Olympias ſine adiectione anni uſurpatur, accipiendum de primo anno Olympiadis, quod luculento exemplo confirmabimus. Ieremiæ XLI legimus: *Accidit in menſe ſeptimo, venit Iſmael filius Nathaniæ &c.* Ait Godoliam ab Iſmaele interfectum menſe ſeptimo. Proculdubio eſt in prima menſis. Nam eius cauſſa ieiunium ad hanc uſque diem tertia menſis celebratur, quia prima eſt clangor tubæ. Ne igitur lætitia cum luctu publico confunderetur, tranſlatum illud ſolenne in perendinum diem. Kimhi Zachar VII, 4. *Godolia vero interfectus eſt initio menſis ſeptimi. Quia autem is eſt feſtus dies, ſtatuerunt ieiunium poſtridie eius diei.* Quoties igitur menſis mentio fit in ſcriptura, ſine adiectione diei, intelligitur neomenia menſis, ut in exotica hiſtoria, Olympias ſine adiectione anni accipitur pro primo anno Olympiadis. Sed Kimhi ſecunda Tiſri ait eiunium Godoliæ celebrari, quum ſit tertia. Sed ad rem. Initium Sedekiæ conſurgit ex neomenia illius menſis, & proinde ex XIII Iulij. Sed Iechonias illo tempore abdicatus fuit paulo antea לִתְשׁוּבַת הַשָּׁנָה. Ergo תְּשׁוּבַת הַשָּׁנָה τροπὴ ἐνιαυτοῦ circa illud tempus incidit. Ecquando circa illos pauxillos dies τροπὴ ἐνιαυτοῦ eſſe potuit, niſi in VIII Iulij? Si VII Octobris eſt κέντρον ὀπωρινόν, & terminus deſinentis & incipientis priſcorum Hebræorum anni, omnino conſequens eſt, VIII Iulij eſſe quadrantem anni tertium ab eo, & proinde eam eſſe תְּשׁוּבַת הַשָּׁנָה. Iechonias regnauit menſes III, dies X. In tam breui interuallo quænam poteſt dici, aut cuius anni, conuerſio? Ex illo chronicorum

luculentissimo loco colligitur quadrantes anni תְּשׁוּבַת הַשָּׁנָה *conuersiones anni*, non proprie minus, quam תְּקוּפוֹת *reuolutiones* dictos fuisse. Quod perspicue confirmatur ex I Samuelis XI, I. לִתְשׁוּבַת הַשָּׁנָה לְעֵת צֵאת הַמְּלָכִים: περὶ ἐπιστροφὴν ἐνιαυτοῦ, ὅτε οἱ βασιλεῖς ἐξέρχονται, vel ἐκστρατεύουσιν. *in conuersione anni, quando Reges in expeditionem proficiscuntur.* Græci veteres dixissent: ὥρᾳ ἔτους, ὅτε οἱ βασιλεῖς ἐκστρατεύουσι. Tempus expeditionum in vere esse non solum in Syriæ calidissimis tractibus, sed etiam in occidentis regionibus clementioris cæli, nemo negauerit, ut in Græcia, ἀκμάζοντος σίτου, quemadmodum Thucydides loquitur. Itaque doctissimi Iudæi Leui ben Gersom, Rabbi Dauid Kimhi locum illum exponentes aiunt intelligi tempus, quo frugibus adultis, & læto iam gramine, pabulum iumentis & equis abunde suppetit. Eadem sententia totidem verbis repetitur I Chron. XX, I. Vbi Glossa R. Salomo, *Quando herbæ sunt in campo ad pascendos equos.* hoc est, ut in loco Samuelis scribit Kimhi, בְּעֵת הוֹם, *in tempore veris.* Si תְּשׁוּבַת הַשָּׁנָה Solstitialis est in VIII Iulij, vernalis erit in VIII Aprilis, quod est κέντρον Semirameum Babyloniorum & Assyriorum. Ex his duobus nobilibus locis satis confirmatur quadrantes anni תְּשׁוּבוֹת הַשָּׁנָה, non minus, quam תְּקוּפוֹת, quomodo eos Iudæi hodierni vocant, dictos fuisse: eosque non alios esse, quam Græcorum κέντρα τροπικὰ in VII Octobris, & Ianuarij, in VIII Aprilis, & Iulij. quorum tres in sacris Biblijs extare iam ostendimus. Sed quandam panegyrim ab illis veteribus celebratam fuisse in verna illa τροπῇ non obscure designatur illis, *quum reges in expeditionem exeunt:* quasi aliæ sint תְּשׁוּבוֹת הַשָּׁנָה, & hæc ab alijs tribus distinguatur hac nota, quod nimirum in ea expeditiones fiebant. Quamuis enim post CXX annos, ut alibi demonstramus, maxima πανήγυρις ἐποχῆς celebraretur, tamen non dubium, quin quotannis & quædam instauraretur, ut non, nisi post illam, ulla belli expeditio susciperetur. Sic natalem nauigationis quotannis solenni certamine publicoque spectaculo multarum gentium VI Idus Martias celebrari solitum scribit Vegetius lib. IIII cap. XXXIX. Denique ut τροπὴ verna distinguatur a reliquis, apponitur nota, nimirum profectio Regum ad bellum: ut reliquis quoque cardinibus sua nota attributa fuerit: quemadmodum cardo autumnalis habet characterem suum, collectionem frugum, teste Mose. Itaque hic dictum est, *In conuersione anni, quando reges ad bellum exeunt.* De hac non dubitamus intelligendum II Chron. XXIIII, 23. ubi tamen vocatur תְּקוּפָה. Sed in eodem gesto I Reg. XX 26. תְּשׁוּבָה. In utraque est expeditio. Ergo sunt aliæ conuersiones, in quibus Reges ad bellum non proficiscuntur. Rursus hinc colligitur Iechoniam inijsse regnum solenni Azymorum, quod in XXX Martij eo anno incidit: a qua die, ad VIII Iulij inclusiue, sunt dies X, menses tres τριακονθήμεροι. Præterea, quum teneamus initium Sedekiæ circa cardinem Solstitialem, sine ullo labore tempus, quod regnauit, inuestigare possumus. Nam ex ijs, quæ superius demonstrata sunt, initium eius est ex IX Iulij anni Iudaici 3161, quod quidem indicat character ab Ieremia designatus, nempe quartus annus Hebdomadis. Anni enim Iudaici per VII diuisi dant annum Hebdomadis. Captus est nona die mensis Tamuz, Kal. Iulij, anno Sabbatico, æra Iudaica 3171. Itaque non plenos X annos regnauit. Nam annis Iulianis desunt XI, aut XII dies, Lunaribus XX plus minus. Propterea secundum hæc dictum est II Reg. XXV, 2, item Ieremiæ LII, 5, *Obsessa fuit vrbs usque ad undecimum annum Regis Sedekiæ.* His enim verbis undecimus annus intra illud interuallum non includitur, sed annus undecimus Sedekiæ imminens, non currens designatur. Sic Genes. VIII, *Atque deficiendo decrescebant usque ad decimum mensem. In prima autem decimi mensis culmina montium apparuerunt.* Hic decimus mensis non includitur termino. Si igitur Sedekias non totos decem annos regnauit, quomodo dicitur XI regnasse? II Regum, XXIIII, 18. II Chron. XXVII, 11. Vt dubium hoc soluatur, an dicemus apud Ieremiam initium regni esse primum annum Sedekiæ, & illam תְּשׁוּבַת הַשָּׁנָה fuisse vernum tempus, quomodo vocatur I Samuelis, ut supra ostensum est? Hoc modo Sedekias mense quarto undecimi anni regni sui perierit, & propterea undecim annos regnasse videretur. Nam annum labentem pro uno anno a scriptura usurpari tam notum est, quam inutile fuerit de hac loquendi forma ea repetere, quæ alibi super hac re adduximus. Sic Christus in sepulcro triduum iacuisse dicitur, quum tamen de primo die trihorium, de tertio partem noctis (a qua tertius dies incipit, & in qua resurrexit) delibauerit, unum tantum integrum νυχθήμερον fuerit, quod medium interiectum fuit. His concessis, Iechonias regnum iniuerit octaua Tisri eiusdem anni 3161, XXVIII Septembris: a qua, ad κέντρον ἐαρινόν, quo reges in expeditiones exeunt, nempe ad VIII Aprilis, fuerit præcise quadrans anni, & dies X. Sed prior sententia vera est, a qua omnino discedendum non est. Nam initium regis alicuius non potest dici de primo anno, sed de paucis diebus, aut uno potius die, præsertim

quum

quum duo, aut tres menſes de annó labente pro toto anno a Scriptura uſurpentur. Itaque illos tres menſes potius primum annum Sedekiæ vocaſſet, quam initium regni Sedekiæ. Denique omnium firmiſſimum argumentum, quod, ſi in hiſtoria Iechoniæ *conuerſio anni* de verno cardine intelligeretur, ſine dubio appoſita fuiſſet nota, *quando reges ad bellum profectionem parant*, ut in hiſtoria Dauidis factum eſt; & ſane hic opportune locum habebat, quia tunc a Nabuchodonoſoro expeditio in Iechoniam facta eſt. Concludamus igitur, κέντρα veterum Hebræorum, quæ ſine ulla controuerſia fuerunt eadem, quæ Chaldæorum, Perſarum, & Græcorum, non tam תְּקוּפוֹת ut hodie, quam תְּשׁוּבוֹת הַשָּׁנָה dicta fuiſſe. Hæc ſi prophetis non probantur, eſt quod impendio magis gaudeamus. Nihil enim eorum obtrectationi opportunius eſt, quam quod ſupra eorum captum eſt. Itaque quum hæc nobilis quæſtio inter ſcribendum nata ſit, non veritus ſum ea a candidis ingenijs gratiam, a Cercopithecis odium & inuidiam promereri, præſertim quum iſte Simiolus tam proterue illa κέντρα inſectetur. Hæc ſunt pauciſſima de multis, quæ ſparſim ex illius prophetæ abortiuo fœtu decerpſi. Nam totum librum ut perlegerem, nunquam mihi imperare potui, quanuis in eius lectione varie affectus fui, nunc voluptate, quum tam iocularia & mimica in eo occurrerent, modo admiratione & ſtomacho; quum tantam hominis confidentiam cum tanto alienæ induſtriæ contemptu & æmulatione coniunctam viderem. Itaque tametſi me ἀδλαγεψία illa a lectione auertere potuit, tamen præteritæ ſaltem oblectationis recordatio ad eam me reuocare debuit: quod potius alijs relinquimus, qui ſi nullum fructum ex tam portẽtoſo opere ſperare poſſunt, erit nihilominus, quod ridere poſſint, & animum a grauioribus curis reficere. Neque vero cauſſæ eſt, cur non illi gratias agam, quod poſtquam ſeſe parem cum Ariſtotele compoſuit, eo victo, me ſecutorem delegerit. Quod certe non feciſſet, niſi tanto aduerſario confecto, me quoque dignum cenſuiſſet, qui dextra eius caderem. Audio enim eum quædam aduerſus Philoſophum ſcripſiſſe, eademque felicitate Ariſtotelis ſcripta confutaſſe, qua noſtra. Certe qui legerunt, eadem voluptate, eodemque ſtomacho, quo nos hunc poſtremum fœtum legimus, illa aduerſus Philoſophum ſe legiſſe teſtantur. Sane auro contra carum non haberem, hominem videre, ſi quidem tanto honore dignus ſim. Nam qui tali ingenio præditus ſit, cuius ſimile nullum hodie uſpiam extare puto, eius vultum a cæterorum mortalium figura multum diſcrepare neceſſe eſt. Quid ſi ne ſimiles quidem parentes, cuiuſmodi cæteri homines, habet, ut ille Merlinus, qui ex dæmone ſatus dicitur? Certe & iſte quoque, ut Merlinus, propheta eſt, & Merlini popularis, & multa cum Merlino communia habet. Ideo non vereor dicere, vel Merlini εἴδωλον eſſe, vel Merlinum ipſum. En, candidi lectores, quibuſcum nobis res eſt, ſiue homines, ſiue alio nomine vocandi ſunt. quomodo enim appellem, neſcio. Poſtquam multos labores exantlauimus, magnum pelagus omnis generis ſcriptorum tranſmiſimus, omnem antiquitatis memoriam conſuluimus, ut literatum ſtudijs aliquam lucem, ſtudioſis aliquid utilitatis adferamus, exiſtunt ſcarabæi, ſimioli, καθαροὶ, prophetæ, abortiui chartarum conſcribellatores, qui quæ nunquam legerunt, quorum ne odor quidem eorum naribus acciderat, trihorio, primo ſtatim oculorum coniectu, non ſolum ſe ea aſſequi putant, ſed etiam ſe eorum auctores profitentur. Quam confidenter iſte de Harpali Octaeteride, & loco Auieni Feſti, de Metonis enneadecaeteride argutatur? Diceres non primum a nobis e tenebris eruta, ſed eorum ipſum parentem eſſe. Quis æquinoctiorum Hipparchi elenchum expoſuit ante nos? Et tamen, quia iſte eſt propheta, hoc a nobis non didicit, ſed præuidit. De Tychonis Brahe æquinoctialib. obſeruationibus niſi ego primus monuiſſem, niſi eas magnifico, uti debui, teſtimonio commendaſſem, quis, non dicam propheta, ſed multi ex ijs, qui Mathematici audiunt, hoc animaduertiſſet? Tamen iſte videtur primus hoc odoratus fuiſſe. Quam audacter de ſyzygijs, de modo anni Lunaris diſſerit? Ptolemæi, Albatenij ſcripta in medium producit? Diceres nihil, præter aſtrologiam, tractaſſe. Denique ubique ſimium agnoſcas, ſed ex eorum genere, qui, quum geſtibus, ac motibus ridiculis heros ſuos diu oblectarunt, poſtea deſultorio calore eorum manibus tractati mordent. Quæ de induſtria noſtra, & ſcriptis ſententia eius ſit, ſatis toto prophetiæ ſuæ libro teſtatum reliquit. De fide autem quid ſentiat, ex iſtis iudicari poteſt. Verum negat, quod diximus, a Samaritis Garizin montis incolis typum anni ad Samaritas Aegyptienſes quotannis mitti. Poſtquam de fide noſtra tam præclaram ſentẽtiam tulit, luculentum eruditionis ſuæ teſtimonium adijcit. Nõ veretur deierare, eum typum, quem Samaritæ Aegyptienſes mihi miſerunt, ad annum Chriſti 1576 pertinere, non, ut nos mentiti ſumus, ad annum 1584. Certe neomenia eius anni, quẽ menſem Dulhaia vocant, ponitur feria ſecunda, ſequente tertia, Adar Solaris Samaritani Hipparchei ſexta: ita ut eorũ Adar Solaris hodie ineat ex a. d. IIII Kal. Martias:

cui consentanea est Iudaica neomenia eiusdem anni, qui erat 5344 Computi Iudæorum. Ea enim fuit 2. 4. 414, Martij Iuliani secunda, Adar Solaris Samaritani quinta. Anno vero 1576, Iudaici autem Computi 5336, neomenia Nisan erat 4. 15. 747, Februarij ultima; Adar Solaris Hipparchei Samaritarum tertia. Quum Kairenses Samaritæ ad nos illum typum miserunt, nondum sex menses illius anni præterierant, & Italo, qui ad nos transmisit, dixerunt cuius anni typum illi dederant, eum esse, qui tunc currebat anno Christi 1584. Itali illius boni viri Chirographum adhuc penes nos est. At iste Merlinus ut captum alienum ex suo, ita fidem ex sua æstimans, postquam nobis deliria & commenta obiecit, non veretur etiam de perfidia deierare. Et si Italus non monuisset, quis paulo peritior ex nouilunijs non odoratus esset, illum annum Christi Dionysiano 1584 conuenisse? Qui stomachari simul, & ridere, & diuersis affectibus eodem momento moueri, & insignia κακοηθείας, confidentiæ, & imperitiæ exempla videre volet, legat illum διοπετῆ librum. Plura sine dubio reperiet. Nos enim saltuatim hæc decerpsimus, quum tamen trientem quidem eorum portentorum percurrere nobis neque voluntas, neque otium fuerit. Scio non solum quid dolebit amicis nostris, sed etiam quid obtrectatores obijcere possunt, quibus alteri hominem tanti esse negabunt, ut eius ratio haberi debuerit, alteri, nisi ambitiosus essem, de tam humili argumento ἰήπαιαν canere non debuisse clamabunt: quasi nobis cum Leonibus, tygribus, ac lupis res tantum sit, ac non etiam muscas, culices, pulices, ac pediculos infestos habeamus, & non operam dare debeamus, ut ab utroque genere nos defendamus, ab istis, ne noceant, ab illis, ne molesti sint. Præterea tantus est hodie obtrectationis fauor, ut homines portentosis potius scriptis & maledicis, quam bonæ frugis & modestis delectentur. Quare non pluris nostra interest validos hostes profligare, quam canes in triuijs allatrantes a nobis abigere. Quod si propter prodigiosam inscitiam eiusmodi ardeliones contemnẽdi erant, at propter importunam impudentiam non sunt negligendi. Quis autem vidit parem huic inscitiam? quam confidentiam cum hac conferre possit? quam audaciam huic comparare? Certe si aliquid sensus communis haberet, ferendus aliqui erat. Sed quem sensum communem illi inesse putemus, qui nihil improbat, nisi quod præstantissimum, & præter eius expectationem est? Verum diu est, postquam hominem me dimissurum promisi, & tamen adhuc calcem calce tero. Age valeant Merlini. verbum non amplius addam. Quia tertia illius prophetæ periodus, hoc est pugio plumbeus, ad iugulum Clauio petendum comparata est, de Clauio tacere nefas esse duximus, qui quanuis ex genere Prophetarum non est, tamen idem, quod Prophetæ, facit: & tanto maiore in vitio est, quam illi, quanto minus Mathematicum decebat a demonstrationibus discedere, & contra hypothesin facere, quam Prophetas, qui nihil aliud, quam Simij, risum mouere, aut, ut canes, latrare sciunt. Addo etiam tanto magis, quo diuturnius viuent eius, quam Prophetarum, errores, & magis, quam illorum somnia, nocebunt; quorum scripta sunt ut ζωύφια illa, quæ in fornacibus creari scribit Aristoteles, intra diem viuentia, ut propterea ἐφήμερα ea vocarit. Errata vero Clauij edicto sancita sunt, & Fastis obsignata, ut ea sequi necessitas incumbat etiam ijs, qui ea non probant: istorum vero deliria solo exemplo nocere, idque volentibus, non inuitis: persuadere, non cogere: ducere, non trahere possunt. Loquor quidem de præsenti statu. Nam si hoc genus hominum radices egerit, nulla maior humanioribus studijs pestis, atque pernicies imminet. Certe iam gliscit malum, cui fortasse quæcunque medicina adhibebitur, sera illa tandem fuerit. Adeo inexpiabile bellum exoticis scriptoribus indixerunt, quos profanos vocant, quibus ipsi profaniores sunt, ut taceam, quod eos ipsi non intelligunt. Sed periculosius exemplum est Clauij Fastorum Lilianorum interpolatoris: in quo negotio tot & tanta ab eo peccata sunt, ut nisi scirẽ eum Mathematica profiteri, ab alio quouis potius, quã a Mathematico eam anni editionem profectam esse non crederem, in qua nihil omnino est, quod a iusta reprehensione vindicari possit, nihil prorsus, quod non tirocinium in his rebus, vel potius crassam imperitiam, spiret. Quum in nostro Elencho aliquot errores exposuissemus, eorum quosdam per imperitiam meliorum studiorum percipere non potuit: quos autem percepit, eos per malitiam defendere conatus est, primum stramentitio libello, quem in nostrum Elenchum edidit, deinde immani volumine, vel potius veterum Computorum centone, cui titulum Apologetico fecit, quod opus superiori anno prodijt, & longe clarius eius inscitiam, quam ipsa anni editio, prodidit. Quum enim eius errores multum ridiculi sint, magis ridicula sunt argumenta, quibus eos defendere nititur. Neque enim aliter fieri potest, ut non risum debeat, qui ridicula tuetur, & qui errorem suum defendit, illa defensione sese non traducat. Magnum opus est, μέγα βιβλίον, sed μέγα κακόν. Audeo deierare a multis annis tam inutilem molem libri non prodijsse, vere ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης, cuius bonam partem occupat Canonum & tabularum consarcinatio. —*series longissima rerum.* Deum immortalem, in illo libro quot

homine

homine Mathematico indigna homini Mathematico exciderunt? quæ deliria? quam insignis infantia, quantum in his rebus tirocinium in illa Gigantea mole conspicitur? Reliqua omitto. Vnum exemplum eius solertiæ producam. Ait Lunam in annis 312½ unum diem in diebus Iulianis anticipare. Ego in meis Canonibus scripsi eum dixisse in suo priore libello, quem in nos vomuit, eam anticipationem in 312 fieri. & profecto, nisi me fallit memoria, ita videor legisse. in quo merito a nobis in Canonibus reprehenditur, quod, ut Merlinus ille Anglus, non ab enneadecaeteridis anno, ad similem annum, sed ad dissimilem, anticipationes Lunares fieri putauit. ut, exempli gratia, in 312 annis non a primo anno cycli, ad primum decimiseptimi, sed ab eodem primo, ad nonum decimi septimi. Quod meram in his rebus infantiam arguit: ut satis alibi ostendimus, præsertim in Canonibus, sed & clarius supra in elencho periodorum Merlini, qui ex aliquot enneadecaeteridon integrarum & unius inchoatæ collectione periodum iustam fieri posse putauit. Absurditates, quæ hinc sequuntur, exposuimus. Clauius vero magnum quid præstitisse putauit, si ostenderet non in XVI enneadecaeteridibus, sed in totidem, cum accessione Octaeteridos, præcessionem Lunarem fieri. In libello enim, quem prius in nos edidit, puto (nam non bene memini) eum dixisse προήγησιν σεληνιακὴν fieri in annis 312. Quod satis est ignorantiæ eius indicandæ. In giganteo autem Apologetico plus dicit, & plus imperitiæ aperit, quum illam ait fieri in 312½ annis. Si igitur, ut ipse vult, in annis 312½ προήγησις unius diei fit in diebus Iulianis, hoc profecto nihil aliud est, quam neomeniam, quæ, exempli gratia, in Martio contigerit, post annos 312½ in Septembri unum diem anticipaturam. Nam a Martio, ad Septembrem, est dimidium anni. Quod quis sine risu excipere possit? Cui vel tironi, nedum Mathematico, tanta absurditas excidit? Ne in Merlini quidem horribilibus portentis ullum tam nouum, tam inusitatum reperiuimus. A Nisan anni Christi 1292, ad Tisri anni 1604, præterierunt anni 312½, una periodus Clauiana non minus prophetica, quam illæ Merlinianæ. Nouilunium Martij Iuliani in anno 1292 contigit vigesima die, feria quinta, cyclo Solis XIII, aureo numero primo. Anno autem 1604, nouilunium in XXI Martij Iuliani, feria quarta, cyclo Solis XVII. Nouilunium Tisri, Septembris XIIII, feria VI. Si contentus fuisset annis 312, ne sic quidem constaret illi ratio. Nam anno 1292, nouilunium contigit in XX Martij, anno autem 1604, in XXI. Tantum abest, ut nouilunium ex XX, ad XIX ascenderit; ut in XXI die deprehendatur. Vnde colligitur, quæ imperitia sit illa, aliunde προηγήσεις σεληνιακὰς putare, quam ab anno unius enneadecaeteridos, ad similem annum alius enneadecaeteridos: a primo, ad primum: a tertio, ad tertium. non autem a primo, ad nonum; a primo ad XI, aut III, ut Merlinus fecit. Nam anno 1596, nouilunium contigit XX Martij, aureo numero primo: quum eodem aureo numero ineunte, anno 1292, nouilunium commissum fuerit in XX. Hæc est manifesta προήγησις: quia utrunque nouilunium ad annum primum aurei numeri pertinet, & inter utrunque nouilunium, interfluxerunt anni CCCIIII, hoc est, cycli XVI absoluti. Si igitur, ut diximus, illud maximum imperitiæ argumentum est, in 312 annis, id est, in cyclis XVI, & annis præterea VIII, προήγησιν putare fieri, multo maioris stuporis indicium est, in annis 312½ illam contingere. In anno 1292, nouilunium fuit in XX Martij. In anno autem 1604, neomenia Tisri in XIIII Septembris. Ergo, si Dijs placet, anticipatio unius diei a XX Martij, ad XIIII Septembris facta est. Vnde vero vir acutissimus collegerit in annis 312½ προήγησιν unius diei fieri, libenter ab eo didicerim. Oportet eum, ut alia astrologia, ita alia logistica uti, quæ cæteris ignota sit. In annis Iulianis 304 fit προήγησις hor. 23. 200. Desunt horæ complendæ scrupula 880. Iam si hor. 23. 200 dant annos 304, quot annos dabunt hor. 0. 880? Prodeunt anni 10, $\frac{4}{5}\frac{4}{3}$. qui sunt dies 249 $\frac{1}{5}\frac{7}{3}\frac{1}{3}$, nempe syzygiæ 8, dies 13. hor. 13. 15 fere. Tantum abest, ut illa προήγησις fieri possit in 312 annis, & dimidio anni, quum secundum hæc ea fiat in annis 314, diebus 249, $\frac{171}{173}$. Quis putasset huiusmodi συλλογιστικὴν, καὶ λογιστικὴν a Mathematico profectam? Hinc perspicimus, quam ineptum, puerile, & ἰδιωτικὸν sit putare alio orbe, quam τῶν ἐννεαδεκαετηρίδων, ullam periodum Lunarem constitui posse. Quod satis in illo monstro Anglicano supra exagitauimus. Et illa huic insaniæ profligandæ satis esse possunt. Quare non iteramus. Sed quis hæc prodigia in Mathematico non miretur? Duo hic stuporis argumenta: prius, constituere periodum XVI cyclorum, annorum VIII, syzygiarum VI. quod sine risu legere nemo possit. Alterum, quod ad explendum defectum scrupulorum supra XVI cyclos, ei rei annos VIII, syzygias sex, attribuat, quum ex logistica id tempus debuerit esse ann. X, syzygiarum, VIII, dierum XIII. hor. 13. 15. Itaque tam bonum logisten, quam astrologum professus est. Et irascemur illi Merlino, quum a tanti nominis Mathematico hoc oraculum prodierit? Et tamen hoc homine non est repertus peritior,

qui anni emendationi præficeretur: de qua nunc dicendum: & primum de Sole, siue de ijs, quæ ad Solem pertinent. Postea de Luna dicetur. In cccc annis tria bisexta tollenda esse sciscit. Hoc quidem concedimus. sed quod ea in ccc annis tollit, & ad cc annos nullum aliud bisextum perimit, id vero indignum Mathematico, quia contra hypothesin. Si enim cccc anni cyclum Solarem Tropicum constituunt, intra quem tria bisexta perire oportet, igitur cyclus trifariam diuidendus est, si fieri potest: sin autem, in partes, quæ a iusta diuisione proxime absint. In tot autem partes diuidendus est, quot bisexta perimuntur. Quia vero cccc anni trifariam diuidi non possunt, propior ab ea diuisio est, ut duæ partes sint annorum 132, reliqua 136. Alia enim commodior diuisio iniri non potest. Ita nullum incommodum, aut ἀτόπημα interueniret. Quoties autem bisextum tollitur, toties cyclum Solis mutari necesse est, propterea quod pro duplici litera, prior tantum assumitur, pro anno 132, qui est ultimus primæ partis, altera autem inchoat annum 133, quod est initium partis secundæ. Sic in secundæ partis anno ultimo 264, prior litera retinebitur, altera relinquetur anno sequenti 265, qui est primus tertiæ partis. Ita fiet, ut Tetracosieteris sequens ab eadem litera incipiat, a qua prior iniuit, quemadmodum in Canonibus demonstratur. Præterea non plures literæ initiales trium illarum partium esse debent, quam quot bisexta pereunt. ut in hac methodo, non plures sunt, quam tres, G quidem initialis primæ partis, D secundæ, A tertiæ. At in editione Clauij, quia prodigioso exemplo in ccc annis, non, ut oportebat, in cccc, tria illa bisexta tolluntur, ideo in quatuor partes, quot nempe centurias annorum habet, Tetracosieteris diuisa est, & proinde quot partes, siue centuriæ, totidem literæ sunt, quarum G primum annum primæ centuriæ inchoat, B primum secundæ, D primum tertiæ, F primum quartæ. Quum tantam absurditatem tam perspicue demonstratam in nostro Elencho Clauius deprehendisset,

Obstupuit, steteruntque comæ, & vox faucibus hæsit.

Errorem quidem agnouit. Nam quis tam stipes, ut absurditatem non aduertat? Sed negare potius, quam fateri, interesse putauit existimationis suæ, vel potius dignitatis eorum, quorum iussu ad anni emendationem se contulit, quia illi nunquam errare possunt. Vt igitur factum vel tegeret, vel excusaret, quatuor illas literas tres tantum esse dixit. Tanta vis est Clauianæ Matheseos, ut quatuor sint tria. Quæ incommoda sequantur propter illas quatuor literas, ac propter bisextorum peremptionem ante tempus præcipitatam, abunde in Canonibus disputatum est. De hac re nullam mentionem facit in Giganteo apologetico, certe quia nihil habet, quod tam manifesto portento opponat. In tanta mole operis in una tantum re omnis labor exhauritur, in nouiluniorum Tabulis construendis, quæ fere dimidiam partem tam vasti corporis occupant: quum tamen nouilunia recte congruere non possint, siue post centum, siue post cxxxii annos unum bisextum pereat. Cyclus enim Tropicus ex rationibus Solis componitur, per quas non licet ante tempus intercalare, hoc est, antequam ex illarum scrupulis xxiiii horæ colligantur. Vnde sequitur, non semper post quadriennium, sed & nonnunquam post quinquennium, intercalandum esse, ut recte, καὶ ἐπιστημονικῶς a sapientibus Chorasan, in quibus Auisena fuit, consultum est in anno Gelalæo Sultan Melic Sa. Cyclus igitur tetracosietericus construendus, in quo nunc quarto, nunc quinto anno absoluto intercalatur. Ita fiet, ut, quum ex Tabula cycli Tetracosieterici litera Dominicalis petetur, neque bisextorum tollendorum ulla necessitas incumbat, quum ipsa bisexta per se ipsa pereant propter intercalationem nunc quarto, nunc quinto anno absoluto occurrentem, neq; ullum periculum sit errandi, quoniam non post centum, ut Clauius, aut post 132 annos, ut ratio postulabat, bisextum tollendum erit. Quemadmodum enim si per characterem nouilunia indagentur, nulli dies προηγήσεως tollendi sunt post 304 annos in diebus Iulianis, neque ὑπολείψεως post 228 in forma Tropica, quia ipsa προήγησις καὶ ὑπόλειψις nobis imprudentibus sensim per se sine ope nostra fit: sic nobis per characterem anni Tropici neomeniam anni inuestigantibus non opus est bisexti peremptione, quæ ipsa per se, nullius opis nostræ indiga, necessario nobis non sentientibus occurret. Hoc ignorauit Clauius, hoc nesciuit Lilius auctor illius Tetracosieterici cycli, cuius etiam caussas penitus eum nesciuisse ex Canonibus nostris intelligi potest. Cycli veri Tropici Tabulam in illis canonibus exposuimus, ubi litera duplex Dominicalis non prius interuenit, quam rationes ipsius Tetracosieteridos postulant, hoc est nũc quarto, nunc quinto anno exacto. Nulla enim ratio alia emendationis Fastorum iniri potest, præter eam, quam docemus, tam in cyclo Solis, quam in Lunari, & Epactis, in quibus Clauius largius peccauit, quam in Solis cyclo. Et primum quidem imperite secundũ veterum Computorum

methodum

methodum primi menſis nouilunium ab Epacta petendum ſancit, quum potius per primum nouilunium primi menſis Epacta æquanda ſit, nouilunium autem per characterem. Epactæ enim propter duas cauſſas fallere poſſunt: propter annum Solarem, item propter Lunarem. Cuiuſcunque enim anni Enneadecaeteridos Epacta nouilunium recte indicabit, eadem poſt XIX annos, ſi biſextum intercalatum fuerit, uno die ſerius nouilunium indicabit, quæ παρατροπὴ dicitur μετέμπτωσις. Proinde ea Epacta per totum annum inutilis erit, niſi alia unitate maior, hoc eſt antecedens, in uſum illius anni aſſumatur. Contraria vice, in anno Lunari, ſi biſextum intercalatum non ſit, annus autem Lunaris ὑπερήμερος fuerit, hoc eſt dierum 355, quales anni omnes communes Merlini ſunt; Epacta peccabit προεμπτώσει. hoc eſt, uno die nouilunium ſerius incidet, quam Epacta indicabit. Itaque Epacta unitate minor, hoc eſt ſequens, in uſum totius anni recipienda. Verum eſt, quod paulo ante diximus, nouilunia primi menſis ab Epactis petere, ἰδιωτικὸν, & manifeſtæ imperitiæ eſſe. Ea vero Epacta in primo menſe aſſumenda eſt, quæ e regione nouilunij reſpondet: nouilunium autem per characterem medij motus Lunæ adipiſcendum. cui expeditiſſimam & breuiſſimam Tabulam unius paginæ dimidiatæ conſtruximus, quam rationem Clauius Canonibus mille foliorum, in quibus Pelion Oſſæ impoſuit, explicare fruſtra tentauit. μετεμπτώσεως autem, καὶ προεμπτώσεως rationem nullam eum habere, excuſauerit earum rerum ignoratio, quas ante nos nemo aduerterat, quanquam ſimius quidam Mathematicus nihil quam προέμπτωσιν, καὶ μετέμπτωσιν crepans, unde didicerit, ſerio diſſimulat. Mathematicorum enim eſt nihil neſcire, quia omnia ſcire profitentur. Atque hæc de Epactarum æquatione, quam neglexit Clauius, vel potius ignorauit. Supereſt initium, & diſpoſitus earum. Initium a Martio, ne, ſi a Ianuario, anno intercalari propter biſextum μετεμπτώσει peccemus. Diſpoſitus, ut eo ordine digerantur, ne ulla perturbatio in menſibus Lunaribus committatur. Committitur autem, ſi menſes non ſint alternis pleni & caui. Vt autem ſint alternis pleni & caui, aſſequemur, ſi dies Martij ſint complementum Epactæ illis e regione oppoſitæ. Complementum Epactæ eſt numerus, qui deeſt Epactæ ad XXX complenda. Elige quamuis diem Martij, puta VIII. Ad complenda XXX, deſunt illi XXII. Ergo Epacta XXII diei VIII opponi debet. Sic primæ diei Martij deſunt XXIX ad complementum τῆς τριακάδος. Itaque XXIX erit Epacta, quæ Kalendis Martij congruit. Hanc methodum Epactarum in primo menſe ne veteres quidem ignoraſſe, teſtis Computus Æthiopicus, quem publicauimus: in quo, anno primo numeri aurei, e regione XIX Maſcaram primi menſis Æthiopici appoſita eſt nota unitatis, id eſt primi anni Cycli, ſiue aurei numeri, cuius Epacta eſt XI, eiuſque complementum XIX, hoc eſt XIX dies Maſcaram. Sic anno ſecundo aurei numeri binarius oppoſitus VIII diei Maſcaram: quia eius epacta eſt XXII, cuius complementum eſt VIII. Hinc, tanquam Corollarium, ſequitur, in primo menſe nullas Epactas menſium eſſe, quæ Καθολικὰ Græcis dicuntur: in ſecundo aſſumendum unum καθολικὸν ſimul cum Epacta, in tertio duo, in quarto tria: & ita deinceps, ut in Canonibus oſtenditur. Exemplum: Anno primo aurei numeri Epacta eſt XI. Complementum XIX. Ergo XIX Martij nouilunium eſt anno primo aurei numeri. Iam ut habeam nouilunium Aprilis, unum καθολικὸν adijciendum Epactæ. Itaque XI Epacta unitate aucta fit XII. Cuius complementum XVIII. Ergo XVIII Aprilis erit nouilunium. Sic pro methodo menſis Maij duo καθολικὰ cum Epacta fient XIII. Complementum XVII. Itaque XVII Maij erit nouilunium. Sic in alijs. Neque hoc ignorauit vetus Eccleſia Græca. Chryſococces enim medicus hæc Καθολικὰ vocat περισσὰς ἡμέρας, & Martij nullam περισσὴν ἡμέραν, id eſt nullum καθολικὸν, eſſe ait. ἀπὸ δὲ Μαρτίου ἀρχομένοις οὐδεμία τούτῳ προστίθεται ἡμέρα περισσή. τῷ δὲ Ἀπριλλίῳ προστίθεται τοῦ Μαρτίου α΄, καὶ τῷ Μαΐῳ τοῦ Μαρτίου α΄, καὶ τοῦ Ἀπριλλίου ἑτέρα. Eadem omnino ſunt, quæ diximus. quæ oſtendunt Epactas ita diſponendas, ut dies primi menſis, cui diei oppoſitæ ſunt, ſit complementum earum. His animaduerſis, Epacta XXIX collocanda in Kal. Martij. in trigeſima autem menſis ſignum *, vel aliud quodcunque, quod triginta indicet. Et ita alternis XXIX *, & * continuanda. Hoc modo fiet, ut omnes Lunationes, a menſe Martio, ad ſequentis anni Martium, ſint alternis plenæ, & cauæ. Ab Epacta enim Martij, ad ſimilem Epactam, omnis Lunatio eſt plena, ab Epacta Aprilis, ad ſimilem Epactam Maij, eſt caua. Huius doctrinæ tam perſpicuæ, tam luculentæ ignoratione, quid, & quantum peccauerit Clauius, non operoſum eſt ex ſequentibus arbitrati. Quod initium Epactarum non a Martio, ſed a Ianuario inſtituit, propterea monſtrum hinc naſcitur, ut Lunatio Februarij anno biſextili XXXI dierum ſit. quod a tanti nominis Mathematico potuiſſe committi, ne ego quidem, niſi animaduertiſſem, ulli hoc affirmanti crederem. An

tam

tam crassum errorem a se commissum perceperit, nescio. Certe non magis eius portenti, quam trium bisextorum in CCC annis perimendorum, in Colossico suo Apologetico meminit, quicquid suspicari possimus, siue per stuporem non animaduertit, siue per malitiam dissimulauit. Sed neq; illud non minus ridiculum commentum prætereũdum, quod, quoties epactæ *, XXIX, XXVIII, XXVII, XXVI, XXV incurret annum bisextilem, à Lunatione Decembris, ab Lunationem Aprilis, quatuor Lunationes plenæ continuantur, ut in Canonibus demonstratum est. Quod quis laudauerit, nisi aut imperitus, aut veri osor? Quod autem signum * in primis Kalendis apposuerit, eo ostendit se ignorasse hoc modo Lunationes alternis cauas, & plenas, non, ut ratio postulat, alternis plenas, & cauas, fieri. Sed ne eæ sic quidem, ut ordo ille postulabat, perpetuo continuantur. Interruptus est enim tenor interuentu binarum Epactarum concolorium, & discolorium: quod portentum nemo sine admiratione legere potest. neque sane hoc risu tantum, sed & stomacho prosequendum; quod & inscitiæ & temeritatis maximum argumentum est. Caussa tam stultæ, tam temerariæ interruptionis longe magis ridicula, quam ipsum collegium epactarum, quod propter illam excogitatum est. Videbat homo acutissimus, in perpetuo contextu Epactarum non posse euitari, quin Terminus aliquando in XIX Aprilis incidat; adeo ut si terminus incurrat Dominicam, necessario Pascha celebrandum sit in XXVI Aprilis, quum tamen in prisco Paschali Niceno remotissimus Terminus fuerit XVIII Aprilis, remotissimum Pascha ἀναστάσιμον in XXV. Hoc vir solertissimus, quia contra ritum veteris Ecclesiæ esset, emendare volens viam excogitauit, qua ne Lidyat quidem Anglus, qui tot portenta uno opusculo edidit, ineptiorem, & iocularioren comminisci potuisset. Binas enim illas epactas, de quibus agimus, concolores in unam diem, & totidem discolores in antecedentem coniecit: quo facto non dubitauit se tam veteri Paschali Niceno, quam quartædecimæ Lunæ recte consuluisse. Certe ritum quidem veterem retulit: quia vero in quartam decimam Lunam strenue peccauit, inutiliter retulit. Si enim ex Lunæ motu Terminus Paschalis incidat in XIX Aprilis, quomodo in aliam diem illum retroagit? Maior stupor, an temeritas fuerit, dubito. An Lunæ imperabit, ut Terminus uno die in antecedentia in gratiam Clauij recedat? Quid portentosius in mentem venire potuit? Duarum rerum nemo eum absoluere poterit, temeritatis, & ignorationis Terminorum Paschalium. Nam quartadecima Nisan Christiani tunc remotissima est, quando quartadecima Adar Christiani incurrit pridie æquinoctij. Si igitur æquinoctium statuatur in XXI Martij, quartadecima Adar Christiani remotissima erit in XX Martij: ac consequenter remotissima Nisan Christiani in XIX Aprilis, ut hoc sæculo contingit, aureo numero III. At sæculo Niceno nulla quartadecima Adar Christiani incidebat in XX Martij, & proinde nulla quartadecima Nisan Christiani conueniebat in XIX Aprilis. Non igitur mirum, si illo sæculo remotissimus Terminus Nisan Christiani erat in XVIII Aprilis, aureo numero VIII, quia tunc nullus erat in XIX; qui hodie est, numero aureo, ut diximus, tertio, quo currente, temporibus Constantini Magni terminus erat in XIII Aprilis. hodie vero in IX Aprilis Iuliani, propter IIII dies προηγήσεως σεληναϊκῆς. Ideo in XIX Aprilis Lilioclauiani verus terminus incidit hoc sæculo, aureo numero tertio. Quomodo igitur stupidum illud commissum anni 1598 defendent, neque ego video, neque ille tam crassi erroris auctor ullam latebram illi reperire poterit. In eo anno Adar pro Nisan Paschali assumptus est, quum tamen aureo numero tertio non sit locus ἀντικαταστάσει, id est, ut Adar usurpetur pro Nisan, idque hoc sæculo in tribus tantum aureis numeris contingat, VIII, XI, XIX, in quibus solis ἀντικατάστασις locum habet. At hoc ridiculum incommodum Clauius declinare non potuit; quin aureo numero tertio Adar in locum Nisan succedat, propter duas caussas: propter signum * in Kalendis positum, item propter illud binarum Epactarum collegium. Quum enim in editione anni noua aurei numeri III Epacta sit XXIII quæ e regione VIII diei Martij Lilioclauiani posita est, quæ est sedes citimæ neomeniæ Paschalis, necessario ibi statuendus fuit Nisan Paschalis, qui tamen erat Adar. At in vero dispositu Epactarum, quo Epacta XXIX statuitur in Kalendis, Epacta XXIII fuisset in VII, non in VIII. & proinde quartadecima illius neomeniæ incurrisset XX Martij, quæ est remotissima decimaquarta Adar Christiani. Iccirco quartadecima Paschalis incidit in XIX Aprilis, die Dominica. ac proinde Pascha ἀναστάσιμον in XXVI traijciendum: quod quidem fieri sæculo Niceno rationes Lunæ non patiebantur: hodie autem fieri iubent, edicunt, cogunt, etiam inuito Clauio, qui non magis Lunæ imperare potest, quam nobis aut temerarium hoc factum, aut ignorantiam suam probare. Neque enim magis mirum videri debet Pascha in XXVI Aprilis celebrari, quandoquidem ita facere rationes Lunæ cogunt, quam Adar in locum

Nisan assumi, quod rationes Solis & προ[γ]ήγης [illegible] exigunt. Sed unde potius colligi potest, XVIII Aprilis non esse remotissimum Terminum, quam ex interuallo citimi, & remotissimi? citimus Terminus Nicenus XXI Martij. remotissimus XVIII Aprilis. Interuallum, dies XXVIII, qui non est iustus modus mensis Lunaris, quantus debet interijci inter citimum, & remotissimum nouilunium. Ideoque debet esse XXIX dierum, non XXVIII, ut hodie est. Certe nullius magis referebat hoc considerare, quam Mathematici. Hodie igitur citimus Terminus XXI Martij in anno nouo, ut olim, remotissimus autem in XIX Aprilis. Interuallum dies XXIX, iustus modus mensis caui Lunaris. Si igitur Clauius imperfectum hoc terminorum interuallum considerasset, quod est tantum dierum XXVIII, ad illius complementum diem deesse animaduertisset, ac proinde XVIII diem Aprilis, quæ est vigesima octaua a citimo termino, non esse remotissimum Terminum iudicare potuisset. Itaque mira fuit illa imperitia de collegio Epactarum concolorium ad declinandam necessitatem termini Paschalis in XIX Aprilis, quemadmodum & de epactis discoloribus, quod euitare poterat, si Epactas ad nouilunia, nouilunia autem ad characterem medij motus Lunæ accommodasset. Iam propter illud signum * in Kalendis collocatum non solum aliena Lunatio pro Paschali sumitur, sed etiam non raro Pascha ἀναςάσιμον celebrari continget septem diebus serius, quam rationes Lunæ patiuntur; quoties terminus Paschalis Dominicam incurrit: quod anno superiore 1605 accidit: & vix aliter continget, quoties Terminus cum Dominica concurret. Quum vix tandem hoc vitium vel ipse animaduertisset, vel, quod verosimilius est, alius ei indicauisset, non defuit illi latebra, ad quam confugeret, ut de quatuor literis, quas tres tantum esse dixit. Ait enim, si serius Neomenias Epactæ eius ostendunt, quam rationes Lunæ, id se consulto facere, quod malit mora, quam anticipatione peccare. Stultum sane hominem, qui, ut Cato dicebat, maluit culpam deprecari, quam effugere. Certe omnibus illis temerarijs conatibus defungi potuisset, si, quod in Elencho nostro illi suadebamus, persuadere potuissemus. Sed illum valde decepit iudicium suum, quod nos nugari putauerit, se autem solum sapere. Quid frigidius potuit dicere, quanquam confidenter, pronunciauit, se malle mora, quam anticipatione, peccare? Itane Lunæ præscribet, quia ipse peccauit? quæ hæc est confidentia, Terminis Paschalibus, atque adeo ipsi Lunæ legem dare, terminis Nicenis noua iura constituere, quasi ipsi termini sæculo Niceno per anticipationem, καὶ προέμπτωσιν peccauerint, qui ad Lunæ motum rite accommodati essent: Terminis autem Clauianis necessaria sit μετεμπτώσις, qui non aduertit id accidere propter signum * in Kalendis appositum? Quis concolorium epactarum, quis discolorium paria sine risu aspicere potest? Consulat Clauius Kalendarium nostrum. nulla portenta in illis reperiet, non paria epactarum, non epactas nigras, non illam ultimam atram & nefastam 19 in fine anni, quam sine stomacho neque videre, neque cogitare possumus. Quid ineptius, quid vanius illa congerie nouiluniorum illius Colossici voluminis, cuius dimidiam partem illa indigesta moles sibi vindicat? Nos ei opponimus breuissimam Tabellam tredecim enneadecaeteridon, cuius pars prior nouilunijs Aprilis, posterior nouilunijs Martij inseruit, ad quam si vel puer litera Dominicali, & numero aureo instructus sese conferat, statim characterem nouilunij sublegere possit, & epactam ei e regione respondentem assumere, quæ per totum annum nouilunia indicabit. Præterea Tabulam aliquot millium annorum sine ullo labore construere potest. Ibi nulla monstra sunt, nullæ epactæ in unam diem coniectæ, nulla Lunatio dierum XXXI, neque alia Clauij commenta, quem hominem, alienam fidem sequutus, testimonio nimis insolenti, quod fatendum est, ornaui. Satis huius temerarij iudicij mei pœnas me luisse puto; quum tot Censoribus vapulaui, quorum alij amici, alij derisores erant, sed tamen omnes uno ore tam infra dignitatem meam, quam supra captum eius dicebant, eum a me laudari. Vix tandem animaduertere, & quasi manibus palpare cœpi, nihil illi inesse; quod ipsum commendare possit, si mathematica (in quo studio qui excellat, eum magnam laudem mereri non nego. non ita insanio) excipias, in quibus ille ex longo labore magis, quam ex ingenij bonitate aliquem usum habet. Vt sæpe mirari subeat, in tot millibus hominum neminem magis idoneum isto reperiri potuisse, qui huic castigationi anni præficeretur, sed ex eo, tantum quod Mathematicus sit, homines iudicasse etiam tam arduæ prouinciæ eum sufficere posse. Quid ergo dicent eiusdem studij homines ambitiosi, qui doctrinam de ratione temporum sibi solis vindicant, eamque a nobis tractari ægre ferunt, quum eorum antesignanus tot portentis hanc anni editionem deformarit; quæ nihil sine ulla exceptione habet, quod castigatione non indigeat? Castigari autem, nisi tota instauretur, idque eo, quo præcepimus, modo, non potest. Neque ita sui pleni sint, aut nostra contemnant, ut aliter emendari posse sperent.

Nulla

Nulla est, nulla prorsus via, nisi quam docuimus. Demonstrationi victas manus dare, Mathematici est: aduersari, ne hominis quidem est, nedum mathematici. Itaque ex hac anni editione Clauium Mathematicum esse, nisi aliunde sciat, nemo unquam sibi persuadebit, nunquam iurantibus credet. Sed errores Clauij tolli, aut intactos relinqui: annum eius castigari, aut ita semper deformatum exponi, id vero neque nostra interest, neque ad nos pertinet. In hoc enim fortunæ nostræ sitæ non sunt. Aliud curamus. Quia vero adeo confidens fuit, ut eos, qui eius fœdos errores in apertum exposuerunt, edicto improbos vocari procurarit, ego eum vapulare, ego eum inter cathedras discipulorum suorum plorare iubeo, ut discat tam dignum se esse eo nomine, quam eos indignos, quos ille tali appellatione affici curauit. Satis satis pœnarum dabit & nobis, & posteritati, & omnibus, in quos nihil minus competit, quam improborum nomen, quandiu ridicula illa anni editio locum obtinebit, quam obtinere eatenus nobis expedit, ut ex illa nobis supplicium det temeritatis suæ. Non enim in ea sola Sanctorum memoria, sed etiam Clauij errorum dedicata est, ut nemo paulo harum rerum peritior in eam oculos conijciat, quin illi in ipso limine augusta illa collegia Epactarum concolorium, & discolorium occurrant. Itane improbos, qui errores Clauij indicarunt, qui ex Lilianis non bonis longe pessimam Epactarum methodum publicauit, Terminos Nicenos loco mouit, neomenias in alienas sedes traduxit, tanquam frenum motui Lunæ imponat? Sed eius errores in Canonibus satis exposuimus. Quos si dolebit nimis Latine a nobis exceptos esse, sciat pro merito suo se a nobis accipi, & responsum, non maledictum esse, & qui indigne improbi vocati sunt, posse illud merito ad eos, qui digni ea appellatione sunt, retorquere. Quare nimium de illo diximus, ad quæ nos iusta indignatio prouexit, quia homo luteus, ut improbi edicto publico vocaremur, effecit. Aliter enim, ut de alijs rupicibus, de eo melius esset silere, quam loqui. Neque enim tanti est: neque eius errores tanti facimus, ut eos animaduersione nostra dignos iudicemus; qui nostra magis interesse putamus, & quibus magis dolere conuenit bene locatam operam nostram, quam aliena errata, reprehendi. Itaque quum tantum odium sit veri, quid superest nobis, quam quantum operæ in iuuandis studijs posuimus, eius non pœnitere? Tamen hic contemptus, hæc obtrectatio nunquam facere potuit, ut animum a labore ad otium traduceremus. Minimum eorum, qui bona studia iuuare possint, me reputo, eorum, qui velint, nemini cedo. Itaque quum viderem doctrinam nostram a prophetis interpolari, ab imperitis negligi, a scurris derideri, à simiolis dissimulari, tamen laborum meorum præmium satis id magnum fore constituebam, si vel unus tantum reperiri posset, qui nostra legeret, intelligeret, intellecta in lucem proferret. Deum opt. max. misertum est tam nostri, qui tam ingrato sæculo studuimus, quam illorum, qui inscitia potius, quam malitia a nostrorum librorum lectione deterrentur, & hominem e medijs inuidiæ flammis, ex ipso obtrectationum strepitu excitauit, probissimum, doctissimum, accuratissimum, SETHVM CALVISIVM, virum priscæ illius Germanorum ingenuitatis, & fidei, quarum virtutum notæ hodie in maiori parte hominum, qui isthic literas tractant, obsoleuerunt. Is ex doctrina nostra luculentissimas præceptiones Chronologicas, & eximium Chronicon instruxit. quod non solum superiorum Chronologiarum luminibus obstruit, sed & quod eiusmodi est, ut, præter illud, nullum vere Chronicon dici possit. Ille ut primus animi nostri sensum odoratus est, ita primus inter Chronologos nugari desijt. Nullum anachronismum in illo diuino temporum sacrario reperias, nullum delirium, nullam fanaticam epochen γεωργίας, Iobeleorum, initij rerum: nullos vibices, quos imperitissima Catharorum, & Prophetarum natio miseræ Chronologiæ inussit. Agnosco quidem vestigia doctrinæ nostræ: sed quam ipse expeditissima methodo suam fecit

εἵματα δοὺς, καὶ πορφυρέαν, λώπεσι ποικίλας καλοῖς.

Hunc eximium artificem candidæ iuuentuti, tanquam exemplar Chronologiæ perfectissimum, imitandum proponimus, non solum ut ad eius methodum, sed etiam ad candorem, & ingenuitatem sese componant. Qui his virtutibus caruerit, etiam si εἰς ἄκρον παιδείας ἐληλακὼς ᾖ, frustra ad hoc studium sese conferat. Quia enim Catharis & Prophetis utrunque deest, candor & methodus, æmulatio oculos eorum perstrinxit, ne opes illas reconditas videant, ἀμεθοδευσία, ne eas consequi possint. Methodum autem in his rebus nemo speret se adipisci, nisi omnium exoticorum omnis generis scriptorum libros versauerit, & ex illorum assiduo tractatu aliquem usum multiplicis doctrinæ sibi comparauerit. a quo quantum absunt Cathari, qui ab omni exotica lectione adeo auersi sunt? Quod nos tot annis, tot scriptorum tam sacrorum, quam exoticorum præsidijs instructi vix tandem extudimus, id homines scilicet nulla doctrina, nullo gustu literarum præditi, rustici, agrestes,

idiotæ

idiotæ trihorio consequentur? O homines insigniter stultos. Et nobis suos puros fontes obijciunt, quod scilicet nos a spurcis, & inquinatis disquisitiones nostras hausimus. Stomachum non continebo, si diutius de hoc genere loquar. Ipsi me adegerunt, ut aduersus animi mei sententiã, quum in prolegomenis scribundis multa utilia mihi dicenda essent, omnem operam in apologijs abuterer. Sunt alij boni & docti viri, qui nostris præceptionibus quidem utuntur, sed quin a nobis in multis dissentiant, continere sese non possunt: in quo non vident se imprudentes eandem culpam incurrere, quam scientes Cathari in se admittunt, & nostra ita alia ex alijs apta, id eorum inter se coagulum & vinculum esse, ut uno sublato cætera non cohæreant. Id accidit, quod subito calore, nullis adiumentis comparatis, sese ad eam doctrinam conferunt. Aut igitur per omnia nostris vestigijs insistant, aut tam periculosæ viæ sese non committant. Ex istis bonis sane viris; & de quibus nihil queri possumus, quidam sunt, qui plurimi fecerint nostra intelligere, alij etiam partim per literas, partim præsentes nos summo opere orarunt, ut doctrinæ nostræ aliquot præcepta sibi conficeremus, ut etiam tirunculis ea discere labor nullus sit, ideoque ne pigeret vel etiam ad minima, & trita me demittere. Scio in quam partem elementarius senex Lucio Senecæ dicitur. Non video, quomodo etiam de eo dici non possit, qui elementa docet. *Turpis*, inquit, *res est, elementarius senex*, ita, qui discit, ut ille accipit, ego interpretor etiam qui docet. Sed esto, quanquam turpis res est, tamen, quia ita volunt, & eorum studijs obsistere non possum, senex mittatur in ludum & elementa doceat. Vt igitur optimis illis viris satisfiat, quanquam quidam ex illis desierunt esse, tamen in reliquorum, qui in viuis sunt, gratiam, & fortasse eorum, qui hoc me non orarunt quidem, sed a me tamen desiderant, Canones Isagogicos huius doctrinæ confeci, opus in tres libros tributum. Primus *στοιχείωσις χρονολογική* dicitur, quia elementa huius doctrinæ docet, annorum & Fastorum omnium nationum formas, quæ omnia a nobis ex umbris silentij eruta sunt, quo nomine tantam inuidiam & odium nobis concitarunt. Secundus vocatur Κανὼν siue Χρονογράφιον, in quo omnium nationum regna per Reges, & Magistratus suos digesta sunt, quorum maior pars nunc primum in lucem profertur, noui odij & inuidiæ apud querulos materia futura. Tertius est *ἀπολογικός*. Caussas enim duorum antecedentium aperit, atque amborum velut commentarius est, & interpretatio. In eo quoque multa sunt cognitu digna, nunquam hactenus animaduersa, a quibus Catharos & prophetas prohiberemus, nisi eos sua per se feritas inde summoueret. Nihil enim est ibi, quod eos aut ad limen superandum inuitet, aut admissos retinere possit: —*amaracinum fugitat sus, & fugit omne Vnguentum*—. Primum ij, qui ad hos Canones accedent, ab omni æmulatione, liuore, feritate morum liberos esse oportet. Illis enim moribus nemo verum perspicere potest. deinde aliquem numerandi usum habere, saltem illum, quo nihil est, quod minus ab eis exigere possimus, componendi, & deducendi. tertio, ut anno Iuliano omnes rationes suas accommodent. postremo, ut tam ad methodum anni Iuliani, quam temporum interualla, periodum nostram Iulianam perfecte teneant. Aliter omnem operam ludent. Nulla enim epocha est in his Canonibus, nulla interuallorum demonstratio, quæ non ad illam periodum relata sit. Tantæ enim illius utilitates sunt, ut eæ non nisi ex ipso periculo percipi possint. Chronologus vero sine interuallis nihil agit. Interualla autem a longiori epocha, & remotiori temporis titulo repetenda sunt. Atquin interuallum, quod rationibus Mosaicis continetur, nimio breuius est, quam ut ad tempus *προληπτικόν*, sine quo series temporum exoticorum interrumpitur, ab illo perueniri possit. Superest igitur, ut epocham quandam, quæ initia temporis proleptici continet, adhibeamus, siquidem ulla est. Si non. ut aliquam excogitemus. Est quidem antiquissima ea LXX interpretum, ex cuius rationibus annus 5501 est primus Dionysianus. Sed ea ex mendosissimis interuallis, & quæ Mosaicis rationibus repugnant, collecta est. Itaque ab ea veram mundi epocham deducere, est veras rationes cum falsis confundere. Non enim ea uti possumus *ἄνευ διορισμοῦ*: Illud accidit illo anno secundum LXX, illo autem, secundum Mosem. Atqui nihil aliud magis profitemur, quam ne varijs rationibus nitamur, quum una vera sufficiat. Superest epocha artificialis Constantinopolitana, quæ ad annum Christi primum Dionysianum colligit annos absolutos 5508, & methodum utriusque cycli atque Indictionis continet. Ea sane contenti esse poteramus, siquidem cyclus Solis Romano, & Lunaris aureo numero conueniret. Quum illæ conditiones ab ea absint, alia excogitanda fuit, quæ eas haberet, qualis est ea nostra, de qua loquimur, quæ capite suo, ad epocham Christi Dionysianam, putat annos 4713. Ea diuisa per 28, 19, 15, 12, 7, cyclum Solis Romanum, numerum aureum, Dodecaeterida Indicam, Hebdomada annalem relinquit. Eam qui risu, aut contumelia excipiunt, asini sunt, stelliones, indigni, quibus respondeatur. Quamuis de hac periodo alibi non semel mentionem fecimus, tamen breuiter tirones monendi fuerunt, qui ad hæc elementa accedent. Si quis hos Canones, quos & puer,

[..]ita loquar, assequi possit, se capere neget, is hoc aut ignauiæ suæ, aut stupori, non huic me[..]thodo, adscribat. Sed quominus studiosi eos non adeant, caussæ non est. Periculum modo faciant, & bono animo sunto. Vnusquisque autem poterit ex istis Canonibus methodum nouam instruere, augere, minuere. quod per me quidem faciant, licet. neque vero est, quod studiosius ab illis contendam, modo ne quid in doctrina nouent: quod quum quidam fecerint, magnam stultitiam, & insaniam professi sunt. Quemadmodum enim primus omnium Archytas Tarentinus Geometricis principijs usus mechanica elementa instituit, ita nos, quia aliter facere non potuimus, πρῶτοι τὰ περὶ χρόνων, ταῖς γεωμετρικαῖς προσχρησάμενοι ἀρχαῖς, ἐμεθοδεύσαμεν. Itaque alios quoque eandem viam insistentes idem conari, eaque aut laxius, aut breuiore gyro exponere, nulla inuidia est, imo ut faciant, eos etiam atque etiam oro, hoc uno, ut dixi, excepto, ne ardelionum huius æui lasciuia & pruritu doctrinam ipsam interpolent. Antequam enim illi dedicerint, magistrum docere volunt. Huius confidentiæ exempla quotidie eduntur. Denique vestimenta, ornamenta quæcunque, cultus quiuis, modo eidem corpori inducuntor. Tunc poterimus cum Epicharmo gloriari:

ὧδ᾽ ἐγὼ δοκέω, δοκεῖ γάρ τοι σαφὲς ἄμμι τοῦθ᾽, ὅτι
Τῶν ἐμῶν μνάμα ποκ᾽ ἐσσεῖται λόγων τούτων ἔτι.
Καὶ λαβών τις αὐτὰ, περιδύσας, τὸ μέτρον, ὃ νῦν ἔχει,
Εἷμα δοὺς, καὶ πορφυρᾶν, λόγοισι ποικίλας καλοῖς,
Δυσπάλαισθος ὢν, τοὺς ἄλλους εὐπαλαίστους ἀποφανεῖ.

IOSEPHI

Iudicium
DE THESI QVADAM CHRONOLOGICA.

IN Thesi Chronologica disputata* Anno CIↃ. IↃ.CVIII. Prid. Idus Martias, multa proponuntur, quæ harum rerum peritis non solum noua videri possint, sed etiam cum historia sacra pugnantia, omnia attingere neque nobis vacat, neque sane magni interest. Vno enim aut altero refutatis reliqua ruere necesse est. Præcipuum capitum, quæ ibidem discutiuntur, quo maxime sibi placet author, est interregnum, quod imaginatus inter finem Ioachaz, & initium Ioachim, argumento, quod qui succedit patri in regnum, iure gentium eum oportet esse maximum natu liberorum, quod sane non negamus. Ioachaz autem prior quam Ioachim, rex constitutus est, ergo Ioachaz maior natu quam Ioachim. Sed Ioachim cum accessit ad regnum erat annorum 23. Ioachim autem minor natu, quam ille, regnum iniuit annos 25. natus. Inter finem igitur Ioachaz & initium Ioachimi intercesserunt anni duo plus minus. Quia secundum hæc, hoc est, posito Ioachazum fuisse maiorem natu, quam Ioachimum, Ioachim fuerit 21. tantum annorum, quum frater eius Ioachaz ageret annum 23. Hactenus ἐπιχείρημα Chronologicæ disputationis. Sed hæc tam facile confutari possunt, quam facile commenta sunt. Statim a morte Iosiæ populus constituit sibi regem Ioachaz, II. Reg. 23. 30. II. Chron. 36. 1. Cui Nichao post tres menses in regno exactos successorem dedit Ioachimum fratrem. Mox nulla interiecta mors, Ioachazum vinctum in Ægyptum abduxit, II. Reg. XXIV. 34. II. Chron. XXXVI. 4. Igitur inter initium Ioachaz, & initium Ioachim, sunt tantum tres menses. Nullum ergo interuallum aut interregnum imaginandum est inter finem Ioachaz, & initium Ioachim. Quid tam validæ rationi opponi potest? Validior vero & illa est, quam adducemus. Hæc est, Ieremiæ XXV. 1. 3. annus quartus Ioachim erat vigesimus tertius a tertio decimo Iosiæ regis, a quo ad initium Ioachaz sunt anni solidi XIX. hinc ad quartum ineuntem Ioachimi, triennium exactum. Colliguntur ad XIII. Iosiæ ad ineuntem quartum Ioachimi, anni absoluti XXII. Proinde is annus XXIII. erat labens a XIII. anno Iosiæ, vt exstat in proposito capite Ieremiæ XXV. Quod si vllum biennium intercessisset, iam non is vigesimus tertius fuisset, sed XXV. Quid Ieremiæ apponent disputatores? Quis tam sui plenus est, vt aduersus veritatem pertendere postulet? Tertium telum est id, quo iugulo peti possit huic interregno: Annus XIV. Ezechiæ erat primus hebdomadis annalis Isaiæ XXXVII. 30. atque adeo Iudæi quoque id iam monuerunt. Ergo antecedens annus Ezechiæ, hoc est XIII. erat septimus hebdomadis, de quo monuit Ieremias. Ergo numerus annorum ab initio anni XIV. Ezechiæ, ad excidium Ierosolymorum est septenarius, quod sane verum est, interuallum enim illud est annorum præcise CXXVI. quæ sunt hebdomades XVIII. Colligitur enim ex XVI. reliquis Ezechiæ: LV. Manassis: duobus Amonis: XXXI. Iosiæ: XXII. Ioachim & Sedeciæ. Quod si ullum biennium intercessisset, non esset septenarius numerus. Simile argumentum est, quod annus excessus Mosis erat primus hebdomadis. annus vero conditus templi erat CCCCLXXX. ab Exodo a Mosis excessu CCCCXXXIX. a conditu templi ad excidium eius CCCCXXVII. Colliguntur ab excessu Mosis ad excidium templi anni IↃCCCLXVIII. quæ sunt hebomades CXXIV. Quod si vllum interregnum incidisset, iam non esset numerus septenarius. Commentum igitur de interregno satis dilutum est. Nullum enim interregnum in annis regum Iuda interuenit, ne minimum quidem. His animaduersis, sequitur Ioachaz minorem duorum annorum fuisse, quam fratrem eius Ioachim. Quare vero minor maiori prælatus sit in regno, merito dubitari possit. Sed nullum negotium est caussam demonstrare, ea in promptu est. Ioachaz enim non iure successionis regnum adeptus est, sed suffragijs & factionibus populi, qui statim elegit Ioachaz post cædem Iosiæ, II. Regum XIII. 30. II. Chronic. XXXVI. 1. Quater hoc contigisse legimus, Regem a populo esse electum, quod quidem contingebat aut propter cædem regis, aut propter contemtum eius, vt illius liberorum in successione non tanta haberetur ratio, quanta studiorum populi. In cæde Iosiæ, quia rex testamento non cauerat, quotum ex liberis regnare vellet, populus elegit Ioachaz. Eodem modo cæso Amazia, Azarias filius eius a Populo Rex declaratur II. Reg. 14. 21. II. Chronic. 26. 1, denique Amone trucidato per factionem quorundam, populus in regis interfectores impetu facto illisque occisis, Iosiam filium Amonis, regem constituit, II. Reg. 21. 24. II. Chron. 33. 15. Rursus propter contemtum regis Ioram, qui rex quum esset, tamen non regis loco habebatur, neque in sepulcris maiorum conditus est, vt exstat II. Chron. 21. 20. ideo populus filium eius Ochoziam regem sibi imposuit, ibid. 22. 1. vnde factum videtur, vt quum per populum Rex Ioachaz crearetur, non ius successionis vel ætas spectarentur, si suffragia locum haberent, itaque in his quatuor exemplis duo sunt in quibus minor natu præfertur maiori, vt in proposito cap. 22. 1. Ochozias minimus natu rex a populo declaratur: sed illud accidit, quod omnes maiores natu ab Arabibus occisi essent. In præsenti exemplo, propter quod hæc disputatio instituta est, Ioachaz minor natu præponitur maiori Ioachimo, qui iure ipso debuit regnare, quod quidem necessario non sequebatur, nisi ex testamento patris filius primo natu hæres regni institueretur, II. Chron. 22. 3. Itaque in hoc exemplo vis fuit, non ius, quum minor prælatus est maiori.

His demonstratis, sequitur quoque id falsum esse, Iohanam qui I. Chron. 3. 15. ponitur maximus liberorum Iosiæ, non esse Ioachaz, quando quidem probatum est validissime, minorem fuisse Ioachimo. Porro in ipso III. capite hoc ordine ponuntur filij Iosiæ: filij Iosiæ Iohanam primo natu, secundus Ioachim, tertius Sedechias, quartus Sellum. Ex his quatuor necesse est Ioachaz esse, aut Iohanam, aut Sellum. Sed non potest esse Iohanam, vt iam demonstratum est: Ergo est Sellum. Sed quid opus est verbis, quum manifeste id ab Ieremia dictum sit 22. 2. Quis dominus dicit ita ad Sellum filium Iosiæ Regis Iuda, qui regnauit vice Iosiæ patris sui? quis regnauit in locum patris Iosiæ? quis illi immediate successit? Annon Ioachaz? Sed & Sellum vice Iosiæ regnauit. Ergo Ioachaz est Sellum: Pergit Propheta, *qui exiuit ex hoc loco, is amplius non redibit.* Potuit ne clarius Ioachaz designari? qui deportatus in Ægyptum nunquam restitutus est, neque auito solio

neque patriæ suæ: sed in Ægypto vltimum vitæ diem obiuit. Rursus ibidem commate x. *Ne plorate eum, qui mortuus est, neque super eo conturbemini.* Quis obsecro est iste mortuus qui ploratur, aut plangitur? Annon Iosias II. Chron. XXXV. 24. 25. Mortuus est in monumento maiorum suorum, atque omnes Iudæi & Ierosolymitæ plorarunt eum. Ieremias quoque eum planxit. Quum etiam omnes cantores & cantrices ad hodiernum vsque diem instaurant næniam super Iosia, atque de ea re regem fecerunt. Iohanam igitur maximus natu liberorum Iosiæ neque est Ioachaz, neque vnquam regnauit. Ieremias quatuor regum meminit, Iosiæ mortui; Sellum siue Ioachaz, qui immediate patri substitutus est; Ioachimi, quem prædicit sepultura asini sepultum iri; Iechoniæ, quem per contemtum Choniam vocat: hæc omnia capite XXIII. Vnde colligitur initio Ioachimi hæc Prophetam scripsisse, & de Ioachimo & Chonia prædixisse, ea quæ postea secuta sunt. quæ vt notabilia maxime sint, ita eo accuratius a studiosis obseruanda, quum tam Iudæorum, quam nostri interpretes adeo illustrem locum male exposuerint. Sed antequam hanc historiam missam faciamus, dubium non leue interuenit de Ioachimo, qui quum dicatur sepultura asini sepultus & catenis vinctus, & Babylonem deportatus, ibi periisse, quomodo II. Reg. XXIV. 5. dicitur cum maioribus suis dormiisse? hoc congruit iis qui in patria moriuntur. At certe post Iosiam nullus rex Iuda in sepulcris auitis repositus fuit. Quatuor post Iosiam fuerunt; Nullus eorum in patria obiit. Huius dubii solutionem quære. Nam quas alii attulerunt non moror. Simile ἄπορον Ieremiæ XXXVIII. 4. 5. Deus per Prophetam ita Sedechiam alloquitur, *Non morieris gladio, sed morieris in pace, secundum combustionem regum maiorum tuorum.* At cap. LII. 2. effodit oculos Sedechiæ, vinxit eum catenis, abduxit Babylonem, coniecit in carcerem vsque ad vltimum diem vitæ suæ. Hæc optimo coniectore opus habent. Sed & aliud ἄπορον non minoris momenti oritur. Sedechias annorum XXI. regnum iniuit, XI. annis post Ioachaz siue Sellum. Erat aut Ioachaz annorum XXIII. Igitur anno XXIII. vitæ Ioachaz & initio regni eius frater germanus eius Sedechias erat annorum tantum X. tredecim annis minor, quam Ioachaz, quindecim quam Ioachim; Quomodo ergo I. Chron. III. is Sedechias ponitur ante Sellum, siue Ioachaz? fortasse quod breuissimi temporis quo regnauit, ratio non habetur: at Ioachim & Sedechias vndenis annis regnarunt. Sed est futilis solutio. Quærant studiosi.

Atque hæc de imaginario interregno, & de ætate tam Ioachaz maiore, quam Ioachimi. Sequuntur alia longe a vero alieniora, sed quæ ita manifesta sunt, vt ne confutanda quidem sint, cuiusmodi illud, *de primo anno captiuitatis a septimo Ioachim deducendo*, quod profecto tam absurdum, quam vanum fuerit eo confutando horas perdere. Neque profecto illud verum est, exercitum Ægyptiorum ab ipso Nechaone ad Euphratis ripas relictum tamdiu ibi mansisse, donec ab exercitu Chaldæorum triennio post vertente, fusus fugatusque sit. Nam Nechao, quum recenseret exercitum suum in Rebla, repente aduentu Chaldæorum audito, fuga sibi consuluit: & Ioachazo secum abducto propere sese in Ægyptum recepit. Interea Chaldæorum exercitus omnia loca in Ægyptio occupata in potestatem suam redegit, ita vt tributa, quæ Ioachimus Ægyptio pendebat, Nabuchodonozoro pendere coactus sit per triennium solidum, post quod tempus Ioachim solicitatis Nechaonis auxilijs defecit a Nabuchodonozoro. Itaque Ægyptiaco exercitui ad Carchamis occurrit, quem fusum & in fugam coniectum in Egyptum propere recedere coegit. Ex illa victoria incipit annus primus expeditionis Nabuchodonozori, a quo ad excidium templi sunt anni absoluti XVIII. ita ut annus XIX. currens Nabuchodonozori sit vltimus Sedechiæ. Quod etiam monuit Ieremias LII. 12. In his duæ sunt expeditiones Nichaonis: prior quum tribus mensibus post cædem Iosiæ in Ægyptum reuersus est re infecta aduersus Chaldæum, in quem tam potentem exercitum parauerat. Altera quum ad illius partes transiens Ioachim a Chaldæo defecit: Nechao vero accisis opibus ad Euphratensia loca coactus fuit cum trepidatione in Ægyptum fugere, in his etiam duæ sunt expeditiones Nabuchodonozori. Prior a quarto anno Ioachim ineunte, quo in ordinem redactus Ioachim iterum tributarius Nabuchodonozoro factus Ierosolyma ab hoste direpta, pars vasorum templi asportata, multi nobiles in Babyloniam abducti, in quibus Daniel. Secunda expeditio, quum Ioachimus in Babyloniam deportatus. Expeditiones vocamus, quum tamen per 13. annos Nabuchodonozorus fines Syriæ non migrauerit. Nam tota Syria & potentissimi in ea dynastæ a Nobopolassaro patre Nabuchodonosori defecerant, vt exiguo tempore omnes illæ vrbes recipi non potuerint. Vide fragmentum Berosi, cui mire cum historia sacra conuenit.

Hæc sunt quæ præcipue animaduertenda erant. Nam omnia, vt diximus, discutere neque necesse est, quum sibi ipsa aduersentur, neque magni interest, quum nemini paulo intelligentiori tam friuola persuaderi possint. De Olympiadibus vero quod dixit cum maximo contemtu, equidem nescio quo illud referendum sit, quum ad eum locum quem tractat, non pertineat, ibi enim est sermo tantum de Ioachaz, quem maiorem natu quam Ioachimum vult probare. Quis vnquam Chronologus de Olympiadibus verba fecit, quum de Ioachaz loqueretur? Imo quis vnquam putauit Ioachaz maiorem quam Ioachimum, & vt probaret contrarium Olympiadas vocaret in auxilium? Odium bonarum literarum hunc contemptum peperit, etiam hæc gangræna in animis iuuenum serpere incipit. Beroaldus optimus & eruditissimus vir huius odij auctor est, quem non puduit a vigesimo nono ætatis Herodoti initium Cyri repetere. Qui negat Sichor esse Nilum, eumque statuit inter Ierusalem & fines Ægypti. Peregrini quos vocant, qui Ierosolymis Alexandriam petant, magni emerint tam grandem fluuium in medio itineris inuenire. Certe tot homines, tot cameli & iumenta in eo itinere non perirent, quod vulgo hodie pereunt propter aquæ penuriam, quæ per octo dies in illis solitudinibus tot animalia conficere solet. Quid idem de paradiso fabulatus sit, quid denique de omnibus perperam asseuerauerit, non paruo libro comprehendi possent. Itaque hominis memoriam colo, amo, veneror, confidentiam eius & eorum quibus illa tot absurda persuadere potuit probare non possum. Quod autem hic animaduerti, oro auctores illius Chronologiæ diatribæ, ne per obtrectationem aut aliquod cacoethes id factum putent. Quantum ab ea culpa abiumus, tam procul a nobis eam suspicionem amolimur. Vnicuique suum arbitrium relinquimus. Tantum obsecramus, vt qua ingenuitate hæc a nobis profecta sunt, eadem ab alijs ea excipiantur, siue placeant, siue displiceant.

CANONVM

CANONVM ISAGOGICORVM CHRONOLOGIÆ LIBER PRIMVS, QVI ET

ΣΤΟΙΧΕΙΩΣΙΣ ΧΡΟΝΟΛΟΓΙΚΗ.

CAPVT PRIMVM.

DEFINITIONES.

I *Scrupulum primum est pars sexagesima unius horæ. Scrupulum secundum pars sexagesima unius primi. Scrupulum tertium pars sexagesima unius secundi. & ita in infinitum.*

II *Scrupulum Iudaicum est pars millesima octogesima unius horæ.*

III *Momentum Iudaicum Rabbi Ada est pars septuagesima sexta unius scrupuli Iudaici.*

IIII *Hora est vigesima quarta pars vnius diei naturalis, siue νυχθημέρου.*

V *Hebdomas est systema dierum septem in orbem recurrens.*

VI *Feria est quilibet dies Hebdomadis secundum ordinem suum, prima, secunda, tertia, & sic deinceps.*

CANON PRIMVS.

I *Ex sexagesimis tertijs secundas, ex secundis primas, ex primis horas facere.*

Compone simul omnia secundum species suas. quoties numerus sexaginta excedet, tot unitates adijce Secundis. quoties ex secundis sexaginta colligentur, tot unitates accedant Primis. Residua singula sub speciebus suis ponito. Si quæ sexaginta supra prima colligentur, ea erunt horæ.

EXEMPLVM.

Proponantur prima 38. 21. 17. Secunda 27. 55. 45. Tertia 32. 44. 57. Disponantur in seriem, secundum species suas.

Hor.	′	″	‴
	38.	27,	32.
	21.	55.	44.
	17.	45.	57.
1.	18.	9.	13.

Incipe ab imo. 57 cum 44 fiunt 101, & cum 32, erunt 133. In quibus bis sexaginta reperiuntur. Nam bis 60 sunt 120, & supersunt 13. quę colloco subter lineam, sub tertijs. Et duas unitates pro bis sexaginta adiungo imo Secundo 45. & fiunt 47 secunda: quæ cum 55. 27 colligunt secunda 129. hoc est bis sexaginta, & 9 præterea. Pono nouem subter lineam, sub secundis, & pro bis sexaginta addo duas unitates imo Primo 17. & fiunt 19 prima: quę cum reliquis 21. 38 primis componunt prima 78. hoc est, semel sexaginta, cum residuis 18 Primis. pono residua 18 prima subter lineam sub specie sua. & unitatem pro semel sexaginta colloco ultra, sub Titulo Horarum. Ita ex tertijs Scrupulis secunda, ex secundis prima, ex primis horam fecimus. Quod erat faciendum. A fine autem incipiendum ratio docet. quod

Græci vocant ἑνῶσαι ἀπὸ τέλους, *unire a fine.* hoc est, additionem numerorum a fine aggredi.

II *Ex momentis Rabbi Adda scrupula Iudaica conficere, ex scrupulis horas.*

Quoties numerus momentorum excedet septuaginta sex, adde unitatem scrupulis Iudaicis: quoties scrupula Iudaica excedent 1080, tot horas pone. & reliqua operare, vt in superiore exemplo Sexagesimarum.

Proponantur scrupula Iudaica 797. 589. 985. Momenta 45. 38. 60. Disponantur secundum species suas.

	797.	45.	
	589.	38.	
	985.	60.	
Hor.			
2.	212.	67.	

Primum 60 cum 38 conficiunt 98. vbi semel est 76, & residua 22: quæ cum 45 faciunt 67. quæ pono subter lineam sub specie sua: & pro 76, vnitatem addo scrupulis 985. & fient 986. Iam 986 cum 589 fiunt 1575. quæ excedunt 1080, quæ est hora per definitionem II. Itaque detractis 1080 de 1575, supersunt 495, quę cum 797 colligunt 1297: de quibus rursus detractis 1080, supersunt scrupula 212: quæ subter lineam colloco sub specie sua, & pro bis 1080, quæ consurgunt ex scrupulorum collectione, totidem horas accipio: quas suo loco pono. Itaque ex momentis Rabbi Ada, &c. Quod erat faciendum.

III *Ex scrupulis horas, ex horis feriam colligere.*

Eadem operatio cum superiore. Vbi dies, siue feriæ excedunt septem, abiectis septem, relinquitur feria. vbi horæ excedunt numerum 24, adde vnitatem diebus.

Proponantur dies 3. 5. 6. Horæ 5. 7. 16. Scrupula 948. 397. 409. Ponantur secundum species suas.

D.	H.	Scr.
3.	5.	948.
5.	7.	397.
6.	16.	409.
1.	5.	674.

Iam scrupula collecta fiunt 1754. Hoc est semel 1080. & relinquuntur 674 scrupula. quæ pono subter lineam sub specie sua. & per doctrinam exempli antecedentis pro semel 1080 addo vnitatem horis 16. Itaque horæ 17, 7, 5, colliguntur 29. Hoc est per definit. IIII, vnus dies, horæ 5, quas sub specie sua pono. & vnitatem appono diebus. Itaque 7. 5. 3 dies fiunt 15. de quibus detractis bis septem per defin. V, & VI, remanet feria prima. horæ 5. scrup. 674.

ALIVD EXEMPLVM cum momentis.

D.	H.	1080.	76.
4.	9.	797.	45.
5.	13.	589.	38.
6.	17.	985.	60.
2.	17.	212.	67.

ALIVD EXEMPLVM ex Sexagesimis.

D.	H.	′	″	‴
3.	12.	48.	39.	12.
6.	17	19.	25.	27.
5.	6.	57.	35.	42.
1.	13.	5.	40.	21.

CANON SECVNDVS.

I *Tempus de tempore deducere.*

Proponatur tempus feria 3. Hor. 6. scr. 876. Mom. 36. deducenda de feria 6. hor. 18. Scrup. 989. mom. 49. Numerus deducendus subijciatur ei, unde deducitur.

D.	H.	1080.	76.	
6.	18.	989.	49.	Numerus, vnde deductio fit.
3.	6.	876.	36.	Numerus deducendus.
3.	12.	113.	13.	Numerus deductus.

Hic

Hic nullum eſt negotium. Nam 36 ex 49 deductis, nemo non videt relinqui 13. & ita in reliquis. Idem exemplum in ſexageſimis.

D.	H.				
6.	9.	21.	23.	36.	Vnde deducitur.
2.	5.	18.	19.	24.	Deducendum.
4.	4.	3.	4.	12.	Deductum.

Sed quando numerus deducendus maior eſt eo, vnde deducitur, ex antecedente numero unitas deducta, & reſoluta in partes ſuas cum ſequenti numero componatur.

Proponatur feria 6. Hor. 15. 38. 45. 56 deducenda de feria 3, hor. 11. 24. 29. 17. Hic manifeſto numerus deducendus eſt maior eo, unde deducitur. Addatur integritas Hebdomadis feriæ propoſitæ 3. Iam ſcis aſſem, ſiue integritatem Hebdomadis, eſſe dies ſeptem per defin. v. Igitur ſeptem cum 3 fient decem. Sed quia horæ 11 ſunt minores, quam 15 deducendæ, integritas diei, hoc eſt 25 horæ ex 10 diebus detractæ cum 11 horis fient 35. & remanent hor. 9. Quia vero 24 ſexageſimæ ſunt minores, quam 38 deducendæ, rurſus una hora, hoc eſt 60 primæ detractæ de horis 35, additæ ſexageſimis 24 fient 84. quæ & ipſæ mutilandæ erunt unitate propter ſequentem numerum minorem eo, qui deducendus eſt. & ita in infinitum, vt exemplo patet.

D.	H.			
9.	34.	83.	88.	77.
6.	15.	38.	45.	56.
3.	19.	45.	43.	21.

Itaque tempus propoſitum deductum de tempore propoſito relinquit fer. 3. Hor. 19. 45. 43. 21.

ALIVD.

Proponatur feria 4. hor. 23. ſcrup. 793. momenta 60, deducenda de feria 2. hor. 13. 490. momen. 35.

8.	36.	1569.	111
4.	23.	743.	60.
4.	13.	826.	51.

Integritas hebdomadis cum 2 fient 9. Rurſus as diei cum hor. 13 fient horæ 37. As horę cum ſcrup. 490, ſunt 1570. Denique integritas ſcrupuli cum 35. momentis fient 111. Sed quia unitatem ex feria, horis, & ſcrupulis ſequentibus numeris accommodaſti, ideo erunt dies 8. hor. 36. ſcrup. 1569. De quibus commode fiet deductio. Hæc ſunt puerilia. quæ qui non capit, in captum ſuum, non in methodum docentis culpam conferat. Porro aſſumptio aſſis, ſiue integritatis, Græcis dicitur πρόσληψις κύκλου, hodiernis calculonibus accommodatio circuli.

CANON TERTIVS.

I Sexageſimas in ſcrupula Iudaica conuertere.

Proponantur ſcrupula prima 39, ſecunda 40 conuertenda in ſcrupula Iudaica. In poſteriore parte Tabulæ ſcrupulorum accipe primum 30, & eis reſpondentia ſcrupula 720. Rurſus accipe 9, & eis congruentia ſcrup. 162. Poſtremo accipe ſecunda 40 in eadem parte Tabulæ, & e regione eorum ſcrup. 12. Ponantur ſecundum ſeriem ſuam. Per doctrinam ſuperiorem ſcrupula ſexageſima collecta faciunt ſcrup. Iud. 714.

30	540
9	162
40	12
	714

	′	″	‴
700.	38.	53.	20
90.	5	0	0
3.	0	10	0
	44	3	20

II. *Scrupula Iudaica in Sexagesimas conuertere.*

Proponantur 793 Scrupula in sexagesimas conuertenda. Collige scrupula Iudaica in priore parte Tabulæ, cum sexagesimis illis congruentibus. Hoc nihil aliud est, quam ex tertijs secundas, ex secundis primas facere, per Canonem primum.

TABVLA CONVERTENDI
Scrupula in Sexagesimas, & contra.

Pars prior.	′	″	‴	Pars posterior. ′	″	′	″
1	0	3	20	0	1	0	324
2	0	6	40	0	2	0	648
3	0	10	0	0	3	0	972
4	0	13	20	0	4	1	216
5	0	16	40	0	5	1	540
6	0	20	0	0	6	1	864
7	0	23	20	0	7	2	108
8	0	26	40	0	8	2	432
9	0	30	0	0	9	2	756
10	0	33	20	0	10	3	0
20	1	6	40	0	20	6	0
30	1	40	0	0	30	9	0
40	2	13	20	0	40	12	0
50	2	46	40	0	50	15	0
60	3	20	0	1	60	18	0
70	3	53	20	2	0	36	0
80	4	26	40	3	0	54	0
90	5	0	0	4	0	72	0
100	5	33	20	5	0	90	0
200	11	6	40	6	0	108	0
300	16	40	0	7	0	126	0
400	22	13	20	8	0	144	0
500	27	46	40	9	0	162	0
600	33	20	0	10	0	180	0
700	38	53	20	20	0	360	0
800	44	26	40	30	0	540	0
900	50	0	0	40	0	720	0
1000	55	33	20	50	0	900	0
				60		1080	0

CAPVT SECVNDVM.

DEFINITIONES.

I *Annus Solaris æquabilis est systema dierum* CCCLXV *cum quadrante diei, hoc est horis* VI. *Vocetur annus Iulianus.*

II *Bisextum est dies consurgens ex quatuor quadrantum appendicibus, & anno quarto Iuliano absoluto accrescens.*

III *Lustrum Iulianum est systema annorum quatuor Iulianorum, quorum vltimus est dierum* CCCLXVI *absolutorum, sine horarum reliquatione.*

IIII *Cyclus Solis Romanus est systema annorum Iulianorum* XXVIII *constans ex lustris Iulianis septem, ductis* IIII *in* VII.

V *Cyclus Lunæ, qui & Numerus aureus Paschalis, est systema annorum Iulianorum* XIX, *cuius initium a neomenia mensis Paschalis.*

VI *Lustrum Romanum est quinquennium absolutum.*

VII *Indictio est systema annorum constans ex tribus lustris Romanis, hoc est annorum Iulianorum* XV, *semper in orbem recurrens.*

VIII *Cyclus magnus Paschalis est systema annorum Iulianorum* DXXXII, *ducto Cyclo Solis in Cyclum Lunæ, hoc est* XXVIII *in* XIX.

IX *Periodus Iuliana est systema annorum septem millium nongentorum octaginta, ducto Cyclo magno in Indictionem, hoc est* DXXXII, *in* XV.

X *Litera Dominicalis est character signans primam feriam hebdomadis, ac mutans sedem per omnes annos Cycli Solaris, ita vt in primo anno lustri Iuliani duplex litera occurrat in Cyclo Solis Romano.*

XI *Dodecacteris Chaldaica Genethliacorum est systema duodecim annorum in orbem recurrens.*

XII *Hebdomas annalis remissionis est systema annorum* VII *in orbem recurrens.*

XIII *Terminus Paschalis, est quartadecima Luna mensis Paschalis Christiani sæculo Constantini Magni.*

TABVLA PRIMA FOECVNDA MAGNI CYCLI.

Litera Termini Paschalis.		D	G	E	A	D	B	E	C	F	B	G	C	F	D	G	C	A	D	B
Terminus Paschalis.		V April.	XXV Martij.	XIII April.	II April.	XXII Martij.	X April.	XXX Martij.	XVIII April.	VII April.	XXVII Martij.	XV April.	IIII April.	XXIIII Martij.	XII April.	Kalend. April.	XXI Martij.	IX April.	XXIX Martij.	XVII April.
NVMERVS AVREVS.		I	II	III	IIII	V	VI	VII	VIII	IX	X	XI	XII	XIII	XIIII	XV	XVI	XVII	XVIII	XIX
G F	I	☾ 1 I 1. I	2 II 2. II	3 III 3. III	4 IIII 4. IIII	5 V 5. V	6 VI 6. VI	7 VII 7. VII	☾ 8 VIII 8. VIII	9 IX 9. IX	10 X 10. X	11 XI 11. XI	12 XII 12. XII	13 XIII 13. I	14 XIIII 14. II	☾ 15 XV 15. III	16 XVI 1. IIII	17 XVII 2. V	18 XVIII 3. VI	19 XIX 4. VII
E	II	20 XX 5. VIII	21 XXI 6. IX	☾ 22 XXII 7. X	23 XXIII 8. XI	24 XXIIII 9. XII	25 XXV 10. I	26 XXVI 11. II	27 XXVII 12. III	28 XXVIII 13. IIII	☾ 29 I 14. V	30 II 15. VI	31 III 1. VII	32 IIII 2. VIII	33 V 3. IX	34 VI 4. X	35 VII 5. XI	☾ 36 VIII 6. XII	37 IX 7. I	38 X 8. II
D	III	39 XI 9. III	40 XII 10. IIII	41 XIII 11. V	42 XIIII 12. VI	☾ 43 XV 13. VII	44 XVI 14. VIII	45 XVII 15. IX	46 XVIII 1. X	47 XIX 2. XI	48 XX 3. XII	49 XXI 4. I	☾ 50 XXII 5. II	51 XXIII 6. III	52 XXIIII 7. IIII	53 XXV 8. V	54 XXVI 9. VI	55 XXVII 10. VII	56 XXVIII 11. VIII	☾ 57 I 12. IX
C	IIII	58 II 13. X	59 III 14. XI	60 IIII 15. XII	61 V 1. I	62 VI 2. II	63 VII 3. III	☾ 64 VIII 4. IIII	65 IX 5. V	66 X 6. VI	67 XI 7. VII	68 XII 8. VIII	69 XIII 9. IX	70 XIIII 10. X	☾ 71 XV 11. XI	72 XVI 12. XII	73 XVII 13. I	74 XVIII 14. II	75 XIX 15. III	76 XX 1. IIII
B A	V	77 XXI 2. V	☾ 78 XXII 3. VI	79 XXIII 4. VII	80 XXIIII 5. VIII	81 XXV 6. IX	82 XXVI 7. X	83 XXVII 8. XI	84 XXVIII 9. XII	☾ 85 I 10. I	86 II 11. II	87 III 12. III	88 IIII 13. IIII	89 V 14. V	90 VI 15. VI	91 VII 1. VII	☾ 92 VIII 2. VIII	93 IX 3. IX	94 X 4. X	95 XI 5. XI
G	VI	96 XII 6. XII	97 XIII 7. I	98 XIIII 8. II	☾ 99 XV 9. III	100 XVI 10. IIII	101 XVII 11. V	102 XVIII 12. VI	103 XIX 13. VII	104 XX 14. VIII	105 XXI 15. IX	☾ 106 XXII 1. X	107 XXIII 2. XI	108 XXIIII 3. XII	109 XXV 4. I	110 XXVI 5. II	111 XXVII 6. III	112 XXVIII 7. IIII	☾ 113 I 8. V	114 II 9. VI
F	VII	115 III 10. VII	116 IIII 11. VIII	117 V 12. IX	118 VI 13. X	119 VII 14. XI	☾ 120 VIII 15. XII	121 IX 1. I	122 X 2. II	123 XI 3. III	124 XII 4. IIII	125 XIII 5. V	126 XIIII 6. VI	127 XV 7. VII	128 XVI 8. VIII	129 XVII 9. IX	130 XVIII 10. X	131 XIX 11. XI	132 XX 12. XII	133 XXI 13. I
E	VIII	☾ 134 XXII 14. II	135 XXIII 15. III	136 XXIIII 1. IIII	137 XXV 2. V	138 XXVI 3. VI	139 XXVII 4. VII	140 XXVIII 5. VIII	☾ 141 I 6. IX	142 II 7. X	143 III 8. XI	144 IIII 9. XII	145 V 10. I	146 VI 11. II	147 VII 12. III	☾ 148 VIII 13. IIII	149 IX 14. V	150 X 15. VI	151 XI 1. VII	152 XII 2. VIII
D C	IX	153 XIII 3. IX	154 XIIII 4. X	☾ 155 XV 5. XI	156 XVI 6. XII	157 XVII 7. I	158 XVIII 8. II	159 XIX 9. III	160 XX 10. IIII	161 XXI 11. V	☾ 162 XXII 12. VI	163 XXIII 13. VII	164 XXIIII 14. VIII	165 XXV 15. IX	166 XXVI 1. X	167 XXVII 2. XI	168 XXVIII 3. XII	☾ 169 I 4. I	170 II 5. II	171 III 6. III
B	X	172 IIII 7. IIII	173 V 8. V	174 VI 9. VI	175 VII 10. VII	☾ 176 VIII 11. VIII	177 IX 12. IX	178 X 13. X	179 XI 14. XI	180 XII 15. XII	181 XIII 1. I	182 XIIII 2. II	☾ 183 XV 3. III	184 XVI 4. IIII	185 XVII 5. V	186 XVIII 6. VI	187 XIX 7. VII	188 XX 8. VIII	189 XXI 9. IX	☾ 190 XXII 10. X
A	XI	191 XXIII 11. XI	192 XXIIII 12. XII	193 XXV 13. I	194 XXVI 14. II	195 XXVII 15. III	196 XXVIII 1. IIII	☾ 197 I 2. V	198 II 3. VI	199 III 4. VII	200 IIII 5. VIII	201 V 6. IX	202 VI 7. X	203 VII 8. XI	☾ 204 VIII 9. XII	205 IX 10. I	206 X 11. II	207 XI 12. III	208 XII 13. IIII	209 XIII 14. V
G	XII	210 XIIII 15. VI	☾ 211 XV 1. VII	212 XVI 2. VIII	213 XVII 3. IX	214 XVIII 4. X	215 XIX 5. XI	216 XX 6. XII	217 XXI 7. I	☾ 218 XXII 8. II	219 XXIII 9. III	220 XXIIII 10. IIII	221 XXV 11. V	222 XXVI 12. VI	223 XXVII 13. VII	224 XXVIII 14. VIII	☾ 225 I 15. IX	226 II 1. X	227 III 2. XI	228 IIII 3. XII
F E	XIII	229 V 4. I	230 VI 5. II	231 VII 6. III	☾ 232 VIII 7. IIII	233 IX 8. V	234 X 9. VI	235 XI 10. VII	236 XII 11. VIII	237 XIII 12. IX	238 XIIII 13. X	239 XV 14. XI	240 XVI 15. XII	241 XVII 1. I	242 XVIII 2. II	243 XIX 3. III	244 XX 4. IIII	245 XXI 5. V	☾ 246 XXII 6. VI	247 XXIII 7. VII
D	XIIII	248 XXIIII 8. VIII	249 XXV 9. IX	250 XXVI 10. X	251 XXVII 11. XI	252 XXVIII 12. XII	☾ 253 I 13. I	254 II 14. II	255 III 15. III	256 IIII 1. IIII	257 V 2. V	258 VI 3. VI	259 VII 4. VII	☾ 260 VIII 5. VIII	261 IX 6. IX	262 X 7. X	263 XI 8. XI	264 XII 9. XII	265 XIII 10. I	266 XIIII 11. II
C	XV	☾ 267 XV 12. III	268 XVI 13. IIII	269 XVII 14. V	270 XVIII 15. VI	271 XIX 1. VII	272 XX 2. VIII	273 XXI 3. IX	☾ 274 XXII 4. X	275 XXIII 5. XI	276 XXIIII 6. XII	277 XXV 7. I	278 XXVI 8. II	279 XXVII 9. III	280 XXVIII 10. IIII	☾ 281 I 11. V	282 II 12. VI	283 III 13. VII	284 IIII 14. VIII	285 V 15. IX
B	XVI	286 VI 1. X	287 VII 2. XI	☾ 288 VIII 3. XII	289 IX 4. I	290 X 5. II	291 XI 6. III	292 XII 7. IIII	293 XIII 8. V	294 XIIII 9. VI	☾ 295 XV 10. VII	296 XVI 11. VIII	297 XVII 12. IX	298 XVIII 13. X	299 XIX 14. XI	300 XX 15. XII	301 XXI 1. I	☾ 302 XXII 2. II	303 XXIII 3. III	304 XXIIII 4. IIII
A G	XVII	305 XXV 5. V	306 XXVI 6. VI	307 XXVII 7. VII	308 XXVIII 8. VIII	☾ 309 I 9. IX	310 II 10. X	311 III 11. XI	312 IIII 12. XII	313 V 13. I	314 VI 14. II	315 VII 15. III	☾ 316 VIII 1. IIII	317 IX 2. V	318 X 3. VI	319 XI 4. VII	320 XII 5. VIII	321 XIII 6. IX	322 XIIII 7. X	☾ 323 XV 8. XI
F	XVIII	324 XVI 9. XII	325 XVII 10. I	326 XVIII 11. II	327 XIX 12. III	328 XX 13. IIII	329 XXI 14. V	☾ 330 XXII 15. VI	331 XXIII 1. VII	332 XXIIII 2. VIII	333 XXV 3. IX	334 XXVI 4. X	335 XXVII 5. XI	336 XXVIII 6. XII	☾ 337 I 7. I	338 II 8. II	339 III 9. III	340 IIII 10. IIII	341 V 11. V	342 VI 12. VI
E	XIX	343 VII 13. VII	☾ 344 VIII 14. VIII	345 IX 15. IX	346 X 1. X	347 XI 2. XI	348 XII 3. XII	349 XIII 4. I	350 XIIII 5. II	☾ 351 XV 6. III	352 XVI 7. IIII	353 XVII 8. V	354 XVIII 9. VI	355 XIX 10. VII	356 XX 11. VIII	357 XXI 12. IX	☾ 358 XXII 13. X	359 XXIII 14. XI	360 XXIIII 15. XII	361 XXV 1. I
D	XX	362 XXVI 2. II	363 XXVII 3. III	364 XXVIII 4. IIII	☾ 365 I 5. V	366 II 6. VI	367 III 7. VII	368 IIII 8. VIII	369 V 9. IX	370 VI 10. X	371 VII 11. XI	☾ 372 VIII 12. XII	373 IX 13. I	374 X 14. II	375 XI 15. III	376 XII 1. IIII	377 XIII 2. V	378 XIIII 3. VI	☾ 379 XV 4. VII	380 XVI 5. VIII
C B	XXI	381 XVII 6. IX	382 XVIII 7. X	383 XIX 8. XI	384 XX 9. XII	385 XXI 10. I	☾ 386 XXII 11. II	387 XXIII 12. III	388 XXIIII 13. IIII	389 XXV 14. V	390 XXVI 15. VI	391 XXVII 1. VII	392 XXVIII 2. VIII	☾ 393 I 3. IX	394 II 4. X	395 III 5. XI	396 IIII 6. XII	397 V 7. I	398 VI 8. II	399 VII 9. III
A	XXII	☾ 400 VIII 10. IIII	401 IX 11. V	402 X 12. VI	403 XI 13. VII	404 XII 14. VIII	405 XIII 15. IX	406 XIIII 1. X	☾ 407 XV 2. XI	408 XVI 3. XII	409 XVII 4. I	410 XVIII 5. II	411 XIX 6. III	412 XX 7. IIII	413 XXI 8. V	☾ 414 XXII 9. VI	415 XXIII 10. VII	416 XXIIII 11. VIII	417 XXV 12. IX	418 XXVI 13. X
G	XXIII	419 XXVII 14. XI	420 XXVIII 15. XII	☾ 421 I 1. I	422 II 2. II	423 III 3. III	424 IIII 4. IIII	425 V 5. V	426 VI 6. VI	427 VII 7. VII	☾ 428 VIII 8. VIII	429 IX 9. IX	430 X 10. X	431 XI 11. XI	432 XII 12. XII	433 XIII 13. I	434 XIIII 14. II	☾ 435 XV 15. III	436 XVI 1. IIII	437 XVII 2. V
F	XXIIII	438 XVIII 3. VI	439 XIX 4. VII	440 XX 5. VIII	441 XXI 6. IX	☾ 442 XXII 7. X	443 XXIII 8. XI	444 XXIIII 9. XII	445 XXV 10. I	446 XXVI 11. II	447 XXVII 12. III	448 XXVIII 13. IIII	☾ 449 I 14. V	450 II 15. VI	451 III 1. VII	452 IIII 2. VIII	453 V 3. IX	454 VI 4. X	455 VII 5. XI	☾ 456 VIII 6. XII
E D	XXV	457 IX 7. I	458 X 8. II	459 XI 9. III	460 XII 10. IIII	461 XIII 11. V	462 XIIII 12. VI	☾ 463 XV 13. VII	464 XVI 14. VIII	465 XVII 15. IX	466 XVIII 1. X	467 XIX 2. XI	468 XX 3. XII	469 XXI 4. I	☾ 470 XXII 5. II	471 XXIII 6. III	472 XXIIII 7. IIII	473 XXV 8. V	474 XXVI 9. VI	475 XXVII 10. VII
C	XXVI	476 XXVIII 11. VIII	☾ 477 I 12. IX	478 II 13. X	479 III 14. XI	480 IIII 15. XII	481 V 1. I	482 VI 2. II	483 VII 3. III	☾ 484 VIII 4. IIII	485 IX 5. V	486 X 6. VI	487 XI 7. VII	488 XII 8. VIII	489 XIII 9. IX	490 XIIII 10. X	☾ 491 XV 11. XI	492 XVI 12. XII	493 XVII 13. I	494 XVIII 14. II
B	XXVII	495 XIX 15. III	496 XX 1. IIII	497 XXI 2. V	☾ 498 XXII 3. VI	499 XXIII 4. VII	500 XXIIII 5. VIII	501 XXV 6. IX	502 XXVI 7. X	503 XXVII 8. XI	504 XXVIII 9. XII	☾ 505 I 10. I	506 II 11. II	507 III 12. III	508 IIII 13. IIII	509 V 14. V	510 VI 15. VI	511 VII 1. VII	☾ 512 VIII 2. VIII	513 IX 3. IX
A	XXVIII	514 X 4. X	515 XI 5. XI	516 XII 6. XII	517 XIII 7. I	518 XIIII 8. II	☾ 519 XV 9. III	520 XVI 10. IIII	521 XVII 11. V	522 XVIII 12. VI	523 XIX 13. VII	524 XX 14. VIII	525 XXI 15. IX	☾ 526 XXII 1. X	527 XXIII 2. XI	528 XXIIII 3. XII	529 XXV 4. I	530 XXVI 5. II	531 XXVII 6. III	532 XXVIII 7. IIII
Lit. Dominicalis	Cyclus Solis																			

TABVLA SECVNDA COLLECTIONIS VTRIVSQVE CYCLI ET INDICTIONVM.

TABELLA CYCLORVM Magnorum collectorum vsque ad finem Periodi Iulianæ.

Linea Cyclorum magnorū.	Cycli magni collecti.	Numerus Indict.	Numerus Dodecaet.	Indictiones collectæ.	Cycli Solares collecti.	Cycli Lunares collecti.	
1	532	7	IIII	15 240 480	28	19	280
2	1064	14	VIII	30 255 495	56	38	399
3	1596	6	0	45 270 510	84	57	418
4	2128	13	IIII	60 285 525	112	76	437
5	2660	5	VIII	75 300 1050	140	95	456
6	3192	12	0	90 315 2100	168	114	475
7	3724	4	IIII	105 330 3150	196	133	494
8	4256	11	VIII	120 345 4200	224	152	513
9	4788	3	0	135 360 5250	252	171	532
10	5320	10	IIII	150 390 6300	280	190	
11	5852	2	VIII	165 405 7350	308	209	
12	6384	9	0	180 420 7500	336	228	
13	6916	1	IIII	195 435 7650	364	247	
14	7448	8	IIII	210 450 7800	392	266	
15	7980	0	0	225 465 7950	420	285	
					448	304	
					476	323	
					504	342	
					532	361	

TABELLA TERTIA MANVALIS CYCLI SOLIS ROMANI.

	Index	Medius	Medicus	Auricularis.
Imus nodus	GF I	E II	D III	C IIII
Medius nodus	BA V	G VI	F VII	E VIII
Supremus nodus	DC IX	B X	A XI	G XII
Imus nodus	FE XIII	D XIIII	C XV	B XVI
Medius nodus	AG XVII	F XVIII	E XIX	D XX
Supremus nodus	CB XXI	A XXII	G XXIII	F XXIIII
Imus nodus.	ED XXV	C XXVI	B XXVII	A XXVIII

CANON PRIMVS.

Annum periodi Iulianæ inuenire.

Per Regulam perpetuam annis Christi propositis adde 4713.

Exemplum: Hoc anno Christi 1604 volo scire annum periodi Iulianæ. Additis per Regulam perpetuam 4713, habes annum præsentem periodi Iulianæ 6317.

CANON SECVNDVS.

Dato anno periodi Iulianæ annum Cycli Solaris inuenire.

Ex tabula Cyclorum magnorum abijce numerum proxime minorem. Si numerus residuus est maior, quam 28, abijce ex ipso residuo numerum proxime minorem Cyclorum Solarium collectorum.

Esto propositus annus periodi Iulianæ 6317. Abijce numerum proxime minorem cyclorum magnorum collectorum, nempe 5852. Ex residuo 465 rursus abijce numerum proxime minorem 448 ex Tabella cyclorum Solarium collectorum. Relinquitur annus 17 currens cycli Solaris in anno proposito 6317.

CANON TERTIVS.

Cyclo Solis inuento literam Dominicalem scire.

Nullum est negotium. Adi Tabellam manualem. Quære numerum XVII. Supra illum habes literam duplicem Dominicalem A G. Hoc est, anno proposito Bisextum fuit, & A prior litera fuit Dominicalis a principio anni, ad XXIIII diem Februarij. Nam post ipsam XXIIII Februarij inseritur aliud F in anno bisextili, ita vt prius F sit dies Veneris, hoc est feria sexta, posterius autem dies Sabbati. Ideo G erit litera Dominicalis per totum reliquum annum.

MONITVM.

In Tabella manuali habes manualem methodum Cycli Solis. Tene memoriter hunc versiculum. Gaudet Francus Equo, Dauid Cane, Baltasar Agno. *Pone in primo anno Cycli duplicem vocem* Gaudet Francus, *in secundo* Equo, *in tertio* Dauid. *& sic deinceps. Rursus annus primus collocetur in ima radice, seu nodo digiti indicis, secundus in imo nodo digiti medij & ita deinceps, vt expressum est in Tabella. Oportet te bestiam, non hominem, esse, si non capis. Itaque duæ voces in primo anno Cycli in imo nodo indicis, significant duas initiales literas illarum vocum, & ita deinceps. Quæ & pueri capere possint.*

CANON QVARTVS.

Dato anno periodi Iulianæ, Cyclum Lunæ, siue numerum aureum, inuenire.

Est eadem methodus cum proxima. Ab anno proposito periodi Iulianæ abijce ex Tabula cyclorum magnorum numerum proxime minorem. Quod si residuum maius fuerit, quam XIX, abijce numerum proxime minorem ex Tabella cyclorum Lunarium collectorum. Relinquitur numerus aureus.

Esto propositus idem annus 6317. Numerus proxime minor Cyclorum magnorum collectorum 5852 relinquit, vt supra, 465. de quibus detracto numero proxime minori de Tabella Cyclorum Lunarium collectorum, nempe 456, relinquitur numerus aureus 9 in anno proposito.

CANON QVINTVS.

Proposito anno periodi Iulianæ Indictionem Romanam inuenire.

Eadem methodus. Abiecto numero proxime minori de Tabula Indictionum collectarum, & rursus, si residuum fuerit maius, quam XV, deducto numero proxime minore in eadem Tabula posito, & tertio, si opus fuerit, residuum erit Indictio.

Proposito anno 6317, deducto numero proxime minori 6300 de Tabella indictionum, & de residuo 17, rursus deducto proxime minori, remanet 2 Indictio Romana iniens a Kalendis Ianuarij anni propositi. Nam Indictio Cæsarea iniuit a XXIIII Septembris anni antecedentis 6316.

CATHO-

CATHOLICA METHODVS.

CANON SEXTVS.

Proposito anno periodi Iulianæ, ſcire Cyclum utrumque Solis, & Lunæ, literam Dominicalem, Indictionem, Terminum Paſchalem, annum Dodecaeteridis Genethliacæ, annum Hebdomadis Remiſſionis.

Propoſito anno, qui ſupra, abiecto de Cyclis magnis collectis numero proxime minore, ſupereſt 465, vt ſupra. Quæro illum numerum in area Tabulæ ſecundæ magni Cycli. E regione numeri lateralis XXV in cella nona inuenio 465. & ſubter illum XXVI, hoc eſt Cyclum Solis, quod eſt primum. Rurſus in numero tranſuerſo frontali, qui perpendiculariter cadit in numerum hunc 465, inuenio IX pro numero aureo, quod eſt ſecundum. Item in latere Tabulæ, in columna prima, e regione numeri lateralis XVII, inuenio duplicem literam A G. quod eſt tertium. Deinde in Tabula Cyclorum magnorum collectorum e regione numeri proxime minoris 5852, occurrit numerus Indictionum 2. quem adijcio numero 15 in area Tabulæ reperto, & fiunt 17. abiectis XV pro perpetua regula remanet Indictio ſecunda, quod eſt quartum. Cautela: Quando in Tabula occurrit XV pro Indictione, aut 12 pro Dodecaeteride, aut 28 pro Cyclo Solari, aut 19 pro numero aureo, nihil addendum eſt. ut in præſenti exemplo XV eſt ultimus annus Indictionis. Itaque abijciendus ille numerus, & 2 aſſumenda. quod eſt vulgatiſſimum. Rurſus in fronte Tabulæ ſupra numerum aureum repertum IX, occurrit VII Aprilis pro termino anni propoſiti, quod eſt quintum. Prætcrea e regione numeri abiecti 5852, in Tabula ſecunda occurrit numerus VIII. qui additus ad numerum IX in cella Tabulæ, componit 17. Ablatis XII pro perpetua Regula, remanet annus quintus Dodecaeteridis Genethliacæ ſiue Chaldaicæ. quod eſt ſextum. Poſtremo vide ubi figura ☉ antecedit cellam Tabulæ repertam. Ab ea figura numera quota cella eſt ea, quam reperiſti. Reperio autem eam figuram in cella, quæ retro tertia eſt ab ea, quam reperi in numero 463. Ideo pronuncio, quemadmodum cella numeri 465 eſt tertia a cella 463, ita annum propoſitum eſſe tertium Hebdomadis Remiſſionis. quod eſt ſeptimum.

ALITER. Annum Hebdomadis annalis, ſiue Remiſſionis, inuenire. Omnes ſeptenarij Cycli Solis ſunt anni ſeptimi Hebdomadis. In Cyclo autem Solis ſunt quatuor ſeptenarij, VII, XIIII, XXI, XXVIII. Itaque quotus annus fuerit poſt proximum ſeptenarium Cycli Solis, is eſt primus annus Hebdomadis legalis. Vt ecce habemus, per ſuperiorem doctrinam, Cyclum Solis XVII, qui eſt tertius annus poſt proximum ſeptenarium, nempe poſt XIIII. Ideo habemus tertium annum Hebdomadis legalis ineuntem ab Autumno huius anni periodi Iulianæ propoſiti 6317, Chriſti 1604.

CANON SEPTIMVS.

Dato Termino Paſchali, Paſcha Reſurrectionis reperire.

Accipe Dominicam proxime ſequentem poſt Terminum Paſchalem.

In anno propoſito Terminus Paſchalis repertus fuit VII April. ſupra quem habes literam F. Hoc eſt, VII Aprilis eſt litera F. Litera autem Dominicalis huius anni eſt G. Ergo VIII Aprilis, quæ habet G, erit proxima Dominica poſt Terminum. Et ideo, ſecundum doctrinam propoſitam, eadem VIII Aprilis eſt Dominica Reſurrectionis.

CAVTELA.

Quando litera Termini eadem eſt cum litera Dominicali, Paſcha reſurrectionis reijciendum in ſequentem Dominicam.

Si enim hoc anno litera Dominicalis fuiſſet F, non G; Terminus Paſchalis incidiſſet in Dominicam, & proinde ſecundum exceptionem, propoſitum Paſcha reſurrectionis non VIII Aprilis, ſed XIIII, celebrandum fuiſſet: quia nunquam Terminus concurrit cum Paſcha reſurrectionis.

CAPVT TERTIVM

KALENDARIVM IVLIANVM.

vii GAMELION. viii ANTHESTERION. ix ELAPHEBOLION.
iiii GIVMADVN ALTER. v REGIABV. vi SAHABENV.
iiii CONVN ALTER. v ASCHBAT. vi ADAR.
iiii AVDYNAEVS. v PERITIVS. vi DYSTROS.
i IANVARIVS. ii FEBRVARIVS. iii MARTIVS.

Dies Mensis			EPACTÆ	
I	KAL.	A	XVIII	19
II	IIII NON.	B	XVII	18
III	III NON.	C	XVI	17
IIII	PRID.NON.	D	XV	16
V	NON.	E	XIIII	15
VI	VIII ID.	F	XIII	14
VII	VII ID.	G	XII	13
VIII	VI ID.	A	XI	12
IX	V ID.	B	X	11
X	IIII ID.	C	IX	10
XI	III ID.	D	VIII	9
XII	PRID.ID.	E	VII	8
XIII	ID.	F	VI	7
XIIII	XIX KAL.	G	V	6
XV	XVIII KAL.	A	IIII	5
XVI	XVII KAL.	B	III	4
XVII	XVI KAL.	C	II	3
XVIII	XV KAL.	D	I	2
XIX	XIIII KAL.	E	*	1
XX	XIII KAL.	F	XXIX	29
XXI	XII KAL.	G	XXVIII	28
XXII	XI KAL.	A	XXVII	27
XXIII	X KAL.	B	XXVI	26
XXIIII	IX KAL.	C	XXV	25
XXV	VIII KAL.	D	XXIIII	24
XXVI	VII KAL.	E	XXIII	23
XXVII	VI KAL.	F	XXII	22
XXVIII	V KAL.	G	XXI	21
XXIX	IIII KAL.	A	XX	20
XXX	III KAL.	B	XIX	19
XXXI	PRID.KAL.	C	XVIII	18

Dies Mensis			EPACTÆ	
I	KAL.	D	XVII	17
II	IIII NON.	E	XVI	16
III	III NON.	F	XV	15
IIII	PRID.NON.	G	XIIII	14
V	NON.	A	XIII	13
VI	VIII ID.	B	XII	12
VII	VII ID.	C	XI	11
VIII	VI ID.	D	X	10
IX	V ID.	E	IX	9
X	IIII ID.	F	VIII	8
XI	III ID.	G	VII	7
XII	PRID.	A	VI	6
XIII	ID. KAL.	B	V	5
XIIII	XVI KAL.	C	IIII	4
XV	XV KAL.	D	III	3
XVI	XIIII KAL.	E	II	2
XVII	XIII KAL.	F	I	1
XVIII	XII KAL.	G	XXIX *	0
XIX	XI KAL.	A	XXVIII	29
XX	X KAL.	B	XXVII	28
XXI	IX KAL.	C	XXVI	27
XXII	VIII KAL.	D	XXV	26
XXIII	VII KAL.	E	XXIIII	25
BIS SEXTVM.				
XXIIII	VI KAL.	F	XXIII	24
XXV	V KAL.	G	XXII	23
XXVI	IIII KAL.	A	XXI	22
XXVII	III KAL.	B	XX	21
XXVIII	PRID.KAL.	C	XIX	20

Dies Mensis			EPACTÆ	
I	KAL.	D	XXIX	0
II	VI NON.	E	XXVIII	29
III	V NON.	F	XXVII	28
IIII	IIII NON.	G	XXVI	27
V	III NON.	A	XXV	26
VI	PRID. NON.	B	XXIIII	25
VII	NON.	C	XXIII	24
VIII	VIII NON.	D	XXII	23
IX	VII NON.	E	XXI	22
X	VI NON.	F	XX	21
XI	V NON.	G	XIX	20
XII	IIII NON.	A	XVIII	19
XIII	III NON.	B	XVII	18
XIIII	PRID. NON.	C	XVI	17
XV	ID.	D	XV	16
XVI	XVII KAL.	E	XIIII	15
XVII	XVI KAL.	F	XIII	14
XVIII	XV KAL.	G	XII	13
XIX	XIIII KAL.	A	XI	12
XX	XIII KAL.	B	X	11
XXI	XII KAL.	C	IX	10
XXII	XI KAL.	D	VIII	9
XXIII	X KAL.	E	VII	8
XXIIII	IX KAL.	F	VI	7
XXV	VIII KAL.	G	V	6
XXVI	VII KAL.	A	IIII	5
XXVII	VI KAL.	B	III	4
XXVIII	V KAL.	C	II	3
XXIX	IIII KAL.	D	I	2
XXX	III KAL.	E	*	1
XXXI	PRID. KAL.	F	XXIX	29

KALEN-

KALENDARIVM IVLIANVM.

x MVNYCHION
vii RAMADHANV
vii NISAN
vii XANTHICOS
viii APRILIS

xi THARGELION
viii SCHEWALV
viii IIOR
viii ARTEMISIVS
v MAIVS

xii SCIRRHOPHORION
ix DVLKAIDATHI
ix HAZIRAN
ix DAESIVS
vi IVNIVS.

Dies Mensis			EPACTÆ		*Dies Mensis*			EPACTÆ		*Dies Mensis*			EPACTÆ	
I	KAL.	G	XXVIII	28	I	KAL.	B	XXVII	28	I	KAL.	E	XXVI	26
II	IIII NON.	A	XXVII	27	II	VI NON.	C	XXVI	27	II	IIII NON.	F	XXV	25
III	III NON.	B	XXVI	26	III	V NON.	D	XXV	26	III	III NON.	G	XXIIII	24
IIII	PRID.NON.	C	XXV	25	IIII	IIII NON.	E	XXIIII	25	IIII	PRID. NON.	A	XXIII	23
V	NON.	D	XXIIII	24	V	III NON.	F	XXIII	24	V	NON.	B	XXII	22
VI	VIII ID.	E	XXIII	23	VI	PRID.NON.	G	XXII	23	VI	VIII ID.	C	XXI	21
VII	VII ID.	F	XXII	22	VII	NON.	A	XXI	22	VII	VII ID.	D	XX	20
VIII	VI ID.	G	XXI	21	VIII	VIII ID.	B	XX	21	VIII	VI ID.	E	XIX	19
IX	V ID.	A	XX	20	IX	VII ID.	C	XIX	20	IX	V ID.	F	XVIII	18
X	IIII ID.	B	XIX	19	X	VI ID.	D	XVIII	19	X	IIII ID.	G	XVII	17
XI	III ID.	C	XVIII	18	XI	V ID.	E	XVII	18	XI	III ID.	A	XVI	16
XII	PRID.ID.	D	XVII	17	XII	IIII ID.	F	XVI	17	XII	PRID. ID.	B	XV	15
XIII	ID.	E	XVI	16	XIII	III ID.	G	XV	16	XIII	ID.	C	XIIII	14
XIIII	XVIII KAL.	F	XV	15	XIIII	PRID. ID.	A	XIIII	15	XIIII	XVIII KAL.	D	XIII	13
XV	XVII KAL.	G	XIIII	14	XV	ID.	B	XIII	14	XV	XVII KAL.	E	XII	12
XVI	XVI KAL.	A	XIII	13	XVI	XVII KAL.	C	XII	13	XVI	XVI KAL.	F	XI	11
XVII	XV KAL.	B	XII	12	XVII	XVI KAL.	D	XI	12	XVII	XV KAL.	G	X	10
XVIII	XIIII KAL.	C	XI	11	XVIII	XV KAL.	E	X	11	XVIII	XIIII KAL.	A	IX	9
XIX	XIII KAL.	D	X	10	XIX	XIIII KAL.	F	IX	10	XIX	XIII KAL.	B	VIII	8
XX	XII KAL.	E	IX	9	XX	XIII KAL.	G	VIII	9	XX	XII KAL.	C	VII	7
XXI	XI KAL.	F	VIII	8	XXI	XII KAL.	A	VII	8	XXI	XI KAL.	D	VI	6
XXII	X KAL.	G	VII	7	XXII	XI KAL.	B	VI	7	XXII	X KAL.	E	V	5
XXIII	IX KAL.	A	VI	6	XXIII	X KAL.	C	V	6	XXIII	IX KAL.	F	IIII	4
XXIIII	VIII KAL.	B	V	5	XXIIII	IX KAL.	D	IIII	5	XXIIII	VIII KAL.	G	III	3
quæ cum apposita sit secundæ diei Zygonos, ibi est nouilunium Tisri. Epacta vero 28 ei respondens erit epacta nouiluniorum totius anni, non autem epacta 29, quæ quidem vera epacta fuisset, si ἀντικαθιστάσεως ratio non haberetur.

ALIVD EXEMPLVM. Esto propositus annus Mundi 5555. Per Canonem secundum character anni 7. qui per II Scholion Canonis quarti erit inutilis per totum annum. Cyclus Iudaicus VIII, per Canonem sextum. Mensis Iudaicus Casleu in XXV die Zygonos, per Canonem septimum. Dies ὑπολείψεως 24 cum 25 diebus Zygonos componunt 49. hoc est XIX Scorpionos. Itaque per Regulam antecedentem est locus ἀντικαταστάσεως. Per Canonem quintum & nonum in Tabulæ quartæ parte priori cella communis est 7. M. 6. Sed Y, quam retinueram per Canonem quintum, est posterior, quam M. ideo assumenda posterior feria VI pro charactere Casleu, qui character si exstat e regione XIX diei Scorpionos, ea est vera neomenia ciuilis Casleu. qui sine dubio extat in Calendario. Itaque per doctrinam eiusdem Canonis noni, XIX dies mensis Scorpionos est neomenia Casleu. Sed per regulam est locus ἀντικαταστάσεως. hoc est, quia Casleu per dies XIX excessit terminum Zygonos, alius mensis, nempe Marchesvvan, substituendus. In posteriore parte Tabulæ quartæ in eodem angulo communi est 5. b. 4. Quia Y, quam reseruaui, est prior, quam b, ergo prior feria, nempe V, assumenda. Itaque neomenia mensis Marchesvvan, qui in locum Casleu substituitur, incidit in feriam V. Iam in XIX Scorpionos, ubi deprehensa est neomenia vera ciuilis mensis Casleu, epacta e regione erat XI. Si epacta XI in mense Zygone habet feriam 5, ubi debet esse neomenia Marchesvvan, non est dubium, quin ea sit epacta æquata per Canonem nonum. Sin autem, antecedens, aut sequens. Sed epacta 10 non autem 11, habet feriam quintam e regione diei XX Zygonos. Ergo & in XX Zygonos erit neomenia mensis substituti, & epacta æquata est 10.

CANON VNDECIMVS.

Datis annis Mundi, præcessionem localem in diebus anni Tropici inuenire.

In anno Mundi proposito 5554, collige ex hac tabula omnes millenarios, centenarios, denarios, & expansos annos præteritos, eisque congruentes numeros compone simul per Canonem primum Cap. primi; ut habes in Diagrammate subiecto.

	Grad.	′	″
5000	69	46	20
500	6	58	38
50	0	41	51
3	0	0	50
	77	20	39

Colliguntur ergo gr. 77 20′ 39″, quibus neomenia Zygonos progressum fecit in antecedentia a prisca Epocha Zodiaci. Quod si credimus Tebithio, XXVI dies Toxonos nunc reperietur in puncto Eclipticæ, in quo Neomenia Zygonos deprehendebatur initio primi Hominis. Sed mensura anni siderei nondum plane explorata est.

TABVLA PRÆCESSIONIS LOCALIS.

Anni	gr.	′	″	Anni	gr.	′	″
1	0	0	50	100	1	23	44
2	0	1	40	200	2	47	27
3	0	1	31	300	4	11	11
4	0	3	21	400	5	34	54
5	0	4	11	500	6	58	38
6	0	5	1	600	8	22	21
7	0	5	52	700	9	46	5
8	0	6	42	800	11	9	49
9	0	7	32	900	12	33	32
10	0	8	22	1000	13	57	16
20	0	16	45	2000	27	54	32
30	0	25	7	3000	41	51	48
40	0	33	29	4000	55	49	4
50	0	41	51	5000	69	46	20
60	0	50	14	6000	83	43	36
70	0	58	36	7000	97	40	52
80	1	56	59	8000	101	38	8
90	1	15	21	9000	115	35	24

CANON DVODECIMVS.

Dato anno periodi Iulianæ characterem neomeniæ Krionos inuenire.

Annis propositis periodi Iulianæ per perpetuam regulam adde 36. Ab aggregato abijce numerum ternarium proxime minorem in Tabula secunda. Cum residuo adi Tabulam primam, & cum numero frontali proxime minore, & residuo laterali in angulo communi occurrit feria, cui per perpetuam regulam adde 3. Aggregatum est character neomeniæ Krionos.

Annis periodi Iulianæ propositis 6317 addantur 36. Ab aggregato 6353 abiectis 6000, qui est numerus ternarius proxime minor in Tabula secunda, relinquuntur 353. Numerus proxime minor frontalis 340 in Tabula prima, & residuus 13 lateralis in angulo communi dat feriam 4, quæ est feria Zygonos in anno præterito 6316. Adiectis per perpetuam regulam 3 componitur feria septima Krionos in x Martij, anno bisextili Christi 1604.

CAPVT QVINTVM.

KALENDARIVM ANNI HIPPARCHI ET PTOLEMÆI; A RAB ADDA IVDAEIS SVIS COMMVNICATI.

NISAN DIES XXX.

Dies Mensis.	Regul. dierū.	Cyclus Iudaicus.	MENSES IVDAICI.	Dies Iuliani.
1	7	I	NISAN	2 Apr.
2	1			3
3	2	IX	NISAN	4
4	3			5
5	4	XVII	NISAN	6
6	5	VI	NISAN	7
7	6			8
8	7	XIIII	NISAN	9
9	1	III	NISAN	10
10	2			11
11	3	XI	NISAN	12
12	4			13
13	5	XIX	NISAN	14
14	6	VIII	NISAN	15
15	7			16
16	1	XVI	IIAR	17
17	2	V	IIAR	18
18	3			19
♈ KRION DIERVM XXXI.				
19	4	XIII	IIAR	20
20	5	II	IIAR	21
21	6			22
22	7	X	IIAR	23
23	1			24
24	2	XVIII	IIAR	25
25	3	VII	IIAR	26
26	4			27
27	5	XV	IIAR	28
28	6	IIII	IIAR	29
29	7			30
30	1	XII	IIAR	Ka. Mai

IIAR DIES XXIX.

Dies Mensis.	Regul. dierū.	Cyclus Iudaicus.	MENSES IVDAICI.	Dies Iuliani.
1	2	I	IIAR	2 Mai.
2	3			3
3	4	IX	IIAR	4
4	5			5
5	6	XVII	IIAR	6
6	7	VI	IIAR	7
7	1			8
8	2	XIIII	IIAR	9
9	3	III	IIAR	10
10	4			11
11	5	XI	IIAR	12
12	6			13
13	7	XIX	IIAR	14
14	1	VIII	IIAR	15
15	2	XVI	SIWAN	16
16	3	V	SIWAN	17
17	4			18
18	5	XIII	SIWAN	19
19	6	II	SIWAN	20
♉ TAVRON DIER. XXXI.				
20	7			21
21	1	X	SIWAN	22
22	2			23
23	3	XVIII	SIWAN	24
24	4	VII	SIWAN	25
25	5			26
26	6	XV	SIWAN	27
27	7	IIII	SIWAN	28
28	1			29
29	2	XII	SIWAN	30

SIVVAN DIES XXX.

Dies Mensis.	Regul. dierū.	Cyclus Iudaicus.	MENSES IVDAICI.	Dies Iuliani.
1	3	I	SIWAN	31 Mai.
2	4			Ka. Iun.
3	5	IX	SIWAN	2
4	6			3
5	7	XVII	SIWAN	4
6	1	VI	SIWAN	5
7	2			6
8	3	XIIII	SIWAN	7
9	4	III	SIWAN	8
10	5			9
11	6	XI	SIWAN	10
12	7			11
13	1	XIX	SIWAN	12
14	2	VIII	SIWAN	13
15	3			14
16	4	XVI	TAMVZ	15
17	5	V	TAMVZ	16
18	6			17
19	7	XIII	TAMVZ	18
20	1	II	TAMVZ	19
21	2			20
♊ DIDYMON DIER. XXXII.				
22	3	X	TAMVZ	21
23	4			22
24	5	XVII	TAMVZ	23
25	6	VIII	TAMVZ	24
26	7	XV	TAMVZ	25
27	1	IIII	TAMVZ	26
28	2			27
29	3			28
30	4	XII	TAMVZ	29

KALENDARIVM ANNI HIPPARCHI.

TAMVZ DIES XXIX.

Dies Mensis.	Regul. dierũ.	Cyclus Iudaicus.	MENSES IVDAICI.	Dies Iuliani.
1	5	I	TAMVZ	30 Iun.
2	6			Ka. Iul.
TEKVPHA TAMVZ.				
3	7	IX	TAMVZ	2
4	1			3
5	2	XVII	TAMVZ	4
6	3	VI	TAMVZ	5
7	4			6
8	5	XIIII	TAMVZ	7
9	6	III	TAMVZ	8
10	7			9
11	1	XI	TAMVZ	10
12	2			11
13	3	XIX	TAMVZ	12
14	4	VIII	TAMVZ	13
15	5	XVI	AB	14
16	6	V	AB	15
17	7			16
18	1	XIII	AB	17
19	2	II	AB	18
20	3			19
21	4	X	AB	20
22	5			21
23	6	XVIII	AB	22
♋ KARKINON DIER. XXXI.				
24	7	VII	AB	23
25	1			24
26	2	XV	AB	25
27	3	IIII	AB	26
28	4			27
29	5	XII	AB	28

AB DIES XXX.

Dies Mensis.	Regul. dierũ.	Cyclus Iudaicus.	MENSES IVDAICI.	Dies Iuliani.
1	6	I	AB	29 Iul.
2	7			30
3	1	IX	AB	31
4	2			Ka. Au.
5	3	XVII	AB	2
6	4	VI	AB	3
7	5			4
8	6	XIIII	AB	5
9	7	III	AB	6
10	1			7
11	2	XI	AB	8
12	3			9
13	4	XIX	AB	10
14	5	VIII	AB	11
15	6			12
16	7	XVI	ELVL	13
17	1	V	ELVL	14
18	2			15
19	3	XIII	ELVL	16
20	4	II	ELVL	17
21	5			18
22	6	X	ELVL	19
23	7			20
24	1	XVIII	ELVL	21
25	2	VII	ELVL	22
♌ LEONTON DIER. XXXI.				
26	3			23
27	4	XV	ELVL	24
28	5	IIII	ELVL	25
29	6			26
30	7	XII	ELVL	27

ELVL DIES XXIX.

Dies Mensis.	Regul. dierũ.	Cyclus Iudaicus.	MENSES IVDAICI.	Dies Iuliani.
1	1	I	ELVL	28 Aug.
2	2			29
3	3	IX	ELVL	30
4	4			31
5	5	XVII	ELVL	Ka. Sep.
6	6	VI	ELVL	2
7	7			3
8	1	XIIII	ELVL	4
9	2	III	ELVL	5
10	3			6
11	4	XI	ELVL	7
12	5			8
13	6	XIX	ELVL	9
14	7	VIII	ELVL	10
15	1	XVI	TISRI	11
16	2	V	TISRI	12
17	3			13
18	4	XIII	TISRI	14
19	5	II	TISRI	15
20	6			16
21	7	X	TISRI	17
22	1			18
23	2	XVIII	TISRI	19
24	3	VII	TISRI	20
25	4			21
26	5	XV	TISRI	22
♍ PARTHENON DIER. XXXI.				
27	6	IIII	TISRI	23
28	7			24
29	1	XII	TISRI	25

KALENDARIVM ANNI HIPPARCHI.

TISRI DIES XXX.

Dies Mensis.	Regul. dierū.	Cyclus Iudaicus.	MENSES IVDAICI.	Dies Iuliani.
1	2	I	TISRI	26 Sep.
2	3			27
3	4	IX	TISRI	28
4	5			29
5	6	XVII	TISRI	30
TEKVPHA TISRI.				
6	7	VI	TISRI	Ka. Oct.
7	1			2
8	2	XIIII	TISRI	3
9	3	III	TISRI	4
10	4			5
11	5	XI	TISRI	6
12	6			7
13	7	XIX	TISRI	8
14	1	VIII	TISRI	9
15	2			10
16	3	XVI	MARCHES.	11
17	4	V	MARCHES.	12
18	5			13
19	6	XIII	MARCHES.	14
20	7	II	MARCHES.	15
21	1			16
22	2	X	MARCHES.	17
23	3			18
24	4	XVIII	MARCHES.	19
25	5	VII	MARCHES.	20
26	6			21
27	7	XV	MARCHES.	22
28	1	IIII	MARCHES.	23
♎ ZYGON DIERVM XXX.				
29	2			24
30	3	XII	MARCHES.	25

MARCHESVVAN DIES XXIX.

Dies Mensis.	Regul. dierū.	Cyclus Iudaicus.	MENSES IVDAICI.	Dies Iuliani.
1	4	I	MARCHES.	26 Oct.
2	5			27
3	6	IX	MARCHES.	28
4	7			29
5	1	XVII	MARCHES.	30
6	2	VI	MARCHES.	31
7	3			Ka. No.
8	4	XIIII	MARCHES.	2
9	5	III	MARCHES.	3
10	6			4
11	7	XI	MARCHES.	5
12	1			6
13	2	XIX	MARCHES.	7
14	3	VIII	MARCHES.	8
15	4	XVI	CASLEV	9
16	5	V	CASLEV	10
17	6			11
18	7	XIII	CASLEV	12
19	1	II	CASLEV	13
20	2			14
21	3	X	CASLEV	15
22	4			16
23	5	XVIII	CASLEV	17
24	6	VII	CASLEV	18
25	7			19
26	1	XV	CASLEV	20
27	2	IIII	CASLEV	21
28	3			22
♏ SCORPION DIERVM XXX.				
29	4	XII	CASLEV	23

CASLEV DIES XXX.

Dies Mensis.	Regul. dierū.	Cyclus Iudaicus.	MENSES IVDAICI.	Dies Iuliani.
1	5	I	CASLEV	24 Nou.
2	6			25
3	7	IX	CASLEV	26
4	1			27
5	2	XVII	CASLEV	28
6	3	VI	CASLEV	29
7	4			30
8	5	XIIII	CASLEV	Ka. DEC.
9	6	III	CASLEV	2
10	7			3
11	1	XI	CASLEV	4
12	2			5
13	3	XIX	CASLEV	6
14	4	VIII	CASLEV	7
15	5			8
16	6	XVI	TEBETH	9
17	7	V	TEBETH	10
18	1			11
19	2	XIII	TEBETH	12
20	3	II	TEBETH	13
21	4			14
22	5	X	TEBETH	15
23	6			16
24	7	XVIII	TEBETH	17
25	1	VII	TEBETH	18
26	2			19
27	3	XV	TEBETH	20
28	4	IIII	TEBETH	21
29	5			22
♐ TOXON DIERVM XXIX.				
30	6	XII	TEBETH	23

KALENDARIVM ANNI HIPPARCHI.

TEBETH DIES XXIX.

Dies Mensis.	Regul. dierū.	Cyclus Iudaicus.	Menses Iudaici.	Dies Iuliani.
1	7	I	TEBETH	24 Dec.
2	1			25
3	2	IX	TEBETH	26
4	3			27
5	4	XVII	TEBETH	28
6	5	VI	TEBETH	29
7	6			30
TEKVPHA TEBETH				
8	7	XIIII	TEBETH	31
9	1	III	TEBETH	Kal. Ian.
10	2			2
11	3	XI	TEBETH	3
12	4			4
13	5	XIX	TEBETH	5
14	6	VIII	TEBETH	6
15	7	XVI	TEBETH	7
16	1	V	SEBAT	8
17	2			9
18	3	XIII	SEBAT	10
19	4	II	SEBAT	11
20	5			12
21	6	X	SEBAT	13
22	7			14
23	1	XVIII	SEBAT	15
24	2	VII	SEBAT	16
25	3			17
26	4	XV	SEBAT	18
27	5	IIII	SEBAT	19
28	6			20
♑ AEGON DIERVM XXIX.				
29	7	XII	SEBAT	21

SEBAT DIES XXX.

Dies Mensis.	Regul. dierū.	Cyclus Iudaicus.	Menses Iudaici.	Dies Iuliani.
1	1	I	SEBAT	22 Ian.
2	2			23
3	3	IX	SEBAT	24
4	4			25
5	5	XVII	SEBAT	26
6	6	VI	SEBAT	27
7	7			28
8	1	XIIII	SEBAT	29
9	2	III	SEBAT	30
10	3			31
11	4	XI	SEBAT	Kal. Fe.
12	5			2
13	6	XIX	SEBAT	3
14	7	VIII	SEBAT	4
15	1			5
16	2	XVI	ADAR I	6
17	3	V	ADAR I	7
18	4			8
19	5	XIII	ADAR I	9
20	6	II	ADAR I	10
21	7			11
22	1	X	ADAR I	12
23	2			13
24	3	XVIII	ADAR I	14
25	4	VII	ADAR I	15
26	5			19
27	6	XV	ADAR I	17
28	7	IIII	ADAR I	18
♒ HYDRON DIER. XXX.				
29	1			19
30	2	XII	ADAR I	20

ADAR DIES XXIX.

Dies Mensis.	Regul. dierū.	Cyclus Iudaicus.	Menses Iudaici.	Dies Iuliani.
1	3	I	ADAR I	21 Feb.
2	4			22
3	5	IX	ADAR I	23
4	6			24
5	7	XVII	ADAR I	25
6	1	VI	ADAR I	26
7	2			27
8	3	XIIII	ADAR I	28
9	4	III	ADAR I	Ka. Mar.
10	5			2
11	6	XI	ADAR I	3
12	7			4
13	1	XIX	ADAR I	5
14	2	VIII	ADAR I	6
15	3	XVI	ADAR II	7
16	4	V	ADAR II	8
17	5			9
18	6	XIII	ADAR II	10
19	7	II	ADAR II	11
20	1			12
21	2	X	ADAR II	13
22	3			14
23	4	XVIII	ADAR II	15
24	5	VII	ADAR II	16
25	6			17
26	7	XVI	NISAN	18
27	1	V	NISAN	19
28	2			20
♓ ICHTHYON DIER. XXX.				
29	3	XII	NISAN	21

RESIDVVM KALENDARII ANNI HIPPARCHI.

EPAGOMENÆ DIES XI

Dies mensis	Regulares dierum.	Cyclus Iudaic.	Menses Ivdaici.	Dies Iuliani
1	4	II	Nisan	22 Mar.
2	5			23
3	6	X	Nisan	24
4	7			25
5	1	XVIII	Nisan	26
6	2	VII	Nisan	27
7	3			28
8	4	XV	Nisan	29
9	5	IIII	Nisan	30
10	6			31
11	7	XII	Nisan	Kal. Ap.

TEKVPHA NISAN.

TABVLA QVINTA EPACTARVM.

EPACTÆ PERPETVÆ — ENNEADECAETERIS EXCESSVS SOLIS

Linea Cycli	Epactæ plenæ	Epactæ cauæ.	Dies	Hor.	Scr. Iud.	Mom.
1	29	0	10	21	121	48
2	10	11	21	18	243	20
3	21	0	3	2	651	68
4	2	3	13	23	773	40
5	13	14	24	20	895	12
6	24	0	6	5	223	60
7	5	6	17	2	345	32
8	16	17	27	23	467	4
9	27	0	9	7	875	52
10	8	9	20	4	997	24
11	19	0	1	13	325	72
12	*	0	12	10	447	44
13	11	12	23	7	569	16
14	22	0	4	15	977	64
15	3	4	15	13	19	36
16	14	15	26	10	141	8
17	25	0	7	18	549	56
18	6	7	18	15	671	28
19	17	18	29	12	793	0

TABVLA PRIMA.

CYCLVS SOLIS ANNI HIPPARCHI.

	0	20	40	60	80	100	120	140	160	180	200	220	240	260	280	300	320	340	360	380
1	4	7	4	1	5	2	6	3	7	4	1	5	2	6	3	7	3	7	4	1
2	5	2	6	3	6	3	7	4	1	5	2	6	3	7	4	1	5	2	6	3
3	6	3	7	4	1	5	2	6	2	6	3	7	4	1	5	2	6	3	7	4
4	7	4	1	5	2	6	3	7	4	1	5	2	5	2	6	3	7	4	1	5
5	1	5	2	6	3	7	4	1	5	2	6	3	7	4	1	5	1	5	2	6
6	3	6	4	1	4	1	5	2	6	3	7	4	1	5	2	6	3	7	4	1
7	4	1	5	2	6	3	7	4	7	4	1	5	2	6	3	7	4	1	5	2
8	5	2	6	3	7	4	1	5	2	6	3	7	3	7	4	1	5	2	6	3
9	6	3	7	4	1	5	2	6	3	7	4	1	5	2	6	3	6	3	7	4
10	1	5	2	6	2	6	3	7	4	1	5	2	6	3	7	4	1	5	2	6
11	2	6	3	7	4	1	5	2	5	2	6	3	7	4	1	5	2	6	3	7
12	3	7	4	1	5	2	6	3	7	4	1	5	1	5	2	6	3	7	4	1
13	4	1	5	2	6	3	7	4	1	5	2	6	3	7	4	7	4	1	5	2
14	6	3	7	4	7	4	1	5	2	6	3	7	4	1	5	2	6	3	7	—
15	7	4	1	5	2	6	2	7	3	7	4	1	5	2	6	3	7	4	1	—
16	1	5	2	6	3	7	4	1	5	2	6	3	6	3	7	4	1	5	2	—
17	2	6	3	7	4	1	5	2	6	3	7	4	1	5	2	5	2	6	3	—
18	4	1	5	2	5	2	6	3	7	4	1	5	2	6	3	7	4	1	5	—
19	5	2	6	3	7	4	1	4	1	5	2	6	3	7	4	1	5	2	6	—
20	6	3	7	4	1	5	2	6	3	7	4	7	4	1	5	2	6	3	7	

TABVLA SECVNDA CHARACTERISMI ANNI HIPPARCHI ET EXCESSVS IVLIANI.

PARS PRIOR.

Anni Iudaici.	Character Anni. Eeria.	Hor.	Scrup. Iud.	Mom.	Excess. Anni Iuliani. Dies.	Hor.	Scrup. Iud.	Mom.
1	1	5	997	48	0	0	82	28
2	2	11	915	20	0	0	164	56
3	3	17	832	68	0	0	247	8
4	4	23	750	40	0	0	329	36
5	6	5	668	12	0	0	411	64
6	7	11	585	60	0	0	494	16
7	1	17	503	32	0	0	576	44
8	2	23	421	4	0	0	658	72
9	4	5	338	52	0	0	741	24
10	5	11	256	24	0	0	823	52
20	3	22	512	48	0	1	567	28
30	2	9	768	72	0	2	311	4
40	7	20	1025	20	0	3	54	56
50	6	8	201	44	0	3	878	32
60	4	19	457	68	0	4	622	8
70	3	6	714	16	0	5	365	60
80	1	17	970	40	0	6	109	36
90	7	5	146	64	0	6	933	12

PARS POSTERIOR.

Anni Iudaici.	Character Anni. Feria.	Hor.	Scrup. Iud.	Mom.	Excess. Anni Iuliani. Dies.	Hor.	Scrup. Iud.	Mom.
100	5	16	403	12	0	7	676	64
200	4	8	806	24	0	15	273	52
300	3	1	129	36	0	22	950	40
400	1	17	532	48	1	6	547	28
500	7	9	935	60	1	14	144	16
600	6	2	258	72	1	21	821	4
700	4	18	662	8	2	5	417	68
800	3	10	1065	20	2	13	14	56
900	2	3	388	32	2	20	691	44
1000	7	19	791	44	3	4	288	32
2000	1	15	503	12	6	8	576	64
3000	2	11	214	56	9	12	865	20
4000	3	6	1005	24	12	17	73	52
5000	4	2	717	68	15	21	362	8
6000	4	22	429	36	19	1	650	40
7000	5	18	141	4	22	5	938	72
8000	6	13	932	48	25	10	147	28
9000	7	9	643	16	28	14	436	60

TABVLA SEXTA CYCLORVM SOLIS COLLECTORVM.

393
786
1179
1572
1965
2358
2751
3144
3537
3930
4323
4716
5109
5502
5895
6288
6681
7074

TABVLA TERTIA ὑπολείψεως Hipparchi.

Anni Iudaici.	Dies	Hor.	Scrup. Iud.	Mom.	Anni Iudaici.	Dies.	Hor.	Scrup. Iud.	Mom.
1	0	0	111	48	100	0	10	363	12
2	0	0	223	20	200	0	20	726	24
3	0	0	334	68	300	1	7	9	36
4	0	0	446	40	400	1	17	372	48
5	0	0	558	12	500	2	3	735	60
6	0	0	669	60	600	2	14	18	72
7	0	0	781	32	700	3	0	382	8
8	0	0	893	4	800	3	10	745	20
9	0	0	1004	52	900	3	21	28	32
10	0	1	36	24	1000	4	7	391	44
20	0	2	72	48	2000	8	14	783	12
30	0	3	108	72	3000	12	22	94	56
40	0	4	145	20	4000	17	5	486	24
50	0	5	181	44	5000	21	12	877	68
60	0	6	217	68	6000	25	20	189	36
70	0	7	254	16	7000	30	3	581	4
80	0	8	290	40	8000	34	10	972	48
90	0	9	326	64	9000	38	18	284	16

TABVLA QVARTA CYCLORVM ὑπολείψεως.

Cycli collecti.	Dies ὑπολείψ.	Cycli collecti.	Dies ὑπολείψ.
233	1	3728	16
466	2	3961	17
699	3	4194	18
932	4	4427	19
1165	5	4660	20
1398	6	4893	21
1631	7	5126	22
1864	8	5359	23
2097	9	5592	24
2330	10	5825	25
2563	11	6058	26
2796	12	6291	27
3029	13	6524	28
3262	14	6757	29
3495	15	6990	30

Tabula ſeptima Tekupharum.

7. 7. 519. 31
7. 14. 1038. 62
7. 22. 478. 17
1. 5. 997. 48
3. 9. 41. 14. Radix.

TABVLA QVINTA.

Epactae perpetuae.			Cyclus excessus Solis supra Lunam.			
Lineæ cycli	Epacta plena	Epacta caua	Dies	Horæ	Scrup.	Mom.
1	29	0	10	21	121	48
2	10	11	21	18	243	20
3	21	0	3	2	651	68
4	2	3	13	23	773	40
5	13	14	24	20	895	12
6	24	0	6	5	223	60
7	5	6	17	2	345	32
8	16	17	27	23	467	4
9	*	*	*	*	*	*
10	8	9	20	4	997	24
11	19	0	1	13	325	72
12	*	0	12	10	447	44
13	11	12	23	7	569	16
14	22	0	4	15	977	64
15	3	4	15	13	19	36
16	14	15	26	10	141	8
17	25	0	7	18	549	56
18	6	7	18	15	671	28
19	17	18	29	12	793	0

DEFINITIONES.

I *διάφορον, siue differentia Hipparchea, est excessus, quo annus Hipparcheus superatur a Iuliano.*

II *προήγησις Hipparchea est anticipatio unius diei in diebus Iulianis post annos 304 fere.*

III *ὑπόλειψις Hipparchea est mora unius diei in contextu anni Tropici post annos CCXXXIII fere.*

IIII *Cyclus Solis Hipparcheus est systema annorum, quorum ultimi character est feria septima sine ullis, aut perquã paucissimis, scrupularijs appendicibus.*

V *Tekupha est quadrans anni.*

VI *Mensis est pars anni duodecima, plenus quidem triginta dierum, cauus vero undetriginta.*

VII *Epactæ perpetuæ, sunt dies ex Solis supra Lunam excessu consurgentes, quæ quot unitatibus absunt a triginta, post totidem dies mensis locũ interlunij, siue ἕνην ϗ νέαν, designant, plenæ quidẽ in pleno mense, cauæ autem in cauo.*

VIII *Epagomenæ dies sunt, quæ in finem ultimi mensis conijciuntur, XI quidem in anno communi, XII autem in embolimæo.*

CANON PRIMVS.

Annum Iudaicum currentem, aut ineuntem inuenire

Ab anno periodi Iulianæ currente abijce 952, aut anno Christi currenti adijce 3761.

Ab anno proposito Periodi Iulianæ 6317, abjectis 952, relinquitur annus Iudaicus 5365, iniens a nouilunio ciuili Septembris eiusdem anni currentis in periodo Iuliana. Idem proueniet, additis 3761, ad annum Christi præsentem 1604.

CANON

CANON SECVNDVS.

Dato anno Iudaico, characterem neomeniæ Nisan Rab Adda inuenire.

Accipe ex Tabulæ secundæ parte anteriore characteres congruentes millenarijs, centenarijs, denarijs, et annis expansis præteritis: et operare per doctrinam Canonis primi Capitis primi. Collecto tempore adde per Regulam perpetuam Radicem 4.0.0.0; ut ex subiecto Diagrammate constat. Sit vero annus Iudaicus propositus 5365.

5000	4	2	717	68	
300	3	1	129	36	
60	4	19	457	68	
4	4	23	750	40	
5364	2	22	975	60	
	4	0	0	0	Radix
	6	22	975	60	

Colliguntur 6. 22. 975. 50. Hoc est: feria sexta: horæ 22. Scrup. 975. Momenta 60. Nam per eandem doctrinam Can. I Cap. I, colliguntur Momenta 212. hoc est bis 76. & supersunt 60. Bis 76, id est duo scrupula, cum reliquis Scrupulis componunt scrup. 2055. hoc est semel 1080, quæ est hora una. & supersunt scrupula 975. Hora una cum reliquis composita fiunt horæ 46. hoc est semel 24, vel unus dies. & supersunt horæ 22. Dies unus cum reliquis fiunt dies 16. Hoc est bis septem, & duo. Abjectis bis septem, remanet feria secunda. Cum 4.0.0.0 Radice habemus characterem neomeniæ Nisan Rab Adda in anno Iudaico proposito 5365. nempe feriam sextam, hor. 22. 975. 50. Aliter, & sine ullo labore. Ab annis Iudaicis propositis 5365 abijce numerum proxime minorem in Tabula Sexta cyclorum collectorum: nempe numerum 5109. A residuo 256, aufer rursus numerum proxime minorem 240 in fronte Tabulæ primæ. Remanent 16. quæ a latere Tabulæ sub numero frontali 240, dant in cella communi feriam 6, ut antea.

CANON TERTIVS.

In dato anno Iudaico, περίγησιν Hipparcheam scire in diebus Iulianis.

Ex eiusdem Tabulæ secundæ parte posteriore collige omnes numeros congruentes millenarijs, centenarijs, denarijs, & annis præteritis. & operare ut supra. Sit propositus idem annus Iudaicus 5365.

5000	15	21	362	8
300	0	22	950	40
60	0	4	622	8
4	0	0	329	36
5364	17	1	104	16

Colliguntur dies περιηγήσεως Hipparcheæ 17, cum hora 1. scrup. 104. 16. Aufer 17 dies a prisca epocha Iuliana neomeniæ Nisan, quæ est 2 April. in Kalendario, nempe nocte, quæ antecessit secundam Aprilis, unde Iudaice secunda Aprilis incipit. Hoc est, triginta duobus diebus a Kal. Martij. de quibus deductis 17 diebus περιηγήσεως Hipparcheæ, remanet dies XV Martij epocha neomeniæ hodierni Nisan Rabbi Adda, quam in usu habent Palæstini Iudæi, feria VI, ut & supra collectum est: quæ quidem feria incipiet hora prima noctis post XIIII Martij, anno Christi sequente 1605.

SCHOLION. *Annus hodiernus Iudaicus init a neomenia Tisri. Sed annus Rab Adda init a Nisan sequenti. Itaque hoc anno Christi* 1604, *inibit annus Iudaicus Rabbi Hillel a Tisri: sed annus Rabbi Adda a Nisan anni Christi* 1605.

CANON QVARTVS.

Dato anno Iudaico, Tekupham Tisri Rab Adda inuenire.

Annorum præteritorum chracterismis ex Tabula secunda collectis, per doctrinam superiorem Canonis secundi, adijce ex perpetua Regula Radicem 3. 9. 41. 14.

Esto propositus annus Iudaicus 5365, cuius Tekupham Tisri scire desidero. Annorum præteritorum 5364 character est 2. 22. 675. 60, per antecedentem doctrinam Canonis secundi. Adiectis ex perpetua Regula 3. 9. 41. 14, consurgit Tekupha Tisri Rab Adda 6. 7. 1016. 74, feria sexta, hora una, scrup. 1016. 74 post mediam noctem.

CANON QVINTVS.

Dato anno Iudaico, quamuis Tekupham inuenire.

Tekuphæ Tisri per proximũ Canonem inuetæ adde characterem unius Tekuphæ ex Tabula sexta. Prodibit Tekupha Tebeth. Adde characterẽ duarũ. Prodibit Tekupha Nisan. Deni-

que adde Characterem trium. Prodibit Tekupha Tamuz. In anno propoſito 5365 Tekupha Tiſri inuenta eſt 6.7.1016.74. Accedat character unius Tekuphæ nempe 7.7.519.31 Prodit Tekupha Tebeth 6.15.456.29. Rurſus Tekuphæ Tebeth adde characterem unius Tekuphæ, aut Tekuphæ Tiſri adde characterem duarum Tekupharum. Conflatur Tekupha Niſan, 6.22.975.60. quæ nihil aliud eſt, quam Neomeniæ Niſan character per Canonem ſecundum inuentus. Cui ſi adijcies characterem unius Tekuphæ, prodibit Tekupha Tamuz 7.6.415.15.

CANON SEXTVS.

Dato anno Iudaico, cyclum Lunæ Iudaicum reperire.

Si neſcis partiri per XIX, utere doctrina Canonis primi Capitis tertij. Anno Iudaico propoſito 5365, abijce numerum proxime minorem in Tabula tertia eiuſdem Capitis tertij, nempe numerum 5187. A reſiduo 178, abijce numerum proxime minorem in fronte Tabulæ ſecundæ eiuſdem Capitis. Remanet cyclus 7 huius anni propoſiti 5365.

CANON SEPTIMVS.

Dato anno Iudaico, diem menſis Lunaris Iudaici ſcire, in quo committitur Tekupha Tiſri eiuſdem anni propoſiti.

A cyclo anni præteriti, uſque ad Tekupham Tiſri, numera dies interualli. Eſto annus propoſitus 5365. Cyclus iniens eſt VII per doctrinam Canonis antecedentis. Ergo cyclus anni præteriti erat VI. Quæro eum in menſe Elul. Reperio in VI die menſis. a qua, ad Tekupham Tiſri, id eſt, ad diem VI Tiſri in Kalendario, ſunt præciſe dies XXIX. Aio Igitur Tekupham Tiſri anni 5365 fore in XXIX Elul Lunaris, qui notatus eſt e regione diei VI Elul Solaris in Kalendario. Sic anno ſequenti 5366, quum adhuc curret cyclus VII, ab eo cyclo in menſe Elul Solari, hoc eſt a XXIIII Elul Solaris, ad Tekupham Tiſri, ſunt dies XI. Dico igitur Tekupham Tiſri commiſſum iri poſt XI diem Tiſri Lunaris, cuius neomenia eſt e regione VII cycli in XXIIII Elul. Denique ſemper cyclus præteriti anni ſumendus eſt proximus ante Tekupham, & ab eo cyclo numerandi dies menſis illius Lunaris, qui notatur e regione cycli, ſiue is menſis fuerit Elul Lunaris, ſiue Tiſri. Sic anno 5368 inibit cyclus X. Ergo currebat antea cyclus IX qui proxime ante Tekupham eſt in III die Tiſri Solaris. Ergo Tekupha erit inter III, & IIII diem Tiſri Lunaris, cuius neomenia notata eſt in dicta III die Tiſri Solaris. Sic cyclus VI proxime ante Tekupham Tebeth eſt in VI die Tebeth Solaris. Ergo Tekupha Tebeth anni propoſiti 5365 erit inter II, & III Tebeth Lunaris, cuius neomenia ſignata eſt in dicta die VI Tebeth Solaris e regione cycli VI.

CANON OCTAVVS.

Tekuphæ datæ verum locum aſſignare.

Hoc eſt, qua hora noctis, aut diei committitur, deſignare. Exemplum. In anno 5365 depræhenſa eſt Tekupha Tiſri 6.7.1016.74. Semper Tekupha Tiſri incipit a Sole occaſo. Commiſſa igitur eſt Tekupha hora prima poſt mediam noctem, Scrup. 1016, momento 74, feria ſexta. Supra per doctrinam proximi Canonis reperta eſt in XXIX Elul, qui iniuit a feria VI, & proinde XXIX eiuſdem menſis eſt feria ſexta. Ideo dicemus, Tekupham commiſſam fuiſſe hora 1.1016, 74 poſt mediam noctem, quæ anteceſſit Solem orientem viceſimæ nonæ Elul, quæ quidem vigeſima nona iniuit more Iudaico poſt Solem occaſum viceſimæ octauæ. Anno igitur 5365 Tekupha Tiſri Rab Adda conuenit in XIIII Septembris: quod duplicitur depræhenditur, primo deductis 17 diebus προηγήσεως per doctrinam Canonis tertij. A Kal. enim Septembris, ad Tekupham Tiſri in Kalendario, interuallum eſt dies XXXI abſoluti. Deductis 17 remanet XIIII Septembris, ſedes epochæ hodiernæ. Deinde per XXIX Elul & feriam VI non minus expedita via eſt. Adeo ut hoc ſæculo Tekupha Tiſri Rab Adda concurrat cum æquinoctio.

CANON NONVS.

Dato anno Iudaico ἀπόλειψιν Hipparcheam ſcire.

Hoc eſt, ſcire, quot dies annus Hipparchi moratus eſt priſcā epocham datam in anno cæleſti, aut Tropico. Ex Tabula igitur ἀπολείψεως collige numeros cōgruentes millenarijs, centenarijs, &c. ut ſupra, ſecundū Diagramma infra poſitum. Sumatur autem idem annus, qui ſupra.

Colliguntur

5000	21	12	877	68
300	1	7	9	36
60	0	6	217	68
4	0	0	446	40
5364	23	2	471	60

Colliguntur dies 23. hor. 2. 471. 60. Tot dies recessit annus Hipparchi a Tropica epocha in consequentia, puta ab æquinoctio, aut ab alia epocha data in anno Tropico.

CANON DECIMVS.

Dato anno Iudaico, diem æquinoctij, aut alius epochæ Tropicæ, in anno Hipparcheo deprehendere.

Compone dies προηγήσεως cum diebus ὑπολείψεως. Id est dies 17 προηγήσεως per Canonem tertium inuentos cum diebus ὑπολείψεως 23. Fiunt dies 40, qui de quouis die anni Hipparchei Rab Adda deducti relinquent epocham hodiernam Tropicam. Verbi gratia: Æquinoctij vetus sedes in Kalendario Rab Adda est in XIX Nisan, siue XX Aprilis. hoc est in LI die a Kal. Martij. Deductis 40 diebus, relinquitur sedes hodierni Æquinoctij ciuilis, hoc est neomenia Krionos ciuilis, in XI Martij. Porro a neomenia Adar, ad XIX Nisan, interuallũ est dies LX, de quibus deductis XL, relinquitur XIX Adar, in qua hodie sidus æquinoctij committitur: quæ profecto respondet undecimæ Martij, ut constat ex loco in Kalendario. Rursus Neomenia Zygonos ciuilis incidit in XXIX diem Tisri, primo anno Iudaico; hoc est in LVIII diem a neomenia Elul. Deductis XL diebus, relinquitur neomenia hodierni Zygonos in XVIII Elul Rab Adda, quæ respondet diei XIIII Septembris, in qua hoc anno conficierur sidus æquinoctij ciuilis, & concurret cum XXIX Elul Lunaris ciuilis, ut demonstratum est in fine doctrinæ Canonis octaui. Quia vero annus Tropicus, & annus Hipparcheus non ab ijsdem carceribus emissi, ad easdem metas οὐχ ὁμοταχῶς currunt, quum alterius motus sit tardior, fit ut aliquando epochæ Tropicæ in anno Hipparchi concurrant, ut manifestum est.

CANON VNDECIMVS.

Dato anno Iudaico, ἕνην καὶ νέαν, siue interlunium, in dato mense Rab Adda reperire.

Accipe Epactam competentem cyclo currenti ex Tabulæ quintæ parte priore, plenam quidem, si mensis datus plenus fuerit, cauam, si cauus. Quot dies desunt Epactæ ad XXX complenda, tot dies numerandi a neomenia mensis dati. Vbi numerus consistet, ibi est interlunium. Propositus esto annus adhuc currens 5364. cyclus est VI. In priore parte Tabulæ quintæ e regione cycli sexti habes Epactam plenam 24, cauam 0. id est Epacta plena tam pleno mensi, quam cauo accommodatur per totum annum propositum 5364. Volo scire nouilunium, siue ἕνην καὶ νέαν in mense Elul. Epactæ 24 desunt 6 ad complementum triginta. Ergo sexta Elul Rab Adda; ubi e regione respondet cyclus VI, est neomenia Elul ciuilis Lunaris.

SCHOLION. *Hæ epactæ tantum locum habent in manuali computo, hoc est, ut Græci loquuntur, ἐν τῇ ἀπὸ χειρὸς μεθόδῳ: quum sine scripto parabili modo nouilunia inuestigantur. Nam alioquin Epactæ sunt inutiles, si Kalendarium huius formæ ob oculos quis habeat. adeptus enim annum cycli in omni mense inuenies nouilunium e regione cycli. ut in proposito exemplo in Elul Solari e regione cycli currentis* VI, *habes* VI *Elul, hoc est neomeniam Elul Lunaris.*

CANON DVODECIMVS.

Dato die mensis Rab Adda in anno Iudaico proposito, feriam inuenire.

Coniunge characterem anni cum Regulari diei propositæ, abiectis septem, ubi opus. Iterum proponatur annus currens Iudaicus 5364. character eius est 6, per secundum canonem. Volo scire feriam VI diei Elul in anno proposito. Regularis eius est 6, qui cum charactere anni compositus, abiectis 7, relinquit feriam quintam. Aio igitur sextæ diei Elul characterem esse feriam quintam.

SCHOLION. *Ergo interlunium per antecedentem inuentum incidit in feriam quintam. Sed verum nouilunium ciuile mensis Elul conficietur in feria quinta, hoc est die* VII *Elul Rab Adda. Iudæi vero hoc anno multum morantur nouilunia, quia annus propositus fuit abundans. Ideoque neomeniæ eiusdem anni, a neomenia Sivvan, ad neomeniam Casleu, conueniunt cum mensibus Hegiræ, siquidem neomenia Muharram anni* 1013 *Hegiræ concurrebat cum neomenia Sivvan Iudaici in* XX *Mai. feria prima.*

CAPVT SEXTVM.

KALENDARIVM IVDAICVM.

	I Tisri plenus VII.		II Marches cavus VIII.		III Caslev plenus IX.
1	Clangor tubae.	1		1	
2		2		2	
3	Ieiunium Godoliae. Cæditur Godolias filius Ahicam una cum Iudæis, qui cum eo erant in Mazpa.	3		3	
		4		4	
		5		5	
		6		6	
4		7	Ieiunium. Excæcarunt oculos Sedekiæ, & filios eius coram eo iugularunt.	7	
5	Ieiunium. Moriuntur xx Iſraelitæ. Rabbi Akiba filius Ioſeph conijcitur in vincula, ubi moritur.			8	
		8		9	
6		9		10	
7	Ieiunium. Decretum contra Patres noſtros, ut perirent gladio, fame, ac peſte, propter vitulum fabricatũ.	10		11	
		11		12	
		12		13	
8		13		14	
9		14		15	
10	Ieiunium Kippurim.	15		16	
11		16		17	
12		17		18	
13		18		19	
14		19		20	
15	Scenopegia.	20		21	
16		21		22	
17		22		23	
18		23		24	
19		24		25	Encaenia.
20		25		26	
21	ἡ ὀσχοφορία.	26		27	
22	Octava scenopegias.	27		28	Ieiunium. Ioiakim combuſſit volumen, quod ſcripſerat Baruch, dictante Ieremia.
23	Festivitas legis.	28			
24		29			
25		o	Intercalatur dies una in anno pleno, ſiue abundanti. ἐμβόλιμος ἡμέρα anni abundantis.	29	
26				30	Eximitur dies in anno defectiuo. ἐξαιρέσιμος ἡμέρα anni defectiui.
27					
28					
29					
30					

KALEN-

KALENDARIVM IVDAICVM.

IIII	TEBETH CAVVS X.	V	SEBAT PLENVS XI.	VI	ADAR CAVVS XII.
1		1		1	
2		2		2	
3		3		3	
4		4		4	
5		5	Ieiunium. Moriuntur Seniores, qui fuerunt æquales Ioſuæ filij Nun.	5	
6		6		6	
7		7		7	Ieiunium. Moritur Moſes Magiſter noſter, qui in pace quieſcit.
8	Ieiunium. Scripta eſt lex Græce diebus Ptolemæi Regis. Tenebræ triduo per uniuerſum orbem.	8		8	
9	IEIVNIVM. Non ſcripſerunt Magiſtri noſtri, quare ea dies notata.	9		9	Ieiunium. Schola Sammai, & Schola Hillel inter ſe contendere cœperunt.
10	Ieiunium. Obſidetur Ieruſalem a rege Babylonis.	10		10	
11		11		11	
12		12		12	
13		13		13	Feſtivitas decreta. Nicanor interficitur.
14		14		14	MARDOCHAEVS. PHVRIM.
15		15		15	
16		16		16	
17		17		17	
18		18		18	
19		19		19	
20		20		20	
21		21		21	
22		22		22	
23		23	Ieiunium. Congregati ſunt omnes Iſraelitæ contra Beniamin propter pellicem & idolum Micha.	23	
24		24		24	
25		25		25	
26		26		26	
27		27		27	
28		28		28	
29		29		29	
		30			
			LOCVS EMBOLISMI.		

KALENDARIVM IVDAICVM.

Dies	VII NISAN PLENVS I.	VIII IIAR CAVVS II.	IX SIWAN PLENVS III.
1	Ieiunium. Mortui ſunt filij Aaron.		
2			
3			
4			
5			
6			ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΗ. ΠΛΗΡΩΜΑ ΤΩΝ ΗΜΕΡΩΝ ΤΗΣ ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΗΣ.
7		ΕΒΔΟΜΑΣ ΔΕΥΤΕΡΟΤΕΤΑΡΤΗ.	
8			
9			
10	Ieiunium. Moritur Mariam. Eligitur agnus mactandus XIIII die.	Ieiunium. Moritur Eli Pōt. Max. & ambo filij eius. Capitur Arca teſtimonij.	
11			
12			
13			
14	PASCHA. EXTERMINATIO FERMENTI.	ΕΒΔΟΜΑΣ ΔΕΥΤΕΡΟΠΕΜΠΤΗ.	
15	AZYMA.		
16	ΔΕΥΤΕΡΑ ΤΟΥ ΠΑΣΧΑ. MANIPVLVS FRVGVM. ΗΜΕΡΑΙ ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΗΣ ΕΒΔΟΜΑΣ ΔΕΥΤΕΡΟΠΡΩΤΗ.		
17			
18			
19			
20			
21	SOLLENNITAS. FINIS AZYMORVM.	ΕΒΔΟΜΑΣ ΔΕΥΤΕΡΟΕΚΤΗ.	
22			
23	ΕΒΔΟΜΑΣ ΔΕΥΤΕΡΟΔΕΥΤΕΡΑ.	Solennitas. Simon Gazam capit.	Ieiunium. Deſiſtunt ferre primogenita, & primitias Ieroſolyma in diebus Ieroboam filij Nabat.
24			
25			Ieiunium. Occiditur Rabban Simion filius Gamaliel, Rabbi Iſmael, Rabbi Hanania ſecundus a Pontifice.
26	Ieiunium. Moritur Ioſue filius Nun.		
27			Ieiunium. Combuſtus eſt Rabbi Hanina filius Tardion una cum libro legis.
28		ΕΒΔΟΜΑΣ ΔΕΥΤΕΡΟ ΕΒΔΟΜΗ. Ieiunium. Moritur Samuel Propheta. Plangitur ab omni populo.	
29			
30	ΕΒΔΟΜΑΣ ΔΕΥΤΕΡΟΤΡΙΤΗ.		

KALEN-

KALENDARIVM IVDAICVM.

	X TAMVZ CAVVS IIII.		XI AB PLENVS V.		XII ELVL CAVVS VI
1		1	Ieiunium. Moritur Aharon Pontifex.	1	
2		2		2	
3		3		3	
4		4		4	
5		5		5	
6		6		6	
7		7		7	
8		8		8	
9		9	IEIVNIVM. Decretum contra patres nostros Iudæos, ne ingrederentur in terram Iudæam. Desolatio Templi prioris & posterioris.	9	
10		10		10	
11		11		11	
12		12		12	
13		13		13	
14		14		14	
15		15		15	
16		16		16	
17	IEIVNIVM. Franguntur Tabulæ legis. Cessat ἐνδελεχισμός. Vrbs fissa. Epistemon cremat librum legis. Ponit statuam in Templo.	17		17	Ieiunium. Moriuntur Exploratores, qui diffamauerant terram.
18		18	Ieiunium. Extincta est lucerna vespertina in diebus Ahaz.	18	
19		19		19	
20		20		20	
21		21		21	
22		22		22	Xylophorii
23		23		23	
24		24		24	
25		25		25	
26		26		26	
27		27		27	
28		28		28	
29		29		29	
		30			

TABVLA PRIMA MENSIVM CHARACTER.

Linea mensium.	Feria.	Hor.	Scrup. Iud.
1	1	12	793
2	3	1	506
3	4	14	219
4	6	2	1012
5	7	15	725
6	2	4	438
7	3	17	151
8	5	5	944
9	6	18	657
10	1	7	370
11	2	20	83
12	4	8	876
13	5	21	589

TABVLA SECVNDA ANNORVM ENNEADECAETERIDIS EXPANSORVM.

	Cyclus Enneadecaetericus.			Cyclus excessus Solaris.		
Linea annorū	Feria	Hor.	Scrup. Iud.	Dies excessus	Hor.	Scrup. Iud.
1	4	8	876	10	21	204
2	1	17	672	21	18	408
3	7	15	181	3	2	899
4	4	23	1057	14	0	23
5	2	8	853	24	21	227
6	1	6	362	6	5	718
7	5	15	158	17	2	922
8	4	12	747	28	0	46
9	1	21	543	9	8	537
10	6	6	349	20	5	741
11	5	3	928	1	14	152
12	2	12	724	12	11	356
13	6	21	520	23	8	560
14	5	19	29	4	16	1051
15	3	3	905	15	14	175
16	7	12	701	26	11	379
17	6	10	210	7	19	870
18	3	19	6	18	16	1074
19	2	16	595	0	1	485

TABVLA TERTIA NEOMENIARVM IN CYCLIS COLLECTIS.

	Cycli collecti neomeniarum.			Cycli collecti excessus Solis.			
Linea Cyclorū collectorū.	Feria.	Hor.	Scrup. Iud.	Dies excessus	Hor.	Scrup. Iud.	Anni collecti.
1	2	16	595	0	1	485	19
2	5	9	110	0	2	970	38
3	1	1	705	0	4	375	57
4	3	18	220	0	5	860	76
5	6	10	815	0	7	265	95
6	2	3	330	0	8	750	114
7	4	19	925	0	10	155	133
8	7	12	440	0	11	640	152
9	3	4	1035	0	13	45	171
10	5	21	550	0	14	530	190
20	4	19	20	1	4	1060	380
30	3	16	570	1	19	510	570
40	2	14	40	2	9	1040	760
50	1	11	590	3	0	490	950
60	7	9	60	3	14	1020	1140
70	6	6	610	4	5	470	1330
80	5	4	80	4	19	1000	1520
90	4	1	630	5	10	450	1710
100	2	23	100	6	0	980	1900
200	5	22	200	12	1	880	3800
300	1	21	300	18	2	780	5700
400	4	20	400	24	3	680	7600
500	7	19	500	30	4	580	9500
600	3	18	600	36	5	480	11400

TABVLA

TABVLA QVARTA NEOMENIARVM TISRI IN ANNIS EXPANSIS CYCLI MAGNI.

				0			19			38			57			76			95			114	
	1	vii Oct.	2	5	204	4	21	799	7	14	314	3	6	909	5	23	424	1	15	1019	4	8	534
	2	xxvi Sep.	6	14	0	2	6	595	4	23	110	7	15	705	3	8	220	6	0	815	1	17	330
Emb.	3	xvi Sep.	3	22	876	6	15	391	2	7	986	5	10	501	7	17	16	3	9	611	6	2	126
	4	v Oct.	2	20	385	5	12	980	1	5	495	3	22	10	6	14	605	2	7	120	4	23	715
	5	xxiii Sep.	7	5	181	2	21	776	5	14	291	1	6	886	3	23	401	6	15	996	2	8	511
Emb.	6	xii Sep.	4	13	1057	7	6	572	2	23	87	5	15	682	1	8	197	4	0	792	6	17	307
	7	Kal. Oct.	3	11	566	6	4	81	1	20	676	4	13	191	7	5	786	2	22	301	5	14	896
Emb.	8	xxi Sep.	7	20	362	3	12	957	6	5	472	1	21	1067	4	14	582	7	7	97	2	23	692
	9	viii Oct.	6	17	951	2	10	466	5	2	1061	7	19	576	3	12	91	6	4	686	1	21	201
	10	xxviii Sep.	4	2	747	6	19	262	2	11	857	5	4	372	7	20	967	3	13	482	6	5	1077
Emb.	11	xvii Sep.	1	11	543	4	4	58	6	20	653	2	13	168	5	5	763	7	22	278	3	14	873
	12	vi Oct.	7	9	52	3	1	647	5	18	162	1	10	757	4	3	272	6	19	867	2	12	382
	13	xxiiii Sep.	4	17	928	7	10	443	3	2	1038	5	19	553	1	12	68	4	4	663	6	21	178
Emb.	14	xiiii Sep.	2	2	724	4	19	239	7	11	834	3	4	349	5	20	944	1	13	459	4	5	1054
	15	iii Oct.	1	0	233	3	16	828	6	9	343	2	1	938	4	18	453	7	10	1048	3	3	563
	16	xxii Sep.	5	9	29	1	1	624	3	18	139	6	10	734	2	3	249	4	19	844	7	12	359
Emb.	17	x Sep.	2	17	905	5	10	420	1	2	1015	3	19	530	6	12	45	2	4	640	4	21	155
	18	xxix Sep.	1	15	414	4	7	1009	7	0	524	2	17	39	5	9	634	1	2	149	3	18	764
Emb.	19	xix Sep.	6	0	210	1	16	805	4	9	320	7	1	915	2	18	430	5	10	1025	1	3	540

RESIDVVM TABVLAE QVARTAE.

		133			152			171			190			209			228	
1	7	1	49	2	17	644	5	10	159	1	2	754	3	19	269	6	11	864
2	4	9	925	7	2	440	2	18	1035	5	11	550	1	4	65	3	20	660
3	1	18	721	4	11	236	7	3	831	2	20	346	5	12	941	1	5	456
4	7	16	230	3	8	825	6	1	340	1	17	935	4	10	450	7	2	1045
5	5	1	26	7	17	621	3	10	136	6	2	731	1	19	746	4	11	841
6	2	9	902	5	2	417	7	18	1012	3	11	527	6	4	42	1	20	637
7	1	7	411	3	23	1006	6	16	521	2	9	36	5	1	631	7	18	146
8	5	16	207	1	8	802	4	1	317	6	17	912	2	10	427	5	2	1022
9	4	13	796	7	6	311	2	22	906	5	15	421	1	7	1016	4	0	531
10	1	22	592	4	15	107	7	7	702	3	0	217	5	16	812	1	9	327
11	6	7	388	1	23	983	4	16	498	7	9	13	3	1	608	5	18	123
12	5	4	977	7	21	492	3	14	7	6	6	602	1	23	117	4	15	712
13	2	13	773	5	6	288	7	22	883	3	15	398	6	7	993	2	0	508
14	6	22	569	2	15	84	5	7	679	1	0	194	3	16	789	6	9	304
15	5	20	78	1	12	673	4	5	188	6	21	783	2	14	298	5	6	893
16	3	4	954	5	21	469	1	13	1064	4	6	579	6	23	94	2	15	689
17	7	13	750	3	6	265	5	22	860	1	15	375	4	7	970	7	0	485
18	6	11	259	2	3	854	4	20	369	7	12	964	3	5	479	5	21	1074
19	3	20	55	6	12	650	2	5	165	4	21	760	7	14	275	3	6	870

TABVLA QVINTA CYCLORVM MAGNORVM COLLECTORVM.

247	A	6	23	175	4693	T	6	8	85
494	B	6	22	350	4940	V	6	7	260
741	C	6	21	525	5187	X	6	6	435
988	D	6	20	700	5434	Y	6	5	610
1235	E	6	19	875	5681	Z	6	4	785
1482	F	6	18	1050	5928	a	6	3	960
1729	G	6	18	145	6175	b	6	3	55
1976	H	6	17	320	6422	c	6	2	230
2223	I	6	16	495	6669	d	6	1	405
2470	K	6	15	670	6916	e	6	0	580
2717	L	6	14	845	7163	f	5	23	755
2964	M	6	13	1020	7410	g	5	22	930
3211	N	6	13	115	7657	h	5	22	25
3458	O	6	12	290	7904	i	5	21	200
3705	P	6	11	465	8151	k	5	20	375
3952	Q	6	10	640	8398	l	5	19	550
4199	R	6	9	815	8645	m	5	18	725
4446	S	6	8	990	8892	n	5	17	900

TABVLA SEXTA.

		0	19	38	57	76	95	114	133	152	171	190	209	228
	1	2	5	7	3 c.2.	7.G.5	2.d.7.	5.e.3.	7	3.D.2	5	2.L.7.	5.N.3.h.2	7.Y.5.
	2	7.a.5.	2	5	7	3.R.2	7.I.5.	2.e.7.	5.g.3.	7	3.B.2.	5	2.N.7.	5.O.3.i.2
Emb.	3	5.F.3.	7.c.5.	2	5	7	7.T.2	7.K.5	2.g.7.	5.X.3	7	3.C.2.	5	2.O.7.
	4	3	5	2.O.7.	5.Q.3.	7.b.5.	2	5	7	3.f.2.	7.I.5.	2	5.h.3.	7
	5	7	3.E.2.	5	2.Q.7.	5.R.3	7.d.5.	2	5	7	5.B.3.	7.L.5.	2.h.7.	5.i.3.
Emb.	6	5.a.3.	7	3.G.2.	5	2.R.7	5.I.3.	7.e.5.	2	5	2.B.7.	3.X.2.	7.M.5.	2.i.7.
	7	5.C.3.	7.N.5.	2.i.7.	5.l.3.	7	3	5	2.Q.7	5.S.3.	7.d.5.	2	2	2.A.7.
Emb.	8	2.C.7.	3.Z.2.	7.O.5.	2.l.7.	5.b.3.	7	3.G.2	5	2.S.7.	5.I.3.	7.f.5.	2	5.
	9	7	2	5	2.B.7.	5.D.3	7.N.5	2.k.7	5	7	3.L.2.	5	2.R.7.	5.T.3.
	10	5.Y.3.	7.h.5.	2	5	2.D.7	5.F.3.	7.P.5	2.m.7	5	7	3.H.2.	5	2.T.7.
Emb.	11	2.X.7.	5.M.3.	7	2	5	2.F.7.	3.b.2.	7.Q.5	2.n.7.	5.d.3.	7	3.K.2.	7.A.5.
	12	7	3	7.A.5.	2.V.7.	5.Z.3	7.h.5.	2	5	2.E.7	3.F.3.	7.P.5.	2.n.7.	5
	13	5	7	3.L.2.	7.B.5.	2.Y.7	5.a.3.	7.k.5	2	5	2.F.7.	5.H.3.	7.R.5.	2
Emb.	14	2	5.h.3.	7	3.N.2.	7.D.5	2.a.7.	5.P.3.	7.m.5	2	5	2.H.7.	3.e.2.	7.T.5.
	15	2.H.7.	5.k.3.	7.T.5.	2	5	7	3	7.C.5	2.Z.7	5.a.3.	7	2	5
	16	5	2.k.7.	5.M.3.	7.V.5.	2	5	7	7.N.2	7.E.5.	2.a.7.	5.c.3.	7.m.5.	2
Emb.	17	2	5	2.L.7.	5.B.3.	7.Y.5	2	5.k.3.	7	3.P.2.	7.F.5.	2.c.7.	5.R.3.	7
	18	2.c.7.	5.e.3.	7	3	5	2.K.7	5.M.3	7.X.5	2	5	7	2	7.E.5.
Emb.	19	7.H.5.	2.e.7.	5.T.3.	7	3.A.2	5	2.M.7	5.C.3	7.Z.5	2	5.l.3.	7	3.Q.2.

TABVLA

TABVLA SEPTIMA AEQVATIONIS NEOMENIARVM.

		0	19	38	57	76	95	114	133	152	171	190	209	228
	1	1.a.4.	2	3	5.c.1.	6.G.7.R.2.	1.I.4.d.3.	2.e.5.	3.g.6.	5.D.1.	7.B.2.	4.L.3.	2.N.5.h.1	3.O.6 Y.7.1 2
	2	3.F.6.a.7.	1.c.4.	2	3	5.R.1.	6.I.7.T.2.	1.K.4.e.3.	2.g.5.	3.X.6.	5.B.1.	7.C.2.	4.N.3.	2.O.5.i 1.
mb.	3	7.F.2	6.c.8	1.O.7	2	3.b.6	5.T.1	6.K.8.	4.g.3.	7.X.2.f.5	3.I.6.	5.C.1	8.h.7.	4.O.3.
	4	5	7.E.2.	4.O.7	8.Q.7.	3.R.6.b.7.n.2	1.d.4	2	3	5.f.1	3.B.6.I.7.	1.L.4.	2.h.5.	3.i.6.
	5	3.a.6.	5.E.1.	7.G.2.	4.Q.3.	2.R.5.n.1.	3.I.6.d.7.	1.e.4.	2.	3	2.B.5.	6.L.7.X.2	1.M.4.h.3	2.i.5.
nb.	6	8.C.7.a.2	3.N.6	5.G.1.i.4	8.I.7.	4.R.3.	7.I.2.	6.e.8.	1.Q.4	8.S.7.	4.B.3.d.6.	5.X.1.	6.M.8.	1.A.4.i.3
	7	2.C.5	6.N.7.Z.2	1.O.4.I.3.	2.I.5.	3.b.6	5	7.G.2.	4.Q.3.	2.S.5.	3.I.6.d.7.	3.f.4.	2	4.A.3.
mb.	8	4.C.3.	5.Z.1.	6.O.8.	1.B.4.I.3.	8.D.7.b.c.2	3.N.6.	5.G.1.k.4	8	4.S.3.	7.I.2.L.5.	6.f.8.	1.R.4.	8.I.7.
	9	3.Y.6	1.h.4.	2	4.h.3.	2.D.5	3.F.6.N.7	1.P.4.k.3.	2.M.7.	3.	5.L.1.	7.H.1.	4.R.6.	2.I.5.
	10	2.X.7.Y.5	3.M.6.h.7	1	2.	4.D.3.	2.F.5.	6.P.7.b.2.	1.Q.4.m.3.	2.n.7.	3.d.6.	5.H.1.	7.K.2.	1.A.4.T.3.
mb.	11	4.X.3.	7.M.2.	3.A.6.	1.V.4.	8.Z.7.	4.F.3.h.6.	5.b.1.	6.Q.8.	1.E.4.n.3	8.F.7.d.2.	3.F.7.d.2.	8.K.1.h.4	6.A.8.
	12	3	5	6.A.7.L.2	1.B.5.V.3.	2.Y.7.Z.5	3.a.6.h.7.	1.k.4.	2	4.E.3	2.F.5.	3.H.6P.7.	1.R.4.n.3	2.
	13	2	3.h.6.	5.L.1	6.B.7.N.2.	1.D.4.Y.7	2.a.5.	3.P.6.k.7.	1.m.4.	2	4.F.3.d.	2.H.5.	6.R.7.e.2.	1.T.4.
nb.	14	1.H.4.	8.K.h.2.	3.T.6	5.N.1.	6.D.8.	4.a.3.	7.P.2.	3.C.6.m.8	1.Z.4.	8.a.7.	4.H.3.	2.e.1.	6.e.1.
	15	4.H.3.	2.K.5.	3.M.6.T.7	1.V.4.	2	3	5	6.C.8.N.2	1.E.4.Z.3	2.a.5.	3.	2.m.4.	2
	16	2.	4.K.3.	2.K.5.	3.B.6.V.7.	1	2	3.k.6	5.N.1.	6.E.7.P.2	1.F.4.a.3.	2.c.5.	3.R.6.m.7	1
nb.	17	1.c.4.	8.e.7.	4.L.3.	7.B.2.	6.Y.8.	1.K.4.	8.g.7.k.2.	3.X.6.	5.P.1.	6.F.8.	4.c.3.	7.R.2.	3.E.6.
	18	1.H.4.c.3	2.e.5.	3.T.6.	5.	7.	4.K.3.	7.M.5.	3.C.6.X.7	1.Z.4	2	3.I.6.	5	6.E.7 Q.2
nb.	19	6.H.8.	7.e.3.	7.T.2.c.5.	3.G.6.	5.A.1.d.4.	8.e.7.	4.M.3.	7.C.2.D.5	6.Z.8.	1.L.4.	8.H.7.I.2.	3.Y.6.	5.Q.1.

TABVLA OCTAVA LATERCVLI MENSIVM.

Character mensis.	Qualitas anni.	Tisri.	Marchesvan.	Casleu.	Tebet.	Sebat.	Adar prior	Adar post.	Nisan.	Iiar.	Siwan.	Tamuz.	Ab.	Elul.
ANNVS COMMVNIS.														
1	A	2	4	6	1	2		4	5	7	1	3	4	6
2	O	5	7	1	3	4		6	7	2	3	5	6	1
3	A	7	2	4	6	7		2	3	5	6	1	2	4
4	D	2	4	5	6	7		2	3	5	6	1	2	4
5	O	3	5	6	1	2		4	5	7	1	3	4	6
6	D	7	2	3	4	5		7	1	3	4	6	7	2
7	A	5	7	2	4	5		7	1	3	4	6		2
ANNVS EMBOLIMÆVS.														
1	A	2	4	6	1	2	4	6	7	2	3	5	6	1
2	A	3	5	7	2	3	5	7	1	3	4	6	7	2
3	A	7	2	4	6	7	2	4	5	7	1	3	4	6
4	D	2	4	5	6	7	2	4	5	7	1	3	4	6
5	O	3	5	6	1	2	4	6	7	2	3	5	6	1
6	D	7	2	3	4	5	7	2	3	5	6	1	2	4
7	D	5	7	1	2	3	5	7	1	3	4	6	7	2
8	A	5	7	2	4	5	7	2	3	5	6	1	2	4

DEFINITIONES.

I *Menses Lunares sunt alternis pleni, & caui.*

II *Annus Lunaris, qui ad Menses Lunares descriptus est, communis quidem ad* XII *Embolimæus autem ad* XIII.

III *Annus ordinarius, communis quidem dierum* CCCLIIII, *Embolimæus* CCCLXXXIIII.

IIII *Annus defectiuus, communis dierum* CCCLIII, *Embolimæus* CCCLXXXIII. *quando in utraque specie Casleu fit ex pleno cauus.*

V *Annus Abundans, communis dierum* CCCLV, *embolimæus* CCCLXXXV. *quando in utraque specie Marchesvvan ex cauo fit plenus.*

VI *Cyclus Lunæ est systema annorum Lunarium* XIX, *communium quidem* XII, *embolimæorum vero* VII.

VII *Embolismus est intercalatio mensis pleni inter finem Sebat, & neomeniam Adar.*

VIII *Adar prior est mensis embolimæus plenus.*

IX *Adar posterior est mensis ordinarius cauus, post embolimæum.*

X *Tempus embolismi est excessus rationum Solarium supra mensem Lunarem in annis Cycli* III, VI, VIII, XI, XIIII, XVII, XIX.

XI *Tekuphæ Rabbi Samuelis sunt quatuor quadrantes anni Iuliani singulis lustris Iulianis per rationem Bisexti in orbem recurrentes.*

XII ὑπεροχὴ ἡλιακή, *siue excessus Solaris, est differentia anni Iuliani, & Lunaris.*

XIII *Character anni Iudaici est feria Tekuphæ Tisri.*

XIIII *Annus Semita est septimus annus Hebdomadis annalis.*

XV *Iobel est systema annorum Lunarium* XLIX. *Aliter. Systema septem Hebdomadum annalium.*

XVI *Character temporis, est, abiectis omnibus septenarijs dierum, residuum dierum, horarum, & appendicum scrupulariarum.*

CHARACTERES.

I *Character mensis.* 1. 12. 793.

II *Character anni communis.* 4. 8. 876.

III *Character anni embolimæi.* 5. 21. 589.

IIII *Character Cycli Lunaris.* 2. 16. 595.

V *Character magni cycli feriarum.* 6. 23. 175.

VI *Character nouilunij Tohu.* 2. 5. 204.

REGVLÆ.

I *Nunquam Tisri feria* I, IIII, VI.

II *Nunquam Nisan feria* II, IIII, VI.

III *Semper*

III *Semper in anno communi Tisri feria* V, *si character excesserit* 3. 9. 203.

IIII *Semper post embolismum Tisri feria* III, *si character excesserit.* 2. 15. 588.

V *Translatio feriæ astronomica, quando characterismus attigit, aut excessit hor.* 18.

VI *Translatio feriæ politica, quando characterismus Tisri est feria* I, IIII, VI.

CANON PRIMVS.

Dato anno Iudaico, cyclum Lunæ Iudaicum scire.

Habeas id per doctrinam Canonis sexti Capitis quinti: vel per doctrinam Canonis sexti Capitis quarti. Hoc est, ab annis Iudaicis propositis aufer numerum proxime minorem in Tabula quinta, cuius literam seorsim serua. Rursus a residuo abijce numerum proxime minorem in Tabula quarta. relinquetur cyclus quæsitus.

Ab anno proposito Iudaico 5365 abijce numerum proxime minorem in Tabula quinta, nempe 5187. cuius literam X seorsim serua una cum charactere eius 6. 6. 435. Relinquitur 178. a quo residuo rursus abijce numerum proxime minorem 171 in fronte Tabulæ. Relinquitur cyclus quæsitus 7.

CANON SECVNDVS.

Dato anno Iudaico, scire, quot cycli a capite æræ Iudaicæ, & quot anni præterierunt.

Ab annis Iudaicis propositis abijce numeros proxime minores in linea annorum collectorum Tabulæ tertiæ tandiu, donec numerum propositum consumpseris. Omnes cyclos illis respondentes coniunge ex linea cyclorum in eadem Tabula.

Ab annis Iudaicis propositis 5365 abijce numerum proxime minorem in linea annorum collectorum in latere dextro, siue versu ultimo Tabulæ tertiæ, nempe numerum 3800. A residuo 1565 rursus abijcito numerum proxime minorem 1520. Denique a residuo 45 abijcito proxime minorem 38. Supersunt anni 7. Iam annis collectis, 3800, 1520, 38, congruunt de linea cyclorum eiusdem Tabulæ cycli 200, 80, 2. qui simul iuncti componunt cyclos 282 absolutos, & annos præteritos 6 de cyclo labente 283, cuius annus 7 hoc anno 5365 inibit proxime tam per hanc, per superioris Canonis, doctrinam.

CANON TERTIVS.

Anno Iudaico proposito, characterem Tisri inuenire in horis & scrupulis.

Sit propositus annus Iudaicus 5365, cuius Tisri characterem in horis & scrupulis vis scire. Characterismos respondentes cyclis supra collectis, compone simul una cum annorum præteritorum characterismo. Aggregato adijce nouilunium Tohu. ut habes in Diagrammate.

Cycli præteriti.	200	5	22	200
	80	5	4	80
	2	5	9	110
Anni præteriti.	6	1	6	362
Aggregat.		3	17	752
Nouilunium Tohu.		2	5	204
Nouilunium Tisri astronomicon.		5	22	956

Characterismi igitur cyclis 200, 80, 2 respondentes una cum characterismo annorum præteritorum 6 ex Tabula secunda, per Canonem primum Capitis primi collecti componunt 3. 17. 752. cui characteri adijce nouilunium Tohu, qui est sextus in ordine characterum post definitiones. Consurgit nouilunium Tisri 5. 22. 956. hoc est feria sexta, per regulam V, quia character excessit horas 18, quum sint horæ 22, scrup. 956. Itaque pro feria quinta sumitur feria sexta.

II ALITER. Characterem 6. 6. 435, quem reseruasti Canone primo, compone cum charactere cellæ communis Tabulæ quartæ sub frontali 171, e regione cycli Iudaici 7. Nam in doctrina dicti Canonis primi ab annis Iudaicis propositis 5365 abiecisti annos 5187 in Tabula quinta, cuius characterem 6. 6. 435 reseruasti. a residuo autem 178, abiecisti numerum proxime minorem 171 in fronte Tabulę quartę. & relinquitur cyclus anni propositi 7 a latere Tabulæ. In angulo autem communi occurrit character 6. 16. 521. qui cum charactere reseruato componit eundem characterem Tisri 5. 22. 956. Hæc est expeditissima omnium metho-

methodus, utpote quum duo tantum characteres componantur; in priori autem exemplo quinque. Aio igitur nouilunium Tisri competere in feriam sextam per regulam quintam, idque nocte post XIII Septembris, a qua incipit dies Iudaicus, quod continget quum hæc scribebam, Idibus Septembris Iuliani, anno Christi MDCIIII. Astronomica est hæc epocha, non quod astronomice nouilunium hoc incidat in totidem horas, & scrupula, sed dictum ad differentiam translationis politicæ. Nam per Regulas I, & VI, feria VI est reproba, & non idonea neomeniæ Tisri politicæ. Ideo neomenia Tisri politica inibit nocte, quæ sequetur XIIII Septembris Iuliani, feria septima.

III ALIVD EXEMPLVM. Volo scire nouilunium Tisri anni Iudaici 5194. Numerus proxime minor in Tabula quinta 5187 habet characterem, ut diximus, *6.6.435*. Abiectis 5187 de 5194, superest cyclus 7. In Tabula quarta e regione 7 cycli sub frontali o occurrit 3. 11. *566*. Compono cum charactere *6. 6.435*. Consurgit character Tisri 2. 17. 1001. & quidem astronomicus. At est annus post embolismum, & horæ excedunt 15. 588. Sunt enim horæ 17. 1001, majores, quam 15. 588. Ideo per regulam IIII, feria secunda politice transfertur in III, anno post embolismum.

IIII ALIVD EXEMPLVM. Volo scire nouilunium Tisri anni Iudaici 1120. Numerus proxime minor in Tabula quinta 988 habet characterem *6. 20.700*. Abiectis 988 de 1120, de residuo 132 abijcio proxime minorem 114 in fronte Tabulæ quartæ. Relinquitur lateralis numerus 18, & in angulo communi 3.18.764. quæ cum *6.20. 700* composita constituunt neomeniam Tisri 3.15.384. Sed est annus communis, & horæ 15. 384 sunt majores, quam horæ 9. 203. Ideo per regulam III, feria tertia transferenda est ciuiliter in quintam. Sed ut defungaris leui opera omnibus molestijs (si modo tam perspicuæ methodi molestia ulla esse potest) en via longe expeditissima, quam satis laudare non possis. Ab annis propositis 5365, abiecto numero proxime minori 5187, ut iam fecisti in doctrina Canonis primi, & reseruata litera X, a residuo 178 abijce frontalem numerum proxime minorem 171 in Tabula sexta. Relinquitur, (ut iam expertus es Canone primo) cyclus 7, in latere Tabulæ: & in angulo communi occurrit 7.d. 5. Sed X litera reseruata prior est, quam d. Ideo per doctrinam Canonis quarti Capitis tertij, adiuuante doctrina Canonis decimi Capitis quarti, prior feria, nimirum septima, assumenda est. Itaque hac methodo omnes ciuiles neomenias colligere potes defunctus omni tædio obseruationum antecedentium.

SCHOLION. *Adeptus neomeniam Tisri, reliquorum mensium neomenias habebis, si ex Tabula prima characterem mensis, quem desideras, ad characterem Tisri adieceris. Si vis habere Nisan, in anno communi adijce characterē sexti mensis, in embolimæo characterem septimi. Ita de alijs mensibus.*

CANON QVARTVS.

Qualitatem anni scire in dato anno Iudaico.

Hoc est, scire, annus ordinariusne, an defectiuus, an abundans sit. Compara anni propositi characterem cum charactere anni sequentis, hoc est feriam anni propositi cū feria sequentis anni. Si enim annus est defectiuus communis, differentia eius, & sequentis est feria tertia. Nam per definit. IIII annus communis defectiuus est dierum 353. Abiectis omnibus septenarijs relinquitur feria tertia. Sic annus defectiuus embolimæus dierum 383 per eandem definit. abiectis septenarijs relinquit feriam quintam. & ita de qualitate reliquorum iudicabis, ut habes in præsenti diagrammate.

	D	O	A	
COMM.	*353*	*354*	*355*	*Dies anni*
	3	*4*	*5*	*Residua septen.*
xxiii	Gundemarus.	III	DCXLVIII	610.
xxiiii	Sisebutus.	X	DCL	612.
	Sub hoc Isidorus Hispalensis scribebat libros suos Originum.			
xxv	Swinthila.	XI	DCLIX	621.
	Ab huius anno ii incipit Aera Hegiræ Hagarenorum.			
xxvi	Sisenandus.	VI	DCLXIX	631.
	Ab huius anno ii incipit Hera Iezdegird Persica.			
xxvii	Chintila.	V	DCLXXIIII	636.
xxviii	Tulca.	III	DCLXXVIII	640.
xxix	Chindaswinthus & Recesvvinthus	XXXI	DCLXXX	642.
xxx	Wamba	IX	DCCX	672.
xxxi	Eruigius.	VIII	DCCXVIII	680.
xxxii	Egiga.	XV	DCXXV	687.
xxxiii	Witiza.	XI	DCCXXXIX	701.
xxxiiii	Rodericus a Mauris regno spoliatus, perfidia Iuliani Comitis.	III	DCCXLIX	711.

Colliguntur Dynastiæ VVisigothorum a transitu in Gallias, ad casum Roderici, anni CCXCIX.

DYNASTIA SVEVORVM IN CALLAECIA, REGVM X.

i	Ermenricus.	XXXII	CCCCXLVI	408.
ii	Rechilla filius	VII	CCCCLXXIIII	440.
iii	Recciarius.	IX	CCCCLXXXVI	448.
iiii	Masdras.	III	CCCCXCV	457.
v	Frumarius.	IIII	CCCCXCVIII	460.
vi	Remismundus cum aliquot Regibus Arrianis, quorum nomina & epochæ ignorantur.			
vii	Theudomirus orthodoxus factus a Martino Dumiensi Episcopo.	XII	DXCVI	558.
viii	Miro.	XIII	DCVIII	570.
ix	Eboricus.		DCXX	582.
x	Andecan tyrannus profligatur a Leouigildo, anno		DCXXII	584.

Colliguntur Dynastiæ Sueuorum in Callæcia anni CLXXVI.

DYNASTIA VANDALORVM SILINGORVM IN AFRICA, REGVM VI.

		Anni regni.	Menses.	Aera Hispanica.	Anni Christi.
i	Geisericus.	XLIIII			
	Traijcit in Africam.			CCCCLXV	428.
	Capit Carthaginem.			CGCLXXVII	439.
ii	Vgnericus filius.	VII	V	DXVII	479.
iii	Gunthamundus.	XI	VIII	DXXIIII	486.
iiii	Thrasamundus.	XXVI	IX	DXXXV	4[illegible]
v	Hilderix.	VII	III	DLXI	52[illegible]
vi	Gilimer.	IIII		DLXVIII	530.

Colliguntur Dynastiæ Vandalorum Silingorum in Africa anni CVII *a traiectu in Africam, a capta Carthagine, anni* XCV.

DYNASTIA LANGOBARDORVM IN ITALIA.

REGVM XXIII.

		Anni regni.	Menses.	Anni Christi.
I	Alboinus	III	VI	568.
II	Clefis	I	VI	571.
	Interregnvm	X		573.
III	Autharis Clefis F.	V	VI	583.
IIII	Agilulfus	XXV		588.
V	Flauius Adalwaldus Agilulfi F.	X		614.
VI	Ariwaldus	XII		624.
VII	Rotharis. Harodus	XV	IIII	636.
VIII	Rodwaldus	V	VII	651.
IX	FL. Aribertus.	IX		656.
X	Gundebertus	I	III	665.
XI	Grimoaldus	IX		666.
XII	Garibaldus		III	675.
XIII	Pertarithus	XVIII		675.
XIIII	Cuniberthus	XII		693.
XV	Luithbertus		VIII	705.
XVI	Ragunbertus		III	706.
XVII	Aribertus alter	XII		706.
XVIII	Asprandus		III	718.
XIX	Luitprandus	XXV	VII	718.
XX	Hildebrandus. Statim regno abdicatus.			o.
XXI	Rachis Remmonis F.	V	VI	743.
XXII	Astulfus frater Rachis	VII		749.
XXIII	Desiderius.	XVIII		756.

Colliguntur Dynastiæ Langobardorum ab initio Alboini primi Regis, ad exitum Desiderij ultimi Regis, anni CCVI.

FRANCORVM DYNASTIAE TRES IN GALLIA.

DYNASTIA PRIMA MEROVEADARVM.

DYNASTIA SECVNDA KAROLIDARVM A PIPINO REGE.

DYNASTIA TERTIA HVGONIDARVM.

DYNASTIÆ ANGLOSAXONVM IN BRITANNIA.

DYNASTIÆ SCOTOBRIGANTVM IN BRITANNIA.

DYNASTIA BVRGVNDIONVM IN VIENNENSI ET MAXIMA SEQVANORVM.

DYANASTIÆ HVNNORVM IN PANNONIIS.

REGNA DANORVM, SVEONVM, NORWEGIÆ, POLONIÆ, &c.

DYNASTIÆ MAVRORVM IN AFRICA ET HISPANIIS.

REGNA DIVERSA HISPANIARVM.

REGNA CROATIÆ, NEAPOLIS, SICILIÆ, SARDINIÆ, &c.

DVCES, MARCHIONES, COMITES, ELECTORES GERMANIÆ.

DVCES, MARCHIONES, COMITES, DYNASTÆ, PRINCIPES ITALIÆ.

EXAR-

EXARCHI RAVENNAE.

		Anni Exarchatus,	Anni Christi.
I	Fl. Longinus V. C. Patricius.	XV	569.
II	Fl. Zmaragdus V. C. Patricius.	IIII	584.
III	Fl. Romanus V. C. Patricius.	XII	587.
IIII	Fl. Callinicus V. C. Patricius.	VI	598.
V	Fl. Zmaragdus iterum.	XIIII	603.
VI	Eleutherius V. C. Patricius.	IIII	616.
	Hic tyrannidem arripiens oppressus est.		
VII	Isaacius V. C. Patricius.	XXV	619.
VIII	Theodorus Calliopas V. C.	VIII	643.
IX	Olympius cubicularius V. C.	IIII	650.
X	Theodorus Calliopas iterum.	XXXV	653.
XI	Fl. Iohannes Platon V. C.	XVI	687.
XII	Theophylactus V. C. Patricius.	IX	702.
XIII	Iohannes Tyzocopus V. C.	VI	710.
XIIII	Scholasticus V. C. Patricius.	XI	715.
XV	Paulus V. C. Patricius.	XXVII	725.

Stetit Exarchatus annos CLXXXIII.

EPISCOPI,

VRBIS ROMAE.

ANTIOCHIAE.

ALEXANDRIAE.

IEROSOLYMORVM.

CONSTANTINOPOLEOS.

CHRONOLOGIA VETVS.

	Intervalla.	Period. Iuliana.	Numerus Euseb.	
A secundo sub Daucalione Diluuio, ad Idæ incendium, Idæos Dactylos, & ferri inuentionem,	LXXIII	3201	DIIII	Diluuiũ Deucalionis.
Hinc ad raptum Ganymedis,	LXV	3274	DLXXVII	Idæ incendium.
Hinc ad Persei expeditionem, & Glauci Isthmia,	XV	3339	DCXLII	Raptus Ganymedis.
Hinc ad Ilij conditum,	XXXIIII	3354	DCLVII	Glauci Isthmia.
Hinc ad expeditionem Argonautarum,	LXIIII	3388	DCXCI	Conditus Ilij.
Hinc ad Theseum, & Minotaurum,	XXXII	3452	DCCLV	Argonautæ.
Hinc ad Septem ad Thebas,	X	3484	DCCLXXXVIII	Theseus, Minotaurus.
Hinc ad ludicrum Olympicũ Herculis,	III	3494	DCCXCVII	VII ad Thebas.
Hinc ad Amazonum in Atticam expeditionem, & Helenæ raptum a Theseo,	IX	3947	DCCC	Olympicũ Herculis.
Hinc ad Herculis ἀποθέωσιν,	XI	3506	DCCCIX	Expeditio Amazonũ.
Hinc ad Helenæ raptum ab Alexandro,	IIII	3517	DCCCXX	Herculis ἀποθέωσις.
Hinc ad Troiæ excidium,	X	3521	DCCCXXIIII	Raptus Helenæ.
Hinc ad conditum Lauinij in Italia.	X	3531	DCCCXXXIIII	Troiæ excidium.
Hinc ad Ascanij regnum,	VIII	3541	DCCCXLIIII	Conditus Lauinij.
Hinc ad Heraclidarum reditum,	LXI	3549	DCCCLII	Regnum Ascanij.
Hinc ad primam Olympiadem Iphiti.	CCCXXVIII.	3610	DCCCCXIII	Heraclidarũ reditus.
		3938	MCCXLI.	Olympias Iphiti.

Colliguntur a diluuio Deucalionis, ad primam Olympiadem, anni DCCXXXVII.

CHRONOLOGIAE LIBER TERTIVS,

QVI ET *αἰτιολογικός*.

Iſte liber, ut lemma indicat, explicat cauſſas ſuperiorum. Ideo in duas partes eum diuiſimus. Totidem enim libri antecedunt, quorum cauſſæ in iſto aperiuntur. Et licet multa iam a nobis dicta ſunt in libris de emendatione temporum, quæ huc pertinent: plura tamen in hoc libro explicantur, quæ in illo opere non habentur. Cauſſas igitur doctrinæ huius in hunc librum ideo reiecimus, ne illas cum ipſis præceptis commiſcentes ordinem docendi turbaremus, & tenebras tironum ingenijs offunderemus.

TERTII LIBRI PARS PRIOR.

IN CAPVT PRIMVM.

In hoc Capite nihil eſt, quod tironem morari poſſit, præter unam, aut alteram definitionem.

ii *Scrupulum Iudaicum.*] Quemadmodum numerus ſexagenarius in ratiocinijs aſtronomicis commodiſſimus eſt, propter multiplices diuiſiones, quas recipit: ita longe commodior ille, qui ex ſexagenarijs compoſitus eſt, qualis 1080, qui in xviii ſexageſima ſcrupula ductus eſt. Propterea xviii de hoc numero ſunt æqualia uni ſcrupulo ſexageſimo primo. In epilogiſmis menſium Lunarium hoc numero utuntur tam Iudæi, quam Arabes. Hoc differunt, quod Iudæi definiunt menſem dierum 29. hor. 12 $\frac{793}{1080}$. Arabes autem totidem dierum, & horarum, ſed ſcrupulorum uno minus, nempe 792. ut ſuo loco alibi a nobis demonſtratum. Huiuſmodi epilogiſmos Arabum habemus in Kalendario Turcico: ubi non alijs ſcrupulis rationes concipiuntur, quam iſtis Iudaicis. Quam ſit vetus huius numeri uſus ex priſcorum Iudæorum ſcriptis ſatis conſtat, quæ Samuelem Iarchinai in definitione menſis Lunaris hoc uſum fuiſſe, eumque ita a maioribus ſuis, eos autem a vetuſtioribus accepiſſe teſtantur, ut etiam ab Hipparcho eos ita didiciſſe tradant. Obijt autem iſte Samuel Iarchinai anno Chriſti ccl. Igitur Scripulum Iudaicum ab ipſis Iudæis vocatur חֵלֶק, id eſt *μόριον*. Eſt enim *τῆς ὥρας χιλιοστὸν ὀγδοηκοστὸν μόριον*, quod Græci ita componerent *χιλιογδοηκοστομόριον τῆς ὥρας*, milleſimum octageſimum horarium ſcripulum, ſiue portio. Huius numeri dimidium, nempe DLIIII, Plato vi de legibus valde commendat ab utilitate & commoditate.

iii *Momentum Iudaicum.*] Veteres Computorum Paſchalium conditores horam plurifariam diuiſerunt, in Atomos, partes, Momenta, Minuta, Puncta. Sed apud Orientales vetuſtiſſima horæ diuiſio fuit, ut diximus, in MLXXX ſcripula. Nec alia diuiſione opus fuit ante præſtantiſſimum Iudæorum magiſtrum Rabbi Adda, qui ad methodum anni Solaris Hipparchei unum ſcrupulum de 1080 diuiſit in LXXVI momenta, vel, ut ipſe vocauit, רְגָעִים. ita ut hora ſit ſcrupulorum 1080, vel momentorum 82080. Qua de re amplius dicetur in Capite de anno Hipparchi Solari, in quo ſolo illa Momenta locum habent.

v *Hebdomas.*] Hebdomadem dierum veteres Græci *τὸ ἑπτάζωνον*, vel *τὸ ἑπτάζωνον τῆς σαββατικῆς ἡμέρας* vocant, ut diſtinguant ab ea, quæ dicitur *ἡ ἑπτάζωνος τῶν ἀστέρων*, quæ eſt ſeries ſeptem Planetarum ♄, ♃, ♂, ☉, ♀, ☿, ☽. Sed *ἡ ἑπτάζωνος τῆς σαββατικῆς ἡμέρας*, ut eam vocat priſcus ſcriptor Vettius Valens Antiochenus, eſt ſeries dierum hebdomadis per notas ſeptem Planetarum, ☉, ☽, ♂, ☿, ♃, ♀, ♄. Apud Bedam in libro de Emboliſmorum ratione perperam excuſum eſt *Septizodius*, pro *Septizonus*: & in Ephemeride, *Laterculus hic, qui vocatur Septizodius*: quamuis non ignoramus etiam Planetas, & omnes formas cæleſtes, ut Lyram, & Sagittam, *ζώδια* a veteribus vocari. Doctrinam inueniendæ diei hebdomadicæ Computorum Græcorum magiſtri vocant *τὸ ἡμεροευρέσιον*, item *μέθοδον τοῦ ἡμεροευρεσίου*. neque aliter vocare ſolet Iſaacius Argyros; & Iohannes *ὁ Χρυσοκόκκης*.

vi *Feria.*] In Solis & Lunæ rationibus ciuilibus nihil tam neceſſarium eſt, quam character diei.

Sine

Sine hoc tibicine omnis temporum structura corrueret. Quam rem nunquam satis laudatam si considerassent anni Iuliani nouatores, nunquam in illos errorum calles sese induissent, ex quibus nunquam sese extricauerint, nisi alteram anni editionem instituant, & meliore ad hanc rem magistro utantur, quam Clauio, quem non puduit non solum ignorare, sed etiam negare, cardinem temporum ciuilium esse feriam, quæ motum utriusque sideris signat, ut ipse siderum motus tempora metitur. Certe quemadmodum Clauij intererat hæc melius scire, quam aliquem matheseos imperitum, ita negare nulli minus conueniebat, quam ei, qui toto vitæ suæ tempore nihil præter mathematica tractauit. Hanc tam crassam inscitiam nulla rhetorica ab eo deprecari possit.

IN CAPVT II.

II *Annus Solaris.*] Nullus annus Solaris proprie vocari potest, præter verũ Tropicum. Tamen usus obtinuit, ut qui proxime abesset a vero Solis motu, is Solaris diceretur: cuius generis duo præcipui fuerunt: alter minor Tropico, Aegyptiacus: alter maior, qui præter CCCLXV dies, ex quibus constat Aegyptiacus, quadrantem diei insuper habet. Sed is nunquam in ciuiles dies receptus fuit, quum tamen eo, tanquam regula temporum, uterentur Hebræi, Chaldæi, Persæ, Aegyptij, & Græci ipsi: donec C. Iulius Cæsar eum in ciuilem modum, & menses descripsit. quo nomine postulamus, ut Iulianus vocetur, nempe eius, non descriptionis mensium, rationem habentes. Nam & Actiacus ita vocari debet, non propter menses, qui valde dissimiles sunt Iulianis, sed propter quadrantem diei, qui tam Iuliano, quam Actiaco, communis est. Eodem modo annus dierum, qui ab Hebræis dicitur, est mere Iulianus. Quadrantem enim habebat. Et tamen in solos quadrantes, quas Tekuphas vocant, non in menses, descriptus fuit. Vnde; quia dierum 365¼ esset, propterea annus dierum vocatus est, cuius dies explorati essent, menses nulli essent, sed ad eos dies, tanquam ad amussim, menses Lunares dirigerentur. Mensem autem dierum vocabant, qui nunquam maior, aut minor esset dierum triginta. quod perspicuum est Genes. XXIIII. 55. *Maneat puella apud nos annum, vel denarium.* hoc est, annum vertentem duodecim mensium, vel CCC dies. Vnde recte Saadia Gaon uertit Arabice חול. id est annum uertentem. Alij vertunt, *Maneat puella apud nos vel dies decem,* ut Hieronymus, & LXX, & docti homines huius sæculi, qui quomodo Hebraica ad illam sententiam accommodare possint, non video. Certe & ratio ita postulat verti, quemadmodum vertimus, & vetustissimus paraphrastes Chaldæus, & Arabs Saadia, quem modo nominaui, & Persa non aliter accipiunt, neque Rabbinorum omnium columen Solomo Iarhæus Isaacides aliter interpretatur.

III *Lustrum Iulianum.*] Definitio superior, & nomen lustri, mutuata sunt ab Ouidio:

-----in lustrum accedere debet,

Quæ consummatur partibus, una dies. Ad verbum: τῇ πενταετηρίδι προσγίνεται ἡμέρα ἐκ τῶν μορίων συγκεφαλαιουμένη.

IIII *Cyclus Solis Romanus.*] Dictus ideo, quia propter diem Solis institutus, hoc est propter literam diei Solis, non utique quod Sol in XXVIII annis aliquam ἀποκατάστασιν faciat, sed potius propterea quod dies Solis ad eandẽ literam duplicem redit. Cyclus enim Solis est orbis ἑπταζώνου σαββατικῆς ἡμέρας. vel ἀποκαταστάσεως τῆς σαββατικῆς ἡμέρας, quando videlicet feria redit in orbem, quod quidem in anno Aegyptiaco post septem annos accidit, quia nulla in illo est quadrantis diei accessio. At in Iuliano, propter diem ex quadrantibus consummatum, qui in lustrum accedit, ex annis quater septem, id est viginti octo, orbis feriarum recurrit. Quod enim annus secundus non ab eadem feria incipiat, a qua primus cæperat, caussa est, quia annus ex LII hebdomadibus, siue Heptazonis, constat, & uno die præterea, qui solus variat ordinem feriarum in capite anni sequentis. Et hoc quidem commune est utrique formæ, tam Aegyptiacæ, quam Iulianæ. Tam enim annus Iulianus, quam Aegyptiacus, LII hebdomadibus, & uno die constat. At propter diem ex quatuor quadrantibus conflatum, qui singulis lustris, siue quadriennijs, accrescere solet, circulus feriarum ex uiginti octo annis consurgit. in quo primus annus cycli habet duplicem literam Dominicalem. Quanquam vero in circulo nullum est principium φύσει, sed θέσει: tamen in cyclo Solis lustri initium commode capitur aut ab anno bisextili, aut ab eo, qui proxime bisextilem sequitur, ut in fine quarti anni sit bisextum. Si enim instituamus cyclum Solis ab annorum Christi principio, quartus annus erit is, in quem bisextum competit: & primum lustrum cycli Solis in annis Christi has literas Dominicales obtinebit, B, A, G, FE. In annis autem Iulianis, qui sumuntur ab ordinatione Fastorum Cæsaris, XLV annis ante Aeram Christi Dionysianam, primi lustri literæ Dominicales erunt, CB, A, G, F. At cyclus Solis Romanus proprie dicitur is, cuius lustri annus primus est GF, qui conuenit bisexto Iuliano, cuius litera est F. ac propterea ab

eo anno

eo anno incipit cyclus Solis Romanus, in quo F post bisextum est litera Dominicalis. Isque cyclus institutus fuit anno Christi CCCXXVII, sacrosancto Niceno consessu dimisso, quo & indictio secunda Constantiniana iniuit a XXIIII Septembris, die Dominica; & inde cæpit annus Christi CCCXXVII secundum ritum Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quod caput anni hactenus apud Græcos obtinet, quanquam mutata ratione cycli Solaris, ut alibi ostendimus, & initio anni XXIIII Septembris, ad Kalendas eiusdem, traducto. Romanæ autem Ecclesiæ cyclus iniuit a Kalendis sequentis Ianuarij, anno Christi CCCXXVIII, propterea quod & indictio quoque Romana ab iisdem Kalendis inire solet, non a XXIIII Septembris antecedentis. Atque hic est cyclus Solis τῆς ἑπταζώνου, id est septenarij Planetarum. Nam alij cycli Solis ciuiles institui possunt, ut nundinarum, si quidem pro Hebdomade accipiamus ogdoada, qua utebantur prisci Quirites, usque ad Christianismum, qui introducto die Solis, hoc est die dominico, exclusit diem nundinarum, & proinde cyclum ogdoados dierum. Mexicani, antequam Hispani eos opprimerent, circulum constituebant dierum XIII: qui redibat in orbem post LII annos Iulianos, ut nundinarum post XXXII.

V *Cyclus Lunæ.*] Cyclus Paschalis decemnouennalis ab Ecclesiasticis Latinis, Græcis & Arabibus dicitur aureus numerus, vel propter præstantiam eius, quod sine ullo labore lectoris Terminum Paschalem & nouilunia in Kalendario ostenderet tempore Diocletiani, & Constantini Magni, siue, quod verisimilius, quia auro notaretur in Fastis. Cyclus Lunæ verus est dierum 6939. hor. 16. 595. Cyclus Paschalis Dionysianus & veterum Computatorum est annorum Iulianorum XIX, hoc est, dierum 6939. hor. 18. 0. Differentia veri cycli, & aurei numeri, hor. 1. 485. Quæ differentia in cyclis XVI, hoc est annis CCCCIIII, ad unum diem fere consurgit. Correctores anni Iuliani verum cyclum Lunæ μακρὰν οἰμώζειν ἐῶντες illum cyclum Paschalem retinuerunt cum omnibus vitijs, quæ ille cyclus incurrit, cuiusmodi est æqualitas Epactarum, saltus Lunæ, & alia inscitiæ veterum Computatorum argumenta. Et hoc est, quod Clauius vocat diuinum inuentum. A primo anno Diocletiani, & Aeræ Sanctorum Martyrum, unde consurgit initium cycli Paschalis, ad annum eiusdem Aeræ 1312, qui erat Christi 1596, fluxerunt cycli Lunares LXIX. quo interuallo illa differentia hor. 1. 485 collegit προηγήσεως σεληνιακῆς dies 4. hor. 4. 985. Quare sæculo Patrum Nicenorum, primo anno cycli, Terminus Paschalis erat in V Aprilis. Hodie in Kal. Aprilis deprehenditur. Secundo anno Terminus Paschalis erat in XXV Martij: hodie est in XXI. Itaque manifesta προήγησις quatridui. Ergo anticipatio Lunaris in contextu dierum Iulianorum fit per cyclos, hoc est ab anno cycli, ad similem annum: puta a primo, ad primum, a quarto, ad quartum: non autem a primo, ad nonum, ut imperitissime censuit Clauius, qui magno ludibrio sese traduxit, quum illam præcessionem annis CCCXII determinat, hoc est, a primo anno cycli, ad IX: quo nihil ineptius, & iocularius potuit excidere homini Mathematico. Nam προήγησις σεληνιακὴ fit per aggregatum differentiarum Lunarium. Differentiæ autem sunt in fine cyclorum, non in medio, ut ille somniat: qui in his omnibus tironem, vel, vt verius loquar, imperitum sese ostendit, ut ne semel quidem ei verum dicere contigerit in febriculoso & pædagogico scripto, quod aduersus Elenchum nostrum anni Iuliani vomuit, quo mihi fidem fecit inscitiæ suæ, cuius antea tantum mihi suspectus fuerat. Porro nulla mentio neque epactarum, neque aurei numeri erat ante tempora Constantini Magni. Christianorum enim inuentum est, qui circiter tempora Arcadij, & post, non solum Kalendarijs suis epactas, aut numerum aureum, sed etiam Fastis Paschalibus apponebant, Nam in Consularibus Fastis Cuspiniani, qui nihil aliud erant, quam πασχάλιον, ut Græci Computatores vocant, notatæ sunt epactæ nouiluniorum, & ætatis sideris, ut alibi ostendimus. Præterea Lucas Gauricus producit exemplum quatuor primorum mensium Iulianorum ex veteri marmore descriptorum, ubi in Kal. Ianuarij adscripta est unitas, tanquam anno primo cuiusdam Epochæ nouilunium contigerit. Sic III Nonas IX numerus notatur, tanquam anno eiusdem Epochæ nono nouilunium confectum fuerit: & ita deinceps omnes numeri Enneadecaeteridos apponuntur. Hoc Kalendarium pertinet omnino ad πασχάλιον Consulare Iohannis Cuspiniani, cuius mentionem fecimus libro V de emend. temp. 380. cuius πασχαλίου initium consurgit ex numero Eusebiano MDV: in quo primi Consules statuuntur prochronismo unius Olympiadis: quod & sequitur Cassiodorus. Eo anno numerus aureus erat III, Epacta XXIX, ut est in illo πασχαλίῳ, idque secundum neomenias Paschales Nicenas. Proinde nouilunium fuit Kalendis Ianuarij: & consequenter primus annus cycli huius Kalendarij conuenit aureo numero III, secundus numero aureo IIII, tertius quinto. Et quum esset numerus aureus II, epacta erat X: nouilunium XIII Februarj. Ideo ibi apposita est nota II cycli. Sic IX annus cycli respondet numero aureo XI, cuius Epactæ XXVII. Nouilunium

III Non.

II Non. ubi recte appositum signum IX Cycli. & sic deinceps. Huiusmodi Kalendario Ecclesia tandiu usa est, donec Dionysius ὁ μικρὸς pro cyclo Lunari numerum aureum Kalendarijs apposuit: primum quidem in XXIII Martij, secundum in XII, tertium prid. Kalend. Aprilis. Itaque Kalendarium Dionysianum est mere Paschale, non Lunare, ut hoc, quod tamen ridicule nouilunijs Nicenis accommodatum, propter ignorantiam περιηγήσεως σεληνιακῆς, quum homines crederent semper nouilunia fuisse & fore, quomodo in πασχαλίῳ Niceno designata erant. Sed Dionysius tria καθολικὰ duntaxat ex Epactis numeri aurei detrahere iubet ad methodum Lunæ. Exemplum. Numeri aurei primi Epacta est XI. Deductis III, remanent VIII, Epacta Lunaris sæculo Dionysij in aureo numero primo. Complementum XXII Martij, ubi sane nouilunium committebatur aureo numero primo tempore Dionysij, quum tamen neomenia Nisan Christiani esset in XXIII Martij. Sic deductis III Catholicis de epacta XXII secundi numeri aurei, remanent XIX, epacta numeri II. Complementum XI Martij, nouilunium æuo Dionysiano: neomenia autem Nisan Christiani XII. Quare fallitur tam Lucas Gauricus, quam docti viri, quibus persuasit, Lucidus, & Schrekenfuchschius, hoc Kalendarium a Iulio Cæsare constructum fuisse, quum numerus aureus aperte ostendat Christianorum esse, quorum usus & inuentum sunt Epactæ, quæ vix tandem post tempora Theodosij senioris in Kalendarijs designari cæpta sunt, idque magis propter terminos Paschales, quam propter nouilunia. Mera inscitia est arbitrari, ullas Epactas Iulio Cæsari notas fuisse.

Ibid. *Cuius initium.*] Victorius Aquitanus Paschale magnum scripsit annorum DXXXII, initio capto a Ianuario. Dionysius Abbas cognomine ὁ Μικρὸς sui Paschalis, quod totidem annorum est, principium a Ianuario, ad Martium traduxit, propter duas caussas: propter Bisextum, cuius interuentu Epactarum turbatur contextus: deinde propter ὑπόθεσιν. Quia enim subiectum scriptionis est paschale, ideo non aliunde, quam a paschali mense initium sumendum esse recte iudicauit. Quem ordinem quare Clauius, &, qui penuria peritioris hominis eum in consilium adhibuerunt, conditores anni noui, sequuuti non sunt, & a recta Ecclesiæ consuetudine desciuerunt, ipsi viderint. Nos suo loco fœdos & pudendos illius innouationis errores aperiemus.

VI *Lustrum Romanorum.*] Omnis periodus a Latinis dicta lustrum, ut quinquennium, de quo hic agitur, & quadriennium, apud Ouidium. item lustrum Solis Manilio, pro anno Solari. Sed proprie lustrum est quinquennium absolutum; quod dictum a luo, ut Flustrum a fluo. Exitu enim quinquennij, antequam Censores abirent magistratu, mancupes & redemptores publicorum populi Ro. vectigalia Censoribus luebant. Auctor Varro.

VII *Indictio.*] Indictionum mentio fit in vetustissima inscriptione, ne forte putaris earum memoriam in solis Imperatorum posteriorum Constitutionibus, & Ecclesiasticis ac Christianorum monimentis circumscriptam esse. Antiquitus, ut Asconius monet, proprie indictio erat lustrum pensionum, quæ, ut diximus, quinquennijs vertentibus fiebāt; quæ imperatorum temporibus cæptæ fieri lustro quadriennali Iuliano; a bisexto, ad bisextum. Vnde in nummis legimus Α. Β. & Α. Γ. hoc est Λύστρῳ δευτέρῳ, Λύστρῳ τρίτῳ. Zosimus 691: μέλλοντος τοῦ τετραετοῦς ἐνίστασθαι χρόνου, καθ' ὃ ἔδει τοῦτο τὸ τέλος εἰσφέρεσθαι. Postea Indictio dicta est systema trium lustrorum quinquennalium, qui sunt anni XV. Omnium, quæ in usum recepta sunt, temporum ciuilium vetustissima Indictio est Antiochena, XLVIII annis ante initium annorum Christi Dionysianorum, anno periodi Iulianæ 4666, unde consurgit Antiochena Epoche, quæ Euagrio dicitur χρηματισμὸς Αντιοχέων, quæ est Indictio Iuliana. Hanc Iulianam excepit Constantiniana, post annos CCCLX, quæ sunt indictiones XXIIII absolutæ. Itaque prima Indictio Constantiniana est vigesima quinta a Iuliana Antiochensium. Cuius Indictionis Constantinianæ initium semper est a XXIIII Septembris. Atque hactenus Germanici Imperatores suarum Indictionum inde initium capiunt, quum tamen posteriores Orientis Imperatores a Kalendis Septembris suas ordirentur. Ambrosius Epistola LXXXIII: *Indictio enim Septembri mense incipit.* nimirum XXIIII die Septembris a Constantino usque: quem morem, ut dixi, hactenus seruant Actuarij sub imperio Germanico: eaque Indictio vocatur Cæsarea, ad distinctionem Romanæ, quæ semper initium habet a Kal. Ianuarij sequentis. Itaque triplicem Indictionem habemus, Constantinopolitanam a Kal. Septembris, Cæsaream a XXIIII Septembris, Pontificiam a Kal. Ianuarij sequentis. Porro quum dicimus Indictione prima, secunda, tertia, intelligendum, anno primo, secundo, tertio Indictionis, quæ explicatur orbe annorum XV. quo nomine a Græcis vocatur πεντεκαιδεκαετηρίς. Eodem modo dicitur cyclus primus, secundus, tertius a Computatoribus, id est annus primus cy-

mus cycli, ſecundus, &c. Quare vero Indictio ἐπινέμησις quoque a Græcis Scriptoribus dicatur, pete cauſſas ex libris de Emend. Temp. ubi plura de Indictione.

VIII *Cyclus magnus paſchalis.*] XIX in XXVIII ducta efficiunt DXXXII: qui eſt cyclus magnus, quo & numerus aureus, & Biſextum in eandem diem, & neomeniæ in eandem feriam recurrunt, ut veteres putarunt. Aegyptij Chriſtiani auctores ſunt huius magnæ periodi, in quibus doctiſſimi Monachi Anianus, & Panodorus libros de hac ſcripſerunt, quos ἀνακυκλευτικοὺς τόμους καὶ ἑορταστικοὺς κύκλους vocarunt. Ij, qui ſcribebant ſub Arcadio, item poſteriores, putarunt eo magno cyclo vertente ſemper nouilunia, & terminos Paſchales in orbem recurrere, & eandem feriam reſtituere, quum τὴν σεληνιακὴν προήγησιν ignorarent, quæ fere fit unius diei in XVI cyclis decemnouennalibus. Ideo inutilis eſt ille cyclus. In Eccleſia Latina quidam eiuſmodi magnos cyclos conſtruxerunt, diuerſis tamen principijs uſi, Victorius a Ianuario, Dionyſius Exiguus a Martio, & rurſus ille a paſſione Chriſti, iſte a natali. Sed cyclus Dionyſiauns eo nomine commendatur, quod memoriam multarum rerum cuſtodit, propterea quod eo Eccleſia omnis in Paſchalibus Terminis uſa eſt. Idcirco utiliſſimus eſt ad epochas hiſtoriarum conſeruandas. Aegyptij autem ſui magni cycli initium capiebant, capiuntque hodie a Thoth & Aera Sanctorum Martyrum: eumque cyclum vocant annos gratiæ. Legimus apud quoſdam, & in illis Bedam, numeri aurei auctorem fuiſſe Euſebium Cæſarienſem, hoc eſt Euſebium Pamphili. quod falſum. Nam a temporibus Diocletiani iam in uſu erat apud Aegyptios ſolos, ut Aegyptij eius indubitati auctores ſint, non Græci. Potuit fortaſſe Euſebius in eo aliquid emendare, unde emendatori potius, quam auctori aſſeratur: quemadmodum cyclus magnus Dionyſij dicitur, cuius ipſe non auctor, ſed reformator fuit.

IX *Periodus Iuliana.*] Quemadmodum ex duobus cyclis utriuſque ſideris in ſe ductis magnus cyclus naſcitur annorum 532, ita ex Indictione in magnum cyclum ducta, hoc eſt XV in DXXXII, producitur magna Periodus annorum 7980. Quia igitur Chronologus opus habet apparatu aliquo annorum, ad quem, tanquam ad epocham & titulum, omnia temporum interualla referre poſſit, & illi neceſſaria eſt annorum nota, ut ſunt Cycli, & Indictiones, quibus anni ab annis diſtinguantur, idcirco periodus, quæ cyclos & Indictiones complectitur, illis aſſumenda erit, & præterea anni meri Iuliani uſus retinendus propter cyclum Solis, qui anni Iuliani proprius eſt. Conditus enim rerum, & alia temporum interualla vetuſtiſſima tam hiſtorica, quam mythica perfecte notari non poſſunt, niſi nobis continuam ſeriem temporum fingamus, ad quam, tanquam ad normam, omnes temporum titulos dirigamus. Qui enim ſcribunt hanc, aut illam rem mille, aut duobus millibus annorum ante Chriſtum contigiſſe, aliquid adferunt quidem: ſed non vident ſe illis ſubſidijs uti, quæ probare non poſſunt, quia characterem non adhibent geſto, quod ſine charactere firmare non poſſunt, cuiuſmodi ſunt cycli, Indictiones, & alia id genus. Quemadmodum enim Chronologus & Mathematicus κατὰ πρόληψιν omnia argumenta antiquitatis ad annum Iulianum refert, quo tempore nullus erat annus Iulianus: ita & illum annum cum cauſſa ſua, hoc eſt cum cyclis & Indictionibus, uſurpare debet: & ut fundamentum ipſum fingit ante innumera ſæcula fuiſſe, ita & quæ illi ſuperſtruit, cyclos & Indictiones, una cum illo fuiſſe fingendum illi eſt. Quia igitur hæc periodus anno Iuliano, tanquam fundamento, innititur, Iuliana vocari debet, & ab illis Kalendis Ianuarij deduci, à quibus Indictio Romana, & uterque cyclus ordienda ſunt: quanquam proprie numerus aureus a Martio melius inſtituitur propter epactas, quæ ab illo menſe, non a Ianuario, initium capiunt. Vt igitur cycli & Indictiones in orbem recurrant, non aliter fieri poteſt, quam ducto cyclo magno Dionyſiano annorum 532 in Indictionem, hoc eſt in XV. Vt autem in uſum deducantur, primus natalis Chriſti ſecundum Dionyſium ſtatuendus eſt in XXV illius Decembris, qui congruit anno 4713 huius periodi, quo indictio Romana erat III, numerus aureus primus, cyclus Solis IX. Indictionem enim Romanam Cæſareæ prætulimus, quod incipiat a Kalendis Ianuarij, quum tamen Cæſarea iam quarta curreret a XXIIII Septembris eiuſdem anni 4713. Vtiliſſima eſt & elegantiſſima hæc periodus, quæ non ſolum utrunque cyclum, & Indictiones, ſed & annum Sabbaticum, & Dodecaeterida Chaldaicam continet. Cuius tanta commoditas eſt, ut ad temporum interualla memoriter καὶ ἀπὸ χειρὸς conſeruanda, nihil expeditius excogitari poſſit. Si enim quatuor, aut quinque interualla nobiliora, ut Exodus, Olympiades, annus paſſionis Dominicæ, memoriter teneantur, reliqua ad illam, tanquam ad lapidem Lydium, exigi poſſunt, adhibito examine Indictionum, utriuſque cycli, & aliorum characterum, ſi aliquod dubium interuenerit. Denique nos, qui eam excogitauimus, utilitates eius, præſtantiam, commoditatem ſatis laudare non poſſumus, cui quicquid huius doctrinæ e tenebris eruimus,

omne

omne acceptum referimus. Periculum faciat qui erit animo non maligno, ingenio non indocili. Non vana fuisse promissa nostra fatebitur: quod tamen quibusdam asinis, rupicibus, & Marrucinis visum est: quibus libenter responderemus, si aliquid hominis haberent.

X *Litera Dominicalis*] Sola Ecclesia Romana utitur literis, quas Beda vocat *Laterculum Septizonij*, A, B, C, D, E, F, G: quæ quotannis mutantur ordine retrogrado. G, F, E, D, C, B, A. Hoc anno Christi 1604 litera Dominicalis est G. Anno proxime sequenti 1605 erit F, anno 1606 E: & ita deinceps. Quod si fuerit annus primus lustri Iuliani, tunc litera erit duplex, ut hoc anno 1604, fuit duplex, nempe AG. Prior litera locum habet a Kalendis Ianuarij, ad XXIIII Februarij. Per eos enim dies qui sunt numero LIIII, litera Dominicalis fuit A. Deinceps a XXIIII Februarij, ad exitum anni, G locum obtinuit. Est enim hic annus 1604, primus lustri quinti Iuliani in cyclo Solis Romano: & omnis annus Christi quaternarius congruit anno primo lustri Iuliani, cui duplex litera debetur. Quum igitur in primo anno lustri Iuliani peruentum fuerit ad XXIIII, tunc dicitur VI Kal. Martij priores. Sequenti die dicitur VI Kal. posteriores. Caussa est, quod litera F bis sumitur. & prior quidem est intercalaris, posterior ordinaria. Ideo prior dicitur Bisextum, quia bis sexto Kalendas dicitur, priores & posteriores. Porro Ecclesiæ Romanæ, ut diximus, proprius est Laterculus Septizonij. Nam aliarum Ecclesiarum Laterculus non est literarum, sed Concurrentium, qui cum regularibus mensis feriam diei componunt.

XI *Dodecaeteris*] Hæc Orientalibus SCHAICHVN dicitur. de qua satis libro II de Emend. Temp. cuius quum Censorinus meminerit, tamen quid esset, & cuiusmodi, & cui usui, & quare Chaldaica vocaretur, hactenus in his Europæ regionibus incompertum erat. Chaldaica dicitur, quod Chaldæi, id est Genethliaci, ea utantur. Exemplum eius habes in subiecto Diagrammate. Ea signant sua tempora Persæ, Chatai, Tatari, Turcæ, sed Indi præcipue, qui magna celebritate ludicrorum, & Panegyrium eius initia colunt: ut contigit anno Christi 1600, periodi Iulianæ 6313, referente Pimenta Lusitano in Epistola sua Indica, anno 1602 excusa. Is scribit maxima Panegyri initium Dodecaeteridos Indicæ celebratum a Somorino Calecutiensi, anno Christi 1600, die XXVIII Feb. noui, hoc est XVIII die Feb. Iuliani, quæ profecto erat quartadecima dies Sahaben Indici, XIII autem Sahaben Muhammedici, & Adar Iudæi; cuius nocte sequenti fuit plenilunium. Hinc ergo colligimus & initium eius Dodecaeteridos, & mensem Iulianum, cui congruit. Annus quidem Christi, & periodi Iulianæ antea nobis exploratus erat, in quē competit initium illius, ut in Manilianis notauimus, pagina 289. Epistolæ vero Pimentæ Arabica, ex quibus rei historiam didicimus, conuenire non mediocriter lætati sumus. Supererat tempus anni, quod ignorabamus, cuius cognitionem illi Epistolæ acceptam referimus. Vnde alius rei suborta est coniectura, duplicem esse Dodecaeterida, alteram ciuilem, quæ a plenilunio Adar incipiat, alteram Genethliacam Genethliacis tantum usurpatam, quæ ab ingressu Solis in Arietem initium sumit. Certo enim certius est multas Indiæ nationes initium anni a nouilunio Febr. capere. Nam & Iaponenses anno Christi 1565 neomeniam primam anni sui a Kal. Feb. iniuerunt. quod quidem didicimus ex Epistola Iapponensi Aloysij Froes. Tataris quoque principium anni ciuilis est a Kal. Februarij: & anno bisextili inter ultimam Ianuarij, & Kal. Febr. diem intercalant non sine cultu sacro, quod Festum Alborum vocant. Quam sit necessaria huius Dodecaeteridos cognitio, melius nobis constaret, si historiæ Indorum, Malayorum, Tatarorum, Iaponensium ad nos peruenirent. Sed quæcunque huc pertinent, habes plene in Manilianis & in II lib. de emend. temporum: quæ consulere si quem non piget, habebit unde expleat animum, si modo aliquem

DODECAETERIS CHALDAICA.

Anni Dodecaeteridos.	Periodus Iuliana.	Anni Christi.	Cognomina annorum.
I	6313	1600	MVS
II	6314	1601	TAVRVS
III	6315	1602	PARDVS
IIII	6316	1603	LEPVS
V	6317	1604	DRACO
VI	6318	1605	SERPENS
VII	6319	1606	EQVVS
VIII	6320	1607	OVIS
IX	6321	1608	SIMIA
X	6322	1609	GALLINA
XI	6323	1610	CANIS
XII	6324	1611	PORCVS.

ſenſum humaniorum ſtudiorum habet. De Genethliaca Dodecaeteride extat locus ex Dodecaeteride Orphei; ſiue potius Onomacriti:

> *Δεῦρό νυν οὖν ἄπασάν μοι, καθαρὰς ἀκοάς τε πετάσας*
> *Κέκλυθι τάξιν ἅπασαν, ὅσην τεκμήρατο δαίμων*
> *ἔκ τε μιῆς νυκτός τ' ἠδ' ἐξ ἑνὸς ἤματος αὔτως.*

Hoc eſt ex horoſcopo nocturno aut diurno. Nam Dodecaetetis illa Onomacriti, eſt vera genethliaca. ex quo opere etiam illud extat non minus illuſtre teſtimonium.

> *ἔσται δ' αὖθις ἀνὴρ ἢ κοίρανος, ἠὲ τύραννος,*
> *ἢ βασιλεὺς, ὅς τῆμος ἐς οὐρανὸν ἵξεται αἰπύν.*

Eſt enim apoteleſma genethliacum, quo Chaldæus ſciſcit illum, qui tali horoſcopo naſceretur, aut Regem, aut Tyrannum, aut Dynaſtam futurum. Non igitur obſcurum eſt, quare illud opus Onomacriti Dodecaeteridos titulo proſcriptum fuerit. Porro Iaponenſes non Schaichum, aut Scheichum, ſed Scheichium, vel Cheichium vocant. Anno Chriſti MXCVI Taico, vel Taicoſama rex totius inſulæ Iapan emiſit edictum XXX Decembris, hoc eſt XX Decembris Iuliani, cuius verba hæc ſunt: *Anno primo Cheichij, ad decimum undecima Lunæ.* Sane XX Decembris Iuliani erat decim a Luna. Ex quibus tria diſcimus, primum *Scheich*, pro *Scheichun* vocari τὴν δωδεκαετηρίδα. ſecundum, quia Decembris Luna eſt undecima, manifeſto anni initium deducia Luna Februarij, quod ſupra iam demonſtrauimus. Tertium, & ultimum, qui erat annus in reliqua India nonus Duodecaeteridos, eum Iapponenſibus eſſe primum: ut neceſſe ſit quadriennio Dodecaeterida Iapponicam ab Indica anticipari, niſi mendum ſit in nota numeri, quod non dubito. Totum edictum qui legere volet, petat ex hiſtoria XXVI Crucifixorum in Iapan. in quibus IX erant Capuſſini. Rurſus arguitur error eius qui in literas retulit legationem Sinenſem ad Taicoſamum regem Iapan, quæ contigit eodem anno. Ait enim XXI Octob. id eſt XI Octobris Iuliani fuiſſe neomeniam octauæ Lunæ. Nam ſi eodem anno Luna Decembris fuit undecina, quomodo Octobri competit octaua, quæ ſit noua?

XII *Hebdomas annalis*] Hebdomas prima annalis, cuius anno ſeptimo terra requieſcebat, iniuit primo anno γεωργίας, non anno ingreſſus filiorum Iſrael in terram promiſſam; qui erat annus exceſſus Moſis, quadrageſimus Exodi, ut cerebroſi quidam hariolantur. Sed quadrageſimo ſeptimo Exodi, ut diximus, iniuit prima Hebdomas, anno *3263* periodi Iulianæ, mundi 2500, Aeræ Iudaicæ hodiernæ 2211. quod plane demonſtratur ex Cap. XXIX, 17 Ezekielis. ubi annus X Sedekiæ eſt XXVII Iobel, nimirum a quadrageſimo ſeptimo Exodi, non a quadrageſimo, ut ceruicoſi volunt, apud quos nulla demonſtratio, nulla ratio valet. Certe ſeptem annos in terra acquirenda impendiſſe Hebræos & ratio exigit, & Iudæi omnes tam veteres, quam recentiores teſtantur. At iſti οἰησίσοφοι ab eo tempore Hebdomadem poſſeſſionis terræ incipiunt, quo nullam terram poſſidebant. Quid poteſt ſtultius dici? Tamen commentum illis placet. Inde triceſimus ille annus, cuius mentio ſtatim initio Ezekielis fit, de Iubileo illis intelligitur. At quomodo annus X Sedekiæ erit XXVII, ſi V eiuſdem Sedekiæ eſt XXX? ecquis riſum contineat?

XIII *Terminus Paſchalis.*] Non fruſtra in definitione additum eſt tum de menſe Paſchali, tum de ſæculo Conſtantini. De menſe Paſchali ad differentiam Iudaici, qui propter tranſlationes neomeniæ Tiſri neomeniam nunc ſerius nunc citius conficit. De ſæculo Conſtantini, propter XIIII Lunam, quæ ſæculo illo erat vere XIIII, tempore autem Dionyſij Exigui propter προήγησιν σεληνιακὴν non iam XIIII erat, ſed XV. Vnde Terminus Paſchalis a Græcis πανσέληνος vocatur. Ambroſius Epiſtola LXXXIII ſcribit Patres Nicenos non ſolum Terminos Paſchales ad Enneadecaeterida direxiſſe, ſed etiam eos & rei & nominis auctores fuiſſe. Verba eius ſunt: *Qui conuenientes ad ſynodum Nicenam, & inter illa fidei ut vera, ita admiranda Decreta, etiam ſupra celebritate memorata congregatis peritiſſimis calculandi, decem & nouem annorum collegere rationem, & quaſi quendam conſtituere circulum, ex quo exemplum in omnes reliquas gigneretur. Hunc circulum Enneadecaeterida nuncupauerunt.* Sed neque primi illi Patres Enneadecaeterida condiderunt, & nuncupauerunt, quum multis antea ſæculis eam excogitauerit Meton, & nominauerit. Deinde neque primi enneadecaeterida Paſchalem inſtituerunt, quum anno primo Diocletiani ea inſtituta ſit ab Anatolio, qui ſub Probo & initio Diocletiani claruit. Is ita ſcribebat in Canonibus ſuis Paſchalibus: ἔχει τοίνυν ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τὴν νουμηνίαν τοῦ πρώτου μηνὸς, ἥτις ἁπάσης ἐστὶν ἀρχὴ τῆς ἐννεδεκαετηρίδος τῆς κατ' Αἰγυπτίους; Φαμενὼθ μὲν ἕκτη καὶ εἰκάδι, κατὰ δὲ τοὺς Μακεδόνων μῆνας, Δύστρου δευτέρᾳ καὶ εἰκάδι. Vides temporibus Probi Imp. iam enneadecaeteridos Paſchalis uſum fuiſſe, cuius primam

neomeniam

neomeniam ponit xxii Martij. Non igitur Patres Niceni Enneadecaeterida excogitarunt: ſed duorum generum hominibus occurrerunt, quorum alteri Paſcha ſæpe ante veris ſidus confectum celebrabant, nimirum anno viii, & xix numeri aurei ſine emboliſmo tranſigentes, ut Iudæi: alteri quartadecima Luna, quamcunque feriam ea incurreret, Dominicam reſurrectionem celebrabant. Sed ad ſæculum Conſtantini reuertamur, quo Termini Paſchales locum habebant, non autem ſæculo Dionyſij Exigui, quo illi Termini non xiiii Luna erant, ſed fere plenilunium, propter προήγησιν σεληνιακήν; qua nouilunia, & plenilunia unum diem epocham Diocletiani anteuertebant. Vnde accidit, ut alius eſſet cyclus Paſchalis, alius cyclus Lunaris. Et propterea Dionyſius ad methodum aurei numeri annis Chriſti unitatem iubet addi: ad inueſtigationem vero cycli Lunaris, de ijſdem annis duo detrahere. Quod nihil aliud eſt, quam ad argumenta Lunæ de Epactis numeri aurei tria detrahere: vel, quod idem eſt, de annis aurei numeri tres detrahere: ut, quum fuerit annus quartus cycli, dicatur primus: quum fuerit tertius, dicatur decimus nonus. Sed tutius de Epactis tria deducere. Exemplum: anno primo numeri aurei tempore Diocletiani nouilunium Paſchale incidebat in xxiii Martij, quum Epacta eſſet xi. Deductis tribus de xi, remanebit Epacta Lunaris viii tempore Dionyſij, quæ nouilunium oſtendet in xxii Martij: a qua die quinta Aprilis eſt quintadecima, & proinde plenilunium, non autem quartadecima Luna, ut erat ſæculo Diocletiani. Ab eo tempore omnes Computorum Eccleſiaſticorum conditores Græci, Syri, Arabes, & Latini terminum Paſchalem vocarunt plenilunium: neque aliter Maximus monachus, & alij, vocare ſolent: quod reuera eſſet plenilunium. Neque enim eorum mentiri erat, ut quartam decimam Lunam vocarent, quæ manifeſto eſſet quintadecima, καὶ πανσέληνος. Clauius omnium bonarum literarum imperitiſſimus nugatoria ſtropha, hoc nomen eludere voluit, & multum æſtuat, ut fatuis perſuadeat Terminum Paſchalem a Græcis πανσέληνον dictum, non quod ea die in plenilunium incideret, ſed quod plenilunio proxima eſſet. Aſtute. Sed mirum illi viſum eſt, quum ex nobis didiciſſet terminum Paſchalem a Græcis πανσέληνον vocari. Hoc enim non ille ſolum, qui nihil legit, præter Euclidem, ſed, & doctiores ignorabant. Imperiti vero quicquid ignorant, hoc errorem vocant.

TABVLA FOECVNDA MAGNI CYCLI.] De periodo magna Paſchali Dyoniſij Exigui vide quæ ad definit. viii notauimus. Cycli ſui magni initium fecit Dionyſius ab anno illo, qui habet Terminum Paſchalem in v Aprilis, hoc eſt a primo anno Aurei Numeri; in cuius anni xxv Decembris Chriſtum natum primus omnium opinatus eſt, ita ut magnus ille cyclus anno uno anteuertat natalem Chriſti Dionyſianum. Ideo ad methodum huius magnæ periodi per regulam perpetuam iubet unitatem annis Chriſti addi. Quod ſi Chriſtum putaſſet natum in Decembri illius anni, in quo currebat aureus numerus xix, anni Chriſti per xix diuiſi ſemper aurei numeri verum annum darent; ſine adiectione unitatis, qui eſt numerus annorum Chriſti Euſebianus uno anno Dionyſianum anteuertens. Nos huius periodi magnæ Dionyſianæ & Tabulam & exemplum conſtruximus libro quarto de Emend. Temp. quem viſas licet. Hæc vero Tabula non ab annis Chriſti incipit, ſed a primo anno periodi Iulianæ. Et tamen eadem eſt methodus, idem uſus, ut patet ex Canonibus, excepto, quod de annis periodi Iulianæ primum abijcienda ſunt 4712 ad methodum periodi Dionyſianæ, quæ in libris de Emend. Tempor. a nobis poſita eſt. Ad methodum autem huius numerus proxime minor ex Tabula ii abijciendus. Ex Canone vi potes diſcere quare a nobis Fœcunda vocetur, nimirum quia una opera utrunque Cyclum, Indictionem, annum Hebdomadis remiſſionis, Terminum Paſchalem, Dominicam Reſurrectionis docet. Græce poſſet vocari πάγχρηστος propter multiplicem uſum, cuiuſmodi quædam ſunt ἔμπλαστροι πάγχρηστοι ad varia ulcera accommodæ. Neque vero dubitandum huius maximum uſum eſſe in hiſtoria a ſæculo Dionyſij Exigui, præſertim ubi de celebratione Paſcha agitur. Vide inſignem locum Cedreni in quarto lib. de Emend. Temp. ubi agitur de Paſchali celebratione turbata anno Chriſti DXLVI, periodi Iulianæ 5259. Terminus Paſchalis erat Kal. Apr. die Dominica. Ideo ſecundum perpetuam regulam, celebratio Dominicæ Reſurrectionis traijcienda in alteram proximam Dominicam, nempe viii Aprilis, quemadmodum Imp. Iuſtinianus edixerat. Populus vero putauit Paſcha ipſis Kalendis, ipſo Termino celebrandum. Ideo primum diem ieiunij iniuit xiiii Februarij. Sed parendum erat edicto Principis. Itaque ieiunauit μίαν ἑβδομάδα περιττήν. Nam a xiiii Februarij, ad viii Aprilis, dies ſunt liii: quum tamen ſatis eſſet ordinario ieiunio interuallum dierum xlvi. Experire ex methodo huius Capitis. Ab annis 5259 abiecto numero proxime minore 4788, reſiduum 471 reperio ſub frontali xv, e regione numeri

 lateralis

lateralis XXV: Terminum Paſchalem Kal. Apr. in litera G. Sub numero 471 habes cyclum Solis XXIII. In numero laterali e regione XXIII occurrit litera Dominicalis G. Ergo Terminus Paſchalis incurrebat Dominícam. ac proinde in proximam Dominicam reijciendum Solenne. Locus vero mirus eſt, & quem nulla Tabula fœcunda diſcuſſerit, imo qui cum ratione pugnat, apud Anaſtaſium lib. XXII. *Anno*, inquit, *vigeſimo imperij Conſtantini factus eſt error Paſchæ: & orthodoxi quidam in Oriente octaua Idus Apriles Paſcha celebrarunt. At vero erronei hæretici Idus Apriles, non octaua Iduum.* quod quidem Aenigma neque Oedipus, neque Sphinx ipſa ſoluerit. Erat annus Chriſti 760, periodi Iulianæ 5473. Abiecto numero proxime minore 5320, reſiduum 153 deprehenditur ſub primo numero aureo. Terminus Paſchalis V Aprilis, id eſt Nonis ipſis, ſub litera D. Cyclus Solis XIII. litera duplex Dominicalis F E. Paſcha ἀναστάσιμον VI Aprilis, VIII Idus, ut ipſe ait. Quare igitur hæretici illi, quos vocat, VIII die poſt Terminum Paſcha celebrarunt, quum tranſlatio fiat tantum VII die, non octauo, quoties Terminus incurrit Dominicam? Hoc locum habebat, ſi Terminus incidiſſet in VI Aprilis, quæ eo anno erat Dominica. Sed neque anno primo cycli Paſchalis Terminus incidit in VI Aprilis, neque VI Aprilis locum habet in omnibus Terminis Paſchalibus. Eſt igitur aut merus ſtupor eorum, qui alieno Termino Paſchali Reſurrectionem celebrarunt, aut quod magis crediderim, delirium ipſius Anaſtaſij, qui ea ſomniat, quæ eſſe non potuerunt. Quod quidem hac utiliſſima Tabula aperitur, cuius utilitates alias, qui volet, experiri poterit. Rurſus non raro Paſcha dominicum in ipſo termino celebratum a veteribus fuiſſe animaduertimus. De multis unum illuſtre exemplum adferam ex epiſtola Paſchali Innocentij primi ad Aurelium Carthaginienſem. verba eius hæc ſunt: *Nam quum ante diem undecimum Kalendarum Aprilium pene Luna* XVI *colligatur (nam quippiam minus eſt) itemque quum in ante diem quartum Kalendarum earundem veniat* XXIII: *exiſtimaui* XI *Kalendarum memoratarum die feſta Paſchalia celebranda, quoniam in vigeſima tertia Luna nullum Paſcha unquam ante hoc Paſcha factum eſſe cognoſcimus.* Quod dicat XI Kal. April. fuiſſe XVI Lunam, error manifeſtus eſt. Erat enim XIIII Luna, hoc eſt ipſe terminus Paſchalis. Nam ſi XXII Martij fuiſſet XVI Luna, XIIII Luna incurriſſet in XX Martij. Ideoque non fuiſſet Paſchalis. Sed, ut dixi, XIIII Luna erat in XXII Martij, die dominica. quod in toto epiſcopatu Innocentij primi accidere non potuit, niſi ſecundo eius anno, qui erat Chriſti Dionyſianus CCCCIII, Cyclo Solis XX, Lunæ V. Ideo quum ex regula perpetua terminus Paſchalis non poſſit concurrere cum Dominica reſurrectionis, ſolenne transferendum erat in XXIX Martij. Quod tamen Innocentius vetat. Ideo ipſo Termino Paſcha celebrare præcepit.

CANON VI. *Annum Hebdomadis annalis.*] Hebdomas annalis, de qua ſatis dictum ſupra Definit. XII, Hebræis dicitur שְׁמִטָּה SEMITTAH, hoc eſt ad verbum σεισάχθεια, *leuatio oneris*, ſiue *excuſſio debitorum:* quia debita remittebantur in fine Hebdomadis. Deuteronomij XV, I. Ideo שְׁמִטָּה vocata eſt, id eſt σεισάχθεια ad verbum. *Excuſſio oneris, excuſſio debiti.* Propterea & Hebdomas remiſſionis vocatur. Ac licet ultimus annus proprie remiſſio, aut σεισάχθεια, vocatur, tamen Iudæi & Samaritæ dicunt annum primum, ſecundum, tertium Semittah, totam hebdomada Semittah vocantes. Sic quum ſeptimus dies Sabbath vocetur, tamen & hoc nomine totam dierum hebdomada vocari ab Hebræis nemo neſcit: & res vulgatiſſima eſt. Vettius quoque Valens Antiochenus priſcus ſcriptor σαββατικὴν ἡμέραν vocat quam libet diem Septimanæ, ſiue feriam. Primus annus Semittah ſiue Hebdomados annalis, congruit anno primo, qui proxime ſequitur ſeptenarium in cyclo Solis Romano, & ſecundus ſecundo, & ſic deinceps. In cyclo Solis Romano, ut iam ſcire potuiſti, quatuor ſunt anni ſeptenarij, VII, XIIII, XXI, XXVIII. Itaque octauus, XV, XXII, & primus annus cycli Solaris ſunt primi anni Hebdomadis annalis. Similiter, IX, XVI, XXIII, II, eſt ſecundus annus Hebdomadis: & ſic deinceps. Hoc anno Chriſti 1604, cyclus Solis eſt XVII, qui eſt annus tertius poſt ſeptenarium XIIII, ac proinde tertius Semittah, ſiue Hebdomadis annalis, ab autumno eiuſdem anni. Ratio manifeſta eſt. primus annus γεωργίας, unde prima primi Iobilei Hebdomas iniuit, conueniebat in annum XV, cycli Solaris, primum ſcilicet poſt ſeptenarium XIIII. Erat enim annus periodi Iulianæ 3263. Propterea in Tabula fœcunda Paragraphus ¶ omnem primum annum Hebdomadis indicat, quia eſt primus poſt ſeptenarium cycli. Incipit autem omnis Hebdomas a menſe Tiſri.

CANON VII. CAVTELA.] Hiſtoriam de tranſlatione Dominicæ Reſurrectionis, quando Terminus in Dominicam incurrit, habes apud Ambroſium Epiſtola LXXXIII: *Quod ſi mouet, quia quartamdecimam Lunam tranſeuntes, quæ die Dominica incidit, hoc eſt quartodecimo Kal. Mai,*

Mai, sequenti Dominica instaurandam solennitatem suademus, auctoritas extat eiusmodi. Nam temporibus paulo superioribus, quum incidisset quarta decima Luna mensis primi in Dominicam diem, sequenti altera Dominica celebrata solennitas est. Octagesimo autem anno & nono ex die imperij Diocletiani, quum quartadecima Luna esset nono Kalendas Aprilis, nos celebrauimus Pascha pridie Kal. Aprilis. Alexandrini quoque & Aegyptij, ut ipsi scripserunt, quum incidisset quartadecima Luna vigesimo & octauo die Phamenoth mensis, celebrauerunt Pascha quinta die Pharmuthi mensis, quæ est pridie Kalendas Aprilis: ac sic conuenere nobiscum. Rursus nonagesimo & tertio anno a die imperij Diocletiani, quum incidisset quartadecima Luna in quartumdecimum diem Pharmuthi mensis, quæ est quinto Idus Aprilis, quæ erat Dominica die, celebratum est Pascha Dominica, Pharmuthi vigesimo & primo die, qui fuit secundum nos quintodecimo Kalendas Mai. Rursus: *Ergo secundum Aegyptios primo mense celebraturi sumus Dominicam Paschæ: hoc est septimo Kal. Mai, qui est trigesimus Pharmuthi mensis.* Hoc ultimum exemplum pertinet ad annum Christi CCCLXXXVII. estque idem, quod statim initio huius testimonij Ambrosiani proponitur, Cyclo Solis IIII, litera Dominicali C, numero aureo VIII, Termino Paschali XVIII Aprilis in litera C, ideo Dominica: ac proinde instauranda solennitas dominica proxime sequente, XXV Aprilis. Tertium exemplum congruit anno Christi CCCLXXVII, ut quidem indicat annus Diocletiani, aureo numero XVII, Termino Paschali IX Aprilis in litera A, Cyclo Solis XXII, litera Dominicali A. Et hic quoque solenne traducendum in XVI Kal. Mai, non, ut perperam excusum est, quintodecimo Kal. Pergit Ambrosius. *Sed quum ante biennium celebrauerimus Pascha Dominicum undecimo Kalendas Mai, hoc est trigesimo die mēsis secundum nostram scilicet calculationem, moueri non debemus, si & proxime trigesimo die Pharmuthi mensis celebraturi sumus Pascha Dominicum.* Est vero insignis error non librariorum, sed Typographorum. Librarius enim, siue Antiquarius, non biennium scripserat, sed VIII ennium, hoc est octennium. Sic X ennalia, XX ennalia scribebant libentius, quam decennalia, vicennalia: quod primus docuit vir clarissimus & summa eruditione Iustus Lipsius. ex VIII ennium factum VI ennium. ex eo biennium. quo nihil verius. Scribebat hæc Ambrosius, ut monuimus, anno Christi CCCLXXXVII. Octennio ante anno CCCLXXIX, Ausonio & Olybrio Coss. Indictione VII, aureo numero XIX, cyclo Solis XXIIII, litera Dominicali F. Terminus inciderat in XVII Aprilis, feria IIII. Dominica resurrectionis XXI Aprilis, hoc est, ut ait Ambrosius, XI Kal. Mai. quæ est trigesima dies mensis Paschalis Lunaris. Nam neomenia prima Paschalis congruit diei XXIII Martij: a qua triginta dies putati, quod nimirum dierum est mensis Lunaris ciuilis, desinunt manifesto in XXI Aprilis, quod & me tacente Computorum magistri monuerunt. Sed quomodo constat argumentum: Si anno Christi CCCLXXIX celebrauimus Pascha in ipso fine Lunæ Paschalis, anno CCCLXXXVII ne vereamur illud celebrare trigesima Pharmuthi, hoc est XXV Aprilis, die quarta Lunæ secundæ. Imo contra: Si licet die IIII Lunæ secundæ, qui est remotissimus Terminus Resurrectionis; quanto magis licebit intra fines ipsius Lunæ Paschalis? Haud scio an aliquis animum huic loco Ambrosiano adiecerit. Certe non cuilibet obuius est. Nuspiam autem extat aut vetustius, aut illustrius exemplum traiectionis Dominicæ Resurrectionis, quam sunt illa tria, quæ nunc ex Ambrosio produximus. Ideo sine piaculo præteriri non poterant. Ex his etiam didicimus Latinos Epocham Diocletiani non a Thoth, sed a mensibus Paschalibus sequentibus putare solitos. Ideo Latinæ Ecclesiæ 284, non 283, de annis Christi detrahenda, ad methodum Aeræ Martyrum in ratione Paschali.

IN CAPVT TERTIVM.

KALENDARIVM IVLIANVM.] Kalendarij Iuliani structura utroque cyclo tanquam fundamento insistit, Solari, & Paschali, quem numerum aureum dicimus. Huius menses in quaternos versus descripsimus. Primus, & tertius ad cyclum Solis pertinet, (Nam tertius continet literam τῆ ἐπάζοντος, primum numerum dierum mensis, sine quibus non potest esse ἐπάζων) quartus ad aureum numerum, secundus ἐξ ἐπιμέτρου accidit, ad neutrum cyclum pertinens, sed tantum historiæ caussa. In Epactis duo præcipue consideranda, initium, ac dispositus. Initium a Martio instituendum propter duas caussas: propter consuetudinem veteris Ecclesiæ, quæ a mense Paschali eas orditur, & propter incommodum bisexti, ex quo non raro μετάπτωσις Epactæ committitur. In dispositu & ordine duo pariter consideranda: ut circulus earum retrogrado ordine procedat, & ut mensis alternis plenus & cauus sit. Retrogradi processus causa est, quod nouilunia unius anni anteuertunt nouilunia sequentis undecim diebus. Nouilunia igitur ascendunt, & ascendendo Epactas augent. Alternationis vero plenorum & cauorum mēsium caussa est motus Lunæ menstruus minor triginta dierum

 semisse

semisse diei, & aliquot scrupulis. Quum igitur mensem plenum constituimus, trigesima eius dies habet Lunam veterem & nouam. Vnde τὴν τριακάδα eleganter Solon ἕνην καὶ νέαν vocauit: hoc est *veterem nouam*. Veteribus Latinis dicebatur *Iana vetus nouella*. Iudæis dicitur ספק הלבנה. *dubium Lunæ, silens Luna*. Propter hoc dubium Lunæ necessario menses sunt alternis pleni & caui, tricenum & undetricenum dierum. Idcirco in dispositu Epactarum, interualla ab Epacta, ad similem Epactam, debent esse alternis plena & caua: & imprimis ut primus mensis sit semper plenus; ut obseruauit antiquitas. quod & adhuc videre est apud Iudæos, Arabes, Samaritas, Indos, & alios, apud quos semper menses imparis numeri sunt pleni, I, III, V, VII. Paris numeri sunt caui, II, IIII, VI. Ita enim rationibus Lunæ melius consulitur, quam si contrario modo fieret: & præterea æquum est, ut primus mensis delibet potius aliquot horas de sequenti, quam ut imperfectus manens semissem diei sequenti relinquat. Propterea huic rei bene consultum est, quod ab Epacta, ad similem Epactam, interualla ita esse debent, ut menses: hoc est, ut interuallum unius mensis sit ab Epacta ✱, ad epactam XXIX, & a XXIX, ad ✱. Sed interuallum a ✱, ad XXIX, est cauum, undetriginta dierum: interuallum autem a XXIX, ad ✱, est plenum, triginta dierum. Quia igitur secundum hypothesin, atque adeo rationes motus Lunæ, & denique veterem ciuilium temporum usum, primus mensis plenus esse debet, ergo & ab epacta XXIX incipere, non a ✱. Propterea prima epacta Martij esto XXIX, non ✱. Itaque quemadmodum Analemma, & Horologium contrario dispositu inter se sunt, & formæ Typographicæ præpostero ordine & aliter, ac chartæ excusæ, digestæ sunt, ut quæ ibi sunt sinistra, in charta sint dextra, & contra: ita contextus epactarum in Kalendario contrarius est alternationi Lunarium interuallorum, ut quæ caua sunt in Kalendario, ea plena sint in rationibus Lunæ, & contra. Cuius rei præclaræ ignoratione Clauius totum ordinem Epactarum miserum & ridiculum in modum conturbauit, ut & pueris ipsis & rusticis deridendum sese propinarit, cuius permagni intererat cogitare, quemadmodum Analemma, & Horologium, item imago in speculo & corpus sunt ἀντιστρέφοντα, ut in altero quæ sunt dextra, in altero sint sinistra, ita dispositum Epactarum in contextu dierum Iulianorum, & alternationes mensium Lunarium ἀντιστρέφειν, & quæ sunt caua secundum dies anni, ea plena esse secundum naturalium interuallorum Lunarium alternationem. Sed huic tam fœdo errori Clauij, libro, non simplici castigatione opus erat. In Kalendis igitur Martij XXIX Epacta statuenda, non signum ✱ &c. Atque hactenus de dispositu Epactarum; qui præter alias utilitates, hanc quoque habet, ut in Martio dies mensis quilibet sit complementum Epactæ, quæ e regione ipsius posita est. Complementum autem vocamus id, quod deest Epactæ, ad triginta complenda. Exemplum: Hoc anno 1604 currit epacta IX. desunt illi XXI ad XXX complenda. Ergo ipsa notata est ad XXI diem Martij. Vide Notam ad Canonem decimum huius Capitis. Nisi enim epacta e regione complementi sui statuatur, nunquam designabit nouilunium, aut ἕνην καὶ νέαν. Et vice versa, Epacta, quæ non indicat ἕνην καὶ νέαν, non est e regione complementi sui. Rursus Epactarum nostrarum duplex versus est, prior Latinis numeris, alter Sarracenicis. Prior Epacta vocetur Latina, aut literalis, altera Sarracenica. Caussa huius geminationis, ut quoties primum nouilunium incidet post XXX Martij, Sarracenica Epacta assumatur, non Latina, quæ post XXX Martij cauum mensem Lunarem constituit, quum tamen hoc sit contra usum, & hypothesim, quæ primum nouilunium statuit plenum. Quia vero epilogismi nostri a capite periodi Iulianæ deducuntur, & per quinque, aut amplius, millia annorum bona pars nouiluniorum incidit in Aprilem, propterea una Epacta Latina satis non fuit ad seriem plenorum & cauorum mensium tuendam. Hodie omnia nouilunia incidunt in mensem Martium, præter quam in numero aureo VIII, & XIX. Post XXXII autem plus minus cyclos Epactæ Sarracenicæ nullus amplius usus erit. Nobis necessario aliqua methodus ineunda fuit, qua mensis, qui incipit in Aprili, plenus esset, ne in hypothesim peccaremus. Alioquin si quis Epactam Sarracenicam vitare vult, is pro Nisan Niceno, Adar in Martio assumat, qui est Nisan Iudaicus, & utatur posteriore parte Tabulæ secundæ huius Capitis, quæ indicat omnia nouilunia Martij. In editione noui anni nihil tale reperias. Omnia πεπλανημένα, & turbarum plena. Subijciam primum designationem Epactarum noui anni.

DISPOSITIO EPACTARVM LILII ET CLAVII

I A Kalendis Ianuarij instituendum Epactarum initium, ut ab eodem capite annus, & Epactæ incipiant. Ideo in Kalendis statuenda est nota ✱, quia primus mensis Lunaris debet esse

debet eſſe plenus. Rurſus in ultima die Ianuarij eadem nota * ſtatuenda, ut plenum ſpatium triginta dierum a ſigno *, ad ſignum *, & ab epacta xxix, ad epactam xxix, & deinceps ab omni ſimili, ad omnem ſimilem epactam, ſeruetur.

ii INCOMMODVM. Quia ſignum * tam in Kalendis, quam in xxxi Ianuarij, ſtatuitur, erunt in fine anni dies tantum x, quibus annus Solaris Lunarem ſuperat, quum tamen ſint xi, unde Epactæ naſcuntur. quod eſt abſurdum.

iii CORRECTIO. Huic incommodo mederi non aliter poſſumus, quam binas epactas in unam diem inculcando.

iiii ELECTIO *diei binis epactis onerandæ.* Citimum nouilunium Paſchale eſt in Epacta xxiii. Ergo remotiſſimum eſt in epacta xxiiii, quæ deprehendetur in vi Aprilis, ſi correctio non adhibeatur. proinde terminus Paſchalis erit in xix Aprilis contra veterem uſum Eccleſiæ, quæ ex præſcripto Terminorum Nicenorum remotiſſimum terminum finit in xviii Aprilis, & nouilunium eius termini in v menſis. Ibi igitur ſtatuenda eſt Epacta xxiiii, una cum Epacta xxv. Ita termino remotiſſimo conſuletur, & xi dies τῆς ὑπεροχῆς ἡλιακῆς in fine anni inuenientur, quarum prima eſt in xxi Decembris cum ſigno *, &c, ſi quidem alternis menſibus xxv, xxiiii Epactæ in eadem cella collocentur.

v INCOMMODVM. Quotieſcunque epacta xxiiii occurrit in numero aureo, i, ii, iii, iiii, v, vi, vii, viii, tunc in xii, xiii, xiiii, xv, xvi, xvii, xviii, xix epacta erit xxv. Ita fiet, ut in xix annis, id eſt in uno cyclo Lunari, bis in eadem die nouilunium incurrat, nempe in v Aprilis, quotieſcunque a i aureo numero, ad ix, epacta erit xxiiii: & proinde bis in eodem cyclo Terminus Paſchalis continget in xviii Aprilis. quod eſt abſurdum tam ex natura Enneadecaeteridos, quam ex uſu Eccleſiæ.

vi CORRECTIO. Quando epacta xxiiii occurret a i aureo numero, ad ix excluſiue, quum ventum fuerit ad epactam xxv, tunc non xxv rubra, ſed 25 nigra, quæ in die antecedente locata eſt, aſſumenda erit.

ELENCHVS.

i Ne a Ianuario menſe initium Epactarum caperent, ſi non eos reuerentia priſci uſus Eccleſiaſtici, & inſtitutio Epactarum Paſchalium mouebat, quæ a paſchali menſe, non aliunde, initium ducere debebant, ſaltem eos deterreret biſexti incommodum, cuius interuentu tenorem Epactarum interrumpi neceſſe eſt: &, ut reliqua incommoda taceamus, unum portentoſum, aſininum, delirum, quodque ſupra omnem amentiam eſt, producam. A iiii die Februarij omnes Epactæ deinceps, ad ſimiles Epactas, colligunt interuallum xxx dierum, ut poſtea infra amplius aperietur. Exemplum: a iiii Februarij, ubi eſt Epactarum diſcolorum collegium 25. xxvi, ad vi Martij, ubi eſt idem bicolorum Epactarum contubernium, & ſic deinceps, exempli gratia, ab viii Februarij, ubi eſt xxi Epacta, ad x Martij, ubi eſt eadem Epacta xxi, interuallum eſt dierum xxx. Proinde a iiii Februarij deinceps omnes Lunationes ſunt plenæ, id eſt xxx dierum, idque in anno non biſextili. In anno igitur biſextili ſi epacta illius anni fuerit infra iii Februarij, Lunatio erit xxxi dierum. Exemplum. Anno 1584 biſextili, qui erat ſecundus nouæ editionis, Epacta erat xviii in xi Februarij. Quia eo anno fuit biſextum, ideo ab xi Februarij, ad Kal. Martij, fuerunt præciſe dies xix. hinc ad Epactam ſimilem Martij, quæ ſita eſt in xii die menſis, fuerunt dies xii abſoluti. Summa ab Epacta xviii Februarij, ad Epactam xviii Martij, xxxi dies. Ita omni anno biſextili eueniet, ut menſis Lunaris ſit xxxi dierum, idque ea cauſſa, quia Clauius Lunam per Latmia ſaxa relegat, ut ea in complexibus Endymionis dormiente ſolus ipſe bigas Lunæ moderetur; ut menſem, quem cauum eſſe ratio exigebat, (eſt enim Adar) ipſe uno die in anno communi, biduo in anno biſextili augeat. Quod ſi Clauius ſæculo Amphitryonis fuiſſet, Iupiter non ab alio, quam ipſo, duas noctes utendas petiuiſſet ad Herculem generandum. Oro te, Claui, quamvis confidens es, &, quid pudere ſit, neſcis, quid hic reſpondebis? Quis unquam vidit, legit, aut audiuit, menſem Lunarem eſſe xxxi dierum? quid ad patrocinium tam aſinini erroris proment ex narthecijs compendiorum Rhetorices ſuæ ſocij illi tui, qui tibi operas contribuerunt, ad ſtercoreum & pædagogicum illum libellum ſuffarcinandum, quem in Elenchum noſtrum ſcripſiſti? Diuinum inuentum vocas menſem Lunarem xxxi dierum? Viderit Luna ipſa. Ego ad alia pergo. Rurſus ex his collegijs Epactarum aliud portentum conceptum eſt. Nunquam duo menſes pleni continuandi ſunt, niſi in anno embolimæo ὑπερημέρῳ, qui eſt dierum ccclxxxiiii. Tunc poſterior Adar eſt plenus, ut & Niſan. Ita continuantur duo pleni

 menſes,

menses, Adar ἐμβόλιμος, & Nisan. Tres plenos continuare, vitiosum est, quod incommodum tamen euitare non potuerunt Arabes in anno ὑπερημέρῳ, quem ipsi *Kebisa*, vocant. Tunc enim tres pleni continuantur, Dulkadathi, Dulhagiathi, Muharramu: Idque fit, quia anno vago utuntur, hoc est sine embolismo. Quod si mensem intercalarent, Muharram esset cauus, Sephar plenus, ut fiebat in anno Damasceno. At Clauius quatuor menses plenos continuat. in anno bisextili, quoties epacta est ✱, xxix, xxviii, xxvii, xxvi, xxv. Tunc enim Lunationes Decembris, Ianuarij, Februarij, Martij omnes plenæ sunt. Anno Christi mdcxi, epacta Clauiana erit xvi, anno sequenti xxvii, qui erit bisextilis. Nam semper sine exceptione Lunatio Decembris Clauiana contra hypothesin est plena, quæ, quia ultima est, debebat esse caua. Lunatio quoque Ianuarij est plena, a Kalendis, ad vii diem. Lunatio Februarij caua, a Kalendis, ad sextam diem; ideoque anno bisextili est plena. Sic sunt continuæ tres Lunationes plenæ. quibus accedat Nisan. Fient omnes quatuor plenæ Lunationes continuæ. quod non minus vitiosum est, quam mensis Lunaris xxxi dierum. Sed quæcunque epacta inciderit, semper a nouilunio Decembris, ad nouilunium Aprilis, in anno bisextili, intercedent dies cxx. qui colligunt menses quatuor plenos. Si igitur vitiosum est tres plenos menses continuare, quanto vitiosius quatuor? Quomodo Clauius hoc diuinum inuentum, ut ipse vocare solet, defendere poterit? Nullus annus embolimæus maior est dierum ccclxxxiiii. At Clauius constituit dierum ccclxxxv, ut Iudæi, propter superstitionem A D V. In anno enim embolimæo ὑπερημέρῳ septem tantum sunt menses pleni, non octo, ut sancit Clauius, quos & continuos facit, ut nihil sine portento ageret.

II Hoc sane est magnum ἀπερισκεψίας argumentum. Nam si statuendo signum ✱ in Kalendis Ianuarij, & ✱ xxix in xxxi Ianuarij, sequitur mensem Lunarem primum non esse cauum: rursus statuendo ✱ in xxxi Ianuarij, & xxix in Kal. Februarij, sequitur x, non xi dies ὑπεροχῆς ἡλιακῆς in fine anni relinqui, hæc, inquam, duo incommoda monere Clauium debebant, neutrum rationi conuenire. Itaque medium deligendum esse, hoc est, ut in Kal. xxix, in xxx mensis ✱, in xxxi eiusdem iterum xxix poneretur, ut a nobis in Martio factum est.

III Si duas Epactas in unum contubernium conijcere opus erat, non melius poterat, quam in xxxi Ianuarij statuendo signum ✱ cum epacta xxix, & xxviii in Kal. Februarij. neque profecto hoc esset proprie binas Epactas in unum conferre, quum ✱ non sit vera Epacta, & in alternationibus ἕνης καὶ νέας necessarium sit ea duo simul coniungere: quia fieri potest, ut Luna sit ✱, id est ἕνη καὶ νέα, aut xxix, id est prima. Et miror & Clauium, & qui Clauio ad annum corrigendum in consilium post obitum Lilij abhibiti fuerunt, cur ordinem & dispositum ab eo institutum damnarunt. Nam specimen editionis Lilianæ publicatum fuit anno mdlxxvii, sexennio integro ante sanctionem anni noui. In eo exemplo in xxxi Ianuarij appositæ sunt duæ notæ ω xxix. quæ si retentæ fuissent, non opus erat geminatione Epactarum xxv, xxiiii in v Februarij, quo nihil stolidius, nihil ἰδιωτικώτερον in hoc negotio excogitari possit. Ex hac temeritate duo portenta nata sunt: prius, ut series epactarum sine caussa interrumperetur, & a xxvi epacta, ad xxiiii, saltus fieret, & xxv Epacta dissimularetur: alterum priori longe iocularius, ut a Kalendis Ianuarij, ad vi eiusdem, Lunationes sint xxx dierum, a vi deinceps, Lunationes sint cauæ. Hoc est: quinque Lunationes in Ianuario sunt plenæ, quoties epacta est ✱, xxix, xxviii, xxvii, xxvi. In reliquis epactis omnes menses Lunares sunt caui. Quis unquam crederet tot oculis tam perspicuam absurditatem non conspectam fuisse: & quum ea caussa signum ✱ in xxxi Ianuarij collocatum esset, ut ordo plenorum & cauorum mensium incolumis seruaretur, quinque tantum menses plenos, reliquos xxvi cauos reliquisse? Et tamen hoc vocatur diuinum inuentum a Clauio. αὐτὸς ἑαυτὸν αὐλεῖ. In Februario, & paribus mensibus contrarium euenit. Nam tres tantum sunt caui, a Kalendis, ad iiii diem. a iiii die deinceps omnes sunt pleni in anno non bisextili, in bisextili xxxi dierum, si Dijs placet: quod felix faustumque sit. Qui hæc probauerit, eum aut insigniter impudentem, aut magnum asinum esse oportet.

IIII Hic vero, si uspiam, amentia erupit. Duo enim commissa sunt in Termino Paschali, quæ pro dignitate satis castigari non possunt. Prius delirium est in statuendo omni termino, alterum in remotissimo definiendo, cuius caussa res noua & inusitata introducta est, ut duæ epactæ non sine risu nasuti lectoris in unum diem conferrentur. Igitur in statuendo omni termino multum auij a regione veri, ut loquitur Lucretius, vagati sunt, idque propter signum ✱ in Kalendis Ianuarij, & consequenter in Kalendis Martij positum. Ex hoc enim sequitur, ut epacta non solum e regione complementi sui posita non sit, sed etiam, ut semper nouilunia Paschalia a secundo die Lunæ incipiant, & proinde termini Paschales semper

in xv

in xv Lunam incidant: quod ipse Clauius, & Clauiani euitare non potuerunt, & quum caussam erroris ignorarent; stulto illo monito Lectorum admirationem summouerunt, *non debere mirari, si serius nouilunia incipiant. maluisse enim sese mora, quam anticipatione peccare*. Quæro a Clauio: putetne sæculo Niceno nouilunia, & terminos Paschales bene institutos fuisse? Hoc est, veteres terminos Paschales, qui hodie quatuor diebus motum Lunæ morantur, sæculo Niceno motui Lunæ congruisse? Cedo sis quendam, cui aliquis sensus harum literarum, & aliquid pudoris sit: non tam confidentem puto, ut & reuerentia veteris ritus Ecclesiæ, & quædam cognitio motus Lunaris non eum ab hac temeritate deterreat, ut ausit illos terminos veros negare. Si retinendus fuisset annus Iulianus, neque dies x amputandi, & tantum Pascha corrigendum, satis erat quatuor dies de veteribus Terminis tollere, ut termini nostro huic sæculo congruerent. At in editione anni noui tres tantum dies detracti sunt. Vnde error, vel potius stupor, obortus est, ut non solum terminus in plenilunium incurrat, sed etiam, quoties terminus incidit in Dominicam, Pascha vigesima secunda Luna celebretur: quum tamen ultra xxi Lunam extendi ex vetere Ecclesiæ instituto non liceat. Iste crassus error, vel potius ἀναισθησία, proximo Paschali solenni committetur, anno 1605. Nam terminus antiquus erat in xxvii Martij. Detractis, ex ratione προηγήσεως σεληνιακῆς, quatuor diebus, verus terminus est in xxiii eiusdem mensis, sabbato; & proinde solenne resurrectionis xxiiii Martij, iii Aprilis nouæ editionis, plenilunio. Epacta Iuliana decimi aurei numeri est xx e regione x diei Martij. & proinde xiiii Luna est in xxiii Martij. At in editione noua, ex hypothesi deductionis decem dierum, epacta est in xxi Martij, quæ respondet xi diei eiusdem. Quod vitium accidit ex signo ∗ in Kalendis Martij posito. Itaque secundum editores noui anni Terminus Paschalis incidit in xxiiii Martij, die Dominica, plenilunio. Ideo ex veteri regula transferendum solenne in sequentem dominicam, xxxi Martij, Luna xxii: quod sedulo vetus Ecclesia cauebat, quamdiu προήγησις ignorabatur. Itaque ex hoc tam fœdo, tam crasso, tam stupido errore semper Pascha celebrari necesse est xxii Luna contra & rationem Lunæ, & veterem ritum Ecclesiæ, quotiescunque Terminus in Dominicam incidet. Fatebor iocularem errorem meum, qui semper putaui primam diem quadragesimæ incidere in xvi Februarij, anno 1605 proximo, ita & ratione, & veteri Termino Paschali suadente, donec a muliercula monitus tam errorem meum damnaui, qui librum Kalendarij noui non consulueram, quam stuporem Clauij miratus sum, qui neque hoc aduertit, neque omnes, qui ad anni deformationem potius, quam reformationem adhibiti sunt. Plus satis sudabit antequam mihi, aut alij cuiuis sobrio probare possit vel Pascha rite celebrari xxii Luna, vel proximum Pascha anni 1605 rite & ex usu veteris ecclesiæ, & ex rationibus Lunæ ab illo, & eius consiliarijs indictum esse in diem x Aprilis. Hæc audebit defendere? *pereant, qui nigrum in candida vertunt*. Rursus mira inconstantia incidit in quartis decimis Lunis, propter collegium venerandum epactarum. Nam a Kal. Martij, ad xxiiii diem eiusdem mensis, quæ debebant esse quartædecimæ, sunt quintædecimæ. hinc deinceps sunt non quartædecimæ. Vnde fit, ut non peccetur in termino Paschali a xxiiii mensis. citra autem terminus semper incidat in plenilunium. Manifesta inconstantia. Atque hæc de errore Termini Paschalis. De remotissimo vero Termino non minor est deliratio, si Clauius & Clauiani putant remotissimum sistendum esse in xviii Aprilis, quia ita fuit sæculo Niceno. Tunc enim nullus Terminus incidebat in Epactam, quæ Aequinoctialem Epactam excederet unitate, ut proxime notatum est ad definitiones xv, xvi, xvii. Epacta vigesimæ diei Martij est x, quæ non potest esse terminus Paschalis, quia excedit Epactam æquinoctialem unitate, nempe ix, quæ est in xxi Martij, in qua positus est citimus Terminus Paschalis. Ideo epacta xx erit remotissimus terminus in xix Aprilis eo anno, quo epacta xxiii curret, cuius terminus Paschalis est x. Atqui sæculo Niceno nulla Epacta fuit xxiii. Propterea eo tempore remotissimus Terminus erat in xviii Aprilis: qui si incideret in Dominicam, solenne Paschale transferebatur in xxv Aprilis: quem remotissimum celebritatis illius terminum Computatores Ecclesiastici esse putarunt. frustra. Nam quæ epacta est in xx Martij Iuliani, ea in Aprili est remotissimus Terminus. Sed citimum nouilunium in editione noua est in Epacta xxiii, die viii Martij, mendose, ne dicam inepte, propterea quod signum ∗ statutum est in Kal. Martij. Atqui Epacta xxiii est nouilunium remotissimum Paschale: cuius terminus Paschalis quum Dominicam incurret, celebritas transferenda est in xxvi Aprilis, quod non accidebat sæculo Niceno, quia, ut iam diximus, nulla epacta tunc erat xxiii. Hoc sæculo Epacta illa locum habet in aureo numero iii: cuius terminus est x epacta in xx Martij Liliani, ipsa vera nouilunij Epacta est in vii Martij,

non in

non in viii, ut temere factum in noua editione anni. Vnde accidit, ut illa sit citimum nouilunium Paſchale. quod eſt abſurdiſſimum. Nam aureo numero iii currente, ſæculo Niceno, terminus erat in xiii Aprilis. hodie in ix eiuſdem. Iccirco quartadecima Paſchalis adhuc non poteſt eſſe in Martio. Itaque non prius Terminus erit in Martio, quando numerus aureus iii curret, quam quum æquinoctium ex xi, ad x Martij Iuliani tranſitum fecerit. Interea conſiderandum eſt, quam imprudenter Paſcha celebratum fuit anno Chriſti mdxcviii. In Adar enim celebratio contigit, ante plenilunium, quum verus terminus eſſet in xix Aprilis: Paſchale autem ſolenne transferri debuiſſet in xxvi Aprilis. Hoc igitur ignorauit Clauius & Clauiani, Paſcha etiam in xxvi Aprilis celebrari poſſe: & quod quæ in xix Aprilis incurrit, eſt vera quartadecima Paſchalis. Nam ſæculo Niceno citimus terminus reprobus, quo utebantur Galli, & Occidentales Eccleſiæ, erat in xix Martij. Itaque is terminus pertinet ad Adar. Atqui ſecundum rationes Lunæ, citimus Terminus reprobus poterat eſſe in xx Martij, hoc eſt, ſi rationes Lunæ hoc paſſæ eſſent, illo ſæculo. Itaque citimus Terminus reprobus ſæculo Niceno concurrebat cum Epacta, quæ Epactam æquinoctialem ſuperat duabus unitatibus. At verus citimus Terminus reprobus eſt is, qui incidit in Epactam, quæ Epactam æquinoctialem ſuperat una tantum unitate. Adi notas ad definit. xv, xvi, xvii. Intererat Mathematici hoc ſcire, non autem obtrectare demonſtrationibus noſtris, quas neque intelligit, neque, ſi intelligat, per ſacramentum ſocietatis fateri illi liceat. Hoc igitur myſterium a nobis diſcere poteſt, xviii Aprilis in editione anni noui non eſſe remotiſſimum Terminum, ſed xix: neque xxv eiuſdem menſis eſſe remotiſſimum Paſcha, ſed xxvi. Hoc nouum erit veterum Bedæ, & Iohannis de Saxonia Computorum conſarcinatori. Res hæc digna eſt elegantiore ingenio, accuratiore iudicio, liberaliore animo, quam Clauij. Interea quæro ex illo, & alijs, qui eum in conſilium adhibuerunt, quare ex veteribus Terminis tres tantum dies detrahunt, & ex xiiii Luna, xv pro Termino Paſchali eligunt. Non aduerterunt, ut dixi, hanc παραστροφὴν natam eſſe ex ſigno * in Kalendis poſito. Sed ſurdis fabulam.

v Hoc verum eſt, omnem epactam, quæ aliam unitate ſuperat, ab ea abeſſe xi intervallis: quod alibi demonſtramus. Exemplum: Epacta xxii in aureo numero ſecundo ſuperatur unitate ab epacta xxiii, quæ eſt in aureo numero xiii. Inter ii, & xiii numerum aureum, ſunt undecim numeri, ſic xi epacta numeri aurei primi ſuperatur unitate ab epacta numeri aurei duodecim. Interuallum eſt xi. Ita ſemper in alijs. Itaque ſi epacta in numeris aureis i, ii, iii, &c. fuerit xxiiii, ea in numeris aureis, qui ab illa diſtabunt interuallo xi, erit xxv. Et proinde ne xxiiii, & xxv in eandem diem incurrerent, cauit prouidentia Clauij, & Aſſeſſorum, aut quorum ipſe aſſeſſor fuit, ut epacta nigra 25 excogitaretur: qua ſtultitia facile defungi poterat, ſi * ſignum non poſuiſſet in Kalendis Martij, & reliqua eo ordine & diſpoſitu adminiſtraſſet, quo a nobis factum eſt. Itaque nemo probauerit illa duo contubernia Epactarum, unius diſcoloris, alterius concoloris, ſi modo aliquem ſenſum huius præſtantiſſimæ doctrinæ habuerit. Nam puerilia & inepta ſunt illa omnia. Tam enim futile eſt binarum epactarum collegium, quam ridicula cauſſa, propter quam id commiſſum eſt, nempe ne terminus Paſchalis in xix Aprilis incideret, in qua tempore Nicenorum Patrum non erat. Atqui, ut ſuperius oſtendimus, tunc non poterat: quia ut terminus Paſchalis in xix Aprilis incidat, non aliter contingere poteſt, niſi Epacta fuerit xxiii. Sæculo autem Niceno nulla epacta xxiii erat. Remotiſſimus terminus eſt, quando Epacta eſt xxiii, citimus, quando eſt xxii. Accidit vero, ut in eodem cyclo utraque inueniatur, idque quando xxii Epacta non excedit viii numerum aureum: aut, quod idem eſt, quoties Epacta xxiii non eſt infra ix numerum aureum. Itaque tempore Niceni conſeſſus Epacta primi numeri aurei erat vii. Ideo Epacta xvi numeri aurei erat xxii, quæ eſt ultra octauum numerum aureum. Ergo, per doctrinam antecedentem, epacta xxiii non erat ſæculo Niceno. Hodie in anno Tropico Niceno, ſi xxix, non *, ſtatuatur in Kal. Martij, epacta xxiii eſt in iii aureo numero. Ideo, quia eſt infra ix numerum aureum, nulla eſt epacta xxii. Proinde remotiſſimus terminus eſt xix Aprilis, quo nullus remotior eſſe poteſt. At hodie citimus terminus eſt xxii Martij, quum epacta eſt xxi, numero aureo xi. At ſæculo Niceno xxi Martij remotiſſimus terminus erat, quum epacta erat xxii. Hoc ſæculo in anno reformato nulla epacta eſt xxii. Quare quam falſus ſit Clauius eiuſque conciliabuli aſſeſſores, qui inſcitia tam luculentæ doctrinæ tam fœdos errores commiſerint, æquiorum lectorum iudicium eſto. Certe Paſcha proxime ſequens anni 1605 ſatis teſtatur & Clauium, & qui cum eo ad illam reformationem acciti ſunt, neque quid epacta, neque quid terminus remotiſſimus ſit, intellexiſſe.

Huc

Huc uſque ſermo de epactis inſtitutus nos deduxit, quæ per triginta & undetriginta numeros continuos in Kalendario diſponuntur. Olim, quia περιήγησις σεληναϊκὴ ignorabatur, per XIX. numeros rem tranſigebant, & in primo menſe, puta Martio, aut Ianuario in anno Iuliano, aut menſe Thoth in anno Diocletianeo, epactam complemento ſuo reſpondentem apponebant. Verbi gratia: in primo anno numeri aurei epacta ſæculo Niceno erat VII. Complementum eſt XXIII. Ergo in XXIII Martij apponebatur unitas pro primo anno cycli. Secundo anno cycli, ſiue numeri aurei, epacta Nicena erat XVIII. Complementū eſt XII. Proinde e regione XII Martij apponebatur numerus II pro ſecundo anno cycli. & ita in reliquis, ut habes in poſteriore harum duarum Tabellarum, in qua menſis Martij dies deſcripſimus una cum numero aureo tam Nicenis temporibus, quam noſtris congruente. in altera & minore Tabula filum numeri aurei habet epactas ſingulis numeris reſpondentes tam hodiernas, quam Nicenas. Sed tum illæ, tum hæ duplicis generis ſunt. denique in omni cyclo enneadecaetérico duplicis generis ſunt epactæ, ἄμεσοι, καὶ ἔμμεσοι. ἀμέσους vocamus, quarum nouilunia immediate ſibi ſuccedunt, nullo die interiecto. ut Kalendis, & ſecunda die Martij hodie nouilunia numeri aurei XIX, & VIII ſibi ſuccedunt: ut in quarta, & quinta die nouilunia XVI, & V numeri aurei. & ſic in alijs. ἔμμεσα vocamus nouilunia, & ἐπακτὰς ἐμμέσους, quando unus dies inter duos numeros interiectus eſt. Vt hodie inter II, & IIII, nullum nouilunium conficitur. hoc eſt: nouilunium hoc ſæculo non committitur in III Martij. τῶν ἀμέσων ἐπακτῶν octo paria ſunt, τῶν ἐμμέσων undecim, ut vides in minore Tabella. Eſt quoddam horum numerorum myſterium. Nam omnes ἔμμεσοι epactæ differunt inter ſe binario, ἄμεσοι unitate. & propterea τῶν ἀμέσων nouilunia continua ſunt, τῶν ἐμμέσων uno die diſiuncta. Omnia autem tam ἄμεσα, quam ἔμμεσα nouilunia diſtant a ſe octonario. id eſt, numeri aurei adiectione octonarij numeri progrediuntur, vel deductione undenarij. Exemplum. Hodie in prima Martij committitur nouilunium anno ultimo cycli, die autem ſecunda, anno octauo cycli, die quarta, anno XVI. Hi numeri per VIII incrementum progediuntur, vel per deductionem undenarij. Deductis 8 de 19, remanent XI. deductis 16 de 8 (accommodata integritate enneadecaeteridos) remanent iterum XI. Hæc cauſſa eſt, quia VIII, & XI conſtituunt cyclum, & octo paria ſunt ἀμέσων, undecim ἐμμέσων. & tam ἄμεσα, quam ἔμμεσα diſtant a ſe undenario. Sed epactæ ἄμεσοι, ut diximus, continua habent nouilunia, ἔμμεσοι interrupta. ut videre potes in extremo verſu maioris Tabellæ. in quo epactæ 29, 28 ſunt continuæ, diſtantes a ſe unitate. epactæ 28, 26 ſunt διεχεῖς, deſiunctæ, uno die vacuo interiecto, diſtantes a ſe binario. Veteres computatores, quum de his interuallis diſputant, dicunt hoc fieri, quia Ogdoas, & Hendecas Lunares, quæ conſtituunt cyclum enneadecaetericum, proxime abſunt

Epactæ Nicenæ. Epac. hodiernæ.

Numer. Aureus.	ἐπακταὶ ἄμεσοι.		ἐπακταὶ ἄμεσοι.	
1	7	8	11	12
2	18	19	22	23
3	29	*	3	4
4	10	11	14	15
5	21	22	25	26
6	2	3	6	7
7	13	14	17	18
8	25	25	28	29
	ἐπακταὶ ἔμμεσοι.		ἐπακταὶ ἔμμεσοι.	
9	5	7	9	11
10	16	18	20	22
11	27	29	1	3
12	8	10	12	14
13	19	21	23	25
14	*	2	4	6
15	11	13	15	17
16	22	24	26	28
17	3	5	7	9
18	14	16	18	20
19	25	27	29	1

Menſis Martius.

Dies Menſis.	Cyclus Nicenus	Cyclus hodiernus	Epactæ hodiernæ.
1	3	19	29
2		8	28
3	11		
4		16	26
5	17	5	25
6	8		
7		13	23
8	16	2	22
9	5		
10		10	20
11	13		
12	2	18	18
13		7	17
14	10		
15		15	15
16	18	4	14
17	7		
18		12	12
19	15	1	11
20	4		
21		9	9
22	12		
23	1	17	7
24		6	6
25	9		
26		14	4
27	17	3	3
28	6		
29		11	1
30	14		
31			

abſunt a totidem annis Solaribus. Sed hoc accidit propter diſtantiam unitatis, & binarij, quæ conſtituit duo genera Epactarum, ἀμέσων, καὶ ἐμμέσων, &c.

PRIMA TABVLA ANTICIPATIONVM LVNÆ.] Lunæ anticipatio, quæ προήγησις dicitur, eſt τὸ διάφορον, quo Lunæ enneadecaeteris ab enneadecaeteride Solis ſuperatur: quod eſt hor. 1. 485. Quia igitur eſt differentia inter utriuſque ſideris enneadecaeterida, ideo a ſimili numero aureo, ad ſimilem numerum aureum, ea comittitur, ut a primo, ad primum: ab octauo, ad octauum. Igitur illud διάφορον hor. 1. 485 in ſexdecim cyclis colligit paulo minus, quam diem integrum, in XVII cyclis paulo amplius. Exceſſus ſexdecim cyclorum hor. 23. 880. hoc eſt unius diei, minus ſcrup. 43. 20. Exceſſus XVII Cyclorum dies 1. hor. 0. 685. hoc eſt ſcrup. 38, pluſquam diem. Nos in colligendis diebus προηγήσεως σεληνιακῆς contenti fuimus per XVI enneadecaeteridas id deſignare, quia radix Lunæ, ut vulgus loquitur, cum progreſſu XVI cyclorum plus colligit, quam unum diem. Ideo ſtolide faciunt, qui huius rei methodum ignorantes hoc damnarunt, in quibus Clauius non poſtremas obtinet, qui admonitus a nobis in XVI cyclis illam anticipationem tuto aſſumi poſſe, ut iniquæ auris κάνθων recalcitrauit, & tanquā magno hoſte debellato Pæana cecinit, proinde ac ſi nos ignorauerimus, quid eſſet exceſſus Solis ſupra enneadecaeterida Lunarem, quem ipſe prorſus ignorauerat. Itaque memor iandudum ſe aliter ſenſiſſe non dubitat ſuum ſomnium defendere. Alibi enim dixit illam προήγησιν in 312 annis, non in 304 fieri. Quis paulo harum rerum intelligentior poteſt pati Mathematicum anticipationes Lunæ colligere non ex cyclis abſolutis, cuiuſmodi ſunt 304 anni, qui XVI cyclos complectuntur, ſed ex 312, hoc eſt ex XVI cyclis, & una Octaeteride? Nos in Elencho anni Liliani, vel potius Clauiani, oſtendimus ſtuporem mathematici: quod illi admodum doluit. Nam ab anno Chriſti MCCXCII, ad hunc annum MDCIIII, fluxerunt anni totidem, quot ille exigit ad προήγησιν σεληναϊκὴν colligendam. Cyclus Solis erat XIII. aureus numerus primus, nouilunium feria V. Martij XX. Hoc anno nouilunium contigit feria IIII, die XXI. Nulla ergo anticipatio facta eſt, imo potius mora unius diei, quia non per cyclos collecta eſt προήγησις, ſed per terminos diſſimiles. A primo enim aureo numero, ad primum aureum numerum, interuallum ſumendum erat, non a primo, ad nonum: quod abſurdiſſimum eſt. Ab anno igitur propoſito Chriſti MCCXCII, ad MDXCVI, interſunt Cycli abſoluti XVI. Nouilunium contigit XIX Martij, feria VI, Cyclo Solis IX, quod quidem nouilunium cyclis XVI antea anno MCCXCII contigerat die ſequente, ut paulo ante demonſtratum eſt. Falſo igitur negat in CCCIIII annis, vel, quod idem eſt, XVI cyclis, προήγησιν Lunæ fieri. De quo amplius in anno Rabbi Adda Hipparcheo diſputabimus. Non miror Mathematicum in his rebus nihil videre, quum videam Lilium auctorem noui anni ne minima quidem cognitione harum rerum perfuſum fuiſſe. cuius tamen rationes Clauius ſeſe non aſſequutum fuiſſe vel hoc uno oſtendit, quod eas perperam interpretando deprauauerit. Hæc igitur Tabula conſurgit ex cyclis per XVI collectis, qui ſunt anni Iuliani 304: progreditur autem uſque ad finem annorum 8846. quo ſpatio colliguntur προηγήσεως dies XXIX & ita reditur ad initium Tabulæ, quanquam maiore interuallo opus eſt, ut colligantur XXIX dies προηγήσεως. In 9139 enim annis totidem dies προηγήσεως conſurgunt. & tunc reditur ad caput Tabulæ, hoc eſt, ad eam epactam, a qua Tabula incepit: quam ſi quis continuare velit, id poterit facere, vel addendo reliquos annos ad principium Tabulæ, vel filum ipſum continuando, ſecundum dies προηγήσεως, qui poſiti ſunt in ſecundo verſu poſt annos collectos. In fronte eſt aureus numerus Latinis vel literalibus numeris expreſſus. Eſt utiliſſima Tabula, quæ indicat Epactas æquabiles, id eſt eas, quæ per progreſſum XI ſemper creſcunt. Eæ aliquando indigent caſtigatione, ut ex Canonibus diſcere potuiſti, aliquando non eſt adhibenda caſtigatio. Nam inepte conditores noui anni ſine caſtigatione eas in uſum recipiunt. de quo mox dicetur. At eas aliquando caſtigatione opus habere tum motus Lunæ, tum etiam ſitus, & diſpoſitus earum oſtendit. Motus quidem Lunæ, quod Epacta, quam progreſſus numeri undenarij peperit, ſæpe non reſpondet diei, in quo nouilunium confectum eſt. Diſpoſitus autem, quod a quacunque Epacta cyclus Lunaris incipiet, ultimus menſis ultimi anni habet tantum dies XXVIII. Exempli gratia: incipiat primus annus cycli Kalendis Martij, ubi Epacta XXIX. Annus nonuſdecimus incipiet ab Epacta XVII: & proinde ultimi menſis ciuilis neomenia committetur in Kalendis Februarij, ubi eadem Epacta XVII ſita eſt. Februarius autem eſt tantum dierum XXVIII. Huic incommodo character neomeniarum, hoc eſt feria nouiluniorum, occurrit. Nam ſi cyclus primus incepit a Kalendis Martij, ſecundus inibit a ſecunda: quod quidem characteriſmus nouiluniorum indicabit ex Tabula præſtantiſſima ſecunda: & ſæpe decimus nonus menſis Epactam XVIII, non XVII habebit.

habebit Nam non raro unus dies accreſcit anno, ita ut aliquando annus Lunaris communis ſit dierum 355, ut caput enneadecaeteridos in conſequentia promoueatur, quum decimus nonus annus cycli eſt ὑπερήμερ☉ hoc eſt 355 dierum. Itaq; epacta caſtigatur in anno xix cycli. hoc eſt: nunquam epacta æquabilis, quæ appoſita eſt in Calendario in ultimi anni Lunatione, prima aſſumitur. ſed ea caſtigatur ex præſcripto characteriſmi neomeniæ primæ. Alioqui rem ridiculam & iocularem, & dignam Clauio committeremus, ſi, ut ille xxxi dies in Lunatione Februarij, ita nos in eadem xxviii duntaxat ſtatueremus. quod quidem accidit a Kal. Februarij, ad xviii eiuſdem. itaque a Kal. Feb. ad xviii eiuſdem, interuallum ab Epacta æquabili, ad caput Enneadecaeteridos, eſt xxviii tantum dierum. A xviii autem die, ad caput enneadecaeteridos, ſunt xxix. Repetatur exemplum. Quando cyclus incipit ab Epacta xxix, in Kal. Martij, annus decimus nonus cycli incipit ab Epacta

EXEMPLVM CASTIGATIONIS EPACTARVM PRIMI ET DECIMI NONI ANNI ENNEADECAETERIDOS.

ANNVS CYCLI PRIMVS. INCIPIENS AB AVREO NVMERO VIII.

Anni Domini.	Litera Dominic.	Character menſis.		Epacta caſtigata.
o	o	o	o	o
1603	B	5	iii Martij	xxvii
1622	F	7	ii Martij	xxviii
1641	C	3	ii Martij	xxviii
1660	A G	6	ii Martij	xxviii
1679	E	1	ii Martij	xxviii
1698	B	4	ii Martij	xxviii
1717	F	7	ii Martij	xxviii
1736	D C	2	Kal. Mart.	xxix
1755	A	5	ii Martij	

ANNVS CYCLI DECIMVS NONVS. INCIPIENS A NVMERO AVREO VII.

Anni Domini.	Litera Dominic.	Character menſis.		Epacta caſtigata.	Epacta æquabilis.	
1602	C	7	xiii Mart.	xvii	o	ὑπερ.
1621	G	3	xiii Mart.	xvii	xv	
1640	E D	6	xiii Mart.	xvii	xvi	
1659	B	1	xiii Mart.	xvii	xvi	ὑπερ.
1678	F	4	xiii Mart.	xvii	xvi	
1697	C	7	xiii Mart.	xvii	xvi	
1716	A G	2	xii Mart.	xviii	xvi	ὑπερ.
1735	E	5	xiii Mart.	xvii	xvi	
1754	B	1	xiii Mart.	xvii	xvii	
1773	F	3	xii Mart.	xviii	xvi	

xvii, quæ eſt in Kal. Februarij. Ergo totus tantum menſis Februarius Lunationem ultimam ſibi vindicat, hoc eſt xxviii dies duntaxat, in anno communi, in biſextili xxix. Quando vero ab Epacta xi cyclus incipit, ut hoc ſæculo contingit, tunc Epacta anni xix eſt xxix, quæ eſt in xviii Februarij. Cyclus autem cæpit xix Martij. Interuallum a xviii Februarij, ad xix Martij, dies ſolidi xxix in anno communi, in biſextili xxx. At tam vitioſum eſt menſem Lunarem xxviii dierum, quam xxxi, ut fecit Clauius, conſtituere. Vitium autem accidit ex Epacta æquabili, quæ ſumitur ex Tabula prima, de qua nunc agimus, aut ex Tabella Epactarum perpetua Liliana. Sed quia Luna moderatur epactas, non autem Epactæ Lunam dirigunt, ideo Lunæ motus occurrit monſtro huic per characteriſmum neomeniarum, cuius ductu nunquam menſes maiores ſunt triginta, aut minores undetriginta dierum. Nullum exemplum nobilius dare poſſumus vitij epactarum æquabilium, quas conditores anni noui amctuntur, quam illud, de interuallo inter ultimæ Lunationis cycli neomeniam, & neomeniam enneadecaeteridos ſequentis. Ideo Tabellam eius exempli ſupra poſuimus. in qua annus primus cycli contigit aureo numero viii, anno Chriſti 1603, feria quinta, Cyclo Solis xvi, die Martij tertia. ubi Epacta xxvii. Quando vero Epacta neomeniæ primæ cycli eſt xxvii, in Tabella Epactarum perpetua, Epacta neomeniæ ultimæ eſt xv in iii Februarij. Ita lunatio ultima fuerit tantum dierum xxviii. Quod eſt abſurdum. At ſecundum characterem neomeniæ anni xix, Epacta eſt xvii, ut habes in propoſita Tabella. Itaque totum menſem Februarium aufert Lunatio ultima, & prætereà dies ii. Fuit ergo ille annus ὑπερήμερ☉, hoc eſt

R ultimum

ultimum mensem habuit dierum XXX, non XXIX, cuiusmodi notati sunt in annis 1602, 1659, 1716. ut clare patet ex Tabella, quæ duplex est: in qua primum annos Christi per enneadecaeteridas auctos prior pars continet cum cyclo Solis, charactere neomeniæ, die Martij, & Epacta castigata. Posterior pars præter ea, quæ in priore habentur, indicat τὰς ὑπερημέρους ἐνιαυτοὺς, continet etiam epactam æquabilem; quam qui sequitur in enneadecaeteridos anno ultimo, constituat necesse est ultimam Lunationem XXVIII dierum duntaxat. quam tamen character neomeniæ medij motus Lunæ nunquam admitti sinit, nisi aliquando in anno bisextili, ut continget anno Christi 1736, in quo utraque Epacta tam æquabilis, quam castigata, eadem est, nempe XVII, propter bisextum, ita ut ultima Lunatio sit dierum XXIX. Hoc exemplum, quo nullum est illustrius ad vitium epactarum æquabilium deprehendendum, an Clauio meliorem mentem addet, nescio. Certe meliorem doctrinam adfert, quam quæ illi mensem Lunarem XXXI dierum commenta est. Hoc, inquam, exemplum supra illius captum est. Huius doctrinæ præstantia homines tantum dociles, modestos, ac minime ambitiosos, ac veri amantissimos promeretur. Non mirum est, si eius gratia nulla apud eum est, qui XXXI dierum mensem constituere, hoc vocauit diuinum inuentum.

SECVNDA TABVLA CHARACTERISMI.] Nisan Nicenus a nobis dicitur, cui competebat Pascha Christianum tempore Patrum Nicenorum, qui per omnia cum Iudaico congruit præterquam in annis aurei numeri VIII, & XIX, qui in cyclo Niceno post embolismum incipiunt, in Iudaico post annum communem. Vnde fit, ut principio, & longe post principium periodi Iulianæ, maior pars neomeniarum Nisan Niceni committatur in mense Aprili. Vt autem omnes Lunationes a XXXI Martij, ad finem Aprilis, plenæ sint, & XXX dierum, hoc aliter consequi non potuimus, nisi epacta Sarracenica introducta, de qua iam satis supra dictum est. Sed non leuis perturbatio inde sequitur, quod epactæ Martij cessant, quoties nouilunia in Aprilem incidunt. Exemplum: Anno octauo periodi Iulianæ, qui & aurei quoque numeri octauus erat, nouilunium commissum est XXI Aprilis, ubi Epacta VIII literalis, Sarracenica quoque 8. Sarracenica igitur per totum annum nouilunia vera ciuilia ostendebat: cuius undecima Lunatio iniuit X Februarij. Ecce tota Lunatio duodecima, quæ committi debet in Martio, cessat: quia epactæ post ultimam Februarij mutantur. Propter hoc incommodum hanc non satis laudatam Tabulam duplicem construximus. Prior pars continet characterismos Nisan Niceni, siue Dionysiani, posterior characterismos Adar Niceni. cuius utilitas duplex est, tum quia epactas Martij otiosas esse non sinit, tum quia propter Solis προήγησιν ἰσημερινῶν Adar hodie ad mensem Paschalem, excusso Nisan Dionysiano, & Iudaico, assumendus est. Progreditur vero Tabula per collectos cyclos XIII, qui sunt anni CCXLVII. In collectis enim Cyclis rara contingit mutatio feriæ. Quoties autem contingere debet, aut iam contigit, indicatur literis inter duos feriarum characteres interceptis. Binos enim characteres cellæ habēt. Vsum satis indicauimus in Canonibus, ut iterare opus non sit. Vsus vero Tabulæ, siue methodus, est ad deprehendendū characterē Nisan, & Adar Dionysiani, in priore quidē parte Nisan, Adar autem in posteriore. Characterismi utilitas ad epactam æquabilem castigandam, epactę castigatæ ad nouilunium ciuile per totum anni contextum indicandum. Epactæ enim æquabiles non sunt indicia neomeniarum, sed termini ἔνης ἐνέας. Itaq; notata epacta æquabili, si habes feriam Nisan, aut Adar, & literam Dominicalem, aut in eo loco, ubi epacta aquabilis est, aut die proxime antecedente, vel sequente, deprehendes veram neomeniam Nisan ope characteris, & literæ Dominicalis. Epactæ igitur æquabiles conferunt ad neomeniam inuestigandam, non autem inuestigant, nisi quando non indigent castigatione. non enim illa nouiluniorum, sed nouilunia illarum sunt regulæ. Nam quæ fuerit epacta primi nouilunij, ea per totum annum nouilunia reliqua designabit. Vt enim Character Nisan est index epactæ castigatæ, ita epacta castigata reliquorum nouiluniorum index: ut conditores anni noui cum Clauio desinant nugari, qui huius pulcherrimæ rei inscitia eos errores incurrerunt, quos aliter effugere, nisi characterismi obseruatione, non potuissent. Quemadmodum igitur nouilunia per Epactam castigatā deprehenduntur, ita epacta castigatur per characterē neomeniæ primæ. Character vero per motum Lunæ colligitur. Nam quid nouilunium ostendit præter motum Lunæ? Per verum autem motum hoc inuestigare neque patitur temporis ciuilis æquabilis progressus in mensibus, neque ullus hactenus hoc exegit a nobis, quod a nemine præstari potest. Aliter hoc esset Ephemeridas, non annum ciuilem, texere. Ad medium igitur motum Lunæ characteres nouiluniorum exigimus. Quæ res adeo noua Clauio visa est, ut quum hoc a nobis fieri legisset, nihil quam nos insanire putauerit. Ad meridianum autem Ierosolymorum epocham nostram contulimus, ne quid non artificiose & demonstratiue ageretur. Si enim Clauius diuinum inuentum vocat ad epactas æquabiles omnia nouilunia indagare, ut inde quę-
dam

dam XXXI dierum consurgant, quanto magis venia nobis danda, si eam viam insistimus, quæ omnia nouilunia ad unguem indicat, menses ad æquabilem plenorum & cauorum continuationem dirigit, annum, & cyclos ad sua capita inoffenso tenore idque via expeditissima καὶ ἐπιστημονικῶς reponit? Artificium & utilitates huius Tabulæ nemo pro dignitate prædicauerit. Nemo antea potuit tam exiguum orbem excogitare, in quem nouilunia tot millium annorum conijceret, ut in hac Tabula factum est. Quum igitur primum annum eius tenueris, semper meminisse debes literæ, quam reseruasti a latere numeri proxime minoris in Tabula tertia: & cum eo numero semper per omnes annos Tabulæ peruagari. Quod si litera, quam reseruasti, fuerit prior, quam quæ in cella Tabulæ occurrit, assumenda erit prior feria, & contra, assumenda erit posterior feria, si litera reseruata fuerit posterior. Exemplum: Anno Domini Dionysiano MCCCCLXIII, qui erat periodi Iulianæ 6176, iterum nouilunia redierunt ad caput Tabulæ, hoc est ad annum primum. Adeo Tabulam tertiam. Aufero numerum proxime minorem 6175, qui habet literam b minusculam. Cum unitate residua, & b minuscula confero me ad primum annum Tabulæ secundæ. (nam illa unitas residua, & omne residuum significat annos Tabulæ) Primus igitur annus, qui denotatur per illam residuam unitatem, habet in prima cella Tabulæ secundæ prioris partis 2.Q.1. Quia b est posterior, quam Q, ideo non 2, sed 1 posterior feria, erit character nouilunij Nisan Dionysiani. Ita secundo, tertio, quarto anno, usque ad XIIII, qui erat Christi 1476. Nam ibi in cella est, 3.e.c. Quia b prior est, quam e, ideo prior feria 3, non posterior 2, accipienda. Ita per totam Tabulam peruagando, 247 annorum aliam Tabellam conficere potes, in qua fine ullo labore tuo omnia nouilunia Nisan Dionysiani designabis ab anno Christi proposito 1463, usque ad annum 1710. Tanta est huius Tabulæ tum commoditas, tum utilitas. Ita non opus erit post 304 annos statim mutare epactam, ut, quoties nobis visum fuerit, Lunam de statione decedere iubeamus. Mutatio enim diei, quæ fit κατὰ προήγησιν σεληνιακήν, non fit præcise per certos orbes annorum. Huius enim mutationis horæ, vel momenti non est terminus ullus definitus, ideoque nulla certa methodus constitui potest: quod pueriliter putarunt anni noui conditores. Sed ex illis orbibus annorum, puta post 304, colliguntur epactæ æquabiles, quæ postea ad characterem nouilunij Nisan castigantur. Hæc vera est doctrina Epactarum, non quam conditores anni noui veterum Computatorum imperitiam sequuti in usum reuocarunt. Oportebat Clauium alio iudicio, alia doctrinæ copia instructum fuisse, antequam ad hæc tractanda se conferret, non autem obtrectare eis, a quorum lectione & melior, & doctior discedere potest. Scito autem hanc præstantissimam Tabulam soli Septenario numero dierum conuenire. Nos enim utimur Septizono planetarum orbe. At si ad alium numerum dierum periodus Lunaris instituenda esset, ut ad ogdoada, cuius olim usus erat apud Romanos, aut ad τρισκαιδεκάδα, qua utebantur Mexicani, nullus commodus orbis restitutionis Lunaris excogitari potest. In Mexicana ratione orbis esset 885 annorum, non 247, ut hic. & tamen non ita sibi constaret, ut hic noster. Quare est quoddam arcanum, & nescio quæ vis diuina in illo numero septenario dierum ciuilium, quæ & Lunæ & Solis rationibus accommodatissima est, de qua infra amplius loquemur.

TABVLÆ CHARACTERISMI NOVILVNIORVM PARS POSTERIOR.] Huius partis eadem, quæ prioris, methodus. Cum eadem litera, quam reseruasti, ad eam te conferes, ut in prioris methodo fecisti. Hæc pars longe utilior priore, quia, ut diximus, Epactarum Martij usum tuetur, qui in altera cessat, quoties nonilunium incurrit in Aprilem. Præterea propter προήγησιν tam σεληνιακήν, quam ἰσημεριvήν, non solum utilis, sed etiam pernecessaria est. Hodie enim in cyclo aurei numeri Dionysiani Lunationes veteres quædam inutiles sunt ad Pascha propter præcessionem æquinoctiorum & Lunarem, cuiusmodi sunt quæ in annos VIII, XI, XIX aurei numeri competunt, quæ quum olim essent Paschales, hodie sunt secundi mensis, non primi, & earum vicem Adar antecedens assumendus. Anno Christi 1606, periodi Iulianæ 6319, aureo numero XI, neomenia Nisan tam Dyonysiani, quam Iudaici feria septima, cyclo Solis XIX, Martij XXIX, ex parte priore Tabulæ. Ex parte posteriore Adar feria V, Februarij XXVII. Is Adar hoc sæculo est Paschalis. Doctrina anni noui ponit hoc nouilunium feria VI, decima Martij, quæ est ultima Februarij Iuliani. Epacta XXI: eiusque rei ratio redditur in Capite de Epactis. Si serius uno die nouilunia per nouam Epactam designantur, id ea gratia se fecisse testantur, quod malint peccare per moram, quam per anticipationem. Ergo ex hac doctrina contingit terminum Paschalem in plenilunium incidere. quod mirum visum est acutissimo viro Clauio, quum Paschalem terminum veteribus plenilunium dici a nobis admoneretur, eiusque rei caussam ineptissimam reddidit, quam confutauimus. Addit homo elegantissimi ingenij plenilunia in Ephe-

meridibus aliquando uno die serius, hoc est sextadecima a coitu luminarium, confici solere. Miram profecto rem Mathematicus narrat, quam ne tirones quidem Theoriæ planetarum ignorant, medij & veri motus Lunæ maximam differentiam esse quatuordecim, & amplius, horarum ante, aut post nouilunia, & plenilunia. Itaque verum est non solum post quintamdecimam diem posse plenilunia confici, sed etiam ante quartamdecimam; propter moram aut anticipationem quatuordecim, & amplius, horarum, quibus medius motus Lunæ superat verum aut superatur a vero. Sed hoc rarissime contingit. Quum in suis Ephemeridibus Clauius hoc offendisset, non quod pueri in faba, se reperijsse gloriatus est, ut excusaret factum, quo termini Paschales ex doctrina noui anni non raro plenilunium incurrunt; & hoc μορμολυκείῳ putauit nos terrefacere, ne aduersus doctrinam mensium XXXI dierum hiscere auderemus. Sed omissis nugis una cum nugatore, ad nostræ Tabulæ posteriorem partem reuertamur. Quum igitur Adar κατὰ περιήγησιν σεληναϊκὴν cœperit in Februarium ascensionem facere, tunc epacta superioris anni in Februario indicabit nouilunium. Exemplum: Anno proximo 1605 epacta castigata erit XX: quæ quum sit e regione XXVII Februarij, conuenit cum charactere partis posterioris Tabulæ. Quia tamen in fine anni aliquando medius motus Lunæ, & alternatio plenorum, & cauorum mensium inter se discrepant, tutius est semper consulere posteriorem partem Tabulæ, & ab ea characterem nouilunij petere. Deinde præeunte epacta superioris anni quærere feriam, quam indicauit Tabula. quæ, fieri potest, ut inueniatur e regione Epactæ. Potest etiam post, aut ante epactam incidere. Porro quamuis non assumimus Nisan veterem in celebrationem Paschalis, tamen, quia incidit ante ultimam Martij, potest constituere epactam: neque unquam Adar assumetur ad Epactam anni constituendam. Hoc enim esset iterum resumere Epactam Sarracenicam, & initium mensis aliunde, quam a Martio, facere. Vtrunque autem contra hypothesin.

TERTIA TABVLA ÆQVATIONIS.] Vsus huius Tabellæ satis per se patet, neque monitore opus habet.

IN DEFINITIONES.



I *Epactæ Lunares*.] In doctrina Epactarum duo præcipua consideranda, Progressus, & μετάβασις, siue mutatio sedis, a die in diem. Progressus fit semper per undecim. Hic circulus Epactarum constat duplici versu. In exteriore habes numeros ab unitate, ad triginta: in interiore Epactas per undecim progredientes singulas suis numeris subiectas, ut, exempli gratia, XI sub unitate, XXII sub binario. & ita deinceps per incrementum undenarij numeri, idque usque ad XXX. μετάβασις, siue transitus, nihil aliud est, quam incrementum, aut decrementum Epactæ: cuiusmodi est progressus per unitatem in circulo exteriore, in quo Epactæ per antecedentia crescunt, *, 1, 2, 3, 4, &c. per consequentia decrescunt, ut *, 29, 28, 27, &c. & per antecedentia quidem in anno Iuliano, post cyclos XVI. Exempli gratia: In aureo numero XI hoc sæculo Epacta est I. post CCCIIII annos, erit II, post DCVIII, erit III, & ita deinceps, semper ascendendo. Per consequentia in anno Tropico fit mutatio post XII cyclos, siue annos CCXXVIII. Exempli gratia: quæ hoc sæculo Epacta est I, ea post CCXXVIII annos erit *, post CCCCLVI, erit XXIX, post DCLXXXIIII erit XXVIII. Et ita deinceps deorsum procedendo. Metabasis igitur in anno Iuliano fit ascensu per incrementum Epactarum: in anno Tropico descensu per Epactarum imminutionem. Ascensu per XVI cyclos, siue 304 annos, non 312, ut delirat Clauius. descensu per 228 annos, non autem 200, ut idem Clauius cum conditoribus anni nugatur. Modus autem mutationis est per interualla numerorum XI. Esto, exempli gratia, Epacta XI. Incrementum eius fit post XI numeros in consequentia cycli Epactarum. XII enim epacta est duodecima in consequentia a XI Epacta. Contra, decrementum eiusdem fit in antecedentia cycli. X enim Epacta est duodecima ab Epacta XI in antecedentia. Itaque incrementum epactarum in anno Iuliano post annos 304 fit κατὰ περιήγησιν σεληναϊκὴν, ita ut Epacta, quæ ante 304 annos indicabat nouilunium, post illud tempus

peccet

peccet μετεμπτώσει, uno die nouilunium morando. Contra, decrementum Epactæ in anno Tropico post 228 annos fit κατὰ ὑπόληψιν σεληνιακὴν, ut Epacta, quæ ante 228 annos nouilunium designabat, post illud interuallum, incipiat peccare κατὰ προέμπτωσιν, nouilunium uno die anteuertendo. Sed quemadmodum hæ μεταβάσεις proprie dicuntur, quæ post XII cyclos in anno Tropico, & post XVI in anno Iuliano committuntur, ita improprie diceretur illa μετάβασις, quæ propter bisextum contingit, in qua Epacta ordinaria peccat κατὰ μετέμπτωσιν. Anno Christi superiori MDCIII, neomenia Adar Dionysiani incidit in III Martij, feria V; cyclo Solis XVI, numero aureo VIII. Anno autem Christi bisextili MDLXXXIIII, eodem aureo numero, nouilunium idem confectum est II Martij, feria II, Cyclo Solis XXV, uno die citius, propter interuentum bisexti. Hæc non est μετάβασις: quia XIX annis postea, bisexto non interueniente, restitutum est nouilunium in propriam sedem, nempe in III Martij. μετάβασις autem, postquam semel facta est, nunquam restituitur, nisi quando bisexto locus fuerit, si quidem annus Lunaris fuerit ordinarius, id est CCCLIIII dierum: Si autem fuerit ὑπερήμερος, hoc est annorum CCCCLV, quod non raro accidit, tunc in anno non bisextili, fiet μετάβασις in consequentia, epacta peccante κατὰ προέμπτωσιν, quæ uno die nouilunium anteuertit. Alioqui, si crassos errores veterum Computatorum, item conditorum anni noui, & Clauij imperitiam sequamur, qui semper eandem epactam retinent, sæpe κατὰ προέμπτωσιν καὶ μετέμπτωσιν peccari continget. Ne longe exempla petamus, nouilunium Adar supra propositum annorum Christi 1584, 1603, in eandem incidit in nouo anno Liliano, nulla bisexti ratione habita, propter quam anticipatio neomeniarum non raro fuit non solum in diuersis cyclis, eodem aureo numero currente, sed etiam in eodem cyclo, in diuersis numeris aureis. Nam, quod paulo ante diximus, Epactas, quæ inter se distant interuallis undecim, unitate inter se differre, eæ necessario habent nouilunia immediata. Exemplum: Epactæ XI, XII pertinent ad numeros aureos I, XII. item epactæ XXII, XXIII congruunt numeris aureis II, XIII. & sic aliæ, quæ undenario numero inter se distant, quemadmodum illæ inter se unitate differunt, ita etiam earum nouilunia sunt ἄμεσα, id est, nulla dies interponitur inter nouilunia ambarum in Kalendario. Nam nouilunium epactæ XI est XIX Martij; nouilunium XII Epactæ, XVIII Martij. Itaque immediate sibi succedunt. Sic nouilunium epactæ XXII est VIII Martij: nouilunium Epactæ XXIII, est VII. Quum igitur in eodem cyclo eas Epactas inueniri contingit, si prior epacta in annum bisextilem incidat, & annus antecedens Lunaris sit ordinarius, hoc est dierum CCCLIIII, sine dubio nouilunium anticipabit uno die. Exempli gratia, currat numerus aureus II, cuius epacta sit XXII, ut contingit hoc sæculo: antecedens vero annus iniuerit a XIX Martij, feria prima, cyclo Solis XXVIII. Sane si annus ille est ordinarius, sequens inibit a feria quinta, VII Martij, cyclo Solis primo. Atqui anno non bisextili incidisset in VIII Martij. Rursus post annos XI, epacta XXIII currente, nouilunium incidet in eandem VII Martij. Et ita in cyclo eodem nouilunia diuersarum epactarum incident in eandem diem. quod tamen mirum videatur. Sed frequenter occurrit. Vt anno Iudaico 44, cyclo Iudaico VI, Dionysiano IX, nouilunium Nisan fuit VI Aprilis, feria VI, cyclo Solis XVII. Rursus post annos XI, cyclo Iudaico XVII, Dionysiano I, nouilunium in eandem diem incidit, feria V, cyclo Solis XXVIII. Rursus LXIIII nouilunium incidit in XXVI Martij, & post undecim annos in eandem diem. Itaque ex duabus epactis, in priore requiritur ut annus Solaris currens sit bisextilis, item ut annus antecedens Lunaris sit ordinarius, quando duo nouilunia in eandem diem eodem cyclo currente incidunt. In altera epacta, quæ maior est unitate, oportet annum præsentem Solarem communem esse, Lunarem vero præteritum abundantem, siue ὑπερήμερον, dierum 355. Nam quum epacta XXIII collocet nouilunium in VII Martij, si quidem annus antecedens Lunaris fuerit communis, non dubium est, quin nouilunium committatur in VIII Martij, si annus præteritus Lunaris fuerit abundans. Ita fiet, ut in eodem cyclo nouilunium bis reperiatur in VIII Martij. Sed hoc rarum est, quum in altero exemplo frequentissime occurrat. Idem iudicium esto de omnibus Epactis unitate differentibus, quæ inter se distant interuallo undenarij numeri. Quare verum quidem est, in omni cyclo idem nouilunium in eandem diem non incurrere, sed cum exceptionibus illis, quas exposuimus. Quæ omnia si Clauius considerasset, nunquam se stramentitio & ridiculo libello traduxisset, quem in nos edidit, in quo plus nocuit nouæ anni editioni imprudens, quam sciens conscientiæ suæ. Prudentius enim ungues ab hac scabie continuisset, si prius, quam in arenam descenderet, & cum quo manum consereret, & quam impar illi congressui esset, perpendisset.

II *Epacta æquabilis.*] Epactæ æquabiles non semper indicant nouilunia, propter caussas, quas

 supra

ſupra produximus. Aut enim peccant κατὰ προέμπτωσιν, quum in anno Solari, non intercedente biſexto, annus Lunaris fuerit dierum CCCLV, aut κατὰ μετέμπτωσιν, quum anno biſextili annus fuerit ordinarius, dierum ſcilicet CCCLIIII.

III *Epacta æquata.*] Nulla Epacta vera eſt, niſi quæ indicat nouilunium. Atqui Epactæ æquabiles non ſemper indicant nouilunia. Ergo Epactæ æquabiles non ſunt ſemper veræ. Peccant enim, ut ſupra demonſtrauimus, aut κατὰ προέμπτωσιν aut κατὰ μετέμπτωσιν. Hæc verba τεχνικὰ, προέμπτωσις, καὶ μετέμπτωσις a nemine hactenus uſurpata, a nobis primum prodita ſunt, quum illis ſemel uſum veterem Computatorem ἀνέκδοτον animaduertiſſemus. Vtrunque eſt vitium Epactæ: quorum προέμπτωσις committitur κατὰ ὑπόληψιν σελήνης in anno tropico, μετέμπτωσις autem κατὰ προήγησιν eiuſdem ſideris in anno Iuliano. Nulla enim Lunæ eſt προέμπτωσις, aut μετέμπτωσις, quum illa vitia ſint, καὶ παρασροφαί. at in ſidere nulla παρασροφή. Quod autem in libris de emend. temp. utrunque Lunæ attribuimus, id a nobis uſurpatum κατὰ σχῆμα ἰδιωτισμὸν, quomodo dicitur metus Pompei, quem metuitur, non quem metuit. Ideo ne quis propter hanc loquendi figuram erret, monendus eſt, ut illis abſtineat in attributis Lunæ, utatur autem in attributis Epactarum, ne confuſio committatur, & ludibrium doctis debeat, qui aliter illa verba accipiunt, ut ille Mathematicus ſimius, qui correctionem anni Liliani edidit, quam quantum Oediporum eſt, non intellexerint. In quod opus quum multa ex libris noſtris contulerit, quanquam peſſime intellecta, vult tamen videri ea a veteribus accepiſſe, neque noſtra ea eſſe, ſed veterum Scriptorum, in quibus μετέμπτωσις, καὶ προέμπτωσις ab illo uſurpatæ. Eadem verba uſurpauerat & ventoſiſſimus illius πομφολυγώδους Bibliothecæ auctor, quæ nihilo magis intellexit, quam Simius ille.

IIII *Primum nouilunium.*] Prior pars Tabulæ ſecundæ indicat nouilunia Niſan Dionyſiani. poſterior nouilunia Adar Dionyſiani: quæ commodior eſt priore propter utilitatem, quum prior conſtructa ſit propter hypotheſin. Aureum enim numerum ſequimur, qui eſt cyclus Paſchalis Dionyſianus.

V *Characteriſmus.*] Hic eſt cardo omnis doctrinæ Lunaris, epactarum, & nouiluniorum. Huius uſu ſublato, qui eſt fundamentum huius ſubſtructionis, omnes rationes corruunt. Quos fœdos errores tam veteres Computatores, quam noui anni conditores incurrerint, quæ futilia Clauius ignoratione tam præclaræ rei deſpumauerit, ex ijs, quæ ſupra toties totieſque diſputata ſunt, intelligere potuiſti.

IX Μεταβολή.] Μεταβολὴ Epactæ fit καθ᾽ ὑπέρβασιν, ut ita maneat per annos 304. Nam quod epacta pro epacta ſumitur interdum, hoc eſt epacta maior aut minor unitate pro epacta æquabili & ordinaria, hæc ut ſupra demonſtratum eſt, non eſt μεταβολή, ſed caſtigatio Epactæ. Sed quando epacta XXVIII in ſecunda Martij poſt 304 annos mutatur in XXIX per acceſſionem unitatis, hæc eſt μεταβολή, neque niſi poſt 304 annos mutabitur. Nam interuentus biſexti, ut diximus, loco pellit nouilunium uno anno tantum, non autem epactam. Hæc iam demonſtrauimus.

XIIII ἕνη καὶ νέα.] Huius appellationis auctor Solon, qui primus omnium τὴν τριακάδα ita vocauit. In ſerie Epactarum nos eam hac nota * deſignamus, quod & fecit Lilius: non quod in omni Epacta currente non poſſit ἕνη καὶ νέα contingere: ſed quia omne tempus interlunij hac nota indicari debet, quæ neque triginta, neque unitatem ſignificat. Itaque alternis * & XXIX * a nobis concepta eſt: & argumento eſt, quando Epacta eſt *, poſſe fieri ut nouilunium committatur in * aut XXIX *. Eſt enim tempus, quod Latini interlunium vocant. non utique quod ullum medium ſit inter nouilunium vetus & nouum, ſed quia tempus ciuile aliter deſignari non poteſt. Propterea vetuſtiſſimi computatores Iudæorum פסס *dubium*, Scriptura כסא vocat, quæ Hebræis priſcis ſacra erat, unde & *trigeſima ſabbata* vocantur Horatio. ἔτυμον verbi oſtendit quid ſit. ſignificat enim κρύψιν, quādo ſcilicet Luna a Sole tegitur. quemadmodum & occaſus ἡλιακοὶ vocantur κρύψεις in Stellis. Iudæi hoc male interpretantur. Auctor lexici Syroarabici Ieſu bar Aly כסא peſſime exponit plenilunium, niſi nobis perſuadere velit Lunam oppoſitam Soli, eſſe tectam a Sole. Sed infra caſtigat ſeſe, & ait a quibuſdam dici principium menſis. Quo nihil verius.

XV. *Terminus Paſchalis.*] Cap. II, definit. XIII, alius eſt terminus ab hoc. Nam ille eſt fixus, quia tunc προήγησις σεληνιακή ignorabatur. Iſte mobilis eſt, & in antecedentia tranſitum facit per definit. VI, VII, VIII, IX, X, huius Cap. Itaque Termini Paſchales veteres quatriduo ſolido morantur terminos hodiernos. Exemplum: In aureo primo numero Terminus Paſchalis antiquus erat in V Aprilis: hodie eſt in Kalendis April. In ſecundo aureo numero erat in XXV Martij: hodie in XXI. Sic de alijs. In editione noui anni Terminus Paſchalis eſt ſemper XV Luna. cuius erroris cauſſam alibi reddimus.

XVI *Citimus Terminus.*] Tam termini ſunt mobiles, ut oſtenſum eſt, quam æquinoctia, ut in ſequenti Cap. oſtendetur. Non igitur ſemper idem erit citimus Terminus. hoc eſt, non eidem loco hærebit. Epacta æquinoctialis eſt ea, quæ illi diei Iulianæ apposita eſt, in qua æquinoctium ciuile conficitur. Tempore Conſtantini æquinoctium erat in XXI Martij, cui appoſita Epacta IX. Proinde Epacta citimi Termini erat IX. Hodie æquinoctium ciuile eſt in XI Martij Iuliani, cui appoſita Epacta XIX eſt nota citimi Termini, qui hoc ſæculo in uſu eſt, olim non erat.

XVII *Remotiſſimus Terminus.*] Epacta æquinoctialis hodierna, ut diximus, eſt XIX. Quæ illam igitur unitate ſuperat, eſt XX. Ea erit remotiſſimus Terminus. Itaque quum illa ſit in X Mar. qui eſt dies ante æquinoctium, non poterit eſſe epacta Termini per defin. antecedentem. Nam ſi citimus terminus eſt in XI, non poteſt eſſe in X. Duo enim citimi Termini eſſent. quod eſt abſurdum. Erit igitur in IX Aprilis. Sæculo Niceno remotiſſimus Terminus non erat epacta, quæ æquinoctialem ſuperat unitate, ſed binario. Itaque epacta remotiſſimi Termini erat XI, non X. Notet ſtudioſus Lector has duas definitiones. Illæ enim iugulant Clauium, qui harum ignoratione binas epactas in unam diem congeſſit, caſtigando temeritatis exemplo.

XVIII. *Epactæ menſium.*] Epacta cum complemento ſuo debet indicare nouilunium in Martio: dies autem Martij epactæ cuiuis appoſita eſt complementum ipſius Epactæ. Igitur dies appoſita epactæ Martij, quum numerum tricenarium conſummauerit cum epacta, indicabit triceſimam diem a iugo Lunæ in Martio. Nam in reliquis menſibus addendæ ſunt epactæ menſium: quæ ideo XI, non autem XII ſunt, propterea quod Martius epactam menſis non habet. Quia igitur ab Aprili, ad Auguſtum, menſes ſunt alternis XXX, & XXXI dierum, propterea ab unitate, ad quintum numerum, Epactæ iſtæ ſine interruptione progrediuntur. Sed quia Auguſtus habet XXXI dies pro XXX, & Ianuarius quoque XXXI dierum eſt, propterea numerorum ſeries interrupta eſt, ut poſt Auguſtum non ſequatur VI, ſed VII, & poſt Septembrem non VIII, ſed itidem VII, ut in anno Aegyptiaco. & ſic de reliquis. Atque in Kalendario Aethiopico eſt dies menſis primi, quæ ſupplet, quod deeſt epactæ ad XXX complenda. Idem quoque eſt in Martio Iuliano, a quo initium epactarum capitur. Sumatur, exempli cauſſa, huius anni 1604 epacta, nimirum IX. Illi deſunt XIX ad XXX complenda. Ergo XIX dies Mar. eſt ἔνη καὶ νέα: & ibi notata eſt Epacta IX. Idem iudicium eſto de alijs. Ergo in Martio epacta tantum ſumitur. In ſequentibus non ſolum Epacta, ſed quotus eſt menſis a Martio, uſque ad Kalendas Septembris, tot unitates ſumuntur, una minus. Nam in Martio nuda Epacta ſumitur, deinde eius complementum. In Aprili & Epacta & unitas. In Maio epacta, & duo. In Iunio Epacta, & tria. & ita deinceps, quia in Martio, nulla unitas uſurpatur. Quod ſi omnes menſes Iuliani eſſent alternis XXXI, & XXX dierum, a Kalendis Martij, ad alteras Kalend. Martij, tot unitates aſſumendæ eſſent, una minus, quotus fuerit menſis propoſitus. Sed alternatio hæc interrupta eſt in Auguſto, qui poſt Iulium, qui eſt XXXI, & ipſe quoque totidem dies habet. Itaque propter illum diem, qui ſupra XXX adcreuit Auguſto, unitas in ſequenti menſe aſſumenda præter ordinariam. Sic in menſe Septembri Epacta IX huius anni aſſumptis tot unitatibus, quotus eſt September a Martio, nimirum VII, componit XVI. complementum eſt XIIII. Ergo in XIIII Septembri erit ἔνη καὶ νέα. Ita de alijs. Ideo vulgi error eſt, is, quum ſtatim a Mar. unitas aſſumitur. Nam uſque ad Kal. Septembris uno die peccatur. In editione anni noui hoc non poſſe obſeruari, palam eſt. Duo enim obſtant: alterum, quod a Ianuario initium Epactarum ſumitur. alterum, quod in Kal. Ianuarij & Martij *, non XXIX, poſitum eſt. Sumatur numerus aureus ſecundus. Epacta Iuliana eſt XXII. Liliana, & Clauiana eſt XII. In Ianuario, quia unitas ſumenda non eſt, uno tantum die peccatur. Nam in XVIII Ianuarij ſtatuenda erat Epacta XII, quæ tamen poſita eſt in XIX propter * in Kalendis poſitum. Sequentibus menſibus, uſque ad Kalen. Septemb. bidui προέμπτωσις fit. Auguſtus eſt octauus a Ianuario. Totidem unitates, una minus, cum XII fiunt XIX. Complementum XI. Ergo in XI Auguſti debebat poni epacta XII, quæ eſt in XIII. Quod eſt abſurdum. A Septembri, ad alteras Kalendas Ianuarij, ſi tot ſumas unitates, quotus erit menſis propoſitus a Ianuario, ut ratio poſtulat, eadem bidui προέμπτωσις occurret.

XIX *Epactæ plenilunij.*] Quanquam appoſitis XIIII diebus ad ἔνην καὶ νέαν, plenilunium deprehendi poteſt, tamen expeditiore methodo plenilunijs epactam ſuam attribuimus, per quam in totum annum plenilunia deſignantur.

IN CAPVT QVARTVM.

KALENDARIVM ANNI CAELESTIS.] Anni cælestis, cuius usum magis optare possumus, quam sperare, menses ad naturalia Zodaici segmenta descripti sunt: quorum quinque XXXI dierum sunt; quatuor XXX, duo undetriginta, unus duum & triginta. qui quamuis ex astronomia ita definiri possunt, tamen etiam eorum descriptio eiusmodi auctoritate nititur. Nam totidem dierum definiuntur a Mahummedanis, cuiusmodi conspiciuntur in elegantissimo Kalendario Turcico, quod penes nos est. In eo menses Iuliani sunt appellationibus Chaldaicis, item menses cælestes cum epochis dierum Iulianorum, initio Arietis a Neuruz Sultanico sumpto. Huius itaque tam præstantis formæ anni exemplum exhibemus: cuius menses senis versibus constant. Primus continet lineam dierum mensis: secundus regulares τῆς ἑπταζώνου. tertius epactas: quartus cyclum Lunæ Iudaicum: quintus nomina mensium Iudaicorum: sextus dies Iulianos: Cyclum quidem Iudaicum propter menses Iudaicos, menses autem Iudaicos propter ὑπόληψιν Lunæ, & ἀντικατάστασιν mensium: quæ quidem sine illis demonstrari non possunt. Sane iucundissimum est totius rei huius argumentum, usus perspicuus, fructus parabilis, voluptas inexhausta. Initium ab initio rerum instituimus, anno periodi Iulianæ 764, per doctrinam Epochæ XII in Capite primo libri secundi, die XXVI Octobris. Anno sequente fuit bisextum, cyclo solis IX. Ob hanc causam ultima Pharthenonis desinit in XXIIII, non in XXV Octobris, ne quis forte errorem putet. ὑπόληψις Lunæ, item ἀντικατάστασις mensis non possunt internosci sine commercio utriusque anni naturalis, Tropici & Lunaris. Ideo, ut iam diximus, mensium Iudaicorum appellationibus usi sumus, ut hac distinctione perspicuitati consuleremus. Scio quosdam morosos, qui Theorias planetarum duntaxat legerunt, & veterum scripta non consuluerunt, obijcere posse menses cælestes non ita semper fuisse. Nos eos remittimus ad ea scripta, quæ, ut dixi, nunquam legerunt. Melius ista ab alijs didicerint, quam ipsi eos docere possint. Itaque per me sane ignorent licet, quæ scire nolunt.

TABVLA PRIMA. CYCLVS SOLARIS.] Cyclus Solis est systema annorum aliquot, quo vertente αἱ τῆς ἑπταζώνου ἡμέραι, id est dies Hebdomadis, redeunt in orbem. Sed tot sunt feriarum hebdomadicarum cycli, quot ciuilium annorum formæ. In diebus Aegyptiacis, Armeniacis, Persicis est annorum septem Aegyptiacorum, in diebus Iulianis annorum quater septem Iulianorum, in typo anni Rabbi Adda annorum Hipparcheorum CCCXCIII. In anno Tropico nulla ratio hactenus certa cycli Solaris iniri potuit propter diuersas de modo anni Tropici Mathematicorum veterum, & recentiorum sententias. Quod si ex illorum iudicijs aliqua periodus excogitari potuit, ea fortuito potius occurrit, quam ratione, aut demonstratione inuestigata est. Aloisius Lilius, vir, quantum iudicare possumus, eruditus, & acutus vidit in CCCC annis, si tria bisexta perimantur de centum, heptazoni rationem in orbem redire: idque annorum systema propius ab Alfonsino modo abesse, qui in CCCCX, aut CCCCXI propemodum annis, totidem bisexta tollit. Sed quod hac periodo tetracosieterica putat se intra modum Alfonsinum anni fines circunscribere, post aliquot periodos, ex neglecta X, aut XI annorum scrupula non paruum discrimen inter modum Alfonsinum, & hanc ciuilem periodum orietur. ut ex eo appareat non methodo, sed in tenebris micanti viro ingenioso hanc periodum oblatam fuisse. Nos vero demonstrabimus neque arbitrarium, neque fortuitum esse hunc cyclorum modum, sed ratione ac demonstratione niti. Prius illud ἐν προθεωρίας λόγῳ habe: *Cyclus Solis est systema quaternarium annorum, qui cum suis diebus intercalaribus septenarium numerum componunt.* Addidimus definitioni *quaternarium*, quia anni Tropici ciuilem circulum instituimus, qui ab anno Iuliano discrepat peremptione unius, aut plurium bissextorum. bisexta autem per quaternos annos decurrunt. unde Cyclus ille, quem adornamus, omnino quaternario numero constare debet. His animaduersis, proponatur Lemnatis loco hoc Problema.

PROBLEMA.

Inuenire annorum numerum minimum quaternarium, qui cum bisextis suis uno minus compositi numerum conficiant septenarium.

Non est labor inuenire. Is est duodenarius numerus. nam & quaternarius est, & eius tria sunt bisexta, quorum uno omisso, reliqua duo cum duodenario annorum composita conficiunt XIIII, numerum septenarium. Minimum autem duodenarium esse, patet: quia infra duodecim nullus est numerus quaternarius, qui cum suis bisextis, uno minus, compositus septenarium efficiat. Quod erat faciendum.

Si igi-

Si igitur duodecim anni cum duobus bisextis, & integer cyclus Solaris simul componantur, perspicuum est omnia bisexta cum annis suis composita semper numerum septenarium producere, idque in infinitum. Nam xxviii anni Iuliani cum septem bisextis compositi sunt septenarius numerus. Item duodecim anni cum duobus bisextis simul consummant septenarium numerum: & septenarius cum septenario compositus est septenarius. Si igitur quatuor cycli Solares Iuliani cum duodecim annis componantur, bisexta illius systematis, uno minus, id est xxx cum annis cxxiiii, conficiunt cliiii numerum septenarium.

Excessus anni Iuliani. *Character & quantitas anni.*

Cycli Tropici.	'	''	'''	''''	Charact.	Hor.	'	''	'''	''''	Cycli Solis Iuliani.	Duodenarij annorũ.	Bisexta tollenda.
152	9	28	25	0	1	5	50	31	35	0	5	12	I
276	10	20	5	13	1	5	49	39	54	47	9	24	II
400	10	48	0	0	1	5	49	12	0	0	13	33	III
524	10	59	32	31	1	5	49	0	27	29	17	48	IIII
648	11	6	40	0	1	5	48	53	20	0	21	60	V
772	11	11	30	0	1	5	48	48	30	0	25	72	VI
896	11	15	0	0	1	5	48	45	0	0	29	84	VII

ALIA TABELLA modi annui Tropici secundũ period. suas.

152	1	5	$\frac{16}{19}$
276	1	5	$\frac{19}{23}$
400	1	5	$\frac{41}{50}$
524	1	5	$\frac{107}{131}$
648	1	5	$\frac{22}{27}$
772	1	5	$\frac{157}{193}$
896	1	5	$\frac{13}{16}$

Iste annorum numerus cxxiiii habet quidem speciem aliquam cycli Solaris Tropici, si unum bisextum pereat. Sed docti Mathematici, qui ante D annos huic curæ incubuerunt, ex obseruationibus æquinoctiorum tam suis, quam veterum, ita modum anni definierunt, ut periodum, quæ cursum Solis cum hebdomadico circulo restituat, necesse sit longe plurium annorum esse, quam cxxiiii. Quia igitur cxxiiii non possunt ullum Solarem iustum orbem constituere propter paucitatem annorum, addatur illi cyclus unus Solis Iulianus, & esto illa una periodus annorum clii: numerus autem cxxiiii, quia non potest esse cyclus, esto numerus componens. Ita cxxiiii cum superiore periodo clii; component cclxxvi secundam periodum. cum qua tertio numerus cxxiiii compositus constituet tertium cyclum cccc. Rursus idem numerus cum periodo tertia constituet quartam dxxiiii. Idem cum quarta componet quintam dcxlviii, quæ est periodus modi Solaris Gelalæi Sultanici. Sic ad eam idem numerus adiectus constituet sextum cyclum dcclxxii. & denique cum eodem cyclo componet septimum dcccxcvi. Et sic in infinitium per incrementum numeri cxxiiii; ut habes in Tabella: in cuius ordine primo cyclorum annos collocauimus, in secundo τὸ διάφορον, ut vocatur a Ptolemæo, hoc est excessum quantitatis Iulianæ supra tropicam: nimirum qui ex quadrante Iuliano minuendus est ad modum anni Tropici constituendum: & remanent dies anni Solaris cum horis & scrupulis modi tropici. atque omnibus dierum septenarijs abiectis remanet feria prima character anni Solaris, ut expressum est in tertio ordine. In quarto triplices cellæ sunt; quarum in prima est numerus cyclorum Solis Iulianorum collectorum. in secunda cella repositi sunt duodenarij annorum. Nam, quemadmodum demonstratum est, numerus cxxiiii constat ex quatuor cyclis Solis Iulianis, & uno duodenario annorum. In prima igitur periodo sunt quinque cycli Solis Iuliani, & unus duodenarius; in secunda nouem cycli, duo duodenarij. Et sic deinceps omnes periodi augentur quaternis cyclis Solis Iulianis, & singulis duodenarijs: & quot sunt duodenarij residui supra cyclos Solares, tot bisexta sunt perimenda: ut diserte in tertio Tabulæ versu designatum est. Septem periodos duntaxat in Tabellam coniecimus, quum tamen infinitæ componi possint per incrementum numeri componentis cxxiiii. Quanto autem maior periodorum modus fuerit, tanto breuior erit modus anni Tropici. hoc est, quanto plures annos periodus habuerit, tanto maior erit excessus τοῦ διαφόρου anni Iuliani, & ex quadrante diei detractus tanto minorem modum anni Tropici relinquet. Qui illum excessum maximum statuunt, quantum meminisse possum, ij sunt, qui unum bisextum in 128 annis præcise tollendum censent,

ſent, in quibus eſt Nic. Copernicus, vir præſtantiſſimus, alter noſtri æui Ptolemæus: ex cuius ſententia, ſi annus ciuilis formandus eſſet, eius anni cyclus eſſet annorum DCCCXCVI, qui eſt modus cycli ultimi in Tabella propoſita. quod ſi verum eſt, toto cælo errare oportet, qui Alfonſinum modum ſequuntur. de quo poſtea videbimus. Porro nulli cycli tropici formari poſſunt, in quibus non adiectio facta ſit numeri CXXIIII. Nam ex quarta periodo geminata, adiecto numero CXXIIII, producetur periodus mixta DCCCCXXIIII, quæ in omnibus annis CXXXII, unum biſextum perimet. Ex his manifeſtum eſt omnium periodorum Tropicarum methodum non fortuito, ſed demonſtratiue colligi. quod quidem ἐπιχείρημα, ut elegans eſt, ita conſtat a Lilio, quanuis ingenioſo viro, eius methodi nunquam in mentem veniſſe. His animaduerſis, ſupereſt nunc, ut videamus, quo modo ad uſum ciuilem, id eſt ad methodum manualem, quam Græci μέθοδον ἀπὸ χειρὸς vocant, iſtæ periodi accommodari poſſint. Duo ſunt tantum modi. Aut enim per luſtra Iuliana, aut per ipſius anni rationes. Per luſtra Iuliana, quarto quoque anno dies intercalatur, quod Biſextum dici nemo ignorat. & poſt aliquot annos octo anni ſine biſexto tranſmittuntur. Per rationes anni non intercalatur, priuſquam ex rationibus modi annui horæ vigintiquatuor collectæ fuerint. Ob eam cauſſam nunc quarto, nunc quinto anno exacto intercalatur. Secundum priorem modum, quot ſunt biſexta perimenda, perſpicuum eſt tot minores periodos eſſe, quæ aliquot cyclis Solaribus integris conſtant, & uno imperfecto. Exemplum: In cyclo Sultanico annorum DCXLVIII, in quo V biſexta tolluntur, quinque periodi minores inſtituendæ ſunt æquales, quoad fieri poteſt, quatuor quidem annorum CXXVIII ſingulæ, poſtrema vero annorum CXXXVI. & quidem in 128 annis quatuor ſunt cycli Solares Iuliani integri, & quintus inchoatus annorum tantum XVI, in cuius ſine pro duplici litera, prior quidem attribuetur ſexto decimo anno, poſterior autem ordietur cyclum Solarem ſequentis periodi minoris. Poſtrema periodus annorum 136 & ipſa quoque eſt cyclorum Solarium quatuor abſolutorum cum uno imperfecto annorum XXIIII; in cuius calce litera poſterior erit initium ſecundæ magnæ periodi Sultanicæ inſtaurandæ. Subiecta Tabella eſt cellarum trium. Prima in fronte habet numerum periodorum, a latere annos periodorum. Prima periodus 152 habet literam G, quæ prima eſt in capite periodi, biſextum unum; periodum minorem nullam, ut notatur in ſecunda cella, cyclos Solis quinque integros, duodecim annos reſiduos præter cyclos, cyclos Solis integros alios nullos, quia periodum tantum unam habet. Sic Periodus 648 biſexta quinque perimit, & proinde in prima parte aſſignantur ei quinque literæ G B D F A, in prima cella, quæ ſunt literæ initiales minorum periodorum, quarum quatuor ſunt 128 annorum in cella ſecunda, ultima eſt annorum 136 in eadem cella. In ſingulis minoribus

	I	II	III	IIII	V	VI	VII	Periodi priores.		Periodi poſteriores.	Cycli Solis integri ſingularũ Period. poſter.	Anni reſidui.	Cycli Solis integri period. poſter.	Anni reſidui.
152	G							0			Quinque	12	0	0
276	G	F						136		140	Quatuor	24	Quinque	0
400	G	D	A					132	bis	136	Quatuor	20	Quatuor	24
524	G	D	A	E				132	ter	128	Quatuor	20	Quatuor	16
648	G	B	D	F	A			128	quater	136	Quatuor	16	Quatuor	24
772	G	B	D	F	A	G		128	quinquies	132	Quatuor	16	Quatuor	20
896	G	B	D	F	A	C	E	128	ſepties	0	Quatuor	16	0	0

periodis ſunt quaterni cycli Solares in cella tertia, & 16 anni reſidui de cyclo quinto Solis. Poſterior periodus minor annorum 136 in eadem tertia cella habet quatuor cyclos Solares cum 24 annis reſiduis de quinto cyclo. Idem iudicandum de reliquis periodis. Tabula ipſa per ſe loquitur. Vt autem omnia uno exemplo demonſtrentur, infra ſubiecimus Tabellam tertiæ periodi annorũ 400. in qua primus verſus eſt linea cycli Solaris Iuliani. ſecundus verſus continet cyclos Solares quatuor minoris periodi primæ, qui quidem quatuor cycli cum imperfecto viginti annorum componunt primam minorem periodum annorum 132, qui numerus primus ponitur in fronte ſecundi verſus, per quaternos cyclos Solares augetur. quorum ultimus cum viginti annis cycli imperfecti componit ſecundam periodum annorum 264.

rum 264. & per incrementum quaternorum cyclorum Solis progressa desinit in numero 376, qui cum 24 annis residuis cycli quinti Solaris inchoati consummat totam periodum annorum 400. Periodus autem ipsa incipit ab annis Christi, a quibus abiectis 400, quantum

CYCLVS RATIONALIS.

Linea Cycli Solis.	0 28 56 84 112	132 160 188 216 244	264 292 320 348 376
i	G	D	A
ii	F	C	G
iii	E	B	F
iiii	DC	AG	ED
v	B	F	C
vi	A	E	B
vii	G	D	A
viii	FE	CB	GF
ix	D	A	E
x	C	G	D
xi	B	F	C
xii	AG	ED	BA
xiii	F	C	G
xiiii	E	B	F
xv	D	A	E
xvi	CB	GF	DC
xvii	A	E	B
xviii	G	D	A
xix	F	C	G
xx	ED *	BA *	FE
xxi	C	G	D
xxii	B	F	C
xxiii	A	E	B
xxiiii	GF	DC	AG *
xxv	E	B	F
xxvi	D	A	E
xxvii	C	G	D
xxviii	BA	FE	CB

CYCLVS LILIANVS.

0 28 56 84	100 128 156 184	200 228 256 284	300 328 356 384
G	B	D	F
F	A	C	E
E	G	B	D
DC	FE	AG	CB
B	D	F	A
A	C	E	G
G	B	D	F
FE	AG	CB	ED
D	F	A	C
C	E	G	B
B	D	F	A
AG	CB	ED	GF
F	A	C	E
E	G	B	D
D	F	A	C
CB *	ED *	GF *	BA
A	C	E	G
G	B	D	F
F	A	C	E
ED	GF	BA	DC
C	E	G	B
B	D	F	A
A	C	E	G
GF	BA	DC	FE
E	G	B	D
D	F	A	C
C	E	G	B
BA	DC	FE	AG

potest, residuũ inuenies non quidem totum in fronte, sed proxime minorem, cui quod deest, explebis ex annis cyclis Solis a latere Tabulæ. & in angulo communi occurrit litera Dominicalis. Exemplum. Volo scire literam Dominicalem anni Christi 1584. Primum abijcio omnes periodos 400. Ter 400 sunt 1200, quibus de 1584. deductis, remanent anni 384. Numerus proxime minor reperitur in fronte ultimi versus, nempe 376. desunt 8 anni ad complementum numeri 384. e regione viii anni cycli sub frontali 376 occurrit litera duplex GF competens anno Christi proposito 1584. Rursus hoc anno Christi 1604, abiectis quater 400, qui fiunt anni 1600, superest annus quartus. In laterali linea, e regione litera duplex DC. In annis xx duorum versuum, & in anno xxiiii tertij versus asteriscus * significat in fine cycli Solis imperfecti, hoc est in vigesimo anno cycli quinti Solaris, aut vigesimo quarto, de duabus literis bisextilis anni, posteriorem non pertinere ad annum vigesimum, aut vigesimum quartum, sed ad annum primum sequentis periodi, & annum primum tertiæ periodi, & annum vigesimum, aut vigesimum quartum transigi sine bisexto, ut ab anno 129, ad annum 136, ita ut ab anno 265, ad annum 272, & ab anno 397, ad quartum annum periodi sequentis, octo anni sine bisexto transigantur, & sint mere Aegypriaci,

Aegyptiaci, non Iuliani. Ita quam exactissime fieri potest, trium bisextorum expunctio tres Periodos minores claudit. Quia enim tria tantum bisexta abijciuntur, ter tantum cyclus Solis Romanus mutatur. Hunc cyclum rationalem vocamus, quia demonstratione nititur: quem cum Liliano commisimus tanquam par nobile gladiatorum, ut videamus *utri tribuat Victoria palmam*. Tria bisexta in eo in fine trium centuriarum annorum tolluntur. Reliqua centuria habet bisextum ordinarium in fine. Itaque ab anno 300 illius Tetracosieteridos, ad annum 100 sequentis Tetracosieteridos, per 200 annos integros nullum bisextum expungitur. Hoc modo Tetracosieteris Liliana in quatuor centurias, tanquam periodos minores tributa est, ideoque quatuor literas initiales habet G, B, D, F: quum cyclus rationalis tres tantum habeat, quia plures periodos non habet. Tot enim periodi minores requiruntur, quot bisexta tolluntur, & ex duplici litera AG, quæ Tetracosieterida claudit, posterior pertinet ad annum primum Tetracosieteridos sequentis. At Tetracosieteris Liliana constituit ultimum annum bisextilem in duplici litera BA, & ex ordine cycli Solaris sequitur G initio sequentis Tetracosieteridos. Reliquæ literæ B, D, F sunt posteriores in illis bisextis, quæ perempta sunt: ut patet ex Tabula proposita. Sic pro tribus literis imperitissime quatuor habet. Clauius dicit esse tantum tres, per impudentiam, an per stuporem, viderint qui eum familiariter norunt. Certe de stupore quo minus dubitem, ipsemet facit, quia quum hoc me indice cognouisset, adeo nouum illi visum est, ut ex illis, quæ ad obiectionem hanc declinandam profert, perspicue ostendat, se, ne tum quidem, quum illum scabiosum & febriculosum libellum vomeret, percepisse, quæ fuerit mens Lilij, & quis progressus illius Tetracosieteridos, ut pari vel stupore, vel vesania negauerit Tetracosieterida in centurias esse diuisam. Sane hæc doctrina noua quidem est Clauio. Sed intererat Mathematici, si quis pudor est, dare victas manus demonstrationi. Mathematicus ne vocari potest, apud quem demonstratio locum non habet? Quid demonstratione opus est, ubi oculi ipsi rei fidem faciunt? An non ita est in Tabella cycli Liliani? Parum ne est veritati nubem offundere, nisi etiam Lectori oculos effodere velit? Vnde accepit quatuor literas esse tres? Quæ logistice eum hoc docuit? qua fronte hoc audet dicere? ubi inueniet fatuos, quibus persuadeat quatuor esse tria? Sed quid hoc hominis moror, cui neque humaniorum literarum, neque pudoris ullus sensus est? Ipsum Lilium, si viueret, in partes vocarem, qui aduersus hæc nihil auderet contendere. Quærerem ab eo: Si per tres annorum centurias bisexta singula reijcienda sunt, quomodo in quadringentis annis tollenda censet, quæ iam in trecentis sustulit? Si ex Alfonsino, ut ipse profitetur, præscripto hoc facit, quomodo, quæ in 132, aut 136, secundum eas rationes tollenda erant, ea in centum annis tollit? Quid hoc est, si non est aduersus hypothesin facere? Sed benigne Solem accipit. postquam per trecentos annos ab eo tributum trium bisextorum exegit, eum per ducentos securum esse iubet. Sane si in omnibus Periodorum centurijs bisexta perimenda essent, in periodo septima annorum 896, septem bisextis reiectis, superessent anni 196, a quorum initio, ad finem centuriæ periodi sequentis, quod est interuallum 296 annorum, nullum bisextum eximeretur. Quo quid esset ineptius? Et tamen hoc fecisset Lilius, si periodum 896, non 400 annorum elegisset. Ecce quod Clauius, & natio Mathematicorum hodierna vocat diuinum inuentum: quam vere, superiora fidem fecerint, tum ea, quæ adiungimus. Videamus diuinum inuentum. Tetracosieteris Liliana iniuit anno Christi 1601: & iste annus 1604, est quartus Tetracosieteridos Lilianæ. Proinde annus primus Christi concurrit cum capite Tetracosieteridos Lilianæ primæ. Neque aliter nos fecimus in nostra rationali. Itaque in qua feria contigit confici æquinoctium, in eadem etiam confectum fuit anno 1601. Rursus tam in rationali cyclo, quam in Liliano quota est C a litera Dominicali, ea est feria, & character æquinoctij. Exemplum: Primo anno Christi in cyclo tam Liliano, quam rationali, litera Dominicalis est G: a qua C litera quarta est. Ergo quarta feria fuit character æquinoctij tam anno primo Christi, quam anno 1601: in anno quidem primo, Martij XXIII, litera Dominicali Iuliana A, in anno autem 1601, Martij XI, litera Dominicali Iuliana D. Hæc omnia rite & ordine. Nunc diuini inuenti caussas expendamus. Propter Decretum Nicenum de Pascha, & de æquinoctio, quod in XXI Martij eo sæculo committebatur, annus a Pontifice Ro. reformatus est. Decretum illud sancitum est anno Christi Dionysiano CCCXXVII, cyclo Solis XXVIII, litera Dominicali A. Igitur XXI Martij erat feria tertia in litera C. Accipe numerum proxime minorem in fronte versus tertij in cyclo rationali, nempe 320, & VII a latere. Sub angulo, siue cella communi, occurrit litera A, ut in cyclo Iuliano. Constat igitur ratio in cyclo rationali. unde non immerito rationalem vocauimus. Videamus nunc diuinum inuentum. In quarto versu cycli Liliani in fronte Tabulæ numerus proxime minor 300.

nor 300. Residuus xxvii est in latere. In angulo communi litera B, a qua C est secunda. Ergo æquinoctium confectum feria secunda, Martij xx, non xxi aduersus hypothesin, aduersus Decretum Patrum. En diuinum inuentum Lilij: en acumen Clauij. Contra hypothesin facere, hoc est diuinum inuentum. videmus igitur, quid fecit præcipitatio bisexti reiecti ante tempus suum. Nam post centuriam annorum primam, secundam, tertiam, ante xxxii, aut xxxvi annos, æquinoctium semper uno die veram epocham ciuilis diei anticipabit: quod acutus mathematicus Clauius vocat dispensare tempora æquinoctij. Tanta est inscitia mathematici ita sentire, tanta leuitas ita pronunciare. Ecquis Mathematicus aut Criticus tam portentosa huius cycli Liliani vitia deprehendit? cui unquam tam manifestorum vitiorum in mentem venit? Sed quid ego hoc ab illis exigam, quum quidam ex illo numero idem, quod Clauius, vaticinati sint, nihil unquam diuinius hoc cyclo, his Epactis, hac denique uniuersa anni forma excogitari potuisse? Quam inhorruit, quam stupuit, quanta nouitate perculsus est Clauius, quum vidit nos monuisse per centurias bisexta dispungi, per ducentos annos nulla tolli? Quam latebram huic monstro occultando non quæsiuit, ut perijsse sibi videretur, nisi eo tandem confugeret, ut quatuor literas diceret esse tres. Non ita Simius quidam, qui & Tetracosieterida per centurias, & centurias per cyclos diuidi nobis indicibus didicerat. Sed satis habuit dissimulare, unde didicerat: qui harum rerum peritia non maiore fuit, quam Clauius, sed maiore prudentia, quum eas diuisiones, quas negat Clauius, agnouit. Porro septenarij numeri in definitione mentio ideo facta est, quia utimur hebdomade dierum, non ogdoade, ut prisci Romani, neque Triscædecade, ut Mexicani. nam secundum illa instituta aliæ periodi excogitandæ essent, quæ omnino cum veris rationibus Tropicis nunquam quadrare possunt, ut hinc occultam quandam vim septenarij dierum agnoscere possis. In ogdoade enim cyclus Solis esset xxxii annorum, ut alibi ostendimus: numerus minimus quaternarius annorum, qui cum suis bisextis, uno minus, numerum octonarium componeret, esset xx. cui congruunt bisexta quinque. Quatuor bisexta cum xx, componunt ter octo. Numerus componens ex tribus cyclis Solaribus esset cxvi. Ex hoc nascerentur periodi tropicæ, 136, abijciens unum bisextum, 225, expungens duo bisexta, 368 tria; 484, quatuor, 600, quinque. quarum nulla conuenit rationibus tropicis, quum periodus 600, quæ abijcit quinque bisexta, fit minor Gelalæa, quæ est 648 annorum: quæ quum infra ostensa sit velocior, quam ratio tropica exigit, multo velocior erit periodus annorum 600. Itaque cyclus Ogdoadis est ineptus ad periodum aliquam ciuilem tropicam constituendam. Iam τρισκαιδεκάδος orbis Mexicanæ longe ineptior erit. Minimus numerus quaternarius, qui cum bisextis suis, uno minus, tredecim componat, esset xxxii. quibus debentur viii bisexta. proinde septem cum xxxii faciunt numerum ter tredecim. Numerus componens esset 84, ex uno nimirum cyclo Solis Mexicano annorum lii, & xxxii. Ex hoc nascerentur periodi 116, 200, 284, 368, 452. quas quis non videt esse absurdissimas? Diuinitus igitur institutus est numerus dierum septenarius, qui ad omnem ciuilis anni Solaris rationem commodissimus est, &, ut dixi, nescio quid θεῖον habet.

Demonstratis diuersarum periodorum caussis, quas doctus vir Lilius οὐδ' ὄναρ vidit, & confutata Clauij vanitate, qui homines tam vacui capitis esse putauit, ut posset illis persuaderi quatuor literas esse tres, & contra hypothesin facere, hoc esse Mathematicum, & contra Decretum patrum æquinoctium sæculo Niceno in xx Martij traducere, hoc esse patrum sententiæ satisfacere: nunc ad cyclum anni cælestis redeo, propter quem tam longa suscepta fuit disputatio, longa sane, sed in qua eruditus lector horas non perdet. neque tamen adhuc portum video. Aliquantisper iactabimur in alto, donec huius pulcherrimæ rei fontes reclusero. Aio igitur cyclum Solarem Tropicum in minores periodos diuidere tam ineptum, tam puerile, tam ἰδιωτικὸν esse, quam intempestiuum in societatem huius cycli cyclum Solarem Iulianum aduocare, &, quod penitus a rationibus Solaribus alienum est, octo annos sine bisexto transmittere, quasi interea cesset Sol, aut dormiat, ut in conceptu Herculis contigisse poetæ fabulantur. Cyclus enim Iulianus propter annum Iulianum excogitatus est; cui singulis lustris dies accrescit, sine ulla scrupulorum appendice. Tunc enim intercalandum est, quũ horæ & scrupula diem solidum consummauerint. Hoc enim est vere intercalare, non autem ante tempus intercalationem præcipitare. Aliter hoc fuerit, quid inter annum Tropicum & Iulianum intersit, nescire. Quare quum de anno Tropico agitur, procul rationes Iulianæ absunto. Noster igitur cyclus tunc intercalat, quum ratio & tempus postulat, quum scilicet ex horis, & scrupulis perfectum νυχθήμερον collectum fuerit. Ideo non quarto semper, sed & aliquando quinto anno exacto intercalatur. Quemadmodum autem Clauius mecum manus conseruit, quod tam manifesta vitia anni Liliani in lucem extulerim, sic non dubito, quin

Mathematici boni malique vitio nobis vertant; quod hanc periodum potius, quam aliam, elegerim, quod ista sit pene Alfonsina; Alfonsinæ autem rationes æquinoctiorum ab huius æui Mathematicis improbentur. Quidam enim ex eorum numero, quos ego & amo & colo, &, ut debeo, plurimi facio, ad nos scripserunt sibi constare, modum anni Tropici supra 365. dies, esse minorem horis 5. 48. Nimirum secundum ea, periodus, quæ talem modum anni constituit, esset longe maior; quam ea, quam septimo loco posuimus, annorum 896 quæ in 128 annis præcise unum bisextum tollit; aut, quod absurdum est, esset saltem annorum 124. Obseruauimus, inquiunt, æquinoctia instrumentis maximis, quæ fallere non possunt. Minime dubito; quæ eorum doctrina est, & usus obseruationum cælestium maximus; quin recte ab illis æquinoctia deprehensa sint. Sed quid tum postea? Deprehendi, inquis, illo anno Christi æquinoctium tot horis & scrupulis confieri post meridiem decimæ Martij Iuliani. Ergo modus anni Tropici est minor hor. 5. 48, quam quadrans diei. Hoc perinde est, ac si dixero: Animaduerti Romam septem colles complecti. proinde distat Neapoli itinere quatuor maximorum dierum. Quis enim unquam modum anni tropici ex obseruatione æquinoctiorum colligere potuit, nisi obseruatione sua cum vetustissimis collata? Non enim satis est conferre cum aliorum obseruationibus, nisi fuerint vetustissimæ. Nam minima interualla facile imponunt, etiam si utræque obseruationes, quæ inter se conferuntur, accuratissime administratæ fuerint. Longinquis vero tutius creditur; & quo maior vetustas fuerit obseruationis, quæ cum recentiore confertur, eo maiori constantia & fide discrimen internoscitur. At, inquiunt, cum obseruationibus aliorum contulimus. Si cum recentiorum obseruationibus, frustra sunt, propter breue interuallum. Si cum antiquorum, quatuor, aut quinque sunt de illis veteribus artificibus; quorum ad nos obseruationes peruenerunt; Metonis quidem, & Euctemonis una solstitij: Hipparchi non paucæ utriusque æquinoctij: Ptolemæi utriusque æquinoctij, & solstitij: Muhammedis Albateni una æquinoctij autumnalis. Metonici falsitatem non solum rationes Solis arguunt; sed & Hipparchus ipse, & Ptolemæus indicarunt; quo nomine eam obseruationem ὁλοσχερῆ, non ἀκριβῆ fuisse dicunt. Et sane uno die fere abest a vero. Hipparchi obseruationes autumnales minus absunt a vero: sed tamen absunt, neque sibi constant, ut postea demonstrabimus. Vernalium fidem probat constans ac perpetuus earum tenor, ut autumnalium falsitatem inconstantia & inæqualitas. Ptolemæi obseruationes duæ verni & autumnalis æquinoctij aberrant a metis diem integrum: quod Albateni adscribit instrumentis, quibus usus est Ptolemæus. Itaque Alfonsini, alijque, aut paulo vetustiores, aut recentiores, ex tarditate æquinoctij Ptolemaici, & ex æquabilitate Hipparchei fabulam, vel potius monstrum trepidationis hariolati sunt: quem merito ludibrio habuit Copernicus. Nihilo tamen meliore ratione huic incommodo occurrit ipse, producto Libramenti commento, quod appellatione quidem aliud est, re autem idem. Vnde & aliud monstrum bicorpor formauit, quum annum Hipparchi cum Alfonsino conciliare studens, nunc modum anni dicit esse supra dies 365, hor. 49. 12. o. nunc hor. 55. 54, &c. quæ sunt plane anilia. Nos primum obseruationes veterum ponemus: deinde eas, quæ tutiores esse videbuntur, ad modum Alfonsinum & Gelalæum examinabimus. Vter autem modus ab illis propius abesse videbitur, eum alteri præferemus, ad eumq; annum nostrum describemus. Neque id satis est, nisi proponamus nobis recentiorum obseruationes quasdam exactissimas, ut ex longinquo interuallo aut veterum error, aut veritas deprehendi possit. Nullus veterum aut recentiorum illustrius obseruationum exemplum nobis reliquit, quam vir nobilis, & in hac palæstra subactus Tycho Brahe Danus: cuius obseruationes quinque utriusque æquinoctij continuas nobis pro virgula diuina proponemus.

OBSERVATIONES HIPPARCHEAE ÆQVINOCTII AVTVMNALIS XXVI, XXVII SEPTEMB.

Anni Periodi Calip. 3.	Period. Iuliana	Litera Dominicalis.	Hipparc. Feria.	Hipparc. Hor.	Castig. Feria.	Castig. Hor.	Alfonsin. Feria.	Alfonsin. Hor.	Alfonsin. Scrup.
17	4552	B	3	6	3	6	2	13	41
20	4555	E	6	18	7	0	6	7	17
21	4556	D	1	0	1	6	7	13	6
32	4567	D	7	12	7	0	7	5	7
33	4568	C	1	18	1	6	1	10	56
36	4571	F	5	6	5	0	5	4	24

AEQVINOCTIVM VERNVM OBSERVATVM AB HIPPARCHO xxiiii Martij.

Periodi Calip. 3.	Period. Iuliana	Litera Domin.	Hipparc.		Alfons.			Gelalæi		
32	4568	C	3	18	3	16	17	4	1	22
43	4579	C	3	12	3	8	18	3	17	23
50	4586	A	5	6	5	1	2	5	10	6

TABELLA DIFFERENTIARVM.

	Minor.		Maior.	
	Hor.	Scrup.	Hor.	Scrup.
I	1	43	7	22
II	3	42	5	23
III	4	58	4	6
	Differentia. Alfonſ.		Differentia Gelalæa.	

OBSERVATIONES VTRIVSQ. AEQVINOCTI TYCHONIS BRAHE NOBILIS DANI.

Aequinoctium Vernale. *Aequinoctium autumnale.*

Anni Christi.	Dies Martij a meridie.	In Dania Hor.	In Dania Scrup.	Alexandriæ Feria.	Alexandriæ Hor.	Alexandriæ Scrup.	In Dania Hor.	In Dania Scrup.	Alexandriæ Feria.	Alexandriæ Hor.	Alexandriæ Scrup.	Dies Sept. a meridie.
1584	IX	21	30	2	23	5	16	0	7	17	35	XII
1585	X	3	19	4	4	54	21	49	1	23	24	XII
1586	X	9	8	5	10	43	3	38	3	5	13	XIII
1587	X	14	56	6	16	31	9	26	4	11	1	XIII
1588	IX	20	45	7	22	20	15	15	5	16	30	XII

PTOL. ALFONS. ALBATENI. ALFON. GELALI.

	Ptol. Anni Christi	Fer.	Hor.	Alfons. Fer.	Hor.	Scru.	Albateni Anni Christi	Fer.	Hor.	Alfon. Fer.	Hor.	Scru.	Gelali Fer.	Hor.	Scru.
Autum. 24 Sept.	139	5	19	4	1	40	883	4	14	4	18	24	4	22	0
Vern. 22 Mar.	140	2	1	7	19	0							XIX Sept.		

nemus. Earum conſtantia facit, ut nullas recentiorem illis præferamus, omnes autem veterũ ad eas exigamus: quod fecimus in Hipparchi autumnalibus. Nam primo loco poſita eſt obſeruatio Hipparchi. Sequitur caſtigatio ſecundum quadrantem diei. poſtremo additum eſt æquinoctium ex Alfonſino anni modo ſecundum obſeruationem Tychonis. Finge annũ obſeruationis Danicæ fuiſſe primum Tetracoſieterідos. Accipe interuallum annorum ab obſeruatione Hipparchi, ad obſeruationem Tychonis. Abiectis, quantum poteſt, omnibus 400, reliquorum annorum numeros congruentes ex Tabula characteriſmi periodi Tropicæ, quam infra ſubiecimus, iterum abijce ab obſeruatione Tychonis ſecundum longitudinem Alexandriæ. Relinquetur æquinoctiũ reſpondens illi, quod Hipparchus inueſtigabat. Exemplum: Ab obſeruatione primi æquinoctij Hipparchei, ad æquinoctium anni Chriſti 1584, anni ſunt 1745. Abiectis omnibus 400, remanent anni 145: qui deſunt Tetraeteridi cõplendæ. quibus congruentes numeri ex ſubiecta Tabula characteriſmi, nempe 5, 3, 54 deducti de obſeruatione autumnali prima longitudinis Alexandriæ, hoc eſt, de 7. 17. 35, relinquunt epocham æquinoctij ab Hipparcho inueſtigati, 2. 13. 41. At Hipparchi erat. 3. 6. 0. Caſtiganda igitur Hipparchea obſeruatio, & omnes reliquæ ad hanc trutinam examinandæ. Illas igitur Hipparchi autumnales non ſequimur, propter earum inconſtantiam. Diſſident enim a ſe ipſis quadrante diei, propterea quod in ipſa inueſtigatione parallaxis Solis non eſt abhibita. Vernales vero non dubium eſt eſſe propiores vero, propterea quod eadem fere in illis conſtantia cernitur, quæ in Danicis Tychonis. Igitur ad

tur ad examen anni Tropici, unde diuertimus, redeamus, quem docti viri iandudum damnare inceperunt, ut non vereantur definire modum anni infra quadrantem diei esse minorem hor. 5. ${}^{\prime}_{48}$, quasi minor sit, quam definit modus periodi septimæ annorum 896. Sed si Galalæa periodus, quæ minorem annum definit, quam Tetracosieteris, longius ab epocha Hipparchi vernali discedit, quam ipsa Tetracosieteris, quanto magis ab eadem Hipparchea epocha desciscet periodus non solum septima, sed & quam ex illorum præscripto, plurium annorum esse oportet? Secundum illos anni modus infra quadrantem est minor hor. 1. ${}^{\prime}_{48}$, atque adeo minor, quam is, quem præscribit periodus annorum 896. ergo quæcunque periodus ex illorum definitione statuenda est, erit annorum plurium, quam 896, siquidem modus anni minor est, quam constituitur in periodo annorum 896. At Gelalæus modus maior est, quam is, quem ipsi designant, & magis desciscit ab obseruatione Hipparchi. Longe magis ergo desciscet modus ab illis præstitutus; & periodus, quæcunque ex illa definitione componi potest. Quare nos primum Hipparchi obseruationes vernas cum Alfonsino comparauimus, deinde cum Gelalæo modo: in quarum prima Alfonsinus minor est hor. 1. ${}^{\prime}_{43}$. in secunda hor. 3. ${}^{\prime}_{42}$. in tertia hor. 4. 58. Contrario genere Gelalæus maior est in prima, hor. 7. ${}^{\prime}_{22}$. in secunda, hor. 5. ${}^{\prime}_{23}$. in tertia hor. 4. ${}^{\prime}_{6}$. Quamuis obseruationes hæ Hipparchi ὁλοσχερῶς relatæ sunt, nullis horis, aut horarijs scrupulis definitæ, sed tantum per matutinum, meridianum, vespertinum tempus, tamen propter constantiam, quæ in illis conspicitur, non multum a vero discedere videntur. & proinde quia illis Alfonsinus epilogismus tardior est, modus Alfonsini anni iusto maiusculus est. Contra, quia Gelalęus celerior est, modus anni Gelalęi iusto breuior est. Sed longe magis celeritate peccat Gelalęus, quam tarditate Alfonsinus. Melior ergo Alfonsinus, quam Gelalæus. Quod si Gelalæus fallit, multo magis fallet quæcunq; periodus post Gelalæam sequetur, & per consequens multo longius a vero discedit doctorum Mathematicorũ sententia, quæ modũ anni Tropici infra quadrantem statuit minorem, quam septima periodus annorum 896. Itaque cur hanc sententiam reijciamus, & modum anni Alfonsini amplectamur & retineamus, satis & illis constare poterit, & fortasse ut de sententia decedant, faciet. Sed obijciet aliquis, quum periodus Alfonsina annorum 400 peccet mora, Gelalæa vero celeritate, omnino periodum illam esse veram, quæ media erit inter utranque. Nulla autem est media, præter illam, quæ est annorum 524. Respondeo, verum esse; & me vinci rationibus, & demonstratione, cui nihil opponi possit. Nam secundum eam periodum primum æquinoctium Hipparchi fuerit 3. 21. ${}^{\prime}_{51}$, horis 3. 51 tardius. Secundum æquinoctium, 3. 13. ${}^{\prime}_{50}$, hor. 1. ${}^{\prime}_{50}$ tardius. Tertium 5. 6. ${}^{\prime}_{33}$, hor. 0. ${}^{\prime}_{33}$ serius. Hæc propius abest ab obseruatione Hipparchea. Sed quia, ut diximus, illæ obseruationes ὁλοσχερῶς, non autem per horas, & horaria scrupula relatæ sunt, & adhuc propterea in dubium vocari possunt, ita ut incertum sit magis ne Alfonsinæ, an isti periodo conueniant, ideo nos Tetracosieterida retinuimus, tum quia minimum discrimen est inter illam, & sequentem, tum etiam propter exiguum numerum annorum, quibus constat, qui ciuili usui accommodatior: deniq; quia iam recepta est in usum anni Romani, ut ex nostris disputationibus, quam male eam tractauerint, eiusque rationes ignorauerint illius anni conditores; animaduerti posset. Sane altera periodus præferenda erat propterea, quæ demonstrata sunt, & quia Arzael, & omnes illi artifices, qui anno Christi 1079 ordinarunt Neuruz Gelalæum, post multas ultro citroque velitationes tandem definierunt tempus, quo unus dies excrescit propter quadrantem Iulianum, esse annorum 131. auctor Aben Ezra. Certe 131 sunt quater in 524. Et qui illa malit uti, per me quidem faciat licet: & quidem cum eo melius agetur, quam si Tetracosieterida amplectatur. Hoc tantum sciat, ex his eorum sententiam conuelli, qui horariam appendicem anni Tropici minorem esse censent hor. 5. ${}^{\prime}_{48}$. quum tamen Gelalæa ratio, quæ est hor. 48. ${}^{\prime}_{53}$, sit iusto celerior.

TABVLA CHARACTERISMI
TETRAETERIDOS TROPICÆ.

Anni	Feria.	Hor.	′	″	Anni	Feria.	Hor.	′
1	1	5	49	12	30	2	6	36
2	2	11	38	24	40	7	16	48
3	3	17	27	36	50	6	3	0
4	4	23	16	48	60	4	13	12
5	6	5	6	0	70	2	23	24
6	7	10	55	12	80	1	9	36
7	1	16	44	24	90	6	19	48
8	2	22	33	36	100	5	6	0
9	4	4	22	48	200	3	12	
10	5	10	12	0	300	1	18	0
20	3	20	24	0	400	7	0	0

Aſſerto anno Alfonſino ea via, quam non ipſe Clauius odoratus eſt, non conditor anni noui Lilius, non quicunq; horariam appendicem anni Tropici minorem ſtatuunt hor. 5. 48′ ſupereſt, ut rationes Tabulæ Tetracoſietericæ, propter quam in tam longam diatribam excurrimus, exponamus. Primum ea incipit a conditu rerum, anno periodi Iulianæ 764, Octobris xxvi, feria prima. Non enim ex abrupto initium fecimus. quod enim non demonſtratur, fidem non meretur. Ex obſeruatione Danica anni 1584, æquinoctium fuit ad meridiem Ieroſolymorum anno 764 periodi Iulianæ Sabbato in meridie xxv Octob. præciſe ex Doctrina Tetracoſieteridos. Quia vero, quod toties profeſſi ſumus, a meridie ſabbati nos initium feriæ primæ inſtituimus ἀστρονομικῶς, ut Alfonſini, ab occaſu autem Solis πολιτικῶς, ut Hebræi, ideo a feria prima incipit Tetracoſieteris noſtra. Rurſus non poſt omne quadriennium intercalamus, ſed interdum etiam poſt quinquenniū, quoties ſcrupula diem ſolidum componunt, hoc imprimis cauentes, ne ante tempus intercalatio celebretur. Nam puerile eſt in anni Tropici forma omnibus quadriennijs vertentibus intercalare, & poſt aliquod tempus octo annos ſine intercalatione tranſigere. Quid enim anno Iuliano cū Tropico? quid Tropico cum Aegyptiaco? Hoc modo neque tam pronum erit errare, quum annū intercalatitium ex ipſa Tabula petemus, neq; tam operoſum, quam in excubijs eſſe, dum unū biſextum poſt aliquot annos expungatur: quod eſt ineptiſſimum. Secundum hanc doctrinam conſtruximus etiam Tetracoſieterida tropicam, quam æquinoctialem annorum Chriſti nuncupauimus, quia ab æquinoctio anni primi Chriſti Dionyſiani initium capit: quo anno poſt meridiem xxii Martij æquinoctium fuit 3. 2. 1. ſecundum rationes huius Tetracoſieteridos, & accuratiſſimam obſeruationem Tychonis Brahe. Hoc eſt æquinoctium fuit feria iii, hor. 2. 1 poſt meridiem xxii Martij Iuliani Alexandriæ. Quia vero æquinoctium perpetuo hærere in xxi Martij vo-

TETRACOSIETERIS TROPICA AEQVINOCTIALIS
A PRIMO ANNO CHRISTI DIONYSIANO.

	0	20	40	60	80	100	120	140	160	180	200	220	240	260	280	300	320	340	360	380
1	AG	D	G	C	F	B	FE	BA	E	A	D	G	C	GF	C	F	B	E	A	ED
2	F	CB	F	B	E	A	D	G	DC	G	C	F	B	E	BA	ED	A	D	G	C
3	E	A	ED	AG	D	G	C	F	B	FE	BA	E	A	D	G	C	GF	CB	F	B
4	D	G	C	F	CB	FE	B	E	A	D	G	DC	G	C	F	B	E	A	ED	A
5	CB	F	B	E	A	D	AG	D	G	C	F	B	FE	BA	E	A	D	G	C	GF
6	A	ED	A	D	G	C	F	CB	FE	B	E	A	D	G	DC	GF	C	F	B	E
7	G	C	GF	CB	F	B	E	A	D	AG	DC	G	C	F	B	E	BA	E	A	D
8	F	B	E	A	ED	AG	D	G	C	F	B	FE	B	E	A	D	G	DC	GF	C
9	ED	A	D	G	C	F	CB	F	B	E	A	D	AG	DC	G	C	F	B	E	BA
10	C	GF	C	F	B	E	A	ED	AG	D	G	C	F	B	FE	BA	E	A	D	G
11	B	E	BA	ED	A	D	G	C	F	CB	FE	B	E	A	D	G	DC	G	C	F
12	A	D	G	C	GF	C	F	B	E	A	D	AG	D	G	C	F	B	FE	BA	E
13	G	C	F	B	E	BA	ED	A	D	G	C	F	CB	FE	B	E	A	D	G	DC
14	FE	BA	E	A	D	G	C	GF	CB	F	B	E	A	D	AG	D	G	C	F	B
15	D	G	DC	GF	C	F	B	E	A	ED	A	D	G	C	F	CB	FE	B	E	A
16	C	F	B	E	BA	E	A	D	G	C	GF	CB	F	B	E	A	D	AG	DC	G
17	B	E	A	D	G	DC	GF	C	F	B	E	A	ED	A	D	G	C	F	B	FE
18	AG	DC	G	C	F	B	E	BA	E	A	D	G	C	GF	CB	F	B	E	A	D
19	F	B	FE	B	E	A	D	G	DC	GF	C	F	B	E	A	ED	AG	D	G	C
20	E	A	D	AG	DC	G	C	F	B	E	BA	ED	A	D	G	C	F	CB	F	B

 lumus,

lumus, iccirco quota C erit a litera Dominicali, ea erit feria æquinoctij in hoc anno reformato. Illud tamen prius ἐν προθεωρίας λόγῳ antecedat quod in hac Diatriba monuimus, nos incipere feriam a meridie antecedenti ἀστρονομικῶς, ab occasu Solis πολιτικῶς. hoc est: numeri astronomici procedunt a meridie: initium autem temporis ciuilis ab occasu Solis. Ideo quum primo anno Christi Dionysiano æquinoctium ciuile fuerit 3. 2. 1 post meridiem XXII Martij Iuliani, nos feriam quartam incipimus ab occasu Solis post meridiem eiusdem diei. Quia vero in capite Tabulæ litera duplex collocata est AG, & posterior litera usurpatur a XXV Februarij, quota est C a G, ea est feria æquinoctij. Aio igitur XXI Martij anni emendati, in qua semper ciuile æquinoctium statuimus, fuisse feriam quartam. In editione quidem Liliana semper æquinoctium statuitur in XXI Martij. Sed quia bisextum per quadriennia celebratur, propterea sæpissime contingit, ut æquinoctium ciuile in alienam feriam incidat. Vt hoc anno 1604, litera Dominicalis Liliana est C, & ideo æquinoctium feria prima. At in Tetracosieteride rationali litera Dominicalis est D, a qua C est septima. Ideo æquinoctium ciuile commissum est Sabbato, non Dominica. Sed anno 1605., qui erit quintus Tetracosieteridos quintę ab anno Christi primo, bisextū Tropicum erit, Litera duplici CB. Et quia C est secunda a B litera Dominicali, ideo æquinoctiū conficietur feria secunda, ut etiam in typo Liliano. Hic est verus modus intercalandi secundum modum rationalem, non quem induxit Lilius, quem tumidis buccis decantat Clauius. Hæc est vera Tetracosieteris tropica, non quę in fine trium centuriarum bisexta expungit, deinde per ducentos annos Soli dat vacationem munerum. quo nihil ineptius, absurdius, puerilius excogitari potest. Discat discat Clauius quam periculosum sit reprehendere, quæ non intelligit, quam turpe, ex iniquis reprehensionibus se, & iudicium suum ludibrio omnium exponere. Nihil magis e re nostra fuit, quam ex eius confidentia nobis ansam præbitam fuisse tam errores Lilianæ editionis, quam inscitiam Clauij in apertum proferendi.

TABVLA SECVNDA PRAECESSIONIS AEQVINOCTIALIS.] Hæc Tabula in ternarios tributa est, ut vides. Quot ternarij, tot Tetracosieterides. Terna enim bisexta in Tetracosieteride pereunt. primum bisextum post 132 annos, quotum character est 3. 0. 14. feria tertia, hora nulla. Itaque quum tantum supersint 14 scrupula, ibi debuit interrumpere bisextum suum Lilius, non autem in singulis centurijs ante præstitutos fines peremptionem bisexti præcipitare: & per ducentos annos Solem iubere quiescere. Secundum bisextum perimitur post annos 264: quorum character 6. 0. 28. Tertium in fine Tetracosieteridos, ubi tantum feria VII sine appendice horaria, aut scrupularia. Itaque dies προηγήσεως nihil aliud sunt, quam bisexta Iuliana reiectitia. Nam προήγησις est τῶν προέστι; & ratione anni Iuliani dicitur, non ipsius anni Tropici: & in anno tropico illius reiectionis nulla extat suspitio, nisi in Tetraeteride Liliana, quæ nonaginta sex annis Iulianis octo Aegyptiacos subijcit: hoc est, per XCVI annos singulis quadriennijs bisextum celebrat, deinde octo integros sine bisexto transmittit. At quanto facilius est ex Tetracosieteridos æquinoctialis Tabella supra a nobis positam literam Dominicalem petere, & ex ea quando intercalandum sit, scire? Prudenter Ecclesia Abyssina, quæ lustri Iuliani annos singulos nomine unius ex quatuor Euangelistis appellare solet, ut quoto anno lustri, & quando intercalandum sit, neminem latere possit, ne idiotam quidem. Sic in Tetracosieteride faciendum esset, ut lustrorum anni Euangelistarum nominibus designentur, ne quem fugiat, cuius Euangelistæ anno intercalatio competat. Quum autem quinto anno intercalandum erit, tunc anno ultimo lustri alius Apostolus ponatur, puta Paulus: ut semper eidem Euangelistæ intercalatio debeatur. Exemplum: Anno quinto Tetracosieteridos CB Mattheus, cuius anno semper intercalatio fiat, A secundus Marcus, G tertius Lucas, F quartus Iohannes. Hoc lustrum est ordinarium quatuor tantum annorum. Anno vero nono ED, qui primus est quinquennij, ordine a Mattheo procedant omnes Euangelistæ, C, B, A, in quinto autem anno G Paulus. Nam quum vulgus videbit Paulum Iohanni succedere, tunc sciet nondum esse locum intercalationi, hoc est, ex horis, & horarijs scrupulis nondum assem diei consummatum esse. Hoc modo quis errare possit? At in Liliana methodo quam ridicula intermissio bisexti post centurias tres annorum? quam præter rationes motus Solis æqualis? quam oportuna errori? Sed diuinum est inuentum, ut ait Clauius, &, nisi fallor, hoc præcipit, *Tacete*, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι.

TABVLA TERTIA MORAE LVNARIS.] In antecedente Capite prima Tabula est anticipationis Lunæ, secundum quam Epactæ crescunt, & ascendunt in anno Iuliano. ista est ὑπολείψεως Lunaris, in qua Epactæ decrescunt, & deorsum pergunt in anno Tropico. Diuersum utriusque argumentum, usus idem. Propositis annis Mundi, numerus proxime minor lateralis

sub

ſub cyclo Lunari Mundi, qui in fronte Tabulæ expoſitus eſt; in angulo communi dabit Epactam æquabilem, quæ an caſtiganda ſit, oſtendet Tabula duplex ſequens characteriſmi nouiluniorum. Hæc autem Tabula redit in orbem poſt annum mundi 6403. Nam annus 6404 incipiet ab eadem epacta. Procedit autem per cyclos XII, non autem XVI, ut in anno Iuliano. Nam Lilius & Liliani imperite poſt CC annos. Hoc enim eſſet ab anno cycli, ad annum cycli diſſimilem. quod eſt abſurdum. Nam προήγησις in anno Iuliano, & ὑπόλειψις in Tropico fiunt per cyclos, non per annos, qui non ſunt numeri XIX. De quo poſtea. Conſtruximus etiam ſimilem Tabulam ad annos Chriſti, quibus ſemper unitas addenda eſt, ut ſolet fieri, ad numeri aurei methodum. Accipienda eſt ſemper non Epacta Latina, ſed Saracenica, quæ maxime locum habet in hoc anno Niceno, quia non omnia nouilunia incidunt in Martium, ſed in Aprilem. Duo igitur obſeruanda, prius, ut ſiue in Martio, ſiue in Aprili, Epactam Saracenicam caſtiges. Alterum, ut quum in Martio Epactam Saracenicam caſtigaueris, ad totius anni nouilunia indicanda, aſſumas Epactam Latinam, quæ ei reſpondet. Exemplum: Anno Chriſti 1603 erat aureus numerus VIII. Nouilunium Paſchale conueniebat cum Adar Dionyſiano feria IIII. Ingredere ſubiectam Tabulam. Accipe numerum annorum Chriſti aut expreſſum, ſi quidem extat, aut proxime minorem. Eregione eius anni, ſub aureo numero frontali in cella communi occurrit epacta Saracenica 19: quæ ſi incidit in feriam IIII in Martio, non indiget caſtigatione. Sin aliter, caſtigetur. Litera Dominicalis Nicena erat E. At nouilunium commiſſum eſt feria IIII, ergo in litera A. in qua ſane reperitur epacta Saracenica in Martio. Ergo non indiget caſtigatione. Quia nouilunium confectum eſt in Martio, ideo non 19, ſed XVIII Epacta, quæ ei reſpondet, per totum annum uſurpanda, ut primum nouilunium ſit plenum, & alternatio plenorum & cauorum rite ſeruetur. Contra ſi in Aprilem nouilunium incidet, contentus eſto epacta Saracenica, ne menſis Paſchalis ſit cauus. Subiecimus etiam huic Tabulæ illuſtria exempla ὑπολείψεως σεληνιακῆς, & incon-

TABVLA EPACTARVM SARACENICARVM AD ANNVM REFORMATVM SIVE NICENVM ACCOMMODATA.

Aureus numerus.

Anni Chriſti.	I	II	III	IIII	V	VI	VII	VIII	IX	X	XI	XII	XIII	XIIII	XV	XVI	XVII	XVIII	XIX
0	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27
228	8	19	0	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26
456	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	0	11	22	3	14	25
684	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24
912	5	16	27	8	19	0	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23
1140	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	0	11	22
1368	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21
1596	2	13	24	5	16	27	8	19	0	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20
1824	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19
2052	*	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18
2280	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	0	11	22	3	14	25	6	17
2580	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16
2736	27	8	19	0	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15
2964	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	0	11	22	3	14
3192	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13
3420	24	5	16	27	8	19	0	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12

EXEMPLA NOVILVNIORVM PRIMI NVMERI AVREI IN ANNIS CHRISTI IN TYPO ANNI REFORMATI.

Anni Christi.	Litera Dominicalis.	Feria Nouilunij.	Epacta Sarracenica.	Anni Christi.	Litera Dominicalis.	Feria Nouilunij.	Epacta Sarracenica.	Anni Domini.	Litera Dominicalis.	Feria Nouilunij.	Epacta Sarracenica.
1	B	4	8	267	G	7	7	533	F	2	6
20	F	7	8	286	E	2	7	552	C	5	6
39	DC	2	9	305	B	5	7	571	AG	1	6
58	A	5	8	324	GF	1	7	590	E	3	6
77	E	1	8	343	D	3	7	609	B	6	5
96	C	4	7	362	A	6	7	628	G	2	5
115	G	6	8	381	F	2	6	647	D	5	6
134	ED	2	8	400	C	5	6	666	BA	7	5
153	B	5	7	419	AG	7	7	685	F	3	5
172	F	7	8	438	E	3	6	704	C	6	5
191	D	3	7	457	B	6	6	723	A	1	5
210	A	6	7	476	GF	1	7	742	E	4	5
229	FE	1	8	495	D	4	6	761	CB	7	5
248	C	4	7	514	BA	7	6				

& inconſtantiæ nouiluniorum in eodem annos cycli,idque per anno 760 abſolutos.qui ſunt cycli XL; initio ab anno ſumpto,qui antecedebat epocham Dionyſianam,primus ſcilicet aurei numeri.In hac igitur Tabella non ſolum videre eſt per epactam quomodo paullatim fiat ὑπό-λειψις,non poſt,aut ante,228 annos,ſed nunc ante,nunc poſt,prout Epacta creſcit, aut decreſcit.Non enim,ut Liliani cenſent,edicto imperatorio ſtatim decedunt Nouilunia de priſca Epocha, ſed tacita quadã varietate motus Lunaris, qui non aliter, quã per characterem nouilunij,percipitur.qui ſi non adhibeatur,neque ad eum epactæ caſtigentur,multum peccari neceſſe eſt in anno Iuliano,ſed longe fœdius in anno Tropico propter inæqualitatem intercalandi,quarum rerum inſcitia quantum Liliani a vero aberrarint, ex hac Tabella animaduerti poteſt. Vt igitur Epactæ caſtigentur,adhibenda eſt Tabula ſecunda Capitis tertij,ex qua characterem decerpes nouilunij Paſchalis,tam prioris partis, quam poſterioris: ſed poſterioris tantum in numero aureo VIII, XI, XIX. quia διὰ ἀντικατάςασιν Adar in locum Niſan ſubſtitutus eſt. Ex illis duabus Tabulæ partibus unuſquiſque perpetuas tabulas nouiluniorum propagare poteſt, ſine ullo labore, uno prope ictu oculi, annotato in primo verſu cycli decemnouennalis Aureo numero, in ſecundo litera Dominicali, in tertio charactere, ſiue feria nouilunij, in quarto epacta caſtigata Sarracenica, ut in hac Tabella a nobis factum eſt. Denique tria præcipua in conſtructione anni Niceni obſeruanda: diſpoſitus epactarum in contextu anni Iuliani, ita ut a nobis inſtitutus eſt, initio a Martio, in cuius Kalendis Epacta literata XXIX, Sarracenica o. Secundo inſtituendus cyclus Tetraetericus literarum Dominicalium,quarum prima duplex AG: neque intercaletur antequam dies ex horis & ſcrupulis conſummetur, ſed litera Dominicalis petatur ex tetracoſieteride æquinoctiali,cuius exemplum ſupra appoſuimus. Tertio ut epactæ ad Tabulæ ſecundæ Capitis tertij characteriſmos caſtigentur.Nam quanuis multa in hac doctrina ſpectanda ſunt, omnia tamen ad hæc tria capita referuntur. Pulcherrima eſt hæc doctrina, & quæ ab alio, quam Clauio, tractari debuit, quam a Lilio peſſime conceptam peiore genere ille contaminauit, & multa in ea inſcitiæ ſuæ veſtigia impreſſit, ut ſunt collegia epactarum in unam diem 25, XXVI; item XXV, XXIIII. item tranſitus a XXV, ad XXIII epactam, & alia deliria, quæ nemo harum rerum paulo intelligentior extare in Kalendario ſine riſu, in uſum recepta eſſe ſine indignatione cernere poteſt. Tanta fuit in admittenda culpa inſcitia, tanta eſt in defendenda pertinacia. Quod ſatis ſtercoreis ſuis apologijs declarauit Clauius, quibus nihil aliud, quam ex tot erroribus alios per ſtuporem ſe non agnoſcere, alios, quos agnoſcit, per impudentiam fateri nolle profeſſus eſt.

TABVLA QVARTA CHARACTERISMI.] Nihil de hac amplius quod dicam,habeo. Eadem enim eſt methodus, quæ & Secundæ Capitis tertij.

AD DEFINITIONES.

I *Differentia Tropica.*] Ptolemæo dicitur τὸ διάφορον τῆς κατὰ τὸ τεταρτημόριον ἐπουσίας: Chryſococcæ medico τὸ τεταρτημόριον παρά τι. id eſt, *Quadrans diei aliqua portione minus.* At Ptolemæo, *Differentia acceſſionis, ſiue appendicis, quæ accidit propter quadrantem.* Quadrantis enim ἐπουσία,

ἐπουσία, id est accessio, est id, quod annum ex Aegyptiaco Iulianum efficit. Vt contra: Quadrantis *ἀπουσία, absentia,* est quæ ex Iuliano Aegyptiacum constituit, quale est octennium Lilianum per omissionem bisexti importunam in calce trium primarum centuriarum Tetracosieteridos Tropicæ. Ea differentia est cardo, in quo totum negotium de anno tropico versatur. Nos multa διάφορα supra memorauimus. Tot enim excogitari possunt, quot periodi Tropicæ, ex quarum numero nulla, quæ minus tarda, quam 400 annorum, nulla, quæ minus velox, quam quæ 524 annorum est. Vtra melior, magis deliberari, quam pronunciari potest. Nos illam priorem prætulimus, quanuis alteram veram esse non dubitamus.

II *Προήγησις ἰσημερινὴ χρονική.*] Motus siderũ dupliciter consideratur, χρονικῶς in diebus ciuilibus, τοπικῶς in gradibus Zodiaci. Hoc primum dictat ratio ipsa, ἐπειδὴ ἀρχὴ πάσης κινήσεως ἐστὶ τόπος καὶ χρόνος. deinde accedit locupletissimus huius sentẽtiæ vindex Ptolemæus: οὐ τὸ οἰκειότερον ἀποκαταστᾶσιν εὑρήσομεν τὸ ἐπὶ τὸν αὐτὸν σχηματισμὸν φερούσης τὸν ἥλιον τοπικῶς τε καὶ χρονικῶς. Sed expresse Hypsicles in Anaphorico: τοῦ τῶν ζωδίων κύκλου εἰς τριακοσίας ἑξήκοντα περιφερείας διῃρημένου, ἑκάστη τῶν περιφερειῶν μοῖρα τοπικὴ καλείσθω. ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ χρόνου, ἐν ᾧ ὁ ζωδιακὸς, ἀφ' οὗ ἔτυχε σημείου, ἐπὶ τὸ αὐτὸ σημεῖον παραγίγνεται, εἰς τριακοσίους ἑξήκοντα χρόνους ἴσους διῃρημένου, ἕκαστος τῶν χρόνων μοῖρα χρονικὴ καλείσθω.

III *Annus Tropicus.*] Ab Hipparcho est. ὁ καθ' ἥλιον ἐνιαυτός. τοῦτο δὲ λέγεται ὁ χρόνος, ἐν ᾧ ὁ ἥλιος ἀπὸ τροπῆς, ἐπὶ τὴν αὐτὴν τροπὴν, παραγίνεται, ἢ ἀπὸ ἰσημερίας ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἰσημερίαν. Seruius solstitialem annum vocat, qui alias tropicus, in illud: *Nam quia nec fato, merita nec morte peribat. Tribus, enim, inquit, humana vita continetur Natura, cui ultra centnm, & viginti solstitiales annos concessum non est.*

V *Menses Cælestes:*] Definitio Censorini, ut & sequens VI.

VII *Dies intercalaris.*] Ex hac definitione manifestum est intercalationem nunquam celebrandam, nisi iustus diei modus ex appendice horaria & scrupularia accreuerit. Vnde fit, ut non semper quarto anno, sed & quinto quoque competat intercalatio. Aliter facere, est aut nescire modum anni Tropici, aut sibi cum Tropico, non cum Iuliano, rem esse non sentire. Huic obiectioni Liliani quid opponant, non habent.

VIII *Cyclus Solis Tropicus.*] De eo satis actum superq; in longa diatriba. Definitioni additũ est *quaternariũ*, quia periodi omnes Tropicæ ciuiles sunt num. quaternarius. Hoc antea monuimus.

IX ὑπόλειψις σεληνιακή.] ὑστερισμὸς, siue ὑπόλειψις, motus contrarius τῇ προηγήσει σεληνιακῇ, quanuis improprie ad Lunam refertur. Hoc enim potius referendum ad Solem, cuius Enneadecaeteris est velocior Enneadecaeteride Lunari. ὑστερισμὸς igitur σεληνιακὸς unius diei fit in cyclis duodecim Lunaribus: quia Sol κατὰ προήγησιν ἰσημερινὴν Lunam antenertit; hoc est Lunarem Enneadecaeterida; horis 2. 75. Vt enim Lunaris Enneadecaeteris minor est Iuliana hor. 1. 485, ita maior est tropica hor. 2.75. Ex priore differentia nascitur ὑπόλειψις, siue ὑστερισμὸς, ex posteriore προήγησις σεληνιακή. Rursus ex priore prodit μετέμπτωσις ἐπακτῶν, ex altera προέμπτωσις ἐπακτῶν. Post annos 304 Epacta Iuliana peccat μετεμπτώσει, ut Epactæ terminorum Paschalium Dionysianorum. Post 228 annos Epacta Tropica fallit κατὰ προέμπτωσιν. Denique ὑπόλειψις fit εἰς τὰ ἑπόμενα, προήγησις εἰς τὰ προηγούμενα. Lilius hæc ignorauit. Clauius nondum capit. Lilius per caliginem in anno Iuliano anticipationem fieri sensit, & moram in suo anni typo, alteram in 300, alteram in 200 annis. Quæ omnia ostendunt caussas enneadecaeteridon eum prorsus nesciuisse, neque spem esse, ut Clauius assequatur, nisi aut melius ingenium ei diuinitus detur, aut id, quod habet, meliorib. literis excolatur.

X *Character anni Tropici.*] Anni Iuliani modus est dierum CCCLXV, hor. VI. Abiectis omnibus septenarijs, remanet character anni Iuliani 1. 6. 0′. id est feria prima, horæ VI. Scrup. 0′. τὸ διάφορον anni Tropici est hor. 0. 10′. 48″. quo de charactere Iuliano deducto, remanet character anni Tropici 1. 5. 49′. 12″.

XII ἐκβολή.] Olim Termini Paschales Nisan Dionysiani erant intra mensem æquinoctialem in annis numeri aurei, VIII, XI, XIX. Hodie longissime sunt extra epocham æquinoctij, & ex mense Κριῶνος in mensem Ταυρῶνος summoti sunt διὰ τῆς προηγήσεως ἰσημερινῆς. Quare Adar proximus ante Nisan Dionysianum reperitur maiore ex parte intra mensem Krionem, ideoque Paschalis factus est in annis aurei numeri, VIII, XI, XIX: & Nisan reijcitur, quod in alienum mensem, nempe Tauronem, hodie compulsus est celeritate prægressionis æquinoctialis. Nam numerus aureus III adhuc est intra Nisan Iudaicum & Dionysianum: cuius terminus Paschalis est in IX Aprilis. Itaque quum ἐκβολὴ committitur, tunc locus est ἀντικαταστάσει, de qua mox locus erit dicendi. Iudicio autem ad hanc rem simul, & accurata attentione opus. Nam anno Christi 1598 fuit aureus numerus III, Nisan feria II, in XXVII Martij. Proinde quartadecima Luna in IX Aprilis, qui est verus terminus Nicenus castigatus, detractis προηγήσεως diebus IIII. Quare locus non est τῇ ἀντικαταστάσει, ut pro Nisan substituatur Adar, cuius neomenia fuit feria prima, XXVI Februarij. Ideo qnartadecima incidit in

XI Mar-

xi Martij, qui eſt locus æquinoctij. Non tamen Adar aſſumendus, quum quartadecima Niſan ſit in ix Aprilis, quæ eſt trigeſima dies Krionos. At noui anni editores non aliam ob cauſſam Adar pro Niſan ſumpſerunt, niſi quia epacta xxiii illius anni poſita eſt alieno loco, nempe in viii Martij propter ſignum * in Kalendis collocatum. Præterea iſti Faſtorum caſtigatores non aduerterunt remotiſſimum terminum Paſchalem eſſe in xix Aprilis noui, aut in ix Aprilis veteris. Quod enim ſæculo Niceno remotiſſimus terminus erat in xviii Aprilis, hoc accidiſſe alibi indicauimus, quia eo ſæculo nulla erat epacta xxiii, quæ hoc ſæculo currit. Hoc ante bis, aut ter iterauimus, ſi qua dormientem Clauium expergefacere poſſimus.

xiii *ἀντικατάστασις.*] Eſt priori πρός τι, & relatiua. Altera enim ſine altera eſſe non poteſt. Ideo interprete opus non habet. Nam reiecto Niſan, ſubſtituitur Adar, ut ante dictum eſt. Sic anno Chriſti antecedente 1603 neomenia Niſan Dionyſiani congruebat Kalendis Aprilis, feria vi: ita ut eius decima quarta dies ſummota fuerit ab æquinoctio ciuili hebdomadas ſolidas quinque. Ideo fuit ἐκβόλιμος, *expunctitius*, in cuius locum aſſumptus eſt Adar, cuius neomenia conueniebat iii Martij, feria v. Quapropter quemadmodum Niſan vetus fuit ἐκβόλιμος, ita Adar fuit *ἀντείσακτος*. quod & accidit hoc ſæculo, numero aureo viii, xi, & xix. & quoties hoc fit, annus, qui antiquitus erat ἐμβολιμαῖος, fit communis, & contra, ſequens annus ex communi fit ἐμβολιμαῖος. Sed doctrina τῆς ἐκβολῆς καὶ τῆς ἀντικαταστάσεως pendet ex Termino Paſchali ſecundum interuallum Nicenum, a xxi Martij, ad xviii Aprilis, incluſiue. Terminus vero eſt quartadecima Luna. Quænam vero ea ſit, haud temere definiri poteſt, propter triplicis differentiæ neomeniam. Eſt enim aut a iugo Lunæ, cuiuſmodi noſtræ, & Iudaicæ, & Nicenæ priſcæ. Eſt a viſione Lunæ, qualis Iudæorum Karraim. Eſt tertio die a iugo Lunæ, qualis Muharram Muhammedicus, & non raro Clauiana, ſextadecima Luna. Secundum hæc tria genera neomeniarum diuerſæ erunt quartædecimæ, & proinde diuerſi termini Paſchales. In primo genere quartadecima Luna eſt ante plenilunium; in ſecundo, in plenilunio; in tertio, poſt plenilunium. Hoc eſt in primo genere Terminus erit xiiii Luna: in ſecundo xv: in tertio xvi. Nos iandudum oſtendimus quartamdecimam Lunam Chriſtianorum poſt unum ſæculum a tempore Conſtantini fuiſſe plenilunium propter Lunæ προήγησιν, omne-

NOVILVNIA PASCHALIA AB ANNO CHRISTI MDLXXXIIII PER CYCLVM INTEGRVM.

Anni Chriſti.	Litera Dominicalis.	Character nouilunij.	Quotus Niſan Cycli Iudaici.	Nouilun. æquata in meſ. Lilian.	Num. Aureus.	Epacta Clauij.	Nouilunia Clauij.	
1584	A G	2 4 414	Niſan v	xii Martij	VIII	XVIII	xiii Mar.	Emb.
1585	F	1 1 1003	Niſan vi	xxxi Martij	IX	XXIX	Kal. Apr.	
1586	E	5 10 799	Niſan vii	xx Martij	X	X	xxi Mar.	
1587	D	2 19 595	Adar vii	x Mar.	XI	XXI	x Mar.	Emb.
1588	CB	1 17 104	Niſan ix	xxvii Mar.	XII	II	xxix Mar.	
1589	A	6 1- 980	Niſan x	xvii Mar.	XIII	XIII	xviii Mar.	
1590	G	4 23 489	Niſan xi	v Apr.	XIIII	XXIIII	vii Mar.	Emb.
1591	F	2 8 285	Niſan xii	xxv Mar.	XV	V	xxxi Mar.	
1592	ED	6 17 81	Niſan xiii	xiii Mar.	XVI	XVI	xv Mar.	Emb.
1593	C	5 14 670	Niſan xiiii	Kal. April.	XVII	XXVII	iii Apr.	
1594	B	2 23 466	Niſan xv	xxii Mar.	XVIII	VIII	xxiii Mar.	
1595	A	7 8 272	Niſan xvi	xi Mar.	XIX	XIX	xii Mar.	Emb.
1596	GF	6 5 851	Niſan xvii	xxix Mar.	I	I	xxx Mar.	
1597	E	3 14 647	Niſan xxiii	xviii Mar.	II	XII	xix Mar.	
1598	D	7 23 443	Adar xviii	viiii Mar.	III	XXIII	viii Mar.	Emb.
1599	C	6 20 1032	Niſan i	xxvii Mar.	IIII	IIII	xxvii Mar.	
1600	BA	4 5 828	Niſan ii	xv Mar.	XV	V	xvi Mar.	Emb.
1601	G	3 3 337	Niſan iii	iii April.	XXVI	VI	v Apr.	
1602	F	7 12 133	Niſan iiii	xxiii Mar.	VII	VII	xxiiii	

que

que Computorum Ecclesiasticorum conditores XIIII Lunam ideo πανσέληνον vocasse, quia re vera esset πανσέληνος, non autem, ut delirat more suo Clauius, quod esset proxima plenilunio, sententia auctore suo digna. Quare enim Computorum Græcorum veteres magistri, in quibus Maximus Monachus, quærunt verum πανσέληνον, non autem XIIII Lunam, si Terminus Paschalis non est πανσέληνος; Nunc subijciam integrum circulum enneadecaetericum nouiluniorum Paschalium ab an. Christi Dionys. 1584, qui fuit secundus editionis Lilianæ, cum annis Christi, num. aureo, litera Dominicali Liliana, & mensibus Lilianis; primum quidem quomodo ex medio motu Lunæ nouilunia statuenda sunt: deinde secundum vulgarem modum æquabilium Epactarum, quem solum agnoscit Lilius. Nos ex vetustissimorum Computatorum sententia, Panodori, Aniani, Maximi monachorum Terminum Paschalem possemus XV Lunam a iugo & coitu luminum vocare, hoc est ipsum plenilunium. Hic mare cælo miscuit Clauius. Negat hoc conuenire usui Ecclesiastico. Annis Christi 1584, 1585, 1586, 1589, 1591, 1594, 1595, 1596, 1597, 1600, 1602, nostra XV Luna fuit eadem cum quartadecima Clauij, ipso plenilunio. Quare igitur a nobis negat faciendum exemplo Computatorum veterum, quod ipsi imprudenti toties totiesque excidit ἀμεθοδεύτως vulgi Epactas secuto; & nouilunio a suis sedibus summoto propter signum ✱ Kalendis Martij appositum? In reliquis septem cycli annis conuenit illi nobiscum in nouilunio, propterea quod, ut sæpe diximus, Epactæ non indigent æquatione, & verum nouilunium sine castigatione possunt indicare: quod quidem in annis contigit, 1587, 1590, 1598, 1599. Et tunc Pascha potuit celebrari in ipso plenilunio, aut ante plenilunium, ut contigit anno 1598, siquidem Adar pro Nisan assumatur, propterea quod Clauius ex consuetudine sua quartamdecimam assumpsit, quæ nobis est XV, in qua plenilunium die Dominica. Ideo quum eo anno neomenia Clauiana putata sit a coitu luminarium, & eadem fuerit cum neomenia methodi nostræ, quartadecima eius fuit ante plenilunium, præter morem ipsius Clauij, cuius quartædecimæ incidunt fere semper in plenilunium. Ideo Dominica Paschalis contra Canonem Nicenum celebrata est ante plenilunium, crasso, & ridiculo errore. Nam plenilunium commissum fuit ea Dominica aliquot horis post meridiem. Vnde colligere potes, idem nos facere posse, quod Clauius, si terminum Paschalem ponimus quintadecima die a iugo Lunæ. Anno igitur 1598, terminus Paschalis, vel XV Luna Clauij, incidit in diem XXII Martij, die Dominica. Ideo translatio solennitatis in sequentem Dominicam facienda fuit. Hoc & simile deliramentum nunquam contingere potest in methodo nostra, si terminum Paschalem statuamus in XV Luna. Atqui in Prolegomenis editionis nouæ diserte monetur mirum videri non debere, si Epactæ uno die serius nouilunium indicant: quia, inquiunt, malumus peccare morando nouilunia, quam anteuertendo. Ergo quartadecima Clauij est quintadecima Luna, & proinde plenilunium. Hoc nos in nostro Elencho monueramus. Tantum abest, ut animaduersio illa Mathematicum deterruerit, ut ea ad sententiam nostram oppugnandam utatur. Fatetur, & negat. Quid enim aliud potest, qui tergiuersari instituit? Rem nouam & miram docet, quam omnes, præter Clauium, hactenus ignorabant: in Ephemeridibus aliquando plenilunia post XVI diem a coitu luminarium fieri. Quare non addit aliquando XVII die a plenilunio coitum utriusque sideris confici, aliquando, a XIIII die? Deinde cur in re vulgatissima Ephemeridum fides aduocatur, quasi tirones astronomiæ ignorent maximum discrimen medij & veri motus Lunaris esse maius XIIII horis, minus XV? Sed rarissime hoc contingit. Itaque nescio quare hoc obiecit, quasi mirum, aut sibi soli notum. Noster epilogismus init neomeniam a meridie antecedenti astronomice, & ciuiliter ab occasu Solis. Consulat Ephemerides suas. Animaduertet non opus esse μορμολυκείῳ illo, quod ex Ephemeridibus didicit, caussas autem ignorauit. quas si sciisset, potius illis ad argumentum suum, quam Ephemeridum auctoritate, usus fuisset. Quod si interdum rationes nostræ Ephemeridum terminos non assequuntur, quanuis hoc rarissime accidit, non est culpa epilogismi nostri, sed inæqualitatis καὶ ἀνωμαλίας sideris: quæ, ut dixi, ut rarissime euenit, ita, quando euenit, ferenda est, & non propter illam uniuersa methodus damnanda. Quum igitur Clauius ipse moneat suas neomenias tardiores esse uno die, quam Ephemerides, & ratio motus Lunaris indicant, ne scilicet peccetur anticipatione, quam Græci Computatores προέμπτωσιν vocant, quid manifestius ostendere potuit terminum Paschalem Clauianum esse plenilunium? Sæculo Diocletiani, a quo incipit τὸ πασχάλιον, neomenia prima Paschalis erat XXIII Martij, & tunc V Aprilis erat XIIII Luna. post aliquod cyclos, V Aprilis cæpit esse XV Luna, id est plenilunium. Tunc exorta sunt examina Computatorum Ecclesiasticorum, qui XIIII Lunam vocarunt plenilunium. Et quidem re vera erat plenilunium. A sæculo Diocletiani, ad nos, facta est προήγησις dierum solidorum IIII, ut ratio ipsa indicat,

indicat, & omnes etiam Liliani fatentur. Quare quum primo aureo numero neomenia esset in XXIII Martij, nunc ea conficitur in XIX: ubi nos epactam numeri primi XI apposuimus convenienter & rationibus Lunæ & veteri Paschali Niceno, siue Diocletianeo. Quod autem Epactam I, quæ in anno reformato, aureo numero primo competit, Clauius non in XXIX Martij sui, quæ diei XIX Martij Iuliani respondet, apposuerit, non hoc iudicio fecit, sed quia Kalendis Martij * nota apposita est, ideo a vera sua sede epacta primi numeri aurei, & deinceps aliæ omnes per totum aurei numeri orbem alienas sedes occuparunt. Certe anno Christi 1596 nouilunium confectum est in XIX Martij Iuliani & XXIX Liliani. Idem fiet anno non bisextili 1634. At anno 1615 in XX Martij Iuliani, & XXX Liliani, propterea quod non semper ad eandem diem Iulianam neomeniæ cyclorum redeunt; ut, exempli gratia, annus primus Iudaicus cæpit a VII Octobris, vigesimus a VIII. Idque præcipue propter unam caussam accidit, quod nisi uno die serius enneadecaeterides redirent, accideret, ut ultima cycli Lunatio esse tantum XXVIII dierum: quod accurate suo loco a nobis discussum est. Si igitur Clauius Kalendis Martij Epactam XXIX statuisset, & ordinem a nobis institutum secutus esset, eius termini perpetuo ijdem essent, qui Niceni, & Diocletianei. Atque huc quidem nos deduxit disputatio περὶ ἀντικαταστάσεως, quæ non solum in anno Tropico committitur κατὰ τὴν ὑπόληψιν σεληνιακήν, sed etiam in Iuliano κατὰ τὴν προήγησιν ἰσημερινήν. Quod autem de Pascha anni 1598 diximus, id exempli tantum gratia fecimus, siquidem Adar pro Nisan assumatur. quod quum factum sit in anno illo, peccatum est dupliciter, tum quod Adar pro Nisan assumptus est, tum quod etiam hoc modo peccatum est, quod Pascha ante plenilunium celebratum est. Quod eo anno Adar male pro Nisan assumptus est, patet, quod numerus aureus III nondum incurrit in caussam ἀντικαταστάσεως. Terminus enim Paschalis numeri III aurei est in IX Aprilis Iuliani. Qui igitur fieri potest, ut quartadecima Adar perueniat ad XXI Martij Iuliani? Magna & stupenda fuit cæcitas illa: de qua toties, & de caussis earum rerum, a nobis disputatum est.

CANON OCTAVVS.] Hic animaduertendum mensem Iudaicum veterem vocari eum, qui per ὑπόληψιν σεληνιακήν in consequentia summotus est. Nam hoc sæculo Marchesvvan Iudaicus non potest hærere VI diei Zygonos, sed longe in consequentia pessum abijt, alio mense in eius locum succedente, quæ est doctrina τῆς ἐκβολῆς καὶ τῆς ἀντικαταστάσεως: quam proxime tractauimus.

CANON DVODECIMVS.] De præcessione locali non minor velitatio inter Astronomos coorta est, quam de Temporali. Si nobis de modo anni siderei certo constaret, minus sane laboraremus, & tamen nondum confecta res esset. Nam certum punctum Eclipticæ oportebat a veteribus deprehensum esse, item aliud ab hodiernis artificibus, ut ex interuallo interiecto & modus anni siderei, & προήγησις localis certo definiri posset. Sed quem veteres & hodierni Astronomi locum Eclipticæ determinant, is potius περὶ ὅ, quam ἐν ᾧ dici potest. Nos momenta istius præcessionis, quæ proxime a vero abesse visa sunt, sumpsimus tantisper, dum certiora a summis viris ex obseruationibus adferantur. Nam illorum est obseruare, nostrum illorum definitionibus stare.

IN CAPVT QVINTVM.

KALENDARIVM ANNI HIPPARCHEI.] Quod veteres varias poriodos Lunares instituerint, & ex illis anni Solaris modum ostendere conati sint, tam certis, claris, ac validis argumentis olim ex Censorino, & alijs vetustioribus monimentis demonstrauimus, ut nihil pertinaciæ relictum sit, quod manifestæ rei opponere possit. Nam & Harpalus ex sua Octaeteride, & Meton ex sua Enneadecaeteride, Democritusque, & Philolaus, ac denique Oenopio Chius ex suis magnis periodis Lunaribus idem demonstrare tentarunt. Omnino nullus veterum ab Harpalo, ad Ptolemæum, extitit, qui modum anni Solaris ad reuersiones Lunares non exegerit. Iccirco quoties obseruationes suas instaurabant, cyclos Metonicos absolutos expectabant, tanquam eorum conuersio esset terminus, ad quem omnes obseruationes suas referrent. Aristarchus ab obseruatione Metonis Solstitiali expectatis octo cyclis Metonicis, ita obseruationem suam aggressus est; Hipparchus XV cyclis ab Aristarcho, Ptolemæus totidem cyclis ab Hipparchi æquinoctio verno. Calippus Cyzicenus in quatuor cyclis Metonicis unum diem, Hipparchus unum etiam in totidem Calippicis periodis abundare animaduerterunt. Calippus verum anni modum existimauit eum, qui etiam est anni Iuliani, dierum CCCLXV, & quadrantis diei. Hipparchus vero In quatuor Calippicis periodis suspicatus est de quadrante detrahendum hor. o. $\frac{1}{4}$ $\frac{11}{44}$ $\frac{15}{75}$. hoc est scrupula Iudaica 85 fere. ut anni

anni modus secundum Hipparchum fuerit dierum 365. hor. 5. $\frac{\prime}{55}$. $\frac{\prime\prime}{15}$ $\frac{\prime\prime\prime}{13}$ & in 304 annis, quæ sunt periodi quatuor Calippicæ, unus dies pereat supra rationes Calippi & Iulianas. Idem quoque censuit Ptolemæus, quamuis neglectis annis quatuor, in CCC annis sancit unum diem tollere. Tametsi Hipparchus non solidum diem excurrere in quatuor Calippicis periodis fatetur, quum dicat in totidem annos σχεδὸν unum diem, non autem solidum accrescere: tamen putauit ad periodum ciuilem constituendam satis esse interuallum annorum 304, quod Censorinus diserte docet. Rab vero Adda Bar Ahaba vir sæculo suo Iudæorum doctissimus, pensitatis Hipparchi rationibus, ex quibus Enneadecaeteris Lunæ minor est una Enneadecaeteride Calippica hor. 1. 485, hoc excessu in XIX distributo, collegit hor. 0. 82. $\frac{7}{19}$ deducendum esse de quadrante Iuliano, siue Calippico, ut modus anni sit dierum 365. hor. 5. 997 $\frac{12}{19}$, vel, quod idem est, $\frac{48}{76}$. quanquam vetustissimi Iudæi alia via ad hoc peruenisse dicunt: & eodem res recidit. Scribunt enim, quod IIII Tekuphæ sint in anno, ergo in XIX annis erunt quater XIX, id est LXXVI. Ideo hor. 1. 485 in 76 distributis, deprehendisse Tekupham esse dierum 91. hor. $\frac{20}{1080}$. $\frac{45}{76}$. Quæ si quater multiplicentur, prodibit idem modus anni, dier. 365. hor. 5. 997. $\frac{48}{76}$. Illa autem 76 scrupula secundaria vocauit רגעים, id est momenta. quod nomen etiam veteribus Computorum Ecclesiæ Romanæ magistris usurpatur. Ideo ab auctore nos ea vocauimus Momenta Rab Adda. Hoc verum esse auctores ipsos Iudæos dabo: השׁעה ותפ״ה הלקים הנותרים בכל מחזור לדעת שמואל כידוע לבעלי העבור הוארב אדא חלק אותה השׁעה ותפ״ה חלקים ע״ו הכמת התשׁבורת בין ע״ו תקופות שׁבכל מחזור אשׁר מפני זה חלק כל חלק לע״ו חלקים שׁניים וקרא להם רגעים : והגיע לכל תקופה ותקופה מע״ו תקופות המחזור ך׳ חלקים מ״ה רגעים. *Horam, & CCCCLXXXV scrupula excurrentia in omni cyclo ex sententia Samuelis, ut constat omnibus auctoribus Computi, is Rab Adda illam horam, & CCCCLXXXV scrupula distribuit per scientiam fractionis arithmeticæ in omnes LXXVI Tekuphas, quæ sunt in cyclo. adeo ut unum quodque scrupulum diuiserit in LXXVI scrupula secunda, quæ vocauit Momenta: & singulis cycli Tekuphis competunt XX scrupula, XLV Momenta.* Hæc quidem elegantissime. Quatuor in omni anni typo consideranda, modus anni, descriptio mensium, caput anni, Titulus, siue epocha temporis. Modum anni iam tenemus, dierum 365. horar. 5. 997. $\frac{48}{76}$. ita ut in fine cycli nulla reliqua fiant scrupula horaria, aut momenta scrupularia. Iterum Iudæi de Rab Adda: החמה עם שׁנות הלבנה בכל מחזור ומחזור בצמצום גמור בלי שׁום יתור או חסור אפילו רגע אהתכאופן שׁלפי חשׁבונו יכלו שׁנ׳. *ita ut secundum rationem eius desinant ann. Solis cum annis Lunæ in singulis cyclis æquatione absoluta sine accessione aut decessione vel unius momenti.* Quare Rabbi Haie Hispanus tradit hunc esse verum anni Hipparchei modum. Descriptionem autem mensium docet Tekupharum situs, quum in omni cycli anno semper immutabili ordine sedes suas obtineant, ita ut Tekupha Nisan in anno primo cycli semper hæreat in neomenia Nisan Lunaris, in secundo anno in XII Nisan, & sic deinceps. quod quanquam in quauis descriptione mensium Solarium obseruari potest, tamen magis consentaneum rationi est, ut menses isti Solares alternis pleni, & caui describantur, & XI Epagomenæ, quibus Sol Lunam superat, in calce adijciantur, non utique quod ita eos menses Rab Adda ordinauerit. Iulianorum enim mensium descriptionem inactam reliquit, ut Adar siue Martius, sit XXXI dierum, Nisan siue Aprilis XXX, Ijar, siue Maius XXXI. Sed ideo nos hanc formam proposuimus, ut ostenderemus id proprium esse huius anni Hipparchei, ut nouiluniorum epochæ semper in ijsdem diebus mensium Lunarium hæreant, ut opus non sit epactis mensium, quibus opus est in descriptione mensium Iulianorum, qua Iudæi Palæstini, & Samaritæ hodie utuntur. Quemadmodum enim non satis est annum esse tropicum, nisi in segmenta cælestia descriptus sit, ita non satis est huic anno ad hanc formam Hipparchi describi, nisi & menses illi conuenientes adhibeantur. Caput anni est a Tekupha Nisan, quod nobis tacentibus satis indicant veteres Iudæi, qui Rabbi Hillel Iudæorum principem Computum suum, qui hodie in usu est, super Tekupha Rab Adda fundasse dicit. Nam & Tekuphæ secundum Hillel a Nisan incipiunt, non a Tisri. Titulus, siue Epocha temporis, primum fuit sine dubio ab anno correctionis ipsius Adda. quod hactenus Samaritæ obseruant. Nam Rab Adda Tekupham primi sui Nisan instituit a nocte, quæ antecedebat diem secundam Aprilis. Deinde Rabbi Hillel Computo suo altius a 4104 annis repetito, eandem primam Tekupham Rab Adda retinuit in nocte nimirum quæ secuta est Kalendas Aprilis. ita ut secundum Hillelis computum Tekupha Rab Adda hodie ascenderit in XV Martij in annis 5364, a sæculo autem ipsius Hillel tantum ascensionem fecerit in noctem, quæ sequitur XXVI Martij. Nam a sæculo Hillel, ad nos, πρόσθεσις quatuor νυχθημέρων facta est, quantum scilicet est inter vesperam XXVIII Martij Iuliani, & vesperam Kalendarum Aprilis. Quæ vera est caussa, cur hodie Neomenia Nisan Samaritani concurrit cum nocte, quæ sequitur XXVIII Martij Iuliani. Eam nos olim

ignorabamus, quum Samaritanum Computum ederemus. Samaritæ enim anno hoc Hipparcheo utuntur. Post aliquot cyclos Nisan Samaritanus ascendet ad xxviii noctem Martij, & ita deinceps per collectiones 304 annorum. Sed huius anni mensium tam Iudaicorum, quam Samaritanorum descriptio mere Iuliana est, modus anni Hipparcheus. & quanuis Samaritæ Iudæos inexpiabili odio prosequuntur, tamen eos hac in parte, ut & in multis alijs, sequuntur. Iudæi vero Palæstini hodie Tekuphas Rab Adda obseruant; annis non a sæculo Hillel, sed ab eius Computo, deductis, quorum initium consurgit ab anno 954 periodi Iulianæ, Cyclo Solis secundo, feria quarta, initio noctis Kalendarum Aprilis, unde Iudaice incipit dies secunda Aprilis. In hoc igitur typo Epactæ æquabiles perpetuo tenore sine ulla mutatione in eadem die nouilunia ostendunt; modo initium sumatur a confecta Tekupha. quo neglecto, epactæ indigent castigatione. Alioqui peccabit κατὰ προέμπτωσιν in anno intercalari, aut κατὰ μετέμπτωσιν, quando Lunæ annus est ὑπερήμερος. & alia præterea, quæ superiori Capite a Clauio, Lilio, & Lilianis peccata esse indicauimus. Quia vero Lunæ enneadecaeteris cum Ennedecaeteride Hipparchea paria facit, & nullum discrimen inter vtranque relinquitur, propterea Epactæ in hac anni forma sunt immutabiles, neque μεταβολὴ locum habet quum in anno Iuliano in antecedentia post annos 304, in Tropico in consequentia post 228 transitum faciant. Hoc ille tres formæ commune habent, quod dies intercalaris epactarum tenorē labefactat. Rursus, quod supra ostendimus ultimo mense Lunari cycli, secundum Epactarum æquabilium dispositum, semper esse xxviii dierum tantū, id in hac specie anni cernitur. Nisan enim nonusdecimus statuitur in die xiii Adar Solaris: a qua die, ad neomeniam Nisan Solaris, interiecti sunt tantum dies xxviii. Atqui nullus mensis Lunaris maior est xxx, nullus minor xxix dierum. Hoc fit propter iiii dies intercalares, quæ sunt semper in Enneadecaeteride, quas Epactæ æquabiles repræsentare non possunt. Vnde nata sunt ὑποτομὴ σελήνης, quam Saltum Lunæ nostri vocant, & alia errorum argumenta. Nam in cyclo propter quatuor bisexta tres anni sunt ὑπερήμεροι, id est, ccclv dierum, & quartum bisextum accidit ultimo mensi, ut sit xxix dierum solidorum. Ideo, quod alibi accurate discussimus, sæpe fit, ut neomenia primi mensis Enneadecaeteridos uno die tardius committatur, quam in cyclo antecedente. Itaque primo anno Iudaico neomenia Nisan Lunaris conueniebat cum neomenia Solaris. Anno vigesimo Iudaico, qui erat primus cycli secundi, character Nisan Lunaris fuit 7.2.57. hoc est feria septima. character vero anni fuit 6, qui cum regulari secundæ diei Nisan Solaris componit feriā septimam. Ergo secunda Nisan Solaris iniuit neomenia Nisan Lunaris, uno die serius, quam in primo anno Iudaico. Hæc omnia ignorarunt Liliani, & omnium maxime Clauius. Quamuis hodie cum Iulianorū mensiū descriptione hic annus inter Iudęos & Samaritas in Palæstina locū habet, tamē operę visum fuit ita, ut ab Adda concipi debuit, per menses solares alternis plenos & cauos, eius typū hic lectori proponere. Nā pulcherrima eius specie est, & multa cognitu digna continet, pręsertim in ijs, quę ad Epactas & Lunarē doctrinā pertinēt.

TABVLA PRIMA. CYCLVS SOLIS.] In hac anni forma character annorum 393 colligit 7.0.$\frac{29}{1080}$ $\frac{16}{76}$. id est feriam septimam cum scrupulis primis horarijs minus quam duobus. Itaque in annis 11790 vix colligitur hora una. ad mutandum autem feriam opus est annis plusquam 282960: quæ periodus quum sit immanissima, tuto negligi possunt scrupula Iudaica 29, cum 16 momentis Rab Adda, quæ sunt minus quam trigesima pars horæ. Omnis enim annorum collectio, cuius character complet feriam septimam pure, complebit etiam ordinem feriarum. & in hoc casu dies intercalares cum annis ipsius periodi componunt numerum septenarium, quanquam ex definitione viii Capitis antecedentis annos periodi oportebat esse numerum quaternarium ad periodum ciuilem constituendam. Sed in formanda periodo Tropica ratio habetur bisexti Iuliani, quia modus anni Tropici constituitur ex peremptione excessus quadrantis Iuliani supra annum Tropicum, periodus autem Tropica ex peremptione unius, aut plurium bisextorum Iulianorum, quæ quum redeant quarto quoque anno, perimantur oportet in quodam quadriennio: & propterea ex quadriennijs constare debet omnis periodus Tropica. Ast annus Hipparchi, quamuis ab ipso auctore Tropicus esse putatus est, tamen progressu temporis deprehensus est nihil ad rationem tropicam, sed ad Lunarem tantum, pertinere. Ideo iste cyclus non est Tropicus. Non enim ullam cum anno Tropico cognationem habet. Tamen, quod notandum est, quamuis hæc periodus non est Tropica, est tamen Tropicæ pars. 393 enim sunt tres quadrantes periodi Tropicæ annorum 524, quæ est quarta ordine in numero septem periodorum, & quam non dubitamus omnium optimam & absolutissimam esse, ideoque nullam aliam esse, præter illam.

TABVLA TERTIA ἀπολείψεως *Hipparchi.*] Ἡ ἀπόλειψις anni Hipparchei fit καθ' ὅ προήγησιν ἰσημερινῶν in annis prope 233 secundum Tetracosieterida. Hoc est, si periodus annorum 400 est vere

est vere Tropica, ὑπόληψις Hipparchea committitur in annis 233, & æquinoctia anteuertunt annum Hipparchi die uno. Sin autem periodus quarta annorum 524 est vere Tropica, (Tropica vere nobis videtur) æquinoctia annum Hipparcheum fere biduo prægredientur. Nam in 524 annis Tropicis fit προήγησις quatuor dierum, in 304 annis Hipparchi unius tantum diei.

TABVLA QVINTA.] Sola hæc anni Hipparchei species perpetuas Epactas habere potest. In reliquis anni formis illæ locum non habent. Eæ autem sunt duplices, plenæ & cauæ, ita dictæ a mensibus plenis & cauis, quibus competunt. Exemplum: Epacta x est plena congruens sex mensibus plenis, & Epagomenis. Huic respondens Epacta xi conuenit reliquis mensibus cauis undetriginta dierum. Atque hæ quidem Epactæ alternis plenæ & cauæ conueniunt mensibus Solaribus alternis plenis & cauis. In Typo autem Samaritano, cuius menses mere Iuliani sunt, modus autem anni Hipparcheus, Epactæ quidem omnino sunt perpetuæ, non tamen alternis plenæ & cauæ, sed opus est ad nouilunia deprehendenda doctrina Canonum x, xi, xii Capitis tertij. Porro hæc Tabula duplex est. Prior pars continet Epactas Lunares unius cycli perpetuas: altera epactas Solis in uno cyclo Solari. Epactæ autem Solis nihil aliud sunt, quam excessus eius supra Lunam in anno Hipparcheo, quarum nonadecima est metus mensis Lunaris.

DEFINITIONES.

I Διάφορον, *siue differentia.*] Differentia anni veri Hipparchei & Iuliani est scrup. 5. 33. 20, & pauxillo amplius. Eius autem anni modus dierum 365, hor. 5. 55. 23. 20. Sed Ptolemæus, neglectis IIII annis, in 300 putat unum bisextum perire in modo Iuliano. Itaque eius annus fuerit dierum 365. hor. 5. 54. 55. vnde monstrum inauditum adparentis æquinoctij creatum est a recentioribus, præsertim ijs, qui post editionem Tabularum Prutenicarum de hac re scripserunt. Ego quid sit apparens æquinoctium, nescio. & merito. Nullum enim est; quum Æquinoctium momento ἀῤῥήτῳ conficiatur, & nullum aliud sit. At fabula hodiernorum artificum dicit hoc sæculo annum apparentis æquinoctij esse dierum 365. hor. 5. 55, 42. Et quum hoc statuunt, ignorant, eos, ex quibus hoc expiscati sunt, Copernicum & Reinholdum, voluisse ut obseruationes Ptolemaicas cum Hipparcheis, ita modum anni Hipparchei cum veri anni Tropici modo conciliare. Sed hæc castiganda sunt, & tollenda de Tabulis. ut quædam alia, quæ non sunt unius assis, cuiusmodi motus Libramenti, & cætera, quæ qui negligit, imperitis Mathematicastris pro indocto vapulauerit.

II Προήγησις *Hipparchea.*] Quamuis in annis 304 desunt diei solido scrup. 880, tamen verum est, post annos 304 unius diei προήγησιν fieri, quorum character est 1. 0. 880. Itaque quum anni primi initium fuerit a feria IIII, secunda Aprilis, post 304 annos, incipiet a feria quinta, Kalend. April. post 608 annos, a sexta, XXXI Martij: post 912, a feria septima XXX Martij. & sic deinceps, donec ex scrupulorum 880 incremento colligatur dies solidus: quod non continget, nisi post annos 7562. in quibus fit προήγησις σεληνιακὴ dierum 24. 0. 690, quum tamen ultra XXIIII periodos Hipparcheas, supersint cycli XIII.

VI *Mensis.*] Hæc fortasse fuerit mens Rab Adda, ut menses Solares essent alternis pleni & caui, & ratio ita postulat: tamen Samaritani, ut diximus, & Iudæi Palæstini meris mensibus Iulianis hodie utuntur: modo anni tantum differunt a modo Iuliani.

VIII *Epagomenæ.*] Attende quæ monstra pariat æquabilitas Epactarum. Nos alibi ostendimus omnem Lunationem ultimam cycli esse tantum XXVIII dierum, si ducem epactam æquabilem sequamur. Hic vero alia non minor absurditas ostendetur. Nam quemadmodum in altera mensis Lunaris minor uno die committitur, ita in hac maior fiet una die. Vtrunque ineptissimum. Nisan Lunaris in secundo anno cycli est in prima Epagomenon, & Ijar sequens in XX die Nisan Solaris, ut ratio exigit. Sed si intercalatio incidit in cyclo secundo, hoc est, ut Epagomenæ fiant XII, tunc a prima ἐπαγομένων, ad neomeniam Ijar Lunaris, siue ad XX Nisan Solaris, erunt dies XXXI: quod excedit modum mensis Lunaris, & committitur crassus, stupidus, & fœdissimus error, quem ut non præuiderunt, ita declinare non potuerunt, Liliani, & conciliabulum Clauij, qui est auctor tam ridiculi commenti. Nam post quintam Februarij quæcunque Epacta curret eo anno, si interuenerit bisextum, ea concipit Lunationem Februarij dierum XXXI. quo quid potest esse alienius a rationibus Lunæ, a dispositu mensium Lunarium, ab usu denique omni temporis ciuilis? Ne igitur hoc committatur, Lunæ motus medius huic incommodo cauebit, ad quem Epactas dirigimus, non contra, motum Lunæ & nouilunia ad Epactas, ut vulgus, Lilius, & pertinax huius prauitatis assertor Clauius. Esto primus cyclus Iudaicus. Epacta perpetua erit XXIX, ut ex Laterculo Tabulæ quintæ constat. Ponamus eam non indigere castigatione, & neomeniam Nisan Solaris con-

laris concurrere cum neomenia Nisan Lunaris. Omnino Nisan cycli secundi incidet in primam Epagomenon, siquidem annus Lunaris non fuerit ὑπερήμερος, id est fuerit ordinarius, & dierum CCCLIIII, non CCCLV. Itaque Epacta XXIX adhuc non indigebit castigatione. Esto character anni Solaris adhuc currentis feria tertia, quæ composita cum 4 regulari primæ Epagomenon dabit feriam septimam nouilunij Nisan anni secundi cycli. proinde neomenia Ijar incipiet a feria secunda. Quia igitur anni adhuc currentis character est 3, & in fine anni intercalatum est, ut epagomenæ sint XII, non XI, ergo character anni sequentis erit 5. Diximus neomeniam Ijar debere secunda feria inire. Character autem anni cum regulari 4 XIX Nisan Solaris, abiectis 7, dat feriam 2. Ibi igitur est neomenia Ijar, non in XX. Ita medius motus Lunæ, & character neomeniæ occurrunt omni vitio æquabilitatis Epactarum. Omnino quoties Epacta non indiget castigatione, in anno bisextili, nouiluniorum sequentium situs anticipatur. Idem dicas de omni anno Solari, & Tropico. Quod tamen acuta mens Clauij capere non potuit, qui medium motum Lunæ pro norma habendum negat, propterea quod Iudæi eo vtuntur, & Iudæi sunt impostores, inquit. Itaque & Lunæ motus est impostor auctore Clauio, quia impostores Iudæi eo utuntur. Videtis acumen Mathematici. Ideo maluit bisextum in Lunæ dies insulcire, sine mutatione neomeniæ, ut mensem Lunarem constitueret dierum XXXI, quam ad regulam motus Lunaris, & ad nouiluniorum characteres, mensium fines dirigere. Vnde alij errores tanquam catena Chrysippea consecuti sunt, præsertim contubernium binarum Epactarum XXV, XXIIII in una statione excubantium: quo nihil stolidius excogitari potuit: quod quidem euitare non potuit, quia in antecedente die 25 epactam nigram cum XXVI rubra maritauit. cuius caussam alibi reddidimus. Quæ omnia incommoda, deliria, somnia euitare potuisset, si ad nouiluniorum characterem Epactas, non autem nouilunia ad epactas, exegisset. Hoc enim rustici κὰναλφάβητοι faciunt, & veterum Computorum consarcinatores, qui ignoratione iucundissimæ & pulcherrimæ doctrinæ nihil aliud quam ludibrium posteris reliquerunt, & eos, qui se imitari vellent, deridendos propinarunt. Epactæ igitur ad nouilunium primum sunt castigandæ. Quod si castigatione non indigerent, sed in suo tenore æquabili nouilunia indicarent, bene cum hoc anno Hipparcheo ageretur. Residuum enim Epactæ, quod Ecclesia Aethiopica Matque vocat, semper præcise nos ad nouilunium manu duceret: & neque Iudæis, neque nobis ad nouilunia deprehendenda alio indice opus esset. Atque id plane est, quod Clauij nænia mihi in mentem reuocauit, fuisse Mathematicum, qui Epactas non retrogrado, sed directo ordine & per consequentia ordinaret, quæ, inquit, non minus nouilunia indicarent, quam Epactæ retrogradæ. Dignus sane histrio, qui talem plausorem nancisceretur. Nam Epactæ directæ illius gracchuli nihil aliud sunt, quam dies mensium, qui denotabunt nouilunia, si ab illis Epacta auferatur. Residuum enim est Matque, quod vocat Ecclesia Aethiopica. In anno primo numeri aurei, Epacta est XI. Residuum de triginta est XIX. Itaque secundum Mathematicum illum, XIX Martij erit Epacta. Rursus in anno secundo numeri aurei Epacta est XXII, complementum numeri triginta VIII. Ergo in secundo anno cycli, VIII Martij erit Epacta. Ecce Epactas in consequentia progredientes ordine directo, non retrogrado. Mensium enim dies ab unitate, ad triginta, contra, Epactarum ordo a triginta, ad unitatem, progreditur. Sed ne sic quidem vitatur retrogradatio. Nam dies quidem mensis procedunt directe, Complementa vero retrogrado ordine. primi enim anni Complementum est XIX, secundi VIII, tertij XXVII. diuinum sane inuentum, & quod acutissimus Mathematicus tanquam obicem opponeret. Nam quid est stultius, imperitius, stolidius, quam eiusmodi Epactas statuere? Quid iocularius, quam eas magnificare? Nam velim dicat Clauius, quid est expeditius, Epactas per deductionem XI, an per adiectionem XI continuare? Certe, nisi alia mens supra captum humanum Clauio data est, mihi videor potius expedire negotium, si XI ad XI adiecero, & rursus XI ad XXII, quam si XI de XIX, deduxero, & XI de XXXVIII. Hæc sunt oracula horum, qui se mathematicos iactant, & omnes ab hac doctrina, quam ne per somnium quidem viderunt, superbiæ fascibus summouent. Ex his acumen Mathematici Clauij, & aliorum deprehendas licet. Neque vero mirum videri debet, si nobis hoc μορμολυκεῖον ad nos territandos Clauius obiecit. Longe maiores nugas egit, quum scribit nos ex Argyrio petere debuisse modum Paschatis corrigendi. Eum auctorem Græcum nondum editum nos habemus, & eius sententiam de Paschatis correctione Latine a nobis conuersam edidimus, non ea caussa, ut eius rationes sequeremur. Est enim tam imperitus harum rerum, tam ridiculus, quam Clauius; sed ut ostenderemus non apud Latinos solum motam quæstionem fuisse de Paschate corrigendo, sed etiam apud Orientales. Ex quibus eruditus Lector iudicare potest, quantus vir & cuiusmodi in hac doctrina sit Clauius, qui tam futilem auctorem no-

rem nobis imitandum fuisse ausus est scribere. O quantū inscitiæ quam paucis verbis aperuit.

CANON TERTIVS.] Hic Canon per præcessionem Hipparcheam indicat veterem Tekupham Nisan secundum rationes quidem Rab Adda, sed ex methodo Computi hodierni Rab Hillel, qui post ipsum Addam scripsit. An a sua editione, aut ab epocha Seleucidarum, computum suum instituerit, id quidem nobis incompertum est. Certe secundum sæculum Rab Adda Tekupha esset hodie in xxix Martij, quæ est plane Tekupha Samaritana hodierna. Secundum Epocham Syromacedonum Alexandream, quæ Aera Contractuum Iudæis dicitur, esset in xxvii Martij. Omnino Epocha Samaritana deducitur a sæculo Rab Adda, aut Rabbi Hillel. Tekupha autem Nisan Rab Adda est feria quarta sine horis & scrup.

CANON QVARTVS.] Proxima animaduersione diximus Radicem Nisan Rab Adda esse 4.0.0.0. In Tabula septima huius Capitis coniecimus Tekuphas anni Hipparchei. A Tekupha Tisri anni primi Iudaici, ad Tekupham Nisan, quæ est prima Tekupha, sunt duæ Tekuphæ: quæ ex Tabula septima sunt hor. 14. 1038. 62. quibus deductis de prima Tekupha Rab Adda 4. 0. 0. 0, remanet antecedens Tekupha Tisri in primo anno Iudaico, feria 3. hor. 9. 41. 14, Radix Tekuphæ Tisri.

CANON VNDECIMVS.] Hoc iam supra expositum est, quum de mirifico illo Mathematico agebamus, qui Epactas directo ordine, non retrogrado, usurpabat. quæ nihil aliud sunt, quam Matque Aethiopicum, hoc est complementum Epactæ. Si illa complementa pro Epactis assumimus, ut habeamus epactam anni sequentis, deducenda erunt semper xi, quum contrario ordine fiat in Epactarum doctrina, quæ per incrementa undenarij numeri crescunt, Complementa vero, siue Matque, per decrementa, aut deductionem undenarij. Deinde Epactæ retrogrado ordine procedunt, Complementa directo, ut quæ nihil aliud sint, quā linea dierum mensis. Atque hæc est mirifica illius Mathematici doctrina, qui magis idoneum laudatorem, quam Clauium, inuenire non potuit. Cæterum, ut in Scholio huius Canonis notatur, Epactæ istæ locum habent in methodo manuali, quibus si utimur, hæc commoditas huius anni est, ut non indigeat epactis mensium ad ἕνην καὶ νέαν indagandam, sed tantum complemento epactæ. Vide doctrinam Canonum x, xi, xii Capitis tertij.

Hactenus de anno Rab Adda: de quo qui plura scire desiderat, adeat Caput Kiddusś hahodeś in priore parte magni operis Mosis Maimonidæ, pag. 207. ubi præstantissimam & historiam & doctrinam huius anni reperiet tam in verbis Mosis, quam in glossa. De anno vero Samaritano Hipparcheo nihil certo affirmare possumus, nisi eos instituisse initium anni sui anno cxci periodi Damascenæ quando Muharram Lunaris incidit in iii Aprilis, Dulhagiathi v Martij. Ab eo tempore nouilunium Martij illis vocatur Dulhagiathi, nouilunium Aprilis Muharram. Præterea quum eorum Nisan Solaris neomenia ascenderit hodie in xxix Martij, neomenia vero Adar Solaris in xxvi Februarij, colligitur manifesta προήγησις dierum quinque solidorum. Sed quia nihil certi nobis constat de hoc Samaritarum anno, malo equidem tacere, quam hariolando ludibrium debere.

IN CAPVT SEXTVM.

Annus cælestis aut mere Solaris est, aut mere Lunaris, aut mixtus. Solaris, cuius conuersio est ab æquinoctio, ad idem æquinoctium: aut a Solstitio, ad Solstitium: menses autem eius ad Zodiaci segmenta descripti sunt, qualis noster est, quem exposuimus Cap. iiii. Lunaris mere est, cuius menses ad motum Lunæ temperati sunt, alternis pleni & caui, componentes annum cccliiii dierum, qui ordinarius dicitur, aliquando etiam, quum medius motus Lunæ exigit, ccclv, qui annus ὑπερήμερος vocatur, ut apud Arabas semper de xxx, nouemdecim sunt ordinarij, undecim ὑπερήμεροι. Mixtum annum hic intelligo, qui aliquid utriusque sideris participat. cuius generis quemadmodum an unus annus dici possit, dubito, ita multos simul mixtos & esse, & dici posse, constat; cuiusmodi sunt omnes unius Enneadecaeteridos. cuius singuli anni sunt Lunares, non autem Solares, ne interueniente quidem embolismo: simul autem comprehensi sunt Solares, ut qui ab eadem die Solari, ad eandem, reuersionem faciant. Itaque Enneadecaeteris, si quidem eius conuersionem spectes, mere Solaris est: si singulorum annorum ratio habeatur, est Lunaris. Idem potest de Olympiade & Octaeteride dici, quæ per se consideratæ propius absunt ab vtriusque sideris rationibus: singuli autem earum anni neutri sideri conueniunt. Hoc fortasse habebat in animo doctissimus Rabbi Moses Maimonides: חָדְשֵׁי הַשָּׁנָה הֵם חָדְשֵׁי הַלְּבָנָה : וְשָׁנִים אֲשֶׁר אָנוּ מְחַשְּׁבִין הֵם שְׁנֵי הַחַמָּה *Menses anni sunt menses Lunæ. Anni autem, quos nos computamus, sunt anni Solis.* Idem erat, quod Oraculum Græcis præcipiebat, patria sacra obire secundum annos, menses, & dies.

Qui igitur annis mixtis utuntur, hoc aliter facere non possunt, quam per enneadecaeterida, ut Iudæi, qui ea utuntur emendatissima. de quorum diligentia curiosa, vel, ut verius loquar, superstitiosa, qua stante Templo in nouilunijs determinandis usi sunt, satis constat ex Capite *Roß haßana* in Talmud, & in Iad Maimonidæ, & passim in omnibus veterum Iudæorum scriptis. Quare nulla natio tam emendata Enneadecaeteride utitur, quam Iudaica, idque postquam relicta veteri Alexandrea periodo Calippica a rationibus Hipparchi mensium suorum caussas petiuit. Primus enim omnium Hipparchus mensis modum per horas, & scrupula horaria, ita ut hodie conceptus est, definiuit, nempe dierum 29. hor. 12. 793. Iudæi ex priscorum Commentarijs : אַבְרְכַס הַתּוֹכֵן הַגָּדוֹל הַיָּדוּעַ עִיֵּן בְּכָל הַחֶשְׁבּוֹנוֹת הַקְּדוּמִין מִכְּדֵי אַרְבַּע מֵאוֹת שָׁנָה עַל לִקּוּת הַלְּבָנָה וְהִגְבִּיל שָׁעוֹת חֲלָקִים רְגָעִים דַּקִּים עַד שֶׁכְּלַל חֶשְׁבּוֹנוֹ הָיָה מְכֻוָּן עִם חֶשְׁבּוֹן רז״ל כְּמִדַּת הַחֹדֶשׁ הַיַּרְחִי שֶׁהוּא כ״ט י״ב תשצ״ג : *Hipparchus ille Astrologus summus celeberrimus speculatus est epilogismos antiquos ab annis propemodum quadringentis super defectibus Lunæ: terminauitque horas, scrupula, momenta, & minutias: adeo ut summa rationum eius conueniens sit rationibus Doctorum nostrorum felicis memoriæ in modo mensis Lunaris, qui est,* 29.12.793. Igitur Templo adhuc stante mensis mere Lunaris Hipparchi in usum a Iudæis receptus erat: quo tempore an Iudæi neomenias a visione Lunæ, an ex scripto secundum modum ab Hipparcho definitum instituerint, iandudum Iudæi inter se velitantur, & adhuc sub iudice lis est. Tamen ex Talmud constat testes integræ existimationis, ϗ ἀμωμήτȣς a Iudicum consessu in montana mitti solitos penultima die omnium mensium ad nascentem Lunam speculandũ, ut ex eorum fide neomenia sanctificaretur. Et certe maior pars priscorum Iudæorum in ea sententia est, quod הָיוּ מְקַדְּשִׁין עַל פִּי הָרְאִיָּה, *sanctificabant (neomeniam) secundum visionem:* & testibus iurantibus se vidisse Lunam corniculatam, statim iudices clamabant מְקֻדָּשׁ מְקֻדָּשׁ *Sanctificata est, sanctificata est, (neomenia)* Sed huic curiositati interueniebant obices, quominus a visione Lunæ neomeniam instituere possent, ut tempus nubilum, & præterea inæqualitas veri motus Lunæ, & parallaxis visus, ita ut modo citius, modo serius neomeniam putare cogerentur. Tamen huic rei occurrit Glossa Talmud, etiam textus ipse: quod scilicet, quum mensis antecedens attigisset metas trigesimi diei, & tamen Luna visionis suæ copiam non faceret, tunc etiam Luna non visa neomeniam sanciebant. Alioquin rem absurdissimam incurrissent, quod mensem XXXI dierum concipere cogerentur. Atqui nullus Clauius eo tempore extabat, qui eos tam elegantem modum mensis doceret. Sed hæc non paucis discuti possunt. Itaque illis omissis, dicimus post excidium Templi posterioris, ut esset formula quædam perpetua anni ciuilis, quo pleraque omnis Iudæorum διασπορὰ uteretur, primo typum publicatum a Rabbi Samuele cognomine Iarhinai, circiter annum Christi CCXIII plus minus, quando Iudæis præcepit, ut relicta veteri Tekupha in VII Octobris, Tekupham Sosigenis Iulianam in XXIIII Septembris amplecterentur. Ipse etiam primus Iudæorum ex definitione mensis Lunaris Hipparchea deprehendit discrimen Enneadecaeteridos Iulianæ, & Lunaris esse hor. 1. 485. Quod Rab Adda bar Ahaba non multo post tempore perpendens, tam annum Iulianum propter illum excessum, quam Tekupham Rabbi Samuelis, quod eidem semper diei Iulianæ hæreret, improbauit. Igitur instituto eo anno, cuius formam superiori capite exposuimus, Tekupham suam primam statuit in nocte, quæ sequuta est Kalendas Aprilis, feria quarta, hor. 9.642 ante nouilunium primi Nisan sui, cuius nouilunij character 4.9.642, ut auctor est Rabbi Moses Maimonides omnium Iudæorum doctissimus simul, & acutissimus. Hinc κεϱομαχία & feruida contentio inter Iudæos coorta est, quum pars Samuelis, pars Addæ Tekupham sequeretur: quorum alterius Tekupha est in nocte post XXV Martij, ex editione Sosigenis Iuliana, alterius Tekupha, ut diximus, in nocte post Kal. Aprilis. Atque adhuc eæ factiones inter Iudæos feruent. Cui malo quum mederi vellet Rabbi Hillel Princeps anno Christi 344, annis XCIII ab obitu Samuelis, rationem iniuit, quomodo utrique factioni satisfieret, utriusque Magistri Tekuphas amplectendo. Non enim, ut censebat Samuel, præfracte & ex abrũpto a XXIIII Septembris orsus est, sed a prisca Tekupha Mosis, cuius mentio Exodi XXXIIII, 22, quam Iudæis Samuel extorquere conatus erat, & eam in XXIIII Septembris traducere. Iccirco ut veterem Epocham Mosis retineret, & nouam Samuelis, vel potius Sosigenis, non tolleret, quod anni congruunt diebus XIII προηγήσεως σεληνιακῆς, qui inter XXIIII Septembris, & VII Octobris interiecti sunt, tot annos ab initio Computi sui, ad illud tempus, numerauit, nempe 4104, ut suo loco fusius a nobis expositum est. Ab eo tempore, ad hanc usque diem, Iudæi, qui Tekupham Samuelis admiserunt, XIII dies de VII die Octob. deducunt, ad Tekupham Samuelis adipiscendam. Hoc modo satisfactum est Tekuphæ Samuelis, & alio modo Tekuphæ Rab Adda, quem supra exposuimus. Nam de nouilunio primo Nisan Rab Adda 4.9.642, deducto charactere sex mensium 4.4.438, relinquitur nouilunium Tisri antecedentis

tecedentis 2. 5. 204, epocha omnium nouiluniorum Tisri. Abraham Zacuthi, item Chronicon Germen Dauid, Moses Maimonides, alij: הלל הנשיא סדר העבור על תקופת רב אדא: *Hillel Princeps ordinauit computum super Tekupha Rab Adda. Rursus:* וכן כתב האצטגנין הגדול ר' יצחק ישראל בספרו יסוד עולם במאמר ד' פ"ט שעל פי חשבון תקופותיו ועבודיו אנו סומכין ונוהגין עד בא מורה צדק כאופן שכל ימי גלותינו אנו קובעין ומעברין מכח בית דין יפה אשר בארץ ישראל: והיה זה בשנת תרע לשטרות רצ להורבן דבית והיא שנת ד"א ק"ח ליצירה והוא נ"ל חשבון האמת יותר משאר החשבונות אשר גם בעל מאור עינים מאשר אותו יען אשר עליו הסכימו הרמב"ם: *Et ita scripsit Astrologus magnus R. Isaac Israel in lib. suo, cui titulus* FVNDAMENTVM MVNDI, *Tractatu quarto, Capite nono: quod nimirũ rationibus Tekupharum eius nos innitimur, & utimur, donec veniat Dominus iustitiæ (Messias) adeo ut omnibus diebus deportationum nostrarum nos neomenias determinemus, & intercalemus ex autoritate domus iudicij speciosa, quæ est in terra Israel. Contigit autem hoc anno* DCLXX *Contractuum, &* CCXC *desolationis Templi, quater milleno centesimo decimo octauo a creatione. Ipse autem Computus meo iudicio est verior cæteris Computis: adeo ut auctor libri luminaris oculorum magnificet eum, propterea quod in eum consenserunt R. Moses Maimonis* F, &c. Hoc caute tractandum. Nam Nisan ille, qui vocatur primus Nisan Rab Adda, cuius character 4. 9. 642. competit anno primo Computi hodierni. Atqui ille Computus post obitum Rab Adda ab Hillel excogitatus est. quomodo igitur potuit statuere suum Nisan super fundamento, quod post eius obitum a Rabbi Hillel institutum? Ego, si coniecturæ locus est, non dubito Rab Adda primum Nisan statuisse feria quinta. cuius character. 5. 1. 778, anno hodierni computi 4017, cyclo Iudaico 8, cyclo Solis Romano III, Aprilis II. & ab eo Nisan, deducto charactere septem annorum 5.15.158, deprehendisse Nisan anni hodierni Computi 4010, nempe 6, 10, 620. de quo si deducatur character septem mensium, remanebit Tisri eiusdem anni, 2.17. 469. CXI cycli sunt lapsi. quorum character 7.12. 265 de 2.17.469 deductus relinquit primum Tisri 2. 5.204, ut antea. Hæc procul dubio est mens eorum Iudæorum. Saltem ita esse, ratio ipsa loquitur. Est autem illustre testimonium illud, quod adduximus; estque munimentum coniecturæ nostræ firmissimum, quum, antequam in illud incideremus, odorati sumus huius computi editionem in annum Christi 344 competere, Computi ipsius 4105. XIIII enim tantum annis serius hic ponitur, anno Contractuum DCLXX, quum reformationis tempus congruat anno contractuum DCLVI. Nam qui viuebat anno DCLXX, potuit idem annis quatuordecim postea in viuis esse.

KALENDARIVM IVDAICVM.] Præter solennia legalia; & quæ post excidium prioris Templi instituta sunt, addidimus ea, quæ ex veteribus Iudæorum Commentarijs colligi potuerunt. Sed de omnibus consule notas nostras in Computum Iudaicum. Sunt autem hic angariæ a nobis positæ, quibus obeundis omnes Iudæi tenebantur. Fuerunt enim & locales quædam, quæ non ad uniuersam gentem Iudæorum pertinebant: ut, exempli gratia, anno Christi 1171, Iudaico 4931, quidam Iudæi in oppido Blesensi Carnutensis diœceseos, combusti fuerunt per calumniam quorundam Christianorum, die XX Siwan. ob eam rem indictum est ieiunium & Angaria, ut refertur in chronico Iosephi Sacerdotis. cuius hæc verba. *Iudæi autem Gallicenses & Insulares receperunt hunc amarissimum diem in diem luctus & Angariæ iussu Haggaon Rabbenu Iacob filij Rabbi Meir, qui scripsit: Maius esto hoc ieiunium, quam ieiunium Godoliæ, quia est dies Kippurim. Et receperunt Iudæi quod inceperant facere.* Ex his verbis videtur hæc angaria indicta fuisse solenni Kippurim, & ita duo ieiunia concurrisse, legale, & Blesense.

III Tisri. Kimhi Zachar. VII, 4. וגדליהו נהרג בראש החדש השביעי: ולפי שהוא יום טוב קבעו התענית למחרתו *Godolia vero interfectus fuit initio mensis septimi. quia autem ea est dies festa, statuerunt ieiunium postridie eius diei.* Mirum tertium diem mensis vocari postridie neomeniæ. Hoc modo enim essent duo Sabbata continua. Est hallucinatio. Præterea si ieiunium Godoliæ esset in secunda Tisri, quando neomenia Tisri est feria quinta, tria Sabbata continuarentur, neomenia, ieiunium Godoliæ in secunda, Sabbatum ordinarium in tertia. Est μνημονικὸν σφάλμα sine dubio.

V Tisri. *Rabbi Akiba filius Ioseph conijcitur in vincula, ubi moritur.*] An in carcere mortuus sit, dubitari merito potest. Nam videtur propter confessionem Iudaismi post expugnatam Bither fidiculis excarnificatus fuisse. Scribunt enim Talmudistæ fabulatores Mosi in visione prophetiæ Deum ostendisse Rabbi Akibæ carnem in marcello ad exagium appendi, & fidiculis sulcari. אמר לו למשה חזור לאחוריך והראהו שהיו שוקלים בשרו במוקלין וסורקין בשרו במסרקות של ברזל: אמר זו תורה וזו שכרה. *Dixit illi* (Deus) *conuerte te retro. & ostendit illi, quod appendebant carnem eius (Akibæ) in macello, & lacerabant carnem eius fidiculis ferreis. Respondit: Hæc est lex, atque hæc merces eius.*

VII Tisri. *Decretum contra Patres nostros.*] Negari non potest vetustissimum esse huius ieiunij institutum. Sed eius nullum hodie extat vestigium.

XXVIII Tisri. *Ioiakim combussit volumen.*] Ierem. XXXVI, 23.

XXIX Marchesvvan. *Dies ἐπαγομένη una.*] Quando ciuiliter annus fit abundans, id est ὑπερήμερος, appenditur una dies fini Marchesvvan, & ex cauo fit plenus, ne annus sequens incipiat ab אד״ו, hoc est a ferijs 1, 4, 6. Similiter, quum annus fit defectiuus propter eandem caussam, Casleu ex pleno fit cauus.

VIII Tebeth. Ieiunium. *Scripta est lex Græce diebus Ptolemæi.*] Quod Ierosolymis ieiunium indictum sit quotannis ob legem Græce ab Alexandriensibus Iudæis conuersam, quodque ob eam rem tenebras orbi terrarum incubuisse dicunt, satis hinc ostenditur, quam non volentibus Iudæis Ierosolymitanis ea lex in profanum sermonem traducta fuerit. At clamosi & maledici editores Irenæi scribunt tam gratum id fuisse omnibus Iudæis, ut solenne εὐχαριστήριον propterea institutum sit. An angarias, & ieiunia, & tenebras argumenta lætitiæ putent, ipsi viderint, qui nigrum in candida vertunt. Sed vide quid ad numerum Eusebianum MDCCXXXIIII animaduertimus. Porro ieiunia ista, quæ hic leguntur, digna sunt, quæ a studiosis considerentur, quia secundas partes ab historia biblica obtinent, utpote quibus Iudęi neque certiora, neque veriora, neque vetustiora historiæ monumenta habeant hodie. Nam hæc sunt πατροπαράδοτα, & quæ negari non possunt vera esse, quum in ritibus & in custodia temporum, hoc est in Fastis, recondita caussas veras instituti sui habeant.

V Sebat. *Moriuntur Seniores.*] Iudicum Cap. II, 7, 10. Neque vero intelligendum omnem illam generationem hoc die V Sebat mortuam fuisse: Sed ob eorum mortem ieiunium ab Ecclesia institutum: quia post eorum obitum populus ad idolorum cultum defecit, ut ibi declaratur.

XXIII Sebat. *Propter pellicem & idolum Micha.*] De pellice Iud. XIX. de Micha ibid. XVII.

VII Adar. *Ieiunium. Moritur Moses.*] Vnde collegerint Iudæi Mosem VII Adar natum, & eadem mortuum fuisse, nondum mihi constat. Sed de hoc vide in Eusebianis nostris. Idem dicas de obitu filiorum Aharon neomenia Nisan.

I Nisan, *Mortui filij Aaron.*] Mortui sunt die consecrationis suæ. Leuit. X. Consecrati autem sunt die octauo post erectionem Tabernaculi. Leuit. IX, 1. Erectum autem Tabernaculum neomenia Nisan anni secundi. Exodi XL, 17. Ergo octaua Nisan mortui sunt filij Aaron, Nadab, & Abiu. Quare errant Iudæi, qui neomenia Nisan extinctos credunt. Hæc clades contigit XXX Martij, feria III, die octaua Nisan anni secundi; ut iam diximus, Ichthyonos XXIX.

X *Nisan.*] Moritur quidem primo mense. Numer. XX, 1. Sed quota mensis, incertum. Videtur neomenia obijsse, quia hæc est consuetudo loquendi, ut quum dicimus illum mortuum esse Olympiade illa, intelligatur primo anno Olympiadis.

XVI Nisan. ΔΕΥΤΕΡΑ ΤΟΥ ΠΑΣΧΑ. ΕΒΔΟΜΑΣ ΔΕΥΤΕΡΟΠΡΩΤΗ.] XVI Nisan est, & vocatur, ἡ δευτέρα, vel ἡ ἐπιοῦσα, vel ἡ αὔριον τοῦ Πάσχα. & omnes Hebdomades, quæ ἀπὸ τῆς δευτέρας τοῦ Πάσχα, ad VI Sivvan, extenduntur, accipiunt denominationem ἀπὸ τῆς δευτέρας, ut, δευτερόπρωτος ἑβδομὰς, id est, πρώτη ἀπὸ δευτέρας τοῦ Πάσχα, δευτεροδεύτερος, vel δευτεροδευτέρα ἑβδομὰς, δευτέρα ἀπὸ δευτέρας τοῦ πάσχα. δευτερότριτος ἑβδομὰς, τρίτη ἀπὸ τῆς δευτέρας τοῦ πάσχα. Nam Iudæi interuallum, quod inter δευτέραν τοῦ πάσχα, & VI Siwan, interiectum est, & a Græcis πεντηκοστὴ vocatur, numerant מִמָּחֳרַת הַפֶּסַח ἀπὸ τῆς δευτέρας τοῦ πάσχα, quem numerum vocant סְפִירוֹת הָעוֹמֶר, *numeros*, siue *Aeram Omer.* Nam τὴν δευτέραν τοῦ Πάσχα etiã vocant Omer, quia tunc Omer, siue manipulus frugum, offertur Deo. Leuitici XXIII, 11. Hodie, inquam, non aliter eos dies numerare solent. Sic libro Iohasin pag. 35. b, XVIII Ijar vocatur trigesima tertia Omer ל״ג לָעוֹמֶר. Sed veteres Hellenistæ vocabant illud interuallũ ἀριθμὸν τῆς δευτέρας, numerum, siue æram postridie Pascha, quia a die postridie Pascha initium sumit ἡ πεντηκοστή. Ideo hactenus imperite τὸ δευτερόπρωτον accipitur vulgo, quod putent compositum ex duobus illis δεύτερον & πρῶτον. quum sit compositum ex δευτέρα, & πρῶτον. Nam altero modo esset præposterum Sabbatum, altero primum Sabbatum a postridie Pascha. Rationem huius rei pete ex Leuitici XXIII, ubi in LXX Ἑλληνιστῶν interpretatione ἡ ἐπιοῦσα dicitur, non δευτέρα. Apud Iosephum vero diserte δευτέρα, pag. 82. cuius locus huc producendus est: τῇ δὲ δευτέρᾳ τῶν ἀζύμων ἡμέρᾳ (ἕκτη δὲ ἐστὶν αὕτη καὶ δεκάτη) τῶν καρπῶν, οὓς ἐθέρισαν, (οὐ γὰρ ἥψαντο πρότερον αὐτῶν) μεταλαμβάνουσι. καὶ τὸν θεὸν ἡγούμενοι τιμᾶν δίκαιον εἶναι πρῶτον, παρ' οὗ τῆς εὐπορίας τούτων ἔτυχον, τὰς ἀπαρχὰς αὐτῷ τῆς κριθῆς ἐπιφέρουσι τρόπον τοῦτον. φρύξαντες τῶν σταχύων τὸ δράγμα, καὶ πτίσαντες, καὶ καθαρὰς πρὸς ἄλεσιν

τὰς

τὰς κεμθὰς ποιήσαντες τῷ βωμῷ ἀσάρωνα προσάγουσι τῷ θεῷ. καὶ μίαν ἐξ αὐτοῦ δράκα ἐπιβαλόντες τὸ λοιπὸν ἀφιᾶσιν ἐς χρῆσιν τοῖς ἱερεῦσι. καὶ τότε λοιπὸν δημοσίᾳ ἔξεστι πᾶσι καὶ ἰδίᾳ θερίζειν. In his vides postridie τοῦ Πάσχα δευτέραν vocari, & ab ea initium messis oblatione manipuli delibari. Quantum ille locus Lucæ VI veteres Scriptores exercuerit, patet ex eorum interpretationibus: quæ quum doctis non satisfacerent, quid de illis senserit magnus ille Theologus Gregorius Nazianzenus, operæ precium est scire ex Hieronymi epistola ad Nepotianum de vita Clericorum. Est enim luculentus locus. *Præceptor*, inquit, *quondam meus Gregorius Nazianzenus rogatus a me, ut exponeret, quid sibi vellet in Luca Sabbatum δευτερόπρωτον, eleganter lusit: docebo te, inquiens, super hac re in Ecclesia: in qua mihi omni populo acclamante, cogeris inuitus scire quod nescis: aut certe si solus tacueris, solus ab omnibus stultitiæ condemnaberis. Nihil tam facile, quam vilem plebeculam & indoctam concionem linguæ volubilitate decipere, quæ quidquid non intelligit, plus miratur.* Ex hoc faceto tanti viri responso non operosum est colligere, quam frustra fuerint omnes, qui de hoc loco Lucæ sententiam suam dixerunt: & tamen reperiebant, quibus persuaderent, & a quibus plausum etiam mererentur. Isidorus Pelusiota epistola CX, lib. III a vero propius abest, quum ait esse τὴν τρίτην τῶν ἀζύμων, sed σάββατον aliter interpretatur: neque aduertit, non ibi intelligi ipsam τρίτην τῶν ἀζύμων, sed τὸ πρῶτον σάββατον ἀπὸ τῆς πρώτης τῶν ἀζύμων. Nos, qui ante aliquot annos veram loci Lucæ interpretationem edidimus, nondum quibus satisfecerimus, reperire potuimus. Alij se non capere, alij nos vaticinari dicunt. Fruantur suo iudicio. Nos aliud curamus, quam placere ijs, qui negant meridie lucere. Qui igitur τὸ δευτερόπρωτον componet ex δεύτερον & πρῶτον, nihil aliud quam præposterum Sabbatum faciet, qui ex δευτέρα, & πρῶτον, efficiet primum Sabbatum post τὴν δευτέραν τοῦ πάσχα. Ex Kalendarij contextu potes animaduertere a XVI Nisan, ad VI Siwan, esse dies XLIX solidos, & VI Nisan esse ἡμέραν πεντηκοστὴν ἀπὸ τῆς δευτέρας τοῦ πάσχα. *diem quinquagesimum a postridie Pascha.* Interuallum illud, ut diximus, semper dictum fuit tam Iudæis Græciensibus, quam Christianis, πεντηκοστή, cuius prima dies est ἡ δευτέρα τοῦ Πάσχα, nimirum XVI Nisan, quæ vocatur פרס העומר Oblatio Omer. ultima autem est עצרת hoc est Solenne Hebdomadum, quod semper competit in VI Siwan. Itaque solenne illud vocatur ἑορτὴ τῆς πεντηκοστῆς, & πλήρωμα τῶν ἡμερῶν τῆς πεντηκοστῆς, & σύναξις, id est, clausula quinquagesimæ: quod manifesto ex veteri lectione II Cap. Actorum Apostolicorum demonstratur: καὶ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς πεντηκοστῆς. Ita habebant prisci illi codices, non, ut hodierni, τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς. quod non procedit. ἡμέρα τῆς πεντηκοστῆς si pro solenni sextæ Siwan sumitur, ut re vera sumitur, non potest dici συμπληρωθῆναι, nisi postquam præterijt. Atqui mane erat, ὥρα τρίτη. eodem Cap. 16. quomodo ergo συμπληρωθῆναι dicetur, quæ nouem horis æquinoctialibus aberat a fine suo? Vetus interpres Latinus, Paraphrastæ, Syrus, & Arabs legerunt ἡμέρας, & ratio ita exigit, quemadmodum & nouitas illam vulgarem lectionem ut merito reijciamus, facit. quis nescit τὸ συμπληροῦσθαι dici de numero definito? Vt Lucæ I, 23. συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς λειτουργίας αὐτοῦ. Certe non dixit ἡμέραν. Septem enim ἡμέρας λειτουργεῖν mos erat. Chrysostomus autem legit ἡμέραν, non ἡμέρας. & diu est, postquam locus ille interpolatus est. πλήρωμα τῆς πεντηκοστῆς, ut iam diximus, Hebraice dicitur עצרת id est σύναξις clausula. Tria enim עצרות, hoc est tres clausulæ Festorum, sunt in anno. prima est octaua Scenopegiæ in XXII Tisri, secunda est septima dies solennis Azymorum in XXI Nisan. tertia, hæc quinquagesima dies τῆς πεντηκοστῆς, vel τῶν πεντήκοντα ἡμερῶν, quæ (ut Iosephus scribit) ἀπὸ τῆς δευτέρας τῆς ἑορτῆς τῶν ἀζύμων putatur, a XVI Nisan, ut idem ait. Quare nullum festum vocari potest עצרת nisi ἔκ τῶν πρός τι. Est enim clausula alicuius cultus, aut solennis, in quo fiebat σύναξις. Sic omnes Muhammedani diem Veneris גמעה, id est σύναξιν vocant, quod quum ea sit clausula Hebdomadis Muhammedicæ, in ea σύναξιν fieri contingit. עצרת quoq; est πανήγυρις, quæ extra ordinem indicitur. Ioel I, 14, & clausula VII dierum, quos extra ordinẽ Encænijs templi sacrauit Solomo, vocatur עצרת II Reg. X, 20. Dabo autem breue exemplum τοῦ δευτεροπρώτου σαββάτου. Hoc anno Christi 1604, neomenia Nisan Iudaici conuenit in XXII Martij Iuliani, feria quinta. Solenne Azymorum V Aprilis. δευτέρα τοῦ Πάσχα VI Aprilis. Proximum Sabbatum ἀπὸ τῆς δευτέρας vocabitur δευτερόπρωτον. Illud autem manifesto incidit in XVII Nisan, VII Aprilis Iuliani, ubi litera F. Vbicunque igitur videbis literam F, ibi statues Sabbatum. Proinde XIIII Aprilis fuit δευτεροδεύτερον σάββατον. Sabbatum secundum ἀπὸ τῆς δευτέρας. XXI Aprilis δευτερότριτον, tertium ἀπὸ τῆς δευτέρας. XXVIII Aprilis δευτεροτέταρτον. & sic deinceps, usque ad Pentecosten, quæ incidit hoc anno in XXV Mai Iuliani. Quoties igitur hoc anno occurrit litera F, a VI Aprilis, ad XXV Mai, tot Sabbata sunt ἐν τῇ πεντηκοστῇ; hoc est in illo interuallo L dierum, quorum ultimũ & septimum fuit in XIX Mai, & proinde σάββατον δευτεροέβδομον.

In Ca-

In Canonibus Græcis vocatur ἡ πρώτη, δευτέρα, τρίτη ἑβδομὰς τῆς πεντηκοστῆς. ut Canon. xxxvii Apostol. &c. Ignoratio igitur istius tam vexatæ, & frustra inuestigatæ rei referenda est ad prauam compositionem, quæ prius membrum huius nominis non δευτέραν, sed δεύτερον facit, ut ex hac compositione fieret præposterum Sabbatum, non autem Sabbatum primum a postridie Pascha. In quancunque igitur diem Hebdomadis incideret xvi Nisan, illa dies dicebatur δευτέρα: & consequenter in toto interuallo Pentecostes ea dies vocabitur δευτέρα. Esto, verbi gratia xvi dies Nisan feria sexta. omnis feria sexta in toto interuallo dicetur δευτέρα πρώτης ἑβδομάδος, δευτέρας, τρίτης: adeo ut ipsa quoque dies solennis pentecostes diceretur δευτέρα. Leuit. xxiii, 16. ἕως τῆς δευτέρας (ἡμέρας) τῆς ἑβδόμης ἑβδομάδος. Quin etiam Samaritæ τὴν δευτέραν non solum vocant eam, in qua Omer offertur, sed etiam omnes deinceps, quæ in eandem feriam incurrunt, quas ita numerant, prima δευτέρα, secunda δευτέρα, tertia δευτέρα, &c. Exemplum: Ponamus omer oblatum xvi Aprilis, feria prima, litera Dominicali A. Vbicunque occurret litera A, hoc est feria prima, ea vocatur δευτέρα, eamque festam habent, & præcipua religione colunt: ita ut inter oblationem Omer, & maximum solenne Pentecostes, incurrant septem δευτέραι, ac proinde tot extraordinarij festi dies celebrentur, quorum ultimus in superiori exemplo fuerit in xxviii Mai, & proinde in quarta Iunij, est quinquagesima a xvi Aprilis, in qua Omer oblatus fuit. Huius obseruationis ipsosmet Samaritas testes dabimus, qui in suo Chronico, quod ex Hebræo in Arabismum conuersum penes nos habemus, ita scribunt. *Missus est nuncius decima die mensis secundi anni vigesimi primi regis Israelidarum (*ita Iosuam filium Nun vocant*) ex quo ingressi sunt hanc regionem. Instabat autem quinta Secunda dies festi, hoc est solennitatis Hebdomadarum.* vocat quintam SECVNDAM, hoc est, πέμπτην δευτέραν, eam, quæ quinta erat ab oblatione Omer. Postea narrat, quomodo populus erat solutus in lætitiam, & otium, quomodo solet fieri, quando populus feriatur. Igitur & omnem feriam, quæ septima est ab oblatione Omer, δευτέραν vocant, ut Leuit. xxiii, 16, & eam cultu præcipuo obseruant. Hoc ut facerent, inducti sunt loco Numer. xxviii, 26. *In diebus autem primitiarum, siue primitiuarum frugum, quando offeretis nouellam oblationem Deo in vestris Hebdomadibus, habebitis sacram panegyrin.* Ergo, inquiunt, omnibus Hebdomadibus, hoc est, omnib. δευτέραις, sacra panegyris celebranda, unde Samaritæ merito a Iudæis שבועאי σεβουαῖοι, hoc est ἑβδομαδῖται, dicti, quod omnem δευτέραν τῶν ἑπτὰ τῆς πεντηκοστῆς ἑβδομάδων eadem religione, qua ipsum πεντηκοστῆς diem, colunt. Epiphanius Sebuæos hæreticos ex Samarismo, & eius sectam separatam fuisse dicit. quod quidem, ut & alia multa apud illum scriptorem, ab historiæ fide prorsus alienum est. Res ipsa palam aduersatur. Iudæi igitur ita Samaritas per contumeliam vocabant, quod non solum tot dies festos habent, quot sunt δευτέραι in Pentecostes interuallo, sed etiam quod aliunde initium capiunt τῆς πεντηκοστῆς, quam unde ipsi. Quia enim scriptura dicit, numerabis tibi septem septimanas καὶ ἀριθμήσετε ὑμῖν ἀπὸ τῆς ἐπαύριον τῶν σαββάτων, &c. illi τὸ σάββατον illud interpretantur Sabbatum ordinarium, qui dicitur dies Saturni. Ideo semper Samaritis ἡ δευτέρα est feria prima, quæcunque proxima ante, aut post tertiam decimam Nisan. ut in hoc exemplo, quia decima secundi mensis, siue Ijar, erat quinta δευτέρα, ideo iam quatuor δευτέραι præterierant, hoc est xxviii dies, quarum prima iniuit duodecima Nisan, quæ est feria prima proxima ante xiiii Nisan. Proinde Nisan ille iniuit feria septima. Aliud exemplum ex eodem Chronico. Ibi scriptum extat, anno primo Iosuæ, hoc est eo, quo Israelidæ ingressi sunt terram, quartadecima mensis primi, eos azyma comedisse, de frugibus, & fructibus degustasse, ac manna cessasse. Proinde xiiii mensis illius fuisse feriam primam. Tam crassus error ex ignoratione vocis Sabbath natus est. Nam, ut mediocriter Hebraice docti sciunt, ibi non est ordinarium Sabbatum, sed quemadmodum שבת & שבתון pro eodem sumuntur, nempe pro ordinario Exodi xvi, 23. xxxv, 2. Leuit. xxiii, 3. ita hic שבת pro שבתון sumendum est: atqui Sabbathon שבתון non tantum pro ordinario, ut iam demonstratum est, sed etiam pro quouis solenni, in quo ab opere cessatur, usurpatum est, ut Leuit. xvi, 31, de die Kipphurim. & xxiii, 23, de neomenia Tisri. Igitur in ἀριθμήσετε ὑμῖν ἀπὸ τῆς ἐπαύριον τῶν σαββάτων, non ordinarium Sabbatum denotari potest. Incertum enim erit quodnam Sabbatum ordinarium intelligendum, an quod primum in principio mensis, aut in medio, aut proxime a fine occurret. Quod est absurdum. Quum igitur non possit esse ordinarium Sabbatum, superest, ut de solenni, a quo ab opere cessatur, intelligendum sit. De quo potius intelligendum, quam de eo, de quo sermo erat, nempe de xv primi mensis? Ergo ἡ δευτέρα est ea, quæ sequitur xv primi mensis. Notandum vero accurate inter se differre ממחרת הפסח τὴν ἐπαύριον

τοῦ πάσχα,

τοῦ πάσχα, & מָחֳרַת הַשַּׁבָּת, τὴν αὔριον τοῦ σαββάτου, ἡγουν τῆς ἑορτῆς. Nam prius est xv Nisan. Numer. xxxiii, 3. Iosue v, 11. Alterum est xvi Nisan. Leuit. xxiii, 16. Quare ineptissime Samaritæ τὸ שַׁבָּת interpretantes magno errori sese implicarunt. Iudæorum magistri dicunt Sadducæorum quoque hanc fuisse sententiam. quod omnino falsum est. Nam Sadducæi Ierosolymis morantes, in quorum sectam etiam multi Sacerdotes transierant, quomodo aliena & diuersa a publico usu die Omer offerre ausi essent, quin a populo lapidibus incesserentur? Sed hallucinatio est. Quia Sadducæos Iudæi hodierni, & vetustiores nulla in re a Samaritis discrepasse credunt, propterea eos sæpe cum Samaritis confundunt. At nos negamus ulla in re conuenisse. Nam Sadducæi totum textum biblicum admittebant, καὶ τὰ νόμιμα γεγραμμένα, teste Iosepho, reiectis traditionibus Pharisæorum. Samaritæ tantum legem retinuerunt. Sadducæi animarum immortalitatem, & proinde supplicium, aut remunerationem post hanc vitam abnegabant. Samaritæ & animas immortales fatentur, & locum κρίσει καὶ ἀνταποδόσει post vitam hanc esse credunt, ut diserte in eorum Chronico extat. An resurrectionem credant, nescio. Si negant, in hoc tantum illis cum Sadducæis conuenerit. Epiphanius ait negare 522; de Dositheitis πιστεύουσι ἢ νεκρῶν ἀνάστασιν, ὅπερ ξένον ἐστὶ Σαμαρείταις. Rursus πνεύματα, Angelos, Dæmonas negant Saducæi, Samaritæ fatentur. Sed de his hactenus.

xxv Siwan. *Ieiunium. occiditur Rabban Simeon filius Gamaliel, &c.*] Decem summi inter Iudæos viri interfecti sunt sub Romanis, pars in excidio urbis, alij extra illud tempus, qui a Iudæis vocantur הֲרוּגֵי מַלְכוּת, οἱ φονευθέντες τῆς βασιλείας, id est, οἱ φονευθέντες ἐπὶ βασιλείας Ῥωμαίων. quorum nomina vide in Germine Dauid. anno Iudaico MMMMDCLXXX. מַעֲשֶׂה.

Ibid. *Rabban Simeon filius Gamaliel.*] Primus illorum decem interfectus in ipso urbis excidio. וְהוּא הָיָה הָרִאשׁוֹן מַעֲשֵׂה הֲרוּגֵי מַלְכוּת *& ipse fuit primus eorum decem interfectorum regni.*

Ibid. *Rabbi Ismael.*] Rabbi Ismael filius Elisa Pont. Max. interfectus quoque in ipso Ierosolymorum casu: cui viuenti cutis de cranio detracta est: וְהִפְשִׁיטוּ אֶת עוֹר קַרְקַפְלוֹ בְחַיָּיו. *& exuerunt cutem cranij eius in eius vita.* hoc est eo viuente. Alij negant in excidio urbis perijsse, sed post illud tempus aliquandiu superfuisse.

Ibid. *Rabbi Hanania.*] חֲנַנְיָה סְגַן הַכֹּהֲנִים. Hananias ποπτηρητὴς, aut σύγκελλος τοῦ ἀρχιερέως interfectus est in excidio Vrbis. In alijs libris *Hanina* non *Hanania*, reperio. Sed vitium est.

xxvii Siwan. *Combustus est Hanina, filius Tardion.*] Etiam in alijs Codicibus Hanania reperi, non Hanina. Iste est sextus eorum decem, qui interfecti sunt.

xvii *Tamuz. ἐνδελεχισμός.*] In suo Kalendario Genebrardus, pecus maledicentissimum, putauit ἐνδελεχισμὸν esse solenne quoddam Iudaicum, quum sit iuge, siue quotidianum sacrificiū. Si tam crassum errorem illa bestia insolentissima in alio deprehendisset, quis eius Io Triumphe ferre potuisset? Idem etiam in eodem Kalendario per octo dies Pentecosten celebrari dicit, quum singulare solenne, id est μονημέρον, fuerit. Multi quoque nostrorum tam veterum, quam recentiorum, idem somniatunt. Si enim Pentecoste habuisset octauam solennem, ipsa octaua dicta fuisset עֲצֶרֶת. Atqui Pentecoste ipsa erat עֲצֶרֶת, ut supra ostendimus. Quum esset clausula, quomodo clausulam habuisset?

Ibid. *Vrbs fissa*] Non potest intelligi de priore expugnatione Ierosolymorum sub Sedekia, quæ hoc quidem mense contigit, sed die nono mensis, non autem hoc, qui est septimus decimus. Ierem. lii, 6, 7. ii Reg. xxv, 4. Sed nec de illa expugnatione intelligi posse, quæ sub Tito contigit, satis ex Iosepho constat.

i Ab. *Ieiunium. Moritur Aharon Pontifex.*] Numer. xxxiii, 38. Iulij xix. feria vii, si non habeatur ratio traiectionis feriarum. Alioquin fuisset annus abundans, & biduo tempus posterius esset. Erat annus hodierni computi Iudaici 2303.

ix *Decretum contra patres nostros, ne terram ingrederentur Iudæam*] Sub Hadriano. Hieronymus In vi cap. Esaiæ. *Deniq; post extremam vastitatem, etiam Leges publicæ pependerunt, & prohibiti sunt Iudæi terram, de qua eiecti fuerant, ingredi.* Reliqua, quæ huc pertinent, vide ad numerum Eusebianum MMCL. Iudæi harum rerum memoriam retinent, quatum caussas hodie penitus ignorant. Contigit autem cessatio τοῦ ἐνδελεχισμοῦ in posteriore templo paulo ante excidium: de quo nos in Appendice Operis de emendatione temporum. At hic videtur intelligi de priore Templo. Quemadmodum vero quis iste Epistemon fuit, ignoramus, ita quando hoc contigit, ne ipsis quidem Iudæis compertum est. Quidem autem Iudæi in phreneticis suis allegorijs aliam caussam huius ieiunij adferunt. Illud enim Ecclesiastæ iii, 4. *Tempus flendi*, ἀναγωγικῶς interpretantes referunt ad illud Numerorum xiiii, 1. *Populus fleuit.* Propterea aiunt nonæ Ab statum ieiunium consecratum. והוקבע בכיה לדורות ליל ט באב. *Et determinatus est fletus in sæcula nona nocte Ab.* De caussis horum ieiuniorum, quæ quanuis post excidium

excidium Templi instituta sunt, tamen sunt vetustissima, Cyrillus in VIII, 19 Zachariæ ea adfert, ex quibus Lector harum rerum peritior non euadet. οὐδὲν γὰρ πρὸς ἔπος. Sunt autem illa ieiunia IIII numero, XVII Tamuz, IX Ab, III Tisri, X Tebeth.

Ibid. *nona nocte Ab.*] Hæc sunt Iudæorum nudipedalia. quæ quum ad placandam Dei iram instituta sint, tamen Iudæi posterioribus temporibus multa licentius in illis faciebant. Nudis enim pedibus in foro saltabant ea die. Chrysostomus oratione prima in Iudæos. *τότε μὲν οὖν εἰς γέλωτας καὶ μάχας συνήεσαν. νῦν δὲ εἰς ἀσελγείας, καὶ τὴν ἐσχάτην ἀκολασίαν γυμνοῖς τοῖς ποσὶν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ὀρχούμενοι.* Lege cætera.

TABVLA PRIMA MENSIVM.] Hæc, & quatuor sequentes Tabulæ, nihil habent, quod non ex ipso titulo & ex structura animaduerti possit. Sextæ est eadem constructio, quæ secundæ Capitis tertij, aut quartæ Capitis quarti: eadem methodus. Quare interprete opus non habet.

TABVLA SEPTIMA.] Constructio quidem huius eadem, quæ sextæ, sed usus alius. Nam, ut ex eius methodo constat, ea est regula & æquatio Tabulæ octauæ. In istis autem duabus, sexta, & septima longe maiore industria, labore, & studio opus fuit, quam in secunda Capitis tertij, propter translationes feriarum. Qui scire cupit feriam Tisri, illi satis est sexta Tabula. qui feriam Tisri, cum qualitate anni mauult, adeat septimam. Non parui laboris fuit, tantam Translationum varietatem sub leges & canonem quendam cogere. Nemo elegantiam constructionis huius Tabulæ animaduerterit, qui prius utilitatem non perceperit. Ne Iudæis quidem summis computorum annalium artificibus unquam huius methodi in mentem venit.

DEFINITIONES.

IIII *Annus defectiuus.*] Iudæi iam a multis sæculis ante excidium posterioris Templi nunquam neomeniam Tisri a prima, quarta, sexta feria inibant, propter tot solennia, quæ in illo mense occurrunt. Propterea diligenter cauebant, ne in illo mense duo festa concurrerent. Nam si tot solennia seiuncta sunt oneri, multo magis, si duo solennia concurrunt. quod quidem fieri necesse est, si ab una ex illis tribus ferijs neomenia Tisri incipiat. Esto neomenia Tisri feria prima. Vltima Elul antecedentis erit Sabbatum. En duo Sabbata: Sabbatū ordinarium, & caput anni, quo opus facere non licet. præterea XIIII Tisri erit Sabbatum, & sequens dies Scenopegia. En duo solennia. Rursus XXI Tisri erit Sabbatum, & XXII, octaua σκηνοπηγίας. proinde duo Sabbata. Incipiat rursus a feria quarta. Quarta dies Tisri erit Sabbatum, & antecedens est semper ieiunium Godoliæ. Ita sunt duo solennia. Aliud incommodum. Magna dies Kipphurim incidet in feriam sextam: & undecima dies erit Sabbatum. Duo igitur continua Sabbata, X, & XI Tisri. Denique incipiat a feria VI. Secunda dies Tisri erit Sabbatum, cui proxime succedit ieiunium Godoliæ. Continuabuntur igitur tria Sabbata, nimirum clangor tubæ, Sabbatum, Godolia. Præterea XVI Tisri erit Sabbatum. Sed antecedens erit Scenopegia. Ita scenopegia & Sabbatum ordinarium continuabuntur. Postremo XXIII erit Sabbatum. At antecedens est octaua scenopegias, quæ non minori cultu obseruanda, quam ipsa Scenopegia. Duo igitur continua Sabbata. Propter unum Tisri igitur hæc cautio instituta, non propter alios menses: in quorum aliquo omnino quotannis duo sabbata continuari contingit. Quare ridicula fuit iubilatio Doctoris Theologi, qui in Commentario suo in Iohannem ἰὴ παιὰν canebat, quod apud Iosephum legitur, aliquando euenisse, ut Sabbatum proxime post Pentecosten sequeretur: atque ex eo concludit in modo & figura translationes feriarum esse recens Iudæorum institutum. Errori rem iocularem adiecit, quod ex abrupto & e vestigio Iudæos neomeniam Tisri a feria prima, in feriam secundam, & a quarta in quintam transferre arbitratur: quod sane falsum est, quum interuallum a neomenia Nisan, ad neomeniam Tisri, semper sit dierum CLXXVII, tenore immutabili. Sed ne annus sequens incipiat a ferijs I, IIII, VI, ei rei cauetur anno antecedente, exemptione, aut additione unius diei. Eximitur dies de ultima Casleu, & mensis ex pleno fit cauus: Annus vero ex eo fit defectiuus, communis dierum CCCLIII, cuiusmodi nullus est naturaliter, embolimæus autem CCCLXXXIII. Additur dies fini Marcheswan, & mensis ex cauo fit plenus, annus autem abundans, communis quidem dierum CCCLV, cuiusmodi sunt XI ὑπερήμεροι in Arabum τριακονταετηρίδι. embolimæus autem dierum CCCLXXXV, constans mensibus quinque cauis, octo autem plenis, cuiusmodi annus nullus est natura, sed instituto Iudaico. Neque nouum ἐξαιρέσεις καὶ προσθέσεις in annis Iudæorum committi, quum & ἐξαιρέσεις in mensibus Græcorum ad æquationem Lunæ fieri solitas demostrauerimus.

IIII *Annus*

IIII *Annus Defectiuus.*] Iam diximus nullum annum communem naturaliter esse defectiuum, sed positive. Soli enim Iudæi eo utuntur ad אד"ו declinandum, id est, ut vitetur feria I, IIII, VI, in neomenia Tisri.

V *Annus abundans.*] Annus communis abundans tam naturaliter, quam ciuiliter esse potest, cuiusmodi XI diximus esse ἐν τριακονταετηρίδι Arabica: quos annos Arabes vocant KEBISA, id est ἐμβολιμαίους, propter ἡμέραν ἐμβόλιμον.

VIII *Adar prior.*] Ex duobus Adar in anno embolimæo posterior vocatur *VVeadar.* id est Ἀδὰρ καὶ Ἀδάρ. *Adar & Adar*, παλιναδάρ, *gemellus Adar*: qui tam non est insititius, sed ordinarius, dierum XXIX, in quo Mordochæus, & ieiunium Ester. Antecedens vero est insititius, & plenus. Ergo posterior improprie dicitur ἐμβόλιμος. Sed non caret exemplo. Nam Romani post XXII aut XXIII Februarij inserebant dies XXVIII, quot scilicet dierum est Februarius ordinarius, illosque XXVIII dies vocabant intercalares, quum tamen esset Februarius ordinarius, & antecedentes XXII, aut XXIII iustius merebant nomen mensis intercalaris, quam alter, propterea quod inter ultimam Ianuarij, & Kalendas Februarij ordinarij infinderentur.

X *Tempus embolismi.*] In omni Enneadecaeteride sunt Syzygiæ CCXXXV. Vnde sequitur, ut XII anni sint XII mensium, septem autem sint XIII, uno mense nimirum longiores. Non potest igitur intercalari, nisi septies, enneadecaeteride, idque quoties exigit interuallum definitum, intra quod citior & ulterior neomenia consistere debet: ut in veteri cyclo Paschali, Niceno, in quo non tam neomeniarum, quam Terminorum Paschalium ratio habetur, citimus Terminus est in XXI Martij, remotissimus in XVIII Aprilis. Interuallum, dies XXVIII. Ne igitur Terminus statuatur ante XXI Martij, aut post XVIII Aprilis, aliquando embolismus ante tempus præcipitatur, quum tamen naturalis embolismus consurgat ex Solis excessu supra Lunam, quando ex eo colligitur aut iustus, aut amplior modus mensis Lunaris. quod accidit in annis III, VI, VIII, XI, XIIII, XVII, XIX. Isque ordo hodie seruatur in Enneadecaeteride Iudaica: quanuis in ea non in fine, sed in medio anni intercaletur. Adar enim intercalatur, non Elul. Excessus vero Solis sunt dies 10. 21. 204. Ille excessus ter ductus superat modum trium annorum communium diebus 33. 2. 899. Itaque 30 dies intercalandi sunt in anno tertio. & supersunt dies 3. 2. 899. qui cum alijs excessus Solaris progressibus consummabunt triginta, aut amplius, dies: quemadmodum animaduertere potes in Tabulæ secundæ posteriore parte.

XVI *Character temporis.*] Tam in rationibus Solis, quam Lunæ, de dierum aggregato semper abijcimus omnes septenarios, & residuum cum horis & scrupulis est character temporis propositi. Hic characterismus temporum vere vocari potest φραγμὸς τῶν χρόνων, quemadmodum ille apud Laertium dicebat, τὴν διαλεκτικὴν esse φραγμὸν φιλοσοφίας. Sic Iudæi suam Masoram vocant סִיַג הַמִּקְרָא *sæpem scripturæ*, φραγμὸν τῆς γραφῆς. quo nihil verius. Quemadmodum enim sæpes furem arcet: ita Masora cogit in ordinem licentiam Correctorum. Non aliter character quoque temporis constituit fines audaciæ computatorum, ut qui in hoc negotio characterem negligat, non magis sit audiendus, quam qui negat principia. Nouitas huius rei valde perculit Clauium, quod tale nihil inuenerat apud Bedam & Iohannem de Saxonia.

CHARACTERES.

I *Character mensis.*] Mensis est dierum 29.12.793. Abiectis omnibus septenarijs, superest character mensis 1.12. 793. id est feria prima. hor. 12. Scrup. 793. Hunc autem modum mensis se Hipparcho debere, aut saltem definitionem mensis Hipparcheam conuenire cum Iudaica, veteres Iudæi testantur, ut a nobis supra relatum est. Rabbi Simeon filius Gamalielis, quem alij in excidio Ierosolymorum oppressum fuisse, alij ad tempora Traiani vitam produxisse dicunt, ita mensem definiebat: בך מקובלני מבית אבי אבא שאין חדושה של לבנה פחות מכ"ט ימים וחצי ושתי ידות שעה וע"ג חלקים *Sic informatus sum a Schola patris mei (Doctoris) Aba, quod Lunæ renouatio non est minor dierum* XXIX, *& semissis, & duarū partium horæ, & scrupulorū* LXXIII. Accipit partes pro trientibus horæ, exemplo Græcorum, qui δίμοιρον, hoc est *duas partes*, dicunt, quum duos trientes designant. quod obscure dictū. Nā ידות sunt μερίδες, siue sint trientes, siue quadrantes. Aliter hanc definitionem conceptam legi, auctore Samuele Iarhinæo vetustissimo Magistro: אין חדושה של לבנה פחות מכ"ט ימים ומחצה ושתי ידות השעה וחצי תשיעית ועשירית של תשיעית וששית של חצי העשירית *Renouatio Lunæ non est minor undetriginta dierū, & semissis, & duorū trientum horæ, & dimidij nonæ, & decimæ ipsius* IX, *& sextæ dimidij ipsius decimæ.* Duo trientes horæ sunt scrupula 720.

Dimidium nonæ 60. quæ cum 720 fiunt 780. Decima nonæ partis ſunt 12. Summa 792. Dimidium ipſius decimæ ſunt 6. cuius ſexta pars unitas. Summa, ſcrupula 793. Vides quam vetuſtus ſit horum Scrupulorum uſus. Hæc nos eruimus ex computo ampliſſimo manuſcripto charactere Germanoiudaico implicatiſſimo. Sed Iudæus auctor Computi paulo aliter hæc interpretatur.

II *Character anni communis.*] In Enneadecaeteride Lunari ſunt dies 6939. horæ, 16. 595. Decem & nouem anni communes, id eſt decem nouies 354 dies fiunt dies 6726. quibus deductis de 6939. 16. 595, reliquuntur dies 213. hor. 16. 595. At 213 dies ſunt ſeptem menſes pleni, & tres dies præterea. In Enneadecaeteride igitur ſunt ſeptem menſes embolimæi & fiunt omnes menſes Enneadecaeteridos 235. Nam anni communes XIX ſunt 228 ſyzygiæ, & acceſſione VII menſium embolimæorum fiunt 235 omnes menſes. Si enim omnes anni enneadecaeteridos eſſent communes, eſſent 114 menſes pleni, & totidem caui. Itaque ſeptem cum 114 compoſiti dant 121 menſes plenos in Enneadecaeteride, & 114 cauos. Sed ſuperſunt tres dies de 213, quos ſupra retulimus: Ij igitur, ad 114 cauos accreſcentes tres ex illis plenos efficient. Atqui ita CXI tantum erunt caui menſes in Enneadecaeteride, CXXIIII autem pleni. Hoc eſt: præter plenos menſes ordinarios, qui ſeni ſunt in anno communi, erunt etiam X pleni in enneadecaeteride. In diſpoſitu epactarum in Kalendario non poſſunt exprimi, propterea quod Epactæ per menſes plenos & cauos æquabiliter digeſtæ ſunt. At ratio Enneadecaeteridos non patitur ſemper alternari plenos & cauos; imo aliquando duos plenos continuari cogit. quod accidit aut in anno embolimæo, aut in communi ὑπερημέρῳ. In anno embolimæo Adar prior plenus ſequitur Sebat plenum. In anno communi ὑπερημέρῳ Arabico tres pleni continuantur, Dulhagia, Dulkada, Muharram. ὑπερήμερος autem embolimæus nullus eſt natura, ſed inſtituto Iudaico. Annus enim embolimæus ordinarius eſt dierum 384: qui etiam naturaliter poteſt fieri cauus, hoc eſt dierum 383: & tunc duo menſes caui continuantur, quemadmodum in ordinario embolimæo, aut commun ὑπερημέρῳ duos plenos continuari contingit. At embolimæus 385 dierum nullus eſt naturaliter, ſed Iudaice. neque ratio Lunaris motus patitur, ut tres continui pleni, aut caui menſes uſurpentur, niſi medius plenus annum claudat, & tertius annum ſequentem incipiat. In editione Liliana in Ianuario, Februario, Martio continui pleni menſes tres ponuntur anno biſextili in Epactis ✱, 29, 28, 27, 26. Eſt παρεγχείρημα Clauij. Quum igitur Epactarum ſeries alternis plena & caua in Kalendario diſpoſita hanc inæqualitatem repræſentare non poſſit, & tamen, niſi repræſentetur, craſſos & ridiculos errores committi neceſſe ſit, præſentiſſimum, &, quod caput eſt, expeditiſſimum remedium huius rei eſt character, ſine quo fruſtra opera omnis in hoc negotio collocatur: quod ſatis, ut alia taceam, probatur veteri methodo, quam ſequuti ſunt Computorum Paſchalium conditores, & ne longe diſcedam, editione noui anni Liliani, in quibus plus eſt, quod fugiendum ſit, quam quod imitandum.

IIII *Character cycli Lunaris.*] De cyclo Lunari iam ſatis ſuperiore diatriba diſputatum eſt. Si igitur ex diebus 6939. hor. 16. 595, omnes ſeptenarios dierum abieceris, remanebit character cycli feria 2. hor. 16. 595. Propter illas horas 16. 595, duæ ſequentes Enneadecaeterides fiunt dierum ſolidorum 6940, quot dierum fuit Metonica Enneadecaeteris. In Enneadecaeteride autem Iuliana, cuius tantum rationem habuerunt veteres Computatores, & Liliani, prima ſemper eſt dierum 6939, tres ſequentes dierum 6940. atque ita perpetuo in quatuor enneadecaeteridibus Iulianis, ſiue una periodo Calippica, una enneadecaeteris eſt caua, reliquæ tres plenæ, dierum 6940.

VI *Character nouilunij Tohu.*] Tohu & Bohu Hebræis eſt, quod Heſiodo χάος. Et quicquid ante conditum rerum fuiſſe fingitur κατὰ τὴν λῆψιν μαθηματικὴν, id illis vocatur TOHV. Sic nouilunium TOHV illis dicitur, quia incidit in feriam ſecundam, biduo ante utriuſque ſideris creationem, quæ contigit feria quarta. Geneſ. I, 14. 19. Ea eſt radix, ut vulgus loquitur, omnium neomeniarum, ἐποχὴ νεομηνιῶν, vel νεομηνία σεληνιακή, νεομηνία κατὰ τὴν λῆψιν μαθηματικήν. Rabbi Hillel Princeps, quum anno contractuum 656, Chriſti 344, a VII Octobris retro, ad XXIIII Septembris, cyclos Lunares 216 præterijſſe animaduerteret, totidem cyclorum characterem de nouilunio XXIIII Septembris deduxit, & peruenit ad nouilunium ipſius VII Octobris. Nouilunium vero ad meridianum Ieroſolymitanum congruens diei XXIIII Septembris illius anni fuit 2. 10. 204, feria II, cyclo Solis XVII, hor. 10, 204 poſt meridiem. Iam cyclorum 216 character eſt 6. 23. 0. qui de 2. 10. 204 deductus per Canonem ſecundum Capitis primi, relinquet nouilunium diei VII Octobris, 2. 11. 204, a meridie VI antecedentis. & quia Iudæi incunt ſemper diem a Sole occaſo, detractis VI horis æquinoctialibus, quæ intercedunt inter meridiem, & Solem occaſum diei æquinoctij, relinquitur

quitur nouilunium Tohu ciuile 2. 5. 204. Propter illarum sex horarum absentiam, quotiescunque nouilunium attigit, aut excessit horas 18, tantundem est, ac si 24 horæ, aut amplius, collectæ essent. Imputandæ enim semper sunt eæ sex, quæ propter tempus ciuile expunctæ sunt, ut intelligamus 18 horas ab occasu Solis, tantum esse, ac 24 a meridie. Quum igitur hoc accidit, feria crescit unitate, ut ratio postulat; & oculi ipsi docent. Quum igitur feria nouilunij designatur, scito eam ab initio noctis antecedentis inijsse. quod Clauius non assequens putat nos nouilunia anticipasse, quæ est eius inscitia, atque in reprehendendo stolida confidentia. Non enim aliunde instituunt diem suum ciuilem, quam a principio noctis, omnes nationes, quæ anno Lunari utuntur. Et hæc crassa fuit Clauij inscitia. Quia vero in nullius potestate est, ut semper exacte ad coitum luminarium neomenia dirigatur, propter inæqualitatem motus Lunaris nunc paulo post meridiem, alias post occasum Solem, alias post mediam noctem, & sæpe paulo ante meridiem ineuntis, propterea Iudæi, qui superstitiose neomeniæ commissæ momentum obseruare tenentur, idque propter vagum sideris cursum assequi nequeunt, propterea duas neomenias semper celebrant. Quod & antiquitus faciebant. Nam non solum diem visionis, quæ dicitur חֹדֶשׁ, vel חדוש הַלְּבָנָה, *renouatio Lunæ*, sed etiam ἔνην καὶ νέαν antecedentis diei obseruabant: eamque vetus lingua Bibliorum כֶּסֶא, Horatius trigesima Sabbata Iudæorum vocat. —*hodie trigesima Sabbata. Vin tu Curtis Iudæis oppedere?* —Vetustæ Glossæ. TRIGESIMA SABBATA. *quæ neomenias esse dicunt*. Recte. Nam Sabbata Horatius vocat omne festum Iudæorum. trigesima autem dies, siue ἡ τριακὰς τοῦ μηνὸς, est ἔνη καὶ νέα, quam Iudæi summa veneratione colebant. &, ut dixi, vocatur כֶּסֶא, & tubæ clangore indicebatur. Pergit Horatianus interpres: *quoniam per Sabbata Iudæi numeros Lunares accipiunt*. Per Sabbata intelligit σαββατικὴν ἡμέραν, id est feriam, per quam colligunt neomenias. Per characterem enim eas designant. Quare locus est insignis. Sed tamen hæc interpretatio non aperit mentem poetæ, qui more Græcorum, & aliorum Romanorum omne festum Iudaicum Sabbatum vocat. Rursus: *& Sabbatum magnum in renouatione Lunæ a Iudæis hodie obseruatur*. Apud Clementem similis locus ἐκ τοῦ ψευδεπιγράφου Πέτρου κηρύγματος citatur: Μηδὲ κατὰ Ἰουδαίους σέβεσθε. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι μόνοι οἰόμενοι τὸν θεὸν γινώσκειν, οὐκ ἐπίστανται, λατρεύοντες ἀγγέλοις καὶ ἀρχαγγέλοις, μηνὶ καὶ σελήνῃ, καὶ ἐὰν μὴ ἡ σελήνη φανῇ, σάββατον οὐκ ἄγουσιν, οὔτε ἄζυμα, οὔτε μεγάλην ἡμέραν. Et hic quoque locus est luculentus. Nam idem vult, quod Horatius, & interpres Horatij, Sabbatum a Iudæis non obseruari nisi visa Luna, eodem modo accipiens Sabbatum, quo Horatius, pro quouis festo Iudaico. Sic in illud Epist. ad Galatas IIII, 9, 10: Græca Scholia: τὰς νομικὰς τηρήσεις διὰ τὰ σάββατα, καὶ τὰς ἑβδομάδας, καὶ τὰς νουμηνίας, ὅτι ἡλίου καὶ σελήνης κινήσει οἱ καιροὶ διαπίπτουσι. Quin & quod sequitur, verissimum, eos non agere ἄζυμα, ἑορτὴν (id est, πεντηκοστὴν) & μεγάλην ἡμέραν (τὴν σκηνοπηγίαν) nisi prius visa Luna. Hoc certe olim faciebant, quum quantum per tempus nubilum licebat, neomenias putabant עַל פִּי הָרְאִיָּה *ad visionem*. Hodie, quia a coitu luminarium, & ex scripto neomenias putant, duo festa obseruant. quorum alterum vocant יום טוב שֵׁנִי שֶׁל גָּלוּת *Festum secundum exilij*. & de Rabbi Eliezer Hakkalir scriptum extat: בִּימֵיהֶם הָיוּ מְקַדְּשִׁין עַל פִּי הָרְאִיָּה שֶׁהֲרֵי לֹא תִקֵּן שׁוּם קְרוֹבָה לְיוֹם שֵׁנִי *quod in diebus illius sanctificabant neomeniam secundum visionem, propterea quod nullam poesin ordinauit ad diem secundum (festi deportationis)* Clarius apud alios de hoc Eliezer: לא יסד לָנוּ שׁוּם פיוט רק על יום ראשון של יום טוב כְּמִנְהַג בְּנֵי אֶרֶץ יִשְׂרָאֵל שֶׁלֹּא שָׁמְרוּ כִּסְפֵק שְׁנֵי יָמִים שֶׁל גָּלֻיּוֹת כִּבְנֵי חוּצָה לָאָרֶץ *Nullam poesin instituit præterquam super primo die festi secundum ritum filiorum terræ Israelis, qui non custodiunt dubium bidui deportationum, quemadmodum extranei terræ Israelis.* Dubium bidui deportationum vocat, biduũ festi, quod coguntur celebrare illi Iudæi, qui extra terram Israelis habitant: hoc est, οἱ τῆς διασπορᾶς, quia unum tantum festum obseruant Iudæi Palæstini, propterea quod illis licet ad visionem Lunæ neomenias determinare, quod quidem extra fines terræ Israelis non licet. Ex eo autem Iudæorũ Critici & Chronologi conijciunt Rabbi Eliezer vixisse stante Templo: quia eius sæculo unum tantum festum celebrabant, non duo, ut hodie propter dubium neomeniæ. Vnum autem festum duntaxat celebrare non potuisse, nisi neomeniam ad visionem sanctificarent. quod certe fiebat stante Templo. quod autem geminum festum non celebrarent, patet eo, quod quum ipse poesim & hymnum conscripserit pro uno festo duntaxat, necessario sequitur unum tantum festum, & unam neomeniam eos tunc obseruasse. Sed an verum sit eos unum tantum festum obseruasse, dubitari possit ex illo loco Horatij *trigesima Sabbata*. Nam proculdubio τὴν τριακάδα, quam כסא vocabant, sacram habebant, ut & neomeniam sequentem. de quo amplius loquendi hic locus non est. Hodie vero ut duo sunt Festa, ita duo hymni singulis festis dicati, quibus in exilio utuntur Iudæi.

REGVLÆ.

III *Semper in anno communi.*] III Feria est idonea capiti anni. Tisri enim potest incipere a ferijs, II, III, V, VII, quæ quatuor feriæ admittuntur in neomeniam Tisri. reliquæ tres I, III, VI sunt reijculæ, καὶ ἀδόκιμοι per Reg. I. Accidit tamen, ut aliquando feria tertia etiam reijciatur, si in anno communi character fuerit, 3. 9. 204, aut amplius. Adijce enim characterem anni communis 4. 8. 876. fient 7. 18. 0, nouilunium vetus transferendum astronomice in feriam primam. Sed feria prima non est idonea per regulam primam. Transferatur ergo in secundam, ut usus Iudaicus ciuilium dierum postulat. A feria 3, ad feriam secundam, sunt dies VI. Ideo annus ille communis fuerit dierum 356. quod est absurdum per defin. II. Ergo feria tertia statuatur quinta, quotiescunque nouilunium attigit, aut excessit hor. 9. 204.

IIII *Semper post embolismum.*] Secunda feria est idonea. Sed potest contingere, ut reprobetur; idque in anno proxime post embolismum, si nouilunium fuerit 2. 15. 589. aut amplius. Ab eo enim aufer characterem anni embolimæi 5. 21. 589. remanet character Tisri antecedentis ante embolismum 3. 18. 0, nouilunium vetus mutandum astronomice ex tertia in quartam feriam, & ciuiliter ex quarta in quintam. Sed a quinta feria, ad secundam Tisri sequentis, sunt tantum dies quatuor. Ergo ille annus embolimæus fuerit tantum dierum 382. quod est ridiculum per eand. defin. II. Itaque pro feria secunda, assumenda tertia. & annus ille antecedens embolimæus fuerit defectiuus. Vides quæ sit huius Computi elegantia, quanta peritia & solertia: ut etiam in Translationibus superstitionis Iudaicæ eiusmodi temperamentum adhibeatur, quod proxime a rationibus Lunæ abest: in ordinarijs autem annis non potuit ulla methodus melior, accuratior excogitari. Hoc hoc vocandum erat diuinum inuentum, non imperitiæ Clauij fœtura, binæ epactæ in unam diem congestæ, bisexti ratio neglecta, alienum principium epactarum, mensis Lunaris XXXI dierum, καὶ τοιαῦτα τῆς ἀστρολογίας, καὶ ἀπειρίας παροψωνήματα. Quid præstiterint veteres Ecclesiasticorum computorum magistri in hac doctrina, tempus ipsum docuit. Nam usque ad septingentos annos a Christo nato vix error deprehensus est. Hodie περίηγησις σεληναική imperitiam harum rerum aperuit; ut propterea castigationem adhibendam esse necessitas ipsa docuerit. Admota est manus castigationi. Sed ad errores deprehendendos stultorum magister tempus exspectandum non est. Iam omnia sunt ἐναργῆ καὶ ὀφθαλμοφανῆ. Nemo ea tueri potest, præter malignos, aut imperitos. In tanta luce literarum latebram inscitiæ quærere, extremæ impudentiæ est. Diuina diuina Iudæorum anni ratio potuit Lilianis præire quomodo & rem accuratius exequerentur, & existimationi suæ consulerent. Non minima vero pars eius felicitatis fuisset, si peritiorem, quam Clauium, ad consilium adhibuissent. Sed cuncta aerij discerpunt irrita venti. Melius ergo scientiam sibi reseruare, usum erroris Clauio & Clauianis relinquere.

IN CAPVT SEPTIMVM.

ΜΗΝΕΣ ΑΤΤΙΚΟΙ.] Multa quidem sacra, solennia, diesque festi Atheniensium fuerunt, de quibus ingentes Commentarios quum alij, tum Apollodorus, & Philochorus conscripserant. sed ex tanto numero pauca in potestatem nostram peruenerunt, neque eorum quidem omnium dies, quibus ea celebrabantur quotannis, præter aliquot, nobis explorati sunt. Quare quæ hic coniecimus, boni consulat benignus lector; & si felicius ei, quam nobis, in veterum scriptis diem, quæ diligentiam nostram effugerit, nancisci contigerit, poterit eam suo loco in isto Kalendario ponere, & alijs, ut idem faciant, præire.

ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ.] Hecatombæon est mensis πρυτανείας, & populi. Gamelion autem est caput octaeteridis popularis, aut periodi Calippicæ popularis. Sic Iudæis Nisan est caput anni ciuilis & Ecclesiastici, Tisri Computi annalis. Ideo enim Adar intercalatur, quia est anni Mosaici ultimus, & propter eandem causam Posideon intercalabatur, quia proximus ab eo Gamelion erat caput Octaeteridis. Certe æuo Harpali Gamelion erat princeps mensium tam πρυτανείας, quam dierum ciuilium. neque res vetusta est, ciuile tempus ab Hecatombæone putare. & propter Παναθήναια institutum, ut Hecatombæon, cui id solenne competit, esset mensium princeps. Idque accidit postquam Panathenæa maiuscula tetraterica instituta sunt, anno III Olymp. LIII. Nam antiquitus τροπαὶ χειμεριναὶ erat initium anni in terra Attica, ut & Romæ, unde initium suarum Octaeteridon fecerunt Harpalus, & Eudoxus: sed Harpalus post IX Ianuarij, Eudoxus post XXVII Decembris, ubi putauit esse τροπὰς χειμερινάς,

quæ

quæ concurrebant tunc cum Isijs Aegyptiacis. τροπὰς autem, quod cogimur non semel iterare, siue κέντρα, non eas, quæ veræ τροπαὶ essent, vocabant, sed quadrantem anni Iuliani dierum XCI. hor. 7. 30. Hebræi, ut suo loco vidimus, Tekuphoth vocant. Primus quadrans VII Ianuarij, secundus VIII Aprilis, tertius VIII Julij, quartus VII Octobris. A primo quadrante veteres Attici, & Romani, &, quod non vereor asserere, maior pars Græciæ anni sui initium ducebant: Chaldæi, & Persæ a secundo; Elidenses, & postea etiam Athenienses annum πρυτανείας, a tertio: Hebræi vetustissimi, etiã hodierni a quarto quadrante, quem תקופה vocat Moses, in quo æquinoctium Autumni commissum fuit anno Exodi. Apud Aristotelem περὶ ζώων ἱστορίας, Theophrastum περὶ φυτῶν ἱστορίας creberrima τροπῶν mentio, & apud alios. Qui putant eos intelligere de veris solstitijs, aut æquinoctijs, quod certe, ut video, omnes hactenus putarunt, non parum peccant. Apud Diodorum Siculum pag. 443, anno III Olymp. XCVI Ευβουλίδου ἄρχοντος, legimus περὶ τροπὰς χειμερινὰς fuisse νύκτα ἀσέληνον. hoc est fuisse ultimam diem mensis Lunaris, & die sequenti nouilunium contigisse. Erat aureus numerus VII. Epacta Iuliana XI, quę profecto currebat adhuc ab antecedente Martio, & est e regione VIII Ianuarij. Ergo nouilunium fuit VIII Ianuarij, & consequenter VII fuit νὺξ ἀσέληνος, quam ἕνην καὶ νέαν Solon vocauit. Diodorus: ἔτυχον μὲν οὖσαι τροπαὶ χειμεριναί. aliquot interiectis: ὥρμησε νυκτὸς ἀσελήνου καὶ χειμερίου πρὸς τοὺς ἀνωτάτω τόπους. Erat, inquit, νὺξ ἀσέληνος περὶ τροπὰς χειμερινάς. Ea autem incidit in VII Ianuarij. Ergo VII Ianuarij erant τροπαὶ χειμεριναί. Vides quam certa nobis constet ratio horum Cardinũ: ut vera solstitia, veram brumam, vera æquinoctia desinant suspicari, qui τροπὰς χειμερινὰς aliud esse putant ab eo, quod diximus. Sed & in alijs, quæ huc pertinent, & affinia sunt doctrinæ anni Attici, multum, aut certe largius, errarunt. Quis enim eorũ, qui obiter, aut ex professo de mensibus, & anno Atheniensium scripserunt, non putauit tam eorum, quam aliarum Græciæ nationum, menses & annum ad Lunam descriptos fuisse? Quid de ijs, qui scripserunt, loquor? Quis hodie non credit annum omnium Græcorum mere Lunarem fuisse? Quid? Magnus Gaza, qui aureum libellum de mensibus Atticis reliquit, quid aliter censet; quam eos menses ad Lunam descriptos fuisse? & quum id veterum testimonijs firmare conatur, eos scriptores sententiæ suæ fundos adducit, qui omnino contra eum faciunt; ut ex ijs, quæ aduersus eum disputauimus, libro primo de Emend. Temporum, animaduerti potest. Primus Atheniensium Solon in suo magistratu ciuibus suis auctor fuit mensibus Lunaribus uti, καὶ τὰς ἡμέρας κατὰ σελήνην ἄγειν. Ergo ante magistratum Solonis menses Attici non erant Lunares. Diodorus Siculus libro XIII, pag. 331, scribit quosdam ingressos inquilini cuiusdam ædes media nocte, neomenia, eosque agnitos fuisse ad lumen Lunæ. Sane Luna in neomenia lucere media nocte non potest. Igitur ea neomenia non fuit Lunaris. Verba Diodori: ἔφησεν εἰς οἰκίαν μετοίκου τινὸς ἑωρακέναι τῇ νουμηνίᾳ περὶ μέσας νύκτας εἰσιόντας. Aliquot interiectis: ἔφησε πρὸς τὸ τῆς σελήνης φῶς ἑωρακέναι. Hinc colligitur quare Thucydides dixerit Solem defecisse νουμηνίᾳ κατὰ σελήνην. nimirum quia duplex esset νουμηνία, altera κατὰ σελήνην, altera non ita. Nam ibi νουμηνία manifesto intelligitur coitus luminarium, non autem ullum tempus ciuile. Rursus Mysteria maiuscula celebrabantur anno quinto, quatuor solidis exactis, Βοηδρομιῶνος εἰκάδι, τῇ πανσελήνῳ, *vigesima Boedromionos, plenilunio.* Si Boedromion erat Lunaris, plenilunium in XV, non in XX, contingeret. Meton constituit neomeniam Hecatombæonos sui Lunaris in XIII die Scirrhophorionos popularis, auctore Diodoro. Ergo Scirrhophorion popularis non erat Lunaris, quum verum nouilunium committeretur in eius XIII die. Ex his concludimus menses Atticos non fuisse Lunares. Ex mensibus vero non Lunaribus componitur annus non Lunaris: quanuis annus Lunaris posset componi ex undecim XXX dierum, & ex ultimo XXIIII dierum. Sed esset monstrum anni, non autem annus. Videamus tamen, an ex mensibus non Lunaribus constitui potuerit annus Atticus Lunaris. Aristoteles scribit quintam anni partem esse dierum LXXII. Quinquies autem LXXII sunt CCCLX. Ergo annus Atticus fuit CCCLX dierum, & proinde menses XXX diebus explicabantur, ita ut nullus cauus esset. Verba Aristotelis: τίκτουσι πέμπτον μέρος ἐνιαυτοῦ, τοῦτ' ἔστιν ἡμέρας ἑβδομήκοντα καὶ δύο. *Pariunt quintam partem anni, hoc est, dies* LXXII. Idem: κύει δὲ ἡ μὲν Λακωνικὴ ἕκτον μέρος τοῦ ἐνιαυτοῦ. τοῦτο δέ ἐστιν ἡμέραι ἑξήκοντα. *Fœtum gerit Laconica sextam partem anni, quæ sunt dies* LX. Sane sexies sexaginta sunt CCCLX dies, modus anni Attici: quorum duodecima pars sunt XXX, modus mensis Attici. Plinius tradit CCCLX statuas Demetrio Phalereo ab Atheniensibus dicatas fuisse: & Varro hoc explicans ait tot numero fuisse, *Quod luces habet annus absolutus.* Ergo annus absolutus Attticus tot dies habuit, quod statuæ fuerunt Demetrio positæ; hoc est CCCLX. Xenophon περὶ πόρων scribit, si sex millia mancipiorum singulos obolos in diem dominis

 suis lu-

ſuis lucrentur, anno vertente colligi LX Talenta, id eſt obolos 2160000. qui per 6000, quot nimirum ſunt mancipia, diuiſi relinquent dies 360, quot nimirum annum Atticum conſtituere intelligit Xenophon. ἣν γε μέν τοι τὸ πρῶτον συςῇ διακόσια καὶ χίλια ἀνδράποδα, εἰκὸς ἤδη ἀπ' αὐτῆς τῆς προσόδου ἐν ἔτεσι πέντε, ἢ ἕξ, μὴ μεῖον αὐτῇ ἑξακισχιλίων γενέσθαι. ἀπό γε μὴν τούτου τοῦ ἀριθμοῦ, ἣν ὀβολὸν ἕκαςος ἀτελῆ τῆς ἡμέρας φέρῃ, ἡ μὲν πρόσοδος ἑξήκοντα τάλαντα ἐνιαυτοῦ, &c. Ergo annus CCCLX dierum fuit. His animaduerſis, nunc videndum, quomodo in hac anni forma, quæ multum abeſt a Lunari, (ſex enim diebus maior eſt Lunari) plenilunium redibat quinto quoque anno in XX Boedromionis, nouilunium in neomeniam Hecatombæonis. Nam Olympia celebrabantur plenilunio, XV die menſis, quinto quoque anno in Elide, & Panathenæa eodem die Hecatombæonis, πανσελήνῳ Athenis. Itaque & Pindarus plenilunio Olympia inſtaurari dicit, & Scholia eius, poſt XLIX menſes. Sane XLIX menſes Lunares ſunt dies 1447 minus $\frac{23}{1080}$ unius horæ. At quatuor anni Græci, id eſt quater 360 dies, ſunt tantum 1440. Deſunt ergo Tetracteridi Græcæ VII dies ad aſſequendum quinquageſimum nouilunium rediens poſt tres annos Lunares communes, & unum embolimæum. Igitur quatuor annis Græcis appendebantur VII dies præter XLVIII menſes. Quod verum eſt. Annus enim Atticus in fine Ποσιδεῶνος habuit duas dies ἐπαγομένας, quæ dicebantur ἄναρχοι ἡμέραι, quod per illud biduum Attica erat ἄνευ ἀρχῶν, ſine magiſtratibus, & illæ ἐπαγόμεναι dicatæ erant Comitijs habendis ad creandos magiſtratus nouos. Sed ſi ſinguli anni habebant appendicem bidui, in Tetraeteride ergo Attica erant 1448 dies, quum tamen 1447 duntaxat ſint in tetraeteride Lunari. Huic incommodo remedium excogitatum eſt ἐξαίρεσις, exemptio unius diei, ut teſtatur Cicero in Verrinis, qui hos dies vocari ait a Græcis ἐξαιρεσίμους ἡμέρας. quem locum ne ipſe quidem eximius interpres Aſconius aſſecutus eſt. Locum vero ἐξαιρέσεως τῇ δευτέρᾳ Βοηδρομιῶνος aſſignat Plutarchus. & tunc ἀντὶ τοῦ δευτέρᾳ Βοηδρομιῶνος, dicebant τρίτη Βοηδρομιῶνος ἱςαμένου. & τὴν τριακάδα vocabant ultimam Boedromionos, quæ tantum erat undetrigeſima, ſiue δευτέρα φθίνοντος. Moſchopulus in ἡμέρας Heſiodi ex quodam veteri interprete: Ἀθηναῖοι τὴν τριακοςὴν φασιν ἐννάτην καὶ εἰκοςήν. Traiectio eſt articuli. Legendum: Ἀθηναῖοι τριακοςὴν φασι τὴν ἐννάτην καὶ εἰκοςήν. *Athenienſes trigeſimam vocant, quæ eſt undetrigeſima.* Hoc ſane contingit, ubi fit ἐξαίρεσις. Hinc igitur nata eſt ingenioſiſſima Tetracoſieteris, cuius exemplum ſubiecimus, in quo

		TETRAETERIS POPVLARIS ATTICA.				TETRAETERIS LVNARIS.				*Nouilunia in Tetraeteride populari.*			
		An. I.	*An.* II.	*A.* III.	*A.* IIII	*An.* I.	*An.* II.	*A.* III.	*A.* IIII.	I	II	III	IIII
1	Hecatombæon	30	392	754	1116	30	384	738	1092	1	23	15	7
2	Metagitnion	60	422	784	1146	59	413	767	1121	30	22	14	6
3	Boedromion	90	452	814	1175	89	443	797	1151	30	22	14	6
4	Pyanepſion	120	482	844	1205	118	472	826	1180	29	21	13	6
5	Mæmacterion	150	512	874	1235	148	502	856	1210	29	21	13	6
6	Poſideon	182	544	906	1267	177	531	885	1239	28	20	12	5
7	Gamelion	212	574	936	1297	207	561	915	1269	26	18	10	3
8	Antheſterion	242	604	966	1327	236	590	944	1298	25	17	9	2
9	Elaphebolion	272	634	996	1357	266	620	974	1328	25	17	9	2
10	Munychion	302	664	1026	1387	295	649	1008	1357	24	16	8	1
11	Thargelion	332	694	1046	1417	325	679	1033	1387	24	16	8	1
12	Scirrhophorion	362	724	1086	1447	354	708	1062	1447	23	15	7	1
0	0	0	0	0	0	0	0	0	1447	0	0	0	0

primum dies ipſius Tetracoſieteridos popularis: ſecunda ſtatione dies Lunares, tertia diem nouilunij in uno quoque menſe populari poſuimus. Quia Boedromion in quarto anno eſt ἐξαιρεσιμαῖος, propterea pro 1176, e regione eius 1175 dies notauimus: & conſequenter nouilunium Pyanepſionos, cui conueniebat eſſe in V menſis popularis, continuatur in VI, ut & ſequens: quia nouilunium Pyanepſionis eſt plenum. Propterea quater ponitur 6 in continuis quatuor menſibus. Vltimum nouilunium in Scirrhophorione, ſicut & duo antecedentia, ſunt plena, ut ex ratione dierum Lunarium illis reſpondentium apparet. Ita fit, ut tria hæc nouilunia cum ſequente fiant quatuor continua plena, quod eſt vitioſum in exacto menſe Lunari. Sed Meton, & Calippus crebro uſurparunt. Certe in vero anno Lunari tria plena continuata nouilunia non poſſunt eſſe, niſi tertium pertineat ad annum ſequentem. Vt in anno Arabico ὑπερημέρῳ Dulhaia ex ordine eſt plenus, Dulkadati extra ordinem. Muharram autem, qui ſemper plenus eſt, pertinet ad ſequentem annum.

annum. Ita fit, ut regulariter tria in eodem anno plena continua nouilunia esse non possint. Quia vero naturalis ratio postulat, ut omnis intercalatio mensis, aut diei, in calce anni ponatur, propterea in anno ὑπερημέρῳ effugi non potest, quin Dulkada sit plenus, & medius inter duos plenos, Dulhaia scilicet eiusdem anni, Muharram autem sequentis. At in anno Liliano, quoties Epacta est ✱, XXIX, XXVIII, XXVII, XXVI, semper tres primi menses Lunares anno bissextili pleni continuantur, Ianuarius, Februarius, Martius. Itaque non mirum est, si palam profitentur se serius aliquando nouilunium instituere, quam rationes Lunares exigunt. Hoc enim in illis epactis nunquam euitari potest. Ideo quum nouilunium Martij debuerit esse die nonagesima, incidet in nonagesimam primam. Idem fit in omnibus sequentibus Epactis in anno bisextili, propterea quod Februarius concipit fœtum Elephanti, XXXI dies Lunares. Ita placuit Clauio. Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. Hæc ergo Tetraeteris a nobis popularis vocata est, propter menses plenos, qui in usum temporis ciuilis apud populum recepti essent; & præterea ut annus iste distingueretur ab anno πρυτανείας Magistratuum. Nam quemadmodum est Tetraeteris popularis, ita & Tetraeteris πρυτανείας mere Lunaris. Tetraeteris popularis Eleis dicta est Olympias, Phocensibus Pythias, Nicopolitis Actij promontorij Actias, Atheniensibus μυστήρια, καὶ Παναθήναια. Recte autem iudicarunt XLIX menses Lunares, quod scilicet sunt in Tetraeteride, esse dierum 1447. Quatuor enim anni Lunares communes sunt dierum 1417. hor. 11. scrup. Iud. 264. Accedant dies, horæ, scrupula unius mensis Lunaris. Colliguntur dies 1446. hor. 23. 1057. hoc est dies 1447, minus $\frac{23}{1080}$, quod ab illis vel neglectum, vel potius ignoratum. Quis non miretur tam præcise definitum Tetraeteridos interuallum in tanta vetustate, in tanta rerum cælestium ignoratione? Porro superior Tabella adeo necessaria est ad rationes ciuilis temporis Attici, ut cognito die mensis, populatis, & πρυτανείας, facile deprehendi possit, quotus annus sit Tetraeteridos; ut alibi a nobis declaratur. Sed vide, ut tres ultimæ Lunationes sint plenæ. quia in Tetraeteride præter quatuor annos Lunares communes, sunt insuper dies 31. hoc est unus mensis plenus, qui est ultimus, & quadragesimus nonus, & præterea unus dies addendus antecedenti cauo. Ita fiunt tres ultimi continui menses Lunares caui.

TABVLA PRIMA.] De mensibus Atheniensium, & erroribus Gazæ in illis suo ordini restituendis accurate a nobis disputatum est libro primo de emend. temporum. Præpostere enim hos menses continuat, Boedromiona, Mæmacteriona, Anthesteriona, quo nihil alienius a vero excogitari potuit. Hoc enim modo Posideon fuisset septimus ab Hecatombæone, non a Scirrhophorione. Atqui apud Ptolemæum eodem anno Luna defecit Scirrhophorione, & Posideone. Inter duo proxima deliquia tantum intersunt dies CLXXVII. qui sunt menses Lunares sex absoluti. quare semper deliquium fit septimo mense a priore. Ideo posideon, in quo contigit posterior defectio, est septimus a Scirrhophorione, quo prius deliquium accidit. Tamen scio hunc maximi viri errorem ita alte radices in mentibus hominum egisse, ut ad eas euellendas non ratione opus sit, sed tempore, quod efficacius imperitorum animis imperat, quam ratio ipsa. Iam multa sæcula præterierunt, ex quo doctrina anni Attici de hominum memoria perijt: ut ne volam quidem, aut vestigium eius ullum prehendere potuerint homines summo alioquin ingenio, & doctrina præditi. In hoc laterculo mensium Hecatombæon princeps est, ut superiore Tabella, & reliqua, eodem modo se habent, ut in altera.

TABVLA SECVNDA. PERIODVS CALIPPICA.] Hæc Tabula constat ex Tetraeteridibus XIX, annis LXXVI, quibus exactis neomeniæ redeunt in orbem in contextu dierum Iulianorum; quæ est periodus illa celeberrima Calippi Cyziceni Mathematici, accommodata tam Atticis, quam Olympicis diebus ciuilibus. Eius primus Hecatombæon est, qui post κέντρον θερινὸν proxime incipit. Κέντρον autem θερινόν, siue τροπὰς χειμερινάς, proxime demonstrauimus esse diem VIII Iulij. Quod enim nunquam Hecatombæonos neomenia illam epocham anteuerteret, perspicue ex Platonis libro VI de Legibus constat, ubi dicitur annum incipere ab ea neomenia, ἀπὸ τοῦ ἐπιόντος μηνὸς, qui proxime θερινὰς τροπὰς sequitur. ἐπειδὰν μέλλει νέος ἐνιαυτὸς μετὰ θερινὰς τροπὰς τῷ ἐπιόντι μηνὶ γίνεσθαι. Quod proximus mensis, qui θερινὰς τροπὰς sequebatur, esset primus anni, tam hinc colligitur, quam ex eo, quod scribit Diodorus de Metone, quem ait statuisse primum nouilunium enneadecaeteridos suæ in XIII Scirrhophorionos, eodem anno, quo solstitium obseruauit in XXVII Iunij; Θαργηλιῶνος ἕκτῃ φθίνοντος. Secundum consuetudinem Atticorum, quam nos docet Plato, non debuit statuere neomeniam suam ante XXVII Iunij, sed id nouilunium instituere primum enneadecaeteridos suæ, quod proxime post XXVII Iunj sequebatur. Proximum autem nouilunium, vel potius νὺξ ἀσέληνος incidit eo anno in XV Iulj. Ibi igitur constituit nouilunium

primi sui Hecatombæonis. Atqui, ut Diodorus scribit, eius primum nouilunium conueniebat in XIII Scirrhophorionos. Ergo Scirrhophorionos dies XIII incidit in XV Iulij: & proinde neomenia Scirrhophorionos popularis conueniebat in III Iulij. Hecatombæon igitur popularis anni sequentis incidit in secundam Augusti. Adeo remota fuit neomenia Hecatombæonos, ne scilicet ante VIII diem Iulj statueretur. Anno quoque VII belli Peloponnesiaci Luna defecit Boedromione, IX Octobris. Neomenia Scirrhophorionos erat in VII Iulj, ut alibi fusius a nobis demonstratur. & consequenter neomenia Hecatombæonos VI Augusti. Quare videmus quam longe a vero discedant, qui τροπὰς θερινὰς, aut ἐαρινὰς, aut χειμερινὰς pro veris momentis sumunt, quibus Sol ingreditur Signa κεντρικὰ, quanto etiã longius a metis expatientur, qui annum Atticum a mense Iunio incipiunt. Tertius erroris cumulus, quum annum Græcorum popularem mere Lunarem faciunt. Neque minus ridiculi sunt, qui diem excidij Troiæ exquirentes, solstitium illius anni statuunt in VI Iulj. Vbi dupliciter peccant, & ἱστορικῶς, quod ignorant τροπὰς θερινὰς nihil aliud, quam VIII Iulj fuisse, & ἀστρονομικῶς, quod solstitium eo sæculo in VI Iulj statuunt, quod tunc erat in IIII. τροπαὶ, inquam, veterum Græcorum VII Ianuarij, VIII Aprilis, VIII Iulj, VII Octobris, omnes in eadem litera G, ac consequenter in eadem feria, quia quadrans anni sunt 91 dies, qui est numerus hebdomadicus. Iudæi, ut diximus, Tekuphoth, Aegyptij ὥρας vocabant. Desinant ergo ante tempora Alexandri Magni vera solstitia, aut vera æquinoctia in veterum scriptis somniare, quæ nondum deprehensa erant ad unguem, sed vicem eorum κέντρα illa, καὶ ὥρας intelligebant. Vt autem ad nostram periodũ Calippicam redeamus, verum eius initium est a Gamelione in X Ianuarij, unde Octaeteridos suæ πρυτανείας caput exorsus est Harpalus vetustissimus Mathematicus, propterea quod hinc etiam Octaeteris popularis incipiebat, ut suo loco videbimus. Calippus vero vidit, certe arbitratus est, omnia nouilunia in orbem redire in IX Octaeteridibus popularibus, & una Tetraeteride. qui fiunt omnes LXXVI anni, cycli Metonici absoluti IIII uno die minus. Hæc est, quam periodum Calippicam vocabant, cuius initium est a diebus æstiuis: quum verum caput dierum omnium ciuilium Atticorum esset post VIII Ianuarij, ubi intercalabant suum diem quinto quoque anno redeunte, quod vocabant Olympia mysteria, ut diserte nos docet Cicero ad Atticum. de quo vide amplius pag. 171 de Emend. Temp. Ibi enim multa cognitu digna reperies ad locum Ciceronis illustrandum. Denique brumam & Gamelionem fuisse initium dierum ciuilium Athenis, præter id, quod de eorum die intercalari, quod bisextum vulgo vocamus, iam a nobis dictum est, manifestum argumentum est intercalatio Posideonos, qui ante Gamelionem proximus est, item appendix duarum dierum in fine ipsius Posideonos. Sic apud Hebræos verum anni initium esse a Nisan docet mensis Adar proximus ante Nisan, qui intercalatur. Omnis enim intercalatio fini anni debetur, non medio. Itaque anno intercalationis τροπαὶ χειμεριναὶ incidebant in VIII Ianuarij, die ex quatuor quadrantibus accrescente. Neque vero apud Hesiodum per τροπὰς χειμερινὰς aliud intellige, quam VII Ianuarij.

Εὖτ' ἂν δ' ἑξήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο
χειμέρι' ἐκτελέσῃ Ζεὺς ἤματα, δή ῥα τότ' ἀστὴρ
Ἀρκτοῦρος προλιπὼν ἱερὸν ῥόον ὠκεανοῖο
Πρῶτον παμφαίνων ἐπιτέλλεται ἀκροκνέφαιος.

Per sexaginta dies post brumam intelligit duos menses, Gamelionem & Anthesterionem. At Gamelion nunquam anteuertebat IX Ianuarij. Ideo sexaginta diebus a cardine brumali, qui in VII, aut VIII Ianuarij hærebat, ait Arcturum vespertino in Bæotia oriri. Id fuerit circiter VIII, aut IX Martij. Nisi hoc dictum videri posset ab Hesiodo ὁλοσχερῶς καὶ οὐκ ἀκριβῶς, aliquis posset inde ex Tabulis Directionum æuum Hesiodi inuestigare, quum ex illis collegerit quando Arcturi ortus vespertinus in Bæotia VIII aut IX Martij contingebat. Citimus Gamelion statuendus fuisset in IX Ianuarij, aureo numero VII adhuc currente, anno tertio Olympiadis primæ. Sed si Attici hoc fecissent, incommodum, a quo, tanquam scopulo, cauebant, incurrissent. Hecatombæon enim sequens in VIII Iulj incidisset, hoc est in ipsum κέντρον θερινόν. Atqui Plato mensem primum vocat τὸν ἐπιόντα πρῶτον μετὰ τροπὰς θερινὰς, mensem, qui primus succedit post τροπὰς θερινὰς, quæ in VIII Iulij semper hærent. Propter Hecatombæonem igitur, quia primus est mensium popularium, ab eo principium huius periodi deduximus; simul etiam ut Attica periodus cum Olympica pariaret. Vtraque enim incipit ab aureo numero V, item a mense primo æstiuo. Non tamen eadem utriusque methodus. Nam de periodo Olympica deducendi sunt anni XXXVIII, ut habeas periodum Atticam, aut contra, totidem anni adijciendi. Eodem enim methodus recidit. Quia vero in utraq; periodo primus mensis statim μετὰ τροπὰς θερινὰς incipit, ne sequenti anno caput

caput anni anteuerteret ipsas τροπὰς, intercalatione Ποσιδεῶνος δευτέρου cauebatur. Itaque sequenti anno a IX Iulij, ad VII Augusti, neomenia primi mensis præcipitabatur per antecedentem Ποσιδεῶνος δευτέρου intercalationem. Hinc fiebat, ut Olympias incideret nunc in mensem Lunarem Apolloniũ, aliquando in mensem Lunarem Parthenium: quemadmodum & Panathenæa nunc in Hecatombæonem πρυτανείας, nunc in Metagitnionem incurrebant. Quocirca ne reliquæ nationes Græciæ tempus ludicri Olympici ignorarent, βασίλαι Elidenses, qui ijdem erant, qui Athenis ἱεροφάνται, per Græciam præmittebant, qui diem certaminis denunciaret. Pindarus Isthmico secundo: ὄντε καὶ κάρυκες ὡρᾶν ἀνέγνων σπονδοφόροι Κρονίδα Ζανὸς Ἀλεῖοι. Scholia vetustissima: οἱ κήρυκες οἱ τὰς ὥρας καὶ τὸν καιρὸν τοῦ Ὀλυμπιακοῦ ἀγῶνος ἐκήρυσσον, καθ' ὃ ἐπιτελεῖτο. Sic quotannis Samaritæ montis Garizim popularibus suis Aegyptiensibus codicillos mittunt, quibus omnem typum anni imminentis denunciant. Sic & Ecclesia Alexandrina per multas regiones ab Autumno diem sequentis Pascha indicebat. De hac vero varietate Olympici ludicri propter intercalationem mensis, ita accipito: Tetraeteris ordinaria est dierum 1447, embolimæa dierum 1477, cuiusmodi prima est huius periodi propter intercalationem Posideonos: qui sunt omnino menses quinquaginta, quum tamen ordinaria undequinquaginta duntaxat mensibus explicetur. Numero aureo IIII, primo anno Cycli Iudaici, ponantur neomeniæ Ab Iudaici, & Hecatombæonos in XI Iulij. Quinto anno, Tetraeteride ineunte, neomenia Ab erit in XXVIII Iunj, ut contigit anno Christi superiore 1603. At neomenia Hecatombæonis, aut, si mauis, mensis Olympici, incidet in XXVIII Iulj in ipsa neomenia Elul, numero aureo VIII. Quare inter utriusque Tetraeteridos neomenias primas, interuallum est menses quinquaginta Lunares. Propterea quemadmodum Olympias prior incidit in mensem Ab, posterior in mensem Elul, ita olim nunc in Apolloniũ, nunc in Parthenium Lunares conueniebat. Hoc est, quod designabat Scholion in tertium Olympicon Pindari: γίνεται δὲ ἀγὼν ποτὲ μὲν διὰ πεντηκονταεννέα μηνῶν, ποτὲ διὰ πεντήκοντα. ὅθεν καὶ ποτὲ μὲν τῷ Ἀπολλωνίῳ μηνὶ, ποτὲ δὲ τῷ Παρθενίῳ ἐπιτελεῖται. Potest etiam quispiam illos menses Apollonium & Parthenium populares interpretari, non Lunares. Non enim sunt Elidensium, sed illius gentis, cuius popularis erat vetus ille Pindari interpres. Nam raræ gentium Græcarum periodi cum Olympica paria faciebant. Sic Olympias Iphiti prima celebrata est Σκιρροφοριῶνος δευτέρα φθίνοντος. Secunda vero Μεταγειτνιῶνος πρώτη ἐπὶ δέκα: ut non solum nunc Hecatombæone, nunc Metagitnione Attico, sed etiam Scirrhophorione celebraretur. Nam Olympias semper eodem mense Olympico, eademque die celebrabatur, sed non eodem mense, eademque die mensis apud alias Græciæ nationes. Vnde non mirum, si Olympias per uniuersam Græciam per præcones indicebatur. Quod ipsius periodi constructionem spectat, duo tantum præcipua frenant licentiam dierum extra metas excurrentium, nisi occurratur, ἐξαίρεσις, & de quo iam dictum est, ἐμβολισμός. Ἐξαίρεσις est exemptio unius diei, quæ competit omni Tetraeteridi: quod annus habet duas ἀνάρχους ἡμέρας in fine Posideonos. Vnde sequeretur, ut omnis Tetraeteridos dies essent 1448. At sunt tantũ 1447. Vnus igitur dies expungendus. eaque expunctio, siue ἐξαίρεσις, fit δευτέρα Βοηδρομιῶνος, auctore Plutarcho, idque in omni Tetraeteride. Accidit aliquando, ut duo dies eximendi sint, ut rationes Lunæ postulant, & Cicero in Verrinis docet. Hoc fit quater in tota periodo. Annum, in quo fit ordinaria ἐξαίρεσις, ἐξαιρεσιμαῖον vocamus. in quo autem biduum eximitur, δισεξαιρεσιμαῖον. Neque enim ἑλληνικώτερον potuimus illud concipere. Ἐμβολισμὸς autem est unius mensis inter Mæmacterionem, & Posideonem insitio: qui vocatur Ποσιδεὼν πρότερος. ordinarius autem, qui habet τὰς ἀνάρχους ἡμέρας, dicitur Ποσιδεὼν δεύτερος. Hodie illæ Tetraeterides anteuerterunt nouilunia Olympica diebus octo solidis. quod si reformandæ essent, primæ Olympiadi aureus numerus hodiernus esset VII, Epacta XVII, in anno Christi 1602. Secundæ aureus numerus XI in anno 1606. & ita deinceps. Hoc modo nouilunia restituerentur in eandem priscam epocham. Sed ut Olympiades ad verum Solstitium dirigantur, hodie locum non habet. Nam neomenia Karkionos hodierna hæret in tertiadecima Iunij. In XIIII autem statuenda esset prima Tetraeteris. Hodie vero ea die nulla ciuilis neomenia Lunaris conficitur. Epacta enim XIII, quæ ei e regione respondet, hoc sæculo non est in usu.

TABVLA TERTIA OCTAETERIDVM.] Sat superque supra demonstratum est, quare primus Gamelion, idemque citimus, statuatur in X potius, quam in IX Ianuarij; ne scilicet sequens Hecatombæon aut in VIII, aut ante VIII Iulij incurreret. Vtrunque autem ne fieret, summo studio ab illis cauebatur. Quod autem Octaeteride uterentur ante periodum Calippicam, & initium eius a neomenia Gamelionis caperetur, abunde ex antecedente diatriba scire potuisti. Sed siue Octaeteride, siue Periodo Calippica utaris, nihil interest: quum ex eo nihil inconcilietur ordini mensium, aut epochis dierum Iulianorum. Sed de Octae-

Octaeteride opportunius sequenti capite disputabitur, quum ad Octaeterida πρυτανείας Harpaleam peruentum fuerit. Octaeterides XIX redeunt in orbem, hoc est in annis CLII, quemadmodum Tetraeterides XIX restituunt omnes neomenias tam Lunares, quam populares in annis LXXVI. Ideo hæc posterior periodus commodior est propter breuitatem, quam illa Octaeteridum.

DEFINITIONES.

I *Mensis Græcorum popularis.*] μῆνας πολιτικοὺς, & menses populares vocamus eos, quibus vulgus utebatur, qui omnes erant τριακονθήμεροι, ad differentiam eorum, quos μῆνας πρυτανείας, quibus solus magistratus utebatur, appellamus, qui erant Lunares, alternis pleni, & caui ut plurimum.

II ἡμέραι ἄναρχοι.] Hæ dies semper locum habuerunt comitijs habendis, quibus illæ dicatæ erant, usque ad tempora Cleostrati, qui auctore Solone primus octaeterida Lunarem instituit, & descriptam in vulgus publicauit, quam magistratus statim arripuit: & ex eo tempore illæ duæ superfluæ ἄναρχοι ἡμέραι neglectæ sunt, quia de CCCLIIII diebus, quibus annus Lunaris explicatur, quatuor ultimæ exceptæ sunt comitijs habendis, ideoque iure tam hæ duæ, quam illæ quatuor, Comitiales dies dici possunt, quia in illis Comitia creandis magistratibus habebantur: & propterea ἄναρχοι vocabantur, propterea quod in illis Attica erat sine magistratu. Nam ultima ultimi mensis abibant magistratu, καὶ πᾶν κῦρος populo committebatur, ut testis est Plato. Reliquæ difinitiones a superiore Diatriba lucem capiunt.

CANONES.

CANON SEXTVS.] Citimus Gamelion, ut diximus, est in X Januarij, triduo, & in anno bisextili, biduo ἀπὸ τροπῶν χειμερινῶν. Alioquin si ante X Ianuarij neomenia Gamelionos statueretur, neomenia sequentis Hecatombæonis incideret aut in VIII, aut ante VIII Iulj, ubi sunt τροπαὶ θεριναί. Reliqua perspicua sunt.

IN CAPVT OCTAVVM.

LATERCVLVM MENSIVM PRYTANIAS.] Quod ante Calippum Octaeteris popularis in usu esset, & post CLII annos Gamelion popularis ad eandem diem Iulianam, eundemque annum Tetraeteridos rediret, ex ijs, quæ supra demonstrata sunt, scire potuisti. Octaeteris autem constabat ex una Tetraeteride communi, & altera embolimæa. Communis est dierum 1447, embolimæa 1477. Summa, 2924 dies; quos in syzygias Lunares ita distribuere conatus est. Diuisis 2924 diebus in 59, prodeunt quadraginta nouem menses pleni, & totidem caui, cum diebus 33. In Octaeteride igitur sunt bis 49; id est 98 syzygiæ, & dies tres, qui additi ad 49 cauos, ex illis menses tres plenos facient. & ita 46 tantum menses caui erunt, 53 vero pleni. Aliter. 99 syzygiæ sunt in Octaeteride. Si omnes essent plenæ, fierent omnes dies 2970, de quibus detractis 2924, qui est modus Octaeteridis, relinquuntur 46 dies detrahendi de totidem mensibus plenis. Ergo 46 tantum menses caui sunt in Octaeteride: in quos si distribuantur omnes syzygiæ Octaeteridis 99, relinquentur 2 $\frac{7}{46}$ dies erogandi, & quoties interuenient, toties continuandi erunt menses pleni, ut videre potes in hoc Laterculo. Itaque hæc Octaeteris exclusit Cleostrateam, quæ tunc in usu erat apud magistratum Atheniensium. Cleostratus enim Tenedius post annos octo Hierophanticos, quos non Iulianos appellamus, existimauit neomenias ad eandem diem Iulianam reuerti, hoc est in diebus 2922. quæ Octaeteris minor est biduo Harpalea, siue duabus Tetraeteridibus popularibus. atque Harpalus ex sua Octaeteride definiuit annum Solarem dierum 365 $\frac{1}{2}$. hoc est dier. 365, hor. 12. quod nimirum reperies, si 2924 dies in octo annos distribuas. Omnes enim illi veteres ex periodis suis Lunaribus modum anni Solaris inuestigarunt. Ita singulis biennijs confectis intercalatur unus dies, ut in modo anni Iuliani singulis quadriennijs. Initium vero Octaeteridos suæ, ut nos docet Auienus, sumpsit a diebus brumalibus, hoc est a Gamelione. Vide lib. II de Emend. Temp. Tunc enim annus Atticus vulgo a Gamelione incipiebat. Vnde ἄναρχοι ἡμέραι proxime ante neomeniam Gamelionos collocantur, quia is erat exitus anni, & locus intercalandi Posideona. Nos ergo in hoc Laterculo posuimus primum nouilunium in neomenia Gamelionos, non quod re vera ullus Gamelion popularis inciperet a nouilunio, sed ut videres, qualis situs futurus

futurus erat nouiluniorum in Octaeteride Harpalea, si quidē aliqua neomenia Gamelionos popularis in neomeniam Lunarem incurrisset: aut si ipse Harpalus neglecto situ vulgarium mensium aliud populare initium eorum instituisset, quod, exempli gratia, assequi potuisset, si numero aureo VII adhuc currente neomeniam Gamelionis popularis statuisset in X Ianuarij, quæ est epocha citimi Gamelionis, ut alibi demonstrauimus. Eo enim sæculo, quum aureus numerus VII curreret, Epacta Iuliana erat IX. nouilunium vero in X Ianuarij. Sed quia menses populares loco mouendi non sunt, neq; eorum ordo mutandus, neq; ulla neomenia Gamelionos habet nouilunium, ideo Harpali nouilunium primum non potuit statui neomenia Gamelionos popularis. Sed si illius Octaeteris prima iniuit ab anno primo periodi Atticæ, qualem Calippus instituit, in quo Hecatombæon est in IX Iulij, & Gamelion antecedens in X Ianuarij, nouilunium primum Harpali fuerit in III Gamelionos. Ideo neomenijs istius Laterculi semper duo addenda, ut habeas nouilunium Harpali. quod quidem alioquin ex Tetraeteridis doctrina discere potuisti. Citimum enim nouilunium est in III Gamelionos in IIII anno Tetraeteridos: ut re vera LXXVI anni Gamelion est quartus Tetraeteridos, cuius nouilunium in III die. Nam Tetraeteridos Atticæ nouilunia sunt elenchus omniū errorum in temporibus Atticis, & munimentum omnis veritatis Chronologicæ. Exemplum. Plutarchus in libello πότερον Ἀθηναῖοι ἐνδοξότεροι, &c. scribit VI Boedromionos libari solitum, quod eo die Chabrias dux exercitus Atheniēsium Lacedæmonios circa Naxon deuicisset: quod contigit anno quarto Olymp. centesimæ, & proinde secundo Tetraeteridos Atticæ. In quo anno nouilunium est in XXII Metagitnionos, a quo tertiadecima dies desinit in VI Boedromionos. Ergo XIII Luna contigit illa victoria, quod πανσέληνον vocat ipse Plutarchus in Camillo: Ἀθηναῖοι τὴν περὶ Νάξον ἐνίκων ναυμαχίαν, ἧς Χαβρίας ἐστρατήγει, τοῦ Βοηδρομιῶνος περὶ τὴν πανσέληνον. & sane eo tempore propter προήγησιν σεληναϊκὴν XIII πρυτανείας, erat XIIII Luna. Dicit Boedromione pleniluniū fuisse, quando illa pugna naualis commissa fuit, & in libro πότερον Ἀθηναῖοι, vocat eam diem sextam Boedromionos, οἰνοχοεῖσθαι ἕκτῃ μηνός (Βοηδρομιῶνος.) ita ut ἕκτη μηνὸς contigerit pleniluniū, quod non potest, nisi secundo anno Tetraeteridos Atticæ: cuius Laterculum antea exhibuimus. Atque hoc optime Plutarchus. Illud vero non recte, pugnam Salaminiensem commissam fuisse Munychionos XVI, plenilunio. Nullus enim Munychion in tota Tetraeteride potest habere plenilunium in XVI. Erat annus primus Olympiadis LXXV: proinde tertius Tetraeteridos Atticæ. Nouilunium octaua Munychionos: plenilunium XXII eiusdem secundum epochen Olympicam: sed secūdum προήγησιν σεληναϊκὴν, plenilunium commissum fuit XXI die Munychionos, quum epacta castigata esset I. Aut igitur, si pugna commissa fuit XVI Munychionos, non fuit in plenilunio, aut si in plenilunio, non in XVI Munychionos, anno I Olympiadis. & quidem Tetraeteris fallere non potest. Sed Plutarchus sine dubio putauit omnes menses Atticos fuisse Lunares. Ideo quum legisset plenilunio commissam illam naualem pugnam ad Salamina fuisse, adscripsit illi diei, quam putabat congruere plenilunio; si quidem mensis est Lunaris. Plenilunium enim anno illo incurrebat in XIX Munichonos, aut XX, quum sæculo Iphiti cōmitteretur in XXI. Sed προήγησις iam facta erat. Sic Dionysius Halicarnassensis omnes Idus Romanorū, atq; adeo ipse Plutarchus, vocat πανσελήνους, quia sunt in medio mensis, & medium mensem findunt. Sic & idem Plutarchus menses Actiacos Aegyptiorum Lunares esse putauit: quod & indicauimus, & confutauimus in libris de Emend. Temp. Quin etiam in eadem re non sibi constat. Supra vidimus pugnam commissam ad Salamina Μουνυχιῶνος ἕκτῃ ἐπὶ δέκα. In Camillo vero ait Βοηδρομιῶνος περὶ τὰς εἰκάδας. Quis has lites componat? Sine dubio enim habebat in animo τῇ εἰκάδι Βοηδρομιῶνος μυστήρια πλεῖσθαι κατὰ τὴν πανσέληνον. Ideo omnem εἰκάδα Βοηδρομιῶνος putauit πανσέληνον esse, oblitus eius, quod alibi scripserat; ἕκτῃ Βοηδρομιῶνος pugnam illam commissam. Sane ἕκτη non est εἰκάς. Sed progressu temporis nouilunia propter προήγησιν σεληναϊκὴν, atque alias caussas, constare semper non potuerunt. Sic Laertius scribit Carneadem obijsse anno IIII Olymp. CLXII, Lunæ defectione. Illa defectio contigit V Nouembris, XV Luna, epacta I tam ordinaria, quam æquata, anno secundo periodi Atticæ. cyclo Lunæ V, Πυανεψιῶνος τρίτῃ ἱσταμένου, quum tamen ex dispositu prisco neomeniarum Lunarium, neomenia Prytanias incidere debuerit in VI Pyanepsionos. Sic de alijs nouilunijs in ultimis temporibus idem iudicium esto. Tetraeteris igitur Attica est ἔλεγχος παραστροφῆς χρόνων, ut in hoc posteriore exemplo ostendimus, item ἀκριβώσεως τῆς ἀληθείας χρόνων, ut in priore exemplo. Et propterea ex eadem Tetraeteridos doctrina examinanda sunt Octaeteridos Harpaleæ nouilunia, quomodo iam a nobis ostensum est. de qua nihil nobis relictum est, præter ea, quæ hic, & in II de Emend. Temp. disputauimus. Vitium vero octaeteridos deprehenditur κατὰ μετέμπτωσιν ἐποχῆς, quod moratur veterem suam epocham, ita ut in XVIII Octaete-

EXEMPLVM METEMPTOSEOS OCTO OCTAETERIDON.

Anni Iudaici.	Numer. Aureus.	Feria Tisri.	Litera Dominic.	
5363	vii	2	C	vi Septemb.
5371	xv	7	G	viii Sept.
5379	iiii	4	D	ix Sept.
5387	xii	2	A	xi Sept.
5395	i	7	E	xiii Sept.
5405	ix	4	B	xiiii Sept.
5413	xvii	2	F	xvi Sept.
5421	vi	6	C	xvii Sept.
5429	xiiii	4	G	xix Sept.

Octaeteridibus absolutis a x Ianuarij, ad vii Februarij descendat, ut habes in Tabula iii Capitis antecedentis. Atqui hæc Octaeteris non est naturalis. Excedit enim veram horis 11.333. Cuius μετεμπτώσεως exemplum infra subiecimus in annis Iudaicis: in quo exemplo μετέμπτωσιν ἐποχῆς factam vides in octo octaeteridibus, a vi Septembris, ad xix eiusdem mensis. Stultissima vero est ea περιήγησις Clauij in xxxix octaeteridibus. Tot enim sunt in annis 312, in quibus περιήγησιν fieri somniauit; a dissimili anno, si dijs placet, ad dissimilem annum, puta a primo aureo numero, ad ix numerum aureum. quod est stultissimum. & satis alibi a nobis confutatum est. Hoc tantum interest inter illam periodum Clauianam, & xxxix octaeteridas Atticas, quod in periodo Clauiana sunt syzygiæ 3859, in xxxix Octaeteridibus duæ amplius, 3861: neque mirum, quum in illa periodo umbratica sint anni Iuliani 312, & aliquid amplius: in 39 Octaeteridibus, præter tot annos Iulianos, abundant dies lxxviii. Itaque in periodo non fit illa immanis μετέμπτωσις, quæ in Octaeteridibus Atticis. In octo eiusmodi nugatorijs periodis committitur tantum μετέμπτωσις dierum quatuor, quum interea plusquam octo dies Luna in antecedentia progressa sit. Inde fit, ut quum Luna unum diem anteuerterit, periodus fere trientem diei moretur priscam epocham. Hoc facile deprehendes, si anni Iudaici 5051 Tisri, qui incidit in vi Septembris, contuleris cum Tisri anni 7577, qui incidet in x Septembris. Interuallum, anni 2496, quæ sunt octo periodi Clauianæ tali Hipparcho dignæ. Sed stultum est, quod dixi, dies præcessionis Lunaris aut ullam differentiam περιηγητικὴν non a primo aureo numero, ad eundem primum numerum, sed a primo, ad nonum, statuere. Hæc Clauiana sunt, & farinæ illius pistrini.

NEOMENIAE ENNEADECAETERIDOS.] Iam Octaeteris Harpalea fidem decoquebat, & menda eius ὀφθαλμοφανῆ erant, ut propterea Lunam expostulantem lepidissimus Comicus induxerit:

ἄλλα τ' εὖ δρᾶν φησὶν ὑμᾶς, κοὐκ ἄγειν τὰς ἡμέρας
οὐδὲν ὀρθῶς, ἀλλ' ἄνω τε καὶ κάτω κυδοιδοπᾶν.
ὥστ' ἀπειλεῖν φησὶν αὐτῇ τοὺς θεοὺς ἑκάστοτε,
ἡνίκ' ἂν ψευσθῶσι δείπνου, κἀπίωσιν οἴκαδε
Τῆς ἑορτῆς μὴ τυχόντες κατὰ λόγον τῶν ἡμερῶν.

Meton igitur ex duabus Octaeteridibus Harpaleis, & una trieteride Lunari periodum excogitauit, qua Lunam ad eandem epocham redire putauit. Triennium Lunare, hoc est anni communes Lunares, cum uno embolimo mense pleno, fiunt dies 1092. Duæ Octaeterides Harpaleæ dies 5848. Summa. 6940 dies, quibus explicatur periodus ista 235 syzygiarum, annorum xix, unde ἐννεαδεκαετηρίδα vocauit. In una Octaeteride 99 syzygias contineri diximus. In duabus ergo erunt 198. quibus adijce 37 triennij Lunaris. Fiunt omnes 235 syzygiæ. Quæ si in 12 distribuantur, fient anni 19 communes; & septem syzygiæ. Ergo septies intercalatur in ea periodo, ut 12 anni communes sint, septem embolimæi. Rursus in Octaeteride sunt menses pleni 53. In duabus igitur 106. in triennio Lunari iam vidimus esse 19. Summa 125 menses pleni in Enneadecaeteride. qui de 235 syzygijs deducti relinquunt 110 syzygias cauas. In Enneadecaeteride igitur sunt syzygiæ 235, ex quibus plenæ. 125, cauæ 110, anni communes xii, embolimæi vii. Aliter. Si omnes syzygiæ 235 essent plenæ, fierent dies 7050. de quibus deductis 6940, relinquuntur 110 dies de plenis deducendi. Totidem igitur erunt cauæ syzygiæ. Distributis igitur 235 in 110, habebimus $2\frac{1}{11}$. Quæ est caussa, quare non continuatur alternatio plenorum & cauorum, sed & sæpe continuæ duæ plenæ syzygiæ in principio & medio anni ponuntur. Non enim aliter faciebant, quod tunc verus modus mensis Lunaris ignorabatur; donec eum in dies, horas, & scrupula primus omnium Hipparchus naturæ consiliarius, ut Plinius eum vocat, distribuit. Reliqua quæ huc faciunt, pete ex ii de Emend. Temp.

Ibid. ENNEADECATERIDOS PRYTANIAS.] Vna quæque Tribus sorte suum diem imperabat, isque dies, aut actus illius diei vocabatur πρυτανεία. Annus quoque Lunaris, quo magistra-

magiſtratus utebatur, dicebatur etiã πρυτανεία. Ideo in Pſephiſmaſin, & Scitis plebis ita præfabantur: Επ' Αρρενίδου ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς Ακαμαντίδος πέμπτης πρυτανείας, Μαιμακτηριῶνος δεκάτη ὑστέρα, τρίτη καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας. Nam πρυτανεία, quæ poſteriore loco poſita eſt, ſignificat annum magiſtratus Lunarem, quo populus nunquam Athenis uſus eſt. Reliqua pete ex principio libri ſecundi de Emend. Temp. Nam hæc prorſus antea ignorabantur. Neque ullus, quid eſſet illa πρυτανεία magis ſciebat, quam quæ eſſet Harpali Octaeteris, Metonis Enneadecaeteris, Attica Tetraeteris, τροπαὶ θεριναί, & infinita alia, quæ ſimij diſſimulant, quantum poſſunt, ſeſe antea ignoraſſe.

PERIODVS CALIPPI ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ.] Quatuor periodi in uſum Prytanias admiſſæ ſunt, & antecedens a ſequente de poſſeſſione deturbata eſt, Octaeterides duæ, Cleoſtratea, & Harpalea, Enneadecaeteris Metonica, ἑβδομηκονταεξαετηρὶς Calippica. Et hæc quoq; eodem modo menſes diſtribuit, quomodo in Harpalea, & Metonica ratione diſtributi ſunt. Conſtat ex quatuor enneadecaeteridibus, hoc eſt quater ſyzygijs 235, quæ fiunt numero 940, annis XLVIII communibus, & XXVIII embolimæis. Summa, anni periodi huius 76, quot ſunt in quatuor enneadecaeteridibus Metonicis, cum totidem diebus, uno minus. Quatuor enneadecaeterides Metonicæ ſunt dies 27760. Vnum diem abundare ſupra rationes anni Iuliani deprehendens Calippus, putauit in LXXVI annis Iulianis Lunam reſtitui eidem epochæ Iulianæ, hoc eſt in diebus 27759. Tot enim dies ſunt in 76 annis Iulianis, acceſſione XIX biſſextorum imputata. Iam ſi omnes ſyzygiæ 940 eſſent plenæ, fierent dies 28200. de quibus deductis 27759, ſuperſunt 441 dies, quot nempe menſes caui. in quos ſyzygijs 940 diſtributis, habebimus $2\frac{58}{441}$, quæ oſtendunt quando pleni menſes continuandi. ut in Metonica, & Harpalea methodo demonſtratum eſt. Reliqua pete ex II de emend. Temp. Quum autem periodum ſuam Calippus ita conſtruxerit, ut in menſibus popularibus neomenias πρυτανείας poneret, ideo ea conſtabat duplici genere menſium, popularium, & πρυτανείας. Sed periodus Calippica, quam ad obſeruationes ſuas adhibet Hipparchus apud Ptolemæum, ea eſt πρυτανείας: quam multæ nationes tam in Græcia, quam extra Græciam in uſum ciuilem admiſerunt propter Alexandrum Magnum, in cuius gratiam eam edidit Calippus anno primo imperij Aſiatici Alexandri. quod adeo verum eſt, ut magiſtratus Athenienſis pro menſium popularium Atticis appellationibus, Macedonicas uſurpare ab eo tempore cæperit, ut manifeſto conſtat ex decreto Athenienſium in gratiam Hyrcani Iudæorum Ethnarchæ factum, quod extat apud Ioſephum: idque infra a nobis ponitur.

DEFINITIONES.

I *Menſes.*] Hoc ex ultimis verbis proximæ diatribæ & ſuperiorum ſatis intelligi poteſt. Non enim alternabant regulariter plenos & cauos, ſed ſecundum ὑπεροχὴν menſium plenorum ſupra menſes cauos.

II *Octaeteris Harpalea.*] Octaeteris Harpalea, ut diximus, eſt dierum præciſe 2924. Octaeteris Lunaris dierum 2923. hor. 12. 747. Differentia: hor. 11. 333. Tantum aberrat a veris Lunæ rationibus. Quæ quidem cauſſa fuit, cur multæ Octaeterides vitio deprehenſo, ab alijs excogitatæ ſint, Nauſitele, Eudoxo, Meneſtrato, Doſitheo, Eratoſthene. Itaque non fruſtra in definitione additum eſt, Harpalea, ut deſignaretur ea, quæ in uſus πρυτανείας recepta fuit. Quum tot fuerint Octaeteridon conditores, nemo fuit illorum, qui non putarit non ſolum Lunam & Solem ad idem punctum Eclipticæ præciſe reuerſionem facere, ſed etiam, quod portentoſum eſt, tempeſtatum, καὶ τῶν φαινομένων ἀποκατάστασιν fieri. De quo vide in II de Emend. Temp. Accedat & alius teſtis Hyginus: qui ex veteribus in Aratum Scholijs Græcis hæc depromit: *Præterea quum ſeptem ſidera ad eundem ſtatum reuertantur, ut quibuſdam placuit, ut cuiuſmodi dies hodiernus fuerit, in Solis & Lunæ tempeſtate, eiuſmodi octauo anno ſit futurus, vere ſphæra quoq; diuiditur in partes octo.* Vbi tam ridiculam reddit rationem diuiſionis ſphæræ in octo, quam perperam octauum annum pro nono poſuit. Atque hæc de tempeſtatibus. περὶ τῶν φαινομένων autem, ut in octo annis abſolutis Sol ad idem ſignũ reuertatur, accipe Statij Achillis χρῆσιν hanc, quæ & ipſa quoque eſt ex veteribus in Aratum Scholijs. λέγεται δὲ ἐνιαυτὸς ἡ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ζωδίου ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀποκατάστασις αὐτοῦ ἐν ἡμέραις τξε καὶ ἐλαχίστῳ μορίῳ. ἀπὸ δὲ σημείου ἐπὶ σημεῖον ἀποκαθίσταται ἐν ὀκταετηρίδι, εἴγε γνήσιόν ἐστι τὸ σύγγραμμα Ερατοσθένους. Hæc ſunt nugatoria. Quæ tamen ſi alicui horum, qui Mathematici volunt audire, narrarem, non veterum, ſed meas nugas atque ſomnia narrare viderer. Porro vetuſtiſſima quædam ψηφίσματα extant apud Demoſthenem, quorum πρυτανεῖαι ſunt Harpaleæ, non Metonicæ. Nam prytaniæ Metonicæ ante initium belli Peloponneſiaci locum non habent. Quin ne VIII quidem anno belli Peloponneſiaci in uſum recepta erat.

v Μετέμπτωσις.] Enneadecaeteris Metonica dierum 6940. Enneadecaeteris Iuliana dierũ 6939. hor. 18. Differentia hor. vi.

vi Μετέμπτωσις Lunaris.] Enneadecaeteris Metonica, ut diximus, dierum 6940, Lunaris dierum 6939. hor. 16. 595. Differentia horæ 7. 485. Multum igitur falluntur, qui Enneadecaeterida Metonis numerum aureum Paschalem fuisse, neque hilum alteram ab altera differre putant, quum Enneadecaeteris Metonica neque Iuliana, ut aureus numerus, & Clauiana, neque Lunaris fuerit, cuiusmodi sunt Iudaicæ, & nostræ. Post unam Periodum Calippicam vertentem uno die Metonica epocham Iulianam moratur. Peccat ergo μετεμπτώσει.

CANONES.

i CANON. MONITVM.] In Laterculo mensium Harpaleorum, quæ est prima huius Capitis Tabula, posuimus neomenias, quales esse oportebat, si nouilunium in neomeniam Gamelionos incidisset. Quia hoc non potest, ut fusius docuimus, duo semper per regulam perpetuam addenda esse præcepimus, cuius rei caussas pete ex ipsa Diatriba, quam super ea Tabula dedimus.

CANON v. SCHOLION.] In hoc Scholio Luna ostenditur defecisse πέμπτῃ ἐπὶ δέκα Ποσιδεῶνος πρυτανείας, xv nocte mensis Metonici, cuius neomenia incidit in ix Decembris, non, ut ratio postulabat, in viii. Epacta enim castigata illius anni fuit xiii, quæ sane est e regione viii Decemb. propterea quod quanuis primum nouilunium Metonici cycli sumptum est a xiii Scirthophorionos, xv Iulij, recte atque ordine, ut rationes sideris postulabant, tamen propter mensium alternationem plenorum & cauorum sæpe continuatione duorum plenorum interruptam, neomenias nunc citius, nunc serius committi necesse est. Quod autem recte neomeniam primam statuerit, docet Epacta xi e regione xv Iulij. Nam nouilunium Nisan eo anno fuit xix Martij, feria vi, ubi eadem epacta xi. Anno primo belli Peloponnesiaci defecit Sol iii Augusti, ubi epacta xxii tam æquabilis, quam castigata, Εκαμβαιῶνος ἕκτῃ ἱσταμένου, νουμηνίᾳ Μεταγειτνιῶνος πρυτανείας. intellige πρυτανείαν Μετωνικήν. erat enim annus secundus primi cycli Metonici. Rursus anno vii belli Peloponnesiaci Luna defecit Octobris ix, Βοηδρομιῶνος πέμπτῃ ἱσταμένου, πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ πρυτανείας, Epacta tam æquabili, quam æquata xxviii, quæ est e regione xxv Septembris. Denique eodem anno octauo Sol defecit xxi Martij, Ανθεστηριῶνος ἕκτῃ μεσοῦντος, νουμηνίᾳ πρυτανείας. ubi epacta ix tam æquabilis, quam castigata. Itaque vides epactas nostras cum ratione Solis, & enneadecaeterida primam Metonicam cum epactis nostris conuenire. Anno ultimo Peloponnesiaco Sol defecit iii Septembris, epacta tam æquabili, quam castigata xx, quæ est e regione ipsius diei iii Septembris, Μεταγειτνιῶνος τρίτῃ μεσοῦντος, Μεταγειτνιῶνος πρυτανείας ἕνῃ καὶ νέᾳ. hic ratio Metonicæ enneadecaeteridos secundæ claudicat, quia Metagitnion πρυτανείας est plenus, qui debebat esse cauus. Vides constantiam methodi nostræ. Neque hic sunt monstra epactæ nigræ & rubræ, & collegia Epactarum, ut in editione anni Clauiani. Omnis autem doctrina Enneadecaeteridos Metonicæ pernecessaria est, eiusque usus est ab anno, qui antecessit primum belli Peloponnesiaci, aureo numero vii, ad annum primum imperij Alexandri Magni, aureo numero xiiii, quo interuallo, quod est annorum ciii, omnia fere psephismata sub hoc cyclo πρυτανείας Metonico facta sunt, & tria exempla defectionum Lunarium a Ptolemæo ad menses prytanias Metonicos referuntur. Ab imperio autem Alexandri deinceps, usque ad excessum Augusti, quo tempore annus Iulianus menses τριακονθημέρους aboleuit, obtinuit semper periodus Calippica πρυτανείας per totam Græciam, & quacunque victricia arma Macedonum in Asia, ad fines usque Indiæ peruaserunt. Decretum Atheniensium in gratiam Hyrcani Iudæorum Ethnarchæ emissum mensibus popularibus Macedonum, πρυτανείας vero Calippicis signatum est. Επὶ πρυτάνεως καὶ ἱερέως Διονυσίου τοῦ Ασκληπιάδου, μηνὸς Πανέμου πέμπτῃ ἀπιόντος, ἐπεδόθη τοῖς στρατηγοῖς ψήφισμα Αθηναίων, ἐπὶ Αγαθοκλέους ἄρχοντος. Ευκλῆς Μενάνδρου Αλιμούσιος ἐγραμμάτευε, Μουνυχιῶνος ἑνδεκάτῃ τῆς πρυτανείας. Vbi duo notanda; prius periodum Calippi habuisse menses populares Macedonicos, πρυτανείας Atticos: ut ex hoc quoque Athenienses Macedonibus paruisse constet, quod eorum magistratus menses populares Macedonum acceperint. Alterum, eum annum fuisse Tetraeteridos Atticæ secundum, in quo neomenia Μουνυχιῶνος πρυτανείας collocata est in xvi Munychionos popularis, qui hic dicitur Panemos. Quod si ἕκτῃ ἐπὶ δέκα Πανέμου fuit νουμηνίᾳ Μουνυχιῶνος πρυτανείας, ergo πέμπτῃ φθίνοντος fuit ἑνδεκάτῃ πρυτανείας. Vbi iterum vides constantiam Tetraeteridos Atticæ, & fidem methodi nostræ. Hoc autem differunt menses Calippici a Metonicis, & Harpaleis, quod Calippo Scirrhophorion intercalatur, Harpalo & Metoni prisco more Posideon. Porro neomeniæ Metonicæ sine characterismo deprehendi non possunt, propterea quod eæ nõ sunt

ſunt ſemper ſtabiles in diebus Iulianis, quemadmodum Calippicæ. Nam in LXXVII annis Metonicis, ſiue quatuor cyclis Metonis, unus dies ſupra rationes Iulianas excurrit. Metonis enim annus Solaris eſt dierum 365. hor. 6 $\frac{1}{19}$.

IN CAPVT NONVM.

MAGNA PERIODVS DAMASCENORVM CALIPPICA.] In ijs, quæ in Caput ſeptimum notamus, videre potuiſti quatenus & quando Iudæi intercalare ſolent. Eundem enim menſem ſemper intercalabant poſt Sebat, ne Paſcha a ſuis finibus excluderetur, ſed intra ſuam Tekupham conſiſteret. quem modum emboliſmi adhuc ſeruant. Hoc enim faciebant, ut ſemper Paſcha illud tempus incurreret, in quo fruges matureſcunt, ut ex illis manipulum ἐν τῇ δευτέρᾳ τοῦ πάσχα, *poſtridie Paſcha*, offerre poſſent. Quod ſi propter pluuias tempeſtates, & inuſitatam cæli temperiem nondum fruges adoleſcerent, extra ordinem Adar alterum inter Sebat, & Adar ordinarium infindebant. Itaque ſolus Adar, non alius menſis, intercalatur. Sic Attici, ne Gamelion fines κέντρου χειμερινοῦ tranſcenderet, inter eum, & Ποσειδεῶνα ordinarium, alterum Ποσειδεῶνα immittebant. Contrarium modum Damaſceni & Hagareni ſecuti ſunt, qui ordine omnes menſes intercalabant, ita ut poſt tres periodos Callippicas, qui ſunt cycli XII, anni vero Iuliani CCXXVIII, omnium menſium deſultoria intercalatio explicata eſſet: cuius periodi magnæ Tabulam elegantiſſimam hic proponimus. Eius menſis primus eſt Rabie prior. initium a vere, unde omnibus Arabibus mos fuit ſua tempora ciuilia deducere, auctore Simplicio. Epocha eadem, quæ Antiochienſium, Cæſariana, anno periodi Iulianæ 4666. Prima intercalatio Rabie prioris, anno tertio cycli, qui habuit duos Rabie priores, quorum alter eſt primus, alter tertius decimus. Itaque annus tertius incipit a Rabie priore, quartus a Rabie poſteriote. Hæ tranſpoſitiones indicio ſunt intercalationem factam eſſe. Sic annus XIIII incipit a Regeb. Sequens autem a Sahaben. Hæc mutatio indicat annum XIIII habuiſſe duos Regeb, primum, & tertiumdecimum. Ideo intercalatum fuiſſe. In acie λοχαγὸς eſt, qui ducit agmen, οὐραγὸς, qui cogit agmen. Sic in periodo Damaſcena, anno embolimæo idem menſis eſt λοχαγὸς καὶ οὐραγὸς, idem, ut Ianus ille Romanus, Patulcius, & Cluſius. ut in exemplo ſuperiore, anno XIIII, Regeb patefacit annum, & idem claudit, quum pro ſequenti Sahaben, alter Regeb intercalatus eſt. Ita elegantiſſima deſultatione anni Damaſcenorum & Hagarenorum ſimul & vagi & Solares erant. vagi, quia primus menſis, & reliqui deinceps totum contextum anni Iuliani pererrabant. Solares, & ſtabiles, propter intercalationem, quæ ſola Lunares menſes intra ſuos fines coercet. Hoc hactenus Europæis noſtris ignoratum ex monimentis Arabum nunc primum erutum publicamus: qui ſcimus Turcarum gentem quandam (Turcarum non unum genus eſt, ut Arabes ſcribunt) ante CCC plus minus annos, item alias Orientis nationes hac magna periodo uſas fuiſſe, quæ hodie anno vago Hegiræ cum ijſdem menſium appellationibus utuntur, quum tamen in hac periodo implicitus ſit uſus anni Hegiræ, propter vagum emboliſmum. Menſes Hagarenorum hoc commune habent cum Syriacis, quod primus & ſecundus Hagarenorum eſt Rabie, ut primus & ſecundus Syrorum Tiſrin: item tertius, & quartus Hagarenorum Giumadi, ut tertius & quartus Syrorum Conun. Hoc differunt, quod Antiochenorum Tiſrin incipit ab autumno, Hagarenorum Rabie a vere. Quod ſi idem eſſet principium anni Hagarenis & Syris, eadem eſſet neomenia Rabie, quæ Tiſrin. Quum autem a vere anni Damaſcenorum & Hagarenorum incipiant, non poteſt aliunde, quum ἀπὸ τοῦ χρηματισμοῦ Ἀντιοχέων, ab Aera Antiochenſium, anno, ut diximus, periodi Iulianæ 4666, annis XLVIII ante primum annum Chriſti Dionyſianum. Nos in libris de emendatione temporum aliam periodum dedimus Hagarenorum, quæ nihil commune habet cum hac, quæ vera epocha nititur, altera autem tantum ad exemplum emboliſmorum vagorum conſtructa fuit. Menſes autem Hagarenos hic poſuimus, ut non ſolum Arabice & Latine in libris de emend. temp. ſed & hic quoque haberes Græce: qui paulo aliter pronunciantur, ac in vero Arabiſmo. Turcæ autem deprauatiſſime eos efferunt, ut & Malaij in India, qui Muhammedanam impietatem amplexi ſunt. Hic notabis τζ poſitum pro G, quale eſt Gallis ante E, & I. quod non eſt in Teutoniſmo, aut Germanico, aut Belgico. Porro non unum genus Arabum fuiſſe, ſed duodecim, quæ φῦλα, dynaſtæ autem eorum φύλαρχοι dicebantur, ſatis ex hiſtoria Græca patet. Itaque non omnes ijſdem menſibus, aut menſium appellationibus uſi ſunt. Nam tempore Epiphanij quidam Arabes utebantur anno mero Iuliano, ut ex capite Κατ' ἀνοήτων conſtat. ubi XIII Tebeth Iudaici erat XXI Aleom Arabici, anno Chriſti primo Dionyſiano: item anno XXXI, dies XXII Angalthabait Arabici conueniebat ſeptimæ Marcheſvvan Iudaici. Ergo non erant Lunares: ſed omnes tricenarium dierum. Nam neomenia Aleom congruit XVII Decembris,

neomenia autem Angalthabaith XVIII Octobris, a qua ad XVII Decembris, sunt dies LX, interuallum mensium duorum tricenariorum. Epagomenæ ergo XVII Martij. neomenia anni ineuntis XXI Martij, ubi erat æquinoctium tempore Synodi Nicenæ. Vt videantur circa illa tempora formam hanc anni admisisse.

Ibid. MAGNA PERIODVS.] A CLIII anno huius periodi Bostreni, & Arabes Petræi Epocham suam instituerunt, anno Christi Dionysiano CV, Candido & Quadrato Coss. ut est in Chronico Casauboniano. Itaque eorum primus mensis necessario fuit Dulkadathi: quemadmodum Muharram hactenus primus est mensis Lunaris Samaritarum, quia illorum primus annus consurgit ex CXCI periodi Damascenæ.

COMPVTVS MANVALIS.] Computus manualis Græcis dicitur μέθοδος ἀπὸ χειρός, quales sunt omnes Computi Ecclesiastici, Bedæ, & aliorum. Quanta autem sit huius manualis Computi utilitas, in anno Hegiræ aperietur.

Menses Hagarenorum ex Georgio Chrysococc.

α	Μουχαῤῥάμ.	Μουχερέμ
β	Σαφάρ.	σεφέρ
γ	ῥαπὶ ἐλαουάλ.	ῥεμπιουλεβέλ
δ	ῥαπὶ ἐλάχιρ.	ῥεμπιουελαλίλαχιρ *
ε	τζιματὶ λαουάλ.	τζουμαζὶ ἐλεβέλ.
ς	τζιματὶ λάχιρ.	τζουμαζιλαχίρ.
ζ	ῥατζάπ.	ῥετζέβ
η	σαπάν.	σαμβᾶν.
θ	ῥαμαδάν.	ῥαμαζάν
ι	σαουάλ.	σιβάλα
ια	δηλχατέ.	ζιλκαντί
ιβ	δηλχητζέ.	ζιλχιτζέ.

IN CAPVT DECIMVM.

Desultorius Damascenorum, & Hagarenorum intercalandi mos fecit, ut annus Arabum sine ullo incommodo tandem retextus & solutus, omissa appellatione & usu embolismorum, laxatis habenis licenter per seriem annorum Iulianorum hodie vagetur. Quod enim ex periodo Hagarena luxatus sit, res ipsa, me tacente, loquitur, & ipsa periodus. Et sane videtur ipse embolismus apud peritiores fuisse, annus autem retextus apud vulgus remansisse, quemadmodũ apud Aegyptios anni vagi usus apud vulgus, intercalatio diei ex quatuor quadrantibus collecti penes Hierophantas & Sacerdotes erat. Hoc, quod dico, auctoritate firmandum est. Multæ Arabum coloniæ tam sub imperio Romano, quam nascente Muhammedismo, plurimas regiones Indiæ occuparunt: ut rarus sit in illis tractibus locus, qui non habeat Arabas aut dominos, aut inquilinos: in quibus sunt, qui anno Arabico retexto utuntur, eorumque Epocha consurgit ex Ianuario primo editionis Iulianæ, qui erat tertius currens periodi Damascenæ. quæ est maxima vetustas. & tunc Muharram cæpit esse primus mensium, qui antea penultimus erat in censu mensium. Nam quemadmodum Antiocheni & Damasceni initium annorum suorum ab indictione Cæsariana, ita isti Arabes epocham suam ab editione primi anni Iuliani instituerunt: ut merito tam Damascena, quam Indica epocha sit Cæsarea, vel Iuliana. Diximus annum primum Iulianum ineuntem fuisse tertium currentem periodi Hagarenæ, cuius Rabie prior iniuit XII Martij, feria V, cyclo Solis XX. Si neomenia Rabie iniuit feria quinta, ergo undecimus mensis Muharram iniuit feria sexta, Kalendis ipsis Ianuarij Iuliani primi. quod quidem κατὰ συγκυρίαν illis accidit, ut a feria, quæ illis sacra est, & a primo die nouæ editionis Iulianæ Aeram suam auspicarentur. Nã feria sexta, ut omnes sciunt, dicata est sideri Veneris, quem φωσφόρον Græci, Latini Luciferum vocant, atque hactenus hodieque sexta feria summa in veneratione apud Arabas est: quod & in altera parte huius libri ad Epocham Hegiræ ex Hieronymo, & in libris de emend. temp. ex alijs scriptoribus accurate notauimus. Nicolaus Contius Venetus in libro suo itinerario perhibet æram Indorum ab Octauio Cæsare putari, atque eum annum, quo scribebat, qui erat Christi 1400, fuisse secundum Indos 1490 currentem. Sane anni Arabici 1489 absoluti sunt anni Iuliani 1445. Atqui 45 anni sunt differentia annorum Iulianorũ, & annorum Christi Dionysianorum. Nam annus primus Christi Dionysianus est quadragesimus sextus a primis Kalendis Iulianis, a quibus omnino annos suos deducunt Indi. Non igitur ab Octauio Cæsare, sed a C. Iulio Cæsare initium Indicæ epochæ sumitur: nisi quis dixerit annos Iulianos C. Octauio attributos esse propter reformationem Fastorum ab eo factam, Censorino, & Asinio Coss. quod non inuitus credam. Indos quidem ab ultima vetustate annis Lunaribus usos fuisse nos iandudum ex. Q. Curtio & alijs docuimus. Hunc vero annum vagum Indos non a se habere, sed a quadam gente Hagarena accepisse, quæ eorum loca insederit, dubitare non debemus. Nam, quod paulo ante diximus, quisnam, cui res Indi-

res Indicæ notæ sunt, ignorare potest, quot hodie maximi minutique Reges & Dynastæ Arabes in Indiæ non paucis partibus rerum potiuntur, alij a multis sæculis, alij χθὲς καὶ πρώην. Atque hæc est summa vetustas huius anni vagi, qua maiorem non inuenio, & quæ multis nominibus commendari debet. Nam, præter alia, videmus in ea manifestum argumentum anni ex enneadecaeteride & embolismo in vagos menses luxati, & quia in Kal. Ian. primas Iulianas Muharram inciderit, propterea ab eo tempore Muharram principem mensium factum, quum Rabie prior antea signifer mensium esset: & propter mutatum ordinem, solutum fuisse embolismum. Eadem caussa quoque fuit embolismi retexendi anno primo Hegiræ, quia neomenia Muharram, feria VI aufugit Muhammedes ex urbe Mecha, propterea apud illam gentem Muharram quoque principem mensium factum. quanquam versimilius iam tum fuisse solutum embolismum, eandemque eorum Arabum, apud quos degebat & quorum popularis erat Muhammed, æram fuisse a primis Kalendis Iulianis. quanquam Indis cum Muhammedanis de initio neomeniæ non conuenit, quum Muhammedanorum neomenia ineat quarta die ἀπὸ τῆς ἕνης καὶ νέας, at neomenia Indorum ἀπὸ τῆς ἕνης καὶ νέας. Annus Hegiræ erat Antiochenorum & Damascenorum 670, & 214 periodi Damascenæ, cuius anni princeps mensium erat Ramadan, eiusque neomenia inciderat in XX Martij, ubi Epacta X. Muhammedes aufugit Mecha eodem anno, XVI Iulj, in qua neomeniam primi Muharram Hegiræ Arabes statuunt: e cuius regione eadem epacta x sita est. Quare & hinc recte incipit Muharram periodi magnæ Damascenæ, quam mere Calippicam fuisse vel ex hoc solo argumento vincitur. Calippica autem periodus pura puta Iuliana erat, non Lunaris, neque ullam προήγησιν σεληνιακὴν agnoscebat in fine annorum LXXVI: & tunc bidui προήγησις facta erat. Neomenia enim Ab conueniebat eo anno in XIIII Iulij, feria quarta, non in XVI, Indorum autem feria tertia: propterea quod primam suam neomeniam statuerunt in Kalendis primi Ianuarij Iuliani, quum neomenia ciuilis iniuerit secunda Ianuarij, feria VII. Itaque ad neomeniam ciuilem deest unus dies, ad neomeniam Hegiræ, triduum. Experiamur ex nostris Tabulis. Annus Hegiræ primus erat 667 a Kalendis primi Ianuarij Iuliani. qui fiunt anni Arabici absoluti 687. Ergo Muharram Hegiræ erat annus 688 iniens Indorum. Ex Tabula quarta superioris Capitis abiecto numero proxime minori 470, remanet annus periodi Indorum 218. In Tabula secunda huius Capitis numerus proxime minor 210 in fronte, & residuus 8 in latere dat in angulo communi XIIII Iulj, cyclo Lunæ XV, qui in eadem cella notatus est. Secundum rationes Calippi bene hactenus processerat, quia eo anno neomenia Ab inciderat in XIIII Iulij, feria quarta. Experiamur rursus ex Tabula quinta hebdomadica huius Capitis. De annis Indorum propositis 688, abiecto numero proxime minori 630 de Tabula septima, superest annus 58 periodi hebdomadicæ in Tabula quinta. Numerus proxime minor in fronte 30, & residuus 28 in latere dant in angulo communi feriam 3. Ergo neomenia Muharram Indici iniuit a XIII Iulj ἕνῃ καὶ νέᾳ, uno die ante iugum Lunæ, triduo ante Muharram Hegiræ. Itaque unus dies neomenijs Indicis addendus ad coitum luminarium, triduum ad Muharram Hegiræ adipiscendum. Memineris verborum Chrisococcæ medici, quæ alibi adduximus, ubi verba facit de prima neomenia Muharram Hegiræ. ἡ ἀρχὴ τοῦ ἔτους τούτου ἡμέρα ἦν τετάρτη, καθ' ἣν σύνοδος ἦν. *Initium huius anni erat feria quarta, in qua erat coitus luminarium.* Postea: ἡ δὲ πρώτη τούτων ἡμέρα ς ἦν. *Neomenia autem horum (Arabum) erat feria sexta.* Ergo biduo post coitum luminarium iniuit neomenia Muharram Hegiræ. Atque hodie constanter omnes neomeniæ Muharram sunt tertia dies coitus luminarium, quemadmodum omnis neomenia Indorum est ἕνῃ καὶ νέᾳ, uno die iugum Lunæ antevertens. Triduum illud a coitu luminarium, quo ineunt neomeniæ Arabum, Græci vocant τρεῖς προσελήνους ἡμέρας. Auctor Didymus in Geoponicis. Item Scholiastes Aristophanis in illud νεφέλαις: ὥσπερ κάτοπτρον, εἶτα τηροίην ἔχων. προσελήνου, inquit, τῆς σελήνης οὔσης, εἴτις ἔσοπτρον ἐπιγράψειεν αἵματι. nisi quis putet πανσελήνου apud Scholiasten legendum esse. Ἀρκάδες προσέληνοι Herodoto ab alia caussa dicti, *quod Luna gens prior illa fuit*, ut est in secundo Fastorum. & inde προσέληνοι νύμφαι, αἱ Ἀρκαδικαὶ Hesychio. At προσέληνοι ἡμέραι dictæ αἱ πρῶται τρεῖς τῆς σελήνης. Sotion ἀπὸ τῆς κθ τοῦ μηνὸς, ἐπὶ τὴν τρίτην τῆς νέας σελήνης illud triduum vocat ἀσελήνους ἡμέρας. Itaque νουμηνίαι Muhammedici Muharram sunt plane προσέληνοι, ita ut Luna omni tempore in neomenia Arabica sudo cælo sui videndi potestatem faciat. Muhammedani autem anxie in id incumbunt, ut τὸ φεγγάριον, quod ipsi Arabico verbo *Nalka* vocant, primo visum salutent, tripudijs, gesticulationibus, acclamationibus prosequantur. Idem faciunt Iudæi.

TABVLA PRIMA INDORVM.] Hæc Tabula cum sequenti eadem est, nisi quod periodus huius est annorum Iulianorum 228: periodus sequentis annorum 235 Arabicorum,

Tot enim anni Iuliani totidem Arabicis congruunt. In hac Tabula numerus aureus a latere positus est: in sequenti intra aream Tabulæ. & quidem munimentum & sepes utriusque est ipse aureus numerus. Nunquam enim ad has accedere debes, nisi præeunte numero aureo. Vtraque elegantissima est. Hæc prior docet annis propositis Iulianis neomeniam Muharram inuenire. Altera idem promittit, annis Arabicis propositis. Volo scire proximo anno Christi 1605, numero aureo x̄, cui mensi Iuliano, & quotæ mensis competat neomenia Muharram Indici. Per regulam perpetuam annis Christi semper addenda 45, ut habeas annos a primis Kalendis Ianuarij Iuliani. Proinde annus Christi 1605 erit 1650 currens a primis Kalendis Iulianis. In superioris Capitis Tabula quarta numerus proxime minor annorum Iulianorum 1596 respondens annis Arabicis 1645, de 1650 anno Iuliano deductus relinquit annum 54 currentem. Numerus proxime minor 38 in fronte Tabulæ de 54 deductus relinquit annos 16 a latere Tabulæ, qui in communi angulo dant neomeniam Muharram Indici xii Mai in anno Christi 1605. Id est, Muharram Indicus esset in xii Mai, si περιήγησις facta non esset. Quod si metuis, ne te ratio fugerit, quum aureus numerus x̄ competat anno Christi proposito 1605, videndum an in latere e regione anni 54 idem numerus aureus signatus sit. quod quum ita esse deprehenderis, constare debet te non errasse. Itaque nisi numero aureo anni propositi instructus utranque Tabulam adire non debes. Iam in calce Tabulæ ante columnam numeri frontalis 38, habes signatos annos 40 Arabicos. qui cum 16 a latere fiunt 56 anni. Ij cum 1645, quos excerpsisti ex Tabula quarta superioris Capitis, fiunt anni 1701. Ergo Muharram Indorum 1701 inibit mense Maio anno Christi 1605. Quia in fronte huius Tabulæ minor numerus erat 38, scias te in calce Tabulæ non debere assumere numerum annorum Arabicorum sub eadem columna positorum, qui sunt 59, sed numerum in antecedente columna subiectum, nempe 40. In hoc enim negotio numerum annorum absolutorum collectorum in calce Tabulæ, expansorum autem in latere, assumimus. Nam de 56 annis 40 sunt absoluti in fine columnæ secundæ, cuius Titulus frontalis 19. reliqui 16, qui sunt in latere, pertinent ad columnam numeri frontalis 38. Sed videndum, quando numerum lateralem annorum expansorum excerpes, an in columna, cui competit ille numerus annorum expansorum, ullus Muharram intercesserit in linea, quæ habet hoc signum o. Tunc enim unitate augebitur numerus annorum expansorum. Exemplum: Esto propositus annus 35 Iulianus huius Tabulæ. Numerus proxime minor in fronte est 19, residuus 16 est in latere respondens columnæ numeri frontalis 38. Videndum, an Muharram bis in anno eodem Iuliano concurrerit in columna, cuius Titulus 38. Vides o notam post 14 annum, & in columna numeri 38 frontalis, Muharram eodem anno contigisse in 27 Decembris. Ergo accreuit unus annus. Ideo pro 16, dicendum 17. & 35 annus Iulianus est 36 Arabicus. Atque hæc est primæ Tabulæ methodus. Secundæ locus est propositis annis Arabicis, ut primæ propositis Iulianis. Esto propositus annus Indorum 1701. Volo scire cui mensi Iuliano, & quotæ mensis competit eius Muharram. Ab annis 1701 abiecto numero proxime minori 1645 ex Tabula quarta antecedentis Capitis, relinquitur annus currens 56. Numerus proxime minor in fronte secundæ Tabulæ 30, & 26 a latere in angulo communi dant xii Mai, ut antea, cum numero aureo x̄, qualis competit anno Christi 1605. Itaque numerus aureus est γνώμων, index, norma, directio harum duarum Tabularum. Quanuis antem numerum aureum inimus a mense Martio, tamen in hoc negotio a Ianuario ipso incipit. Sat enim est designasse numerum aureum in eo anno, cui attributus. Quod si propter περιήγησιν numerus aureus ab initio Ianuarij retro ad finem Decembris ascensionem fecerit, tunc manifestum est, & in hac, & in antecedente Tabula prima, numerum aureum anni antecedentis assumendum esse, non eum, qui in Tabula notatus est. Exemplum: Anno 135 Indorum Muharram iniuit a viii Ianuarij: & eodem anno Iuliano 136 Muharram iniuit a xxiii Decembris. Hodie ex iii. Ianuarij ad 30 Decembris περιήγησις facta est. Itaque non xi aureus numerus, qui in Tabul. notatus est, sed x̄ assumendus erit. Hoc & puero obuium est, & cæco patet.

TABVLA QVINTA PERIODI HEBDOMADICAE.] Hæc Tabula Georgio Chrysococcæ dicitur, εἰσέλευσις τῆς ἀρχῆς τῶν χρόνων Ἀραβικῶν, item ἡμεροευρέσιον τῶν χρόνων Ἀραβικῶν. Quare Tabulæ quis usus sit, & verba Chrysococcæ, & ipse titulus indicat. ostendit enim characterem, siue feriam neomeniæ Muharram. Exemplum: Volo scire characterem neomeniæ Muharram 1701 Indorum. Abijce numerum proxime minorem 1680 in Tabella septima. Relinquitur annus 21, qui sub frontali o, e regione habet feriam secundam. Itaque Muharram Indorum 1701 inibit anno Christi 1605 a feria secunda. Sed per Doctrinam duarum antecedentium Tabularum Muharram 1701 incidit in xii Mai, & περιήγησις dierum quinque facta est, ut in antecedente Capite demonstratum est. Ergo debebat inire a vii Mai. Sed anno Chri-

no Christi proxime 1605, dies viii Mai erit feria tertia; & verus locus nouilunij, aut saltem ἔνης καὶ νέας. Ergo vi Mai erit nouilunium Indicum, pessime ab ipsis anticipatum. Nam nouilunium veri Ijar erit viii Mai. biduo igitur aberrabunt a neomenia vera. Experiamur in anno Arabico Hegiræ 1014, qui tunc quoque inibit. Abiecto numero proxime minori 840 in septima Tabella, remanet annus 174. Numerus proxime minor in fronte Tabulæ quintæ 150, & residuus 24 in latere in communi cella dant feriam quintam, ix Mai. Ita, quod alibi monemus, neomenia Muharram Indici est quartus dies retro a neomenia Muhammedica, & primus retro, aliquando secundus a iugo Lunæ. Arabes non aliter, quam Iudæi, mensem Lunarem supra xxix dies, & semissem diei, scrup. 793 definiunt, quemadmodum perspicue extat in Kalendario Turcopersico, quod penes nos est, ubi mensis lunaris tot scrupula habet, quot a Iudæis attribuuntur. Sed in rationibus anni ciuilis unum scrupulum tollunt de ratiuncula, & mensem ciuilem definiunt dierum 29. hor. 12. scrup. 792. non 793. Ideo anno eorum desunt scrupula 12. In triginta annis desiderantur 360, & trigesimus annus nihil relinquit neque de horaria neque de scrupularia ratione: quum tamen totidem anni communes Iudaici nullas quidem horas, sed 360 scrupula supra rationem Arabicam habeant, ut habes in subiecta Tabella. Si Triacontaeteris Arabica relinqueret feriam 7. 0. 0. in triginta annis feriæ neomeniarum Muharram redirent in orbem. Quum hoc non fiat, in septies 30 annis, qui fiunt 210, feriæ Muharram in pristinum characterem restituuntur. Propter absentiam illorum 360 scrupulorum in 90 annis hora, in 2160, dies integer desiderabitur. Itaque anno 2161 Hegiræ Luna præueniet uno die neomeniam ciuilem Arabicam. Nam is erit annus lxi undecimæ hebdomadicæ periodi initurus feria secunda. item erit annus xlvi cycli magni in Tabula quarta anno Christi 2718, numero aureo secundo, cyclo Solis xi, Martij vi secundum hanc periodum hebdomadicam. Sed Lunæ accreuit unus dies supra rationem Muhammedicam. Itaque uno die Luna propius aberit a neomenia ciuili Arabica, quam sæculo Hegiræ. Nisan enim illius anni, qui erit periodi Iulianæ 7431, inibit feria prima. Vno tantum die anteuertet neomeniam Arabicam; epacta castigata xxv. Tamen ingeniosissima est hæc τριακονταετηρὶς Arabica, & quæ pudorem imponere debebat non solum conditoribus veterum cyclorum Paschaliū, sed etiam Lilianæ editionis ἐργοδιώκταις, qui plus castigandum reliquerunt, quam castigarunt ipsi. Vides igitur in exemplo τριακονταετηρίδος a nobis subiecto undecim annos ὑπερημέρους esse, hoc est dierum 365. quē Arabes, ut olim ostendimus, כְּבִיסָה Kebisa *intercalatitium*, aut ἐμβολιμαῖον vocant. Etiam Rabbi Moses Maimonides, quum mensis ex cauo fit plenus, hoc vocat עִבּוּר, id est ἐμβολισμόν. Ego putassem a Mose innouatum, nisi viderem etiam ἐμβολισμὸν ab Arabibus dici, quando dies intercalatur, quū tamen de mensis, non de diei embolismo, κυριώτερον usurpetur. Arabes quemadmodum annū ὑπερήμερον Kebisa, ἐμβολιμαῖον, ita etiam communē vocant פסיטה Phasita, ut & Iudæi פְּשׁוּטָה. Georgius Chrysococces, Πασιτά, ἤτοι ὁ μὴ ὢν χρόνος δίσεκτος. *annus, qui non habet bisextum.* ubi τὴν ὑπερημερίαν Ἀραβικὴν δίσεκτον, bisextum vocat. Item: Καπισά, ἤτοι δίσεκτον. *Kabisa, bisextum.* Quum igitur annus est ὑπερήμερος, tunc excessus Solis supra Lunam est minor uno die. Nam ἐν τῇ ὑπερημερίᾳ nouilunium sequens non post xi, sed post x dies committetur. Itaque Epacta Iuliana post ὑπερημερίαν minor erit unitate, quam ante xix annos. Vt, exempli gratia, si Epacta fuerit xxv, vigesimo anno erit xxiiii. Vno die enim serius neomenia redibit, quam ante xix annos. Esto neomenia Muharram

TRIACONTAETERIS ARABIÇA.

Linea annorū.	Feria.	Horæ.	Scrup. Arab.	Scrup. Iudaic.	
1	4	8	864	876	
2	1	17	648	672	ὑπερ.
3	6	2	432	468	
4	3	11	216	264	
5	7	20	0	60	ὑπερ.
6	5	4	864	936	
7	2	13	648	732	
8	6	22	432	528	ὑπερ.
9	4	7	216	324	
10	1	16	0	120	ὑπερ.
11	6	0	864	996	
12	3	9	648	792	
13	7	18	432	588	ὑπερ.
14	5	3	216	384	
15	2	12	0	180	
16	6	20	864	1056	ὑπερ.
17	4	5	648	852	
18	1	14	432	648	
19	5	23	216	444	ὑπερ.
20	3	8	0	240	
21	7	17	864	36	ὑπερ.
22	5	1	648	912	
23	2	10	432	708	
24	6	19	216	504	ὑπερ.
25	4	4	0	300	
26	1	13	864	96	
27	5	21	648	972	ὑπερ.
28	3	6	432	768	
29	7	15	216	564	ὑπερ.
30	5	0	0	360	

 xxxi Martij,

xxxi Martij. Si tam annus Iulianus, quam Arabicus, erit communis, sequens Muharram inibit xx Martij. Si annus Arabicus fuerit Kebisa, Iulianus communis, inibit xxi Martij. Si annus Arabicus communis, Iulianus bisextilis, Muharram incidet in xix Martij. Si uterque annus, Arabicus & Iulianus, fuerint ἐμβολιμαῖοι, neomenia Muharram incidet in xx Martij. Nihil crebrius in hoc negotio, quam hæ μεταπτώσεις & προεμπτώσεις Epactarum æquabilium; quæ quia in anni Liliani forma nunquam ad characterismum nouiluniorum castigantur, propterea multa monstra pariunt & errorum, & ineptissimarum methodorum. Hoc Clauio proponerem, si stomachum haberet, qui hæc concoqueret. Sed ἀῦς τὴν βάλανον, &c. Postquam usum Tabulæ hebdomadicæ ostendimus, nunc, quod ne ipsi quidem Arabes indicarunt, constructionem eius aperiam. Sciant studiosi non solum ab antiquis Damascenis & Hagarenis, sed etiam hodie ab omnibus Muhammedanis nouilunia Iudaica in Calendarijs, & ephemeridibus eorum obseruari, ut diserte in manuscripto Calendario, quod penes nos est, ijsdem horis & scrupulis, quibus Iudæi utuntur, nouilunia quædam, & anni aliquot collecti designantur. primus autem Muharram conueniebat in Ab Iudaicum anni Computi Hillel hodierni 4381, cuius neomenia erat 4. 7. 112. sed quia nouilunium Muharram primi confectum fuit feria vi, non, ut Iudaicum, iiii, ideo Computatores Arabes, qui multis annis post Muhammedem periodum τριακονταετηρικὴν & ἑβδομαδικὴν excogitarunt, epocham, siue, ut vulgus vocat, Radicem nouilunij primi Muharram ita conceperunt, 6. 7. 112. quam si componas cum 4. 8. 864, primo anno τριακονταετηρίδος, habebis 3. 15. 976 annum secundum periodi. & ita deinceps semper per incrementum Radicis 6. 7. 112, habebis annos τῆς τριακονταετηρίδος, ita ut annus xxix Triacontaeteridos, cuius supra exemplum apposuimus, sit xxx annus Triacontaeteridos primæ hebdomadicæ. Vnde potes colligere alios esse characteres, siue feriam, huius, alios eius, quam supra proposuimus. Itaque fallitur ille, qui nihil a nobis didicisse fingit, & miratur quomodo nos dixerimus ultimum annum ab eadem feria incipere, qua primum, quod ipse ignorauit, quum tamen sola fere cænarum nostrarum analecta liguriat: & plane aut æmulum, aut simium profiteatur. Igitur sine radice illa, quam indicauimus, nemo unquam rationem characterum Triacontaeteridos Arabicæ capere poterit. Notandum vero auctorem illius Triacontaeteridos, non quando nouilunium xviii, sed quando xxiiii horas confecerit, tunc ὑπερήμερον facere, quum tamen Iudæi post xviii nouilunium vetus esse sciscant, quia Rab Adda, aut vetustiores eo, vi horas de rationibus nouilunij exemerunt, ut mensis a vespera incipiat, ut in Computo Iudaico ostendimus. Luculenta est hæc obseruatio & quæ Cercopithecorum aut inuidiam, aut obtrectationem mereri possit. Sciendum vero primæ tantum Triacontaeteridos Muharram ad medium motum Lunæ castigatum fuisse, & eam esse exemplum reliquarum sex, quæ decrescunt binario. ut primus primæ Muharram est feria 6, primus secundæ erit feria 4, tertiæ feria 2. & sic deinceps.

TABVLA TERTIA HEGIRÆ.] Eadem methodus huius Tabulæ in annis Hegiræ, quæ primæ in Aera Indica: & sequentis, quæ secundæ. Quare non sunt iteranda.

DEFINITIONES.

iii Περίοδος ἑβδομαδική.] Pertinet ad Tabulam quintam. ut iam declaratum est.

v *Cyclus magnus.*] Pertinet ad Tabulas, primam, & tertiam.

vi *Cyclus magnus Arabicus.*] Pertinet ad Tabulas secundam, & quartam.

viii *Neomenia Hagarena.*] Iam diximus neomeniam Indicam esse ἕνην καὶ νέαν, atque uno die nouilunium anteuertere, & propter scrupulum unum neglectum anticipabit ἕνην καὶ νέαν uno die post annos Arabicos 2160. Contra, Neomenia Hegiræ est tertia a iugo Lunæ. τὸ νυχθήμερον Lunare Arabes ineunt a Sole occaso, ut Iudæi, Samaritæ, & aliæ nationes, quæ annum Lunarem in usus ciuiles receperunt. Neomeniam vero omnes Mussulmani, si fieri potest, a visione Lunæ sanctificant. Si per nubilum tempus non licet, eam ex scripto & Tabula quinta determinant. Chrysococces: τοὺς μῆνας αὐτῶν ἀπὸ τῆς σελήνης νέας φανείσης κρατοῦνται, οἱ καὶ διὰ τῆς κινήσεως ταύτης ἀριθμοῦνται. ἡ δὲ σελήνη ἀπὸ τῆς δύσεως ἡλίου φαίνεται νέα: & a visione Lunæ neomeniã eos inire, & mensem a motu Lunæ putare dicit: quod in Iudæis ridet Clauius acutissimus harum rerum æstimator. At diem ciuilem omnes Mussulmani a Sole orto putant: & hoc vocant diem tantũ, quicquid inter ortum & occasum Solis interiectum est. Chrysococces: οἱ Μουσουλμάνοι τὴν ἀρχὴν τῆς ἡμέρας πρὸ τοῦ ἀνατεῖλαι τὸν ἥλιον κρατοῦσι μέχρι καὶ τῆς δύσεως. διὰ τοῦτο καὶ τὴν νηστείαν αὐτῶν οὕτω πληροῦσι. Toto mense Ramadan ab ortu, ad occasum, ieiunio operantur. Ab occasu solis, ad ortum, epulis & ebrietati καὶ ἀσωτίᾳ dediti non adscribunt illud tempus

tempus diei. Omnino νυχθήμερον dictum est secundum eos, qui a Sole occaso diem incipiunt, ut Hebræis ab ea re dictum עֶרֶב בֹּקֶר, quasi ad verbum ἑσπεροπρώϊον. Denique astrologis τὸ νυχθήμερον est spatium horarum 24, undecunque initium habuerint, sed καταχρηστικῶς. Nam Quemadmodum κυριολόγως νυχθήμερον dicitur Iudæis, quia diem ab occasu Solis ordiuntur, ita ἡμερονύκτιον proprie diceretur ab eis, qui a Sole orto diem incipiunt.

COMPVTVS MANVALIS.] Ne Muhammedani quidem, nisi ex scripto ex Tabula periodi hebdomadicæ, neomeniam Muharram determinare possunt. Non igitur mirum, si ne Christianis quoque; nisi doctissimis, iisque perpaucis, de initio Muharram constat. Nam Alfonsini bis peccant, tum quod uno die tempora Hegiræ ciuilia anticipant, tum quod non semper embolismos rite collocant. Sequuntur enim τριακονταετηρίδα simplicem, quæ constat ex annis Arabicis, non autem illa, quæ implicitum characterem habet. Quare non paruam gratiam nos inituros putauimus non solum a doctis hominibus, sed etiam ab iis, qui inter Turcas negotiantur, ubi omnes contractus his mensibus Hagarenis signantur, si quem Computum manualem instituamus, quod anni formam tam auersam a Iuliana in Canones etiam puero expeditos redigamus. Sed opus est ut prima numerandi elementa saltem teneant, componendi, deducendi, multiplicandi, partiendi. Cætera obuia sunt.

CANON QVARTVS.] Versuum horum technicorum secundus iteratur, quia iidem sunt Characterismi neomeniæ. Minus igitur memoria onerabitur, quo pauciores versus erunt. Arabice, aut Hebraice his technicis verbis concipi possent: ונא הבז.דאו.גוה בזד.אגו.זהב.זדא.וגז.הבד Sed neque Arabes, neque Iudæi aliter, quam per Tabulas, neomeniam Muharram indagare solent: quia huic rei nullam adhuc methodum excogitarunt.

Quemadmodum vetustissimi Aegyptii per quatuor annorum reditus unum diem ἐνδιαθέτως intercalabant, ita prisci Persæ, Chaldæi, & Hebræi post CXX annos mensem interponebant: ut ille annus, quo intercalatio incidebat, esset mensium XIII, dierum CCCXCV, & idem mensis annum inchoaret & clauderet, ut in periodo magna Damascena; in qua anno embolimæo Ramadan, verbi gratia, erat primus mensis, & tertius decimus. Sic in Persarũ annis idem mensis erat λοχαγὸς, καὶ οὐραγός. Exemplũ breue huius rei dabimus, quanuis ex sequentibus copiosius demonstrabitur. Esto Pharauardin in Kalendis Mai, prima Epagomenon in XXVI Aprilis. Anno CXXI Adarpahascht erit in Kal. Mai, Pharauardin in Kalendis Aprilis, Epagomenon prima in XXVII Martii. Tunc pro prima Epagomenon dicetur neomenia Pharauardin, & pro vigesima sexta Pharauardin, prima Epagomenon, in XXVI scilicet Aprilis: proinde in Kalendis Mai deprehendetur neomenia Adarpahascht post ultimam epagomenon, non, ut anno superiori, post ultimam Pharauardin. Ideo Adarpahascht erit caput anni, quia sequitur proxime post ultimam Epagomenon, quæ semper est ultima dies anni. Itaque annus CXX iniuit a Pharauardin in Kal. Aprilis, post ultimam epagomenon, annus vero CXXI ab eodem Pharauardin post ultimam diem Asphander in XXVII Martii, quum pro prima Epagomenon, sumetur prima Pharauardin, & pro XXVI Pharauardin, usurpabitur πρώτη τῶν ἐπαγομένον. Hinc manifesto colligitur eundem mensem Pharauardin eodem anno fuisse primum, & tertium decimum, aperuisse annum, & clausisse. Idem fiebat in omnibus reliquis mensibus duodecim per CXX annorum lustra, donec post 1440 annos, iterum neomenia Pharauardin rediret in Kal. Mai. Quæ quidem magna periodus annorum 1440 illis dicebatur *Salchodai*, ἔτος θεοῦ. Sed plenius hęc in sequentibus. Georgius vero Chrysococces medicus in suis προχείροις κανόσιν ἀστρονομικοῖς scribit propter duas caussas annum vagum Persis in usu fuisse: propter simplicitatem, quia nullus dies in eo intercalatur, & propter intercalationem unius mensis post CXX annos. Eadem dicit, quæ nos, quanquam nos longe plura, & meliora, quam ille: adde etiam clarius, & utilius. Verba eius hæc sunt: τὸ δὲ ἔτος τοῦτο κατὰ δύο τρόπους ἐτέθη. Καθ' ἕνα μὲν, διὰ τὸ σέβας ἐκείνων, (ἐκείνου) ὅπερ ἐστὶ Πασιτζὲ, ἤτοι ὁ μὴ ὢν χρόνος δίσεκτος, καὶ καθ' ἕκαστον χρόνον τξε ἡμέρας κρατοῦσιν οὗτοι ἀεὶ, κατὰ μῆνα δὲ ἡμέρας λ, τὰς κλοπιμαίας δὲ ε ἡμέρας εἰς τὸ τέλος τοῦ Ασφανταρ τιθεῖσι. Καθ' ἕτερον δὲ τὸ ἔτος ἐτέθη, διὰ τὰς ἐργασίας τῶν δ ὡρῶν, καὶ τῆς ἀρχῆς τῶν ἐργασιῶν, ὅπερ λέγεται καπισὲ, ἤτοι δίσεκτον. ἔχει δὲ ἕκαστος τούτων μὲν ἡμέρας λ. ς δὲ ἡμέραι προστίθενται εἰς τὸ τέλος τοῦ χρόνου. ὁπηνίκα γὰρ γένηται ὁ χρόνος καπισὲ, μία ἡμέρα προστίθεται. εἰς τοὺς ρ δὲ κ χρόνους τῶν ἡμερῶν τούτων συνηγμένων εἷς μὴν γίνεται Περσικὸς, καὶ ὁ πρῶτος μὴν Φαρβαδὶν εἰς τὸν ἴδιον τόπον εὑρίσκεται, καὶ ἡ εἰσέλευσις τοῦ ἡλίου εἰς τὸν Κριὸν, εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ φαρβαδὶν γίνεται. *Iste vero annus propter duos modos institutus est. Secundum priorem, propter reuerentiam illius anni, qui est communis, id est non bisextilis. & in anno ipsi (Persæ) CCCLXV dies obtinent, in mense vero XXX, subreptitias autem dies quinque in fine Asphandar collocant. Secundum alterum modum institutus est annus propter usum quatuor tempestiuitatum, & initium operationum, quod genus anni dicitur embolimæus, hoc est bisextilis. Vnusquisque etiam huius anni mensis habet dies XXX, sex autẽ dies adiiciuntur in calce anni. Quotiescunque enim annus fit embolimæus,*

unus

unus dies adijcitur. In annis vero $\overline{\text{cxx}}$ *horum dierum collectorum unus mensis Persicus conficitur, & primus mensis Pharauardin in proprio loco deprehenditur, & ingressus Solis in Arietem in principium Pharauardin incurrit.* Hæc, ut & omnes Canones Chrysococcæ, ad verbum ex Arabismo exscripta sunt, quod & ipse Chrysococces testatus est in procemio libri sui, & res ipsa ac φράσις indicio est. Nos certe ita omnia Arabismum redolere scimus, ut si opus sit, speremus non solum Arabice, sed ijsdem verbis ea posse reddere, quibus in Arabismo concepta fuerunt: quo maiore fiducia non solum ab hoc interprete Græco erratum fuisse, sed etiam quatenus erratum sit, ostendere possumus. Nam illa pessime conuersa sunt: τὸ ἢ ἔτος τοῦτο κὶ δύο τρόπους ἐπέθη. In Arabismo fuit ואמא אלסנה והי נועין. τοῦτο ἢ τὸ ἔτος δυοῖν εἰδοῖν ἐστὶν, aut δυοῖν τρόποιν. *Iste annus duarum specierum est.* Belgis diceretur **tweederley Jjar** Hoc verum est. Annus Persicus etiam hodie duplicis generis est. alter est sine intercalatione, nimirum Iezdegirdicus, quo adhuc omnes Mathematici, astrologi, & historici utuntur. alter Sultanicus, qui intercalat diem aliquando post quatuor, aliquando post quinque annos. Tertia species anni, præter illas duas superiores, est vetus, quo mensem solidum post $\overline{\text{cxx}}$ annos intercalabant. Hæc est vera mens verborum Arabicorum, unde illa Græca transumpta sunt. & fere totidem verbis in nostris Canonibus Arabicis continentur. Ex quibus animaduerti potest tam male intellecta, quam Græce reddita fuisse. Illud vero perridiculum, διὰ τὸ σέβας ἐκείνων. In Arabismo sine dubio fuit. לאגל אצטלאחהם διὰ τὴν ὁμαλότητα αὐτῶν. *Propter æquabilitatem mensium:* quia nimirum sunt semper $\overline{\text{xxx}}$ dierum, & nunquam intercalatur. Tabulæ nostræ: אצטלאחיה איעירחקיקיה. ὁμαλὴ, ἤγουν οὐκ ἀκριβής. Id est, annus æquabilis & menses æquabiles, qui non sunt exquisiti. Ita igitur vertendũ erat. τοῦτο δὲ τὸ ἔτος δυοῖν εἰδοῖν ἐπέθη. καὶ τὸ μὲν διὰ τὴν ὁμαλότητα ἐκείνων (nẽpe μηνῶν) &c. τὸ δὲ ἕτερον εἶδος ἔτους ἐπέθη διὰ τὰς χρήσεις τῶν δ ὡρῶν. Nam in Arabico erat אסתעמאל, χρῆσιν πρᾶξιν. Italice recte ad verbum diceretur, *per adoperar le stagioni de l'anno*, id est, *ut usus tempestiuitatum anni seruetur*, ne scilicet menses autumnales in æstiuorum, & æstiui in vernalium, vernales in hibernorum possessionem inuadant. quod quidem fit, ubi intercalatio omittitur. Παστὰ vero Arabice est בסיטה. extensus annus, id est semplex, sine embolismo, ut contra כביסה ἐμπεφυλευμένος, *insititius, intercalatitius.* de quibus superius egimus in anno Arabico. Quod quidem improprie dicitur, quum annus, quo intercalatur, non sit ἐμβόλιμος, sed ἐμβολιμαῖος. Sed eodem modo Iudæi loquuntur, qui non solum mensem, qui intercalatur מְעוּבָּר ἐμβόλιμον, sed & annum quoque ipsum, in quo intercalatur מְעוּבֶּרֶת vocant, quemadmodum in anno Arabico indicauimus. Confudit igitur tres species anni Persici in unam, ut manifestum est ex illis, quæ a nobis iam emendata sunt, & non opus est monitore. Ipsa res loquitur. Antea una tantum species de tribus nota erat, nempe Iezdegirdica, qui est annus vagus instar annorum Nabonassari, sine intercalatione. Reliquæ duæ species, Sultanica, & Salchodai omnino hominibus nostris ignoratæ erant. De Sultanica suo loco dicetur. de Salchodai, & magno mense intercalari, mox uberius dicemus. Quemadmodum enim magnus annus Canicularis Aegyptiorum tot lustra habebat, quot dies sunt in anno, ita Salchodai periodus annorum 1440, toties 120 annos habet, quot sunt menses in anno.

IN CAPVT VNDECIMVM.

TABVLA PRIMA.] Hæc Tabula decem versibus constat, ut oculus ipse docet. Primus versus continet lineam integri Salchodai, hoc est duodecim magnorum mensium, quos Chaldæi Σάρους vocabant, & præter illos duodecim menses, secundi Salchodai $\overline{\text{x}}$ menses. In secundo versu sunt anni periodi Iulianæ collecti per 120 numeros, hoc est per Saros. ijque sunt anni neomeniarum epochæ, hoc est in quibus singulorum Sarorum neomeniæ post traiectionem ἐπαγομένων redeunt in priscam sedem suam, nempe in κέντρον ἰσημερινὸν, quod semper hæret in $\overline{\text{viii}}$ Aprilis, ubi initio epochæ Chaldaicæ; nimirum anno 2481, neomenia æquinoctialis erat. Tertius versus continet cyclum Solis Romanum, siue eius literam Dominicalem. Quartus annum cycli Solaris in Tetracosieteride Tropica, ut ex eo colligatur character neomeniæ Zygonos, qui ob id positus est in sequenti versu. Sextus versus continet diem Iulianam, in qua fuit æquinoctium directum ad characterem suum, quemadmodum character ex anno Tetracosieteridos collectus est. Septimus habet nomina mensium, qui per σάρους inuicem sibi succedunt: ut, verbi gratia, Nisan cæpit a $\overline{\text{viii}}$ Aprilis. Post $\overline{\text{cxx}}$ annos, & traiectionem ἐπαγομένων Ijar ab eadem $\overline{\text{viii}}$ Aprilis inibit: atque iterum post alios $\overline{\text{cxx}}$, Siwan statuetur in eodem κέντρῳ. & sic deinceps, donec menses per $\overline{\text{MCCCCXL}}$ annos continua

nua successione, & per singula lustra unum diem in contextu Iulianorum mensium anteuertentes, totum orbem maximi Salchodai consumment. Octauo versu continentur menses Persarum Chaldaicis respondentes. Nonus habet annos periodi Iulianæ conuenientes neomenijs epochæ Persicis. Decimus complectitur Saros collectos, ut res ipsa docet.

TABVLA SECVNDA.] Primus versus habet lineam dierum mensis numero xxx, & totidem lustrorum. Nam xxx lustra sunt cxx anni, qui est Sarus integer. Secundus versus continet lustra collecta respondentia suis numeris, qui sunt in primo versu. Tertius versus continet μετάβασιν lustrorum in antecedentia dierum Iulianorum. Primi lustri neomenia est, ut toties diximus, in viii Aprilis, quæ est cognominis Ormizdæ in diebus Persicis, & proprie dicitur neomenia Epochæ, per definit. xii. Secundi lustri neomenia in vii Aprilis, tertij in vi, & ita deinceps in antecedentia, per dies Iulianos, in consequentia vero per Heroas, ut ex conspectu ipso constat, donec in anno cxx desinente, pro neomenia ἐπαγομένων, quæ deprehendetur in iiii Martij, usurpetur neomenia primi mensis, per xi definit. & per eandem, in iii Aprilis traijciatur neomenia ἐπαγομένων. Ita neomenia Sari sequentis restituetur in viii Aprilis. Quare in primi Sari nempe Nisan anno ultimo, Nisan erit primus in x Martij, & exitu anni, eiusdem neomenia incidet in iiii Martij, pulsa sedibus suis neomenia ἐπαγομένων, & in iii Aprilis summota. Sic annus ille erit xiii mensium, ut ex demonstratione manifestum est. Et de omnibus Saris iudicium idem esto.

i *Sarus.*] Mensis magnus annorum cxx, id est duodecima pars maximi anni, qui constat annis communibus mcccclx, Persis dicitur בזורג מאה, μέγιστος μὴν, a Chaldæis כהרא SARA. Nam id Babylonice mensem, & Lunam significat: unde Arabes suum שהר fecerunt, quo omnem mensem intelligunt, præsertim ciuilem. Σάρος igitur dierum constat ex diebus triginta. Mensis enim ciuilis Babylonius totidem dierum est. Inde τριακὰς omnis σάρος Babylonijs dicitur. Σάρος dierum est τριακὰς dierum: Σάρος περιοδικὸς est τριακὰς lustrorum, annorum cxx. Σάρος μέγιστος est τριακὰς Σάρων περιοδικῶν, annorum mmmdcc, qui κατ' ἐξοχὴν Σάρος Chaldæis dicebatur, auctore Beroso. Vide quæ ad priorem librum Græcorum Eusebianorum notamus, pag. 246. a.

ii *Sarus periodicus.*] Ita vocatur a nobis, quia priore desinente, alter succedit περιοδικῶς, post periodum cxx annorum. Id erat apud Chaldæos, ut apud Romanos sæculum, quod ex xi lustris Romanis componebatur, ut periodicus Sarus ex triginta lustris Iulianis. Itaque non errauerit, qui hunc magnum mensem sæculum Chaldaicum vocauerit, vel mensem sæcularem. De his mensibus sentiebat Sibylla, unde Virgilius hausit — *& incipient magni procedere menses.* Itaque, ut diximus, eos menses sæcla vocat. *Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo. Magnus ordo sæclorum* est maximus annus, annorum ciuilium mcccclx, cuius anni mensis est cxx annorum, quod est sæculum. Constat autem ex decem dodecaeteridibus ciuilibus, quæ a neomenia Sari incipiebant. Nam illæ Dodecaeterides, quæ ab ultima antiquitate hodie Indis, & toti Orienti in usu sunt, aliud initium habent, secundum Dodecaeteridas periodi Iulianæ progredientes, ut suo loco ostendimus.

iii *Sarus maximus.*] Quæ est τριακὰς xxx Σάρων περιοδικῶν, ut Σάρος περιοδικὸς est τριακὰς xxx quadrienniorum. Hoc iam expositum.

iiii *Annus magnus, siue Salchodai.*] Si cxx anni ciuiles sunt unus mensis, duodecim eiusmodi, qui fiunt anni mcccclx, erunt unus annus maximus, qui ideo a Persis dicitur SALCHODAI, id est ἔτος θεοῦ. Virgilio, ut dixi, *est magnus sæclorum ordo.* Constat enim ex xii sæculis, siue Saris περιοδικοῖς, qui singulis Dijs erant cognomines apud Chaldæos: ut, verbi gratia, decimus erat Apollini sacer, teste Sibylla apud Seruium in iiii Bucolicon. Σάρος enim Nisan erat dicatus, puta, Marti, & Arieti. Σάρος Ijar alij Deo, puta, Ioui, aut Mercurio, & Tauro: & sic deinceps omnium Sarorum tutela erat Deus quidam, & signum secundum seriem suam. Ergo quum Tebeth sit decimus Sarus, eius tutela erat Apollo, & Capricornus. Aliæ sunt tutelæ Deorum in signis apud Manilium. Vide quæ de illis olim scripsimus in posteriori editione.

vi *Heroes mensis.*] Non opus est repetere, quæ Canone nono demonstrata sunt. Appellationes lustrorum secundum nomina heroum, ostendunt anticipationem unius diei in diebus Iulianis. Primum lustrum vocabatur Oromazda, vel Ormizda. secundum Behemen. Ormizda, qui iam relictus est, nihil aliud est, quam bisextum Iulianum. Atque ita deinceps in consequentia progressus lustrorum fit, & quoties lustra mutant sedem, deorsum progrediendo, quot heroes in antecedentia relicti sunt, tot sunt bisexta Iuliana. Itaque quum ultimus Heros exceperit lustrum trigesimum, tot bisexta collecta, quot sunt lustra, siue heroes, id est triginta

ginta dies, mensem integrum consummant, qui est tertiusdecimus anni cxx desinentis, qui solus omnium Sari annorum est embolimæus.

vii *Character Sari.*] Chaldæi habent nomina Deorum, quibus singuli dies mensis cognominari potuerunt, Bel, Beltis, Nebo, Sessac, Nergel, & si qua sunt eiusmodi. Nos ea ignoramus. Sed Persica adhuc in usu sunt apud Persas ipsos, quæ in secunda Tabula posita sunt ita, ut in Canonibus Arabicis descripta sunt.

viii *Mutatio characteris.*] Hoc iam ostensum est, nimirum μεταχαρακτηρισμὸν illum fieri deorsum pergendo in consequentia. Primum lustrum vocatur Ormizda. & tunc dicitur annus primus, secundus, tertius, quartus Ormizda. In secundo lustro, annus primus, secundus, tertius, quartus Behemen. Idem iudicium de reliquis in consequentia pergendo. ita ut a neomenia Sari ascensum faciat in diebus Iulianis, in Heroibus autem descensum.

ix *Neomenia æquinoctialis.*] Neonemiam æquinoctialem indagare docet Canon septimus, quam ne rustici quidem ignorare poterant; quum ad id duo tantum consideranda essent, quantum superesset ante, aut post æquinoctium, quod idem Canon vii docet: item quando æquinoctium fieret, hoc est, in quod lustrum Sari neomenia æquinoctialis incurreret. In κεντροσκοπίοις enim id ex umbra κέντρε ἰσημερινοῦ quotannis considerabatur. In planitia ABCD, in qua rectæ MS, QI secent sese πρὸς ὀρθὰς in E, centro E describantur circuli KFYN, HLPZ, IMQS. Sit autem umbilicus ER sextuplus semidiametri EY, quæ est umbra solstitialis. Rursus ad semidiametrum EZ, sit Gnomon ER, ut tria ad duo: quæ est umbra æquinoctialis. Postremo sit idem Gnomon ad semidiametrum ES, ut viginti ad triginta unū, quę est umbra brumalis in parallelo διὰ Βαβυλωνίας. Quando igitur præcise umbra semidiametro EZ æqualis erat in meridie, tunc æquinoctium conficiebatur, & neomenia, quæ in eam diem incidebat, est neomenia æquinoctialis, ut docet præsens defin. ix. Quare ne rusticum quidem fugiebat, neque quando neomenia æquinoctialis committeretur, quum hoc ex umbra EZ constaret: neq; quando id contingeret, quum cognomina Heroum id ignorare non sinerent, æquinoctium autem per multos annos in eodem Heroe hæreret. ut ostenditur ex doctrina Canonum vi, & vii. quod non est iterandum.

ΚΕΝΤΡΟΣΚΟΠΙΟΝ ΧΑΛΔΑΙΚΟΝ.



x *Lustrum æquinoctiale.*] In anno vago, qualis erat Aegyptiacus, Chaldaicus, Persicus, & Armeniacus, singulis lustris, neomenia unum diem anteuertit in anno Solari, ut neomenia quæ erat in xxxi Martij, post lustrum confectum, ineunte anno quinto, in xxx ascensum faciat, & tertio lustro in xxix, quarto in xxviii. & ita deinceps. Quum igitur dies Chaldaica, aut Persica incidebat in tempus æquinoctij, quo umbra erat æqualis semidiametro EZ, per totum quadriennium eadem dies mensis hærebat tempori æquinoctiali, & totum illud quadriennium est æquinoctiale. Anno cxvii Sari, neomenia primi mensis incidit in xxx lustrum Herois Haschnusch, x Martij Iuliani, quod contigit anno periodi Iulianæ 4037, quum eo sæculo æquinoctium hæreret in xxvii Martij, quæ eo lustro conueniebat in xviii Nisan. Itaque totum lustrum Haschnusch vocatur æquinoctiale, a 4037. anno, ad 4041: quo traiectione ἐπαγομένων facta, neomenia Nisan in locum earum successit, iiii Martij, a qua, ad xxvii Martij, sunt dies xxiiii. Itaque xxiiii Nisan (qui fuit tertiusdecimus mensis illius anni) umbra semidiametro EZ æqualis designauit veram diem æquinoctij lustro primo Oromazda, neomenia noui Sari Ijar in veterem epocham viii Aprilis per translationem ἐπαγομένων submo-

νῶν submota, ut habes in secunda Tabula. Quare XXIIII Nisan vocabitur lustrum æquinoctiale in Heroe Oromazda. Sic anno 4045 totum lustrum æquinoctiale Herois Behemen hærebit in XXV Nisan, anno autem 4049 in lustro Adarpahaschth, donec lustro XIII, neomenia Ijar ascenderit in XXVII Martij, Heroe Meharserusch. Itaque iam anno, puta, 4041, quum æquinoctium esset in XXIIII Nisan, facile erat etiam rustico colligere quando neomenia Ijar noui Sari fieret æquinoctialis. Quum enim ea sit tertiadecima dies a XXIIII Nisan (comprehensis scilicet epagomenis) quot dies interessent, tot lustra numeranda erant: Itaque tertiodecimo lustro, quod attribuitur Heroi Meharserusch, neomeniam Ijar in æquinoctium conuenturam affirmare minime dubitabant. Quare quum vel idiotæ ipsi scirent æquinoctium fieri in Meharserusch, non poterant ignorare, quando neomenia æquinoctialis fieret, & quodnam lustrum æquinoctiale vocandum esset, quum per singula quadriennia numerus dierum mensis decresceret, donec ad ipsam neomeniam perueniretur, idque ex Horologio & Gnomone discere possent. Gnomonis autem inuentum ad ipsos Babylonios refert Herodotus: πόλον μὲν γὰρ καὶ γνώμωνα, καὶ τὰ δώδεκα μέρεα τῆς ἡμέρης παρὰ Βαβυλωνίων ἔμαθον Ἕλληνες.

XI *Traiectio ἐπαγομένων.*] Huius rei iam exemplum dedimus. Annus CXX Sari incipiebat a die X Martij. anno vertente propter quadriennium confectum, ascensus fiebat ad IX Martij. Epagomenæ autem incidebant in IIII diem. Sed pro neomenia ἐπαγομένων, usurpabatur neomenia mensis primi. neomenia autem ἐπαγομένων traijciebatur in III diem Aprilis sequentis. Ita mensis primus bis deprehendebatur in eodem anno, ducens ordinem, & cogens agmen, Patulcius idem, & Clusius; idem primus, & tertiusdecimus, idem ordinarius, & embolimus.

XII *Neomenia epochæ.*] Pendet a superiori definitione. Nam traiecta neomenia ἐπαγομένων in III Aprilis, neomenia noui Sari incidebat in VIII Aprilis, quæ est epocha vetus Chaldaica iniens a XVIII anno Semiramidis, quæ pulcherrimis operibus Babylonem instaurauit, moenia refecit, urbem ampliauit, ut non immerito a Græcis Babylonem condidisse credita sit.

XIII *Panegyris epochæ.*] Neomenia epochæ est initium sæculi Chaldaici, ut toties diximus. Nam Sarus nihil aliud erat Chaldæis, quam quod Romanis Sæculum. Romani autem condebant sæculum suum celeberrima panegyri, quos ludos sæculares vocabant. Quemadmodum enim Quirites singula quinquennia censu, & lustratione populi claudebant, ita & sæculum, quod ex bis undecim quinquennijs constabat, ludis Circensibus, & trinoctiali sacro terminabant, idque ne quis ignoraret quando sæculum inciperet, & statū tempus desinētis & incipenitis in Fastis quindecimuiralibus designaretur. Certe Chaldæis & Persis eiusmodi panegyres in neomenia epochæ celebratas fuisse postea docebimus. Nam quemadmodum dies primus lustri festo celebrabatur, propter intercalationem diei, ita propter incercalationem mensis integri panegyris indicebatur. Quod enim propter bisextum & Heroem, cui competebat lustrum, solenne celebraretur apud Orientales, diserte ostendit vetus Scholiastes Germanici: neque mensem, neque diem intercalandum, quem in diem festum immutarent. Vides propter mensem intercalarem, & diem intercalarem, festum indici solere apud Orientis nationes, quarum exemplum publica detestatione execrabantur Aegyptij, ut abunde ex illo vetustissimo Scholiaste patet.

XIIII *Panegyris æquinoctialis.*] Hæc adeo curæ veteribus Persis fuit, ut ne hodie quidem, quanuis tropica anni forma utantur, eam desinere potuerint: sed quotannis incredibilis multitudo undecunque in aulam Sophi confluat, ad panegyrim illam celebrandam, quam vocant panegyrim Neuruz, id est æquinoctij. Vide in libris de emend. temp. in illis, quæ de Neuruz Gelali diximus.

XV *Συνδρομὴ ἐνθρονισμοῦ.*] Panegyrim ἐνθρονισμοῦ non Chaldæorum tantum, sed & omnium gentium esse nemo ignorat. Inaugurationes enim καὶ ἐνθρονισμοὺς regum ludicris, conuiuijs, & alijs lætitiæ significationibus celebrari tam notum vulgo est, quam omni genti familiare. Sed concursus duarum panegyrium epochæ, vel æquinoctij cum inauguratione regis, Persarum, & Chaldæorum proprius est. De Persis alibi dicetur. Nunc de Chaldæis. Arbaces Medus, auctoribus proceribus Chaldæorum, quorum princeps erat Belesis Sacerdos, imperium Assyriorum, & Chaldæorum inuasit, oppresso Belidarum ultimo Sardanapalo, quadragesimo primo illius ingentis imperij successore. Illi Arbaci contigit, ut eodem anno & imperij initium, & neomenia æquinoctialis concurreret, lustro undecimo Tirchusch, Sari Adar, intra quod tempus & ipse in solio Belidarum collocatus est, & neomenia æquinoctialis

in XXIX Martij incidit. Rurſus anno XVIII Artycæ Medi, luſtro XII Deamhar, Sari Niſan, neomenia æquinoctialis incurrebat in XXVIII Martij. Itaque panegyris tantum ſimplex fuit, nempe æquinoctialis, ſine concurſu ἐνθρονισμοῦ. Sed apud Chaldæos, qui duce Nabonaſſaro defecerant, fuit συνδρομὴ ἐνθρονισμοῦ καὶ ἰσημερίας. Intra luſtrum igitur XII concurſus ille geminatæ πανηγύρεως factus eſt. Inde enim conſurgit epocha illa Nabonaſſari celeberrima, anno tertio luſtri duodecimi, quam Perſæ vocant נורוז חררת *Neuruz Hararath.* Qui enim Cteſiæ eſt Ἀρτύκας, illis eſt Hararathes. Ex quo colligitur omnem neomeniam æquinoctialem ab illo rege cognominari, in cuius imperium incidit, tametſi nullus ſit concurſus ἐνθρονισμοῦ. Erat enim XVIII annus Hararath Medi, ſiue Hartycæ, ut vocat Cteſias. Igitur Neuruz Hararathis regis, quod diſerte notatum eſt in noſtro Calendario Turcoperſico e regione XXVIII Adar Solaris, qui eſt Martius noſter Iulianus, eſt epocha æquinoctij Nabonaſſari, cum qua ἐνθρονισμὸς eius concurrebat. Erat Chaldæis neomenia Sari Niſan, ut antea dictum eſt, Aegyptijs neomenia Paophi, quanuis Aegyptij epocham hanc a meridie neomeniæ Thoth ſui iniuerint, ne ordinem anni turbarent. Hic enim mos eſt Aegyptiorum, ut non a die ἐνθρονισμοῦ Regis, ſed a neomenia ſui Thoth, epochas regum aſtronomicas ordiantur: quemadmodum annum Philippi non a morte Alexandri, quæ diebus æſtiuis contigit, ſed a Nouembri Iuliano, ordinarunt, quia Thoth in illum Nouembrem conueniebat. Apud Aegyptios enim tam epocha Nabonaſſari, quam Philippi, aſtronomica eſt, non ciuilis. Nunquam enim Chaldæi Aegyptijs imperarunt. Certe Nabonaſſarus nunquam pedem poſuit in Aegypto, ne in Palæſtina quidem. Chaldaicis, inquam, Epocha Nabonaſſari in uſum recepta fuit, non etiam alijs nationibus, apud quas Aſtrologi duntaxat cum Aegyptiacis menſium appellationibus eam uſurparunt, propter aſtronomicas Chaldæorum obſeruationes, quæ a Nabonaſſari inauguratione putantur, non utique quod Nabonaſſarus in alijs nationibus, præterquam Chaldæis, imperium obtinuerit. Differt igitur epocha Nabonaſſari Chaldaica ab Aegyptiaca, primum cauſſa, quod Chaldaica ſit ciuilis ſimul, & aſtronomica, Aegyptiaca aſtronomica, non ciuilis: deinde ſitu menſium, quod Chaldaica incipit a neomenia Paophi Aegyptiaci, Aegyptiaca a neomenia Thoth: Chaldaica a neomenia Krionos, feria VI, Martij XXVIII, Aegyptiaca a neomenia Ichthyonos, feria quarta, Februarij XXVI. Rurſus aliud exemplum συνδρομῆς ἐνθρονισμοῦ καὶ ἰσημερίας. Anno enim XLIX Sari Chaldaici Ijar, Nabonaſſari CXXIII, luſtro XIII Meharſeruſch, inijt epocha ἐνθρονισμοῦ Nabopollaſſari patris Nabuchodonoſori concurrens. cum neomenia Krionos, & neomenia Sari Ijar in XXVII Martij, anno periodi Iulianæ 4089, ut habes in prima Tabula. Itaque noua epocha inſtituta Nabopollaſſaro, ut ab eius inauguratione, ὁ χρηματισμὸς, καὶ τὰ συμβόλαια inciperent: cuius epochæ Ptolemæus tanquam aſtronomicæ, Ezekiel autem tanquam ciuilis meminit, quum eſſet in Babylonia adhuc viuente Nabopollaſſaro. Quantum vexauerint illum locum Scriptores tam Iudæi, quam noſtri, non operæ eſt dicere, quod res vulgatiſſima ſit. Certe Prophetarum noſtri temporis ſtomachus, qui profanos, ut ipſi vocant, ſcriptores ne ſemel quidem verum dixiſſe iurant, huius epochæ mentionem concoquere non poteſt. Triginta illos annos Ezekielis quidam a libro legis inuento, quod ioculare Iudæorum commentum eſt, putant: alij trigeſimum annum Iobelæi eſſe quouis pignore contendunt, & armati pugnant. Atquin ille annus, ut Propheta monet, erat quintus Sedekiæ, & proinde primus hebdomadis, quum undecimus Sedekiæ fuerit Sabbaticus. At ſi de Iobel intelligendum eſſet, igitur is annus fuerit ſecundus hebdomadis quintæ Iobel. Nam in triginta annis quatuor Hebdomades præterierunt, atque adeo trigeſimus fuerit ſecundus quintæ. Ergo, ut prophetis noſtri æui placet, annus quintus Sedekiæ erat ſimul & primus, & ſecundus Hebdomadis. En acumen propheticum. Quum igitur neutrum eorum fuerit, quæ quidem ſtulti Iudæi hariolantur, noſtri tamen eos ſequuti malunt alterutrum amplecti, quam veritati victas manus dare, & quum ille annus, ut Ptolemæus oſtendit, fuerit Nabopollaſſari trigeſimus, reliquum eſt, ut ille trigeſimus annus apud Ezekielem ſit trigeſimus huius epochæ ciuilis, præſertim quum propheta illis regionibus relegatus, quibus tunc imperabat Nabopollaſſar, non alia epocha potuerit uti, quam ea, quæ omnibus illorum tractuum popularibus in uſu erat. Adde quod ille annus non potuit eſſe trigeſimus Iobel, quum fuerit vigeſimus ſecundus decimi octaui Iobel. Habemus igitur duo egregia συνδρομῆς ἐνθρονισμοῦ καὶ ἰσημερίας exempla. ex quibus patet etiam, quum ἐνθρονισμὸς in medium luſtrum æquinoctiale incideret, fieri συνδρομὴν ἐνθρονισμοῦ καὶ ἰσημερίας, ut in epocha Nabonaſſari, quæ incidit in annum tertium luſtri æquinoctialis. Vnum etiam exemplum habemus συνδρομῆς ἐνθρονισμοῦ καὶ ἐποχῆς νουμηνίας, nempe annum primum Seleucidarum, quæ Iudæis eſt Aera contractuum, incurrens in annum ſecundum primi luſtri poſt traiectionem ἐπαγομένων.

μένων. Seleucus, ut omnes διάδοχοι, imperare cæpit statim a morte Alexandri. Tamen eius epoche consurgit non a morte Alexandri, sed tertiodecimo hinc anno. Quanuis epochæ Seleucidarum aliæ caussæ adferri possunt, cur non a morte Alexandri incipiat, ut aliorum διαδόχων, sed a tertiodecimo anno, tamen hæc caussa, ut vera, ita unica est. Atque hactenus de veteri anno Chaldæorum, eiusque Saris: quæ forma anni si hodie obtineret in Ecclesia Latina, anno Christi MDC, quo εἰκοσιπεντaετηρὶς Romæ celebrata est a Clemente VIII, neomenia Marchesvvan Chaldaici in XI Martij incurrisset, lustro XXIX ineunte. Ideo neomenia Marchesvvan fuisset æquinoctialis. Præterea anno Christi 1608 traiectio epactarum celebranda fuisset, post quam Marchesvvan proximo Saro Casleu anni habenas traditurus esset. Ita in octo annis duæ maximæ πανηγύρεις contigissent, neomeniæ æquinoctialis anno 1600, & translationis ἐπαγομένων anno 1608.

CANON OCTAVVS.] Explicatis anni Chaldaici rationibus, superest, ut Persici caussas aperiamus, quæ ut Chaldaicis allucent, ita illæ Persicas illustrant. Repetam igitur caussas ab ultima antiquitate. Veteres Arabes, ubi de anno Iezdegirdico agunt, de veteri anno Persarum ea adijciunt, quæ nos fuse in libris de emendatione temporum exposuimus, de magno anno MCCCCXL annorũ ciuilium, & de illius magnis mensibus CXX annorum, quorum ultimus XIII mensium esset: quos menses Persæ בזורו מאה vocabant, id est μεγάλους μῆνας. Qui quibusdam abortiuis ingenijs id mirum visum est, ut arquatis omnia lutea videntur, & a nobis effutita potius, quam ex veterum monimentis obseruata esse non solum putant; sed & alijs persuadere conantur, propter eorum partim κακοήθες, partim peruicaciam, cogor altius rem repetere. Venerabilis μακαρίτης Dominus Ignatius Patriarcha Antiochenus, vir, quod in Orientis partibus perrarum est, singulari eruditione, a nobis super huiusce periodi magnæ Persarum caussis consultus in hæc verba respondit; quæ nos παχύτερον μὲν, ἀλλὰ σαφέστερον in hunc modum ex Arabismo integra fide reddidimus: *Persæ autem veteres hunc quadrantem ad unum mensem colligebant in centum viginti annis, eumque annum tredecim mensium faciebant.* In altera longissima epistola respondet ad id, quod ex præcisa nimis eius sententia assequi non potueram. In priore enim scribebat, priscos illos Persas omnibus quadriennijs unum diem adijcere, & post centum viginti annos, unum mensem intercalare solitos. Ego negare utrunque constare posse. aut enim, quadrante retento, mensem intercalare superfluum esse, aut, si mensis intercalaretur, frustra quadrantem retineri. Ipse aperuit mentem suam: quæ sane interpretatione indigebat: Persas diem notasse ex quatuor quadrantibus coactum, non utique ut eum ad finem ἐπαγομένων adijcerent, sed ut ex triginta diebus, qui in CXX annis ex collectis quadrantibus accrescebant, mensem intercalarent, & ultimus annus, nempe centesimus vigesimus, XIII mensium fieret. Itaque quod dicit unum diem adijcere solitos omnibus quadriennijs completis, id explicatur ex doctrina Canonis noni. Quod enim lustra descendunt, & per singula Heroum nomina deorsum transitum faciunt, quod dies præterierunt in antecedentia, tot dies ex quadrantibus collectos esse. Retinebant igitur diem ex quadrantibus collectum, quum tamen illum in finem ἐπαγομένων non reijcerent. Verba Patriarchæ: *Quod autem mentionem fecistis, quod dubium vobis oblatum sit super eo, quod de anno Persarum diximus; qui nouatus fuit tempore Iezdegird filij Shehariar, quod is sit dierum CCCLXV sine minutiarum accessione, vos autem notaueritis errasse nos, & hallucinatos fuisse: non ita est, ut opinati estis. Nos autem vobis modum rei exponemus. Scitote annos Persarum esse Solares æquabiles, hoc est non exactos, quum sint dierum CCCLXV: similiter eorum menses æquabiles triginta dierum cum appendice quinque dierum furtiuarum, ut vocantur. quorum (annorum) initium consurgit a temporibus Gemschid. Erat autem illis mos eos innouare, quotiescunque aliquis magnus rex illis exoriretur, secundum morem veterum Romanorum. Quadrantem quidem retinebant, quemadmodum Romani, hoc excepto, quod illi apponebant in centum viginti annis mensem unum, atque ita eum annum mensium tredecim constituebant: non sane ut exemplo Romanorum in omnibus quadrennijs diem unum adijcerent, sed propterea quod omnis dies anni cognominis est Regi cuidam. Consuetudinis autem huius ratio constabat illis, ut adiectio diei supra CCCLXV fieret secundum diuersitatem nominum. Itaque attentione super uno quoque die utebantur, qui accommodabatur nomini eius diei. Quod si diebus furtiuis, & diebus mensis diem adiecissent, non sana fuisset eorum attentio.* In quibus vides quomodo dies ex quadrantibus collectus nomine alicuius Regis, aut Herois afficiebatur, ut patet ex doctrina eiusdem Canonis noni. Aliquot interiectis: *Erat autem consuetudo eorum, ut mensem intercalarem a mense, in eum mensem traijcerent, qui deinceps sequebatur: hoc est, Pharauardin bis contingebat: iterabatur itidem Adarpahascht bis post CXX annos: & orbis per totum peruagabatur, donec omnes menses consummarentur. rursusque res redibat ad Pharauardin post mille quadringentos quadraginta annos. Apponebant*

nebant autem Epagomenas, siue dies furtiuas, ad eum mensem, qui iterabatur. Hoc est, constituebant eum quinque & triginta dierum, ne mensis intercalaris illis immutaretur. Hactenus ille. In quibus nihil extat, quod in superioribus a nobis expositum non sit, præsertim quod scribit annum innouari solitum Regibus. Hoc sane non omnibus regibus, ut ille putare videtur, neque omnibus magnis regibus fiebat, sed tantum in neomenia æquinoctiali, aut neomenia Epochæ. De neomenia æquinoctiali Persica non possumus dare exemplum illustrius Iezdegirdico, eius anno imperij quarto, ut infra exponetur. Nam quandiu forma illa Salchodai obtinuit, neque neomenia æquinoctialis, neque neomenia epochæ in hominum potestate erat. Ideo neque innouatio epochæ omni regi, ne magno quidem, fiebat. Subijcit Patriarcha, dies mensis omnes alicui Regi cognomines fuisse, & ex diuersitate nominum uniuscuiusque diei mensis, dierum intercalarium memoriam conseruatam fuisse: quod quidem satis illustratur doctrina Canonis noni. Per illa nomina conseruabatur collectio quadrantis, ut lustro vertente dies collectus in nomen alius Herois transiret. Idem faciebant reliquæ nationes Orientis, quæ diem ex quadrantibus consummatum non adijciebant fini ἐπαγομένων, Chaldæi, Armenij, alij, etiam Aegyptij, sed sine intercalatione mensis, aut diei, hoc est sine adiectione diei ad Epagomenas. quod ne fieret, quotannis in festo quodam execratione sese deuotabant, ut ex Scholiaste Germanici aperuimus. Hoc modo cauebatur, ne quadrans, & mensis intercalaris periret, neve sedes ἐπαγομένων mutaretur, vel, ut Patriarcha loquitur, *ne mensis intercalaris illis immutaretur, sed* τῶν ἐπαγομένων terminus interuallo a quarta Martij, ad quartam Aprilis, contineretur. Hinc natæ sunt Tekuphoth priscorum Hebræorum, item ὧροι Aegyptiorum, qui primum annum lustri vespere obseruabant, oriente Canicula, quam Σῶθιν vocabant, secundum media nocte, tertium mane, quartum meridie, ut diserte docet Ammianus Marcellinus, cuius testimonium antea produximus. Ab ultima antiquitate, ad hanc usque diem, Persæ superstitiose diem æquinoctij obseruauerunt. Nam hodieque in Sultanico Neuruz, postquam ex Tabulis, aut Ephemeridibus, momẽtum, quo Sol primum punctum Arietis ingreditur, deprehensum est, statim neomeniam Pharauardin indicunt, quocunque diei scrupulo ea acciderit. cuius rei historiam pete ex lib. de emend. temp. Itaque ab eo momento ludos, conuiuia, panegyres instaurant, quæ sunt manifesta priscarum panegyrium tam epochæ, quam æquinoctij, vestigia. Quia igitur quocunq; diei momento Neuruz acciderit, ab eo neomeniam anni indicunt, & ante illum articulum anni initium instituere illis religio est, ob eam rem fit, ut non percipiant τὰς ἐπαγομένας antecedentibus diẽ accrescere, καὶ ἐξαημέρους ἐκ πενταημέρων fieri: qua ex caussa sexta dies ἐπαγομένων, quæ neomeniam Neuruz antecedit, iustius furtiua, quam reliquæ priores quinque ordinariæ, dicenda erat, propterea quod ea illis non sentientibus obrepit, quomodo & Aegyptijs accidebat, qui non semper annum ab eadem diei hora, sed a singulis νυχθημέρου quadrantibus incipiebat. cuius rei, ut dixi, manifesta in Neuruz Sultanici obseruatione apud Persas hodie extant argumenta. Nisi enim Persæ antiquitus a quadrantibus annum incepissent nunquam lustra ab Heroe, ad Heroem transissent. Quare annum primum primi lustri a mane Oromazda incipiebant, secundum a meridie, tertium a vespere, quartum a media nocte. primum secundi lustri a mane Behemen. Idem faciunt & Iudæi in suis Tekuphis, quibus hodie nihil est vetustius in ea gente. Ante legem enim illis earum usus erat. Adeo in omnibus Orientis gentibus, etiam Aegyptijs ipsis, consensus iste obtinuit annum a quadrantibus, non ab eadem hora, auspicandi. Quare non ex abrupto diem intercalabant, ut hodie fit in anno Iuliano, sed quadriennio vertente unus dies illis imprudentibus accrescebat, qui vere κλοπιμαῖος erat. Sed & quinq; ἐπαγόμεναι ordinariæ illis furtiuæ dicuntur, quia quinque diebus ultimis Asphandar cognomines sunt. Hoc est, neomenia ἐπαγομένων cognominis est vigesimæ sextæ diei mensis, secunda vigesimæ septimæ, tertia vigesimæ octauæ &c. Quare instante neomenia ἐπαγομένων, perinde est, ac si XXVI dies mensis esset, idque propter cognomen Herois utrique commune. Tam enim XXVI mensis Ahnud dicitur, quam neomenia ἐπαγομένων. Iccirco eæ dies propter communionem nominum, videntur adhuc esse intra mensem, neque aliæ esse, quam eæ, quibus cognomines sunt. Vnde fit, ut quasi imprudentib. obrepãt, & propterea dictæ sint furtiuæ, hoc est obreptitiæ. quo nomine מסתרקאף Arabice dicuntur. Alfraganus illos X dies, a XXVI mensis, ad principium anni, vocat Elpherurgin. Caussam ignoro, neque Bacchanalia cum editore Alphragani vertam, ne ludibrium debeam. Vnde enim hoc expiscatus sit, qui omnibus se peritum Arabismi probare vult, ipse viderit. Nos scimus ut falsum, ita ineptum esse, cuiusmodi fere omnia, quæ in centonem commentarij sui συνεῤῥάψατο. Pergit ὁ θαυμάσιος Ignatius: *Et hæc quidem fuit priscorum Persarum consuetudo, usque ad tempus Iezdegird filij Cusrui. Tunc reliquerunt memoriã intercala-*

tionis;

tionis; & minutiarum, & determinarunt annum CCCLXV *dierum æquabilium duntaxat. & quidem sub hoc Iezdegird Sapientes Persarum (Magi) nouam ei epocham aliam statuerunt, præter illã priorem: ac furtiuas dies, quæ tunc erant in fine Aben, transmouerunt. Interfecto autẽ hoc Iezdegirde ab exercitu Othmen filij Ophen Vicarij Muhammedis, a quo tempore cessauit omnino regnum Persarũ, Astrologi illius sæculi traduxerunt furtiuas quinq; dies in finem Asphandar mensis: & durat status huiusce Epochæ ad hanc usque diem.* Duo insignia hic referuntur, instauratio Epochæ in gratiã Iezdegird, & translatio Epagomenon. Sed imperfecta est oratio. Duo enim desunt, caussa instaurationis epochæ, & locus, in quem a fine Aben luxatæ Epagomenæ traductæ sunt. prior caussa est æquinoctij cum neomenia Di mensis concursus in XVIII Martij anno Christi DCXXXII, unde hæc epocha consurgit. Ergo fuit neomenia æquinoctialis, & propterea panegyris æquinoctialis celebrata, & noua epocha instituta, quæ ad hanc usque diem ita vocatur. Epagomenæ autem a fine Aben, hoc est a XII Februarij, in ultimam Adar, in XIII Martij traductæ. Pro neomenia enim ἐπαγομένων usurpata fuit neomenia Adar. Atque hæc est celeberrima illa epoche Iezdegirdica, qua hactenus omnes astrologi Persidos utuntur, quum tamen illam Persæ desiuerint introducto nouo Neuruz Sultanico anno Christi MLXXIX, ad quem, ab anno DCXXXII, ex quo consurgit epoche Iezdegirdica, anni tantum CCCCXLVII intersunt. Tot enim annos in usu ciuili fuit: solis vero astrologis a Sultanico Neuruz, ad hoc sæculum, usurpatur. Eodem autem anno Christi, DCXXXII, quo hæc epocha innouata fuit, mense Pharauardin, prælio cum Othmen Chalipha commisso, interfectus est Iezdegird, atque Persarum imperium, CCCCII annis, postquam auspicijs Artaxaris a Parthis defecerunt, a Persis, ad Saracenos translatum est. Itaque in gratiam victoris Othmen, anno sequente, Christi DCXXXIII, epagomenæ a fine Adar, ad finem Asphandar, tralatæ, neomenia ἐπαγομένων; quæ erat, ut diximus, in XIII Martij cum neomenia Di est commutata. neomenia Behemen in XII Aprilis, neomenia Asphandar in XII Mai, neomenia nouarum ἐπαγομένων in XI Iunj, neomenia Pharauardin in XVI Iunj. Itaque in uno biennio bis translatio ἐπαγομένων facta est, a fine Aben, in finem Adar, a fine Adar, ad finem Asphandar. Et tamen epocha hæc non a uictore Othmen, Othmenica, sed a victo Iezdegird, Iezdegirdica vocatur. Tanta reuerentia Neuruz fuit apud Persas illos, tam sacrosancta memoria, quæ in Panegyri sancita fuit. Quod autem Patriarcha adijcit, ab illa epagomenon translatione, quæ facta est anno Christi DCXXXIII, annum Persicum luxatum fuisse, an verum sit, discutiamus. Ostendimus superius, anno Christi DCXXXII, neomeniam ἐπαγομένων, a fine Aben, ad finem Adar, traiectam fuisse: hoc est, a XII Februarij, ad XIII Martij. Si anno Christi DCXXXII, ἐπαγόμεναι erant in XII Februarij, erant igitur extra interuallum vernale, quod consistebat intra IIII Martij, & III Aprilis, ut neque ulterius in antedentia niti, neque in consequentia pessum ire posset. Ergo iam luxatus erat annus Persicus ante epochen Iezdegirdicam, neque magni menses CXX annorum, neque Salchodai annorum MCCCCXL, neque intercalatio tertijdecimi mensis in fine CXX annorum, locum habebant. Proinde verum non est, a cæde Iezdegird, & victoria Othmen Chaliphæ, omissam intercalationem, & anno Persico libere vagandi laxatas habenas fuisse, & pro periodo annorum 1440, quæ propria Neuruz Persici erat, assumptam periodum Canicularem annorum 1460, quæ anni vagi & Aegyptiaci propria est. Hoc quidem ita esse non solum epagomenæ loco alieno positæ indicant, sed etiam locus illustris Isaaci monachi, qui in noua editione Alfragani producitur ex Bibliotheca Palatina. Scribit ille periodum annorum MCCCCLX, qui est magnus Aegyptiorum annus Canicularis, iniuisse annis CCCVII ante epocham Iezdegird. quod tempus conuenit anno Christi CCCXXV. Ergo annus primus Iezdegirdicus, hoc est annus Christi DCXXXII, est CCCVIII illius periodi Canicularis. Si anno Christi CCCXXV iniuit Persis noua periodus annorum 1460, quæ propria est anni, cui nulla competit intercalatio, ergo ab eo tempore, hoc est, ab anno Christi CCCXXV, intercalatio Persica desita est, & ex Persico annus in Aegyptiacum, & periodus 1440, in periodum 1460 transire cæpit. Recludamus fontes ipsos. Anno Christi DCXXXII, neomenia Di conueniebat in XVIII Martij, feria IIII. Erat, ut diximus, annus CCCVIII ab omissa intercalatione. Diuisis CCCVIII in septem, nihil remanet, præter feriam IIII in neomenia Di. Ergo ad methodum characteris Di addenda semper III: & proinde neomenia Di anno primo omissæ intercalationis fuit feria V. Rursus annis CCCVII absolutis per IIII diuisis, remanent LXXVI bisexta Iuliana, quot nempe dies ab anno Christi CCCXXV, ad annum DCXXXII, neomenia Di in antecedentia transitum fecit. Additis igitur LXXVI diebus ad XVIII Martij, ubi erat neomenia Di anno DCXXXII, numerus quiescet in III Iunij, feria V, quæ erat neomenia Di, anno CCCXXV, qui fuit primus solutæ

intercalationis. neomenia Adar IIII Mai. neomenia ἐπαγομένων XXIX Aprilis, in fine Aben, quæ ab eo tempore, ad annum primum Iezdegird, semper hæserunt fini Aben, & in gratiam Iezdegird, hinc ad finem Adar translatæ, ut antea declaratum est. Ergo epagomenæ mensem integrum luxatæ sunt a termino vernali, quæ est domestica earum sedes. Proinde hæc noua periodus annorum 1460 instituta fuit traductione ἐπαγομένων. Neque enim aliter potuit institui annus vagus, nisi luxato ἐπαγομένων cardine. Ergo a fine Mehar, ad finem Aben, traductio facta est: & proinde neomeniæ ἐπαγομένων priscarum vera sedes erat XXX Martij anno Christi CCCXXV, periodi Iulianæ 5038, qui erat septimus decimus Saporis Ormizdæ filij, qui tot annos imperauit, quot vixit. Vixit autem LXX. In utero enim matris Rex a Magis inauguratus est, ut testatur Agathias, qui proculdubio est, qui a Patriarcha vocatur Gesinid: ut duplex illi nomen fuerit, Sabores Gesmid, ut a Sabore illo distingueretur, qui Valerianum Augustum bello captum mancipij loco habuit. Itaque huic Sapori, siue Sabori Gesmid, noua epoche a Magis instaurata, luxatis a domestica sede furtiuis diebus, & in finem alieni mensis traductis, quod nunquam antea factum erat: ut merito dixerit Isaacius hinc incipere periodum Persicam MCCCCLX annorum, hoc est, annum vagum Persarum hinc inire, qui ad illam periodum pertinet, non autem ad priscum Salchodai annorum MCCCCXI. Quare non a Iezdegird, ut putauit ὁ μακαρίτης Patriarcha, sed a Sabore Gesmid, ob insignem aliquam victoriam illi hanc epocham institutam fuisse omnino necesse est, quæ in mense Adar contigerit, ut propterea ab eo tempore, ad Iezdegird, semper Adar fuerit princeps mensium anni vagi Persarum, quemadmodum hodie primus est Pharauardin non solum anni vagi Iezdegirdici, vel potius Othmenici, sed etiam Sultanici tropici. Verba Isaacij; ut producuntur ab editiore Alfrangani: Ἐστι δὲ καὶ παρ' αὐτοῖς ὁ ἐνιαυτὸς τξε ἡμερῶν μόνων, ὥσπερ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις, ἑκάστου μηνὸς παρ' αὐτοῖς λογιζομένου ἡμερῶν λ, καὶ ε τῶν ἐπαγομένων. ὡς ξυμβαίνειν ἐξ ἀνάγκης κατὰ δ ἔτη τὸν τῶν Περσῶν ἐνιαυτὸν προλαμβάνειν τὸν τῶν Ῥωμαίων ἡμέρᾳ μιᾷ, διὰ τὸ τῶν δ ἔτη τὸν τῶν Ῥωμαίων ἡμερῶν γίνεσθαι τξς, ἐν ὅλοις δὲ ‚αυξ ἔτεσιν ὁλοκλήρῳ Περσικῷ ἔτει, καὶ πάλιν ἅμα τὴν ἀρχὴν τοῦ ἔτους ποιεῖν Πέρσας τε καὶ Ῥωμαίους. μετὰ δὲ περιδρομὴν δ ἐνιαυτῶν, αὖθις ἄρχεσθαι τοὺς Πέρσας προλαμβάνειν ἡμᾶς ἡμέρᾳ α καὶ ἑξῆς πάλιν ἀκολούθως. Ait annum Persarum omnino vagum esse, instar Aegyptiaci, eumque restitui in pristinam epocham post annos Iulianos 1460, Persicos 1461. Hoc autem ne minimum quidem odoratus est editor Alfragani, quo, si ipsi credimus, nemo hodie doctior viuit. Omisit igitur rem καιριωτάτην, & sine qua neq; mens Isaacij, neque vis huius periodi percipi potest. Vertendum erat: *adeo ut necessario contingat, in quatuor annis Romanorum annum a Persico anticipari die una, in MCCCCLX autem annis, anno uno Persico.* Ne volam quidem huius sententiæ apud editorem Alfragani in horum Græcorum interpretatione extare videbis. Quemadmodũ enim in quater CCCLXV diebus annus Persicus anteuertit Romanum die una, ita etiam in quater CCCLXV, hoc est MCCCCLX annis, anteuertit CCCLXV diebus, qui est annus unus Persicus. Itaque anni Iuliani MCCCCLX sunt totidem Persici, & præterea dies CCCLXV, qui ex CCCLXV quadriennijs accreuerunt, qui est annus Persicus solidus. Hæc indicanda fuerunt tum ad vim huius periodi declarandam, tum etiam ad hominis agrestis & superbi, cui ludus fuit nobis sine ulla caussa insultare, imperitiam ostendendã, quam in toto commentario illo magis deprehendet, quem non pigebit aliquot horas perdere. Addam etiam in studiosorum gratiam prima verba Isaacij, quæ ille, qui Arabismi peritia multũ vectatur, non intellexit. In principio igitur male illa concepta sunt: Ιασδαγέρδου Σαρλὲν Μαστρέ. Emendandum Ιεσδαγὲρδ Σααριὲρ Κασρέ intelligitur τοῦ. יזגרד אבן שהריאר בן כסרי: *Iezdegerdis filij Saharier, filij Cosrois.* Chrysococces: ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους τοῦ Ιασδαγέρδου Σαριὲρ βασιλέως Περζῶν θαύματος ἄξια ἐργασαμένου πολλά. Hic quoque subintelligendum τοῦ. τοῦ Σαριὲρ *filij Saharier.* Saherier, vel, ut alij legunt, Sahariez (quia eadem figura Arabib. Nun, & Res) est, qui Græcis Σιρόεις dicitur, vigesimus quartus in serie posteriorum regum Persidos. Κασρὲ autem, vel, ut apices ponendi sunt, Κουσροῦ, est Χοσρόης pater Sirois, vigesimus tertius ab Artaxare imperij Persici assertore. Rursus & illud perperam legitur apud Isaacium: διὰ Τυβλώης Περσικῆς πόλεως μεσημβρινὸν τῶν μῆκος ἀπεχούσης μοίρας οβ ἀπὸ τοῦ ντζαὴρ χαλι πὰτ, ὥς φασι Πέρσαι. Corrige: ἀπὸ τοῦ γεζαὴρ χαλιδὰθ, per CHETH asperum גזאיר הלידאת. Ita νήσους μακάρων vertunt Arabes ex Ptolemæo. aliter גזאיר אלסעדא. hoc est νῆσοι μακάριοι. alterum est νῆσοι μακροβίων. Vtranque appellationem sæpe in Arabum libris legimus, præsertim apud Astrologum quendam Tunisiensem, & fusius apud eius interpretem, qui eum illustrauit longo commentario Arabico. Et sane mira est Arabum in hoc longitudinis parapegmate ἀλογιστία. Nam aliquando a Fortunatis insulis ipsis, a quibus Ptolemæus, initium longitudinis capiunt, interdum, & quidem frequentius, ἀπὸ τῆς ἐσχάτης καὶ δυτικῆς θαλάσσης, ut Georgius Chrysococces, & Isaacius ipse, hoc est a Gadibus, quum tamen non ra-

non raro eæ longitudines, quas a Fortunatis insulis se capere profitentur, non inde, sed a Gadibus captæ sunt: contra, quum ἀπὸ δυτικῆς θαλάσσης aliquam distantiam putant, ea non Gadibus, sed Fortunatis insulis conueniat. Hoc valde turbauit nos, quum Canones τοῦ περσοχάρου Περσικοῦ Georgij Chrysococcæ describeremus, qui & ipsi ad Tybenem Chazariæ Persidos directi sunt, longitudinis LXXII graduum, ut ipse testatur, latitudinis XXXVIII. Longitudini adde X, ut sit LXXXII grad. quæ longitudo Sogdiani tractui congruit. sed latitudo reclamat. & quidem magnum hac in parte delirium Canonibus illis Chrysococcæ interuenit, optimis alioquin, & utilissimis. Sed diu est, postquam omissio X grad. longitud. inter Muhammedaños scriptores recepta est. Postquam enim Arabes Hispania potiti sunt, primi eorum, qui astronomica aut cosmographica ediderunt, ἐποχὴν longitudinis ab urbe Toleto instituerunt. Est autem Toleti longitudo apud Ptolemæum X graduum. At omnes Muhammedani Hispanienses, eosque secuti Iudæi, & Alfonsini, nullam Toleti longitudinem ponunt. Hinc obtinuit, ut omissio illorum X graduum pro initio longitudinis ab Arabibus posterioribus, Iudæis, & Christianis poneretur. Sed de hac longitudine vide omnino præfationem Ioh. Baptistæ Ramusij viri studiosissimi & diligentissimi in secundum Tomum nauigationum, ubi ait a Scheriph Abulfada Ismaele lectorem moneri, longitudinem, quam sequuntur Arabes, a Ptolemaica differre gradibus decē. Id quoq; scire debet studiosus lector, hunc Isaac esse eum cui cognomentum fuit ἀργυρὸς, cuius diatribam de Pascha corrigendo in libris de Emend. Temp. produximus. Eius etiam ἔκδοσιν habemus εἰς τὸ Ἰουδαϊκὸν ἑξαπτέρυγον. Sed nimio longius expatiati sumus. Nunc ad annū Persicum reuertamur, quem sub Sabore Gesmid solutū fuisse diximus, epagomenis a fine Mehar, ad finem Aben, traductis, quæ ab anno Christi, ad annum DCXXXII, ibi hæserunt, donec ipsis hinc ad finem Adar transmotis, noua epocha æquinoctialis Iezdegirdi instituta est: & rursus anno sequenti a fine Adar, ad finem Asphandar, transpositæ sunt, ubi ad hanc usque diem hærent. Quo maior admiratio nobis incessit Albateni, qui ducentis, & amplius, annis initio Iezdegird posterior est, & Alfragani, qui totidem annis Albateni sæculum secutus est. Ambo enim de anno soluto Persarum loquentes aiunt in fine Aben furtiuas dies collocatas esse, quum tamen iam ab anno Christi DCXXXIII eæ in fine Asphandar hactenus maneant. Quod tanto impensius miramur, quanto nobis obscurior eius sententiæ caussa est. Itaque nullam viam, quo me hinc extricem, invenire potui. Certe est mira sententia.

Ibid. *Ab annis periodi Iulianæ abijce* 2500.] Anno Christi CCCXXV, periodi Iulianæ 5028, neomenia ἐπαγομένων a XXX Martij, ad XXIX Aprilis, traducta est, quando noua Epoche Sabori Gesmid a Magis sancita est. Hinc, teste Isaacio, incipit periodus Canicularis Persica ann. MCCCCLX, & omissio veteris embolismi, ac Salchodai Persici. Hoc est, quod Isaacius dicit, ἀπό τινος ἀρχῆς χρόνου. γέγονε δὲ ἡ εἰρημένη διὰ αυξ ἐτῶν ἀποκατάστασις, ἀπό τινος χρόνου τζ ἐτῶν τῆς ἀρχῆς τοῦ Ἰασδαγέρδου βασιλείας. Illa ἀρχὴ χρόνου est XVII annus τῆς ἀρχῆς τοῦ Σαβώρου, a XVII anno imperij Sabori Gesmid. Ante translationem ἐπαγομένων, ordinaria neomenia Aben conueniebat in IIII Aprilis, distans ab epocha, hoc est a VIII Aprilis, quatuor diebus, siue quatuor lustris solidis. Ergo XVI annis ante annum Christi CCCXXV, periodi Iulianæ 5038, neomenia Aben concurrebat cum epocha. ideo erat neomenia epochæ per definit. XII, anno lustri secundo. Itaque anno antecedente 5021 iniuit lustrum Oromazda Aban Persici, adhuc Prisco Salchodai ordinem suum tuente, neque in formam anni Aegyptiaci soluto. Quare panegyris epochæ ultima Salchodai Persici celebrata est anno Christi CCCVIII, qui erat primus Constantini, anno primo sexti lustri Chaldaici Sari Tebeth. Proinde initium magni mensis Chaldaici est posterius initio Sari Chaldaici annis solidis viginti. quibus ad epocham Chaldaicam Semiramidis additis, hoc est ad annum 2481 periodi Iulianę, consurgit 2501, a quo deducimus filum methodi Salchodai Chaldaici. Est enim tantum methodus, non autem vera epocha: idque fecimus, ut altius obseruationes æquinoctiorum in annis Persicis repeteremus, & eas cum Chaldaicis compararemus. Nam ante Cyrum, qui primus in Perside rerum potitus est, Persæ Assyrijs primum, deinde Medis Assyriaci imperij inuasoribus paruerunt; ac propterea proprium annum nullum habebant, sed Semiramico utebantur, hoc est epocha Semiramidis Chaldaica. Ecquod luculentius huius rei testimoniū dare possumus, quam epocham æquinoctialem, quæ apud Medos anno Hararathis, vel Artycæ, decimo septimo, apud Chaldæos anno primo Nabonassari, celebrata est, quam adhuc Persæ, ut antea diximus, in suis Kalendarijs Neuruz Hararath vocant? Quamuis tam illustre testimoniū non haberemus, tamen ratio vincit Persas non alia epocha usos, quandiu Assyrijs parebant, aut Medis, quam ea, qua domini eorum, Assyrij, & Medi utebantur. Aliter putare, hoc est sensu communi carere. Igitur ex quo reges habuerunt, sub illis annū suum instituerunt. Itaq; anno Cyri XXVIII nouū suum Salchodai instituerunt,

fuerunt, anno periodi Iulianæ 4181, neomenia Pharauardin, VIII Aprilis: qui eſt annus, qui dicitur primus Cyri Eſdræ, & Chronicorum Capite ultimo libri ſecundi in fine, quando debellata omni Aſia Cyrus potuit dicere, *Deus dominus cæli dedit mihi regna terræ*, qui erat annus capti Iechoniæ, & proinde captiuitatis Iudaicæ, LXVIII. ac in eius autumno cæpit annus LXIX, eodem anno primo Cyri labente, quo edictum libertatis Iudæorum emiſſum eſt. Itaque anno ſecundo Cyri ineunte Iudæi egreſſi finibus Babyloniæ, & aliarum regionum, in quas a Nabuchonoſoro deportati fuerant, in Palæſtinam redierunt, & menſe ſeptimo, anno ſeptuageſimo capti Iechoniæ altare excitarunt. Hic eſt verus annus Cyri, qui vocatur primus, ſecundus, libris Chronicorum, Eſdræ, & Danieli. Græci putant annum primum Cyri a deuicto Aſtyage, Olympiade LV, Babylonij a deuicto Nabonido, qui & Darius Medus, hoc eſt a XXII anno imperij Perſici: Perſæ a ſubacta Aſia. Hæc nobilis, & illuſtris obſeruatio eſt, quum ſecundum morem Perſarum Panegyris epochæ innouata ſit Cyro illi magno, cui par nullus belli gloria & rebus geſtis, & amplitudine imperij fuit a Belo uſque, qui fines potentiæ ſuæ ab Indo flumine, ad inſulas Aegæi maris, extendit. A domita igitur Aſia conſurgit eius annus primus Danieli, & Eſdræ memoratus, hactenus Chronologis ignoratus. Quare ab annis periodi Iulianæ abiectis 4180, remanet annus Salchodai Cyri. Anno periodi Iulianæ, 5021, Chriſti CCCVIII, Conſtantini primo, ut diximus, celebrata eſt panegyris epochæ a Perſis. Deductus per regulam perpetuam 4180, remanet annus Salchodai Cyri 841, hoc eſt primus octaui menſis magni Aben: quæ quidem Panegyris concurrebat cum inauguratione Sabori Geſmid, quem adhuc utero matris concluſum Magi regem renunciarunt abhibitis cuſtodibus, ne in puerperio, ſi forte femina naſceretur, pro e maſculus extrarius ſubderetur. Hoc docet Agathias. Itaque anno decimo ſeptimo, luſtro quinto Aſphandarmah, luxatus fuit, ut diximus, tenor furtiuarum dierum. Anno autem huius Salchodai quinquageſimo, luſtri tertij decimi Meharſeruſch ſecundo, imperij Xerxis tertio, contigit panegyris illa; cuius initio libri Eſter fit mentio, neomenia Pharauardin, XXVII Martij, annis duobus ante neomeniam æquinoctialem, quæ incidit eo ſæculo in luſtrum Raſch. Quare aut panegyrim illi maturarunt Magi, aut ſexenium in panegyribus conſumptum eſt. Hoc conuiuium, quo reges Perſarum excipiebant proceres regni ſui lingua perſica τυκτὰ dictum fuiſſe ſcribit Cteſias, & alij ex Cteſia. quod ſignificat θρόνος. תכתה enim Perſice nihil aliud quam thronus. Per conuiuium & Panegyrin θρόνȣ nihil aliud intelligi poſſe, quam ἐνθρονισμὸν βασιλέως, palam eſt. Sane illa conuiuia, & ludicra, quæ Xerxes condixit proceribus, & populo ſuo, inierunt a XXVII Martij, ad XXIII Septembris, a neomenia Pharauardin, ad neomeniam Mehar, per CLXXX dies, ut eſt Eſter I, 4. qui eſt modus ſex menſium Perſicorum abſolutorum. Menſes autem, quibus liber Eſter utitur, ſunt meri Lunares Iudaici appellationibus Chaldaicis nullam cognationem cum menſibus æquabilibus Perſarum habentes. Anno XII Xerxis, quinquageſimo nono Salchodai Cyri, tertio luſtri XV Pharauardin, neomenia Pharauardin XXV Martij, neomenia Niſan VI Pharauardin, XXX Martij, feria V, epacta tam æquabili, quam æquata *. XIII die Niſan, hoc eſt XVIII Pharauardin, XI Aprilis, feria III, indulta Amano cædes Iudaicæ gentis. Cap. III, 12. Neomenia Sivvan feria prima, XXVIII Mai, V Thir. XXIII Sivuan XIX Iuni, XXVIII Thir, feria ſecunda, Cap. VIII, 9. Neomenia tam Adar Iudaici, quam Aſphandar Perſici conuenerunt in XVIII Februarij, feria prima XIII Adar, II Martij, feria VI, in qua cædes hoſtium gentis Iudaicæ, XIIII autem tam Adar, quam Aſphandar fuit ſabbatum, quo etiam ceſſatum a cæde, ut ab omni opere. Cap. IX, 17, & deinceps. Vnicum vero, ſed luculentiſſimum huius epochæ Cyri, & anni Perſici teſtimonium ſupereſt nobis in prophetia Haggæi cap. II, 1. *Vigeſima quarta die, ſexto menſe, ſecundo anno regis Darij, in ſeptimo, una & vigeſima die menſis, verbum Domini datum fuit per Haggæum Prophetam.* More ſuo, & ſcripturæ incipit a menſe populari Iudaico, id eſt Lunari, qui hic ſextus eſt, & idem qui cap. I. 1. eiuſque vigeſima quarta dies erat vigeſima prima cuiuſdam ſeptimi menſis. manifeſto ille ſeptimus menſis non eſt Lunaris. ergo æquabilis, & proinde Perſicus. Erat annus periodi Iulianæ 4291, de quo per perpetuam regulam deductis 4180, ſupereſt annus currens imperij cyri Aſiatici CXI. & proinde per doctrinam Canonum antecedentium, neomenia Sari XII Martij. ſextus menſis Iudaicus a coitu luminarium V Auguſti, a viſione, VI eiuſdem neomenia Schehariz IX Auguſti, cuius vigeſima prima dies XXIX eiuſdem Auguſti, & proinde vigeſima quarta a viſione Lunæ, ut tunc ſæpe putare ſolebant neomenias ſuas. Quare uidemus hic manifeſta epochæ, & Salchodai Cyri argumenta. Scheheriz autem vocat menſem ſeptimum, quum tamen ſextus eſſet, fortaſſe, quia menſe Aſphandar Darius Nothus iniuit imperium, & is eſſet primus menſis, qui primus imperij. Omnes interpretes Iudæi & noſtri, veteres, ut recentiores, hunc

res, hunc locum silentio dissimularunt. Ex his manifestum est iam tunc translationes in usu fuisse. Nam anno 3338 Iudaico, qui erat 4290 periodi Iulianæ Cyclo ☽ XV, ☉ VI, epacta tam æquabilis, quam castigata fuit IX. proinde XIII Septembr. ubi epacta IX; fuit nouilunium feria VI. Sed Iudaice feria VII. ac sequens annus Iudaicus cæpit feria V. ergo annus 3338 fuit abundans, & proinde Neomenia Nisan XII Martij, feria VII. quæ tamen debebat esse II. Atque hactenus de anno Chaldaico, & Persico, quorum cognitione nihil præstantius in hac doctrina temporum, ut hæc longa disputatio aut primas in illa obtinere, aut inter primas huius doctrinæ diatribas censeri merito debet. Ex hac quoque validissime confirmatur sententia nostra περὶ κέντρων τροπικῶν καὶ ἰσημερινῶν in VII Ianuarij, VIII Aprilis, VIII Iulij, VII Octobris. Primum expresse indicatur a Diodoro Siculo, secundum satis explicatur hac diatriba ex qua manifesto constat caput epochæ esse a VIII. Aprilis, ubi æquinoctium erat sæculo Semiramidis. Tertium κέντρον constat ex neomenia Hecatombæonos Attici, quæ nunquan statuebatur ante VIII Iulij, ne in ipsa VIII quidem, ut mox disertius aperietur. quartam probat vetustissima consuetudo Iudæorum, qui etiam hodie inde annum suum Iulianum ordiuntur, siue illam a Macedonibus acceperunt, quod habet magnam speciem veri, siue, quod verissimum est, eam retinuerunt ab anno Exodi, quo neomenia æquinoctij conueniebat cum VII Octobris, feria II, anno III Cycli tropici, æquinoctium vernum feria V in II Aprilis concurrens cum neomenia Nisan primi Mosaici. quæ quis negauerit non solum vera, sed etiam iucunda esse? Neque vero dubitandum est, eam esse Tekupham, ad quam festum σκηνοπηγίας, tanquam ad normam, dirigendum esse Moses præcipit. Vetustissima enim doctrina est, ut quadrantum diei, sic a quadrantibus diem incipiendi, ex qua obseruatione quatuor cardinum doctrina pendet. Quid magis meret assensum, quam Iudæos ab ultima vetustate anni sui Iuliani initia ab ea die capere, in qua tempore Exodi æquinoctium fuerit? Prophetis, catharis, & scarabeis aliter videtur. Vincant pertinacia, ego veritate. Quod autem diximus, veteres Atticos nunquam neomeniam Hecatombæonos ante VIII, ne in ipsa quidem VIII, Iulij statuisse, diserte a Platone ostenditur in libris de legibus, quando iubet eum mensem primum anni esse, qui proxime τροπὰς θερινὰς sequitur. At VIII Iulij erant τροπαὶ θεριναί. ergo ante VIII neomenia primi mensis non statuebatur. Exemplum habemus in neomenia primi Hecatombæonos Metonici, qui quum congrueret diei XV Iulij, eam cum XIII Schirrophorionos concurrisse scribit Diodorus Siculus. Ergo neomenia Scirrophorionos popularis eo anno inciderat in III Iulij, & proinde neomenia Hecatombæonos in II Augusti. Quod si nulla illis religio incessisset huius neomeniæ post VIII Iulij statuendæ, nihil vetabat, quæ neomenia fuit Scirrhophorionos, eam esse neomeniam Hecatombæonos. Sed locupletius testimonium dabimus. Anno quarto Olympiadis LXXXVIII, belli Peloponnesiaci septimo, Stratocle Prætore, Luna defecit mense Boedromione. Aristophanes Νεφέλαις. ἡ σελήνη δ' ἐξέλειπε τὰς ὁδούς. Vetustissimum Scholion: ἐπειδὴ ἔκλειψις ἐγένετο σελήνης τῷ προτέρῳ ἔτει ἐπὶ Στρατοκλέους, Βοηδρομιῶνι. Nos scimus eam defectionem contigisse Octobr. IX, aureo numero XIII, Boedromionos quinta, anno X periodi Atticæ. Hecatombæon VI Augusti. Σκιρροφοριὼν VII Iulij. Vides, ne Hecatombæonos neomenia anteverteret VIII Iulij, Scirrophorionem summotum eo fuisse intercalatione Ποσειδεῶνος δευτέρου anno antecedente. Tanta religione cauebant, ne Hecatombæonos neomenia ante κέντρον statueretur. Eclipsis igitur illa Lunaris cōtigit Βοηδρομιῶνος πέμπτῃ ἱσταμένου, Πυανεψιῶνος πεντεκαιδεκάτῃ πρυτανείας; belli, ut diximus, Peloponnesiaci anno VII labente. Pergit Aristophanes --- ὁ δ' ἥλιος τὴν θρυαλλίδ' εἰς ἑαυτὸν εὐθέως ξυνελκύσας οὐ φανεῖν ἔφασκεν ὑμῖν, &c. Ait manifesto Solem quoq; postea defecisse. Duo ibi Scholia diuersa. prius: οὐχ ὡς τοῦ ἡλίου ἐκλείψαντος, ἀλλ' ὡς ἀπειλοῦντος ἐκλείψειν, εἰ στρατηγήσει Κλέων. *Non, inquit, quod Sol defecerit, sed minatur se defecturum, si belli summæ præficiatur Cleo.* imo defecit, quod posteriore Scholio confirmatur: ἡλίου δ' ἐγένετο κατά τινα τύχην ἔκλειψις, Κλέωνος χειροτονουμένου. Certe illa defectio Solis contigit diebus CLXIII post illam priorem Lunarem, die XXI Martij, aureo numero XV, Ἀνθεστηριῶνος ἔνῃ μεσοῦντος, Ἐλαφηβολιῶνος νουμηνίᾳ πρυτανείας. & hinc octauum annū belli Peloponnesiaci incipit Thucydides, quum ait, τοῦ δ' ἐπιγινομένου ἔτους εὐθὺς ἐξέλειπέ τι τοῦ ἡλίου. Ab hoc æquinoctio, ad æquinoctium autumni, vocat θέρος, hinc ad vernum æquinoctium, semper vocat χειμῶνα, & ita per illa semestria duo partitur tempora anni. quod exemplo caret, & merito reprehenditur a Dionysio Halicarnassensi. ex quibus colligitur bellum Peloponnesiacum iniisse numero aureo octauo, non septimo, quod quidam arbitrantur. Sed redeamus ad κέντρα nostra. quorum primum in VII Ianuarij vocetur Atticum, secundum in VIII Aprilis Semiramium, Assyrium, Chaldaicum: tertium in VIII Iulij Elidense, Olympicum. quartum in VII Octobris Mosaicum, Hebraicum, Macedonicum. Ea vocabantur vulgo κέντρα τροπικὰ, καὶ ἰσημερινὰ, quanuis iandudum esse desiissent vera κέντρα. Nam anno periodi Iulianæ 2481 æquinoctium conficiebat in VIII Aprilis: anno autem 2897

bruma

bruma cæpit confici VII Ianuarij, solstitium VIII Iulij. anno vero 3217 æquinoctium Mosaicum in VII Octobris. Apud Aristotelem & Theophrastum desinant docti viri alia κέντρα, quam hæc, diuinare. loquuntur enim illi præstantissimi viri non ex animi sui sententia, sed ex vulgi consuetudine. Hoc iam antea non semel confutauimus.

CANON DECIMVS.] Hæ obseruationes ὁλοσχερεῖς potius, quam ἀκριβεῖς dici possunt: quia vetustissimi Chaldæi interuallum ab umbra meridiei æquinoctiali unius sæculi, ad umbram meridiei æquinoctialem alius, aut plurium sæculorum, notantes, ex eo colligebant περιήγησιν ἰσημερινῶν. quod quum ὁλοσχερῶς fieret, non poterant ἀκριβῶς τὸ διάφορον τῆς ἐπουσίας τοῦ πλαρτημορίου, *differentiam excessus quadrantis diurni*, deprehendere. Hoc enim animaduerti potest ex momento, quo conficitur æquinoctium, quod diuersis νυχθημέρου momentis committi solet, non autem semper in meridie. Ex istis tamen vetustissimis obseruationibus gradus ad rem deprehendendam factus est. adeo ut Thales, & Pherecydes ex istis obseruationibus primi omniũ Græcorum, & post eos, Meto & Euctemo τροπὰς καὶ ἰσημερίας inuestigarint, & non solum libros de æquinoctijs reliquerint, sed etiam ὡροσκόπια καὶ ἡλιοτρόπια ipsi popularibus suis construxerint. Certe primi omnium illi Orientis Sapientes viam, qua ad id perueniri posset, ostenderunt, tametsi viam ipsam ingredi non potuerunt. Quod igitur ipsi ex hac anni forma περιηγήσεις ἰσημερινὰς deprehenderint, auctores merito huius præclari inuenti dici possunt. Nam momenta præcessionum vix tandem animaduersa sunt sæculo Gelalæo, quemadmodum suo loco demonstratum est, ut veteres Græci tantum suspicati sint modum anni tropici minorem esse quadrante diei supra dies CCCLXV. sed quanta esset illa differentia, nunquam definire potuerunt.

His animaduersis, non operosum est omnium Orientis nationum, quæ anno vago utebantur, tempus ciuile, & caput periodorũ ad suam epocham reuocare. Vt enim Persæ, donec sub Assyrijs & Medis fuerunt, illorum, quibus parebant, anni formam sine immutatione ulla secuti sunt, & traiectionem ἐπαγομένων eodem tempore post CXX annos celebrabant, postea sub domestico rege, tempus traiectionis ἐπαγομένων mutarunt: ita omnes, qui postea sub imperio Persarum vixerunt, non solum eorum annum, ut ratio ipsa postulat, sed & instituta quoq; Persica retinuerunt, donec excusso iugo, & regibus ex gente sua creatis, aliud tempus traiectionis epagomenon instituerunt, ut nouã epocham regi nouo sancirent. Ecce enim Armenij a Cyro usque, ad medium imperium Antiochi Magni, Persam dynasten, vel regem habuerunt, quorũ ultimus fuit Hydarnes unus ex septem Persidos principibus. quo ab Antiochi Magni legatis victo, Armenij in potestatem eius venere, qui ipsis duos nouos reges ex eorum gente imposuit, Artaxion, & Zadriadin. Illi, victo a Romanis Antiocho, in partes Romanorum discedentes, priuatis legibus regna sua administrarunt, & quum Persarum instituta, ritus, & religionem per omnia retinerent, anni quoque formam consequenter eandem obseruabant. Strabo: ἅπαντα μὲν οὖν τὰ τῶν Περσῶν ἱερὰ καὶ Μῆδοι καὶ Ἀρμένιοι τετιμήκασιν. donec XXVI annis post Antiochi Magni obitum, anno periodi Iulianæ 4553, num. Eusebiano MDCCCLVI, Thir Persici tertiodecimo, hoc est lustro Scheheriuz, noua periodus ab illis instituta. ad cuius methodum XII ab annis Persicis per regulam perpetuam, vel ab annis periodi Iulianæ 4552 abijcienda. Longo post interuallo, Christi cultu accepto, & superstitionũ Persicarum vanitate abdicata, anno periodi Iulianæ 5265, epagomenis a sede sua transmotis, anno libere in antecedentia vagandi potestatem fecerunt. Formam mensiũ magnorum, & dispositum periodi in sequenti Diagrammate proposuimus. Igitur ab anno primo Armeniorum hodierno, hoc est periodi Iulianæ 5265, abiectis ex perpetua regula, 4552, supersunt 713. Numerus proxime minor in tertio versu subiecti Diagrammatis est 601: quo, unitate minus, deducto de 713, superest annus 113 Marchathz sexti mensis magni, hoc est annus primus lustri XXIX. & proinde neomenia Marchatz in IX Martij, neomenia ἐπαγομένων in VI, exitu mensis Mariri, qua hinc ad finem mensis Huri translata, hoc est, in IIII Iulij, neomenia Sahami submota est in IX Iulij: atque adeo ab eo tempore Sahami fuit princeps mensium Armeniacorum, donec acceptis sero tandem mensibus Iulianis, quibus hodie utuntur, eam anni formam desierunt.

Linea magnorum mensium.	MENSES ARMENIORVM.	Menses magni collecti.
1	ARATS	1
2	MAHIK	121
3	ARICHI	241
4	AHELI	361
5	MARIRI	481
6	MARCHATS	601
7	HARWATSIS	721
8	NAWASARI	841
9	HVRI	961
10	SAHAMI	1081
11	THERI	1201
12	CAGVTS	1321

DE ANNO HEBRAEORVM AVTVMNALI.

Disputatio de anno Chaldæorum ad doctrinam anni Hebræorum, vel epocham Noæ patriarchæ, nos deduxit, cuius ut methodus expeditissima est, propter cognationem, quam habet cũ Chaldaico Saro, ita caussæ ipsius ab ultima origine repetitæ, & a nemine inuestigatæ non minorem voluptatem habent. Non dubium igitur est, quin ante Exodũ, menses Hebræorum æquabiles fuerint, omnes XXX dierum: quod quidem olim a nobis demonstratũ est in historia Diluuij, ubi aperuimus eos mẽses omnes fuisse æquabiles. Quod autem ab autumno illud tempus ciuile inciperet, manifesto docet Moses Exodi XXXIIII, ϗ ποιήσεις τ̄ ἑορτὴν συγκομιδῆς καρπῶν ἐν ἀποκαταστάσει τοῦ ἐνιαυτοῦ. *Celebrabis solenne collectionis frugum in reuolutione anni.* Non, ut Septuaginta, μεσοῦντος τοῦ ἐνιαυτοῦ. item cap. XXIII, καὶ τὴν ἑορτὴν τῆς συλλογῆς ἐν ἐξόδῳ ἔτους ἐν τῇ συγκομιδῇ τ̄ ἔργων σου ἀπὸ τοῦ ἀγροῦ. Initium autem huius epochæ a XXVI Octobris, ubi anno primi Hominis primo neomenia æquinoctialis confecta fuit. Vnde omnes deinceps Patriarchæ initium annorũ suorum æquabilium instituerunt. Anno autem primo post Diluuium a Patriarcha Noe instaurata est hæc epocha: qua semper Hebræi ad excidium Templi, & casum Sedekiæ, usi sunt, ad quam Tekuphoth suas dirigebant. Anno, qui Exodi tempus antecessit, mensibus sex, neomenia æquinoctialis commissa est in VII Octobris, mense magno septimo, lustro vigesimo ineunte, ut habes in Tabula lustrorum, in qua e regione 20 lustri occurrit VII Octobris, anno periodi Iulianæ 3216, & 3217, ut habes in penultimo versu prioris Tabellæ. Hæc epocha uno anno serius a nobis constituta est, quod ea caussa fecimus, ut lustrum inciperet a bisexto Iuliano. Nam alioquin debuit esse in anno duodecimo cycli Solaris. Sed confusio secuta esset, si bisextum Iulianum in secundum annum lustri incurreret. Eodem res recidit. Magnos autẽ menses, ut a Chaldæis σάρους, ita ab

TABVLA CHELADIN SIVE MAGNORVM MENSIVM HEBRAICORVM.

Linea Cheladin.	Neomenia in periodo Iuliana.	Litera Dominical.	Neomenia in annis Mundi.	Charact. neomen.	Neomenia Zygonos in diebus Iulianis.	Neom. æquinoct. in an. periodi Iul.	Cheladin collecta.
1	2421	FE	1658	2	XIII Oct.	2473	1
2	2541	CB	1768	4	XII	2597	121
3	2661	GF	1898	6	XI	2721	241
4	2781	DC	2018	1	X	2845	361
5	2901	AG	2138	3	IX	2969	481
6	3021	ED	2258	5	VIII	3093	601
7	3141	BA	2378	7	VII	3217	721
8	3261	FE	2498	2	VI	3341	841
9	3381	CB	2618	4	V	3465	961
10	3501	GF	2738	5	III	3593	1081
11	3621	DC	2858	2	IIII	3709	1201
12	3741	AG	2978	4	III	3833	1320
1	3861	ED	3098	6	II	3957	1
2	3981	BA	3218	1	KAL.	4081	121
3	4101	FE	3338	3	XXX Sept.	4205	241
4	4221	CB	3458	5	XXIX	4329	361

TABELLA LVSTRORVM.

Linea lustrorum.	Lustra collecta.	Neomenia prisci Cheled in diebus Iulianis.	Neomenia noui, siue Mosaici Cheled in diebus Iulianis	
1	1	XXVI Oct.	VIII Oct.	VII
2	5	XXV	VII	VI
3	9	XXIIII	VI	V
4	13	XXIII	V	IIII
5	17	XXII	IIII	III
6	21	XXI	III	II
7	25	XX	II	Kal. Oct.
8	29	XIX	KAL. Oct.	XXX. Sept.
9	33	XVIII	XXX Sept.	XXIX
10	37	XVII	XXIX	XXVIII
11	41	XVI	XXVIII	XXVII
12	45	XV	XXVII	XXVI
13	49	XIIII	XXVI	XXV
14	53	XIII	XXV	XXIIII
15	57	XII	XXIIII	XXIII
16	61	XI	XXIII	XXII
17	65	X	XXII	XXI
18	69	IX	XXI	XX
19	73	VIII	XX	XIX
20	77	VII	XIX	XVIII
21	81	VI	XVIII	XVII
22	85	V	XVII	XVI
23	89	IIII	XVI	XV
24	93	III	XV	XIIII
25	97	II	XIIII	XIII
26	101	KAL.	XIII	XII
27	105	XXX Sep.	XII	XI
28	109	XXIX	XI	X
29	113	XXVIII	X	IX
30	117	XXVII	IX	VIII

ita ab Hebræis חלדים vocatos fuiſſe minime dubitamus. חֶלֶד enim eſt longiſſimus vitæ humanæ terminus. Pſalmo XXXIX, 6. Longiſſimus autem terminus vitæ humanæ poſt Diluuium definitus a Deo CXX annorum. Geneſ. VI, 3. Atqui is eſt modus Sari Chaldaici. Sarus igitur, & חֶלֶד idem. atque totidem annorum ſpatium longiſſimam vitæ humanæ definiuit Epigenos Byzantius, auctore Cenſorino. quod profecto accepit a Chaldæis, apud quos ſæculum & Σάρος idem eſt. Et præterea idem Epigenos, quum, teſte Plinio, ſcriberet Chaldæos obſeruationum cæleſtium memoriam in laterculis notam DCCXX annorum retinuiſſe, nihil aliud per illos DCCXX annos intellexit, quam ſex Σάρους Chaldaicos, quod eſt dimidium unius Salchodai. Rurſus vetuſtiſſimam eſſe opinionem de longiſſimo vitæ humanæ curriculo, quod CXX annis definiebant, cognoſcimus ex Seruio ad IIII Aeneidos: *Tribus enim*, inquit, *vita humana continetur: Natura, cui ultra centum & viginti ſolſtitiales annos conceſſum non eſt.* &c. quæ doctrina plane eſt Chaldaica. Vide reliqua, quæ huc pertinent, in libris de Emend. Temp. Vbi tamen dicimus a Chaldæis Hebræos hanc anni formam accepiſſe. Nunc mutamus ſententiam. Nam utriuſque nationis eadem ab initio fuit Epocha, a XXVI Octobris: donec anno periodi Iulianæ 2480, cyclo Solis XVI, neomenia epagomenon, quæ erat in VI Octobris, feria V, in neomeniam Tiſri Chaldaici mutata, Epagomenis in III Aprilis traductis, neomenia Σάρου Niſan facta eſt æquinoctialis in VIII Aprilis, propter Semiramidem. a quo tempore VIII Aprilis fuit caput anni, uſque ad medium regnum Seleucidarum. VII Octobris fuit Tekupha anni, & caput annorum Solarium, ad hanc uſque diem, hoc tantum diſcrimine interueniente inter veterem, & hodiernam anni formam: quod ea erat vaga per CXX annos, & beneficio emboliſmi unius menſis caput ad priſcam epocham redibat. Hodie vero mera Iuliana eſt propter quadrantes anni, quas Tekuphoth vocant, quæ iam ab ultima antiquitate Iudæis in uſu ſunt. Itaque inde Computi ſui Lunaris exordium ſumit Rabbi Hillel: & nulla eſt hodie inter omnes nationes, quarum notitia ad nos peruenit, quæ tam vetuſtum παράπηγμα, & Titulum temporis certo deſignare poſſit. Chaldæi autem in neomenijs conueniebant in menſe vernali, ad autumnalem. Hinc ad vernum tempus, propter luxatas a ſede domeſtica Epagomenas, ſolidis quinque diebus diſcrepant. Hæc igitur anni forma ſola in uſu fuit Patriarchis, donec anno Exodi duæ mutationes interuenerunt, prior formæ æquabilis in formam Lunarem, altera epochæ autumnalis in vernam. Exodi XII, 1. Tunc neomeniæ inceperunt indici per tubicinem, quum eo in altera forma opus non eſſet, quæ ſemper immutabili ordine progrediebatur. Quia vero Lunæ menſes aliquando ſunt caui, aliquando pleni, annus autem Lunaris aliquando ὑπερήμερος, propterea opus fuit neomeniam indicere, neque prius eam ſanctificare, quam per præconem a Conſiſtorio pronunciaretur. quod antea non fiebat, quum menſes eſſent XXX dierum, & propterea neomenia ignorari non poſſet. In menſe pleno, trigeſima die, claſſico ſignum dabatur imminentis neomeniæ. Tunc enim Luna erat ἔνη καὶ νέα, quæ aliter vocari poſſet dubia Luna. Hebræi, ut alibi declarauimus, vocabant כֶּסֶא, id eſt κρύψιν. quod eo die Luna ſub radijs Solis lateat, Græci ὑπαυγασμὸν vocant: vulgus barbarorum aſtronomorum combuſtionem Lunæ. In Pſalmo LXXXI, 3, eodem tenore iſta continuantur כֶּסֶא חֹדֶשׁ quod ad verbum eſt ἔνη καὶ νέα. Igitur Hebræi confinia neomeniarum כֶּסֶא חֹדֶשׁ eodem modo, quo Græci ἕνην καὶ νέαν, Latini *Ianam veterem nouellam*, vocant. Et quia, ut vetuſtiſſimi Magiſtri Iudæorum dicunt, Luna procedit פַּעַם בִּקְצָרָה פַּעַם בַּאֲרוּכָה, *aliquando longius, aliquando breuius*, propterea in menſibus plenis tam τὴν τριακάδα, quam τὴν νεομηνίαν ſacram habebant, neomeniam quidem ex ordine, τριακάδα autem propter neomeniam, quia incertum erat, utrum ἐν τριακάδι, an ἐν νεομηνίᾳ ciuili Luna renouaretur. Quod כֶּסֶא, id eſt τριακάς, ſacra eſſet, patet Prouerb. VII, 20. Pſalmo LXXXI, 3. quem locum iam produximus. Pſalterium, quo Antiochena Eccleſia utitur, non ex Græco LXX Helleniſtarum Alexandrinorum, ſed ex Hebræo conuerſum eſt. In illo loco Pſalmi LXXXI, 3, vox כֶּסֶא retenta eſt, quam Paraphraſtes Arabs, cuius interpretatio ſingulis verbis Syriacis inter binas lineas intericcta eſt, quia vim illius verbi non aſſequeretur, omiſit. At Ieſus bar Hali in ſuo Lexico Syroarabico eius duas interpretationes ponit. priore plenilunium exponit, poſteriore nouilunium. Priorem quoque ſequitur Hieronymus Prouerb. VII, 20. Plenilunium enim interpretatus eſt in ſua Latina tranſlatione. Sed quis dubitat כֶּסֶא κρύψιν eſſe, ſaltē qui mediocriter ſcit Hebraice? Inde recte Paraphraſtes Chaldæus בְּיַרְחָא דְּמִתְכַּסֵּה; ἐν τῇ σελήνῃ κρυπτομένῃ. Eodem modo Sapiens Aben Ezra Prouerb. VII, 20 interpretatur שֶׁיִּתְכַּסֶּה הַיָּרֵחַ רֹאשׁ חֹדֶשׁ, *principium nouilunij, quando luna occultatur*. Quia igitur τριακὰς καὶ νεομηνία propter dubiam Lunam continuabantur, propterea ambæ ſacræ erant. Vnde Horatius dixit *trigeſima Sabbata*. Inde coniunguntur ſemper ἑορτὴ, καὶ νεομηνία, *trigeſima Sabbata & nouilunium.*

כֶּסֶא.

כֶּסֶא וְחֹדֶשׁ. ut apud Apostolum ad Colosſ. Ieſus Siracides XLIII, 6. καὶ ἡ σελήνη ἐν πᾶσιν εἰς καιρὸν αὐτῆς, ἀνάδειξιν χρόνων, καὶ σημεῖον αἰῶνος. ἀπὸ σελήνης σημεῖον ἑορτῆς, φωστὴρ μειούμενος ἐπὶ συντελείας. Igitur συντέλεια σελήνης, ut ait ipſe, hoc eſt *finis Lunæ*, eſt σημεῖον ἑορτῆς. Ita etiam loquitur Vitruuius lib. IX, cap. IIII: *decreſcentia quotidiana, ad præfectionem Lunaris menſis* &c. τῇ καθ' ἡμέραν μειώσει ἕως συντελείας σεληνιακοῦ μηνός. Finis vero ille eſt כֶּסֶא, quando ſub luce Solis latet. Itaque quod dictum eſt Geneſ. I, 14, *& ſint in ſigna, in tempeſtiuitates, in dies, & annos,* ibi diuiſio temporis rotunde concepta eſt, in dies, menſes, quatuor anni tempeſtiuitates, annos. Itaque per אותות intelliguntur συντέλειαι menſium, ut loquitur Siracides, non, ut ſtulte interpretantur Iudæi, eclipſes, & cometæ; quæ etiam אותות vocantur. Sed propterea non ſequitur in eadem notione hic accipiendum. Quod in Iudæis non mirarer, niſi & homines quoque noſtri inſtituti idem ſecutos eſſe animaduerterem. At rectiſſime Tertull. II in Marcionem, cap. III: *Erunt in tempora, in menſes, & annos.* אות igitur, ſiue, ut loquitur Siracides, σημεῖον συντελείας, eſt ἡ τριακὰς, trigeſima Luna, ἕνη καὶ νέα, ἑορτὴ, προνεομηνία. In ea ergo inſtitutum fuit claſſicum canere. quod quidem una cum ipſa anni Lunaris forma admiſſum eſt. Hoc eſt, quum relictis neomenijs menſium æquabilium, Lunares in uſum receptæ, quæ propter inæqualitatem recte obſeruari non poſſunt, niſi claſſico indicantur. Eodem igitur tempore & neomenia Lunaris, & mos claſſicum canendi inducta ſunt. Quod ſane verum eſt. Sub exodi enim tempus hoc introductum. Pſalmo LXXXI, 4, 5, 6. ubi diſerte dicitur tunc hunc morem claſſicum ἐν τριακάδι canendi imperatum fuiſſe, quando Iſrael ſubtraxit ſcapulas ab oneribus, & dura ſeruitute liberatus eſt. quod quis dubitat tunc accidiſſe, quando fines Aegypti duce Moſe migrarunt? Nam ad illud uſque tempus, crudeli ſeruitute oppreſſi fuerant, cui finitæ idem dies, qui migrationis ex Aegypto, fuit. At Iudæi, & noſtri quoque interpretes male locum illum aſſequuntur. Nam Commate 5, Ioſeph ſumitur pro toto Iſrael, ut Pſalmo LXXX, 1. Ioſeph enim fuit primogenitus, non Ruben. Et a primogenito omnis proſapia denominata. I Chron. I, 1, 2. Quod igitur LXXXI, 4, 5 ait hunc ritum introductum fuiſſe, quum depulſum eſt iugum ſeruitutis, manifeſto alluſum eſt ad Exodi XII, 2. *Hic menſis erit vobis princeps menſium.* Sed anno ſequenti clangor tubæ inſtitutus. Numer. X, 10. Tunc igitur forma anni Lunaris ſancita, & initium anni ab autumno, ad veris initia, traductum. Sed quidam, quibus meridie non lucet, obijciunt veterum Hebræorum menſes Lunares non fuiſſe, argumento quod I Reg. IIII, 7, duodecim præfecti ſecundum numerum menſium anni regiam annonam procurabant: item quod per XII menſes anni, duodecim Tribuum principes tenebantur aulæ regiæ intereſſe, omnes ſecundum ἐφημερίας ſuas, & menſem ſuum. I Chronic. XXVII. Ergo duodecim menſes tantum erant in anno Hebraico, & proinde nullus emboliſmus, ac conſequenter annus Lunaris non erat. Annum Lunarem negare fuiſſe, extremæ imperitiæ eſt, ſiquidem τριακὰς vocabatur, כֶּסֶא, *Luna occultata*. Quomodo, inquiunt, ſi annus embolimæus eſt XIII menſium, duodecim tantum menſibus miniſterium eorum circunſcribebatur? Ridicula eſt oppoſitio. Nam in XXVII primi Chronic. eſt מַחְלוֹקֶת, hoc eſt ἐφημερία, Arabice *Nubeth*. Miniſtrabant per ἐφημερίας, & orbes, ut Sacerdotes, qui quum in XXIIII familias tributi eſſent, unuſquiſque hebdomada ſuam operabatur: & quemadmodum prima familia non incipiebat a primo primi menſis Sabbato, ita non eſt neceſſe, eum, qui primus erat in functione ſua in aula Regis, a primo menſe anni incipere. Sed qui primus erat in functione menſis illius, dicebatur primus, ut in Sacerdotum ſtationibus prima hebdomas ex 168 hebdomadibus dicebatur hebdomas Ioiarib. Ergo quum hoc ſancitum eſt a Salomone, & Dauide, ut per menſes miniſteria aulicorum diſtributa eſſent, non refert, primum, aut tertium anni menſem eſſe eius, qui primus eam prouinciam aggreſſus eſt, ſed eum eſſe menſem primum, in quem prima ſtatio incurrebat. Propterea I Reg. IIII, 7, diſerte ſcribitur, unicuique attributum menſem fuiſſe in anno ad alimoniam regi procurandam. Non dixit primæ functioni primum anni ciuilis menſem competere, ſed intelligit menſem, qui primæ functioni competebat, cum eſſe primum non utique anni, ſed XII illarum functionum. Ita fiebat, ut anno embolimæo, is, qui in primo menſe primus erat, idem eodem anno, qui XIII menſes habebat, bis miniſtraret: & qui ſuperiore anno in ſecundo menſe miniſtrabat, poſt emboliſmi celebrationem, in primo menſe anni deprehenderetur. Exemplum dabo. Primo anno cycli Iudaici prima ſtatio ineat a neomenia Niſan, XXVII Martij. Anno ſequente eadem ſtatio incurret in primum menſem in XVI Martij. Anno tertio in V Martij. Sed anno quarto, eadem ſtatio incidet in neomeniam Adar XXIII Februarij. & functio quæ ſuperiore anno iniuerat a neomenia Ijar, in hoc anno conueniet in neomeniam Niſan, XXIIII Martij. Non tamen ea erit prima, quia in primum menſem incurrit, ſed Adar erit primus menſis,

quia

quia in eo prima ſtatio deprehenſa eſt. Ita per ſingulos emboliſmos prima ſtatio ſecundam anteuertebat menſem unum, quomodo fiebat in anno Hagareno & Damaſceno, in quo menſis embolimus locum cedebat ſequenti, ut qui erat ſecundus menſis, in anno embolimæo, occuparet locum primi. Ideo I Chronic. XXV, 2, quia primæ ſtationis princeps erat Ieſboam, propterea menſis Ieſboam ſemper dicebatur primus, quodcunque anni tempus incurreret. Sed dicitur duodecim menſes anni eos functionibus ſuis operatos eſſe: proinde tot menſes tantum in anno, quod ſtationes fuiſſe, id eſt XII. Eſt idem obijcere, & per idem repelli poteſt. Quod autem duodecim tantum menſium in anno mentio fit, hoc non proprium fuit Hebræorum, ſed commune omnibus gentibus, quæ quanuis emboliſmo uterentur, tamen duodenos dumtaxat menſes anno imputabant; ut Romani, qui ſuum Mercedonium, Athenienſes Ποσειδεῶνα δεύτερον intercalabant. Et tamen in Ænigmate Cleobuli duodecim tantum menſes attribuuntur anno; & quum annus embolimæus Athenienſium conſtaret diebus CCCXCII, tamen CCCLX tantum anno attribuunt ij, qui dicunt tot ſtatuas Demetrio dedicatas fuiſſe, quod luces habet annus abſolutus. erant autem illæ ſtatuæ numero CCCLX. Quis veterum Romanorum anno Quiritium plures duodenis menſibus anno adſcripſit? Denique embolimus menſis pro nullo habebatur. Iuriſconſultus l. Quum biſextum: De verb. ſign. *Cato putat menſem intercalarem additititium eſſe, omneſque eius dies pro momento temporis obſeruat, extremoque diei menſis Februarij attribuit Q. Mutius. Menſis autem intercalaris conſtat ex diebus viginti octo.* Quod igitur menſis intercalaris pro momento temporis haberetur, propterea non mirum eſt duodecim tantum menſes perpetuos anno attribui, nunquam autem tredecim. Hinc contingebat, ut qui Terminalibus (quæ erat pridie Kalendas intercalares) natus eſſet, is XXII diebus minor haberetur eo, qui Kal. intercalaribus natus eſſet, quum tamen is, qui Kalendis intercalaribus natus eſſet, uno die poſterior eſſet illo. Lepida ſpecies refertur in Digeſtis Iudaicis, Capite primo Meghillah, item Capite primo Niddah. Primo ſciendum eſt Iudæos non mitti ad geſtum publicorum negotiorum priuſquam tredecim annos compleuerint: & tunc vocantur בְּנֵי מִצְוָה *filij præcepti*. Anno primo Cycli Iudaici Ruben natus eſt XXIX die Adar prioris: Simeon autem neomenia Adar poſterioris. Simeon erit maior natu menſe integro, quam Ruben. Nam quum ambo anno XIII cycli completo, in quo non eſt emboliſmus, in iure contendent de annis pubertatis, quam Iudæi, ut diximus, XIII annorum definiunt, alter dicet ſe natum eſſe XXIX Adar, alter neomenia Adar. Sane qui natus eſt neomenia Adar, maior natu eſt eo, qui XXIX Adar in lucem exijt. Ac propterea, ut Ruben perueniat ad tutelam ſuam, oportet eum expectare XXIX dies, ut fiat בֶּן מִצְוָה. Alioqui videtur iniquum, ut qui prior natu eſt, poſterior eo habeatur, qui poſterius natus eſt. Hoc nimirum ea exceptione repellitur, quod menſis intercalaris pro nihilo habetur. כִּי חֳדָשִׁים אַתָּה מוֹנֶה לְשָׁנִים וְאֵין אַתָּה מוֹנֶה יָמִים לְשָׁנִים *Quia anno menſes, non dies, imputantur.* Ergo dies illi XXX Adar prioris non imputantur anno, perinde ac ſi nunquam fuiſſent. Quod igitur duodecim tantum menſes attribuuntur anno in I Reg. IIII, & I Chronic. XXVII, hoc non ideo dictum, quod non intercalarent, ſed quia menſis intercalaris pro momento haberetur. Quod autem in primo menſe prima ſtatio operabatur, hoc non accipiendum, quaſi a primo menſo anni prima ſtatio inciperet, ſed quia primus menſis is eſſet, qui primæ ſtationi competebat. Hinc igitur recte confutatur obiectio illa, qua pertinaces contendunt menſem veterem Hebræorum Lunarem non fuiſſe. Concludamus igitur, quia ultima menſis dicebatur κρύψις σελήνης, menſem σεληναϊκὸν fuiſſe: quod autem tempore Exodi illa forma anni ſancita eſt, id vero non poſſe negari, quum id Pſalmo LXXXI, 5, & XII, 2 Exodi diſerte expreſſum ſit. ex quo loco etiam conſtat ab autumno, ad tempus veris, caput anni traductum fuiſſe. Vetus tamen epocha a VII Octobris, ad hanc uſque diem, eſt titulus annorum Iulianorum Iudaicorum, quæ ut ſumma vetuſtas eſt, ita ſtudioſis maxime obſeruanda. Nam hodie nulla extat in uſibus ciuilibus antiquior epoche. Annum igitur priſcum æquabilem Hebræi poſt tempus Exodi ad illam epocham æquinoctialem dirigebant, annum autem Lunarem ad illam veterem anni formam exigebant. Nam par eam tempeſtates anni, æquinoctia, ſolſtitium, & brumam indagabant per κεντροσκόπια, ut Canon VI huius Capitis docuit. Hodie ex anno Chaldaico Iulianus factus eſt, ſeruata tamen veteri epocha in VII Octob. Ex quibus manifeſtum fit vetuſtiſſimam epocham, qua utebantur, ante tempus exodi fuiſſe in XXVI Octobris. Aliter ſi aliunde eius initium caperetur, neomeniam non potuiſſe conuenire in VII Octobris, ubi erat æquinoctium tempore Exodi. Et ſane hæc ſunt luculenta, iucunda, utilia. quæ qui non capit, prorſus hebes eſt, qui negligit, ruſticus. Ex ſuperiori diſputatione περὶ τριακάδος, ſiue κρύψεως σελήνης, colligitur veteres Hebræos non a viſione Lunæ menſes putare ſolitos, quod vel cogitare ridiculum

diculum est. Nam sæpenumero Luna sui videndi potestatem non facit triduo solido a iugo, & potest fieri, ut statim a iugo sequenti neomenia videri possit. Hoc modo, mensis ciuilis sæpenumero esset XXVII dierum duntaxat. Sane accidit ut Luna eodem die occultari, & videri possit, quod rarissime contingit, idque Plinius ait non posse fieri, nisi quum Sol est in Ariete. Sed amici quidam nostri anno MDLXIII, quum in Aremorico mari nauigarent, post Solem occasum XXIII Februarij viderunt Lunam nouam, quam mane antecedente veterem, notauerant, nondum radijs Solaribus implicatam. Erat neomenia Adar posterioris, XV ἰχθυῶν. Quod si ponamus Lunam non potuisse videri in antecedenti mense, qui erat Adar intercalaris, nisi post triduum a iugo, Adar ille insitiuus fuisset tantum XXVII dierum, si neomenias a visione Lunæ putari mos fuisset. Quare in nullius mortalis potestate est neomenias a visione Lunæ incipere, quod tempus visionis admodum & inæquale & incertum sit. Præterea si eodem tempore Luna noua videri posset, tamen pendentibus nubilis non posset. Ineptissimum igitur est, quod quidam Iudæi tam veteres, quam recentiores scribunt, stante utroq; Templo, neomenias a visione Lunæ instituere motis fuisse. Muhammedani, qui triduo, aut biduo a coitu luminarium neomeniam Muharram ineunt, non possent hoc præstare. Non enim omni neomenia, ne sudo quidem cælo, Lunam videre possunt. Sed quod imposuit Iudæis, qui ita scribunt, & alijs, ut ita sentirent, persuaserunt, est mos antiquus, quo & ipsi utuntur hodie. Nam etiam quocunque die mensis, primo, secundo, aut tertio primum nouellam Lunam viderent, eam sanctificabant. Hoc & Turcæ quoque faciunt. Conscendunt altas speculas diei ultimæ mensis vespere. & si vident Lunam, eam acclamationibus prosequuntur. Sin autem, nihilominus indicunt neomeniam ex Triacontaeteridon hebdomadicarum doctrina, ex Tabula quinta Capitis X libri primi. Idem faciebant illi veteres Hebræi, quos non ad visionem Lunæ, quod nemo præstare potest, sed a iugo neomeniam instituere solitos fuisse, satis superque indicio est ἡ τριακάς, quæ est κρύψις σελήνης, a qua, ut dixi, sæpenumero, nisi post triduum, Luna videri non potest. Ideo tam τριακάδα, quam νεομηνίαν, sacram habebant, propter incertum tempus nouilunij. Cuius rei manifesta hodie in Iudaismo extant vestigia, quum duos festos dies neomeniæ continuant. sed ineptam eius rei caussam reddunt, quum hoc se facere dicunt propter ספק לגלות, id est dubium Lunæ in deportatione, siue exilij, in quo nunc versantur. Sed hæ sunt reliquiæ veteris moris, quum duo dies sacri continuarentur, ἡ τριακάς, quam ἑορτὴν, & prima mensis, quam ἱερομηνίαν vocabant. Itaque manifestum eius rei vestigium extat I Samuel. XX, 27. ubi מִמָּחֳרַת הַשֵּׁנִי ἀπὸ τῆς ἐπαύρεως δευτέρας νεομηνίας. *postridie Kalendarum secundarum*. quod in eod. Cap. 34 diserte exponitur בחודש הַשֵּׁנִי. ἐν νεομηνίᾳ δευτέρᾳ. Duas igitur neomenias celebrabant, siue binas Kalendas, propter dubium Lunæ. Quare inepte Iudæi vocant dubium deportationis, quum sit res adeo vetusta. Nam ridiculum & plane explodendum, quod paraphrastes Chaldæus comminiscitur. תִנְיָנָא דְבִתְכוֹהִי׃ וְהוּ עִבּוּר יַרְחָא מִיּוֹמֵי. *a diebus eius posterioribus, isque est mensis intercalaris secundus*. quod quid sit, nemo est qui capere possit. Nam Hebraismus diserte dicit in biduo continuo Dauidem abfuisse. At iste interponit mensem intercalarem. Nam a neomenia mensis qua primum abfuit, ad neomeniam illius qua secundo non comparet, manifesto est mensis unus. Quis non miretur absurditatem? Est sane locus insignis. Qui interpretantur הַשֵּׁנִי חוֹדֶשׁ, *diem secundum mensis*, non magis possunt tueri id, quam si דְּבַר יְהוָה verterent *Deum verbi*, quum sit *verbum Dei*, quemadmodum illud *secunda neomenia*, *non secunda neomeniæ*, aut mensis. Quis Grammaticus aliter dixerit? Non enim aduertunt fuisse diem festum, ut ibid. 18. propterea conuiuio, quo omnes neomeniæ instaurabantur oportebat domesticos interesse. Et sequenti die idem faciendum erat. proinde & ipsa quoque erat neomenia id est secunda, quæ secundo conuiuio celebrabatur ob dubium Lunæ. Si igitur κρύψις σελήνης erat ἐν τῇ τριακάδι, profecto visio non poterat, nisi rarissime, sequenti nocte contingere. Quæ sunt argumenta manifestissima veteres Hebræos non ἀπὸ τῆς ὄψεως, sed ἀπὸ τῆς συνόδου τῶν φωστήρων neomenias suas putasse. Atque hæc hactenus de anno Hebræorum tam æquabili, quam Lunari. quibus nemo neque meliora, neque certiora adferre poterit. a quorum cognitione omnes stelliones, æmulos, καθαρούς submouemus.

IN CAPVT DVODECIMVM.

In hoc Caput omnem doctrinam anni vagi Aegyptiorum, Armeniorum, Persarum coniecimus. Quicquid ad historiam eius pertinet, habes abunde in libris de emend. temp.

KALENDARIVM ANNI VAGI.] Non indiget interprete.

TABVLA PRIMA CHARACTERISMI.] Quod anno Iuliano Enneadecaeteris est, id anno vago Aegyptiaco est εἰκοσιπενταετηρίς. Quemadmodum enim in XIX annis Iulianis Lunæ

 rationes

rationes cum Iulianis minimo diſcrimine paria faciunt, ita in annis xxv Aegyptiacis minimum relinquunt de horis, & ſcrupulis. Enneadecaeteris Iuliana maior eſt Lunari hor. 1. 485. Icoſipentaeteris Lunaris ſuperatur ab Aegyptiaca hor. 1. 123. ut perſpicue conſtat ex hac Tabella duplici: cuius prior pars continet characteriſmum annorum, cum exceſſu Solari ſupra Lunam, quemadmodum factum eſt in Enneadecaeteride Iudæorum Iuliana. Altera continet characterem annorū εἰκοσιπενταετηρίδος Nabonaſſari, Armeniorum, & Iezdegird. Εἰκοσιπενταετηρὶς conſtat Enneadecaeteride Lunari, cum eius ſex primoribus annis, quorum character 1.6.362 cum charactere unius enneadecaeteridos compoſitus 2.16.595, dat characterem εἰκοσιπενταετηρίδος 3.22.957. Itaque εἰκοσιπενταετηρὶς conſtat vigintiquinque Lunaribus annis communibus, ſiue Arabicis, & prætérea menſibus embolimis nouem, ſeptem quidem unius enneadecaeteridis, duobus unius ſexennij enneadecaeteridis. Quatuor igitur εἰκοσιπενταετηρίδες ſunt quater viginti quinque anni Arabici, & quater nouem menſes embolimi, qui fiunt tres anni Arabici. Itaque quatuor εἰκοσιπενταετηρίδες ſunt anni Arabici ciii.

TABVLA QVARTA PRAECESSIONIS LVNARIS.] Hæc Tabula idem eſt anno Nabonaſſari, Armeniorum, & Iezdegird, quod Iuliano prima Capitis tertij, & quod Tropico tertia Capitis quarti.

TABVLA QVINTA MENSIVM.] Menſes Armeniorum priſcorum antea noſtris incognitos primi publicauimus. Hodie ipſi menſibus Iulianis cū eorum appellationibus utuntur poſtquam ab anno Chriſti 532, Chriſtianiſmum amplexi ſunt.

Menſes Perſarum non primi quidem publicauimus, quum Alfonſini, & alij ſuperioris æui aſtronomi hoc occuparint facere. Tamen quia adeo deformati ſunt in illa editione, ut vix veſtigia verorum nominū compareant, nos ex libris Arabicis, reſtituta illis priſca appellatione, vere videri poſſumus primi illos publicaſſe in libris de emend. Temp. In noſtris Tabulis Arabicis ſexti menſis litera ultima eſt Z. In ſubiecto autem Laterculo eſt R. Hoc accidit, quia eadem utriuſque literæ figura eſt in Arabiſmo, ſolo puncto Z a R diſtinguente. Hic vero etiam appoſuimus eorundem nomenclatura ex Georgio Chryſococce, apud quem ſi quid variat a noſtra editione, ſcias id accidere ex legentium uſu, qui in illa lingua varius eſt, ubi puncta vocalia adhibita non ſunt. Vt, exempli gratia, primus menſis pro ratione legentium poteſt eſſe Phrurdin, Pharauardin, Pharuardin, Pharurdin. Sic dicas de nomine Aſſuerus, Oxyares, Xerxes. Arabes tamen videntur Frurdin, non Pharauardin, pronunciare: pro quo Alfragani metaphraſtes Iudæus ſcripſit Afrurdin, ubi A nō eſt enunciandum, non magis quam apud eoſdem Iudæos *Aplaton, Axvverſs, Aſchſdrapan Aklim.* Plato, Xerxes, Satrapa, Clima. Iſaacio monacho Φαρουάτης eſt, qui hic Φαρβαρδὶν, Αρτιπὲς, qui hic Αρδεμπές. Hæc diuerſitas nata ex diuerſo modo legendi. Nos ut hæc nomina legenda ſunt, ex Canonib. Arabicis docuimus. & qui aliter legit, errat. Rurſus Perſæ fere ſemper in fine nominis menſis adiungunt Mah, id eſt *menſis. Pharauardin Mah. Adarpahaſcht Mah. Chardad Mah.* id eſt, Pharauardin menſis. Adar pahaſcht menſis. Chardad menſis. idque χάριν διαστολῆς. ne ſcilicet menſes cum diebus menſis confunderentur. Omnes enim menſis dies ſunt cognomines alicuius herois, regis, in quibus appellationibus ſunt quædam eadem, quæ & menſium. Ne igitur appellationes, quæ menſibus, & menſium diebus communes ſunt, inter ſe confunderentur, propterea Mah additū ad diſtinctionem. Sed in Græco Laterculo quidā menſes habent Ma, quidā non habent, ut δ, ζ, η, θ, ι, ιβ, &c. Poſtremo τὰς ἐπαγομένας, ut Ptolemæus vocat, hodieque Abyſſinis ita vocantur, Tabulæ Arabicæ ſemper vocant מסתרקאת, MVSTERAKATH, id eſt furtiuas, obreptitias, ut recte olim interpretati ſumus: & fidem facit Chryſococces, qui κλοπιμαίους vertit, id eſt ad verbum *furtiuas*. Sed hoc Arabicum eſt. Nam Perſæ vocant eas *VVahak*, quæ ſemper ad calcem Aſphandarmeh adijciuntur, & annum claudunt, ut ratio poſtulat. Quare reijcendum illud ſomnium, quod in noua editione Alfragani legimus, epagomenas in finem Aben adijci. Nam ſi Pharauardin eſt primus menſis, ut re vera eſt, quomodo in fine octaui adijciuntur, quas certiſſimum eſt ab anno Chriſti 632, ſemper in fine Aſphander poni. Neque veriora ſunt, quæ editor illius libri comminiſcitur de anno Perſarum Eccleſiaſtico & ciuili: quæ qua leuitate excogitata ſunt, eadem reijci poſſunt: ut & illud quoque, anno primo Iezdegird neome-

Μῆνες Περσῶν.

α	Φαρβαρδὶν.	λ
β	Αρδεμπές.	ξ
γ	Χορζάτ.	ϙ
δ	Τυρμᾶ.	ρκ
ε	Μερζάτ.	ρν
ϛ	Σαχελούρ.	ρπ
ζ	Μεχερμᾶ.	σι
η	Απανμᾶ.	σμ
θ	Αδέρμα.	σο
ι	Δῆμα.	τ
ια	Πεχμάν.	τλ
ιβ	Ασφανζαρίτμα.	τξ
	Κλοπιμαῖαι ε	τξε

Quum enim lustrum primum initio noctis antecedentis, secundum autem initio sequentis inciperet, iam unum diem annis quatuor accreuisse sine actu intercalationis animaduertebant. Nam nulla gens ante Iulium Cæsarem diem in ciuilibus usibus intercalauit. Aegyptij vero, qui omnem intercalationem ominosam putabant, districte eam fieri & nominari vetabant. Scholia Germanici ex Græcis antiquitus Latina facta: *Deducitur autem (Apis) a sacerdote Isidis in locum, qui nominatur Adytos, & jurejurando adiguntur, neque mensem, neque diem intercalandum, quem in festum diem immutarent, sed* CCCLXV *dies peracturos, sicuti institutum est ab antiquis.* Ex hoc tam illustri loco manifestum est & Diei intercalationem, quam postea coacti sunt acipere post editionem Iulianam, & mensem, qualem Persæ post 120 annos intercalabant, Aegyptios detestatos fuisse. Itaque quum scirent annum esse dierum CCCLXV, & quadrantis, diem illum ex quadrantibus vertente lustro conflatum præfracte non intercalabant, sed sensim, & quasi aliud agentes, quum annum primum lustri ab ineunte, secundum a media, tertium a desinente nocte, quartum a meridie inchoarent. Præclarum de hac re Marcellini extat testimonium, libro XXVI. *Sed anni interuallum verissimum memoratis diebus* (CCCLXV) *& horis sex adusque meridiem concluditur plenam. annique sequentis erit post horam sextam initium, porrectum ad vesperam. Tertius a prima vigilia sumens exordium, ad horam noctis extenditur sextam. Quartus a medio noctis, usque ad claram trahitur lucem. Ne igitur hæc computatio, variantibus annorum principijs, & quodam post horam sextam diei, alio post sextam excurso nocturnam, scientiam omnem squalida diuisione confundat, & autumnalis mensis inueniatur quandoque vernalis, placuit senas illas horas, quæ quadriennio viginti colliguntur, atque quatuor, in unius diei noctisque adiectæ transire mensuram.* Quid potuit illustrius ad sententiam nostram firmandam adduci? Quod autem lustrum ἔτος ἡλιακὸν diceretur, præter eximium scriptorem Censorinum, testis etiam est Orapollo lib. II, cap. LXXXIX. τὸ δὲ ἔτος κατ' Αἰγυπτίους τεσσάρων ἐνιαυτῶν. Itaque diem priuatim excipere, qui calci anni adiungeretur, quantum execrati sint, habes supra ex Scholiaste Germanici. Ratio vero patet. Nam αἱ ἐπαγόμεναι erant cognomines alicuius Dei, & in ea eius Dei, cuius erant cognomines, natalis celebrabatur. Quod si sexta ἐπαγομένη accederet, cui Deo dicaretur? cuius Dei γενέθλιον celebrarent? Ita igitur vocabantur, Οσιρις, Αρουηρις, Τυφωεὺς, Ισις, Νέφθη, ἤτοι ἀποφράς. quas omnes, ut dixi, θεῶν γενεθλίους agebant, ut scribit Plutarchus. Quod si accederet sexta ἐπαγομένη, essent duæ ἀποφράδες, duæ nefastæ continuæ.

IIII ἔτος κυνικὸν μέγα.] Vnum lustrum Iulianum est una dies magni lustri Canicularis. Nam quemadmodum in anno sunt CCCLXV dies, ita tot lustra sunt in anno magno caniculari, qui est Iulianorum 1460 absolutorum, & totidem Aegyptiacorum, & uno amplius. quod supra tetigimus. Primum lustrum incipiebat ab ineunte nocte, quæ Thoth antecedebat. secundum ab ea, quæ post meridiem primæ Thoth; tertium ab ea, quæ post meridiem secundæ. & sic deinceps, donec CCCLXV lustrum inciperet ab initio noctis τῆς νέφθης, siue ultimæ Epagomenon, & primum a sequenti nocte, quæ antecedebat neomeniã noui Thoth Canicularis. Quot autem anni de magno lustro transierant, non magis operosum erat scire, quam quum diem mensis tenueris, scire quod dies de illo mense fluxerint. Esto, verbi gratia, Σῶθις in XV Paophi. Volo scire quotus annus magni lustri Canicularis agitur. A neomenia Thoth, ad XV Paophi ineuntem, sunt dies absoluti XLIIII, qui quater multiplicati conficiunt annos lustri magni præteritos CLXXVI. Itaque Sothis illa, siue annus ille primus lustri minoris, est centesimus septuagesimus septimus iniens magni lustri Canicularis. Ita non poterant ignorare, neque quotus annus cycli magni Canicularis esset, neque quotus minoris, quum Deorum tituli, quibus cognomines erant, hoc non paterentur ignorare, & sciretur quoto quadrante diei Sothis, aut Isis, reliqui anni inituri essent. Sic Persæ hodie suum Neuruz non ab oriente, occidente Sole, aut media nocte incipiunt, sed ubi collectio horarum, & scrupulorum unum diem consummauit, quocunque τοῦ νυχθημέρου tempore inciderit, ante, aut post mediam noctem. quod antecedente capite expositum est. & ita non sentiunt sese unam diem ταῖς ἐπαγομέναις adijcere. Quum igitur tot sint lustra minora in maiori, quot dies in anno simplici, nempe CCCLXV, ubi Σῶθις omnem annum percurrisset, anni omnes Aegyptiaci erant 1460. Atqui in periodo Caniculari, anni Aegyptiaci 1461 omnino esse debent. non igitur Sothis redibat ad eandem diem Iulianam. Si enim annus primus Aegyptiacus iniuit a feria prima, explicata tota periodo annorum 1460 Ægytiacorum, annus secundus inibit a quinta. Hoc enim constat, diuisis 1460 in 7, relinqui feriam quartam. Itaque si primus iniuit a prima feria, annus 1461 inibit a quinta. Anno ante primum Christi Dionysianum litera Dominicalis fuit DC. Ponamus Thoth Aegyptiacum inijsse Kalendis Augusti, feria prima, ubi litera C. Sane anno Christi 1459,

qui erit 1461 Aegyptiacus iniens & 1460 Iulianus ab eo, quem diximus antecessisse primum Christi Dionysianum, cyclus Solis erat XII, litera Dominicalis G. Ideo feria quinta litera D, in secunda Augusti. Ibi igitur incepisset annus Aegyptiacus 1461. Sed debuit a Kalendis eiusdem incipere. Nimirum non potuit, quia periodus magna Canicularis est annorum Aegyptiacorum 1461 absolutorum. Quare, ut antiquas metas contingeret, non potuit fieri, nisi post exactam periodum annum sinerent sine nomine transigi. Quod si non fecerunt, sane omnis periodus Aegyptiaca uno die in consequentia aberat a capite antecedentis periodi.

VI ἐμβολισμὸς ἐνδιάθετος.] Omnino expositum in II Definitione. Ἐνδιάθετος dicitur, quia in mente retinebatur, non in usum populi publicabatur. quanquam maior pars populi hoc non poterat ignorare, propter cognomina dierum.

VIII περιήγησις σεληνιακή.] Tam περιήγησις, quam ὑπόληψις σεληνιακή, nihil aliud est, quam dies collectus ex differentia rationum Solarium, & Lunarium. Quo autem minor fuerit differentia, eo maior erit periodus περιηγητική aut ὑποληπτική. Exemplum: Differentia Enneadecaeteridos Lunaris & Tropicæ maior est, quam differentia enneadecaeteridos Iulianæ & Lunaris. Ideo maior periodus περιηγητική dierum Iulianorum, quam ὑποληπτική dierum Tropicorum: quum περιηγητική sit annorum 304, ὑποληπτική annorum 228. Rursus minor est differentia Icosipentaeridos Aegyptiacæ, & Lunaris; quam differentia enneadecaeteridos Iulianæ, & Lunaris: Iccirco maior est periodus annorum Aegyptiacorum DCCXXV, quam annorum Iulianorum CCCIIII.

IN CANONES.

CANON SEXTVS.] In fine præcepti docetur, quomodo per feriam, siue characterem anni explorari possit, an in numero annorum erratum sit, eiusque ratio promittitur suo loco. Hoc quidem iam a nobis præstitum est in Tabulam octauam magni lustri: ubi docuimus posse ἀλογιστίαν committi in numero annorum, quando in anno bisextili neomenia Thoth concurrit cum Kalendis Ianuarij. Eodem enim anno neomenia Thoth sequentis incidet in XXXI Decembris eiusdem anni Iuliani bisextilis. Itaque adhuc uno anno Iuliano currente, secundus annus Aegyptiacus numeratur, & anno secundo Iuliano tertius Aegyptiacus. In anno bisextili quoque si Thoth incidat in XXIIII Februarij, quæ est sedes bisexti, tunc annus secundus a bisexto traijcit neomeniam Thoth in antecedentem diem, quum antea, a XXXI Decembris retro ad ipsam XXIIII Februarij, in ipso anno bisextili semper neomenia Thoth in antecedentia ascensionen fecerit. At a XXIIII Februarij, retro ad Kal. Ianuarij, non in anno bisextili, sed in sequenti, traiectio fit, ut diserte in Tabula octaua magni lustri animaduerti potest.

IN CAPVT TERTIVMDECIMVM.

In hoc caput coniecimus Thoth fixum Aegyptiorum, & Pharauardin Sultanicum, qui & ipse hæret semper in die æquinoctij. Præterea mensibus anni Iuliani Actiacis cum mensibus Sultanicis recte conuenit, quod omnes sint τριακονθήμεροι, & ἐπαγόμεναι in fine anni πενταήμεροι in anno communi, in embolimæo ἑξαήμεροι. Itaque recte a nobis coniuncti sunt. Thoth autem fixi duplex est epocha, Actiaca, & Diocletianea. Actiaca ab anno mortis Antonij & Cleopatræ, qui erat periodi Iulianæ 4685, a Kalendis autem primi Ianuarij Iuliani XVII: & dicitur χρηματισμὸς Θεῶν Σεβαστῶν, hoc est, *Aera Deorum Augustorum*. Censorino dicitur tantum *annus primus Augustorum*. Sed subintelligendum DEORVM. Quandiu Aegyptij anno vago usi sunt, habebant quemadmodum & veteres Persæ, omnes dies anni alicuius Dei cognomines, aut Herois, aut, ut ipsi vocabant, ἡμιθέου. Incidat Thoth in ortum Caniculæ. Annus primus, cum tribus sequentibus, erat cognominis illius Dei, cuius & cognominis erat prima dies Thoth. Eodem modo secundum quadriennium erat cognomine Dei, aut Herois secundæ Thoth, tertium tertiæ: & ita deinceps, donec omnia lustra numero CCCLXV in totum anni vagi contextum erogata essent, qui fiebant anni 1460, quæ dicitur periodus Canicularis magna, aut ἔτος κυνικὸν μέγα. Præterquam quod lustrum solidum erat cognomine alicui diei anni, etiam singuli anni lustri singulis Dijs cognomines erant; quorum quasi tutela erant. Primus sine dubio erat Σῶθις, id est Canicula, quia ad ortum Caniculæ dirigebatur. secundus Ἶσις, per consequentias & interpretationem, quia Σῶθις ab Aegypris dicebatur

Canis

neomeniam Di & Nisan conuenisse. Nam neomenia Nisan eo anno com[illegible] fuit xxvii Martij, feria vi, & tralatione Iudaica, xxviii, feria septima. æquinoctium xvii Martij, propter bisextum, quum in anno communi Iuliano fuisset in xviii. Neque qui sint dies Almedgen, & Alfrugen intelligo, neque Reseb attoseg. Arabica sunt quidem illa. Sed quia quibus literis concepta sunt, ignoro, propterea pudentius ab his interpretandis abstinuero, quam fecit agrestis editor, qui commenta sua non veritus est pro vera interpretatione adferre.

TABVLA OCTAVA MAGNI LVSTRI.] Annis Iulianis 1460 accrescunt bisexta 365, qui est unus annus Aegyptiacus absolutus. Annus enim Iulianus superat Aegyptiacum quadrante diei, quæ sunt horæ sex. eæ post quatuor annos Iulianos consummant diem unum, quem bisextum Romani vocant. Igitur anni Iuliani 1460 totidem annos Aegyptiacos superant diebus 365, qui est, ut dixi, unus annus Aegyptiacus. Ergo 1460 Iuliani 1461 annis Aegyptiacis æquales sunt; ita ut Thoth Aegyptiacus non prius rediturus sit ad eandem diem Iulianam, quam post annos Iulianos 1460, & 1461 Aegyptiacos, id est, ut annus 1462 Aegyptiacus iniens incidat in eandem diem, in qua erat ante 1460 annos Iulianos, & 1461 Aegyptiacos. Quibus animaduersis, totidem annorum Iulianorum periodum construximus, in quam artificiose annum vagum trium gentium, Aegyptiorum, Armeniorum, Persarum coniecimus, ut sine ullo labore neomeniam primi mensis eorum una opera adipisci possis. Quum enim videremus & nos, & magnos viros sæpe falli in deprehendendo Thoth Nabonassari, & eo ad suam diem Iulianam reuocando, animaduertimus, quando Thoth incidit in Kal. Ianuarij anno Iuliano Bisextili, Thoth sequentis anni deprehendi in ultima Decembris eiusdem anni bisextilis, & tunc crescere numerum annorum Nabonassari unitate, quum tamen numerus annorum Iulianorum eadem unitate minor sit. Atque vir quidam magnus in suo Canone anni Aegyptiaci non leuiter propter hanc caussam errauit. Scio equidem peritos per hallucinationem, non per inscitiam, hac in re lapsos fuisse. Est & alia errandi ansa in Februario. Nam quum omnes dies anni Iuliani quaternos annos Aegyptiacos sibi vindicent, ut habes in hac Tabula, tamen xxv Februarij quinquies, non quater, ponitur, idque in annis Nabonassari. In annis autem Armeniorum & Iezdegird xxiiii Februarij quinquies sumitur, quarum posterior est dies intercalaris inter xxiii, & xxiiii Februarij ordinarij. Quis tam Lynceis oculis, ut in his eum παρορᾶν non contingat, si Tabulam non consuluerit? Hæc igitur fallere possunt. Præterea, quum per antecedentes x menses Iulianos in anno bisextili Thoth, Sahami, & Pharauardin diem mutent in antecedentia, non anno bisextili, sed eo, qui bisextilem proxime sequitur, Thoth mutat sedem a xxiiii Februarij, ad Kalendas Ianuarij inclusiue. Quis e tot doctis hoc animaduertit? & si quis animaduertit, quam perspicacem eum esse oportet, si eum ratio hac in re non fugerit? Ideo ut tam peritioribus laborem minueremus, quam ut tironibus in hoc quadriuio tuto præiremus, hanc utilissimam Tabulam construximus, ex qua sine ullo aut laboris tædio, aut erroris periculo statim neomeniam primam Aegyptiorum, Armeniorum, & Persarum consequi possit.

Demonstratio autem omnis eorum, quæ de Februario diximus, exponitur his duabus tabellis, quas hic subiecimus. Prior ostendit quando, & quota die Februarij Thoth sedem mutet in anno Iuliano. Posterior demonstrat, quomodo hoc fiat. Quia enim mutationis huius caussa est bisextum, & annus Iulianus, cui competit duplex litera Dominicalis, propterea tres annos bisextiles in posteriore Tabella signauimus, & per dies Februarij a xxiii, ad Kalendas Martij inclusiue, feriam diei in illis tribus annis bisextilibus posuimus, quia a Kal. Martij retro ad xxiii Februarij, ferias omnes notando non possumus ignorare, utra ex duabus literis sumenda sit pro litera Dominicali. In priore Tabula tertius Thoth Nabonassari habet feriam sextam, quum litera duplex esset CB. Adi posteriorem Tabulam. Ibi sub CB reperies feriam sextam e regione vigesimæ sextæ Februarij, siquidem putas dies secundum rationem bisexti, hoc est, si vi Kal. priores vocetur dies xxiiii, & vi Kal. posteriores xxv. Hoc modo enim v Kal. erit xxvi, non xxv, ut in anno ordinario. Rursus anno septimo Thoth habet feriam iii, litera duplici currente ED. In posteriore Tabula sub ED feria tertia est e regione xxv bisextilis, quæ respondet vigesimæ quartæ Februarij ordinarij, ubi litera F tam ordinaria, quam bisextilis. Ex quo probatur, F posterius esse ordinarium, F autem prius esse insititium. Nam si F posterius est feria tertia, ergo D de duabus posterior est litera Dominicalis, non autem E. quod est in primis notandum. idque melius ex anno undecimo Nabonassari demonstratur, litera duplici GF currente: quo Thoth iniuit feria septima, quæ in Tabella posteriore sub GF est in sede Bisexti inter xxiii, & xxiiii Februarij ordinarij, ubi litera

TABVLA PRIOR.

Anni Nabonass.	Cyclus. Solis.	Liter. Dominic.	Charact. Thoth.	Dies Febr.	Litera dierum Febr.
1	19	E	4	26	A
2	20	D	5	26	A
3	21	CB	6	25	G
4	22	A	7	25	G
5	23	G	1	25	G
6	24	F	2	25	G
7	25	ED	3	25	F posterius
8	26	C	4	24	F prius
9	27	B	5	24	F prius
10	28	A	6	24	F prius
11	1	GF	7	24	F prius
12	2	E	1	23	E

TABVLA POSTERIOR.

Dies Febr. ordinarij.	CB	ED	GF	Dies Feb. bisextilis.	Litera dierum Febr.
23	3	1	6	23	E
Sedes Bisexti.	4	2	7	24	F
24	5	3	1	25	F
25	6	4	2	26	G
26	7	5	3	27	A
27	1	6	4	28	B
28	2	7	5	29	C
Kalend. Martij.	3	1	6		D

insititia F. insititiam enim esse tum prius exemplum ostendit, tum huius anni Thoth. quia si F est feria septima, ergo de duabus literis G prior nondum mutata est, sed adhuc currit pro litera Dominicali. Itaque rectissime Romana Ecclesia annum primum cycli Solis instituit eum, in quo litera duplex GF est in lustro Iuliano, quarum F incipit cyclum Solis a xxiiii Februarij, quæ secundum ordinarium usum est vi Kal. Martij. Igitur F prius est intercalare, posterius ordinarium. In Valentiniani tamen Augusti inauguratione posterius F dicitur bisextile & inauspicatum καταχρηστικῶς δημοτικῇ καὶ κατ' ἰδιωτισμὸν, quomodo Mercedinus non vocabatur mensis intercalaris, sed posterior mensis xxviii dierum, qui profecto est Februarius ordinatius. Hæc accuratius demonstranda fuerunt, tum ob lubricam & errori opportunam methodum annorum vagorum, tum etiam quia antea a nemine demonstrata, & an scio an alicui certo cognita hæc fuerunt. At ita quidem in anno Nabonassari. Nam aliter habet in annis Armeniorum & Iezdegird, qui inceperunt ab anno primo lustri Iuliani, Thoth autem primus Nabonassari incidit in annum tertium. Ideo methodi diuersæ, & proinde etiam peritissimis fraudem facere possunt.

DEFINITIONES.

11 ἔτος κυνικόν.] Quemadmodum quadriennium Aegyptiacum est dierum 1460, ita magna periodus Canicularis est annorum Iulianorum 1460. Rursus quemadmodum lustrum Iulianum est dierum 1461, ita maxima periodus Canicularis est annorum Aegyptiacorum 1461. Quadrienniũ autem vocabant ἔτος ἡλιακὸν μικρὸν, quia unus dies intercalabatur, non utique in ciuilium dierum usu, in quo annus est semper dierum duntaxat 365, sed in mente, καὶ ἐνδιαθέτως, quod ita faciebant. Primus annus lustri vocabatur Σῶθις, secundus Ισις, tertius Οσιρις, quartus Ὧρος. Postquam confecta periodo annorum 1461, qui erat magnus annus Canicularis, & Thoth reuersus erat ad eandem diem Iulianam, tunc neomenia lustri Canicularis incipiebat a nocte, quæ post meridiem v ἐπαγομένων sequebatur, oriente Canicula ἀκρονύχως, quam Σῶθιν vocabant, nocte, quæ Thoth antecedebat. Et totus ille annus vocabatur Σῶθις, id est Canicula. Anno sequente eadem nocte, quæ Thoth antecedebat, obseruabant ortum caniculæ, qui utique non ἀκρονύχως, ut anno antecedente, sed media nocte oriebatur. Hinc incipiebant annum secundum lustri quem vocabant Ισιν. Anno tertio ortus Caniculæ ante Solem eminebat, & hinc tertius annus lustri, cognomine Οσιρις incipiebat. Quarto anno ortus Caniculæ non poterat videri, quia in meridie Aegypti in contraria parte alterius hemisphærij oriebatur. Itaque a meridie Thoth incipiebat quartus annus lustri, qui dicitur Ὧρος. Quinto anno ineunte, iam confecto uno lustro, alterum lustrum a nocte, quæ sequebatur meridiem Thoth, inibat, Canicula rursus ἀκρονύχως oriente. Itaque videmus, quomodo inter singulos annos lustri interiectus erat unus quadrans diei, & sine illius diei integri intercalatione, sensim & quasi aliud cogitantibus unus dies subrepebat.

Quum

Canis Isidis. tertius Οσιρις, qui erant σωύθρονοι θεοὶ, & alter sine altero non erat. Auctor Plutarchus. Quartus Ωρος, qui erat deus anni. & annos ipsos, & annorum quadrantes ὥρους vocabant: atque adeo quia Isidis & Osiridis filius erat. Dicæarchus: μετὰ τοῦ Ισιδος, καὶ Οσίριδος Ωρον. vt merito illi omnes σωύθρονοι essent. Propterea quadriennia illa vocabantur ἔτη Θεῶν. Et totum quadriennium cum suo bisexto dicitur ἔτος Θεοῦ Censorino, id est, ἡλίου. Postquam Aegyptij edicto Augusti singulis quadriennijs absolutis, unum diem ταῖς ἐπαγομέναις addidere, tunc anni unius quadriennij vocari cœpti ἔτη Θεῶν Σεβαστῶν, ἔτη Θεῶν Αυγούστων, quum antea dicerentur ἔτη Θεῶν, item ἔτη Θεῶν σωυθρόνων. Censorino sunt tantum anni Augustorum. sed supplendum monuimus, DEORVM. In Chronico Casauboniano Græco: ἔτους ιβ Διοκλητιανοῦ βασιλείας, μηνὶ Αυγούστω ζ, Δύστρω κε. Omnino legendum μηνὶ Αυγούστων ζ. Nam de annis Diocletiani Aegyptiacis loquitur, quorum menses sunt Deorum Augustorum: ex quibus Dystrus septimus est a Thoth: & secũdum Aegyptios non Dystrus dicitur, sed Phamenoth. In veteri Tabula marmorea Romana luculenta huius rei extat memoria. ἡ ἱερὰ τάξις τῶν Παιανιστῶν τῶν ἐν Ρώμη Διὸς ἡλίου μεγάλου Σαράπιδος, καὶ Θεῶν Σεβαστῶν. Mox apponitur epocha mensis Alexandrini Augustorum: τῇ πρὸ α Νωνῶν Μαίων, ἡ ἐστι κζ Αλεξανδρεῦς Παχὼν ια. Denique appositi sunt Consules Σέξτος Ερύκιος Κλάρος τὸ β, Γνέος Κλαύδιος Σεβῆρος. qui erat annus Deorum Augustorum, siue Θεῶν Σεβαστῶν, CLXXV.

TABVLA PRIMA MAGNI CYCLI SOLARIS.] Periodus anni Sultanici est annorum 648, quæ est quinta ordine in periodis Tropicis. Vide quæ suo loco disputata sunt, Capite quarto, in Tabulam primam.

TABVLA TERTIA.] Tota periodus Gelalæa diuiditur in minores periodos XXIIII, singulas annorum XXVII. In hac Tabella habes unius periodi minusculæ characterem cum excessu Solis. An conditoribus huius anni Sultanici aliquid suboluerit de hac magna periodo, haud equidem scio. Certe caussas eius non magis potuerunt scire, quam Lilius, quare in CCCC annis Tropicis tria bisexta Iuliana perimantur. Vide longam Diatribam in illud Cap. IIII.

TABVLA QVINTA.] In hac Tabula posuimus excessum Solaris anni Tropici supra annum Lunarem, qui tandem vincitur ab Enneadecaeteride Lunari. Nam ultimus, id est decimus nonus, Enneadecaeteridos Tropicæ est Dierum 29. 10. 718. Mensis autem Lunaris est 29. 12. 793. Differentia, hor. 2. 75, ὑπεροχὴ non ἡλιακὴ, sed σεληναϊκὴ, unde Luna in duodecim enneadecaeteridibus unum diem transitum facit in consequentia, & vocatur hoc ὑπόλειψις σεληναϊκὴ, id est ὑστερισμὸς, *mora Lunæ*, quæ moratur veterem epocham, quam in antecedentia relinquit, ipsa in consequentia progrediens. unde contingit epactas numero minui. Huius ὑπολείψεως, quæ per XII ἐννεαδεκαετηρίδας fit, habes collectos cyclos in sequenti Tabula sexta.

DEFINITIONES.

I ἡμέραι Θεῶν.] Ita simpliciter vocabantur antiquitus in usu anni soluti. Subintelligebatur, ut diximus, σωυθρόνων. Accepto anno Iuliano, & intercalatione diei ex quadrantibus consurgentis, vocari cœperunt ἡμέραι θεῶν Σεβαστῶν. *Dies Deorum Augustorum:* quia edicto Augusti ad eam anni formam recipiendam adacti sunt. Neapoli: ΘΕΟΙΣ. ΣΕΒ. ΚΑΙ. ΦΡΗΤΡΙΟΙΣ. ΘΕΩΤΑΔΑΙ.

II *Dies Euangelistarum.*] Iam diximus. Alexandrina Ecclesia, ne ullum priscæ Aegyptiorum superstitionis vestigium relinqueret, pro illis quatuor Dijs synthronis Aegyptiacis, quibus quatuor Tetraeteridos Iulianæ anni cognomines erant, quatuor Euangelistarum nomina substituit.

V *Plinthion.*] Plinthion nihil aliud est, quam cyclus Solis Aeræ Martyrum Diocletianeæ. Quare dictum sit Plinthion, consule notas in Computum Aethiopicum.

VI *Matque.*] Matque מקטע est Arabicum verbum Geometricum: sed deprauatum. Dictum enim pro מקטע, quod Euclidi est ἀποτομὴ, id est *residuum*. Est enim Epactæ residuum de XXX. In primo aureo numero Epacta est XI, quæ de XXX relinquit XIX. quod est nouilunium in XIX Mascaram. Nam residuum illud nihil aliud est, quam dies Mascaram. In secundo anno aurei numeri Epacta XXII de XXX diebus Mascaram deducta relinquit VIII Matque, id est VIII Mascaram. Sic de alijs. Omnes enim menses Actiaci, Diocletianei, Abyssini, & Gazenses sunt τριακονθημέροι. Quod si Epacta de XXX relinquit Matque, ergo quod eadem de Mascaram detractum reliquerit, id erit Matque, κατὰ τὸ πλῆθος τῶν μηνῶν. Proinde in anno primo numeri aurei XIX est complementum Epactæ XI: & consequenter nouilunium in primo aureo numero erat in XIX Mascaram; anno primo Aeræ Martyrum Diocletianeæ: & sic anno

secundo

secundo Diocletiani, qui & secundus aurei numeri, quum epacta esset XXII, & complementum eius VIII, nouilunium eo tempore erat in VIII Mascaram. Propterea e regione XIX Mascaram unitas apposita est, & II e regione VIII, ut quoto anno numeri aurei nouilunium eo sæculo committeretur, sciri posset. In primo enim mense epacta concurrere debet cum suo complemento, ita ut epacta cum die mensis primi ei apposita compleat dies XXX. quod ut ignoratum a Clauio, ita ab eo omissum, & nouilunijs pessime consultum. Sed neomenia Tisri anno primo Diocletiani incidit in neomeniam Thoth Aeræ Martyrum, sicut anno primo Augustorum nouilunium confectum fuit in neomenia ipsius Thoth numero aureo XI, feria prima, cyclo Solis IX. Sciendum igitur Paschale primum institutum fuisse ab Alexandrinis. Omnes veteres scriptores Græci, qui de hac re verba fecerunt, diserte scribunt Alexandrinos esse conditores τοῦ Πασχαλίου, hoc est Canonis de celebrando Pascha. τὸ Πασχάλιον autem non a Mascaram, aut Thoth, qui est mensis autumnalis, sed a mensibus Paschalibus incipit. Ideo nouilunium primi aurei numeri in XIX Mascaram non ad primum Thoth Diocletiani, sed ad secundum pertinet: quia in ratione τοῦ Πασχαλίου annus Diocletiani non a Thoth incipit, sed a mensibus Paschalibus: quod ex Ambrosij epistola Paschali alibi ostendimus. Quod autem statuerint in primo anno Diocletiani primum aureum numerum in XIX Mascharam, aut XIX Thoth, hoc non alia de caussa factum, quam quod numerum primum aureum ab anno primo Diocletiani incipere voluerunt, quum tamen neomenia Tisri anno primo Diocletiani in neomeniam Thoth inciderit. Sed nec in neomenia Thoth ullam notam nouilunij apposuerunt, quia ille annus est embolimæus in ratione τοῦ Πασχαλίου. Si enim nouilunij nota apposita fuisset in neomenia Thoth anno primo numeri aurei, eadem reperta foret in XXI Februarij, & propter embolismum in XXVII Mechir, aut XXVI Phamenoth, ubi notatus est numerus XI. quod est absurdum. In cyclo enim enneadecaeterico cauetur a Computatoribus, ne idem numerus bis incurrat in eandem diem. Omnino neomeniæ Paschalis maior ratio habita est, quam ordinis numeri aurei. Quia igitur neomenia Paschalis primi aurei numeri debet conuenire in vigesimam septimam Phamenoth, neque hoc ullum signum denotare potest, nisi apponatur in XXX Thoth, aut Mascaram, propterea Matque primi anni cycli Paschalis, non est XIX, sed *. Quocirca in ratione τοῦ Πασχαλίου in Ecclesia Alexandrina alius est annus primus aurei numeri ab anno primo cycli Paschalis: quia ut habeas cyclum Paschalem, unitas de cyclo numeri aurei detrahenda est.

VII *Dies intercalaris.*] Ratio lustri Iuliani postulat, ut bisextum non ante intercaletur, quam exacto quadriennio; hoc est, inter finem anni quarti, & initium quinti. In annis Augustorum aliter fit. Inter finem enim tertij, & initium quarti intercalatur. Alius enim est Thoth Actiacus, alius Thoth Augustorum. Thoth Actiacus anteuertit anno uno Thoth Augustorum: cuius initium fuit anno Iuliano sextodecimo. Et tunc Thot erat in XXX Augusti, anno periodi Iulianæ 4684, qui erat 308 magnæ periodi quartæ Canicularis. Anno quinto post, qui erat XX a primis Kalendis Ianuarij Iuliani, XXIIII cycli Solis, intercalatum est inter XXIX, & XXX Augusti, diebus CLXXVIII ante bisextum Romanum. Qui mos ad hanc usque diem in Ecclesia Alexandrina, & Aethiopica obtinet, ut anno quarto lustri Iuliani ineunte, non autem anno primo, intercaletur, CLXXVIII diebus ante bisextum Iulianum. Quando enim primum intercalatum est, is erat annus desinens quartus Actiacus, tertius autem desinens Augustorum: & ratio embolismi pertinet ad annum Actiacum, non ad annum Augustorum. Ideo embolismus peragitur in fine Lucæ ante initium Iohannis, non autem in fine Iohannis, ante initium Matthæi. Tunc autem ἐπαγόμεναι fiunt ἑξαήμεροι.

CANONES.

I *Annum Augustorum inuenire.*] Anni Augustorum sunt minores Actiacis unitate, ut in Epochis notauimus. Ad Actiacos vero, non ad Augustorum, annos rationem embolismi & lustrum Plinthij pertinere, iam monuimus.

II *Annum Aeræ Sanctorum Martyrum.*] Annus primus Aeræ Diocletianeæ est 314 Actiacus, 313 Augustorum, 284 Christi Dionysianus. Hinc intelligis, quare de annis Augustorum abijcienda sint 312, ut habeas Aeram Sanctorum Martyrum, aut 283 de annis Christi. Alexandrina Ecclesia hanc Aeram vocat תריח שאהדא אלטאהרה, ἐποχὴν μαρτύρων τῶν ἁγνῶν, τῶν ἁγίων, *Aeram Martyrum Sanctorum*, non quod quidam Martyres, ut Cosmas, Damianus, Asterius, Claudius, Theonilla, Neon, & alij quam plurimi anno primo illius Aeræ pro Christi nomine supplicio affecti sint, sed κατ' ἐξοχὴν, quod intra illum cyclum persecutio decima omnium

omnium crudelissima, & immanissima inciderit sub Diocletiano. Vnde & Aera Diocletiani dicitur, quum tamen eius annus primus non fuerit primus Diocletiani. Iam diximus Ambrosium Epistola Paschali, quæ est LXXXVIII, uno anno minus hanc Aeram putare. Nam septuagesimum sextum annum pro septuagesimo septimo dicit, octagesimum nonum, pro nonagesimo; & nonagesimum tertium, pro nonagesimo quarto, quia duplex est annus Diocletianeus, Aegyptiacus & Paschalis, alter a Thoth, alter a mensibus Paschalibus sequentibus.

III *Annum gratiæ inuenire.*] Dupliciter Aeram Martyrum putant Aethiopes, aut ab annis expansis Diocletiani, aut a periodis Dionysianis. Ab annis enim Diocletiani abiectis omnibus 532, reliqui sunt anni Gratiæ. Exemplum. per Canonem antecedentem hoc anno Christi 1604 inibit annus Sanctorum Martyrum 1321. Abiectis bis 532, remanet annus gratiæ CCLVII. Multi periodos Paschales annorum DXXXII condiderunt tam Græci, quam Latini, & quidem ex vetustissimis Græcis, Anianus & Panodorus monachi Aegyptij, qui illas periodos ἀνακυκλιϑικὸν τόμον vocant, id est laterculum in orbem rediens. Dionysius exiguus suum magnum cyclum orsus est a natali Christi. At anni a natali Christi vocantur anni Gratiæ. Ideo periodus Dionysiana vocari possit periodus Gratiæ. Et sine dubio quosdam ex Græcis suas periodos vocasse verisimile est, quod eas aut a natali, aut a baptismo Christi ordirentur. Ideoque & omnem eiuscemodi periodum magnam ita vocatam, quanuis aliunde, quam a natali, aut a Passione Domini, ineuntem, cuiusmodi hanc Aethiopum ab annis non Domini, sed Diocletiani deductam. In Aethiopismo non solum Gratiam, sed & misericordiam nomen illud sonat.

IIII *Cyclum Plinthij.*] Plinthion, ut diximus, nihil aliud est, quam cyclus Solis Augustorum & Euangelistarum, cuius quadriennia signata sunt in annis Augustorum nominibus Deorum Aegyptiorum, in annis Gratiæ nominibus quatuor Euangelistarum. Σῶθιν primam fuisse in numero Deorum lustri Aegyptiaci extra controuersiam est, quia Σῶθις est Canicula, a cuius ortu heliaco Aegyptij neomeniam Thoth primi magnæ periodi Canicularis putabant, quam Petosiris Rex apud Vettium Valentem vocat Σὴθ, idque genere masculino, quum dicit τοῦ Σὴθ ἀνατολή. quod erat principium anni Aegyptiaci. Porphyrius in Antro: Αἰγυπτίοις δὲ ἀρχὴ ἔτους οὐχ ὁ Ὑδροχόος, ὡς Ῥωμαίοις, ἀλλὰ Καρκῖνος. πρὸς γὰρ τῷ καρκίνῳ ἡ Σῶθις, ἣν κυνὸς ἀστέρα Ἕλληνές φασι. Νουμηνία δὲ αὐτοῖς ἡ Σώθεως ἀνατολὴ γενέσεως καταρχοῦσα τῆς εἰς τὸν κόσμον. Reliquos tres Deos ex consequentijs & interpretatione dicimus fuisse Ισιν, Οσιριν, Ωρον. Isin quidem, quia Σῶθις dicitur fuisse Canis Ισιδος, qui aliter ἀστροκύων. Auctor Plutarch. Merito igitur præit Σῶθις, quod ab eius ortu heliaco iniret ἔτος ἡλίου κυνικὸν, id est quadriennium. Post Sothin ratio postulat, ut Isis ponatur, quod Σῶθις est canis Isidis. Isin vero nunquam sine Osiri esse auctor idem Plutarchus. Ωρος autem est anni & tempestiuitatum quatuor pater, quas congruentibus mensibus accommodari nulla via est, nisi per intercalationem diei ex quadrantibus collecti in fine quadriennij. Ideo rite Oros anni quarti tutela est, cuius fini competit intercalatio, τῶν δ ὡρῶν ἕνεκα. Alij τὴν Σῶθιν ipsam Ισιν esse putant. unde Clementi περίοδος Σωθιακὴ est erratio Isidis, quæ totum orbem terrarum peruagata tandem peruenit in Aegyptum: cuiusmodi errationem prædicit illi Prometheus apud Aeschylum. Nam περίοδος est peregrinatio, peruagatio. Vnde περίοδος Πέτρου liber apocryphus de peregrinatione Petri Apostoli: & apud Nicephorum Patriarcham citantur περίοδος Πέτρου, περίοδος Ιωάννου, περίοδος Θωμᾶ. apud Hieronymum in Luca, περίοδοι Teclæ & Pauli. quibus libris, si hodie extarent, non deessent patrocinia ab Aretalogis. Verba Clementis primo Stromate ... γίνεται ἡ ἔξοδος κατ' Ιναχον, πρὸ τῆς Σωθιακῆς περιόδου ἐξελθόντος ἀπ' Αἰγύπτου Μωϋσέως ἔτεσι πρότερον τετρακοσίοις τεσσαράκοντα πέντε. Scio me hæc alibi tetigisse. Sed huic loco necessaria erant.

VII *Propositis annis Augustorum.*] Duæ sunt Regulæ: altera Plinthij, siue Concurrentium, altera Regularium dierum. Prior dicitur πόσαι τῶν θεῶν, quoti Deorum numeri. hoc est, quis numerus competit illi anno illus Dei, in annis Augustorum, aut illi anno illius Euangelistæ in annis gratiæ. Altera regula τίνος τῶν ἀστέρων ἡ ἡμέρα: cuius Planetæ est dies data in dato mense; vel πόση τῆς ἑπταζώνου ἡμέρα. Vtraque regula extat apud Paulum Alexandrinum, qui scribebat anno Diocletiani XCIIII, Christi CCCLXXVII, biennio ante Consulatum Ausonij, & Olibrij, anno ante illum, in quo desinit Chronicon Hieronymi. Prior Regula pertinet ad Canonem antecedentem, ad sciendum quotus annus lustri sit, vel quis Euangelista. quo nomine est Canon IX in Computo Aethiopico. Idem Canon extat & apud Paulum Alexandrinum Titulo, περὶ τοῦ γνῶναι πόσαι τῶν Θεῶν. *Ad sciendum quotæ sunt Deorum (Augustorum.)* Deinde ponit eundem Canonem, qui IX est in Computo Aethiopico. Iubet bisexta annorum cum annis ipsis coniungere, aggregato autem duo addi, totum partiri per septem.

Illa duo, quæ iubet addere, vocat καθολικά. Quæ fiunt per perpetuam regulam, ea καθολικὰ vocantur Computorum magistris, ut Maximo monacho. Hebræorum Computus vocat עֹנֶשׁ, *pœna*, id est *Onus*, quia aggregato imponitur, ut mulo sarcina. Eidem rei regula quoque extat apud Vettium Valentem pro annis Augustorum. Quod ad hunc Canonem VII spectat, sequitur alia Regula apud eundem Paulum Alexandrinum Titulo: περὶ τοῦ γνῶναι ἑκάστην ἡμέραν τίνος τῶν Θεῶν ἐστί. mendose. Legendum, τίνος τῶν ἀστέρων. quod quidem ex sequentibus probatur. Nam τίνος τῶν Θεῶν, vel, πόσοι τῶν Θεῶν, in antecedente Regula exposuerat. Porro Plinthion, siue numerus Concurrentium, cum regulari alicuius die componit feriam ipsius diei. Regulares vero appositi sunt in Kalendario e regione eorum dierum, quibus congruunt. Ratio exigit, ut primus Regularis incipiat a septenario, Plinthion vero a feria, a qua iniuit primus annus. Exemplum: E regione neomeniæ Thoth Augustorum appositus est regularis 7. Annus vero primus Augustorum iniuit a feria prima. Proinde & Plinthion Augustorum init feria prima. Ideo primus numerus Plinthij Diocletianei debebat esse 6, & primus Regularis Thoth Diocletianei 7. Nam Thoth primus Diocletiani incidit in feriam VI, Cyclo Solis XIII. Sed Diocletianeum Plinthion incipit a concurrente 3, Thoth Diocletianeus a regulari 3. qui simul compositi dant feriam VI, a qua iniuit primus Thoth Diocletianeus. Quare hoc fecerint Aethiopes, non una caussa adferri potest, & fortasse nulla earum ipsa erit, quæ eos id facere adegerit.

VIII *Dato anno Gratiæ.*] Superius Definitione VI ostendimus nouilunia illa, quæ mensi Mascaram apposita sunt, ad annum sequentem pertinere: ut, exempli gratia, primus annus Diocletiani est primus annus cycli Diocletianei, non autem primus, sed ultimus, numeri aurei. Quia primus annus cycli debet habere epactam XI, & Matque est XIX, nouilunium debet notari in XIX die Mascaram, propter Matque primi anni. Sed nouilunium illud pertinet ad Mascaram anni sequentis, numero aureo primo, anno Christi 285, Diocletiani secundo ineunte. Nouilunium enim fuit XVI Septembris, quæ respondet diei XIX Mascaram Aethiopici, aut Thoth Diocletianei. Ergo cyclus Diocletianeus, qui habet easdem epactas, quas numerus aureus, anteuertit numerum aureum, siue cyclum paschalem, anno uno. Inde fit, ut ineunte cyclo Diocletianeo, unus annus abijciatur. Multi vero τὰ Πασχάλια Διοκλητιανεῖα reformarunt. Omnium vetustissimum Πασχάλιον est id, cuius Anatolius meminit, qui statuit primam neomeniam Paschalem in XXII, non, ut posteriores, in XXIII Martij. Alij ἀνακυκλουμένας ψήφους siue ἑορταστικοὺς κύκλους conscripserunt, quæ sunt periodi annorum DXXXII, viginti octo enneadecaeteridon, qualem reliquerunt Victorius a baptismo Christi, Dionysius Exiguus a natali, Panodorus & Anianus suam a Diocletiano, quæ non est alia ab ea, quam annum gratiæ vocat Ecclesia Aethiopica. Fuit & quidam Metrodorus, qui & periodum similem construxit, & a Diocletiano orsus est. Photius: ἀνεφέρετο δὲ λόγος ἕτερος Μητροδώρου τινὸς, ψῆφος ἐννεαδεκαετηρίδων εἰκοσιοκτὼ εἰς ἑαυτὴν ἀνακυκλουμένη περὶ τῆς τοῦ ἁγίου πάσχα ἑορτῆς. οὗτος ὁ Μητρόδωρος τίς ποτε ἐστὶν (οὐ γὰρ ἄλλο τι εἰπεῖν ἔγνων περὶ αὐτοῦ) ἀπὸ Διοκλητιανοῦ δεξάμενος φλβ ἐτῶν συνήγαγε κατὰ τὴν λεγομένην ἀκριβῆ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ψηφοφορίαν ἡμέρας, ὅσαι τῷ δοκεῖν, ἑορταστικάς. καὶ γὰρ οὔτε ἡ νῦν ἐκκλησία, οὔτε ἡ παλαιὰ παράδοσις ταύταις φαίνεται κεχρημένη. Cæterum Elkupti, & Abyssini, & omnis denique Alexandrina Ecclesia anno Iohannis, a XXIX Augusti, ad XXIIII Februarij, una die serius Natalem, Circuncisionē, Epiphaniam, & cætera solennia celebrant, quam reliquæ Ecclesiæ, propter intercalationem CLXXVIII diebus ante Romanum bisextum anticipatam. De qua discrepantia vide Bedam libro de Rat. Temp. Cap. IX, in fine. Nam ἀποκεφαλισμὸς Iohannis, quam ipsi vocant diem Iohannis, a qua incipit neomenia Thoth, anno ineunte Iohannis, propter intercalationem proxime factam, incidit in XXX Augusti, non in XXIX.

X *Dato anno Gratiæ.*] Hoc quidem sæculo Diocletiani, cuius anno secundo numerus aureus primus nouilunium in XIX Mascaram & Thoth statuebat. Itaque si a Thoth secundo Diocletiani initium cycli instituatur, omnes epactæ numeri aurei accommodabuntur anno Aegyptiaco, quæ hodie & ipsæ in anno Iuliano locum habent; & post aliquot cyclos, propter προήγησιν Lunæ, earum usus abdicabitur. Itaque propter προήγησιν σεληνιακὴν dierum quatuor solidorum aliæ epactæ instituendæ essent ad priscos terminos Paschales corrigendos. quod fiet, si epactæ numeri aurei adieceris quatuor. Exemplum. In primo aureo numero Epacta est XI. Additis quatuor, erit XV. Proinde Matque, & nouilunium in XV Mascaram. Epactæ primæ adde quatuor, & ita per progressum quaternarij habebis semper epactam sequentem. Itaque in XV Mascaram statuenda erit unitas. Epacta aurei numeri secundi erit XXVI; Matque IIII. Proinde in IIII Mascaram erit statuendus numerus aureus II. & ita de alijs, seruata eadem methodo Computi Aethiopici, hoc est, ut de annis Diocletiani unitate detracta,

detracta, reſiduum per XIX diuidatur, ad doctrinam aurei numeri, ut ſupra demonſtratum eſt. Qui primum πασχάλιον Diocletianeum inſtituerunt, ij nouilunium ſtatuerunt in neomenia Thoth pro anno primo Diocletiani. Sed hoc modo neomenia Niſan Chriſtiani incidebat in XXII Martij: & proindè terminus Paſchalis in quartam Aprilis, quæ tantum erat tertia decima, non quartadecima. Hoc ſane fuiſſe initium veteris πασχαλίου docuit nos Anatolius, in cuius epiſcopatu neomenia primi aurei numeri ſiſtebatur in XXII Martij, non, ut poſtea emendatum eſt, in XXIII. Quidam tamen poſt reformationem priſcum inſtitutum mordicus retinebant, quos ideo Computus Aethiopicus CAPHAN, *ſchiſmaticos, refractarios, hæreticos* vocat. Verba Canonis: *Atque hoc obſerua, ſcito, conſidera, quod non eſt Matque ex prima Tikmith. Et hac in re cautus eſto, ne commiſcerare cum refractarijs.* Sane ſi nouilunium primo anno Diocletiani fuit in neomenia Maſcaram; conſequenter etiam fuerit in neomenia Tikmith. Quod autem neceſſario neomenia Niſan Chriſtiani caderet in XXII Martij, ſi nouilunium ſtatueretur in neomenia Maſcharam, patet ex epacta Iuliana. Initium enim anni Diocletianei eſt in XXIX Auguſti, ubi epacta eſt XXVII. Ergo epacta anni ſequentis Iuliani fuit VIII: quæ ſita eſt e regione XXII Martij, ubi ſtatuendum fuiſſet primum nouilunium Paſchale: quum tamen primum nouilunium Paſchale conſurgat ex XXIII, non ex XXII Martij. Tanti momenti eſt primum nouilunium per characterem Lunæ, non per epactam, inueſtigare. Nam primis nouilunijs deprehenſis, non ideo neceſſarium eſt ſequentia ſemper recte deprehendi: quia nouilunium quidem primi Thoth Diocletianei incidit in ipſam neomeniam Thoth, feria VI: nouilunium autem Paſchale ſequens eſt octauum a nouilunio Thoth. Quotieſcunque autem primum nouilunium eſt feria VI, ſine dubio octauum eſt feria tertia. Proinde nouilunium Paſchale incidiſſet in XXIIII Martij, mendoſe. Itaque quemadmodum ex epacta nouilunium Paſchale peccabat προεμπτώσει, ita per nouilunium Thoth, quum ſit octauum ab eo, peccat μετεμπτώσει. fuit enim nouilunium Paſchale illius anni feria ſecunda, Martij XXIII, cyclo Solis XXIIII, numero aureo primo. Hinc colligitur prima nouiluna per medium motum Lunæ indaganda eſſe, non per conſequentias aliorum nouiluniorum.

X Eſt altera pars huius Capitis, cuius prior erat de anno Actiaco, & Diocletianeo.

XII In Canone ponitur Radix Gelalæa 5. 2. 158. quæ colligitur ex Tabulis Arabicis, quæ penes nos ſunt. Sed ea radix minor eſt iuſto horis 12. 494. Porro Iudæi non exquiſitiore ſuperſtitione momenta Tekupharum ſuarum obſeruant, ac momenta ſui Neuruz hodie aucupantur Perſæ Sophiani, idque ex Tabulis ad hanc rem conſtructis. Vltima τῶν ἐπαγομένων quidam per editas turres in excubijs collocantur, ut quum momentum, quo Sol in Arietem primum ingreſſum facit, ſiue noctu, ſiue interdiu, obſeruatum fuerit, id clamore ſtatim indicent, & a vulgo iubilatione, tripudijs, & omni lætitiæ ſignificatione excipiatur. Tunc in luxum, epulas, compotationes, & omne genus ludicrorum ac certaminum remittuntur. Vide in opere de emendatione Temporum.

XIX Non eſt opus alio interprete. Ipſa methodus, quid velit, ſatis aperit. In primo menſe Epacta cum Matque componit triginta. Matque vero eſt aliquota dies menſis, quæ Græcis Computatoribus dicitur ποσιαία. Eandem legem ſeruat ſecundus menſis, propterea quod Luna primi menſis eſt XXX dierum. Ideo quota menſis primi fuerit Matque, eadem proculdubio erit menſis ſecundi, quum omnes menſes Diocletianei, & Gelalæi ſint XXX dierum. Hinc fit, ut in primo, & ſecundo menſe ſola Epacta cum Matque, ſiue complemento ſuo, nouilunium indicet, in ſequentibus menſibus tot ſint ſumendæ unitates, quod ſunt paria menſium, &c.

FINIS PRIORIS PARTIS TERTII LIBRI ISAGOGICORVM CANONVM.

ISAGOGICORVM CANONVM PARS ALTERA.

IN CAPVT PRIMVM LIBRI SECVNDI.

IN ista στοιχειώσει χρονολογικῇ hæc nobis proposita fuerunt, docere, breuiter ac perspicue id præstare, doctrinæ caussas aperire. Quum igitur in priore parte huius tertij libri eorum omnium rationem breuiter reddiderimus, quæ primo libro docuimus, idem & nobis præstandum esse nunc censuimus, ut primo omnium nobiliorum Epocharum, deinde omnium Dynastiarum, regnorum, atque imperiorum, quæ in secundum librum contulimus, rationes, atque origines exponeremus, non sane omnium, ne breuitatis propositæ fines migraremus, sed eorum duntaxat, quæ præterire negligentia est, scire, operæ precium maximum.

CAPVT PRIMVM.] Tria tantum capita secundi libri sunt, epocharum, regnorum Asiæ, & regnorum Europæ. Quartum regnorum Africæ addidissemus, nisi in ea re præsidijs veterum monimentorum destituti inuiti eam partem deserere cogeremur.

IN DEFINITIONES.

I *Tempus.*] Definitio apud Varronem libro quinto de lingua Latina.

II *Epocha est terminus temporis & loci.*] Temporis, ut a prima Olympiade: loci, puta a puncto dato Zodiaci. Chrysococces: ἐποχὴν καλοῦμεν τὴν μοῖραν τοῦ ζωδιακοῦ, ἣν ἐπέχει ὁ ἀστὴρ, καθ' ὃν χρόνον ψηφοφοροῦμεν.

III *Tempus Prolepticon.*] Varro tria discrimina temporis instituit, ἄδηλον, μυθικὸν, ἱστορικόν. Nos duo priora unum idemque facimus, quanuis dubium non est differre. Nam multa tempora constat esse ἄδηλα, quæ tamen non sunt μυθικά: & contra, multa mythica, quæ ad ἱστορικὸν tempus referuntur. Nos omne illud interuallum προληπτικὸν vocamus, & in censum τῶν μυθικῶν cogimus omnia, quæ ante epocham rerum a Mose determinatam gesta esse dicuntur, ut hominem Christianum decet. Id tempus Hebræis dici posset מִנְיַן תֹּהוּ *Aera confusionis rerum.* quo tempore nihil erat in rerum natura. Quod tamen est σχῆμα, quod Græcis ὀξύμωρον dicitur, cuiusmodi hoc, aliquid factum esse, quando tempus non erat. Quod nos tempus historicum, id Herodotus lib. III vocat ἀνθρωπηΐην γενεήν. τῆς δὲ ἀνθρωπηΐης λεγομένης γενεῆς Πολυκράτης μοῦνος ἐλπίδας πολλὰς ἔχων Ἰωνίης τε καὶ νήσων ἄρξειν, &c. Quum dicit λεγομένης, non se eius appellationis auctorem, sed ab omnibus ita usurpari, significat. Igitur ἀνθρωπεία γενεὰ Herodoto opponitur τῇ μυθικῇ, καὶ τῇ προληπτικῇ.

V Στοιχείωσις.] Στοιχείωσις aliud est τεχνογράφοις, aliud Chronologis. Elementariam institutionem τεχνογράφοι vocant στοιχείωσιν. Quin etiam isti Canones, & hæc omnis Chronologica εἰσαγωγὴ nihil aliud est, quam στοιχείωσις, & auctor istius εἰσαγωγῆς recte στοιχειωτὴς vocari potest, quomodo Euclides a Proclo στοιχειωτὴς dicitur, quia στοιχείωσιν γεωμετρικὴν scribit. In hac vero definitione στοιχείωσις longe aliud est. Vnum quodque enim gestum ad suum tempus referre, hoc Chronologis dicitur στοιχειῶσαι κατὰ τὸ ἔτος δεῖνα. Vt quum dicimus trigesimo septimo anno Azariæ regis Iuda primam Iphiteam Olympiadem celebratam fuisse, hoc proprie Chronologis est τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα κατὰ τὸ λζ ἔτος τοῦ Ἀζαρία βασιλέως Ἰούδα στοιχειοῦν. Hebræi Chronologi: סִדֵּר אוֹתוֹ בְּדוֹר הַזֶּה. ἐστοιχείωσεν αὐτὸν κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον. unde Chronologiam vocant סדר עולם στοιχείωσιν κόσμου, ἤτοι αἰῶνος. Quare quum annus alicuius regis cum anno alius comparatur, Græci dicunt hoc στοιχειοῦσθαι. item συνίστασθαι. ut, ἔτος βασιλέως συνίσταται κατὰ ἔτος τοῦ δεῖνος βασιλέως. Sed si uno anno, aut pluribus, στοιχείωσις anticipetur, illud vitium VIII defin. dicitur προχρονισμὸς, aut παραστροφὴ στοιχειώσεως κατὰ προχρονισμὸν, aut κατὰ ἀφαίρεσιν, siue κατὰ ἐλάττωσιν, ut Georgio Syncello. Contra, si uno, aut aliquot annis serius ponatur, id dicitur παραστροφὴ στοιχειώσεως, κατὰ μεταχρονισμὸν, aut κατὰ πρόσθεσιν.

VI στοιχείωσις ἀποδεικτική.] Characteres temporis sunt, uterque cyclus, Indictio, Feria, &c. Si igitur quis dixerit Imp. Valentinianum inijsse imperium anno Christi CCCLXIIII, is id

ἀποδεικτικῶς

ἀποδεικτικῶς probare dicitur, quia bisexto creatus fuit, teste Marcellino. Anno autem Christi proposito bisextum competebat. Ergo eo anno creatus fuit Imp. Idque argumentum, quod nititur charactere cælesti, est ἀποδεικτικόν, quum per adiectionem annorum possit peccari aut προχρονισμῷ κατὰ τὸ προηγούμενον, aut μεταχρονισμῷ κατὰ τὸ ἑπόμενον. Aliquis enim potuit legere a Constantini Magni initio, ad initium Valentiniani primi, esse annos LIII. Sed quia incertum potest esse initium Constantini, qui citius illud putauerit, in annis quoque Valentiniani peccabit προχρονισμῷ. qui serius, committet μεταχρονισμῷ. Vnicum remedium est, si fieri potest, character cælestis, quæ est στοιχειώσεως ἀποδεικτική, quando quidem interuallum ab epocha, ad epocham, quæ est idiotarum Chronographia, incertum esse potest, & errori ideo opportunum.

VII ἀναχρονισμός.] Aliter dicitur ἀναγωγὴ τοῦ χρόνου, ἀνάγειν τὸν χρόνον, ut vetustissimo Scholiastæ Pindari, Nemeaco VII.

POSTVLATVM.] Dynastiæ Aegyptiorum incipiunt a temporibus, quæ modum & caput periodi Iulianæ excedunt. Quia vero eæ necessariæ sunt admodum, quod ab ignotis & abstrusis initijs profectæ in tempus historicum deducuntur, ideoque a nobis retinendæ fuerunt, ne tam pulchrum temporum vinculum interrumperemus: propterea postulandum fuit, ut aliam periodum Iulianam nobis usurpare liceat tantisper, dum reliquum ad eam, quæ nunc currit, & quam ad notationes temporum excogitauimus, deducere possemus. Quo enim ore abiectis quatuor prioribus Dynastijs, ad quintam saltum facerem, quod sub ea periodus Iuliana initium capit, reliquæ antecedentes ante caput periodi, & extra eius fines fuerunt? Rursus quomodo initium periodi Iulianæ Constantinopolitanæ certo designauero, quæ nostræ caput anteuenit annis DCCXCV? Iure igitur hanc veniam petimus, more Mathematicorum, ut aliam periodum nobis usurpare liceat. Si enim periodum assumimus, cuius initium antiquius est tempore historico, cur non eodem iure etiam in infinitum alias Epochas assumere liceat, quæ periodo nostra Iuliana multis partibus antiquiores sint?

EPOCHÆ TEMPORIS PROLEPTICI

I *Ad primam Dynastian.*] In Collectaneis nostris exhibemus luculentissimum Fragmentum ἐκ τῆς Ἰουλίου Ἀφρικανοῦ πενταβίβλου χρονολογικῆς de Dynastijs Aegyptiorum ex Tomis Manetho Aegyptij Sacerdotis. quæ quidem Dynastiæ quanuis Mosaicas ἀρχαιολογίας longo interuallo antecedunt, tamen quia pulchro ordine digestæ sunt, & sub medium tempus cum Historia sacra paria faciunt, illarum memoria conseruanda est, & in priscarum originum seriem digerenda. Herodotus vetustissimus, ac suauissimus scriptor, in cuius sacraria soli docti admitti possunt, reges quidem Aegypti vetustissimos recenset, sed βασιλεῖς, non δυναστείας vocat, neque per nationum discrimina, Θινιτῶν, Μεμφιτῶν, Θηβαίων, ut fecit Manetho, cui hæc exploratiora fuerunt, utpote & Aegyptio, & Sacerdoti, quam Herodoto homini peregrino, & cui per malitiam vaferrimi Aegyptij imponere potuerunt, aut qui per linguę Aegyptiacę inscitiam verum ex illorum relatu assequi non potuit. Illustre vero est hoc, quod primi publicamus, Dynastiarum Aegyptiarum monimentum a Iulio Africano fideliter expositum, ab Eusebio autem contaminatum, & multis partibus deformatum, ut ad eas rationes, quas ipse commentus est, applicari posset: quum potius ab illis suas rationes deducere debuisset.

II *Ad periodum Iulianam Ecclesiæ Constantinopolitanæ.*] ψηφοφορία temporum a conditu rerum, quæ ab Ecclesijs Orientis in usu posita est, ea est, quæ secundum LXX Seniorum editionem ab Adam, ad Christum, annos numerat præcise 5500. Eam Maronitæ, Græci ipsi, & pleraque omnis Ecclesia Orientis, atque adeo Aethiopes, retinent hactenus: id est, ab Adam, ad Christum, annorum quinque millia quingentos statuunt. Quum autem Græci ea non solum ad memoriam temporum, sed etiam ad Computi Ecclesiastici methodum uti vellent, ad utrunque cyclum eam accommodari posse non dubitabant: ad solius autem Indictionis inuestigationem ineptam esse videbant. In cyclo enim, ut alibi diximus, nullum est initium φύσει, sed θέσει. Ideo a quolibet anno initium cycli Paschalis deduci potest, dum terminis Paschalib. & nouilunijs integritas sua constet. In eo enim non numeri annorum aut ordinis ratio habetur, sed nouilunij. Vt quod, exempli gratia, in XXIII Martij incidit, & in Paschali Romano est annus primus aurei numeri, id nihil obstat esse tertium, quartum, quintum. In Cyclo quoque Solari idem erit. Nihil enim officit, quin qui est primus annus cycli Romani, is possit esse tertiusdecimus alius cycli. Nam qui est XXI cycli Romani, is est primus annorum

Iulianorum. Quare annus illius Epilogismi, qui est 5501, in quo Christum natum putauit Dionysius Abbas, diuisus per XIX dat annum cycli Lunaris X Orientalium, qui tamen est primus in cyclo Romano. item diuisus per XXVIII dat XIII annum Cycli Solaris Orientalium, qui tamen erat nonus Romanæ Ecclesiæ. Non enim situs, aut nomina mutant substantias rerum. Itaque recte hæc diuisio conuenire potest cyclo utriusque sideris. Sed diuisio per XV non satisfacit Indictioni. Nam 5501 per XV diuisa relinquunt indictionem XI, non IIII, quæ in illo anno currebat. Multum enim errauerit, qui pro IIII Indictione XI dixerit, quum in Indictione ratio tantum ordinis annorum habeatur, in cyclo autem Lunari solius nouilunij, in Solari solius literæ Dominicalis, non autem ordinis annorum. Igitur annis 5501 octo desunt ad argumentum Indictionis: quorum VIII si ad illos 5501 accessio fiat, & 5509 per XV partiamur, sine dubio relinquetur Indictio IIII, quod postulabatur. Itaque ut quædam Iuliana periodus fiat utriusque cycli & Indictionis, ab Adam, ad Christum, 5508 anni præcise putandi sunt, & Christi primus natalis in 5509 currente statuendus. Hoc igitur fecerunt Constantinopolitanæ Ecclesiæ Computatores, & ex Aer mundi, quæ erat historica, accessione octo annorum τεχνικὴν fecerunt, quæ per XIX, XXVIII, XV diuisa dat utrunque cyclum, & Indictionem. Eaque Aera est, qua hactenus Ecclesia Constantinopolitana, quæ latissime patet, utitur; eiusque, ut diximus, interuallum a capite, ad Christum; secundum Dionysium, definitur annorum 5508: quæ quamuis ex Computo annorum Mundi in Computum τεχνικὸν reformata sit, tamen ab omni Ecclesia Orientis vocatur Computus Mundi, aut ANNI AB ADAM. Computatoribus Ecclesiæ Constantinopolitanæ, & in Tabulis astronomicis, dicitur ἡ ἀρχὴ τῆς τοῦ κόσμου παραγωγῆς. Et quia secundum Septuaginta Seniores ab Adam, ad Christum, sunt anni tantum 5500, non 5508, ei rei ita cauerunt, ut quum in editione LXX legatur Kainan genuisse Sala ρλ, ἔτει, ipsi Computatores posuerint ρλθ. Quam lectionem in multis exemplaribus suo æuo extitisse scribit Georgius Syncellus Monachus. Cuius hæc verba sunt: ἡ δὲ τῆς Γενέσεως πρώτη Μουσέως βίβλος τῷ ρλ ἔτει αὐτοῦ φησὶ τὸν αὐτὸν (Καϊνᾶν) γεγεννηκέναι τὸν Σάλα ἐν τοῖς ἠκριβωμένοις τῶν ἀντιγράφων, ὡς καὶ ἡμεῖς ἐστοιχειώσαμεν. ἔν τισι γὰρ τῷ ρλθ φέρεται αὐτοῦ Καϊνᾶν, &c. Si secundum ἠκριβωμένα, ut ipse loquitur, ἀντίγραφα, a conditu Mundi, ad Christum, 5500 anni putantur, accessione nouem erunt 5509, quem voluerunt esse eum, quo natum Christum primus omnium somniauit Dionysius Abbas, certe primus scripsit, & posteritati persuasit. Nam, ut diximus, 5509 per XV diuisa dant IIII Indictionem, quod erat præcipuum. De cyclis susque deque habuerunt: quia, ut diximus, in cyclo ubique principium statui potest. Itaque eorum cyclus Solaris incipit a XVII Romano, usque ad anni exitum. Inde usque ad Septembrem cum XVIII progressum facit. Numerus autem Aureus incipit a tertio Romano: ita ut primus Terminus Paschalis Græcorum sit quartus Romanæ & Alexandrinæ Ecclesiæ. Quo tempore enim institutus fuit hic Computus, nouilunium numeri aurei III conueniebat in XXIIII Septembris, ubi & Indictionis initium, & æquinoctium esse vulgus putabat iam a temporibus editionis anni Iulianæ. Quo etiam respiciebat Hillel doctissimus Iudæus, qui anno CCCXLIIII Tekupham statuit in XXIIII Septembris, ubi illo sæculo conficiebatur nouilunium primi anni cycli Iudaici, qui conuenit tertio aureo Numero Romano, quod designatur per Epactam Iulianam XXIX, quæ adhuc obtinebat, id est locum nouilunij notabat, numero aureo III, sub Arcadio & Honorio, quando doctissimi Monachi Anianus & Panodorus τόμους ἀνακυκλευτικοὺς suos conscribebant. Hæc est vera ratio huius Computi Constantinopolitani, etiam ipsis Græcis ignorata: quem tamen nescio qua ἀλογιστίᾳ cum veteri confundunt, qui statuit ab Adam, ad Christum, annos 5500, & imprudentes quum altero utuntur, altero sese uti putant. quod satis mirari non possum. De hac hallucinatione vide notas nostras in Computum Maximi Monachi, pag. 710, 711. Hic Computus mera est periodus Iuliana, quæ in orbem redibit anno Christi 2472, periodi autem nostræ 7185, a Kal. Septembris, ut hodie putare solent Constantinopolitani. Nam olim a XXIIII Septembris illis erat initium anni, præsertim, quum hæc periodus institueretur. Itaque eodem anno Christi 2472, primus annus eorum cycli utriusque & Indictionis concurret. Neque opus erit numerare 7981, 7982, 7983, &c. sed annus, primus, secundus. At ipsi hoc ignorant, præsertim quum hanc esse veram Epocham ab Adam arbitrentur. Inter opuscula Bedæ unum perperam illi attributum extat, cui titulus COMPOTI RATIO. Is auctor scribit anno 6279, Christi vero DCCLXXI. Itaque inter Latinos, qui eius Aeræ meminerit, vetustiorem inueni neminem.

iii *Ad Adam secundum* LXX *Seniores.*] Illorum enim ratiocinia ab Adam, ad Christum, colligunt annos 5500, ut proxime diximus. Nostra autem periodus a capite, ad Christum, annos 4713. Differentia, periodi Iulianæ, & Epochæ LXX Seniorum, anni DCCLXXXVII: quæ octo annis minor periodo Iuliana Constantinopolitana. Periodus enim nostra incipit a Kal. Ianuarij illius, qui Septembrem illum sequutus est, qui iniuit anno periodi Iulianæ Constantinopolitanæ 795.

EPOCHÆ TEMPORIS HISTORICI.

xii Hactenus tempus prolepticon. Nunc ad tempus historicon, cuius caput est Adam, primus homo, a quo, ad Diluuium, sunt anni 1656, ut maior pars censet: alijs uno anno minus 1655. quod verum esse a nobis demonstratur in elencho Orationis chronologicę prophetę, nescio cuius. Ab Exodo autem, ad casum Sedekiæ, anni absoluti 907. Hæc duo interualla expressa extant in sacris libris. A Diluuio autem, ad Exodum, non potest perueniri, nisi per interpretationem. Quia enim tempus, quod in Aegypto Hebræi fecerunt, definitur annorum 430, id autem non potest colligi toto illo interuallo, quod inter descensum Iacob, & tempus Exodi interiectum est, quod longe minus sit, quam ut 430 annos complectatur: propterea omnes tam Iudæi, quam eorum melior numerus, qui hanc partem illustrarunt, &, quod caput est, Paulus Apostolus, initium repetunt horum 430 annorum ab eo tempore, quo patriarchæ Abrahamo promissio a Deo facta est. Itaque interuallum a promissione, ad Exodum, auctoritate nititur, non demonstratione. reliqua ab Adam, ad Diluuium, & hinc ad Abraham, ἱστορικῶς. A Diluuio igitur, ad natum Abraham, sunt anni 292. hinc ad promissionem, 75. Hinc ad Exodum, historia, & στοιχείωσις χρονολογικὴ locum non habet. Itaque subsidium ab auctoritate petendum; & interpretatione, quæ illos 430 annos a die promissionis putat. Ab Exodo, ad Templum Solomonis, ἱστορικῶς. Hinc ad casum Sedekiæ ἱστορικῶς καὶ ἀποδεικτικῶς. Ab Exodo igitur, ad Templi primam θεμελίωσιν, anni 480. Hinc ad casum Sedekiæ, 427. Colliguntur ab Exodo, ad casum Sedekiæ, anni 907: a conditu rerum, 3360. Hæc ratio omnibus scriptoribus melioris notæ constat. neque reperias inter illos, qui hæc propius putarunt, qui plus, aut minus colligat, nisi quidam forte, qui de natali Arphaxad secundo anno a Diluuio caprinum prælium excitant. quibus obijci potest, hoc eludi posse, si 1656 annum a Diluuio, item 500 ætatis Noe non absolutum, sed currentem accipiamus. quod diserte a nobis demonstratum est in illo Elencho, cuius paulo ante meminimus. Nam quis non ut illa in quæstionem vocare, ita & illis ad defensionem uti possit? Hæc sunt ineptissima. Omnes igitur, qui aliquid & iudicij & eruditionis ad hæc contulerunt, uno ore & animo a conditu rerum, ad casum Sedekiæ, annos, ut diximus, putant 3360. Vere quidem illi, & sapienter, quod ex Scriptura recte interualla collegerint: sed ea ad epocham exoticæ historiæ referre, aut quantum interuallum sit a casu Sedekiæ, ad annum præsentem Christi 1604, determinare, hic vero est, ubi parum cauisse videntur. De tot enim scriptoribus nullus est, qui in hac re non προσθέσει peccauerit. Alij enim quindecim, alij decem & octo annis plus dicunt. Quodque omnium pessimum, nemo est, qui non futiles coniecturas suas veris rationibus antetulerit. Tanta cæcitas animis hominum incessit, tantus amor nugarum est, tantum odium veri. Quia igitur hi anni a conditu rerum, ad casum Sedekiæ, inter se apti sunt, & de illis apud Chronologos nulla controuersia est; dubium non est, quin, uno ex illis deprehenso, ad caput eorum certa via perueniatur. Hoc consequemur, si Nabuchodonosori celebrati etiam ab exoticis scriptoribus Chaldæorum regis aliquod tempus aut gestum certo determinare possimus. Is enim fuit filius Nabopollassari, cuius indubitatum tempus habemus apud Ptolemæum. Sed in Scriptura filij tempus demonstrare non possumus, nisi per interpretationem. Nam trigesimus ille annus, qui erat quintus captiuitatis Iechoniæ regis, & sextus ante casu Sedekiæ, cuius statim mentio occurrit initio libri Ezekielis, est proculdubio trigesimus illius regis, qui tunc ibi rerum potiebatur, ubi hæc scribebat propheta. Quis enim aliter arbitrari possit, nisi aut iudicij expers, aut literarum imperitus, aut veritatis inimicus? Ridicula, & anilia, quæ ad huius loci interpretationem contulerunt interpretes tam nostri, quam Iudæi, satis sua leuitate, & futilitate eluduntur. Ecquis in Babylonia potuit esse rex, qui tunc Babyloniam obtineret, viuente Nabuchodonosoro, & pro patre in Syria bellum administrante, præter patrem ipsum Nabuchodonosori Nabopollassarum? Stultitia est aliter credere: furor aliter pronunciare. Hunc Nabopollassarum Berosus in Originibus Babylonicis scribit annos XXIX absolutos imperasse. Obijt ergo trigesimo imperij anno, Nabonassari 152, ex Ptolemæo, periodi Iulianæ 4119. qui annus quum sit, ut nos docet Ezekiel, quintus

 absolutus

absolutus ante casum Sedekiæ, ergo annus 4124 periodi Iulianæ est is, quo & casus Sedekiæ, & Templi excidium contigit. Deductis 3360 de 4124, remanet annus 764, in quo conditus rerum, & natalis Mundi statuendus. Hæc satis erant ingenio docili, & veritatis amanti, neque plura in fidem faciendam exigit, qui aliquo iudicio præditus fuerit. Sed quia pluris est mendacium apud homines, quam dignitas veri, alio telo & contumaciam eorum conficiemus, & sententiam nostram muniemus. Annus periodi Iulianæ 4106 est primus expeditionis Nabuchodonosori, quod suo loco demonstrabitur. At casus Sedekiæ incidit in annum XIX ipsius expeditionis. II Reg. XXV, 8. Ergo 4124 est annus capti Sedekiæ, ut supra. Rursus accedit nota annalis Hebdomadis. Sedekiæ enim casus & Templi excidium accidit anno Sabbatico, diebus æstiuis: hoc est illo anno Sabbatico, qui iniuit autumno anni antecedētis 4123, qui profecto est septenarius, ut pote septimus cycli Solaris Romani, & proinde Sabbaticus per Canonem sextum Capitis secundi libri I. Cæterum si ex dinumeratione annorum hæc examinentur, excurrent anni CCXV supra rationes nostras, hoc modo. A conditu rerum; ad Diluuium, anni 1656. Hinc ad natum Abraham, 292. hinc ad natum Isaac, 100. hinc ad natum Iacob, 60. Hinc ad descensum in Aegyptum, 130. Hæc omnia interualla diserte expressa extant in libro Geneseos. Illis accedant 430 moræ in Aegypto. Colliguntur ab Adam, ad Exodum, 2668. Quæ rationes epocham Exodi, quam & nos, & omnes eruditi statuunt annorum 2453, excedunt annis, ut diximus, 215, quod est dimidium tantum annorum 430, per quos in Aegypto inquilini fuerunt Hebræi. Nullus est locus in Chronologia sacra, qui magis animos Chronologorum torserit, & adhuc torquet, nisi qui auctoritate tum Pauli Apostoli, tum vetustissimorū Iudæorum sibi satisfieri patiuntur. quos merito nos sequimur, & contumaciores suo iudicio frui libenter sinimus.

XIII *Ad Aeram Iudaicam Rabbi Hillel.*] הִלֵּל הַנָּשִׂיא *Hillel Princeps*, Ἰλλῆλος ὁ ἡγούμενος filius Rabbi Iuda Principis Computum elegantissimum, qui hodie Iudæis in usu est, excogitauit. De quo sic scriptum reperi in libro Iohasin, item in eo, cui titulus Germen Dauid. הִלֵּל הַנָּשִׂיא תִּקֵּן סדר הָעִבּוּר עַל דֶּרֶךְ תְּקוּפַת רַב אַדָּא מִפְּנֵי שֶׁעַד זְמַנּוֹ הָיוּ מְקַדְּשִׁין עַל פִּי הָרְאִיָּה וְעִבְּרוּ הַשָּׁנִים כְּפִי הַזְּמַן וְהַצּוֹרֶךְ כְּמוֹ שֶׁכָּתַב הרמב״ם בְּפֶרֶק ה׳ מֵהִלְכוֹת קִ״ה : וּמִפַּחֲדַת שֶׁיִּסְתַּלֵּק בֵּ״ד קָבוּעַ מֵאֶרֶץ יִשְׂרָאֵל סדר לָנוּ הלל הנשיא חֶשְׁבּוֹן הָעִבּוּר עַל הַדֶּרֶךְ אֲשֶׁר אֲנַחְנוּ נוֹהֲגִים בּוֹ בכל תפוצת יִשְׂרָאֵל עד היום הַזֶּה וְעַד בִּיאַת גּוֹאֲלֵנוּ. *Rabbi Hillel Princeps concinnauit contextum Computi annalis iuxta methodum Tekuphæ Rabbi Adda, propterea quod usque ad tempora eius sanctificabant (neomeniam) secundum visionem (Lunæ) & intercalabant annos, prout tempora & necessitas exigebant, quemadmodum scripsit Rabbi Moses filius Maimon capite V ex Tractatibus Sanctificationis neomeniæ. Et quia metuebant, ne consessus Iudicum, qui stabilis erat, de terra Israel transferetur, Hillel Princeps disposuit nobis Computum Embolismi ad id exemplum, quo nunc utimur in omni dispersione Israel, usque ad hodiernum diem, & usque ad Redemptoris nostri aduentum.* Deinde aiunt hunc Hillel claruisse anno Contractuum DCLXX; id est Christi CCCLVIII. Et sane emendatio, vel potius instauratio huius Computi congruit anno Christi CCCXLIIII. Nam quum hactenus Tekupham statuerent in VII Octobris, ipse initium Enneadecaeteridis suæ traduxit in Tekupham Iulianam, & Indictionem Constantinianam, nempe in XXIIII Septembris, ad quam a septima Octobris, sunt præcise dies XIII, quibus competunt cycli CCXVI προηγήσεως σεληνιακῆς: hoc est anni 4104 absoluti. Quare annus primus istius reformationis congruit anno eiusdem Computi 4105 ineunti, cuius nouilunium 2. 10. 204. secundum medium motum Lunæ, a meridie Ierosolymitana. De qua si deducantur 6, 23. 0. quæ competunt nouilunijs CCXVI cyclorum absolutorum, remanebit nouilunium VII Octobris, 2. 11. 204, a meridie Ierosolymorum, tanquam Epocha aut πῆγμα, quæ vulgo Radix dicitur. Quia vero Iudæi ciuilem diem auspicantur ab occasu Solis, deductæ sunt horæ sex æquinoctiales, ut statim occidente Sole epilogismus Lunaris inciperet: quiquidem a meridie est 2. 11. 204, ab occasu Solis 2. 5. 204: quæ est Radix neomeniarum omnium Iudaicarum, quod ipsi vocant *nouilunium Tohu.* id est νεομηνίαν προληπτικήν. neomeniam secundum anticipationem mathematicam, quæ sumitur ab eo tempore quo nondum erant nouilunia, quodquidem imaginarium interuallum dicitur *Tohu.* Quia igitur sex horæ desunt epilogismo, qui init a meridie, propterea quoties nouilunium Iudaicum attigit, aut excedit XVIII horas, tunc habetur pro nouilunio veteri; & mutatur feria. quia si illæ VI horæ, quæ detractæ sunt, accedant XVIII horis, tunc sine dubio XXIIII horæ consummatæ sunt, & unius diei, siue feriæ, fit accessio. Præterea, quoties in Tekuphæ Tisri inuestigatione aggregatum excedit dies XIII, illi dies deducuntur de aggregato. Tantum enim est interuallum a VII Octobris, ad XXIIII Septembris, quorum προήγησις σεληνιακὴ a VII Octobris, ad XXIIII Septembris, nouilunium promouit. quæ est Tekupha Rabbi Samuel, non Rabbi Adda. Quomodo autem accipiendum sit, quod supra dictum est, fundatum esse hunc Computum

putum ſuper Tekupha Rabbi Adda, ſuo loco exponitur, Cap. VI. Iudæi, quare illi XIII dies tollantur, item quare nouilunium eſt vetus, quum ad XVIII horas, aut ultra, peruenit, item omnes cauſſas huius computi ignorant, quem inepte deducunt בְּרִיאַת עוֹלָם a condita Mundi, quum minor ſit annis 189. Vtuntur autem anno caſtigatiſſimo, elegantiſſimo, & ingenioſiſſimo, cuius rationes prorſus ignorat Clauius: quæ pulcherrimæ rei inſcitia fecit, ut non ſolum in reformando anno Pontificio ridiculam Epactarum doctrinam inſtituerit, ſed etiam Iudæos hallucinari putarit, quod annos ſuos ad medium motum Lunæ dirigant, & non potius ad deliria Epactarum æquabilium, & veterum Computatorum ſomnia, quorum doctrina nihil craſſius, & ineptius eſt. Porro quod in verbis Hebraicis dictum eſt ante hunc Computum Rabbi Hillelis Iudæos neomeniam ad viſionem Lunæ ſanctificaſſe, hoc verum eſt quidem, ſed id faciebant ſudo cælo tantum. Tempore autem nubilo, quod ipſi vocabant יוֹמָא דְעִיבָא *diem nubilum*, item יומא דסותה *diem opacum*, habebant Lunæ ψηφοφορίαν, ut hodie, quam ſequebantur. ea in Talmud dicitur צוּרַת הַלְּבָנָה, σχῆμα τῆς σελήνης, qualem ψηφοφορίαν ſemper ante oculos habuiſſe ſcribitur Rabbi Gamaliel. Turcæ, & omnes Muhammedani habent ſuum computum, cuius præſcriptum nunquam tranſiliunt. Tamen pridie neomeniarum ſuarum ciuilium altas ſpeculas, quas קלעאת vocant, conſcendunt, ut primam viſionem Lunæ ſalutare poſſint. *Viſitationem* certe vocat Vitruuius, Græcorum Computi Eccleſiaſtici, atque adeo omne vulgus Græcorum hodiernorum φιγγάριον, Turcæ, imo Arabes omnes, נַלְקָה *Nalka*. hoc eſt ſoleam equinam, quod equinæ ſoleæ inſtar habeat Luna corniculata. Vtrique tam Iudæi, quam Muhammedani formam benedictionis Lunæ ſolennibus verbis conceptam habent. ſed Iudæorum vetuſtiſſima eſt. Adijcit Hebræus auctor hunc Computum ideo inſtitutum, ne, ſi Conſiſtorium, penes quod erat poteſtas intercalandi, ex terra Iſrael deportaretur, Iudæi formam anni, quam ſequerentur, non haberent. Hoc nimirum adiectum eſt ad auctore Hebræo, quia extra terram Iſrael non licet aliquid in doctrina Computi annalis innouare, mutare, aut corrigere, addere, aut minuere. Addit Hebræus ſcriptor embolimos menſes pro ratione temporum intercalari ſolitos. quod verum eſt. Hoc fiebat, quum propter pluuias ſerotinæ meſſes contingebant, aut agni & hoedi nondum adulti eſſent, qui ad Paſcha mactandi erant. Ab ultima antiquitate Conſiſtorium Iudicum Hieroſolymitanum ex libro τῆς ψηφοφορίας σεληνιακῆς, de quo paulo ante egimus, in Galilæam quotannis formam anni proxime imminentis mittebant, item in alias regiones finium Iſrael: quod & hodie a Samaritanis fieri in eorum Computo demonſtrauimus. Eiuſmodi Epiſtolæ Pontificis Max. & Conſiſtorij ad Galilæos exemplar ſubiecimus: לַאֲחָנָא בְנֵי גְלִילָאָה עִילָאָה וּלַאֲחָנָא בְנֵי גְלִילָאָה תַּתָּאָה שְׁלָמְכוֹן יִשְׂגֵא : מְהוֹדְעִין אֲנַחְנָא לְכוֹן דִּזְמַן בִּיעוּרָא מְטָא לְאַפְרוּשֵׁי מַעַשְׂרָא מֵעוֹמְרֵי שׁוּבְלַיָּא. *Fratribus noſtris filijs Galilææ ſuperioris, item fratribus noſtris filijs Galilææ inferioris* (id eſt fratrib. noſtris Galilæis Supernatibus & Infernatibus) *Pax veſtra multiplicetur. Notificamus vobis, quod tempus excuſſuræ* (trituræ) *venit, ut ſeparetur decima de manipulis ſpicarum.* Eleganter. His verbis ſignificabant annum eſſe ordinarium, neque propter ſerum anni intercalandum. Quod ſi intercalandum eſſet extra ordinem, ita ſcribebant. לַאֲחָנָא בְנֵי גָלוּתָא דְבָבֶל וּלַאֲחָנָא דְבְמָדַי וּלְשְׁאָר כָּל גָלְוָתָא דְיִשְׂרָאֵל שְׁלָמְכוֹן יִשְׂגֵא לְעוֹלָם : מְהוֹדְעִין לְכוֹן דְגוֹזָלַיָּא רַכִּיכִין וְאִמְּרַיָּא דַעְדְקִין וְזִימְנָא דַאֲבִיבָא לָא מְטָא וּשְׁפַרַת מִילְּתָא בְאַנְפֵּי חַבְרַאי וְאוֹסְפֵית עַל שַׁתָּא דָא תְּלָתִין יוֹמִין *Fratribus noſtris filijs deportationū Babyloniæ: & fratribus noſtris, qui ſunt in Media, & reliquis omnibus deportationibus Iſraelis. Pax veſtra augeatur in æternum. Notificamus vobis, quod pulli* (columbarum) *ſunt teneri, & hoedi puſilli* (vægrandes) *& quod tempus nouarum frugum nondum venit. Ideo placuit negotium coram me, & coram collegis meis. & adieci huic anno triginta dies.* Aben Ezra in XXIII Leuitici: וְאָמְרוּ עַל ר׳ עֲקִיבָא שֶׁקָּבַע שְׁתֵּי שָׁנִים מְעוּבָּרוֹת שָׁנָה אַחַר שָׁנָה לְפִי צוֹרֶךְ הַשָּׁעָה *Et dicitur de Magiſtro Akiba, quod duos annos continuos embolimæos fecerit propter neceſſitatem temporis.* hoc eſt, διὰ τὸ ἐπεῖγον τῆς ὥρας. Ecce embolimus Adar extra ordinem; &, quod amplius, poſt, aut ante ordinarium emboliſmum, idq; propter intempeſtiuum anni ſidus. quod quando accidebat, Paſcha neceſſario ſecundo menſe celebrabatur. quod quidem aliquando neceſſitas exprimebat exemplo loci II Paralip. XXX, 2, 3. quod nititur auctoritate loci Numer. Cap. IX, 10, 11. Quare hoc eſt, quod ſcribit Sapiens Aben Ezra: מִנְהַג בֵּית דִּין לְהִסְתַּכֵּל בְּכָל סוֹף חֹדֶשׁ אֲדָר אִם הוּא צָרִיךְ לְעַבֵּר שָׁנָה אוֹ לֹא *Mos conſiſtorij conſiderare in exitu omnis menſis Adar, utrum neceſſe eſſet intercalarem annum facere, necne.* Notet etiam ſtudioſus Lector Babylonem fuiſſe matricem Iudæorum deportatorum, hoc eſt eorum, qui erant ex reliquijs deportationis Iechoniæ. Ij Babylonienſes erant caput τῆς διασπορᾶς Aſiaticæ: ut ex Talmud infinitis locis conſtat. Petrus Apoſtolus huic διασπορᾷ ſcribens ex metropoli Babylone eos vocat παρεπιδήμους διασπορᾶς Πόντου, Γαλατίας, &c. Iudæi ita diſtinguebantur: Ἑβραῖοι Παλαιστῖνοι, διασπορὰ Βαβυλῶνος, διασπορὰ Ἑλλήνων. Ἑβραίων mentio Actorum VI, 1. διασπορᾶς Ἑλλήνων Iohannis VII, 35. Ij proprie Ἑλληνισταὶ vocabantur, quia Græca Biblia in Synagogis legebant:

Ἑλληνιστὴς enim est ὁ ἑλληνίζων, id est, ὁ ἑλληνιστὶ διαλεγόμενος, qui Græce loquitur. Eorum mentio Act. VI, I, ubi Ἑλληνισταὶ vertendum *Græcienses*, non autem *Græci*. Τῶν Ἑλληνιστῶν principes erant Alexandrini Iudæi. Alterius διασπορᾶς, ut iam diximus, caput erat Babylon, & fuit, quandiu stetit illa intra annum Christi DCC. quæ in Talmud dicitur יְשִׁיבַת סוּרָא. Schola Syriæ. Reliquiæ illius principatus Babylonici hodie in urbem maximam Seleuciam, quam Bagded vocant, traductæ sunt. S. Petrus si ex terra Israelis, ad illos Babylonienses scripsisset, primos Babylonios; tanquam metropolitas & principes nominasset, ut manifesto constat ex Epistola Ierosolymitana. Ideo ita salutationem concepisset: Πέτρος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκλεκτοῖς παρεπιδήμοις διασπορᾶς Βαβυλῶνος, Πόντου, &c. Sed quia Babylone scribebat, quod erat caput & metropolis τῆς διασπορᾶς Πόντου καὶ Μηδίας, cuius διασπορᾶς prædicationi dicatus erat Petrus, Galat. II, 7, 8, 9, propterea non opus fuit eos nominare, quibus intererat ipse. Iudæi, qui extra terram Israel degunt, etiamnum hodie vocantur תְּפוּצַת יִשְׂרָאֵל, διασπορὰ Ἰσραήλ: item תְּפוּצַת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל διασπορὰ υἱῶν Ἰσραήλ. Principes autem τῆς ὅλης διασπορᾶς propter vetustatem erant Babylonienses, & qui illis accensebantur: eorumque Princeps magni fiebat ab hominibus, ut vulgo de eo iactaretur illud: ראשׁ גולה שֶׁבְּבָבֶל עָדִיף מִנְּשִׂיא דְאֶרֶץ יִשְׂרָאֵל: ὁ αἰχμαλωτάρχης τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἐξοχώτερος τοῦ ἐν γῇ Ἰσραὴλ ἄρχοντος. Rursus in Epistola Synedrij adijcitur, *filijs deportationis Mediæ*. qui profecto sunt ἀποδασμὸς τῶν ὑπὸ Ὤχου Ἀρταξέρξου εἰς τοὺς Ὑρκανοὺς καὶ τοὺς Μήδους μετοικισθέντων. Eusebius libro priore Chronico: Ὦχος Ἀρταξέρξου, παῖς εἰς Αἴγυπτον στρατεύων ἀποδασμὸν εἷλεν Ἰουδαίων ὧν τοὺς μὲν ἐν Ὑρκανίᾳ κατῴκισε πρὸς τῇ Κασπίᾳ θαλάσσῃ, τοὺς δὲ καὶ ἐν Βαβυλῶνι, οἳ καὶ μέχρι νῦν εἰσὶν αὐτόθι, ὡς πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων ἱστοροῦσι. Vide quæ ad numerum Eusebianum MDCLVIII notauimus. Sed imprudens longe digressus sum a Computo nostro, cuius auctorem Hillel antea & mihi, & alijs ignoratum nunc primum prodimus: ad quem ab illo celeberrimo Doctore Hillel magno, Iudæi scribunt generationes decem intercessisse. Initium eius, ut diximus, a VII Octobris, quam frustra epocham Mundi Iudæi esse opinantur. cuius rei etiam hodie præclarum extat vestigium, quod in memoriam Diluuij, quod scriptura memorat XVII mensis secundi accidisse, apud illos hodie λιτανεία indicitur die XXII Nouembris, quam omnino XVII mensis secundi esse oportet, si quidem VII Octobris est prima primi. Præterea neomenia Zygonos, siue æquinoctium, fuit ea die, quando Moses populum e finibus Ægypti eduxit. Quare est vetustissima Epocha, & quam Iudæi a Mose potius, quam a Macedonibus habuisse videntur: quod nos aliquando credidimus, neque adhuc sententiæ pœnitet. Sed alteram sententiam huic præferimus, quæ a meliore & nobiliore caussa pendere videtur. Quod autem stante templo ea epocha uteretur, tametsi ea, quæ iam produximus, satis testantur, tamen clarius constat ex Iosepho, qui ait Mosem principium anni a Nisan instituisse, quia eo mense populum ex Aegypto eduxerat, quum antea Hebræi ab autumno annum suum ordirentur, & tamen noluisse prorsus eum morem tollere, sed omnes ciuiles actus priscæ epochæ autumnali reliquisse, mensem autem Nisan sacrificijs dedicasse. Verba Iosephi, quæ illustria sunt, & plurimum huc faciunt, hæc sunt, ex libro I, cap. IIII ἀρχαιολογ. συνέβη δὲ τοῦτο τὸ πάθος κατὰ τὸ ἑξακοσιοστὸν ἔτος ἤδη Νώχου τῆς ἀρχῆς ἐν μηνὶ δευτέρῳ Δίῳ μὲν ὑπὸ Μακεδόνων λεγομένῳ, Μαρσουάνῃ δὲ ὑπὸ Ἑβραίων. οὕτω γὰρ Αἰγύπτιοι τὸν ἐνιαυτὸν ἦσαν διατεταχότες. Μωϋσῆς δὲ τὸν Νισάν, ὅς ἐστι Ξανθικός, μῆνα πρῶτον ἐπὶ ταῖς ἑορταῖς ὥρισε κατὰ τοῦτον ἐξ Αἰγύπτου τοὺς Ἑβραίους προαγαγών. οὗτος δὲ αὐτῷ καὶ πρὸς ἁπάσας τὰς εἰς τὸ θεῖον τιμὰς ἦρχεν. ἐπὶ μὲν τὰς ὠνὰς καὶ πράσεις, καὶ τὴν ἄλλην διοίκησιν τὸν πρῶτον κόσμον διεφύλαξε. Illa tamen postrema, ὠνὰς καὶ πράσεις alludere videntur ad Aeram contractuum. Sed, ut hoc concedamus, vetustissima Epocha Iudæorum est VII Octobris: quod alibi ex Mose ostendimus. Hoc enim constet nobis, anni sui Iuliani caput Iudæos inde deducere, Tekupham vero a XXIIII Septembris, auctore R. Hillel. Nam quum ab Exodo, ad tempora usque huius Hillel, Tekupha esset in VII Octobris, de qua manifesto Moses loquitur Exodi XXXIIII, 22, noster Hillel sequutus sententiam Samuelis, qui Tekupham Iulianam in XXIIII Septembris statuebat, anno, ut diximus, Seleucidarum DCLVI, eam a VII Octobris, ad XXIIII Septembris, traiecit. & quia, ut diximus, XIII dies inter utranque Tekupham sunt, eos in CCXVI cyclos προηγήσεως σεληναϊκῆς resoluit, qui sunt anni 4104. Totidem enim anni dant dies προηγήσεως XIII, & horam unam, ad annum Christi 343 absolutum, quo huic reformationi operam dabat Rabbi Hillel, numero aureo III, qui est primus Cycli Iudaici. Nam quando tertius numerus aureus currit, tunc primus annus cycli Iudaici init a nouilunio Septembris, quod accidit anno Christi currente 344, quum Hillel hunc Computum instituit, & cæpit putare annum 4105 Computi sui. Rursus anno Christi 1598 currebat numerus aureus, quo Iudæis iniuit annus primus cycli 283 in XX Septembris. Hoc est, iam præterierant cycli 282 absoluti de hoc Computo: quibus debentur προηγήσεως σεληναϊκῆς

dies

dies 17. 0. 698. qui si retro retexantur a VII Octobris, relinquent XX Septembris in dicto Anno Christi 1598, Iudaico 5359, quo nouilunium incidit in ipsam XX Septembris feria IIII, hor. 16. 594, a Sole occidente diei XIX. Quum igitur hic Computus sit τεχνικὸς, non ἱστορικὸς, tamen, quod supra nos memini dicere, Iudæi illum a conditu rerum deducunt, quum tamen non magis sit a conditu rerum, quam aut periodus nostra Iuliana: aut Constantinopolitana. Sed hoc habuit in animo Rabbi Hillel, ut primum annum cycli nouilunio sui æui congruentem deduceret a XXIIII Septembris, ubi Iulius Cæsar, & Sosigenes æquinoctium statuerant. Hodie primus annus cycli Iudaici multum recedit ab æquinoctio. Itaque rursus reformandus. Cuius rei illustre dabimus exemplum, quod eruditus lector accurate notet. Hoc anno Christi 1604, quo iniuit Iudaicus huius Computi 5365, nouilunium Tisri Committetur feria VI, hor. 4. 956, secundum medium motum Lunæ; Hierosolymis, XIIII Septembris. eademque die esset neomenia Zygonos nisi bisextum huius anni impediret. Sed ponamus neomeniam Zygonos ibi esse, ut in sequentibus annis erit. Concurrent ergo æquinoctium, & nouilunium ciuile. Si igitur reformandus esset Computus Iudaicus, ut certe propter æquinoctium reformandus est; & Tekupha, & primus annus cycli hic statuenda essent, & ab hoc anno Christi 1604 initium instaurationis instituendum. Hoc est, ab anno Christi 1604, videndum esset, quod dies προηγήσεως processerint a VII Octobris, ad XX Septembris. qui quum sint XXIII, & totidem diebus competant cycli CCCLXXXI, consurgent anni 7239 retexendi retro ab hoc anno 1604. Itaque hic annus 1604 Christi esset iniens 7240 huius reformationis. Nam cyclis 381, vel, quod idem est, annis 7239 absolutis competit character 2. 17. 975. & nouilunium Tisri huius anni 1604 fuit 5. 22. 956. de quo si deducatur character annorum 7239, nempe 2. 17. 975, remanebit nouilunium VII Octobris 3. 4. 1061. in periodi Iulianæ postulatitiæ anno 7058, cyclo Solis II, litera dominicali E. proinde nouilunium contigerit feria III, Octobris VII, anno XLIX Menis primi Regis primæ Dynastiæ Aegyptiorum. Itaque dicendum ne propterea fuerit a conditu rerum, ad annum Christi, esse annos 7258? Hoc profecto esset nugari, quemadmodum & Iudæi nugantur, qui annos conditus rerum Computo Hillelis, qui τεχνικὸς est, non autem ἱστορικὸς, terminant. Vides Manifestas caussas huius Computi elegantissimi: cuius quum initium vere coniecerimus in annum Christi 344 competere, postea coniectura nostra adiuta est testimonio Iudæi, qui scripsit Germen Dauid. Ille enim ætatem huius Hillel conijcit in annum Christi 358, quatuordecim annorum tantum discrimine. Sane qui claruit anno 358, potuit & anno 344 scribere. Itaq; certum, non temerarium, fuit iudicium nostrum. Hæc, quæ in hac Diatriba disputauimus, sunt supra captum Clauij, & aliorum, qui, quæ ignorant, carpere solent. Et certe non video quid mathematica studia Clauio contulerint, qui his adeo infans est, ut mediocriter literis humanioribus tinctus hæc melius intelligat, quam ille, qui toto vitæ suæ tempore nihil, præter Mathematica, tractauit. Sed eius imperitiam non magis, quam κακοήθειαν, & rusticitatem moramur.

XIX *Ad initium regni priscorum Chaldæorum.*] Hoc initium congruit anno Noæ CLXX.

XXI *Ad initium Regum Thebanorum.*] Anno ætatis Noæ CCXCV.

XXIIII *Ad initium regni Assyriorum.*] Anno ætatis Noæ DXXXVII.

Ibid. *ex Africano.*] Nam aliter Ctesias.

XXV *Ad diluuiũ uniuersale.*] καθολικὸς κατακλυσμὸς sub Noe. Fuerunt alij μερικοὶ: ut qui sub Deucalione in Thessalia. Nemo vero ignorat, quantũ intersit inter rationes LXX Interpretum, & Mosaicas. Moses a creato Adam, ad Diluuium, colligit annos MDCLVI: vel potius uno minus 1655. Septuaginta Seniores MMCCXLII, qui tamen reuera ex corũ editione antiquitus fuerũt MMCCLXII. Caussa tam manifestæ discrepantiæ, quòd LXX Interpretes consulto quinque primis generationibus cente-

	Generat natus annos.		Nascitur anno Mundi.		Vixit annos.		Moritur anno Mundi.	
	LXX Interpr.	Moses	LXX Interpr.	Moses	LXX Interpr.	Moses	LXX Interpr.	Moses
ADAM	230	130	0	0	930	930	930	930
SETH	205	105	230	130	912	912	1142	1042
ENOS	190	90	435	235	905	905	1340	1140
KAINAN	170	70	625	325	910	910	1535	1235
MALALEEL	165	65	795	395	895	895	1690	1290
IARED	162	162	960	460	962	962	1922	1422
ENOCH	165	65	1122	622	365	365	1487	987
MATHVSALA	187	187	1287	687	969	969	2256	1656
LAMECH	188	182	1454	874	777	753	2207	1651
NOE	600	600	1642	1056	950	950	2592	2006
Anni ab Adam, ad Diluuium	2262	1656						

centenos annos amplius, quam Moſes, tribuant, annos Iared & Mathuſala intactos relinquant: rurſus Enocho centum amplius largiantur, Lamecho ſex, ut habes in præſenti Tabella, in qua eſt conſpectus omnium annorum, ſecundum LXX Interpretum & Moſaicam lectionem. Vbi vides LXX Seniores omnibus fere generationibus ſingulas annorum centurias ultra fines a Moſe præſcriptos adieciſſe: ita ut ex eorum rationibus ab Adam, ad Diluuium, colligantur anni MMCCLXII: quod quare veteres mutarint, & MMCCXLII eorum vicem ſubſtituerint, annos autem παιδοποιΐας Mathuſula CLXXXVII ad CLXVII redegerint, cauſſam nullam comminiſci potui, quamuis ſerio in eius inueſtigationem incubuerim: præſertim quum Moſes CLXXXVII annos tempus παιδοποιΐας Mathuſula definiuerit, & ex altera lectione interpolata, quæ ab Adam, ad Diluuium, annos tantum ponit MMCCXLII, magna abſurditas oriatur, Mathuſala XIIII annos Diluuio ſuperfuiſſe: quæ quidem quæſtio veteres patres multum exercuit, & ad quam ſoluendam nihil conſultius viſum eſt Hieronymo, quam ad fontes Hebraicæ editionis confugere. Hinc factum, ut diuerſe conceptum ſit tempus τῆς παιδοποιΐας Mathuſala, quum in quibuſdam Codicibus olim anni CLXXVII, in alijs CLXVII tantum legerentur. Sed Chronicon Nicephori Patriarchæ, in annis παιδοποιΐας Mathuſala diſerte habet ρπζ, non ρξζ. Vnde ab Adam, ad Diluuium, colliguntur anni MMCCLXII, non autem MMCCXLII. Quin etiam, quod caput eſt, Africanus totidem annorum interuallum ab Adam, ad Diluuium, determinat: quo nomine manum cum eo conſerit Georgius Syncellus. ὁ μέν τοι Ἀφρικανὸς, inquit, βσξβ ἔτη ἐπελογίσατο ἔκ τινων σπανίων ἀντιγράφων οὕτω περιεχόντων. οἷς οὐ χρὴ πείθεσθαι. Infra: Ἀφρικανὸς ἢ πρὸς Εὐσέβιον ἀπὸ Ἀδὰμ, ἕως κατακλυσμοῦ, διαφωνεῖ ἔτη κ. Sed quare vocat σπάνια ἀντίγραφα, quum veriſimile ſit antiquitus omnia exemplaria ita habuiſſe, maxime ex eo, quod illam lectionem interpolatam eſſe conſtat? Honorius quoque Auguſtodunenſis MMCCLXII, non autem MMCCXLII, habet. Sed mirum, qui hanc lectionem innouarunt, quo conſilio id fecerint. Certum eſt enim LXX Seniores annos a Moſe determinatos ampliaſſe potius, quam imminuiſſe. Vt uno verbo abſoluam, non magis mihi conſtat quare veteres lectionem Septuaginta interpretum mutarunt, quam quare LXX interpretes annos a Moſe definitos ampiiarunt.

XXVI *Ad Aeram Babyloniorum.*] Diodorus Siculus XXXV reges Aſſyriorum numerat a Nino, ad Arbacem, qui illud imperium inuaſit. Σαρδανάπαλος ἢ, inquit, τριακοστὸν μὲν καὶ πέμπτος ἀπὸ Νίνου τοῦ συστησαμένου τὴν ἡγεμονίαν. Ita codex Georgij Syncelli habet. Nam in editione Henrici Stephani noſtri deeſt vox πέμπτος. Hos XXXV Reges Cteſias, & poſt eum Diodorus, aiunt mille trecentos ſexaginta annos regnaſſe: quibus ſi ducentos quadraginta duos imperij Medorum adieceris, conſurgent ab initio Nini, ad initium Cyaxaris, quem Aſtibaran Cteſias vocat, anni præciſe mille ſexcenti duo. quibus deductis de anno periodi Iulianæ 4083, quo cæpit regnare Cyaxares, ſiue Aſtibaras, remanebit annus periodi Iulianæ 2481, quo Ninus regnare cæperit. Calliſthenes Ariſtoteli reſcribens de ultima Chaldæorum vetuſtate anno periodi

periodi Iulianæ 4383, quo capta Babylon ab Alexandro, perhibebat eum annum fuiſſe vetuſtiſſimæ Chaldæorum Epochæ milleſimum nongenteſimum tertium. Deductis 1902 annis abſolutis de 4383, remanet idem annus periodi Iulianæ 2481. Ergo iſte titulus temporum, qui Chaldæis in uſu erat, deductus eſt a Nini imperio ineunte, ſecundum Cteſiæ rationes: ſecundum Africanum autem initium ſumpſerit ab anno XVIII Semiramidis: quod ſane magis rationi conſentaneum, ut ab ea, quæ Babylonem amplificarit, & tot illuſtria monimenta ibi ſtatuerit, ratio temporum potius deducatur, quam a Nino: a cuius primo anno, ad inſtauratam a Semiramide Babylonem, Oroſius annos LXIIII numerat. de quibus deductis LII imperij Nini, remanet annus XII abſolutus Semiramidis: ita ut XIII currente condita fuerit Babylon. quæ ratio V tantum annis a titulo Chaldæorum diſcrepat. Ita locus ille Oroſij hunc plurimum illuſtrat.

XXVII *Ad initium numeri Euſebiani.*] De eo ſatis dictum in Chronicon Euſebij. προχρονισμὸν eius & μεταχρονισμὸν non uno loco diſcuſſimus.

XXVIII *Ad natalem Abrahami Patriarchæ.*] Secundum Euſebium anno periodi Iulianæ 2698: ſecundum veram rationem 2712. Differentia anni XIIII: cuius ratio in Euſebianis redditur.

XXXII *Ad Exodum.*] Caſus Sedekiæ demonſtratiue a nobis ſtatuitur anno periodi Iulianæ 4124; ſupra ad Epocham XIII. Ab Exodo, ad caſum Sedekiæ, anni abſoluti 907: qui deducti de 4124 relinquunt verum annum Exodi 3217. Rurſus interuallum annorum 907 demonſtratiuum, ut ſuo loco diſputatur: & proinde de epocha demonſtratiua deductum relinquit epocham demonſtratiuam Exodi. Sed & accidit illi character demonſtratiuus feria quinta, a qua iniuit Niſan Exodi. Nam vigeſima ſecunda menſis ſecundi fuit Sabbatum: quia Exodi capite XV Hebræi deuenerunt deſertum Sin quintadecima menſis. ſexta die poſt XV, fuit paraſceue: hoc eſt feria ſexta: commatibus 5, 22, 23. Ergo dies ſequens, nempe XXII, fuit Sabbatum. Ideo & neomenia eiuſdem menſis fuerat Sabbatum. ac proinde neomenia primi feria quinta. Nam primus menſis eſt ſemper plenus, & ideo neomenia ſecundi augetur binario ſupra neomeniam primi. Et ſane nouilunium anni 3217 fuit 5. 17. 552: hoc eſt feria V, Aprilis ſecunda, cyclo Solis XXV, litera Dominicali ED, aureo numero VI, anno Iudaico 2264. Vnde ἀλογιστία Iudæorum colligitur, qui quum fateantur neomeniam Niſan tempore Exodi incurriſſe feriam quintam, tamen tantus eſt ſtupor, ut anno Computi ſui 2448 ſtatuant tempus Exodi, quum illius anni Niſan fuerit 1. 19. 1027, feria ſecunda, cyclo Solis XIII, numero aureo XIX, Martij X, anno periodi Iulianæ 3401. Arabes quoque Chriſtiani ſcribunt feriam quintam incidiſſe in XV noctem illius Niſan, quo Moſes populum eduxit. Nulla eſt tam vetuſta Epocha, quæ tot demonſtratiuis notis prædita ſit, quam hæc: ut vere poſſis illam vocare matrem certarum Epocharum. Alius etiam character cæleſtis accedit illi, concurſus neomeniæ ciuilis Krionos, cum neomenia Niſan. Erat enim annus a conditu rerum 2453, & proinde annus 53 Tetracoſieteridos Tropicæ. Zygonos neomenia feria ſecunda, VII Octobris, a qua Iudæi hodie annum ſuum Iulianum ordiuntur. quæ res vetuſtiſſima ab Exodo uſque uſurpatur. & conſequenter Krionos neomenia fuit feria quinta, Aprilis II, quæ conueniebat in neomeniam Niſan, ut ante demonſtratum eſt. Non ſine cauſſa igitur Deus famulo ſuo Moſi præcepit hanc neomeniam habere principem omnium menſium Lunarium. Exodi XII, 2. Septimam autem Octobris initium anni ſolaris, & ibi Tekupham anni vertentis ſtatuere, quod antea faciebant. Ibid. XXXIIII, 22. Quæ haud ſcio, an aliquis aduertit. Quis enim de tot millibus obtrectatorum, cui hæc in mentem venerunt? Niſi forte is fuerit Clauius, cui mirum videtur Epactas ad medium motum Lunæ dirigere. Illius & ſimilium ac popularium eius ingenia, linguæ, ac calamus obtrectari tantum norunt: verum odiſſe: nihil ab alijs velle diſcere: quod ignorant, in alijs errorem arbitrari.

XXXIII *Ad primum annum κληρουχίας.*] Cerebroſi quidam aiunt annum primum γεωργίας, id eſt, quo populus Hebræus cæpit terram colere miſſus in eius poſſeſſionem, eſſe quadrageſimum Exodi, & primum ducatus Ioſuæ. Quorum peruicaciæ, & ſtultitiæ confutandæ ſatis erit opponere caput XIIII libri Ioſuæ, ubi anno XLV Exodi abſoluto, & XLVI currente nondum terra tota diuiſa erat. Quomodo igitur colebant, quam nondum poſſidebant? ſane κληρουχία debet antecedere γεωργίαν. Ideo ſapientiſſime veteres Iudæi VII annos τῇ κληρουχίᾳ aſſignandorum agrorum, & ſubigendis hoſtibus dedicant, ſex ſequentes τῇ γεωργίᾳ, quartumdecimum primum Sabbato terræ. Quod tam verum, quam ſemidoctorum, Theologaſtrorum, Catharorum fanaticorum falſa aſſeueratio. Primus annus κληρουχίας eſt is, quo primum in terræ Chananææ poſſeſſionem Iſraelitæ pedem poſuerunt, duce Ioſua; & terram colere cæperunt. Ideo ἔτος πρῶτον γεωργίας Philoni dicitur, qui & ingreſſus in terram, & obitus Moſis erat octauus. primus enim annus κληρουχίας eſt primus primæ Hebdomadis annalis. Ideo ad methodum

Hebdo-

Hebdomadum annalium per regulam perpetuam 47 semper de annis Exodi deducenda. Annus casus Sedekiæ est 908 currens ab Exodo. Deductis 47, remanet annus currens 861 ab initio primæ Hebdomadis, siue a primo anno γεωργίας. quæ sunt 123 Hebdomades. Fuit ergo annus capti Sedekiæ Sabbaticus. quod verum, auctore Ieremia Propheta. & a nobis supra discussum est. 46 anni ad epocham Exodi adiecti constituunt interuallum ab Adam, aut a capite periodi Iulianæ, ad primum annum γεωργίας. Nimirum 2499 de annis mundi, vel 3263 de periodo Iuliana sunt deducendi. Iosephus scribit annum, quo Ierosolyma ab Herode & Sosio capta fuerunt, fuisse Sabbaticum, Agrippa & Caninio Coss. Is erat annus periodi Iulianæ 4677, Mundi 3913. Deductis hinc 3263, illinc 2499, remanent anni absoluti a primo γεωργίας, 1414. qui numerus est septenarius. currebat igitur annus Sabbaticus in diebus æstiuis anni 4677, quum Ierosolyma capta sunt. & proinde autumno eiusdem anni iniuit annus 1415 γεωργίας, hoc est annus primus ultimæ Hebdomadis Iobel XXIX. Iudæi Palæstini annum Computi sui 5356 notabant in suis Kalendarijs esse Sabbaticum. Annus γεωργίας in Computo Iudaico est 2311. qui deductus de 5356 relinquit annos 3045 a primo anno γεωργίας. quæ sunt Hebdomades CCCCXXXV, Iobelea LXII, hebdomas una. Ergo adhuc Iudæi rectum annum Sabbaticum obseruant. Quod profecto præclarissimum est vetustatis in ea gente monumentum: ut illa Epocha anni eorum Iuliani in VII Octobris: quæ ante Exodum iam in usu erat. Et Iudæis, & nostris hominibus hæc omnia plane ignota erant. Et fortasse vix uni & alteri persuasero. Saltem hæc Clauium capere non sinit stupor eius & inscitia, fateri non patitur odium veri, in quod & ille, & Socij, coniurarunt. Porro anni Iudaici, Mundi, & Periodi Iulianæ per VII partiti præstant annum Sabbaticum. Plus promittit annus Mundi, qui annum ipsius Iobelæi etiam exhibet. Nam 2499 de annis Mundi, ut diximus, deducta dant annum Sabbaticum. Atqui 2499 sunt Septimanæ CCCLVII, & proinde Iobelea II absoluta. Ergo ab Adam anni per XLIX diuisi dabunt annum Iobel. Non loquar de eo delirio, quod primum Iobeleum ab obitu Mosis orditur. Est enim error, ut puerilis, ita indignus, qui confutetur. Samaritæ quoque in suo Chronico, quod penes nos est, ab Adam, ad cessationem Mannæ, putant annos 2793. qui est numerus septenarius.

XXXV *Ad ludicrum Olympicum, cui præfuit Pelops.*] Veteres tradunt primum ludicrum Olympicum Ioui dicatum fuisse: secundum ipsi Pelopi ab Hercule: tertium Herculi ab Iphito Heraclida. Quando Pelops illud instituit, neomenia mensis fuit die IX Iulj: epacta Iuliana XVII. Annus periodi Iulianæ 3398. Ergo prima Olympias a Pelope celebrata XXIII Iulij, numero Eusebiano DCCI: ut recte concipit liber amplissimi viri Pauli Petauij Senatoris Parisiensis. Itaque & Pelopis, & Atrei, & Herculis, & Iphiti Olympias celebrata XXIII Iulij: quod nouilunium mensis Iulj incideret in IX diem statim post κέντρον θερινὸν, quod semper statuebatur VIII Iulj: quanquam iam tum non erat verum κέντρον θερινὸν, aut ἐποχὴ τροπῶν θερινῶν, nisi a numero Eusebiano CXCIX, ad CCCXXXI. quo interuallo nouilunium incidebat in IX Iulij, quum numerus aureus esset VIII, tempore Dynastiæ Aegyptiorum XVII. Quum autem Olympiadum institutum adeo vetustum sit, ut in eo etiam Apollinem, & Mercurium certasse dicant, ego, siquidem coniecturæ locus est, toties illos ludos editos fuisse arbitror, quoties nouilunium in IX Iulj conueniret, nondum illo ludicro quadriennijs terminato, quia Tetraeteris ciuilium temporum nondum in usum recepta erat. Sane illud ludicrum sæpe instauratum antiquitus fuisse, ex Pausania, & libro priore Eusebij, & Phlegonte constat. Quin & Velleius Paterculus optimus scriptor tradit instauratum ab Atreo Pelopis filio, quum Pelopi patri funebres ludos faceret, in quo omnis generis certaminum Herculem victorem fuisse. Addit præterea ab eo ludicro, ad Consulatum Vinutij, & Cassij Longini, interuallum esse annorum MCCL. Ille autem Consulatus congruit numero Eusebiano MMXLVI. Deductis MCCL, remanet numerus Eusebianus DCCXCVI, qui erat XLI annus regni Atrei, qinque cyclis Lunaribus absolutis, postquam a Pelope instauratum, quum eadem epacta esset XVII. Ad hoc ludicrum manifesto alludit Thyestes frater Atrei apud Senecam:

Celebrata iuueni stadia, per quæ nobilis
Palmam paterno non semel curru tuli.

Se iuuenem in eo ludicro certasse. Sed obstat, quod sæpius instauratum dicit, neque Olympiæ, sed Argis. Ibique non de hoc ludicro Olympico intelligit. Vides, quam bene hæc sibi inter se respondeant. Quumque illud ludicrum toties repetitum fuerit, propter summam vetustatem, & incerta temporum interualla, accidit, ut diuersorum Heroum editiones ad unum a scriptoribus Græcis referantur, quum de tempore constaret, non de Heroibus: aut contra.

XXXVII *Ad Olympiadem ab Hercule instauratam.*] Nimirum anno periodi Iulianæ 3512, epacta XVII. Proinde

XVII. Proinde neomenia mensis Olympici incidit in IX Iulij, numero Eusebiano DCCCXV. Nam male Eusebius quinquennio minus, numero DCCCX, annis CCCCXXX, ut ipse ait, ante primam Olympiadem Iphiti. A ludicro autem Pelopis, ad illud Herculis, anni sunt CXIII, qui fiunt cycli Lunares VI. Nondum enim per quadriennia Olympias celebrabatur. sed ratio habebatur nouilunij dumtaxat, quod proxime post VIII Iulij sequebatur. & tunc celebratio in XXIII Iulij competebat. Hæc, & superior epocha, demonstratiuæ sunt, ob nouilunium IX diei Iulij. Ideo quo tempore illi Heroes claruerint, dubitari non potest.

XXXVIII. *Ad excidium Ilij.*] Hæc quoque Epocha demonstratiua est. Nititur enim charactere suo, nempe XXIII Thargelionos, anno periodi Iulianæ 3531, annis CCCCVII ante primam Iphiti Olympiadem. Per doctrinam Canonum V, VI Capitis VIII, aufer numerum proxime minorem 3519 ab anno 3513. Remanet annus XII periodi Atticæ iniens a XXX Iulij: & Thargelione antecedente captum Ilion, ut scribit Dionys. Halicarnassensis ex Ephoro. cuius Thargelionos neomenia XXXI Mai. Proinde XXII Iunij excidium Ilij contigit: non utique quod eo sæculo ea forma anni Atticis in usu esset, sed κατὰ πρόληψιν μαθηματικὴν hoc dictum est, & proinde addit Dionysius, ὡς οἱ Ἀττικοὶ τοὺς χρόνους ἄγουσι. Sic nos fingimus in infinitum annum Iulianum, & numerum aureum, & Indictionem fuisse. Sed apud Dionysium perperam legitur πλευτῶντος ἤδη τοῦ θέρους, pro τοῦ ἔαρος. quod & puet emendauerit. Præter illa, quæ notamus in V de Emend. Temp. lege in συναγωγῇ nostra caput περὶ Κελτῶν, in Ἀβδων. Ridiculi vero sunt, qui & Thargelionem illum Lunarem fuisse scribunt, & eius nouilunium verum ex Tabulis Prutenicis inuestigant, &, quod omnem περιεργίαν superat, ex ijsdem Tabulis Solstitij diem eruunt, quum hic duplex error sit, & circa mensem (quem Lunarem non fuisse manifesto indicat Dionysius, quum ait, ὡς οἱ Ἀττικοὶ τοὺς χρόνους ἄγουσι) & circa Solstitium, quo nomine veteres nihil aliud intelligebant, quam VIII Iulij. neque per τροπὰς χειμερινὰς aliud sentiunt Aristoteles & Theoprastus. Anno autem capti Ilij neomenia Karkinonos erat in IIII Iulij, Epacta XVII, nouilunium Thargelionos Lunaris X Iunij. Ergo XXIII Thargelionos Lunaris in secundam Iulij conueniebat, biduo ante solstitium verum. Quomodo igitur Dionysius dixit XXIII Thargelionos fuisse XVII diebus ante τροπὰς θερινάς. Nugæ. Sed a XXII Iunij, ad exitum VIII Iulij, sunt dies XVII, quos in animo habebat Dionysius. Vnde colligi potest & utilitas anni Attici, & fides methodi nostræ, quam rem antea tam abstrusam tam acurate designare potuimus.

XL *Ad conditum Templi Salomonici.*] Ab Exodo, ad captum Sedekiam, anni absoluti 907. Ab Exodo, ad conditum Templi 480. Deductis 480 de 907, remanent anni a conditu templi, ad casum Sedekiæ, 427. qui de anno capti Sedekiæ 4124 in periodo Iuliana detracti relinquunt veram epocham conditus templi in periodo Iuliana 3697. Nos tamen posuimus 3696.

XLIIII *Ad primam Olympiadem Iphithi.*] De hoc consule V librum de Emend. temp. Nam neque meliora, neque plura adferre possumus: quibus adijcias licet quæ in priore libro Eusebij Græco de hac re disputantur.

Idid. *& titulum temporis historici.*] μέχρι μὲν τῶν Ὀλυμπιάδων οὐδὲν ἀκριβὲς ἱστόρηται τοῖς Ἕλλησι, πάντων συγκεχυμένων, καὶ κατὰ μηδὲν τῶν πρὸ τοῦ συμφωνούντων, ait Africanus. Græci hæc tantum certa interualla habent ante Olympiadem, tria ludicra Olympica, Pelopis, Atrei, Herculis, & Ἰλίου ἅλωσιν: quia sunt demonstratiua, & characterem cælestem habent.

XLVI *Ad Palilia Varroniana.*] Primus togatorum M. Porcius Cato Censorius tempus Regifugij & primorum Consulum ex Consulatu L. Valerij Potiti, & T. Mallij Capitolini deprehendit, ad quem a Consulatu Iunij Bruti, interuallum annorum CXIX colligitur ex Tabulis Censorijs. Itaque hæc est ἀπόδειξις ἱστορική, aduersus quam nemo pertendere possit. Sed ut illud certum est, ita id, per quod a regibus regnatum est, quia neque demonstratiuo, neque historico signo, sed opinione recepta, nititur, incertum est: quod tamen M. Cato tanquam concessum, καὶ ἀναμφισβήτητον assumit. Id ipse definit annorum CCXLIII: Varro uno anno amplius, CCXLIIII. Ideo inter Varronem, & Catonem unius anni discrimen est, Catone in IIII annum Olympyad. VI, Varrone in III eiusdem, Vrbis natalem conijciente: idque quod nugatorium est, ex apotelesmate L. Tarrutij Firmani. Cicero in fragmentis: *Romam conditam Olympiadis sextæ anno tertio.* Sed vide V de Emend. temp. Dionysius Halicarnassensis ineunte anno primo Olymp. VII Romam conditam scribit. Tam igitur Cato, quam Dionysius anno periodi Iulianæ 3962 conditam volunt, hoc tantum discrimine interiecto, quantum inter Palilia, & Olympiadem VII interest, quæ eo anno celebrata est, XXVII Iulij ἔτους, inquit, ἐνεστῶτος πρώτου τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος. quod propter commoditatem factum a Dionysio.

XLVII *Ad primum Thoth Nabonassari.*] Præter alia, hoc insigne habet hæc Epocha, quod neomenia Thoth præcise conueniebat in neomeniam Ichthyonos, & neomenia Paophi in neomeniam Krionos. Neomenia enim Zygonos antecedentis incurrebat in Kal. Octob. feria tertia. Ideo neomenia Ichthyonos feria IIII, Februarij XXVI. neomenia Krionos feria VI, Martij XXVIII. Vtrunque etiam monuit Ptolemæus; præsertim ubi notat Solis ingressum in Pisces ipsa meridie Nabonassari, quanquam veræ rationes exigunt meridie antecedente. Nam Ptolemæo Sol serius signa ingreditur, quam Tropici anni progressus postulat, die solido, ut alibi a nobis demonstratum, & iamdudum ab Albatenio indicatum. Quia igitur istius Regis meridies titulus est, & epocha priscorum Canonum προχείρων Astronomiæ, eclipsium, & motuum cælestium a priscis Chaldæis obseruatorum, denique quia omnium veterum Epocharum tam cælestium, quam historicarum nobilissima est, ideo in libro V de Emend. Temporum nihil, quod ad eam illustrandam facit, a nobis prætermissum est. Nihil igitur deesse videbatur, nisi in Canonem Regum Babyloniæ incidissemus, quorum primus est in eo iste Nabonassarus. quo quidem egregio vetustatis monimento nihil ad hanc Epocham illustrandam magis necessarium esse puto, siquidem is Canon incontaminatus ad nos peruenisset. Sed vanidica & futilis Genethliacorum natio Regum quidem ipsorum memoriam fideliter conseruauit, annos autem eorum fœdissime conturbauit. Interuallum quidem a Nabonassaro, ad Mardokempadum, quem Scriptura priore parte nominis Merodach vocat, item illud ab imperio Cyri Babylonico, ad excessum Alexandri, indelibatum, & integrum relictum est. Cætera in medio miseris modis deformata. Quid enim contaminatius esse potest, quam initio Nabopollassari, quod iste Canon statuit anno Nabonassari 104, Ptolemæus autem 123? Nam ne in eo erratum esse quis suspicetur, cautum est obseruatione defectionis Lunaris, quæ ab Astronomis eius æui notata est anno quinto Nabopollassari, 127 Nabonassari. Rursus regum Persidis annis non bene consultum est, si non omnibus, tamen quibusdam. ut non meliore fide essent in Regum Persarum, quam in Babyloniorum annis exponendis. Et tamen quum hæc ita se habeant, interuallum a Thoth primo Nabonassari, ad exitum Mardokempadi, & hinc ad Cyri Babylonicum imperium, & inde ad excessum Alexandri, religiose custodierunt. Hoc est, quod Georgius Syncellus, quum de hoc Canone loqueretur, quem κανόνα μαθηματικὸν vocat, retulit: ἐν ἄλλοις ἤ πσιν αὐτοῦ διαφορὰν εὑρήσεις ἐν τοῖς κατὰ μέρος, ἐν ἤ τῷ πλὴν τὴν ἰσότητα. In omni regum serie, si interregna intercesserint, & error in temporum ratione commissus sit, quanuis in annis regum peccari posse concedimus, plus tamen in interuallis propter seditiones, & rerum perturbationem, quam in Regum annis, errari necesse est. Quare quum in hoc Canone duo sint interregna, maiorem partem errorum in ea deriuandam esse putauimus. Ideo quæ deesse videbantur usque ad initium Nabopollassari, in illis ea suppleuimus. Quum autem hic Canon Nabuchodonosoro annos XLIII attribuat, recte quidem putat, siquidem illos ab expeditione Syriaca, qua cum patre imperium partitus est, deducamus. quod quidem in controuersiam vocandum esse nemo paulo doctior concesserit: quum de eo Berosus & sacra historia dubitare non sinat. Quare qui hos reges collegerunt, interualla, de quibus inter omnes constabat, diligenter retulerunt, in singulorum autem regum annis digerendis, quia exploratos non habebant, a coniectura subsidium petiuerunt. Itaque non omnes successores Nabuchodonosori accurate exposuerunt, præsertim quum Nabonido, quem expugnauit Cyrus, XXXIIII annos attribuant. Melius enim ipsis Annalibus, & Beroso creditur. Præterea Laborosardachum, qui & Baltasar, omiserunt: Et tempus a fuga Nabonidi, ad expugnationem eius in munimento Borsippis, non apposuerunt, quod est triennij solidi, post quod triennium consurgit initium imperij Babylonici Persarum in hoc Canone. Illud vero præclare, quod nouem annos Cyro assignant, initio eorum, non a capite Persici imperij sumpto, sed a Nabonido Dario Mede expugnato. Nos igitur primum Canonem ipsum Astronomorum cum suis regibus posuimus, & illis annis, qui singulis Regibus a Canone definiuntur. Secundo loco retulimus Canonem ipsum ita, ut ab Ecclesiasticis, præsertim Aniano & Panodoro, castigatus vel potius temeratus est, ut inuita historia cum editione Septuaginta interpretum conueniret. Tertius versus habet eundem Canonem ex probabili coniectura digestum. Non enim omnia explorata sunt. Nobiliora tamen interualla constant: atque adeo in partibus non ita portentose a vero discedimus, ut Ecclesiasticus Canon, aut ipse mathematicus. Qui Nabonassarum cum Salmanassaro eundem faciunt, perinde nugantur, ac qui Sennacherib eundem cum Salmanassaro esse dicunt. Hoc alibi a nobis satis ventilatum. Quod autem a Thoth suo Aegyptij primum annum Nabonassari putant, non ideo faciunt, quod ipse neomenia Thoth Aegyptijs imperare cœperit. nunquam enim Aegyptij annos suos populares a Thoth Nabonassari nume-

CANON MATHEMATICVS REGVM BABYLONIÆ A NABONASSARO.

		Secundum Genethliacos.		Secundum Ecclesiasticos.		Secundũ probabilem modũ	
		Anni regni.	Anni collecti.	Anni regni.	Anni collecti.	Anni regni.	Anni collecti.
1	Nabonassarus.	14	14	25	25	14	14
2	Nassius.	2	16	8	33	2	16
3	Chinzerus, & Porus.	5	21	5	38	5	21
4	Dilulæus.	5	26	5	43	5	26
5	Mardokempadus.	12	38	12	55	12	38
6	Arkeanos.	5	43	5	60	5	43
	INTERREGNVM.	2	45	2	62	12	55
7	Belithus.	3	48	3	65	3	58
8	Aporonadicus.	6	54	6	71	6	64
9	Herigebalus.	1	55	1	72	1	65
10	Nesnoemondacus.	4	59	4	76	4	69
	INTERREGNVM.	8	57	8	84	17	86
11	Ieraedinus.	13	80	13	97	13	99
12	Saosduchinus.	9	89	9	106	9	108
13	Kiniladachus.	14	103	14	120	14	122
14	Nabopollassarus.	21	124	21	141	29	152
15	Nobuchodonosorus Fil.	43	167	43	184	31	181
16	Illoaradamus.	3	170	5	189	2	183
17	Neregasolaros	5	175	3	199	4	187
0	Labarosordachos.	0	0	0	0	1	188
18	Nabonadios.	34	209	17	209	17	205
0	INTERREGNVM.	0	0	0	00	3	208
19	Cyrus.	9	218	31	240	9	217
20	Cambyses.	8	226	8	248	8	225
21	Darius Hystaspides.	36	262				
22	Xerxes.	21	283				
23	Artaxerxes prior.	41	324				
24	Darius ii Nothus.	19	343				
25	Artaxerxes posterior.	46	389				
26	Ochus.	21	410				
27	Arsus.	2	412				
28	Darius iii Arsami.	6	418				
29	Alexander Magnus.	6	424				

numerarunt: sed soli Astrologi Aegyptij ea epocha usi sunt propter Chaldæos, qui longissimi temporis obseruationes suas ab initio Nabonassari repetebant. Quemadmodum enim Aegyptij annos Philippi a Thoth suo deducunt, qui incurrit eo anno in Decembrem Iulianum, quum tamen antea diebus æstiuis illius anni Alexander obijsset: sic primum annum Nabonassari a Thoth suo, non ab ea die, qua imperare cæpit, deducunt. Omnino scias epocham Nabonassari nunquam in usum popularem Aegyptijs receptam fuisse, quum Nabonassar nunquam ipsis imperauerit. sed tantum ab astronomis usurpatam fuisse, ut eorum ψηφοφορία cum Chaldaica conueniret. Hoc ego monui propter carcinomata quædam literarum, & Prophetas nescio quos, qui Nabonassarum astronomum fuisse in somnis viderunt.

XLVIII *Ad initium Ezekiæ.*] Huius quoque Regis Epocha demonstratiua est. Sextus enim & tertiusdecimus annus eius sunt Sabbatici. Ab initio Ezekiæ, ad casum Sedekiæ, anni sunt absoluti 138. Ergo anno 139 Ezekiæ contigit casus Sedekiæ: qui, ut scribit Ieremias, erat Sabbaticus. At numerus 139 uno minus septenarius est. id est, unitas illi deest ad complementum septenarij. Ergo annus primus Ezekiæ cœpit a secundo Hebdomadis. Si enim anno 140 Ezekiæ exitium Sedekiæ contigisset, annus primus Ezekiæ proculdubio iniuisset a primo Hebdomadis. Itaque sextus & tertius decimus sunt Sabbatici per demonstrationem: quod & ipsum ex historia patet, quæ & ipsa quoque demonstratiua est. Anno enim XIIII Ezekiæ, qui erat annus, quo ad Ezekiam legatos misit Mardokempadus, Isaias Propheta ita regem affatur: *hoc anno tu comedes* ספיח, &c. cap. XXXVII, 30. quod profecto anno proximo post Sabbaticum accipiendum esse constat ex XXV, 5 Leuitici. Aliter accipit doctissimus Magister Solomo, annum primum, secundum, tertium in verbis Prophetæ esse primum, secundum, tertium ab expeditione Sennacherib. quod quanuis admodum laudamus, tamen verum non est. Negari enim non potest annum XIIII Ezekiæ fuisse proximum post Sabbaticum, id est primum Hebdomadis, & quia incommoda belli cum anno Sabbatico concurrerant, propterea ex duplici caussa annonæ caritatem geminatam fuisse. Adde, quod scriptura non solet dicere annum primum, secundum alicuius expeditionis, aut gesti, nisi adiuncto nomine regis, aut caussa gesti. at quum annum primum, secundum pure sine adiectione dicit, tunc esse notam temporis ciuilis, puta Hebdomadis, aut Iobel, aut epochæ, ut trigesimus ille annus initio Ezekielis. quo quidem nihil verius est.

L *Ad casum Oseæ.*] Ex dinumeratione annorum Regum Samariæ certum tempus exitij illius regni colligi non potest. sed potest ex VI anno Ezekiæ. Anno quarto regis illius obsessa est Samaria per triennium. II Reg. XVIII, 10. Ergo anno VI Ezekiæ currente capta: quem Sabbaticum fuisse constat ex superiore Diatriba. Itaque idem contigit utrique regno Samariæ & Iudæ, ut anno Sabbatico utriusque exitium contigerit: addo etiam eodem cyclo Lunari. Annus captæ Samariæ 3991. Annus excidij Ierosolymorum 4124. Differentia, anni 133: nimirum XIX hebdomades annorum; ergo & VII enneadecaeterides, quæ pius Lector notet. Addo etiam Ierosolyma a Sosio & Herode anno Sabbatico capta.

LII *Ad initium Mardokempadi.*] Markokempados Græcis, Chaldæis *Merodach-ken-pad:* Scripturæ prima parte nominis Merodach tantum dicitur, (quod est idolum Babylonicum. Ieremiæ L, 2.) quintus in regni possessione a Nabonassaro, filius Bel Adan, non autem Nabonassari, ut olim non sine caussa suspicabamur antequam in Canonem astronomicum incideremus. Iste anno VIII regni sui legatos ad Ezekiam Regem misit, quo tempore duo notabilia contigerunt, exercitus uniuersi Assyriorum diuinitus percussi internecio, & Solis obscurissima defectio, Romulo rege de viuis ad Capreæ paludem sublato. Huius regis initium consurgit ex XXVII anno Nabonassari, quo, & sequente, tres defectiones Lunæ contigerunt, auctore Ptolemæo ex Chaldaicis obseruationibus. Qui in inuestiganda Mundi Epocha minimum errarunt, plus dicunt annis XVIII, quam nos, vel potius, quam ratio ipsa. Itaque ex eorum rationibus annus primus Ezekiæ Regis cadit in annum secundum Nabonassari, hoc est periodi Iulianæ 3968. a quo, ad initium Merodach, id est annum 3993, interuallum est annorum XXV. Ergo Merodach anno vigesimo quinto ante initium imperij sui legatos ad Regem Ezechiam misit: quod est absurdissimum. Plura vide in V de Emendatione Temporum.

LIII *Ad prædicationem Ieremiæ Prophetæ.*] Nobilissima est hæc Epocha: a qua totum volumen Ieremiæ, eiusque prædicatio pendet. ideoque non sine caussa statim initio libri mentio eius inijcitur. Neque id satis erat. Iteratur enim Capite XXV, 3. Propterea enim Deus misericors & clemens peruicacissimo populo commeatum XL annorum condonat, ut intra illud tempus resipiscere, & imminens exitium declinare possit: quemadmodum per totum librum, & præsertim Cap. XVIII, 18, & deinceps, diserte exponitur. Igitur XL annos continuos frustra populum insanum ad resipiscentiam reuocare studuit. Tot enim anni sunt a XIII anno Iosiæ Regis ad excidium Templi.

LIIII *Ad initium Nechao.*] Vnum tantum Nechao regem statuit Herodotus. Manetho duos, si Africano credimus. quod nobis suspectum est, ut suo loco disputabitur. Nos Herodotum in eo sequimur. Consentanea enim scripturæ dicit. Hic anno XVII regni sui regem Iosiam interfecit in campestribus Mageddo, ut extat in Rg. II, & Paralip. II. Locum etiam designauit Herodotus Magdolum, cuius non semel mentionem fecit Ieremias. Sed Magdolum est in finibus Aegypti, & Palæstinæ, Maggeddo autem in interiorib. Palæstinæ. Tanta clades ibi fuit, ut non aliter in prouerbium cesserit, quam Cannensis strages apud Roma-

Romanos. Testis Zacharias Propheta XII, 11, Apocalyps. XVI, ubi vocatur Αρμαγγεδὼν, non Μαγεδδὼν. Magna concordia est hic Herodoto cum sacra pagina. quo auctore quid præstantius hodie extat in Græcorum monimentis? Non est cuiusuis de tanto scriptore sententiam ferre.

LV *Ad initium Nabopollassari.*] A CXXIII anno Nabonassari init primus annus imperij Nabopollassari, ut diserte extat in obseruationibus eclipticis priscorum Chaldæorum apud Ptolemæum ex Hipparcho: quæ non magis fallere possunt, quam ipsa utriusque sideris deliquia. Canon Astronomicus attribuit illi ἔτη ΚΑ & in margine ἔτη Κϛ, vitiose pro ΚΘ. propter similitudinem inter ϛ & Θ. Eadem constantia extat in Berosiano fragmento, εἴκοσι ἕν, εἴκοσι ἐννέα. Sed εἴκοσι ἐννέα recta est lectio. XXIX enim annos solidos imperauit, & trigesimo decessit: de quibus tredecim imperium cum filio communicauit. Eius anni XXX, qui ultimus illi & vitæ, & imperij fuit, meminit, ut toties diximus, Ezekiel Propheta statim initio libri sui.

LVI *Ad initium Ithobali secundi Tyriorum Dynastæ.*] Ad distinctionem Ithobali eius, qui fuit socer Achabi Regis Samariæ, iste vocetur a nobis Ithobal secundus. Iosephus eruditissimus & πολυιστορικώτατος scriptor ab initio huius Ithobali, ad XIII annum Iromi secundi, putat annos LIIII, menses III ex Phœnicum Annalibus. Annus autem Iromi tertiusdecimus absolutus ex auctoritate eorundem Annalium incidit in initium Cyri Persarum regis: hoc est in annum periodi Iulianæ 4154. Deductis annis LIIII solidis de initio Cyri, remanet initium Ithobali annus periodi Iulianæ 4100, aut 4099 plus minus.

LVII *Ad initium Nabuchodonosori.*] Anno excessus Nabopollassari Nabuchodonosorus in Babyloniam reuersus est, accepto de obitu patris nuncio, ut auctor est Berosus, anno nimirum periodi Iulianæ 4119, expugnata Tyro, quam XIII annos obsidione presserat; qui deducti de 4119 relinquunt annum expeditionis Nabuchodonosori primum 4086 in periodo Iuliana: qui quidem erat quartus Ioakim filij Iosiæ. Ierem. XXV, 1. Iam de annis Regum Iuda dubitare non possumus, quum quartum Ioakimi demonstratione historica teneamus: quod omnes Chronologos hactenus fugit, propterea quod monimenta Græcorum partim neglexerunt, partim non intellexerunt, aut omnino non consuluerunt. Aliter probatur per annum expugnatæ Tyri.

LVIII *Ad deportationem Iechoniæ regis Ierosf. & initium LXX annor.*] Hæc partim pendent a LV Epocha: ubi quintus annus Iechoniæ est trigesimus Nabopollassari, & infra ad Epocham LX repetitur. Secundum illa, quæ utrobique demonstrantur, annus capti Iechoniæ est 4114 in periodo Iuliana. Hinc orditur Ieremias LXX annos deportationis Babylonicæ; cap. XXIX, 10, ubi & diserte septuaginta annorum fit mentio XXIIII, 5, 6, & spem facit deportatis reditus in patriam: quod & perspicue sine ullo ænigmate Ezekiel expressit XI, 16, ad finem usque. Et sunt, qui Ieremiæ & Ezekieli audent præscribere, & a capto Sedekia Hebdomadas illas deducere? Vnde eorum rationes huius interualli exitum deducunt ad decimum annum post obitum Cyri, ut Cyrus etiam apud inferos decimo anno post obitum suum de restitutione Hebræorum edicta faciat. In hoc insanientium numero non postremas occupat Benedictus Pererius, qui non solum a Sedekiæ casu has Hebdomadas deducit, sed etiam eos postulat delirij, qui a capto Iechonia numerant. An Ieremiam huius sententiæ auctorem cum illis, qui eum sequuntur, delirum facit, ipse viderit. certe is per totum Commentarium suum in Danielem fidem facit se harum rerum imperitissimum esse. Tanti illi fuit decem libros in illum Prophetam scribere, non alia de caussa, quam ut suam inscitiam in carpendis alijs, ambitionem in tam immani, tam inutili mole commentarij posteris testatam relinqueret.

LIX *Ad expugnationem Tyri.*] Annis expeditionis Syriacæ Nabuchodonosori adde XIII solidos, per quos Tyrus oppugnata. Annis expeditionis 4106. Ergo 4119 est annus expugnatæ Tyri. Tam annus oppugnationis demonstratiuus est, quam XIII illi anni obsidionis, qui diserte extant in annalibus Phœnicum. Aliter: Ab initio Ithobali, ad initium Cyri, intercesserunt anni LIIII, menses III. Regnauit Ithobalus annos XIX, quibus de LIIII deductis, remanent XXXV anni ab excessu Ithobali, ad initium Cyri: quibus si adieceris XIII annos oppugnationis Tyri, & aggregatum de initio Cyri, id est de anno 4154, deduxeris, remanet annus 4016, primus scilicet tam oppugnationis, quam expeditionis Nabuchodonosori, idemque septimus currens Ithobali. Iosephus: οὐκοῦν ὁ σύμπας χρόνος ἔτη πεντήκοντα τέσσαρα, καὶ τρεῖς μῆνες πρὸς αὐτοῖς. ἑβδόμῳ μὲν γὰρ * περὶ ΤΗς Ναβουχοδονοσορος βασιλείας ἤρξατο πολιορκεῖν Τύρον. Et antecedentia, & ea, quæ ante demonstrauimus, satis vincunt legendum esse: ἑβδόμῳ μὲν γὰρ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας Ναβουχοδονόσορ, &c. De tempore oppugnationis XIII

 annorum

annorum idem præſtantiſſimus ſcriptor: καὶ Διοκλῆς δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν περσικῶν μνημονεύει τούτου τοῦ βασιλέως (nempe Ναβουχοδονοσόρου) καὶ Φιλόστρατος ἐν ταῖς Ινδικαῖς αὐτοῦ καὶ Φοινικικαῖς ἱστορίαις, ὅτι οὗτος ὁ βασιλεὺς ἐπολιόρκησε Τύρον βασιλεύοντος κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν Ειθωβάλου τῆς Τύρου. Deprehenſus eſt primus annus oppugnationis demonſtratiue, quem nemo negare poteſt fuiſſe primum expeditionis Nabuchodonoſori, niſi cum Beroſo, Megaſthene, & Annalibus Phœnicum, atque adeo cum omni antiquitatis memoria pugnam cōmitrere poſtulat. Nam ex illis manifeſtum eſt propter defectionem Tyri ſtatim Nabuchodonoſorum a patre ad rebellem Tyri Dynaſtam miſſum fuiſſe. Hæc omnino cum ſacris libris conueniunt. Et quidem nemo antea hoc demonſtrare potuit. Itaque deprehenſo primo anno expeditionis Syriacæ, adipiſcimur annum quartum Ioakimi, & conſequentur tam eorum regum, qui antecedunt; quam qui quartum Ioakimi annum ſequuntur.

Ibid. *& exceſſum Nabopollaſſari.*] Annus trigeſimus currens Nabopollaſſari eſt tertiuſdecimus abſolutus, vel XIIII iniens expeditionis Syriacæ ſecundum ea, quæ demonſtrata ſunt, & ſeptimus Ithobali, & quintus abſolutus capti Iechoniæ. Nam anno VIII completo expeditionis ſuæ Nabuchodonoſorus Iechoniam regem una cum Ezekiele in Babyloniam deportauit. Quinto anno vertente viſio eſt oblata Ezekieli, qui profecto erat trigeſimus Nabopollaſſari ex demonſtratis. Quare ille trigeſimus annus, cuius ſtatim initio Prophetiæ ſuæ meminit, quum dicatur eſſe quintus capti Iechoniæ, manifeſto eſt annus Nabopollaſſari. Adde, quod Propheta in illis regionibus ſcribebat, in quibus regnabat Nabopollaſſarus. Ecquis igitur annus ille fuerit, niſi Nabopollaſſari? Futilitas de libro legis inuento, quo nihil iocularius excogitari potuit, & de trigeſimo anno Iobelei, quo nihil falſius eſſe poteſt, ſatis a nobis exagitata eſt alibi, præſertim in Prolegomenis de Emend. Temp. Et ſunt tamen, qui ſomnijs ſuis indulgere malunt, quam demonſtrationibus veris victas manus dare. Quam portentoſa ſunt eiuſmodi ingenia. Quia vero adhuc ceruicoſi quidam aduerſus torrentem brachia dirigunt, & trigeſimum illum annum volunt trigeſimum Iubilei eſſe, age uno verbo amentiam eorum confutemus. Annus quintus Sedekiæ, quod negare non poſſunt, erat primus hebdomadis, ſiquidem ultimus erat Sabbaticus. At trigeſimus annus unius Iubilei eſt ſecundus quintæ hebdomadis. quod ſi annus quintus Sedekiæ erat trigeſimus Iubelei, erat igitur ſecundus annus Hebdomadis. Atqui erat primus, ut paulo ante oſtendimus. Quod eſt abſurdum. En iecur prophetarum huius æui, qui in profanis literis nihil veri extare hariolantur. Dicant igitur nobis, ſi trigeſimus ille annus neque ad Iubileum, neque ad librum legis repertum pertinet, quo illum referunt? Expecto quid dicturi ſint.

LX. *Ad initium VVaphris.*] Hic eſt, qui Herodoto Απρίης, Ieremiæ XLIIII, 30, חפרע *Aphrea* dicitur: Maſoritis חָפְרַע *Ophrea:* cuius anno quinto captus eſt Sedekias, & reliquiæ Iudæorum de illa clade ad eum confugerunt, auctore Ieremia ibid. Africanus, & poſt eum Euſebius: Οὐάφρης, ᾧ προσέφυγον, ἁλούσης ὑπὸ Ασσυρίων Ιερουσαλήμ, οἱ τῶν Ιουδαίων ὑπόλοιποι. Quum hæ reliquiæ multum creuiſſent in Aegyto, earum ἀποδασμὸν in Hyrcaniam, & Mediam, & Caſpium mare traduxit Artaxerxes Ochus: ut extat in Canone Euſebiano.

LXI. *Ad excidium Templi.*] Qui minimum interuallum a conditu Templi, ad excidium eius ponunt, conſtituunt illud annorum CCCCXXX, aut CCCCXXXI: quos refellit exacta annorum regni Iuda ſeries: ex cuius contextu illud interuallum eſt præciſe annorum CCCCXXVII. quibus ſi adieceris interuallum ab Exodo, ad conditum Templi, colligentur anni 907 abſoluti. Itaque anno 908 labente omnino contigit excidium Templi, & caſus Sedekiæ. Exceſſus Moſis, id eſt quadrageſimus annus ab Exodo, eſt primus Hebdomadis annalis: & conſequenter annus XLVII eſt primus Hebdomadis, utpote primus γεωργίας, ſiue κληρουχίας, quemadmodum ad XXXIII Epocham demonſtratum eſt. Deductis 47 de 908, remanent anni abſoluti 861 a primo anno primæ Hebdomadis, ad caſum Sedekiæ; quæ ſunt Hebdomades CXXIII. Atqui ultimus Sedekiæ erat Sabbaticus, teſte Ieremia XXXIIII, 9, 10. Itaque annus ultimus Sedekiæ, hoc eſt ab Exodo, ad eius caſum, non poteſt eſſe neq; maior, neq; minor. Nam Sabbaticū omnino eſſe neceſſe eſt. Et qui aliter ſtatuūt, tota errāt via. Anno igitur Sabbatico deleta ſunt Ieroſolyma, quæ ſua Sabbata celebrarunt, hoc eſt ceſſauerunt, uſque ad reditum Iudæorum, ut eſt in fine Paralipomenon: non quod inde capiendum ſit ſeptuaginta annorū initiū, ut Theologaſtrorum natio hariolatur: ſed quod ceſſauit terra, & ab omni cultura vaſta fuit, quemadmodum anno ſeptimo Hebdomadis omnis agricolatio & cultus terræ ceſſare ſolet. Quod autem memoria annorum Sabbaticorum etiam in exilio retenta fuerit, patet ex XXIX, 27 Ezekielis, qui annum decimum Sedekiæ vigeſimū ſeptimū Iobel fuiſſe dicit. Annus decimus Sedekiæ erat 907 ab Exodo: Deductis per regulam perpetuam 47, & reſiduo 860 in 49 diuiſo, relinquuntur Iobelea XVII abſoluta, & XXVII annus inſuper currens de XVIII Iobel. Apud Ezekielem mentio

mentio non quidem Iobel, sed anni tantum sit. Nam annos Hebdomadis & Iobel, sine adiectione usurpabant. Ierem. xxviii, 1. *Et accidit hoc anno, principio Sedekiæ regis Iuda, quarto anno, quinto mense.* Non dixit quarto anno Hebdomadis, aut Semittah. Quum igitur xxix, 27 Ezekielis vigesimus septimus annus sine mentione Iobel positus sit, ecquem annum vigesimum septimum intelligere debemus, præter annum Iobel, præsertim quum ille annus fuerit vigesimus septimus Iobel? Quæ ibi & Iudæorum & nostri interpretes somniarint, non referam. Qui verum adeptus est, quid opus habet de falso triumphare? Hinc colligitur, quam imperite Iudæi annum trigesimum, cuius mentio in principio Ezekielis, ad Iobel referunt. Nam si decimus annus Sedekiæ est vigesimus septimus Iobel, quomodo quintus annus potest esse trigesimus Iobel? Sed negari non potest ut epochæ Mundi, ita etiam Hebdomadum & Iobeleorum rationem omnem ignoratam fuisse. Nos infra subiecimus Indicem omnium Iobeleorum ab anno primo γεωργίας, ad excidium posterioris Templi, ne diutius tam necessaria res ignoretur, & præterea ut firmemus sub utroque Templo Iobelea obseruata fuisse. Quis enim sanus putauerit Iudæos sub posteriore Templo Iobelea neglexisse, quo tempore obseruantissimi ceremoniarum fuerunt, ita ut quadragesimo nono anno vertente prædia vendita ad priores possessores non redirent? Certe hoc putare, est insanire, præsertim quum in Digestis Talmudicis tam curiose de iure prædiorum disputetur, quæ sub tempus Iobelei ad priores dominos redirent. In hac igitur Tabella primo versu habes lineam Iobeleorum omnium, secundo annos collectos, tertio annos mundi, quibus Iobelea aut celebrata sunt, aut celebrari oportuit. Quum enim Philistæi & Alienigenæ Hebræos opprimerent, an illis Iobelea obseruare vacauerit, non immerito quis dubitare possit. In quartum versum annos Regum coniecimus, quibus contigerit exitus Iobelei. Stante Templo priore, Iobelea obseruata fuisse docet Ezekiel cap. xxix, 27, ut supra demonstratum est. Sub secundo Templo negare obseruata fuisse, hoc vero est negare eo tempore ullam legis obseruantiam fuisse. Quomodo enim Gens legis suæ studiosissima illi præcepto affirmatiuo satisfacere potuisset, quo quinquagesimo anno ineunte prædia tam rustica, quam urbana ad priores dominos redirent? Iesus Siracides in prooemio Ecclesiastici scribit se in Aegyptum venisse anno xxviii sub Ptolemæo Euergete. Non dixit anno xxviii Ptolemæi Euergetæ, qui annos tantum xxvi regnauit. Quum igitur ille vigesimus octauus annus neque Ptolemæo Euergetæ attribuatur, neque tot annos ille Ptolemæus regnauerit, haud dubium est, quin de anno xxviii Iobel intelligendum sit. Illud Iobel currebat a x anno Ptolemæi Philadelphi, desinens in xx Ptolemæi Euergetæ. Annus igitur vigesimus octauus vigesimi quarti Iobel, quo scribebat Iesus Siracides, erat ix Euergetæ, numero Eusebiano MDCCLXXIX. Quod certissimum est. Hinc, & ex Ezechiele, & Ieremia, docemur annos Iobel, & Hebdomadis, sine mentione Iobel, aut Hebdomadis, a scriptura usurpari solitos. Sic Aethiopes annos periodi

TABVLA OMNIVM IOBELEORVM A PRIMO, AD VLTIMVM, QVOD DESIIT *in anno ante excidium Templi posterioris.*

Linea Iobeleorum.	Anni Iobeleorũ collecti.	Anni Mundi.	Epochæ Iobeleorum in annis Regum.
		2499	
1	49	2548	anno 95 post mortem Mosis.
2	98	2597	
3	147	2646	
4	196	2695	
5	245	2744	
6	294	2793	
7	343	2842	
8	392	2891	3 anno Dauid.
9	441	2940	11 anno Solomonis.
10	490	2989	2 anno Asa.
11	539	3038	10 anno Iosaphat.
12	588	3087	19 anno Ioas.
13	637	3136	28 anno Amasiæ.
14	686	3185	48 anno Azariæ.
15	735	3234	13 anno Ezechiæ.
16	784	3283	33 anno Manasse.
17	833	3332	25 anno Iosiæ.
18	882	3381	21 anno excidij Templi.
19	931	3430	primo Darij Hystaspis.
20	980	3479	14 anno Xerxis.
21	1029	3528	2 anno Darij Nothi.
22	1078	3577	32 anno Artaxerxis Memoris.
23	1127	3626	anno obitus Alexandri.
24	1176	3675	9 anno Philadelphi.
25	1225	3724	20 anno Ptol. Euergetæ.
26	1274	3773	2 anno Ptol. Philometoris.
27	1323	3822	16 anno Ptol. Euergetæ secũdi.
28	1372	3871	primo Ptol. Dionysij.
29	1421	3920	13 anno Augusti.
30	1470	3969	19 anno Christi.
31	1519	4018	68 anno Christi.

Dionyſianæ ut plurimum ſine adiectione putare ſolent: quum tamen aliquando annos Gratiæ citare ſoleant. Scito autem epochas annorum mundi, quas hic poſuimus, eſſe annum ultimum Iobelei, non primum. Nam illæ omnes epochæ ſunt ſeptenariæ. Atqui Iobel indicebatur anno primo Hebdomadis. Itaque primum Iobel indictum fuit non in anno Mundi 2548, ſed ineunte 2549: ut diſerte extat in Leuitico. Ita de alijs iudicabis. Semittah enim inibat neomenia Tiſri. id eſt, annus ſeptimus remiſſionis complebatur in ipſa neomenia Tiſri, quum iam iniret primus Hebdomadis ſequentis. Deuteronomij xv, 1. At Iobel, anno xlix completo indicebatur in x Tiſri anni quinquageſimi. Leuit. xxv, 9. Itaque quemadmodum a neomenia Tiſri ineuntis Hebdomadæ, ad neomeniam Tiſri deſinentis Hebdomadæ, ita a x Tiſri ineuntis Iobel, ad x Tiſri deſinentis Iobel, erant ſeptem hebdomadæ hebdomadarum: hoc eſt anni xlix abſoluti. Sed ad excidium Templi reuertamur. Id, ut vidimus, contigit anno Sabbatico, 390 annis ab apoſtaſia Ieroboami, 40 autem a prædicatione Ieremiæ. Ita enim intelligendus locus ille Eezekiélis a Iudæis peſſime vexatus, cap. iiii, 4, 5, 6. Hieronymus in eius loci explicatione ſententiam eorum ſequitur.

LXII *Ad initium Iromi ſecundi.*] Secundus vocatur ad differentiam eius, qui cedros, & opifices Solomoni ad Templi conſtructionem ſubminiſtrauit. Eius anno xiiii Cyrus inibat imperium in Perſide. Ioſephus ex annalibus Phœnicum: *τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς Εἰρώμου (βασιλείας) Κῦρος ὁ Πέρσης τὸ κράτος παρέλαβεν.* Non igitur operoſum fuerit huius regis initium deprehendere. Nam xiii anni ſolidi de anno periodi Iulianæ 4154 deducti, qui eſt annus primus Cyri, relinquent initium Iromi in anno periodi Iulianæ 4141. Huius Regis annus quartuſdecimus fecit, ut initio Ithobali deprehenſo, ex ſeptimo eius anno primum expeditionis Syriacæ Nabuchodonoſori e latebris eruerimus. Vnde colligi poteſt, quam neceſſaria ſit hæc epocha, & illa Ithobali, ut ex xiiii anno Iromi ſeptimus Ithobali, ex ſeptimo Ithobali primus expeditionis Syriacæ inueſtigetur. Ioſephus enim ex Annalibus Phœnicum liiii annos cum iii menſibus putat ab initio Ithobali ſecundi, ad xiiii Iromi ſecundi. Sed deprehenſo xiiii anno Iromi, qui concurrebat cum primo imperij Cyri, initium Ithobali eruitur, & hinc annus ſeptimus eiuſdem, primus nimirum expeditionis Syriacæ, quem primum Nabuchodonoſori ſcriptura vocat. Rurſus hæ epochæ confirmant noſtram de anno trigeſimo apud Ezekielem ſententiam, quam alioquin ex Ptolemæo didiceramus. Denique antequam ad illos annales Phœnicum mentem adijceremus, idem & de illo trigeſimo anno, & de annis Regum Iuda, & de Epocha Exodi pronunciauimus. Sed quando hæc omnia æquum lectorem inuenient? An illis hoc promittere poſſim, equidem neſcio. Hoc unum ſcio, nondum inueniſſe, qui aut intelligerent, aut ſaltem amarent.

LXIIII *Ad exceſſum Nabuchodonoſori.*] Iechonias anno trigeſimo ſeptimo deportationis ſuæ teſte Ierem. lii, 31, in integrum reſtitutus eſt ab Evviſmerodacho filio Nabuchodonoſori, quem Canon Mathematicus vitioſe Illoaradamum vocat: quod eſt idem nomen, ſed vitioſe a Græculis conceptum. Annus capti Iechoniæ 4114. Adiectis 36 ſolidis, conſurget annus exceſſus Nabuchodonoſori, & primus Evvilmerodachi 4150. de quibus detracto anno exceſſus Nabopollaſſari 4119, remanebunt anni xxxi imperij Nabuchodonoſori, quos poſt patrem ſolus regnauit. xii autem cum patre regnauit. Fiunt omnes anni ab expeditione Syriaca, ad exceſſum Nabuchodonoſori, xliii, ut recte quidem extat in Canone Mathematico, ſed illi anni adſuum tempus conuenienter οὐκ ἔστι χρονίσθησαν, hoc eſt, relati non ſunt.

LXV *Ad eadem Baltaſari.*] Quod Laboroſardachus Nabuchodonoſori ex filia nepos non alius ſit, quam Baltaſar, tam validis argumentis a nobis demonſtratum eſt in opere de emend. Temp. ut neque dubitandi ulla cauſſa ſit, neque neceſſitas repetendi. Interfectus eſt ab amicis, ut ſcribit; Beroſus, & Daniel, quos conuiuio adhibuerat, qui antea de eo interficiendo conſilium iniuerant, quorum ſignifer Nabonidus Darius Medes, qui poſt eum a coniuratis in ſolio regni collocatus eſt. Genus mortis exponitur a Beroſo, *ὑπὸ τῶν φίλων ἀπετυμπανίσθη.* Grammatici: *Ἀποτυμπανίσαι, οὐχ ἁπλῶς τὸ ἀποκτεῖναι, ἀλλὰ τυμπάνῳ, ὅ ἐστι ξύλον, ὅπερ σκυτάλην καλοῦσι.* Photius 566, 30: *ὁ δὲ Ἰουλιανὸς σιωπῇ ἐδέξατο καρτερῶν τὰς πολλὰς ἐπὶ τοῦ νώτου διὰ τῶν τυμπάνων πληγάς. καὶ γὰρ πολλαῖς ἐπαίετο βακτηρίαις.* Hoc Gallice vocamus *Maſſaculum.* & verbum *Maſſaculare.* & *ἀποτυμπανισμὸν* *Maſſaculamentum*, qui Siculis & Argiuis olim *Σκυταλισμός*, Romanis Fuſtuarium, quod *ξυλοκοπεῖον* vertit Polybius. Nam, ut ſupra ex Grammaticis retulimus, *τύμπανον* eſt *σκυτάλη.* Gallice *Billot*; *βακτηρία*, ut paulo ante ex Photio. In veteri editione Græca Danielis legebatur, citante Iuſtino, *καὶ ἀπετυμπανίσθη τὸ θηρίον*: pro quo hodierna editio, *ἀνῃρέθη. ῥοπάλοις παίειν* aliter dicitur Olympiodoro *ῥοπάλοις παιόμενος ἀναιρεῖται.* item 762, 25, *Τιμόθεον ῥοπάλοις ἀναιρεθῆναι.* Quia igitur amici illi in conuiuium inermes venerant, *τῷ τυχόντι ὅπλῳ*, telo, quod fors obiecit, ligno, aut ſcamno,

aut tali

aut tali id genus, miserum illum adolescentem regem oppresserunt. Quis non videt hæc cum Danielis verbis conuenire, quanuis genus mortis expressum non sit, ubi tantum mentio fit conuiuij nocturni, & mortis regis in eadem nocte? Quis potuit illum interficere, præter conuiuas ipsos? Hoc non videre, quid aliud est, quam cæcutire? negare, quid aliud, quam insanire? Certe Daniel homini intelligenti nihil aliud designat, quam Baltasarum inter epulas ab amicis obtruncatum fuisse. Nam de obsidione Babylonis sub Cyro, & stramentitio Medorum rege Dario, & alijs, quæ insania Chronologorum commenta est, quid opus est repetere, quæ strenue alibi a nobis confutata sunt? imo, si fas dicere, quæ tanti non erant, ut confutari deberent? Qui nobis impudenter aduersantur, quanuis vero vincuntur, tamen ob hanc unam caussam recalcitrant, quia putant nos solos in ea hæresi esse. Quod si sciuissent ab alio dictum esse, aut illum solum citarent testem, aut me non solum ita sentire dicerent: ac propterea non recusarent vero vinci, modo alio auctore, aut vindice, quam me. Berosus ab excessu Nabuchodonosori, ad initium Nabonidi, interijcit annos sex, menses nouem: unde sequitur, Nabonidi initium cadere in annum 4157 periodi Iulianæ: finem imperij, & fugam eius, in 4173: expugnationem in munimento Borsippeno in 7176, vnde consurgit initium Cyri in imperio Babylonio.

Ibid. *& initium Darij Nabonidi cognomento Medi.*] Hunc Darium Daniel XI, 1, vocat יוֹר הַמָּדִי Μήδου. & VI, 1, מָדָיָא quod idem est cum articulo ὁ. a Megasthene & Abydino Μήδης. caussa cognominis redditur a Daniele IX, 1: *Darius filius Xerxis de semine Medorum*. Quia igitur a Medis oriundus, propterea Medus dicitur, inquilinus Babylonis, ut diserte expressum est apud Adydinum; & perspicue ex Daniele colligitur, quum eum, aut eius patrem Xerxen, aut fortasse auum de semine Medorum fuisse dicit, hoc est oriundum a Medis. Itaque hic pessimi Grammatici hactenus fuerunt, qui aliter apud Danielem illa interpretati sunt; &, quod ridiculum est, ex homine Medis oriundo, Babylonis inquilino, regem Mediæ faciunt. &, nenon sine historico argumento nugari viderentur, cumulum insaniæ addiderunt, quum Astyagen eum esse dixerunt, & ex ludicra Cyripædia Xenophontis id probare conantur. Rursus urgent ex Daniel. V, 28. *Regnum tuum diuisum est, & traditum Medis & Persis*. Ergo duobus regibus, Cyro Persarum, Dario Medorum. Quid ergo facient illo? VI, 8, lex *Medorum & Persarum*. An Cyrus rex Persarum, & Darius rex Medorum eam legem fecerunt? Non ita dicent. Ergo antea unus erat rex, qui eandem legem Persis & Medis sanxit. Ecquis ante Cyrum erat rex Persarum simul, & Medorum? Ester 1, 14, 18, *septem principes Persarum & Medorum*. An Medi primi habebant illos septem principes, quos Herodotus solis Persis attribuit? Futile est argumentum. Persas & Medos ex idiotismo vulgi tam scriptura, quam exotica historia accipit. Notum illud: *Quum Medi irrupere nouum mare*—— Atqui Persæ, non Medi tantum. Rursus Ausonius: *Hunc cuperes rex Mede tuis*, &c. Xerxem ita vocat. Μηδισμὸς in veteri Græcorum historia est factio, siue partes Persarum, non Medorum, quorum tunc regnum nullum erat: imo qui Persarum regno prouincia accesserant. Sed si hoc cerebrosis capitibus satis non est, quis dubitat, Nabonido pulso, regnum Chaldæorum ad Medos & Persas peruenisse, siquidem ad Cyrum Mediæ & Persidis regem traductum est? Quam igitur latebram pertinaciæ quærent? Ineptissimæ velitationes. Videntur tamen sibi acuti homines, & eos, qui e latebris verum eruunt, Grammaticos vocare ludus est. Hoc modo Aristoteles, Hipparchus, & Ptolemæus Grammatici audient, & Sophistis, ac Methodistis vapulabunt.

LXVI *Ad laxationem captiuitatis.*] Annus septuagesimus captiuitatis Iechoniæ in periodo Iuliana 4183 desinit in anno vigesimo nono Cyri ad finem decurrentis. Cyrus autem obijt anno imperij sui XXXI currente. regnauit enim solidos XXX. Itaque Daniel trigesimum primum annum Cyri vocat tertium, quod tertius sit a vigesimo nono, qui Iudæis libertatem reddidit. Quare primus annus Cyri vocetur, alibi perspicue demonstratur. Fabulas Aretalogorum ex Cyripædia missas facimus. Ex Cyripædia aliquid ad fidem gestis aut historiæ faciendam depromere, est inscitiam suam cum odio veritatis coniunctam traducere.

LXVIII *Ad Regifugium.*] Per annos CCXLIIII regnatum Romæ fuisse prodit Varro: Cato per CCXLIII: Eusebius nescio cuius fidem sequutus per CCXL, triennio minus, quam Cato, quadriennio, quam Varro. Itaque prima Palilia Varro in XXIII anno VI Olympiadis, Cato in sequenti anno statuit: Dionysius Halicarnassensis in primo Olympiadis VII: secundum quæ Regifugium conuenit in annum primum Olympiadis LXVIII, annis CCXLIIII a primis Palilibus. Eam tanquam omnium optimam sententiam sequuti sumus.

LXIX *Ad transitum Xerxis.*] Anno, quo Hellespontum Xerxes traiecit, & Athenas incendit, Olympicum ludicrum actum fuisse scribit Herodotus. Quod verissimum est. Xerxes enim traiecit

traiecit Hellespontum vere illius anni, in cuius æstiuis diebus Olympias LXXV celebrata est, Callia Athenis Prætore, die XXI Augusti.

LXX. *Ad obseruationem solstitij.*] Meton & Euctemon solstitium obseruarunt die XXVII Iunij, feria prima, mane, anno periodi Iulianæ 4282, sub finem magistratus Apseudis, ut est apud Ptolemæum. Sed erratum est die dimidio, aut amplius. Solstitium enim fuit horis plusquam sex æquinoctialibus post meridiem eius diei, anno Mundi 3518, quo neomenia Karkinonos fuit feria secunda: nimirum quo solstitium contigit non XXVII, aut amplius, horis ante meridiem feriæ primæ, sed totidem fere horis post meridiem eiusdem, unde sumit initium feria secunda. Ideo eam obseruationem Metonicam & Euctemonicam Ptolemæus vocat τήρησιν ὁλοσχερῆ, non ἀκριβῆ. quod quidem mirandum non est. Non enim illud solstitium ex interuallo vetustioris obseruationis collegit Meto, sed ex suo Heliotropio, quod Athenis in Comitio collocarat. Quam fallax vero sit methodus, quæ τροπὰς & ἰσημερίας Solariorum umbilicis venatur, non adhibito longinquioris obseruationis interuallo, & omnes sciunt, qui eiusmodi rebus operam dant, & nos in Canonibus doctrinæ anni veteris Chaldæorum ostendimus. Heliotropium autem a Metone dedicatum eodem anno, quo solstitium obseruauit, ex Philochoro probat Scholiastes Aristophanis Ὀρνίθων. ὁ ἢ Φιλόχορος ἐν Κολωνῷ μὲν αὐτὸν οὐδὲν λέγει θεῖναι, ἐπ' Ἀψεύδους ἢ τὸ πρὸ Πυθοδώρου ἡλιοτρόπιον ἐν τῇ νῦν οὔσῃ Ἐκκλησίᾳ πρὸς τῷ τείχει τῷ ἐν τῇ Πνυκί. Quem locum vulgo deprauatissimum ita legendum esse in lib. II de Emend. Temp. monuimus. Sub Apseude igitur & solstitium simul obseruatum, & Heliotropium, ex quo illud solstitium indagatum est, ab eodem Metone positum. Sed non primus Meto Heliotropium posuit. Iam antea idem fecerat Pherecydes Syrius, cuius ἡλιοτρόπιον ad suam usque ætatem σώζεσθαι ἐν Σύρῳ τῇ νήσῳ scribit Laertius. Neque ipse Pherecydes primus hoc fecit. Anaximander enim iam antea id excogitauerat. Suidas: Ἡλιοτρόπιον, ὡρολόγιον. γνώμων ἐστὶν τὸ ἐν τοῖς ἡλιοτροπίοις πηγνύμενον. ὅπερ ἐφεῦρεν ὁ Ἀναξίμανδρος, καὶ ἔστησεν ἐπὶ τῶν σκιοθήρων ἐν Λακεδαίμονι. Idem: γνώμων, τὸ ἐν τοῖς ἡλιοτροπίοις πηγνύμενον, ὅπερ ἐφεῦρεν Ἀναξίμανδρος, καὶ ἔστησεν ἐπὶ τῶν σκιοθήρων. quæ verbatim transcripsit ex Laertio.

LXXI. *Ad neomeniam Hecatombæonis πενταετηρίδος.*] Meton post obseruationem solstitij, XIX diebus, id est XV Iulij, neomeniam Hecatombæonis primi Enneadecaeteridos suæ statuit, XIII die Scirrhophorionos, ut scribit Diodorus. quod verissimum esse ratio vincit. Erat annus secundus periodi Atticæ, cuius Scirrhophorion iniuit tertia Iulij. Proinde XV Iulij congruebat τῇ ιγ. Σκιρροφοριῶνος. Sed Meton rationem habuit illius meridiei, in qua neomeniam primi sui Hecatombæonis statuit, non autem feriæ sequentis. Nam secundum hæc neomenia incepit a meridie feriæ quintæ: sed secundum rationem temporis ciuilis ea fuerit feria sexta. Quia vero Enneadecaeteris Metonica maior est VI horis, quam Dionysiana Paschalis, aut Calippica πενταετηρίας, & ex eo excessu post LXXVI annos dies unus rationibus Metonicis accrescit, hinc factum; ut neomenia Metonica in verum tempus ciuile restituta sit. Nam Epacta Iuliana, quæ notaret nouilunium, cæpit esse X, quæ ex regione XV diei Iulij opposita est. Nemo vero antea sciebat neque unde iniuit Enneadecaeteris Metonica, neq; quoto anno quotæ Olympiadis, quoto mense Iuliano, quota die mensis, neque quis modus fuerit illius Enneadecaeteridos. Sed Mathematici hæc sciebant etiam antequam a nobis indicata essent. quid ni? Sufficit Mathematicum esse, ut nihil ignores. Scripta Mathematicorum classis non infimæ, neque minorum gentium satis probant eos Metonem quidem auctorem fuisse Enneadecaeteridos non ignorasse. quæ vero ulterius adiecerunt, ea melius erat taceri.

LXXII. *Ad secundum annum Darij Nothi.*] Daniel initium LXX Hebdomadarum suarum ab edicto secundo instaurationis orditur: hoc est, a secundo anno Darij Nothi: a quo eæ Hebdomades putatæ desinunt in primo anno belli Iudaici. Annus secundus Darij Nothi 4290. Annus excidij Templi posterioris 4783. Interuallum, anni 490, & anni præterea tres. hoc est Hebdomades septuaginta cum dimidia, siquidem accedat dimidium anni. Ipse quoque Daniel præter LXX Hebdomadas addit semissem hebdomadis, quem quidem, imo omnes, hactenus putarunt esse semissem unius de septuaginta hebdomadibus. Sed vide, quæ in opere de Emend. Tempor. de hoc a nobis disputatum est. Hæc vero Eusebiana extant in Chronico Casaubon: Ἐντεῦθεν Ἀφρικανὸς ἀριθμεῖ κατὰ τὴν τοῦ Δανιὴλ προφητείαν τὸν τῶν ο' ἑβδομάδων ἀριθμὸν συντείνοντα εἰς ἔτη υϙ. καὶ εὗροι τις αὐτὰς περαιουμένας μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἀνάληψιν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν Νέρωνος Ῥωμαίων αὐτοκράτορος. καθ' ὃν ἡ πόλις ἀρξαμένη πολιορκεῖσθαι δευτέρῳ ἔτει τοῦ μετ' αὐτὸν βασιλεύσαντος Οὐεσπασιανοῦ, καὶ δευτέρῳ σιβ' Ὀλυμπιάδος τὴν ἐσχάτην ἅλωσιν, ἤγουν αἰχμαλωσίαν ὑπέμεινε. Terminat has hebdomadas Africanus excidio Ierosolymorum, nos belli Iudaici initio. Inter nostram, & illius sententiam, dimidiæ Septimanæ tantum discrimen est.

LXXVIII. *Ad captam Babylonem.*] Hic casus non potest ignorari. Nam præterquam quod omnes uno

uno ore illum conferunt in annum II Olymp. XII, ἄρχοντ⊗ Ἀθήνησιν Ἀριστοφάνους, accedit demonstratiuus character ex cælo, deliquium Lunæ, Septembris XX, Μεταγειτνιῶν⊗ εἰκάδι. Erat enim annus XXVIII periodi Atticæ. Fallitur vero Plutarchus, qui hoc deliquium sideris contigisse scribit εἰκάδι Βοηδρομιῶν⊗, Μυστηρίοις. Mysteria quidem semper conueniunt in XX Boedromionos. sed eo anno neomenia Boedromionos incidit in Kalendas Octobris. proinde Mysteria in XX diem eiusdem mensis. At defectio Lunaris iam antea contigerat vigesima Septembris, εἰκάδι Μεταγειτνιῶν⊗. Itaque manifesto Plutarchum fugit ratio, qui εἰκάδι Βοηδρομιῶν⊗, ac proinde μυστηρίοις, contigisse dicit. Neque melior Arriani sententia, qui Πυανεψιῶν⊗ sidus defecisse tradit. Itaque neque Βοηδρομιῶν secundum Plutarchum hic locum habet, neque secundum Arrianum Πυανεψιών, siue popularis, siue πρυτανείας. Vndecim enim diebus defectio Lunæ ante pugnam contigerat. Vnde pugna commissa Kalendis Octobris, νεομηνίᾳ Βοηδρομιῶν⊗. Calippus in gratiam Alexandri periodum instituit, cuius Hyperberetæus Macedonicus, qui ab hoc argumento Alexandreus vocatus est, conuenit in sextam Octobris, cui respondet Epacta Iuliana XVII. Atque hinc iniuit periodus Alexandrea Calippica. Sed quia Athenienses annum a diebus æstiuis incipiunt, æstate, quæ hunc autumnum proxime sequuta est, instituerunt initium Enneadecaeterides, atque adeo periodi πρυτανείας Calippicæ, quæ omnino Metonicam peremit, ut Metonica antea Octaeterida Harpali de sede deturbarat. Tamen nihilominus multi Metonicam retinuerunt, ut auctores sunt Theo in Aratum, & Diodorus Siculus.

LXXXI *Ad excessum Alexandri Magni, & Thoth Philippi.*] Alexander obijt anno primo Olympiadis CXIIII, Nabonassari 425. Vnde consurgit initium Epochæ Philippi apud astronomos, siue a Philippo Aridæo, qui nomine tenus rex Macedonum fuit, siue a Philippo patre Alexandri, sub quo reformati sunt menses Macedonum, ut constat ex Epistola ipsius Philippi. Nam quamuis longo post obitum Philippi tempore ea epocha in usus ciuiles recepta fuerit, tamen potuit a Philippo patre Alexandri dicta fuisse, quemadmodum Alexandrea Seleucidatum dicta ab eo rege, qui duodecim annis antea in vivis esse desierat.

LXXXII *Ad æram contractuum Seleucidarum Iudaicam.*] Iudæi inibant æram suam contractuum a Nisan anni 3449 in hodierno computo, sex mensibus ante æram Alexandream Antiochensium. Atque ea est, qua liber Maccabæorum prior utitur; quæ a Tisri, ad Nisan, conuenit cum Iudaica: hinc ad Tisri, anteuertitur a Iudaica mensibus sex. Hoc multum imponere potest etiam diligentissimo Lectori in annis, qui vocantur Græcorum in priore Maccabaico. Et certe nemini unquam hæc discrepantia oboluit. Antiocheni enim initium Aeræ Alexandrinæ repetunt ab anno Iudaico 3450, Iudæi, ut diximus, ab anno 3449. Ita enim hodieque Iudæi æram suam Contractuum putare solent. Quare in priore Maccabæorum manifesta est anticipatio annorum Græcorum, qui toties ibi citantur, supra Aeram Antiochenorum. Semper igitur memineris eos annos Græcorum ad 3449, non ad 3450 annum Iudaicum referre.

LXXXIII *Ad æram Seleucidarum Antiochenam.*] Calippus Cyzicenus primus omnium ostendit inutiles rationes Octaeteridos Harpaleæ popularis, quæ annum constituebat dierum CCCLXII, qui est merus Atticus popularis. Nam Lunarem Harpaleam iandudum Metonica Enneadecaeteris excluserat. Is, inquam, Calippus ostenderat in Octaeteridibus nouem Harpaleis, & una Tetraeteride, qui sunt anni LXXVI, menses ciuiles, & Lunares in orbem recurrere. Itaque periodum totidem annorum tam Lunarium, quam popularium, instituit, initio Hyperberetæi Lunaris a VI Octobris capto, idque in gratiam Alexandri Magni, & eius imperij Asiatici, a cuius primo anno, ut antea diximus, periodum suam Lunarem deduxit. sed popularis periodus hinc initium capere non potuit, nisi XIX annis post hoc tempus, XII autem post obitum Alexandri, anno periodi Iulianæ 4402. quo Hyperberetæus Olympicus, id est quartus mensis periodi Olympicæ, statim inibat post κέντρον ὀπωρινὸν, nimirum post VII Octobris, tertia die Hyperberetæi Lunaris. Hæc est ratio, quare XII annis post obitum Alexandri periodus Calippi Alexandrea incipit. Hodieque ea epocha dicitur Alexandrea, Arabibus ἐποχὴ τοῦ δικέρωτ⊗, quia Alexandrum vocant δικέρωτα. quod alibi demonstrauimus. item Alexandri successores *Nubeth dhilkarnain*, διαδοχὴν τοῦ δικέρωτ⊗, *successionem Bicornis*, ut apud Astrologum Tunisiensem, qui penes nos est, legimus. Ijdem Arabes hanc epocham vocant איאם אלרומי *Aiam errumi*, ἡμέρας Ῥωμαϊκάς, quia hodie mensibus pure Romanis constat, quanquam appellationibus Chaldaicis. Γεώργι⊗ quoque ἰατρὸς ὁ Χρυσοκόκκης in suo προχείρῳ ἀστρονομικῷ non raro χρόνους τῶν Ῥωμαίων vocat, quemadmodum Arabes & Persæ, ex quorum lingua Astronomicon illud in Græcam traductum est. Quum autem periodus Calippica duplex fuerit, popularis, & πρυτανείας: id est mensium plenorum, quibus populus utebatur, item

item Lunarium, quibus solus magistratus, τῆς πρυτανείας quidem initium Macedonibus fuit ab Octobri anni imperij Asiatici, Atheniensibus autem a diebus æstiuis sequentibus. Popularis vero initium incidit in annum XII post obitum Alexandri a VII Octobris. Huius duplicis periodi illustre exemplum extat apud Iosephum 429 in decreto Atheniensium, quod supra a nobis, quum de anno πρυτανείας Calippico disputaremus, relatum est. in quo mensis πρυτανείας est Atticus, mensis popularis est Macedonicus. Ibi enim πέμπτη Πανέμου ἀπιόντος est ἐνδεκάτη Μουνυχιῶνος. ex quo colligitur periodi istius duplicis popularium quidem mensium appellationes Macedonicas, πρυτανείας autem mensium Atticas fuisse.

LXXXIIII. *Ad æram Alexandream Chaldæorum.*] Iudæi sex mensibus epocham Antiochensium anteueniunt, ut jam dictum est: Chaldæos Antiocheni totidem mensibus. Itaque Iudæi anno integro Chaldæos anteuertunt, Antiochenos interuallo semestri. Media igitur est Antiochena Epocha inter Iudaicam, & Chaldaicam. Chaldæorum Epocha utitur ἡ ἐπιτομὴ Μακκαβαϊκὴ Ἰάσωνος Κυρηναίου, qui vocatur liber Maccabæorum secundus: Altera autem, id est Antiochena, de qua proxime egimus, Ecclesiæ Antiochenæ, Nestorianis, Syris, & Maronitis in usu est, eamque vocant Terik Alescandria, id est ἐποχὴν Ἀλεξάνδρειον. Arabes, ut diximus, תריך דילקרנין *Terik dhilkarnaim*, ἐποχὴν τοῦ δικέρωτος. Ita vocant Alexandrum, quod corniger voluit pingi, fingi, & nummis incudi. Clemens προτρεπτικῷ. Ἐβούλετο δὲ καὶ Ἀλέξανδρος Ἄμμωνος υἱὸς εἶναι δοκεῖν καὶ κερασφόρος ἀναπλάττεσθαι πρὸς τῶν ἀγαλματοποιῶν, τὸ καλὸν ἀνθρώπων ὑβρίσαι σπεύδων κέρατι. Hodie creberrimum nomen Alexandri est Muhammedanis, sed solo nomine דולקרנין *Dhulkarnain*, quod quidam pronunciant *Zilkarnaim*. quo pertinent illa Poli Veneti ex lib. primo, Cap. XXV. *Balaxiam est quædam prouincia, cuius gens cultum Muhammedanum obseruat, & proprio sermone utuntur. Et quidem ingens regnum est patens in longitudinem itinere dierum* XII. *Reges ex successione imperant demissi ex eadem stirpe, quæ originem habet ab Alexandro Rege, & filia Darij Persarum regis. atque adeo omnes illi reges vocantur* ZVLKARNEN, *hoc est Alexander.* Quo loco quid illustrius esse potest? *Dhulkarnain*, vel *Dulkarnen*, vel *Zulkarnen* non variat literis, sed pronunciatione: & proprie est δικέρως, *bicorniger:* quod ita Alexander pingeretur, & in nummis cuderetur. Quum enim Cyrenæi in nummorum suorum superficie altera silphion, in altera caput Iouis Ammonis cornutum imprimerent in gratiam Alexandri, eius caput pro capite Iouis in stateribus & tetradrachmis suis cuderunt, quum jam a temporibus Batti silphion in nummis mos eis esset figurare. Nam falso tradit Tzetzes in nummis Cyrenæorum ipsos Cyrenæos incusos fuisse silphion Batto offerentes. Nihil enim tale in vetustissimis illorum tetradrachmis conspicitur. Verba Tzetzæ:

Τὸ πολυτιμότατον, ὥσπερ οἱ Κυρηναῖοι,
Τῷ Βάττῳ προσενήνεγκαν τὸ χάριν εὐεργεσίας.
Βάττος δ' ἀνταμειβόμενος προαίρεσιν τὴν τούτων
Ἐν τῷ νομίσματι αὐτοῦ ἐχάραξε πιστώσας
Τοὺς Κυρηναίους φέροντας τὸ σίλφιον ἐκείνῳ.

Porro tunc primum Chaldæi videntur desiuisse menses suos tricenum dierum, & Lunares Calippicos usurpasse.

LXXXVI. *Ad Encænia Iudæ Maccabæi.*] Erat annus abundans centesimus quadragesimus octauus Contractuum. Neomenia Casleu prid. Kal. Nouemb. feria VI. Encænia feria II, Nouembris XXIIII, anno periodi Iulianæ 4549. Ergo Sacerdotes Sabbato antecedente, XXII Nouembris, exorsi sunt ἐφημερίας suas, ac stationes functionum suarum. Ecquænam familia sacerdotalis prima inire potuit munus suum, præter familiam Ioiarib, quæ & prima erat ordine, & cuius popularis erat Iudas ipse? ¹Maccab. II, 1. & Ioseph. A vigesima igitur secunda Nouembris anni periodi Iulianæ 4549, ad annum 4783, quo excidium Templi contigit, nunquam interrupta fuit functio illarum stationum: ut alibi a nobis accurate demonstratum est: quæ res antea nostris hominibus inaudita & ignota erat. Fallitur vero Iosephus, qui pag. 370 ait pollutionem templi, quam ipse κατάλυσιν τοῦ ναοῦ vocat, contigisse annis CCCCVIII, postquam a Daniele prædicta fuerat. Prædicta a Daniele anno III Cyri, qui erat ultimus & vitæ & imperij Cyri, numero MCCCCLXXXVI. Pollutio contigit numero MDCCCXLIX. Interuallum; CCCLXIII anni XLV annis plus dixit.

LXXXVII. *Ad æram Tyriorum.*] Anno Christi CCLXXVII, numero Eusebiano MMCCXCIII, annus Tyriorum CCCCII ponitur ab Eusebio. Anno autem Christi CCCCXLVIII, numero Eusebiano MMCCCCLXIIII, putabatur annus DLXXIIII a Tyriorum Colonia deducta in actis concilij Chalcedonensis. Interuallo annorum Christi CCLXXVII, & CCCCXLVIII, qui sunt anni CLXXI, detracto de CCCCXLVIII, remanebit idem numerus Eusebianus MMCCXCIII.

Bene

Bene igitur Eusebio conuenit cum Synodo. Rursus deductis CCCCI annis absolutis de numero Eusebiano MMCCXCIII, remanebit caput Epochæ Tyriorum numerus Eusebianus MDCCCXCII. Quia vero anni illi putātur a Colonia deducta in Concilio Chalcedonensi, mihi non constat quare Colonia vocetur, si a magistratu Romano deducta non est. Nam antiqūitas & epocha eius ab eo tēpore repetitur, quo nondum Romani in Syria rerum potiebantur. Hoc enim tempus congruit regno Demetrij & Antiochi Grypi Regū Syriæ. Et tamen in illo Concilio vocatur Colonia Consularis, aut Colonia Tyrus Metropolis Consularis. Hoc facile soluitur. Deducta quidem a Romanis, a quo tēpore vocata fuit Colonia. Aera autem eius ab alia caussa instituta iam a priscis temporibus retenta fuit. Nam Tyrus deducta fuit ab Heliogabalo, ut patet ex eius, & auiæ Mæsæ nūmis. Itaque non ab eo tēpore, quo deducta est ab Heliogabalo, sed ab antiqua Aera annos suos Tyrij putabant. Quemadmodum colonia Antiochena deducta fuit a M. Aurelio, & tamen nunquam annos suos Antiocheni ab Aurelio, sed a Iulio Cæsare, putabant. Quare in Actis Synodi a Colonia deducta anni putantur, non quod verum esset, sed quia ita a vulgo putabantur, & Acta publica illis signabantur. Nam in annis & temporibus citandis plerumque vulgi consuetudinem, non rationē, sequimur, ut in annis Antiochensium Alexandreis, qui ab Alexandro putantur, quum a Seleuco potius deducendi fuerint. Idem de annis Diocletiani dicas licet, & Iezdegird, a cuius cæde Aera Persarum incipit, non ab initio Othmen victoris.

LXXXIX *Ad æram Ascalonitarū.*] Ea est, ni fallor, ad quam referendū est numisma Hadriani: ΣΙΔΩΝΟΣ. ΝΑΥΑΡΧΙΔΟΣ.Ε.Ζ.Κ. Σ. id est ἔτος σκζ. Igitur anni CCXXVI a numero MDCCCCXIIII putati desinūt in numero MMCXL, octauo autē anno Hadriani. Rursus in nummo Augusti legitur: ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. ΚΑΙΣΑΡ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. In auersa superficie: ΣΙΔΩΝΟΣ Ε. ΖΙΡ. Hoc est ἐπὶ, vel ἔτος ριζ. Ergo anni CXVII a numero MDCCCCXIIII putati desinunt in numerum MMXXX, ultimum annum Augusti.

XC *Ad æram Philadelphensium.*] Hæc fortasse fuerit eadē cum Aera Amisenorū. In nūmo Hadriani. ΑΥΤ. ΚΑΙϹ. ΑΙΛ. ΑΔΡΙΑΝΟϹ. ϹΕΒ. ΠΠ. ΥΠ. Γ. ΑΜΙϹΟΥ. ΕΛΕΥΘΕΡΑϹ. ΕΤΟΥϹ. ΓΠΓ. Nam CLXXXIII anni putati desinunt in anno periodi Iulianæ 4833, numero MMCXXXIII, quo Hadrianus consulatum tertium iniuit. Itaque Philadelphenses eodem anno, quo & Amiseni, χρηματισμὸν ἐλευθερίας ordiri cæperunt. In nummo L. Veri in libro Occonis ita excusum est. ΑΙΗϹΟΥ. ΕΑΓΥΔΕΔΑϹ. ΕΤΟϹ. ΡΞΘ· Legendum omnino. ΑΜΙϹΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡΑϹ. ΕΤΟϹ ΡΞΘ. Ab anno adoptionis Aelij, qui est periodi Iulianæ 4849, CLXIX anni retro putati desinunt in anno 4681. una Indictione solida. a qua hæc secunda Amisenorum Aera incipit, instaurata proculdubio ab Augusto.

XCII. *Ad æram Damascenorū, & Antiochensiū.*] Omnes urbium, quæ sequuntur, epochæ deducuntur a tempore αὐτονομίας αὐτῶν. Euagrius, apud quem crebra huius epochæ mentio, hos annos vocat χρηματισμὸν τῆς Ἀντιοχείας ἀπὸ τῆς αὐτονομίας αὐτῆς. Quinetiam in illustri monumēto Pureolano, quod extat pag. MCV Grutteraniorū Collectaneorū, Τύρος αὐτόνομος vocatur. Ἐπιστολὴ γραφεῖσα τῇ πόλει Τυρίων τῆς ἱερᾶς καὶ ἀσύλου, καὶ αὐτονόμου μητροπόλεως Φοινίκης. Christophorson male vertit: *annus, ex quo nomen Antiochiæ impositū est.* Nā annis CCLX ante hoc tēpus iam Antiochia ab Antiocho appellata fuit. & rediculū est. Is igitur scribit Iustinianū a Iustino seniore ad cōmunionē imperij assumptum anno τοῦ χρηματισμοῦ τῆς Ἀντιοχείας quingentesimo septuagesimo quinto. Is vero erat annus Christi DXXVII. Deductis 527 de 575, remanēt anni 48 differentia annorū Antiochenorū, & Christi Dionysianorum, triennio ante primas Kalendas Ianuarij Iuliani. Itaque primus annus Iulianæ editionis erat quartus Antiochenorū, vel potius tertius currens ab Octobri antecedenti. Rursus idem Euagrius scribit anno Antiocheno DVI, Sept. XIIII, die Dominica, ingentem terræmotum contigisse. Detractis 48 de 506, remanet annus Christi Dionysianus 458, quo sane XIIII Septembris fuit dies Dominica, cyclo Solis XIX. Annus primus Christi Dionysianus in periodi Iuliana 4714. Deductis 48, remanet annus primus τοῦ Ἀντιοχέων χρηματισμοῦ 4666, numero Eusebiano MDCCCCLXIX. Chronicō Græcū Isaaci Casaubonij, quos Fastos Siculos vocant, recte quidem e regione Olympiadis CLXXXIII huius Epochæ caput apponit, sed male in eundē annū Consulatū Lepidi & Planci conijcit. Atqui illa Olympias iniuit C. Iulio Cæsare II, Publio Seruilio Vatia Isaurico Coss. annis sex ante consulatū Lepidi & Planci. Hodie ista epocha obsoleuit, & Antiochena Ecclesia Alexandreā Seleucidarū retinet. Inter utramque differentia est annorum CCLXIII. Quare rursus est error insignis in illis Fastis Siculis, ubi anno secundo Imp. Marciani annus Syromacedonū DCCLXIII cōparatur cum anno Antiocheno DI. Biennio enim minus dicit. Similis error ibidē anno Christi CCCCXCI, Indictione XIIII, quem ipse compatat cum DXXXVII Antiocheno. Nam ibi quoque biennio minus peccatū. quod & ipsa indictio demonstrat. Anni enim Antiocheni in XV distributi dāt veram indictionē. Tamen idem Chronicon annum Christi DXVIII recte cum Antiocheno DLXVIII cōtulit, item DXXVII cum Antiocheno DLXXV. Vide quæ notamus ad numerū Eusebianū MDCCCCLXIX. Antiquitus quidē indictio Antiochena inibat ex a. d. IIII Eid. Maj. Chronicon Casaubonianum: οὗτος Γάιος Ἰούλιος Δικτάτωρ, ὅς ἐστι μονάρχης ἁπάντων, ἐκράτησεν ἐν ὑπερηφανίᾳ καὶ τυραννείᾳ ἐπὶ ἔτη δ, καὶ μῆνας ζ. πρὸ δ Ἰδῶν Μαΐων τῆς πρώτης ἐπινεμήσεως. καὶ προσελέσθη ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ ἐλευθερία αὐτῆς, ὅτε

καὶ ὑπὸ Ρωμαίοις ἐγένετο, τῇ κ τοῦ Ἀρτεμισίου μηνὸς πεμφθεῖσα παρ' αὐτοῦ Ἰουλίου Καίσαρος, καὶ ἐκλήθη ὁ αὐτὸς Καῖσαρ Ἰούλιος Δικτάτωρ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ γ καὶ κ τοῦ Ἀρτεμισίου μηνός. χρηματίζει οὖν ἡ μεγάλης Ἀντιοχείας εἰς τιμὴν αὐτῆς. Quanuis hic quædam sunt παρεγκενοθευμένα, tamen omnia vera sunt, si unum, aut alterum excuseur. Nam Indictionem Antiochenam inire a Maio mense certissimum est, quum Ignatius Patriarcha nobis scripserit a neomenia Ijar (id est Mai) initium capere. & præterea verum est hunc χρηματισμὸν ἀπὸ τῆς ἐλευθερίας καὶ αὐτονομίας τῆς Ἀντιοχείας putari. Quare notabilis locus est ille. Atq; adeo hinc in eodem Chronico omnes anni deinceps a Cæsare, καὶ ἀπὸ χρηματισμοῦ τῆς Ἀντιοχείας per Indictiones putantur, quum ante Epochā Antiochenam nulla Indictionis in annis nota sit: quod & ipsum notatu dignum. Nam proculdubio omnes Indictiones ab Antiochena deriuatæ sunt. Hinc Maximus Monachus ait primam Indictionem inijsse ab anno κοσμογενείας ͵ευξα. qui in Constantinopolitana periodo conuenit anno periodi Iulianæ 4666. Ait enim annum ͵ευξ fuisse ultimum indictionis. id est anno periodi Iulianæ 4665, in cuius autumno Indictio Iuliana iniuit. Sed fallitur, quum ait eum fuisse δεύτερον ἔτος Αὐγούστου, quum fuerit πρῶτον Γαΐου Ἰουλίου Καίσαρος. Omnino prima Indictio iniuit ἀπὸ τοῦ χρηματισμοῦ τῆς Ἀντιοχείας. Secunda ἐπινέμησις Augustea, anno periodi Iulianæ 4710, ab autumno, quum Quirinius in Palæstinam, alij in alias prouincias ad censum uniuersalem faciendum ab Augusto destinati sunt, quadragesimo quinto anno χρηματισμοῦ Ἀντιοχείας, hoc est tertia Indictione Antiochensium Iuliana desinente, & quarta incipiente. Possumus tamen & αὐτονομίας & Indictionis Antiochenæ initium altius repetere. Scribit enim Porphyrius libro priore Eusebij, Pompeium quum Antiochiam ex deditione accepisset, ipsam αὐτόνομον reliquisse anno IIII Olymp. CLXXI, hoc est numero MDCCCCXXIIII. hoc est annis XIV ante χρηματισμὸν Ἀντιοχείας. Atqui XIV anni sunt tres indictiones absolutæ. Iulius ergo instaurauit Antiochensibus & αὐτονομίαν & Indictionem a Pompeio illis indultam. Porphyrij verba: ὁ δὲ λαβὼν παρ' Ἀντιοχέων χρήματα τοῦ μὲν οὐκ ἐφρόντισεν, αὐτόνομον δὲ τὴν πόλιν εἴασεν. Itaque Iuliana prima Indictio est quarta Pompeiana.

Ibid. *& primam Indictionem Iulianam.*] Partire annos Antiochenos per XV. Relinquitur Indictio. Hoc anno Christi MDCIII currit indictio II. Est annus Antiochenus MDCLII. Abiectis omnibus XV, remanet indictio secunda. Hanc Indictionem male referunt quidam ad XIII annum Augusti, Maximus Monachus, Cedrenus, alij. Porro hæ omnes Aeræ ciuitatum, Ascalonitarum, Gazensium, Laodicensium, &c. sunt ἀπὸ τῆς αὐτονομίας αὐτῶν. quod crebro occurrit in nummis. Sed & Epochæ Sidoniorum perspicue mentio extat in nummo Hadriani: ΑΥΤ.ΚΑΙΣΑΡ.ΑΔΡΙΑΝΟΣ.ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΣΙΔΩΝΟΣ.ΝΑΥΑΡΧΙΔΟΣ. Ε.Ζ.Κ.Σ. id est, ἔτει ἑβδόμῳ εἰκοστῷ διακοσιοστῷ. Sed quo anno cusus ille nummus, non constat. Hoc enim ignorato, caput illorum annorum deprehendi non potest. In Puteolana vero inscriptione, cuius supra meminimus per ναυαρχίδα intelligendum Σιδῶνα Ἐπιστολὴ γραφεῖσα τῇ πόλει Τυρίων τῆς ἱερᾶς καὶ ἀσύλου, καὶ αὐτονόμου μητροπόλεως Φοινίκης, καὶ ἄλλων πόλεων, καὶ ναυαρχίδος ἄρχουσι, βουλῇ, δήμῳ. &c.

XCIIII. *Ad primas Kalendas Ianuarij Iuliani.*] XLV annis solidis ante annum primum Christi Dionysianum.

XCV. *Ad æram Hispanicam.*] XXXVIII annis ante primum annum Christi Dionysianum; annis X post Indictionem Antiochensium Iulianam.

XCVI. *Ad initium Herodis.*] Cn. Domitio Caluino II, C. Asinio Pollione Coss.

XCVII. *Ad Actiacam victoriam.*] Numero Eusebiano MDCCCCLXXXVII.

XCVIII. *Ad primum Thoth anni Augustorum.*] Græcis hæc Epoche dicitur Θεῶν Σεβαστῶν. de quo priore parte huius libri satis disputatum est. Congruit numero Eusebiano MDCCCCLXXXVIII, anno solido, diebus quinque post Actiacam victoriam. Ideo e regione numeri ΑΠΗ recte appositum: ἐντεῦθέν τινες ἀριθμοῦσι τὸ πρῶτον ἔτος Αὐγούστου μοναρχίας. Vetustissimus, quem legerim, qui huius Epochæ meminerit, is est Vettius Valens Antiochenus in libris suis ἀνθολογίας γενεθλιακῆς.

XCIX. *Ad primum annum Augustanum.*] Quod annus Actiacus, Augustorum, & Augustanus tria sint, & in Cap. XIII primi libri ostendimus, & plenius cognosces ex V de Emendatione temporum. Annus Actiacus anno antecedit annum Augustorum: annus Augustorum biennio prior est anno Augustano. Ita Græce concipies. χρηματισμὸς τῆς Ἀκτιάδος, χρηματισμὸς Θεῶν Σεβαστῶν, χρηματισμὸς Αὐγούστου. Hallucinatur vero sapientissimus Michael Psellus, qui in συνόψει γεωμετρίας hunc χρηματισμὸν annorum ait putari a Philippo. Quo nihil iocularius homini erudito excidere potuit, quum ὁ χρηματισμὸς Φιλίππου ineat a morte Alexandri, annis CCCXXIII ante χρηματισμὸν Θεῶν Σεβαστῶν. neque in eo stetit error Pselli, sed etiam quod anno Christi MVIII, hoc est 6516 periodi Iulianæ Constantinopolitanæ scribens bisexta CCLVIII putat ab illa epocha. Quatuor enim annis minus dicit, quum a primo anno Augustorum, ad annum Christi MVIII, anni sint præcise MXXXVI, quibus manifesto congruunt bisexta CCLIX, non CCLVIII. Verba eruditi Philosophi; pag. 82: αἷς προστιθέντες τὰς τετραετηρίδας, αἵ τινες εἰσὶν ἀπὸ τῆς βασιλείας ψηφιζόμεναι

μεναι Φιλίππου, ἄχρι τοῦ δεῦρο, ἤγουν τοῦ ͵ϛφις ἔτους, ͵ϛνη, &c. Sed & pag. 82, tollendus error, non utique Pselli, sed librariorum: λαμβάνομεν δὲ καὶ τὰς εἰκοσιπενταετηρίδας ἀπὸ τοῦ κανονίου, αἵ εἰσι κατὰ τὸ νῦν ͵ϛφις ἔτος, ἔτη ͵ϛτκς, ἀπλᾶ ἔτη πέντε. Quæ sunt portenta, non verba. Nam legendum, κατὰ τὸ νῦν ͵ϛφις ἔτος, ἑβδομήκοντα, ἀπλᾶ ἔτη πέντε. Nam Canonia Ptolemæi, de quibus agit, ineunt a meridie Thoth Nabonassari. a qua, ad annum Christi MVIII, præcise sunt anni Iuliani MDCCLIIII absoluti. quæ fiunt εἰκοσιπενταετηρίδες septuaginta Aegyptiacæ, annique insuper Aegyptiaci quinque, dies LXXIII. Quare præclarum illum Pselli locum qui assequi cupit, frustra id conetur, nisi prius lectionem ita purgauerit.

c *Ad Bisextum ab Augusto correctum.*] Nempe anno quidem Augustano vigesimo, Actiaco autem XXII, C. Martio Censorino, C. Asinio Gallo Coss. auctore Censorino, numero Eusebiano MMIX, anno Iuliano trigesimo octauo, cyclo Solis secundo. Ab editione Iuliana nouem tantum bisexta intercalanda fuerunt: & tamen vitio Pontificum intercalata sunt duodecim. Huius vitij caussa Augustus XII annos sine intercalatione transigi iussit. Itaque a trigesimo septimo anno Iuliano antecedente, ad quinquagesimum, non est intercalatum. Ita accipe: Anno Iuliano XXXVI intercalatum est duodecimum bisextum, quum tamen anno sequente XXXVII, intercalandum fuerit nonum duntaxat. Tria ergo illa superflua compensanda fuerunt, duodecim annis sine intercalatione transmissis, ita ut duodecimus sit finis confusionis: ac deinceps anno quinquagesimo tertio intercalari cæptum sit regulariter ad hanc usque diem, qui erat decimus septimus cycli Solis Romani. Sic XII anni Aegyptiaci pro totidem Iulianis inter XXXVII, & XLIX annum intercesserunt. Propterea Marcellinum fugit ratio, qui anni Romani auctorem putat fuisse Augustum, non Iulium Cæsarem. Tunc enim habebat in animo reformationem ab Augusto factam: unde collegit Augustum illius anni auctorem, non reformatorem fuisse. Nihilo probabilius Chrysostomus, qui Tiberium Bisexti auctorem fuisse credidit.

d *Ad Ephemeriam Abia.*] Duorum filiorum Aaron, Eleazari, & Ithamari, posteritatem in XXIIII familias rex Israelis Dauid diuisit, quas Iosephus πατριὰς vocat. Numerosior tamen fuit Eleazari, quæ XVI familias habuit, quam Ithamari posteritas, cuius octo tantum πατριαὶ fuerunt. Istæ viginti quatuor familiæ hebdomadam integram operabantur in Templo, ut per CLXVIII dies singularum familiarum functio in orbem recurreret. Hæ stationes hebdomadicæ a S. Luca, item a Iosepho, ἐφημερίαι dicuntur, Hebræis משמרות, id est φυλακαὶ, in Thalmud מעמדות, hoc est stationes. Vtrunque Hebraicum est a militia. Hæ XXIIII πατριαὶ, ab Encænijs Maccabæi, ad excidium usque Templi, incolumes, & impermixta successione manserunt, auctore Iosepho, qui, ut pote Sacerdos, id ignorare non potuit. Verba eius, quæ huc faciunt, prætermittere neque potui, neque debui, ex libri VII cap. XI: διεμέρισε δὲ αὐτοὺς κατὰ πατριάς, καὶ χωρίσας ἐκ τῆς φυλῆς τοὺς ἱερεῖς εὗρε τούτων εἴκοσι τέσσαρας πατριάς, καὶ ἐκ μὲν τῆς Ἐλεαζάρου οἰκίας ἑκκαίδεκα, ἐκ δὲ τῆς Ἰθαμάρου ὀκτώ. διέταξε δὲ μίαν πατριὰν διακονεῖσθαι τῷ Θεῷ ἐπὶ ἡμέρας ὀκτὼ, ἀπὸ σαββάτου ἐπὶ σάββατον. καὶ οὕτως αἱ πατριαὶ πᾶσαι διεκληρώσαντο Δαυίδου παρόντος, καὶ Σαδώκου, καὶ Ἀβιαθάρου παρόντων τῶν ἀρχιερέων, καὶ πάντων τῶν ἀρχόντων. καὶ ἡ πρώτη μὲν ἀναβᾶσα πατριὰ ἐγράφη πρώτη. ἡ δὲ δευτέρα ἀκολούθως, ἄχρι τῶν εἰκοσιτεσσάρων. καὶ διέμεινεν οὗτος ὁ μερισμὸς ἄχρι τῆς σήμερον ἡμέρας. Vides ad Iosephi ætatem has familias, earumque functiones secundum ordinem à Dauide descriptum sine ulla immutatione mansisse. Idem etiam optimus scriptor in vita sua dicit se esse ἐκ τῆς πρώτης πατριᾶς, idque maximæ nobilitatis loco haberi. ἐμοὶ δὲ οὐ μόνον ἐξ ἱερέων ἐστὶ τὸ γένος, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς πρώτης ἐφημερίδος τῶν εἴκοσι τεσσάρων. πολλὴ δὲ κἀν τούτῳ διαφορά. Erat igitur ἐκ τῆς ἐφημερίας Ἰωιαρίβ. Sed ἰδιωτισμὸς est in verbis Iosephi, quum octo dies vocat septimanam. Hoc crebro occurrit in Scriptura, ut labens dies, mensis, annus pro absoluto ponatur, & contra: quod dictum κατὰ σχῆμα ἰδιωτισμόν, nimirum ex vulgi usu. Non enim octo, sed septem dies, omnis familia operabatur sacris, & orbem suum complebat. A Sabbato enim, ad sabbatum, munus suum continuabat. I Paralip. IX, 25. Propterea Theophylactus vocat ἐφημερίας ἑβδομάδων. Vnicuique familiæ erat princeps suus, qui proprie πατριάρχης dici posset, ut videtur vocasse Chrysostomus III κατὰ Ἰουδαίων. Alioquin & principes Synagogarum, vel potius unius ἀποδασμοῦ gentis Iudaicæ, ita vocantur. ut legimus in Epistolis Iuliani Apostatæ. Epiphanius in Ebionitis: ἀδρυνέεται ὁ παῖς ὁ καταλειφθεὶς ὑπὸ Ἐλλήλου εἰς πατριαρχίαν τρεφόμενος. οὐδεὶς γὰρ ἄλλος ἁρπάζει τὰς ἀρχὰς παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις, ἀλλὰ πατὴρ παιδὶ διαδέχεται. De hoc ipso Hieronymus Apologia aduersus Rufinum: *certe etiam Origenes Patriarcham Huillum, qui temporibus eius fuit, nominat.* De Patriarcha Iudæorum intelligit Imp. Hadrianus in Epistola ad Seuerianum Cos. apud Vopiscum in Saturnino, non de Christiano Antistite Alexandrino, qui hoc nomen vix CC annis post Hadrianum habuit. In Constitutionibus quoq; Imperatorijs mentio eius extat. Sed ad nostras ἐφημερίας

redeamus.

redeamus. Principes harum familiarum in Euangelio dicuntur *ἀρχιερεῖς*. Hebraice רָאשֵׁי אָבוֹת. Philoni 727, *οἱ τὴν εὐθὺς μετὰ τὸν πρῶτον τάξιν εἰληχότες, qui primum locum statim post summum Pontificem obtinent.* Nehemias Cap. XII statim initio, recenset eos Sacerdotes, qui antea sub Zorobabel venerant, atque sub Iosua Pontif. Maximo. Postea Commatibus 12, 13, 14, ac deinceps, memorat quinam רָאשֵׁי אָבוֹת fuerunt sub Ioiakim ex eorum posteritate, qui sub Zorobabel venerant, & iam in multas familias propagati erant. Nam ex XXIIII Principibus familiarum, qui sub Zorobabel redierant, XXII nominat, quorum familiæ in alias propagines diuisæ erant, ut & ipsæ quoque opus habuerint principibus, qui illis præessent. Quod quum luce clarius sit, miror Iudæos harum rerum diligentissimos inuestigatores putasse eos, qui a Commate 12, ad 22, nominantur, esse XXIIII *ἐφημερίας ἱερατικάς*, in quas posteritas Eleazari, & Ithamari a Dauide tributa fuit: quum ij manifesto sint posteritas eorum principum & רָאשֵׁי אָבוֹת, qui in commeatu Zorababelis in Palæstinam redierunt. Præterea illæ familiæ, qui ibi nominantur, sunt tantum XXII, non XXIIII. Denique tres, aut quatuor duntaxat sunt cognomines illis XXIIII *πατριαῖς ἱερατικαῖς*, quas Dauid instituit. Quantus est stupor ille Iudaicus? Sed quare miseros Iudæos in partes voco, quum quidam ex nostris maiorum gentium idem sentiant? qui ex hoc loco Nehemiæ, si Dijs placet, colligunt τὰς *ἐφημερίας* sæpe mutatas fuisse, quum Iosephus primæ classis sacerdos nihil in illis neque in numero, neque in ordine, ne tum quidem, quum illa scriberet, mutatum fuisse perhibeat. Scribebat autem XXIIII anno ab excidio Templi. Istæ igitur XXIIII Sacerdotum classes in templo operabantur singulæ hebdomadam suam. Vnde fiebat, ut vigesies quater septem, hoc est CLXVIII dies, singulæ cessarent. Tantum enim interuallum intererat inter duas functiones unius classis. quod quidem interuallum a nobis *ἱερατικὸς κύκλος* vocatur, exemplo Iudæorum, qui vocant eodem sensu מַחְזוֹר חֲלִילָה לַכְּהוּנָה, *circulum vertentem sacerdotij*. Et in Ecclesia Constantinopolitana eadem verba in usu erant, *οἱ ἐν ἐφημερίᾳ αὐτῶν λειτουργοῦντες, οἱ ἑβδομαδικῶς λειτουργοῦντες*. Balsamo Canone XIII τῆς ἐν Τρούλλῳ. Nam *ἑβδομαδάριοι* vocabantur, qui in sua *ἐφημερίᾳ* operabantur. Sed & gentium Sacerdotes in quibusdam sacrificijs habebant stationes suas. In luculenta Inscriptione Puteolana est Epistola Flaminum Augustalium ad Flamines Tyrios. *Διὰ τοὺς θεοὺς, καὶ τὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν αὐτοκράτορος τύχην, εἰ καί τις ἄλλη, στατίων ἐστὶν ἐν Ποτιόλοις, ὅσον οἱ πλείους ὑμῶν ἴσασθε, καὶ ἡμετέρα ἐστίν.* &c. Legantur cætera. ubi pluries mentio *στατίωνος εἰς λειτουργίας, καὶ θυσίας*. In responsoria Tyriorum Epistola Flamines illi Puteoleani vocantur *στατιωνάριοι*. *Ανεγνώσθη ἐπιστολὴ Τυρίων στατιωναρίων ἀναδοθεῖσα ὑπὸ Λάχητος ἑνὸς αὐτῶν, ἐν ᾗ ἠξίουν πρόνοιαν ποιήσασθαι αὐτοῖς εἴς τε θυσίας, καὶ θρησκείας* &c. Et infra: *οἱ ἐν Ῥώμῃ στατιωνάριοι ἔθος εἶχον.* &c. Quin etiam in lemmate illius responsoriæ vox corrupta ΕΦΗΜΕΡΟΝΤΟΣ pro *ἐφημερευόντων*, ostendit illos stationarios *ἐφημερεύοντας* dictos fuisse. Quæ omnia a nobis copiose & accurate in Appendice disputata sunt, hominibus nostris omnino ignota, Iudæis autem ipsis maiore ex parte incomperta. Supersunt tamen, quæ illis adiungi possunt. Ibi ostendimus nunquam classem alius classis functionem præripuisse, quod seuere animaduerteretur tanquam districte interdictum. Alia enim statio alij succedebat eo ordine, qui olim a Dauide institutus fuit. Quanuis multa cognitu digna ad hanc rem attulimus, tamen Canonem ex iure vetusto adferemus olim a nobis omissum: כָּל כֹּהֵן וְכָל לֵוִי שֶׁנִּכְנַס בַּעֲבוֹדַת חֲבֵירוֹ חַיָּב מִיתָה. *Omnis siue Sacerdos, siue Leuita, qui sese immiscuerit functioni alterius, capite luat.* Vides legem horrendi carminis. Atque hoc quidem ex institutione Regis Dauid, quum ex lege Mosis etiam ijs, qui in functione non erant, fugientium partibus vesci liceret. Deuter. XVIII, 6, 7, 8. Ter tamen in anno omnes classes simul promiscue ministrare poterant in Pascha, Pentecoste, Scenopegia. Caussa in promptu est: quia quum omnes patresfamilias ex lege ter quotannis sistere se Deo tenerentur, etiam Sacerdotes, qui & ipsi patresfamilias erant, idem facere cogebantur, & in illis tribus solennibus in Templum omnes conueniebant: ac, ne otiosi essent, poterant, siquidem vellent, ei familiæ, cuius tunc functio erat, sese immiscere, &, ut in ministerij, ita etiam in partium quoque communionem recipi. In Rituali: כָּל הַמִּשְׁמָרוֹת שָׁווֹת בָּרְגָלִים וְכָל שֶׁיָּבֹא מִן הַכֹּהֲנִים בְּרֶגֶל וְרָצָה לַעֲבוֹד עוֹבֵד וְחוֹלֵק עִמָּהֶן וְאֵין אוֹמְרִין לוֹ לֵךְ עַד שֶׁיַּגִּיעַ מִשְׁמָרְךָ: *Omnes Stationes æquales sunt in (tribus) Solennibus: & quicunque de Sacerdotibus accedet ad Solenne, & voluerit ministrare, ministrat, ac cum illis participat: neque dicunt illi, Abi, donec contigerit statio tua.* Locus est insignis. Concedebatur illis, non autem ipsi per vim functionem aliorum inuadebant. Illis tamen ius non erat offerre hostias votiuas, aut spontaneas, neque *ἐνδελεχισμούς*. hoc enim ad eam ephemeriam, quæ in statione erat, pertinebat. Testis luculentus Canon: אֲבָל נְדָרִים וּנְדָבוֹת וּתְמִידִים אֵין מַקְרִיבִים אוֹתָם אֲפִילוּ בְּרֶגֶל אֶלָּא מִשְׁמָר שֶׁזְּמַנּוֹ קָבוּעַ. *Sed non offerebant votiua, spontanea, & endelechismos ne in uno quidem ex tribus Solennibus: sed illa tantum Statio, cuius definitum erat tempus.* Quid potuit clarius dici? Vbi etiam vides

tempus definitum unicuique Stationi. Ex his igitur constat tempore definito, ac certo ordine, classem classi succedere consueuisse, singulas singulis, ea successione, quæ sub Dauide sorte obtigerat. Itaque si per bella, aut aliam vim maiorem, usque ad conceptionem Iohannis Baptistæ, nullum vitium functioni harum XXIIII familiarum interuenit, nullus labor est ad tempus Stationis Abiæ a Luca designatæ peruenire. Nos in Appendice ostendimus, ab Encænijs Iudæ Maccabæi, ad mensem Iulium eius anni, quo Ierosolyma deleta sunt, qui erat septuagesimus Christi Dionysianus, nullam interpellationem sacro quotidiano, ne in summis quidem belli discriminibus, interuenisse. Itaque argumenta & exempla inde petat lector. quorum omnis doctrina hactenus ignorata fuit. quibus exemplis accedat cumulus hic locus Dionis libro XLIX de Ierosolymis a Sosio & Herode captis. καὶ τοσοῦτό γε τῆς θρησκείας αὐτοῖς περιῆν, ὥστε τοὺς πρότερους τοὺς μετὰ τοῦ ἱεροῦ χειρωθέντας παραιτήσασθαί τε τὸν Σόσσιον, ἐπειδὴ ἡμέρα αὖθις ἡ τοῦ Κρόνου ἐνέστη, καὶ ἀνελθόντας εἰς αὐτὸ πάντα μετὰ τῶν λοιπῶν τὰ νομιζόμενα ποιῆσαι. Ait tantam reuerentiam patritæ religionis ipsis fuisse, ut ijs, qui una cum Templo a Romanis capti fuerant, exorato Sosio, ut instans Sabbatum sibi liceret celebrare, venia a victore facta sit ad templum redeundi. Reliqua pete ex Diatriba in calce Appendicis. Iudas igitur Maccabæus primæ Classis Ioiarib sacerdos Templum a Græcis pollutum expiaturus, XXIIII familijs Sacerdotum conuocatis, quæ per triennium, & amplius, cessauerant, pristinum earum ordinem instaurauit, ut in Encænijs Templi primæ familiæ ex prisco ordine primus locus daretur; cuius functio accidit XXII Nouembris, biduo ante Encænia. Vnde enim prius stationum ordinem iniret, quam a prima familia, in qua & ipse sacerdos erat? Annus, ut supra demonstratum est, erat 4597 periodi Iulianæ. Classis autem Abiæ, quæ ordine octaua erat, sequenti anno Iuliano, post dies XLIX ministerium suum aggressa est, Sabbato, quod congruebat decimæ diei Ianuarij: a quo, ad Sabbatum XXI Iulij anni periodi Iulianæ 4710, fluxerunt anni CLX, dies CXCII, qui fiunt cycli hieratici Abiæ CCCXLIX præcise. Itaque die XXVIII Iulij ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τῆς λειτουργίας Zachariæ, quo die reuersus est in montana patriæ suæ. Quod in annum periodi Iulianæ 4710 hæc competant, caussa & demonstratio pendent ex sequentis Epochæ Diatriba. Conceptio igitur Iohannis incidit in hebdomadam, quæ sequuta est proxime post XXVIII diem Iulj. Inter XXI autem, & XXVIII diem Iulij, contigit εὐαγγελισμὸς Ζαχαρίου. Nam septimanam quidem Stationis indubitate tenemus, diem vero, aut feriam τοῦ εὐαγγελισμοῦ, nullus captus humanus assequi potest. Demonstrationibus enim, non coniecturis, agimus, ex quibus nihil, præter ludibrium colligitur. Itaque Natalis Iohannis Baptistæ contigerit circiter initium Aprilis anni 4711. Sed consulat Appendicem nostram benignus lector, siquidem amat, quæ nobiliora ingenia pascere & oblectare possunt. Porro quod Zachariæ incensum facienti visio diuina oblata sit; idem Iudæi de Rabbi Ismael filio Elisa scribunt, cap. primo Berachoth שֶׁרָאָה הַשְּׁכִינָה כְּשֶׁהִקְטִיר *quod vidit maiestatem diuinam, quum incensum adoleret.*

CII *Ad verum natalem Regis æterni Messiæ.*] Anno XV Tiberij, duobus Geminis Coss. Christus baptizatur. Tempus a S. Luca designatum est. Veteres quoque scriptores, Epiphanius, & alij, Consules duos Geminos apponunt, quos in Fastis e regione anni XV Tiberij appositos esse videbant. Denique Victorius periodum suam DXXXII annorum a baptismo Christi exordiens, eosdem Coss. ponit. Consulatus enim duorum Geminorum incidit in XV annum Tiberij a Kalendis Ianuarij LXXIIII Iuliani, quum annus ille XV inijsset ex a. d. XIIII Kal. Septemb. anni LXXIII: ita ut Consulatus duorum Geminorum congruat cyclo Solis decimo, Lunæ undecimo. quando Dominus accessit ad baptismum, erat ἐτῶν ὡσεὶ τριάκοντα ἀρχόμενος. Quidam non completum annum tricesimum, & proinde vigesimum nonum duntaxat absolutum intelligunt. ex quorum sententia de LXXIIII annis detractis XXIX completis, remanebit annus Iulianus XLV, in quo Christus natus fuerit. Nam quum maior pars veterum Christum die Epiphaniorum natum, & eadem baptizatum esse putauerit, ex eorum sententia, in die Epiphaniorum, VIII Eid. Ianuarij anni XLV Iuliani, Christus natus fuerit. Atque in hac sententia est Eusebius, qui anno solido ante epocham hodiernam Dionysianam natalem Christi statuit, numero suo MMXVI, qui anno XLV Iuliano congruit. Tempore enim Eusebij adhuc die Epiphaniorum & natalis, & baptismus Christi celebrabatur, quum Lucas dicat quo tempore Christus baptizatus fuit, eodem iniuisse trigesimum annum suum. Quin extat Homilia Nazianzeni εἰς Θεοφάνια, εἴτουν γενέθλια τοῦ Σωτῆρος. Ecclesia Alexandrina diu hunc ritum tenuit, ut eadem die natalis & baptismi memoriam quotannis instauraret. Cassianus Monachus Collat. X, cap. II: *Intra Aegypti regionem mos iste antiqua traditione seruatur, ut peracto Epiphaniorum die, quem prouinciæ illius Sacerdotes vel Dominici baptismi, vel secundum carnem natiuitatis esse definiunt: & iccirco utriusque sacramenti solennita-*

 tem non

tem non bifarie, ut in occiduis Prouincijs, per uniuersas Aegyti Ecclesias dirigant, quibus & initiũ Quadragesimæ, & dies Paschæ non solum per ciuitates omnes, sed etiam per uniuersa monasteria designentur. In Epistola Catholici Armeniorum: πλὴν διὰ τὸ τὴν γέννησιν καὶ τὸ βάπτισμα ἐφάπαξ ἑορτάσαι, πολλὰς ἔχομεν μαρτυρίας. πρῶτον μὲν πᾶσαι αἱ Ἐκκλησίαι οὕτως ἑόρταζον, δεξάμεναι ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων. δεύτερον δὲ λόγον, ὅτι ὁ εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς οὕτω μαρτυρεῖ. Siue igitur in VI Ianuarij, siue in XXV Decembris Dominus natus est, hoc contigerit aut VI Ianuarij anni 4713 periodi Iulianæ, aut XXV Decembris ânni antecedentis 4712. Dionysius Abbas cognomento ὁ μικρὸς conijcit in XXV Decembris anni 4713, uno anno serius, quam Eusebius: eamque sententiam omnes Ecclesiæ scriptis & usu comprobarunt. Nobis ex consuetudine loquendi constat Christum ad baptismum accessisse trigesimo anno completo, & trigesimo uno ineunte ἦν ἀρχόμενος ὢν ἐτῶν τριάκοντα. *Incipiebat esse annorum triginta.* Hoc non potest dici de eo, qui init trigesimũ annum, sed de eo, qui nuper triginta annos ætatis compleuit. & quum trigesimum primum natalem suum celebrat, ille vere est ἀρχόμενος ὢν ἐτῶν τριάκοντα. Pessimi Grammatici, qui non intellexerunt, quantum discriminis sit inter ἦν ἀρχόμενος ὢν ἐτῶν τριάκοντα, & ἦν ἀρχόμενος ἐτῶν τριάκοντα. Alterum de absoluto trigesimo anno dicitur, alterum de ineunte. & certe mira est inscitia: ut taceam, Græce non dici ἄρχομαι ἐτῶν τριάκοντα, sed ἄρχομαι ἔτους τριακοστοῦ. Rursus ἐγὼ εἰμὶ ἀρχόμενος ὢν: id est, ἐγὼ ἄρχομαι εἶναι. ἄρχομαι ὢν ἐτῶν τριάκοντα, & ἄρχομαι εἶναι ἐτῶν τριάκοντα, idem. Sed cum participio verba incipiendi, continuandi, desinendi ἑλληνικώτερον construuntur. quod & pueri sciunt. & tamen non solum ætate, sed usu literarũ adulti hoc ignorant, & turpiter hallucinantur. Pudet velitationis Grammaticæ. Neque aliter interpretatur Theophylactus: neque aliter vulgo loquimur. Quis enim sanus dixerit se esse triginta annorum, qui trigesimum annum tantum inchoauit? Euangelista igitur dicit Christum annorũ triginta tum esse cæpisse, quum Iohanni sese baptizandum sisteret, anno periodi Iulianæ 4742. Deductis triginta annis solidis, relinquitur annus 4712, totus vindicandus natali Christi, præter id, quod supererit de anno 4711. Iccirco Iohannes Baptista natus fuerit anno 4710, ut antea demonstratũ est: quæ disputatio hinc pendebat. cuius conceptio competit in Hebdomadam, quæ inter XXVIII Iulij, & IIII Augusti, interiecta est. A conceptione Iohannis, ad conceptionem Domini, menses sunt quinque absoluti, post XXVIII Iulij, quæ erat prima dies Hebdomadis post reditũ Zachariæ, intra quam Elisabeth concepit. μετὰ δὲ ταύτας ἡμέρας συνέλαβεν Ἐλισάβετ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ περιέκρυβεν ἑαυτὴν μῆνας πέντε. *Quinque menses solidos a conceptu occultauit sese.* Itaque sexto ineunte contigit εὐαγγελισμὸς Μαριάμ. Ἐν δὲ μηνὶ τῷ ἕκτῳ ἀπεστάλη ἄγγελος. Sine ullis ambagibus ostendit sextũ illum mensem iniuisse a conceptu Iohannis: & ita clare sequentibus confirmatur, ut locus non sit pertinaciæ. καὶ οὗτος ὁ μὴν ἕκτος ἐστὶν αὐτῇ τῇ καλουμένῃ στείρᾳ. Sextus mensis a IIII Augusti anni 4710, iniuerit a IIII Ianuarij anni 4711: & circiter illud tempus inciderit εὐαγγελισμὸς Μαριάμ, & delegatio Angeli Gabriel. Proinde natalis Domini inciderit circiter Octobrem ineuntem, plus minus. Diem enim definire unius Dei est, non hominis. Tempus autem, quod vero proximum est, certissime designari potest, quia est demonstratiuum; nisi quis dubitare velit aut de epocha Hebdomadis Abiæ, quod est pertinaciæ, aut de verbis Euangelistæ, quod est impietatis. At Ecclesia solidos sex menses interijcit inter conceptiones Iohannis & Christi: & quum Euangelismum Zachariæ, & protinus conceptum Iohannis in XXIIII Septembris statuerit, ideo Euangelismum Mariæ in XXV Martij determinauit, quum tamen XXIIII Februarij hoc sibi vindicare debuerit, siquidem Iohannis conceptus est XXIIII Septembris, ut ipsi putarunt, & quinque tantum menses intersint inter utranq; conceptionem, ut non semel testatur Euangelista. Quam varie velitatum sit inter veteres de tempore natalis Dominici, testis est Clemens Stromateo primo. Quum igitur prisci tempus illud in Euangelio expressum non viderent, quod ultimum relinquebatur remedium, ad coniecturas confugerunt, atque ita collegerunt: Si conceptio Iohannis deprehendi possit, posse & natalem Dominicum inuestigari. Prius deprehendi, si tempus explorari posset, quo Zacharias incensum obtulit. Ex eo enim, quod incensum obtulit, colligerunt illum fuisse Pontificem Maximum, qui solus semel in anno, die decima Tisri, ingressus Sancta Sanctorũ incensum offerret Deo. Itaque veteres summi Patres, Ambrosius, Hieronymus, Chrysostomus, Maximus Monachus, Theophylactus, alij, quos memorare longum fuerit, Zachariam patrem Iohannis Pontificem Maximum fuisse non dubitant. Iam menses, & diem mensis Iudaici tenent. Superest ad dies Iulianos referre. quod ut consequerentur, ita collegerunt: Scriptum est: *Oportet illum crescere, me autem minui.* Iohannis III, 30. auctores Chrysostomus in homilia de natali Iohannis Baptistæ. Ambrosius Sermone de natali Domini. Paulus Silentiarius in Panegyrico S. Sophiæ:

Ἠέλιος δὲ νότοιο παρὰ πτερὸν ἡνία πάλλων
Αἰγὸς ἐς ἰχθυόεντος ἀθαλπέας ἤλαε μοίρας. Post aliqua:

---- εὐπηκελαινὴ

Νὺξ

Νὺξ μινύθει, καὶ πᾶσιν ἀέξεται ἠμάτιον φῶς. Post alia:
Ἔπρεπεν ἑξείης μετὰ θέσκελον ἦμαρ ἐκεῖνο
Ζωοτόκου Χριστοῖο γενέθλιον ἦμαρ ἱκέσθαι.

Prudentius: *Quid est, quod arctum circulum Sol iam recurrens deserit? Christus ne terris nascitur, Qui lucis auget tramitem?* Paulus Orosius: *Natus est autem* VIII *Kal. Ianuarij, quando primum incrementa omnia anni incipiunt.* Ergo, inquiebant, nascente Christo dies crescebant, nascente Iohanne minuebatur. Ecquando vero decrescunt, nisi XXIIII Iunij, confecto sidere solstitij? Ecquando crescere incipiunt, nisi XXV Decembris, confecta bruma? Sed mulier gestat in utero nouem menses, id est dies CCLXX: qui retro a XXIIII Iunij putati desinunt in XXVII Sep. Itaque necessario & eam fuisse diem concludebant, qua incensum obrulit Zacharias, Pontifex, ut ipsi aiebant, Maximus, & eo anno XXVII Sep. fuisse decimam Tisri, qua sola in anno Pôtifex Max. Deo suffitum incendebat. Secundum hæc mensis sextus absolutus desinit in XXV Martij, & proinde in eadem fuit εὐαγγελισμὸς Μαρίας; & nonus mensis ab eo absolutus terminatur die XXV Dec. Ab eo tempore in Kalendarijs dies XXVII Septembris in Ecclesia Constantinopolitana vocata est εὐαγγελισμὸς Ζαχαρίου, ut diserte extat in Computo Maximi Monachi, & in epistola Catholici Armeniorum: ὅτι ὁ εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς τοῦτο μαρτυρεῖ. Διηγεῖται γὰρ ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ ἱλασμοῦ, ἥτις ἐστὶ τῷ μηνὶ Τισρὶν τῇ δεκάτῃ, ἥτις ἐστὶ Σεπτεμβρίου κζ, ἐν ᾗ εἰσῆλθεν ὁ ἀρχιερεὺς Ζαχαρίας ἐν τῷ ναῷ, καὶ εἶδε τὴν ὅρασιν τοῦ ἀγγέλου. Theorianus, quum a Catholico exquirit, unde scit XXVII Septembris fuisse decimam Tisri, aut maligne facit, si caussam scit, aut imperite, si nescit ea argumenta, quæ a Chrysostomo in Sermone de natali Domini producuntur, & a Maximo Monacho fuse explicâtur. Procopius Gazensis in Pentateuchon, ubi Moses decimam Tisri vocat Sabbat Sabbaton, vocat eã diem σύλληψιν τοῦ προδρόμου· διὸ καὶ σάββατα σαββάτων ἑορτή, καθ' ἣν ἔμελλεν ὁ τῆς ἀφέσεως καὶ τῆς μετανοίας καιρὸς ἄρχεσθαι, ἀπὸ τῆς συλλήψεως τοῦ προδρόμου ὅθεν ἐστὶν ὑπολαβεῖν καὶ τὴν ἐτυμολογίαν τοῦ σαββάτου, ὅτι σαβαχθὰ καλεῖται ἡ ἄφεσις. ἀφιᾶσι δὲ αὐτὴν ἱερὰν τῷ κυρίῳ, ὅτι ἑβδόμη ἐστὶν, ὅ ἐστι σαβαά. Sed ultima de Etymo Sabbati admodum ridicula sunt, ἀπὸ τοῦ שבקתא. quod est merum Chaldaicum, & שבע. Nugæ. Iam Zachariam summũ Pontificem fuisse, qui de plebe Sacerdotum, & de statione Abiæ fuerit, hoc velle confutare, quo genere scribendi multum vectantur hodierni aretalogi, id vero fuerit non de suo otio tantum, sed etiam de alieno iudicio ludere, quum hodie ne leui quidem aura historiæ sacræ afflati hoc credant. non magis quam Iohannem ipsum Baptistam summũ Pontificem fuisse, quod tamen Iudæorum Chronologi credunt. Tamen quod Zachariam summũ Pontificem fuisse putarunt, in eo totius rei cardo vertitur: & eo conuulso, omne commentum labitur. Nemo aliam absurditatem odoratus est; quæ quãuis non ita eminet, ut Pontificatus maximus Zachariæ, tamen non minus ridicula est. Vt enim XXVII Sept. in decimam Tisri incideret, id non potuit cõtingere, nisi cyclo primo Lunæ, vel, ut vulgus loquitur, numero primo aureo, anno Iuliano XIV periodi Iulianæ 4713, Computi Iudaici hodierni 3761. quo neomenia Tisri fuit 6. 11. 989, feria septima, translatione Iudaica, Septembris XVIII. proinde ἡμέρα ἱλασμοῦ, siue dies Kipphurim, XXVII Septembris, feria secunda. Sed is est annus, in cuius XXV Decembris natalem Dominicum statuunt ex eadem caussa, quia XXVII Septembris fuit conceptio Iohannis. Ergo Iohannes, qui anno sequenti, die XXIIII Iunij natus est, sex mensibus solidis post natalem Christi in lucem editus est. tres enim tantum menses hoc modo inter conceptionem Iohannis, & natalem Domini, interfuerint: quia secundum hæc Iohannes natus fuerit eo anno, qui a Dionysio numeratur primus Christi, aureo numero secundo. Nemo hactenus tantam absurditatem animaduerterat: quam tamen hærere oportet, si conceptio Iohannis in XXVII Septembris collocetur ob unam illam caussam, & conceptio Christi in XXV Martij, natalis in XXV Decembris designetur. Non enim ob aliud & Zacharias dictus est summus Pontifex, & XXVII Septembris cum decima Tisri comparata, quam ut illa duo concluderentur, Christum in XXV Martij conceptum, in XXV Decembris natum fuisse. quod satis ex antecedentibus comprobatur. Postquam Ecclesia Constantinopolitana a Chrysostomo & alijs, ut illi ab Occidentalibus, accepit Christum natum XXV Decembris, & Zachariam XXVII Septembris sacrum suffitum incendisse, ab eo tempore εὐαγγελισμὸν Ζαχαρίου in κζ Σεπτεμβρίου statuit, atque tanti eam diem fecit, ut eius cultum alijs primæ classis solennibus aggregauerit, ut potes videre in Computo Maximi monachi: in quo auctor non contentus designare tempus Iulianum, hoc est XXVII Septembris, etiam tempus Iudaicum quomodo deprehendatur, docet. quo nomine Canonem Tisri Iudaico inuestigando construxit. Et hoc obtinuit tandiu, donec subtilitas alia suborta solenne illud a XXVII Septembris, ad XXIII, traduceret. Hodie enim in Μηνολογίῳ Constantinopolitano ita legitur; in mense Septembri: ΚΓ: ἡ σύλληψις τοῦ τιμίου ἐνδόξου προφήτου προδρόμου, καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου. Idem tamen legitur in XXVI Thuth El-

kupti, quæ est XXIII Septembris, quia iussu Patriarchæ Constantinopolitani, cui Alexandrinus paret, hoc immutatum est. Similiter in XXIII Elul Antiocheni idem agnoscitur, quia & Antiochenus quoque Patriarcha Constantinopolitano subditus est. Sed & in manuscripto Kalendario itidem in XXIII, in alio in XXIIII Septembris conceptio Iohannis diserte signata est. Martyrologium Romanum conceptionis Iohannis non meminit. quum tamen omnia Martyrologia manuscripta, item Rabanus, & Notkerus VIII Kal. Octob. Conceptionem Iohannis statuant. Valde nuperam hanc innouationem esse oportet. Nam tempore Maximi Monachi adhuc illud solenne hærebat vigesimæ septimæ Septembris. Caussa innouandi hæc fuit. Mulier gestat in utero non CCLXX dies solum, ut priores putarunt, sed CCLXXIIII. Ideo quum a XXIII Septembris, ad XXIIII Iunij, sint dies præcise CCLXXIIII, propterea ἀνάμνησις τοῦ εὐαγγελισμοῦ Ζαχαρίου a XXVII, ad XXIII Septembris, traducta est. Sic etiam Catholicus Armeniorum dicit Christum in utero gestatum diebus CCLXXV, uno amplius, quam Iohannem. Tot enim dies sunt a XXV Martij, ad XXV Decembris. ἐσκήνωσεν ἐν τῇ γαστρὶ τῆς παρθένου ἐννέα μηνῶν καὶ πέντε ἡμερῶν. Super hac sententia interrogatus respondet rem ridiculam, omnes πρωτοτόκους supra nouem menses etiam quinque dies moram facere in utero. ἔχομεν ἀπὸ τῶν ἡμετέρων διδασκάλων, ὅτι τὰ πρωτότοκα παιδία ποιοῦσιν ἐν τῇ μήτρᾳ τῶν ἑαυτῶν μητέρων ἐπέκεινα τῶν μὴ πρωτοτόκων πέντε ἡμέρας. καὶ τοῦτο πιστοῦται ἀπὸ τοῦ σοφοῦ Σολομῶντος, λέγοντος περὶ ἑαυτοῦ δεκαμηνιαίῳ χρόνῳ παγεὶς ἐν τῷ σώματι, τοῦτο βουλόμενος δηλοῦν, ὅτι οὐ μόνον ἐννέα μῆνας ἦν ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς ἑαυτοῦ μητρός, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ δεκάτου ἔλαβεν. Quia vero Iohannes ipse erat πρωτότοκος, propterea & ipsi plusquam nouem menses τριακονθημέρους in utero matris dederunt. Sed si decima Tisri collocetur in XXIII, longe maior absurditas sequetur. Nam anno Christi Dionysiano III, decima Tisri potuit esse XXIII Septembris. sed translatione Iudaica incidit in XXIIII. Hoc modo Iohannes plusquam triennio post Christum natus fuerit. Argumenta hæc de summo Pontificatu Zachariæ, de incenso decimæ Tisri, de decremento & incremento dierum, ex quibus collectum die XXV Decembris Christum natum fuisse, & decima Tisri Iohannem conceptum, omnia sunt ab Ecclesia Occidentis. Chrysostomus: οὕτω καὶ αὕτη (ἡμέρα) παρὰ μὲν τοῖς τὴν ἑσπέραν οἰκοῦσιν ἄνωθεν γνωριζομένη, πρὸς ἡμᾶς δὲ κομισθεῖσα νῦν, &c. Nuper ab Occidentis partibus, ad Orientis Ecclesias transmissam dicit, fere decennio, antequam illum Sermonem de natali Domini ad populum haberet. οὔπω δέκατον ἐστὶν ἔτος, ἐξ οὗ δήλη καὶ γνώριμος ἡμῖν ἡ ἡμέρα γέγονεν αὕτη. Epiphanius quoque manifesto ostendit sese ignorasse Occidentis Ecclesias paulo ante, quam suum opus in Hæreses componeret, natalem Domini in XXV Decembris statuisse. Omnes enim Ecclesiæ tam Orientis, quam Aegypti die Epiphaniorum & baptismum Christi, & natalem eius una celebrabant. Catholicus Armeniorum, quum ad hæc responderet, addit ab Epiphanio in oratione de Natali Domini proditum esse, Christum XXV Decembris natum fuisse. Aut Epiphanius illius orationis auctor non est, ut certe non est, aut scripsit illam post opus suum, quod vocat Panarium. Nam omnes Græcæ Ecclesiæ hactenus hoc ignorarunt, & nuperam obseruationem Ecclesiæ Occidentis fuisse ait Chrysostomus. Vetustiorem, qui eius miminerit, Ambrosio habemus neminem. Vnde manifesto colligitur quando Canones illi, qui nomine Clementis Græce editi sunt, conscripti fuerunt. Quod enim in illis mentio XXV Decembris fit, in qua natalis Domini celebrari ab ipsis Canonibus præcipitur, satis hinc paret, quanta vetustas eorum sit, quod ut persuaderet auctor epistolæ Græcæ satis æstuauit, ut media nocte Solem lucere diceret, & alia τερατολογούμενα, quæ non minoris vanitatis esset huc producere, quam illi confidentia fuit comminisci. Quum hi Canones vetustatem suam tueri non possint, quanto minus & illi nomine Apostolorum, qui illorum meminerunt, & quædam in illis esse dicunt reprehensioni opportuna? Sed, ut ad XXV Decembris redeamus, postquam Græci hanc diem amplexi sunt, non pauca de suis narthecijs illi addiderunt, ut de Tito Vespasiano quod ait Catholicus: λέγουσι γάρ, ὅτι θεῖος Ἐπιφάνιος ἅτε ἐξ Ἑβραίων ὤν, ἐκ τῆς τῶν Ἑβραίων γραφῆς καὶ Ἰωσήπου τοῦ χρονογράφου ἐβεβαίωσε, Δεκεμβρίῳ ΚΕ τὴν γέννησιν ἑορτάζεσθαι τοῦ σωτῆρος. τούτῳ φασὶ συμφωνεῖν καὶ τὰς ὑπὸ τοῦ Τίτου ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ῥώμην ἀχθείσας, ὅτε ταύτην αὐτὸς ᾐχμαλώτευσεν. Sane non frustra hoc dicit. Nam & quædam Romæ huiuscemodi suo æuo extitisse testatur Chrysostomus in Sermone de Natali Domini. Sed hactenus.

VIII *Ad excessum Herodis.*] Iosephus scribit Herodem obijsse circiter initium Nisan, ac quanquam tempus diserte conceptum non est, ex ijs tamen, quæ scribit, non obscure colligitur eius regis obitum ineunte Nisan contigisse. Exequiæ enim eius paulo ante Azyma celebratæ sunt. Addit Iosephus ante obitum Herodis, postquam in νομοδιδασκάλους grauiter animaduertisset, Lunam defecisse: quam defectionem nos scimus die IX Ianuarij, anno Iuliano XLV, contigisse: neque de alio defectu, præter hunc, intelligi posse. Sed turbat Iosephus.

Ait

Ait Herodem annis xxxvii regnasse postquam a Senatu rex declaratus est, xxxiiii postquam Ierosolyma a Sosio capta. Declaratus autem rex a Senatu Cn. Domitio Caluino ii, C. Asinio Pollione Coss. anno Iuliano vi. Capta Ierosolyma M. Vipsanio Agrippa, L. Caninio Gallo Coss. anno Iuliano ix. cui si adijcias annos xxxiiii, aut ad vi, annos xxxvii, consurget annus Iulianus xliii, quo Herodes obierit. Rursus alibi perhibet Archelaum annos solidos ix regnasse, regno exutum anno Actiaco xxxvii. Deductis ix de xxxvii, superest annus xxxviii, quo regnum Archelaus iniret, quando pater e viuis excessit. Victoria Actiaca contigit anno Iuliano xvi. a qua vigesimus octauus annus est xliii Iulianus, quo & Herodes obierit, & Archelaus regnare cæperit; ut antea. Denique, ut idem auctor est, anni Tiberij Cæsaris xxii Philippus Tetrarcha obijt, trigesimo septimo anno tetrarchiæ suæ. Annus xxii Tiberij concurrit cum lxxix Iuliano. Deductis xxxvi solidis, quibus Tetrarchiam Philippus obtinuit, remanebit annus Iulianus xliii, quo statim post obitum patris Tetrarchiam obtinuit. In hoc sane, ut in multis alijs, Iosephum excusare non magis possumus, quam eos, qui ex istis Iosephi hallucinationibus mordicus tenent Christum anno Iuliano xlii natum esse. Quod si verum esset, Christus anno Tiberij xv fuisset annorum xxxii solidorum. quod est absurdissimum. Aliter. Christus baptisatus est anno Iuliano lxxiiii, duobus Geminis Coss. Deductis xxx annis ætatis Christi, remanet annus natalis Christi xlv, biennio post obitum Herodis. En acumen Chronologiæ. Quantus est stupor ille? quod si, ut maior pars ceruicosorum vult, xxix tantum annorum erat Christus, ergo triennio post obitum Herodis natus est. Multa alia ἀτοπήματα omittimus, quæ ex illo stupidissimo errore suboriuntur. Defectus Lunæ ostendit annum verum obitus Herodis. & præterea familiaris Iosepho hallucinatio in ratione temporum, de qua suo loco monebimus, facit, ut non maiorem fidem huic ἀλογιστία, quam alijs, quæ peccauit, adhibeamus. Rursus Herodes rex declaratus fuit a Senatu numero aureo primo, obijt numero aureo primo ineunte. Interuallum Cycli duo absoluti. hoc est anni solidi xxxviii, uno minus, quam Iosephus. Vides inconstantiam.

CIIII *Ad æram Christi Dionysianam.*] Aera Christi, quam Dionysius in suis cyclis determinauit, consurgit ex xxv Decembris anni 4713 periodi Iulianæ, nouem mensibus post mortem Herodis. quod est absurdissimum. Tamen quia hanc æram a temporibus usque Karoli Magni Ecclesia retinuit, & plurimorum gestorum ac temporum memoriam complectitur, propterea retinenda est, adiecta, ut fecimus, auctoris Dionysij appellatione: ut Aera Christi Dionysiana vocetur, quemadmodum a nobis appellari meruit.

CV *Ad xv annum Tiberij.*] xv annus Tiberij iniuit a xix Augusti mensis, anno Iuliano lxxiii, Ap. Iunio, Sillano, P. Silio Nerua Coss. usque ad sequentis anni lxxiiii mensem Augustum, C. Rubellio, C. Fusio Geminis Coss. Cyclo Solis x, numero aureo xi.

CVI *Ad Dominicam salutiferæ resurrectionis.*] Neomenia Nisan, quo passus est Christus, iniuit a Sabbato. Ideo quartadecima Nisan fuit feria vi. Hoc post xv annum Tyberij non potuit accidere, nisi anno Iuliano lxxviii, Christi Dionysiano xxxiii, periodi Iulianæ 4746, aureo numero xv, cyclo Solis Romano xiiii. Quod quidem est argumentum certissimum, sub secundo Templo translationes feriarum Iudaicas in usu fuisse. Character enim Tisri illius anni fuit 3. 14. 737, feria tertia, quæ competebat diei xxiii Septembris. Sed propter Canonem GATRAD traducta est in feriam quintam, xxv Septembr. Ideo, quod annus ille esset ordinarius, neomenia Nisan sequentis necessario fuit Sabbatum, Martij xxi, anno Iudaici Computi hodierni 3793. Quo exemplo nullum illustrius esse potest ad eorum peruicaciam expugnandam, qui translationes post excidium Templi a Talmudistis sancitas esse nugantur, in quibus sunt & Iudæi quidam. Passus igitur Dominus iii Aprilis, quæ erat feria vi, & quartadecima Nisan. resurrexit die v Aprilis. baptizatus anno Tiberij xv. passus anno eiusdem xix, Ser. Sulpicio Galba, L. Cornelio Sulla Coss. anno quarto Olympiadis ccii, tribus mensibus, aut paulo amplius, ante initium Olympiadis cciii. Interuallum a baptismo, ad resurrectionem, anni solidi quatuor, Paschata quinque. Quatuor enim interuallorum quinque terminos esse oportet. Sed quatuor πάσχατα duntaxat expressa sunt in Euangelio. Relinquitur unum coniecturis indagandum, ut a nobis factum est. Sed quia neque demonstratione, neque historia nititur, ideo reprehensioni obnoxium est. Itaque qui certius demonstrare poterit, magnam a nobis iniuerit gratiam. Non tamen efficiet, quin & ipsum in controuersiam vocetur. Quidam ex veteribus eodem anno credunt Christum baptizatum & passum, ut Clemens, & Tertullianus. & vetustissima est opinio. Alij ad inania commenta confugerunt, ex ioculari interpretatione illius Commatis: ἔτος δεκτὸν κηρῦξαι ἀπέσταλκέ με. Ετος δεκτὸν, inquiebant, est annus baptismatis, & primus prædicationis, qui δεκτὸς, & acceptus, ac gratus populo fuit. Si quis annus δεκτὸς fuit, ergo fuit alius ἀντιλεγόμενος, quando cum

do cum Pharisæis Christo res fuit, qui illum tandem damnandum Romanis tradiderunt. Hæc quoque sententia vetusta est, quam ex veteribus refert Epiphanius. Illa etiam longe absurdior, quæ ex Terminis Paschalibus Victorij Christum colligit passum XXIII Martij, resurrexisse XXV. Eadem enim resurrexisse volunt, qua conceptus fuit. Cuius opinionis multi sunt, sed infimæ vetustatis, & post tempora Honorij, ac Martiani Augg. in quibus Maximus Monachus, & Georgius Syncellus Tatasij Patriarchæ, & Cedrenus 144,12. Multum enim maiestatis, mysterij, & reuerendi cultus ponunt in XXV Martij, & mundum in ea conditum, unde πρωτόκλητον ἡμέραν vocant, & Christum in ea conceptum, ac passum sciscunt. Sed ut alia absurda omittam, illud ridiculum est, Terminos Paschales Nicenos & Dionysianos eosdem facere cum terminis sæculi Christi. Solidum enim προηγήσεως diem Luna fecerat a sæculo Christi, ad exitum Constantini Magni. Ideo Terminus Paschalis, qui aureo numero XIII. competebat in XXIIII Martij sæculo Constantini, is tempore passionis Christi erat in XXV. Quare qui anno XXXI Dionysiano Christum passum volunt, tripliciter peccant: primo, quod terminum sæculi Niceni cum Termino sæculi Christi eundem faciunt: secundo, quod passum volunt XXIII Martij, quæ erat tertiadecima Nisan sæculo Niceno, quum XXIIII fuerit quartadecima secundum Dionysium & Victorium. Quod si XXIII Martij sæculo Niceno erat tertiadecima Luna, ergo sæculo Christi erat duodecima. & proinde duodecima Luna passus fuerit Christus, non quartadecima. Quo quid absurdius dici aut scribi, aut excogitari potest? Quis enim nescit Christum passum XIIII Nisan? Tertio peccant, quod anno Christi XXXI Dionysiano, qui erat annus abundans 3791 Computi Iudaici hodierni, Nisan iniuit feria tertia Martij XIII. Quartadecima Luna XXVI Martij, feria secunda: idque propter translationem Iudaicam. Alioquin anno ordinario quartadecima Nisan semper competebat in XXV Martij sæculo Christi, quando numerus aureus XIII currebat. Vides igitur, quid non audet inscitia, quando cum confidentia & pertinacia coniuncta est. Nam præter illa ἀποτήματα, illud quoque non minimi momenti est: quod, si Herodes obijt Nisan anni Iuliani XLIII, ut volunt, ergo Christus natus anno XLII. Adde XXIX completos, quot illi attribuunt quum ad baptismum accederet. Ergo accessit ad baptismum anno LXXI, triennio solido ante XV annum Tiberij. Quis tantæ absurditati faueat? Rursus, qui anno Christi XXXI Dionysiano passum volunt, duos annos tantum integros inter baptismum & Resurrectionem constituunt. quod & ipsum euangelicæ historiæ secundum Iohannē ἐκ διαμέτρου pugnat. A XV igitur anno Tiberij, nullus Nisan iniuit Sabbato, præter illum anni XXXIII Dionysiani. Atque adeo quidam veteres, qui Christum natum dicebant anno 5500 mundi secundum LXX, passum eum dixerunt anno 5533. hoc est XXXIII Dionysiano: quod ab illis refellitur, qui volunt passum anno XXXI. in quibus Cedrenus: οἱ δὲ τὴν γέννησιν τοῦ Χριστοῦ ἀναγράφοντες εἰς τὸ ΕΦ ἔτος, καὶ τὸ πάθος ἐν τῷ ΕΦΛΓ, σφάλλονται μὴ τὴν ἀκρίβειαν τοῦ ἔτους ἐπιστάμενοι. Sed iam hæc deliria confutauimus.

CVII *Ad excidium Templi.*] Quo anno excisa sunt Ierosolyma, πρώτη τῶν ἀζύμων, ut ait Iosephus, conueniebat in ιδ Ξανθικοῦ. *Quartadecima Nisan conueniebat in* XIIII *Aprilis Iuliani.* Ergo neomenia incidit in Kalendas: quod profecto calculus hodiernus promittere non posset, ex cuius doctrina neomenia Nisan incideret in ultimam Martij, Sabbato. Sed, ut alibi demonstrauimus, aliquando Calippica periodo a temporibus Seleucidarum utebantur, quæ προήγησιν σεληνιακὴν non agnoscit. Atque hoc est firmissimum argumentum, Iudæos periodo Calippica interdum usos fuisse, quanquam tunc primum de modo mensis Lunaris ex Hipparchi doctrina constare cæperat. Ierosolyma igitur una cum Templo diruta, & æquata, anno Christi Dionysiano LXX, Iudaico 3830, periodi Iulianæ 4783, Mundi 4019. Doctissimus Iudæorum Moses Maimonides scribit veteres Iudæos ante, quam hodierno Computo uterentur, a diruto Templo tempora sua putare solitos fuisse, & abiectis septenarijs, residuum fuisse annum Hebdomadis. Sed solido anno errat. Nam annus Sabbaticus antecessit eum, quo Ierosolyma solo æquata, ut ex annis Iudaicis, Mundi, & periodi Iulianæ, constat. Nam annus Iudaicus 3829, qui fuit stantis Templi penultimus, iniuit autumno anni Christi LXVIII: isque fuit non solum Sabbaticus, sed etiam ultimus trigesimi primi Iobel. a quo omnes Iudæi putant annos ἐρημώσεως τοῦ ναοῦ, quos ipsi מנין חרבן *æram desolationis* vocant. Ego non dubito rem obseruatione dignissimam esse, quod XXXI Iobel absoluta numerentur a primo anno κληρουχίας, ad illum, in quo desolatio contigit. Nam illud Iobel celebratum in X Tisri anni illius. Anno Sabbatico regnum Samariæ, item anno Sabbatico regnum Iuda euersum est. denique anno ultimo Iobel absoluto iniuit annus, in quo posterius templum deletum. Quod Nabuchodonosor anno Sabbatico Ierosolyma una cum Templo deleuerit, propterea dictum est urbem compleuisse sabbata sua, quandiu desolata fuit. Quanto iustius hoc dici nunc potest, quum finis XXXI Iobel illum annum attigerat, in quo in perpetuum desolatum fuit

fuit Templum, & cultus Mosaicus sine spe restitutionis sublatus? Tunc adimpletum illud Domini: ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀφεθῇ ὧδε λίθος ἐπὶ λίθον, ὃς οὐ μὴ καταλυθήσεται. Quis sine admiratione hoc tremendum Domini dictum legere potest, qui meminerit a Iosepho scriptum; κελεύει Καῖσαρ ἤδη τήν τε πόλιν ἅπασαν, καὶ τὸν νεὼν κατασκάπτειν, &c. & illud, quod paulo post sequitur: τὸν δ' ἄλλον ἅπαντα τῆς πόλεως περίβολον οὕτως ἐξωμάλισαν οἱ κατασκάπτοντες, ὡς μηδέ ποτε οἰκισθῆναι πίστιν ἂν ἔτι παρασχεῖν τοῖς προσελθοῦσιν. Hæc profecto vicem sunt Commentarij illi oraculo Domini. Neque clarius dictum fuit: *Et campos ubi Troia fuit* — Adeo omnia solo æquata, ut ne vestigia quidem pristinæ ullius habitationis relicta fuerint. Igitur Titus Alexandria reuertens, quum complanata omnia videret, lacrimas continere non potuit, quum pristinam eius urbis magnificentiam cum præsenti vastitate conferret. Lege xv caput lib. vii ἁλώσ. apud Iosephum. Nemo ignorat Romanorum morem fuisse, complanato urbium rebellium solo aratrum inducere. — *imprimeretque muris Hostile aratrum exercitus insolens.* Locus Modestini celeberrimus est l. xxi. D. Quib. mod. us. fruct. *Si usus fructus ciuitati legetur, & aratrum in ea inducatur, ciuitas esse desinit, ut passa est Carthago: ideoque quasi morte desinit habere usufructum.* Vere igitur mors Ierosolymorum fuit, inducto illi aratro: quod nec vetustissimi Iudæi ignorant, qui non solum aratrum templo impressum fuisse perhibent, sed etiam nomen eius, qui aratrum impressit, in monimentis suis retinent. Turannum Rufum vocant, eiusque animam acerbissimos cruciatus apud inferos pati fabulantur, Sanhedrin cap. vii, & alibi: טורנוס רופוס חרש ההיכל. *Turranus Rufus arauit Templum.* Alibi perperam in scriptis Iudæorum *Muranus* dicitur. Quin etiam error est in excusis Codicibus Commentarij Hieronymiani in Zachariam, cap. viii: *In hoc mense & a Nabuchodonosor, & multa post sæcula a Tito* [&] *Vespasiano templum Ierosolymis incensum est, atque destructum. capta urbs Bethel, ad quam multa millia confugerant Iudæorum: aratum templum in ignominiam gentis oppressæ a Tito Anno Rufo.* Legendum enim a *Turannio Rufo.* Rursus *Bether* legendum, non *Bethel.* Nā Bethel locum non habet in expugnatione Ierosolymorum a Vespasiano facta. Sed Bether expugnata sub Adriano in rebellione Iudaica, duce Barchocheba. Itaque aliud agens, ut non raro solet, Hieronymus utrunque bellum confundit: quum inter expugnationem Ierosolymorum, & Bether intersint anni lxiii. Porro quibus urbibus aratrum inductum erat, eæ sine senatusconsulto instaurari non poterant. Aratrum vero inducere & circumducere contraria sunt. Inducitur aratrum euersæ & solo æquatæ. Circunducitur instaurandæ, & coloniæ excitandæ. Cicero in Philippicis: *Casilinum coloniam deduxisti, quo erat paucis annis ante deducta, ut vexillum videres, & aratrum circunduceres.* in numismatis coloniarum deductarum incusus est conditor coloniæ cinctu Gabino, stiuam tenens, præeuntibus tauro & vacca iunctis. de quo extat hodie Fragmentum ex Originib. Catonis apud Seruium.

CIX. *Ad agonem primum Capitolinum.*] Domitiano Aug. xii, Dolabella Coss. Hæc æra pernecessaria est. Vide v de Emend. Temp.

CXI. *Ad ludos Sæculares Seueri.*] Cilone & Libone Coss. numero Eusebiano MMCCXX.

CXII *Ad aram Aegyptiorum Diocletianeam.*] Anni Augustorum Deorum incunt a xxix Augusti Iuliani. Anno igitur Augustorum cccxii Christiani Alexandrini orsi sunt Paschale suum, quo tempore neomenia Tisri incidit in feriā vi, Augusti xxix, hoc est neomenia Thoth, cyclo Solis xiii, aureo numero xix, anno Christi Dionysiano cclxxxiiii. Chronicon Casauboni: Διοκλητιανοῦ Αὐγούστου τὸ β, καὶ Ἀριστοβούλου. Ἀπὸ τούτων τῶν ὑπάτων πίπτουσι τὰ Διοκλητιανοῦ ἔτη εἰς τὸ Πασχάλιον. Hermannus Contractus ad initium Diocletiani: *Huc usque ab incarnatione Domini, supputantur secundum Dionysium anni* cclxxxiiii. Mox: *Ab hoc anno Græci Paschales cyclos inchoabant.* Hinc omnes deducunt annos imperij Diocletianei, usque ad tempora Dionysij Exigui, qui, damnata tyranni memoria, initium cyclorum suorum ab eo anno deduxit, quem falso putauit esse proximum ante natalem Christi. xix autem solidos annos Diocletiano & Maximiano attribuunt, & ambos eadem die vigesimo anno imperij purpuram deposuisse: atque adeo Diocletianum ab hoc tempore priuatam vitam transegisse, ad diem obitus, in agris suis in Dalmatia. Sane si eius imperij initium statuitur a cclxxxiiii Christi Dionysiano, vigesimus annus in ccciii desinit, Diocletiano ipso ix, Maximiano Aug. viii Coss. quod omnes historici uno ore fatentur. Qui fit ergo, ut quadriennio post, Diocletianus consul x, collega Galerio Maximino vii ponatur? Sane mirum, hominem, qui ab anno Christi ccciii priuatam vitam, ad exitum usque, agere instituerit, neque pedem ex agro extulerit, Consulem x quadriennio, postquam agro sese abdiderit, creatum fuisse: hoc est, eodem tempore in Dalmatia rusticari, & Romæ fasces sumere. Aur. Victor non Andreæ Schotti, sed vulgaris: *Diocletianus Delmata Anulini Senatoris libertinus, matre pariter atque*

atque oppido Dioclea, quorum vocabulis, donec imperium sumeret, Diocles appellatus, ubi orbis Romani potentiam cœpit, Graium nomen in Romanum morem conuertit, imperauit annis viginti quinque. Sane Consulatus x Diocletiani competit in xxv annum æræ Diocletianeæ; anno Dionysiano CCCVII. unde sine dubio consurgit imperium Constantini Magni. Itaque Aurelius Victor ab initio æræ Diocletianeæ deduxit imperium Diocletiani. Sed quum XIX tantũ annos imperauerit, eiusque imperij annus ultimus conueniat in CCCVII Christi, manifesto eius imperium iniuerit ab anno Christi CCCVIII, quatuor annis solidis post initium æræ Paschalis Aegyptiorum. Itaque aut nunquam, aut raro, factum, ut auctores non idem initium æræ Diocletianeæ & imperij Diocletianei esse putauerint. Quare annus persecutionis non est decimus nonus eius imperij, sed æræ: & in hoc Chronologos non peccare, sed in temporis appellatione: quum ille annus fuerit decimus nonus non imperij, sed Aeræ. Eusebio & plerisque alijs scriptoribus placet, occiso statim Numeriano, Diocletianum imperium accepisse, quod tamen longe aliter habere ex illis colligere potes, quæ ad numerum Eusebianum MMCCXCVIII notauimus. Nam si Numerianus paulo post mortem patris Cari ab Apro socero obtruncatus est, quo modo Carus & Numerianus aliquo post tempore post consecrationem patris viuere potuerunt, quod tamen Olympius Nemesianus utrique notus testatum reliquit? Vno verbo dicam: nihil est obscurius initio Diocletiani: idque propter æram eius Aegyptiacam contigit, quam scriptores cum eius imperij annis confundunt.

CXIII. *Ad primam Indictionem Constantinianam.*] De hoc satis in V de Emend. temporum, neque opus repetere. Ab indictione Antiochensium Iuliana, ad Constantinianam, anni sunt præcise CCCLX. quæ sunt Indictiones XXIIII. Indictio Cæsarea incipit a XXIIII Septembris, ad quam obtinendam, annis Christi Dionysianis ex perpetua Regula adde III, a Septembri. Sed ad Romanam adde III, a Kal. Ianuarij. Antea indictio Cæsarea, ut diximus, inibat a XXIIII Septembris, eaque durat hodie in Germania in Diplomatibus Cæsaris. At constantinopolitana, a XXIIII, ad Kalendas, retroacta est, quod iam in usu erat æuo Pauli Longobardi, ut est in eius lib. II cap. XXV: *Alboinus igitur Ligariam introiens indictione ingrediente tertia, tertio Nonas Septemb.* Romana autem, siue Pontificia, qua Actuarij Romanæ curiæ notant tempora, quas Datas vocant, semper a Kal. Ianuarij sequentis: est que ea, quam promittit nostra periodus Iuliana. In Epistolis Gregorij Magni semper Indictio init a Septembri, quod alibi notauimus. Hoc non raro occurrit in Chronico Casauboniano. Verbi gratia: VI anno Iustiniani Aug. Ινδ. ια ὑπατ. Ἰουστινιανοῦ Αυγ. τὸ γ μόνου. Postea: τούτῳ τῷ ἔτει, μηνὶ Δίῳ, κζ Ῥωμαίοις Νοεμβρίῳ, τῆς ιβ ἰνδικτιῶνος. Nimirum usque ad Septembrem, fuit Indictio XI. hinc Indictio XII. Item anno XXXVI. Ινδικ. ια μετὰ ὑπατ. Βασιλείου τὸ κε μόνου. mox: Δεκεμβρίῳ κδ, ἡμέρα α τῆς ιβ ἰνδικτιῶνος. Item anno XXXIX. Ινδικ. ιδ μετὰ ὑπατείαν Ἰουστίνου νέου τὸ δεύτερον, τῇ ιδ Νοεμβρίου μηνὸς, ἰνδικτιῶνος ιε, ἐτελεύτησεν Ἰουστινιανός. In omnibus exemplis, in eodem anno Iuliano, binarum Indictionum mentio facta est. Omnino Indictio est orbis XV annorum in se recurrens. Prima, secunda, tertia Indictio est primus, secundus, tertius annus Indictionis, siue orbis XV annorum. Ita non solum hodie, sed & antiquitus usurpatũ reperies, præsertim Cod. Theodos. Corrige errorem leg. VIII de indulg. deb. Hodie excusum est: *a quarta decima Indictione Consulatus Valentiniani Aug. III, & Eutropij.* Vbi proculdubio legendum *a quintadecima.* quod quidem annus Christi CCCLXXXVII indicat, in quem competit Consulatus Valentiniani III. Porro vetus Ecclesia ab hac Epocha putabat annos τῆς εἰρήνης τῶν Ἐκκλησιῶν, hoc est annos, quibus pax Ecclesijs a persecutionibus data. Nam Chronicon Casaubon. annum Alexandrinorum CCCCX dicit fuisse quinquagesimum τῆς εἰρήνης τῶν Ἐκκλησιῶν. Iniuit ergo ab Indictione Constantiniana, anno Antiocheno CCCLXI, Christi CCCXIII. ὑπ. Ταύρου καὶ Φλωρεντίου. Κωνστάντιος Αὔγουστος μηνὶ Δίῳ γ ἔτους Ἀντιοχείας υι, ἰνδικτιῶνος Ε, εἰρήνης τῶν ἐκκλησιῶν ἐπιλαβομένης ἔτους ν, τῶν προειρημένων ὑπάτων, Ταύρου καὶ Φλωρεντίου. Sulpitius Seuerus scribẽs anno Christi CCCC: *Sed finis persecutionis illius fuit ab hinc annos* IX, *&* LXXX, *a quo tempore Christiani imperatores esse cœperunt.* Deductis LXXXIX de CCCC, relinquitur annus Christi Dionysianus CCCXI. Sed a sequenti anno, qui erat primus indictionis Constantinianæ, putabatur initium εἰρήνης τῶν ἐκκλησιῶν. Quare uno anno plus dicit. Idcirco veteres codices Canonis Eusebiani ad annum illum Constantini, qui respondet Dionysiano CCCXII, apponunt hæc: PAX NOSTRIS A CONSTANTINO REDDITA.

CXV. *Ad Encænia Vrbis Constantinopolitanæ.*] In Menologio Græcorum, ad diem XI Mai notatus est annus natalis nouæ Romæ: qua die omnes scriptores uno ore testantur primum Vrbis natalem a Constantino celebratum, feria secunda. quod conuenit anno Christi Dionysiano CCCXXX, cyclo Solis III, litera Dominicali D. Idque testimonijs veterum firmatur,

Marcellini

Marcellini Comitis, Zonaræ, Cedreni, & aliorum, quæ ex v̄ libro operis nostri petas licet. Sed mirum quanta ἀλογιστία Scriptorum deprehendatur super Encænijs Vrbis. Methodius: ἀπὸ δὲ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τῆς παρουσίας Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, μέχρι τῆς οἰκοδομῆς Κωνσταντινουπόλεως, χρόνοι τλζ. Septem annis plus dicit. Nam is erat annus non Encæniorum Vrbis, sed obitus Constantini. postea tamen dissentit a se, quum scribit τὰ ἐγκαίνια τῆς μεγαλοπόλεως contigisse anno Mundi Ε͵ωλζ. quod verum est. Annus enim ille iniuit a Septembri Aeræ Christi Dionysianæ CCCXXIX, anno primo Olympiadis CCLXXVII, in quo desinebat quintum Chronicon Hesychij Illustris. Photius, 51, 2: τὸ δὲ πέμπτον τμῆμα περιέχει τὰ ἀπὸ τῆς Ἰουλίου τοῦ Καίσαρος μοναρχίας, μέχρις ὅτου Βυζάντιον ἐπὶ μέγα δόξης ἴχνος ἤρθη, Ὀλυμπιάδος ἑβδόμης, καὶ ἑβδομήκοντα καὶ διακοσιοστῆς ἱσταμένης. De cuius urbis Reginæ Orientis conditu hæc canit Cyrus Monachus:

Πόλεως δὲ βουλόμενος δομήτωρ χρηματίσαι
τὴν τῶν τυφλῶν κατέλαβε Χαλκηδονίων πόλιν,
καὶ κτίζειν ἀπαρξάμενος πρᾶγμα κατεῖδε ξένον.
καὶ γὰρ μεγαλοπτέρυγες ὄρνιθες ἐπιπτάντες
τοὺς λίθους ἀφαρπάσαντες μετήνεγκαν ἐκεῖθεν
ἐπὶ τὴν πόλιν Βύζαντος τὴν περιφανεστάτην.
ὁ τοίνυν θεοφύλακτος αὐτάναξ Κωνσταντῖνος
οὐκ ἀπὸ τύχης ἔγνωκεν, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐκ ταυτομάτου
συμβῆναι τὸ γενόμενον τοῦτο περὶ τοὺς λίθους
ἐπὶ τὴν πανευδαίμονα πόλιν τὴν Βυζαντίδα,
καὶ πόλιν ὀλβιόπολιν αὐτῇ προσανεγείρει,
πόλιν τὴν μεγαλόπολιν, τὴν νέαν ὄντως Ῥώμην,
Ῥώμην τὴν ἀρρυτίδωτον, τὴν μή ποτε γηρῶσαν.
Ῥώμην ἀεὶ νεάζουσαν, ἀεὶ καινιζομένην,
Ῥώμην, ἀφ᾽ ἧς προχέονται χαρίτων αἱ συρμάδες,
ἣν ἤπειρος προσπτύσσεται, θάλασσα δεξιοῦται,
ἠπίως ἀγκαλίζονται παλάμαι τῆς Εὐρώπης,
ἀντιφιλεῖ δ᾽ ἑτέρωθεν τὸ τῆς Ἀσίας στόμα.

quos versiculos in suum Chronicon transtulit Constantinus Manasses, in miscella historia: *quam, quum primitus Byzantium vocaretur, auxit, & maximo circumdedit muro, & diuersis ornatam fabricis æquam imperiali Romæ constituit, & denominatam Constantinopolim appellari secundam Romam lege firmauit, sicuti lex ipsa in marmorea platoma noscitur esse conscripta, & iuxta equestrem statuam eius in Strategio est constituta.*

XVII *Ad Consulatum Ausonij*] Ad quem Hieronymus Chronicon continuauit, & a quo Consulare Prosperi, & Chronicon Marcellini incipit, anno Christi Dionysiano CCCLXXIX, indictone VII.

CXVIII *Ad primum Sahami Armeniorum.*] Ab anno Christi Dionysiano DLII, ut in v̄ de Emend. Temp. notauimus, & præterea confirmatum nobis fuit a duobus Armenijs, qui me in istis ædibus conuenerunt anno Christi Dionysiano MDCI, quem ipsi putabant MLII a natali, siue XXV Decembris anni MDC. Sane anni MXLIX absoluti deducti de MDCI relinquunt primum annum Armeniorum DLII, ut antea. Tabulæ Arabicæ, quibus usi sumus, ἀπὸ τῆς χριστιανώσεως αὐτῶν, id est ab anno, quo Christiani facti sunt, hanc Aeram deducunt. Tamen a maiori antiquitate repetere Christianismum suum possunt. Eusebius enim ita de illis scribit in Hist. Eccles. τούτοις προσεπανίσταται τῷ τυράννῳ ὁ πρὸς Ἀρμενίους πόλεμος, ἄνδρας ἐξ ἀρχαίου φίλους τε καὶ συμμάχους Ῥωμαίων, οὓς καὶ αὐτοὺς χριστιανοὺς ὄντας, καὶ τὴν εἰς τὸ θεῖον εὐσέβειαν διὰ σπουδῆς ποιουμένους, &c.

CXIX *Ad primum Muharram.*] Epocha Arabum dicitur HEGIRA, hoc est διωγμός, vel φυγή. Verbum frequens est in Alcorano. Ita dicta, quod Muhammedes Pseudopropheta propter nouam legem suam pulsus a popularibus suis ex urbe Mecha, fuga saluti suæ consuluerit, anno Christi Dionysiano DCXXII, Iulij die XVI, feria VI, anno periodi Damascenorum CCXIII. Mensis vernalis Ramadhan XX Martij, Sabbato. Quintus igitur ab eo Muharram feria VI, Iulij XVI, tertia die a nouilunio. Epacta enim Iuliana illius anni erat XII, quæ posita est e regione XIIII Iulij, ubi neomenia Ab Iudaici fuit. Ergo XVI Iulij erat tertia a nouilunio, propterea quod adhuc Damasceni, Arabes, & Hagareni periodo Calippica utebantur, neque προηγήσεως σεληναϊκῆς notionem, aut rationem habebant. Ideo ab eo tempore neomeniæ Muharram Muhammedici incipiunt semper non ἀπὸ ἕνης καὶ νέας, ut Atticæ, neque ἀπὸ τῆς συνόδου, ut Iudaicæ, sed ἀπὸ τοῦ φεγγαρίου, a *Luna corniculata*, quam alibi diximus NALKA ab Arabibus vocari, hoc est *soleam equinam*, a figura. Accessit huic Aeræ superstitio vetus Arabica feriæ sextæ, siue diei Veneris, quæ Arabibus eodem in honore est, quo Iudæis dies Saturni, nobis dies Solis. Nam stellam Veneris, siue φωσφόρον præcipuo cultu obseruabant. Hieronymus v̄ Amos: *Sidus Luciferi, quem Saraceni hucusque venerantur.* Neque enim a Muhammede institutum, ut feriam VI obseruarent; sed ab ultima antiquitate Arabibus hoc in usu positum erat. De quo vide plura in libris de emend. Temp. Quod autem a fuga æram suam instituunt Muhammedani, & ea dies, qua iniuit neomenia primi Muharram, fuit feria VI, non quinta, ut falso Alfonsini tradiderunt, non solum ex magna hebdomadica periodo, quæ CCX annis constat, id ostenditur, sed etiam Georgius

Chrysococces medicus id præcipue monet, cuius hæc verba sunt: Τὸ τῶν Ἀράβων (ἔτος) Η ἀρχὴ τοῦ ἔτους τούτου ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ χρόνου ἐκείνου ἐκρατήθη, ἡνίκα ὁ ἀσεβὴς Μωαμὲθ ἀπὸ τοῦ Μακκᾶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν Μαδιναίαν, καὶ οἱ χρόνοι τῆς σελήνης μετὰ τοῦ ἔτους τούτου ἐδημοσιεύθησαν. καὶ οἱ μῆνες οὗτοι ἀπὸ τῆς σελήνης νέας φανείσης ἀριθμοῦνται. καὶ πάντες οἱ Μουσουλμανοὶ τῇ ψήφῳ τῇδε χρῶνται. ἡ ἀρχὴ τοῦ ἔτους τούτου ἡμέρα ἦν τετάρτη, καθ' ἣν σύνοδος ἦν. τότε γὰρ ἔχουσιν ἀρχὴν τοῦ μηνὸς, ὁπηνίκα ἡ σελήνη φανῇ αἰσθητῶς. ἡ δὲ πρώτη τούτων ἡμέρα ϛ ἦν. Post alia: ἡ δὲ τούτων ἀρχὴ Μουχάραμ. Obseruatione dignum, quartam diem fuisse a coitu luminarium, nempe a meridie XIII Iulj. sed ciuiliter erat tertia dies Ab Iudaici. Nam falso, ut diximus, Alfonsini primam diem incipiunt feria quinta a meridie XIIII Iulj. imo erat feria VI, quam, ut eorum mos est, putare debebant a meridie XV. Præterea quater peccant in embolismo. Vndecim ἐμβολισμοὶ, siue ὑπερήμεροι ἐνιαυτοὶ, sunt ἐν τριακονταετηρίδι, ut toties ostendimus. Ipsi quater in Triacontaeteride embolismum anticipant, in annis 7, 18, 26, 29, quum illi anni, ut ex Tabula nostra apparet, sint communes, sequentes autem ὑπερήμεροι, 8, 19, 27, 30. Ipsi enim Alfonsini ridicule τριακονταετηρίδα Lunarem sequuntur sine epocha. At epocha, ut alibi docuimus, implicita est annis Lunaribus. Epocha enim primi Muharram est, 6. 7. 112. pro primo anno Triacontaeteridos, cui annus simplex adiectus 4, 8, 876 dabit secundum annum 3.15, 988, & ita semper per incrementum characteris unius anni habebis feriam Muharram. Itaque hoc non aduerterunt Alfonsini, Radicem esse implicitam annis Triacontaeteridos. & quum radix sit primus annus, primus annus Lunaris erit secundus Hegiræ, secundus tertius, tertius quartus, & denique undetrigesimus est trigesimus. Calippus, Meton, & Harpalus, itemque Clauius sine radice annos simplices Lunares usurpant. Quod est ineptum. Multum enim peccari necesse est.

CXIX *Ad primum Pharauardin Iezdegird.*] Anno Christi DCXXXII, annis decem post primum Muharram Hegiræ, Iunj XVI, feria tertia. Georgius Chrysococces medicus: Ἔτος Περσῶν, Τοῦτο ἐτέθη εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ Ιασδακέρδης Ἀγιάρ. Η ἀρχὴ τοῦ ἔτους τούτου ἡμέρα γ. Ἀρχὴ μηνῶν Φαρβαδὶν, ὁπηνίκα ὁ Ιασδακέρδης εἰς τὸν θρόνον ἐκάθισεν. Dicit hanc Aeram iniuisse, quando Iezdegerdes in solio Cyri collocatus est. ideo ἀπὸ τοῦ ἐνθρονισμοῦ αὐτοῦ hanc Aeram putari. Quod falsum esse alibi demonstrauimus. Tabulæ quoque meæ Arabicæ tradunt idem ab enthronismo Iezdegird; alij scriptores a cæde Iezdegird hos annos cognominari. Mihi vero mirum videtur a cæde cuiusdam regis potius, quam a victore regis ullam epocham vocari. Vide quæ notamus ad Caput XI lib. primi. Othmen Arabs hunc regem interfecit: a quo potius hæc Aera vocanda fuerit. Sed quare a Iezdegirde putatur, alibi ratio redditur. Haiton hunc Iezdegird vocat Asob Arior. Chrysococcæ, ut diximus, est Ιασδακέρτης Ἀγιάρ. Quam vero lubricus sit error in annis vagis Nabonassari, Armeniorum, & Iezdegerdis, suo loco a nobis demonstratum est. Nunc ἀνωνύμου cuiusdam Græci scriptoris errorem aperiemus, cuius verba Iacobus Capellus producit in libello suo de Epochis. Is ἀνώνυμος scribit anno periodi Constantinopolitanæ 6952, Martij XI, hora. 8. 29'. 40'' ab ortu Solis, Solem ingressum in Arietem fecisse, anno Persarum DCCCXIII completo, hoc est DCCCXIIII currente, mensis Tirma Persici XVII: item duodecima Iunij sequentis, XX autem Persici Mecherma Solem initium Cancri ingressum hora 2. 20'. 8''. Deinde Septembris XIIII, anno Constantinopolitano 6953 iam currente, mensis Persici XXIIII, Solem principium Libræ ingressum hor. 1. 24'. 28''. Denique Decembris XII, hora 7. 41'. 16'', Solem primum punctum Capricorni inijsse, XVIII Pharauardin anni Persici DCCCXIIII completi, hoc est DCCCXV currentis. Hæc ille. In quibus dies quidem mensium Persicorum recte cum Iulianis comparantur. Sed de annis Persicis strenue hallucinatur. Nam anno 6952, quo adhuc annus Christi 1443 Dionysianus currebat, cyclo Solis XXIIII, neomenia Pharauardin iniuit XXVI Nouembris, feria III. Ergo erat annus iniens Persarum DCCCXIII, non, ut ipse vult, DCCCXIIII. Additis enim duobus, per perpetuam regulam, ad DCCCXIII, & toto per VII diuiso, remanebit feria tertia, quæ competit XXVI diei Nouembris anni Dionysiani MCCCCXLIII, in quam diem Pharauardin conuenisse satis ostendit Tabula magna cycli Canicularis. Proinde anno sequenti Pharauardin DCCCXIIII iniuit de XXV Nouembris, anno bisextili, cyclo Solis XXV; anni Dionysiani MCCCXLIIII, feria IIII. Verba ἀνωνύμου scriptoris si quis desiderat, ex fide Iacobi Capelli proferemus: Ἐψηφοφορήθη ὁ Κριὸς, καὶ εὑρέθη, ὅτι ἐν τῷ ϛϡνβ ἔτει πεπληρωμένῳ, καὶ τρέχοντος τοῦ νβ, ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου παραγωγῆς εἰσέρχεται ἥλιος εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ Κριοῦ, μηνὸς Μαρτίου ια, ὥρα Η, κθ. μ, ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου τῆς αὐτῆς ἡμέρας. Περσῶν δὲ ἦσαν ἔτη ωιγ (imo ωιβ) πεπληρωμένα. καὶ ἡ ια τοῦ Μαρτίου ἦν μηνὸς Περσικοῦ τοῦ Τερμὰ ἡ ιζ, καὶ τῷ αὐτῷ ἔτει, Ιουνίου ιβ, νυκτὸς ὥρα β. κ. η, εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ Καρκίνου. Περσῶν ἔτη γὰρ ἐνταῦθα πεπληρωμένα ωιγ (idem error. imo ωιβ) καὶ ἡ ιβ τοῦ Ιουνίου ἦν ἡμέρα κ μηνὸς Μεχερμὰ Περσικοῦ. καὶ ἔτι τοῦ ἐφεξῆς ἐρχομένου Σεπτεμβρίου τῇ ιδ, ἔτι καὶ ὁ ϛϡνγ χρόνος ἤρξατο, πληρωθέντος τοῦ νβ, εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ Ζυγοῦ, ὥρα α. κδ. κη, ἀπ' ἀνατο-

ἀνατολῆς ἡλίου τῆς αὐτῆς ἡμέρας. Περσῶν ἔτη καὶ ἐνταῦθα ωιγ (deest τὸ πεπληρωμένα, eodem errore) καὶ ἡ ιδ τοῦ Σεπτεμβρίου ἡμέρα ἦν Περσικοῦ μηνὸς τοῦ Δημᾶ ἡ κδ. καὶ τῇ τοῦ Δεκεμβρίου τοῦ αὐτοῦ ἔτους, ὥραι ζ. μά. ις, ἀπ' ἀνατολῆς ἡλίου εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ Αἰγοκέρωτος. Περσῶν ἔτη ἐνταῦθα ωιδ (imo ωιγ) πεπληρωμένα. καὶ ἡ ιβ τοῦ Δεκεμβρίου ἡμέρα ἦν Περσικοῦ μηνὸς τοῦ Δημᾶ ἡ κδ. καὶ τῇ ιγ τοῦ Δεκεμβρίου ἡμέρα ἦν ἡ ιη τοῦ Φαρουαρδὴν Περσικοῦ πρώτου μηνός. Καὶ οὕτως εὑρίσκονται τέσσαρες ὧραι τοῦ ἔτους. ἤτοι αἱ δύο ἰσημερίαι, καὶ αἱ δύο τροπαὶ κατὰ τὴν Περσικὴν πρόχειρον μέθοδον ψηφοφορηθεῖσαι κατὰ τὸ ἔτος, ὅπερ ἀνωτέρω εἴρηται. In iſtis, ut diximus, recte dies Perſicæ cum Iulianis comparantur, ſed in annis Perſicis peccatur unius anni metachroniſmo. Plus enim uno dicit. Itaque alios doctos viros in dinumeratione annorum Nabonaſſari; & Perſarum non ſemel lapſos animaduertimus, propterea quod characterem non adhibent primæ neomeniæ Thothi, aut Pharauardin. Obſeruationes quoque τῶν ἰσημεριῶν, καὶ τῶν τροπῶν, quæ hic ponuntur, falſæ ſunt. Eas alijs diſcutiendas relinquimus. Sed hic error excuſari poteſt; quum Tabulæ Prutenicæ uno ſolido die ingreſſum Solis in principia Signorum ſerius ponant, quam Alfonſini, & omnis natio aſtrologorum tam Arabum, quam Perſarum. Copernicus eſt auctor illius tardi ingreſſus Solis in Signa, dum obſeruationem Ptolemæi æquinoctialem anni Chriſti CXL ſequitur; & modum anni Hipparchei, ſiue Rab Adda, cum modo anni Tropici Alfonſini fruſtra conciliare conatur, ut ridicule commentus ſit apparens æquinoctium, & τὴν ἐπουσίαν τῶν ὡρῶν ſupra CCCLXV dies aliquando definit ultra horas 5. 55. 40. quæ magna eſt perturbatio in Tabulis prutenicis, quæ iuxta rationes Copernici conſtructæ ſunt. Illa omnia portenta, ut & Libramentum, quod ab hoc delirio pendet, caſtiganda ſunt. Atque utinam exiſtat, qui ex doctrina Alfonſina, & Coperniciana nouas tabulas nobis conficiat. Nam methodus Alfonſina longe omnium optima eſt, ſi motus ille iocularis trepidationis & Augium ex illis tollatur, & illis doctrina præceſſionis æquinoctiorum abhibeatur. Nam Prutenicæ Tabulæ moroſiſſimæ ſunt, & in multis περιεργία tam inutilis, quam ridicula, quum alioqui multa præclara in illis ſint, ſed tamen ita, ut longe plurima ſint caſtiganda.

CXX *Ad primum Pharauardin Gelali.*] *Gelal* Arabibus eſt σέβας, maieſtas. *Gelali*, σεβάσμιος, σεβαστός, Auguſtus. vel potius, quod rex ille, qui hanc epocham nouam cum noua anni forma ſanxit, vocabatur *Melic Sa Gelal eddin.* hoc eſt *Melic Sa maieſtas religionis.* σέβας τῆς θρησκείας, quod verum eſt. Apud Haytonum male legitur *Melic la* ὁ μακαρίτης Patriarcha Ignatius in epiſtola poſteriore: *Epoche autem Gelalæa, cuius notitiam a nobis quæſiuiſtis, ea cognominis eſt Sultani Gelal-eddin Melic Sa Alb Arſelan Selgiukæi Elchavvaraz Meſchahi, imperatoris Choraſan*, &c. Eſt autem Selgiuk vetuſtiſſima Choraſſenorum Dynaſtarum familia, unde quidam Othmenidas Turcorum principes deducunt. Hinc igitur annus Perſarum Tropicus vocatur Gelali, quod Rex Choraſan Melicſa, qui dictus Gelal, hunc annum inſtituit anno Chriſti 1079, a meridie XIIII Martij, feria quinta cyclo Solis XXIIII. Sed memineris eius, quod alibi monuimus, epocham hanc minorem eſſe iuſta horis pluſquam duodecim, a meridie XIIII Martij. Nam noſtræ Tabulæ præferunt 5. 2. 158. Ratio poſtulat, 5. 14. 652 Alexandriæ. Erit ergo maiuſcula in Choraſan. Nos a meridie XIIII Martij, quæ erat feria V, inimus more noſtro, & Alfonſinorum, feriam VI. Georgius Chryſococces: Ἔτος Σουλτάνου Μελιξᾶ. Προσταγὴ γὰρ ἐγένετο τοῦ τοιούτου Σουλτάνου, ὡς ἂν τὰ αὐθημερινὰ θῶσιν εἰς τὸ ἔτος αὐτοῦ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν χρόνων τοῦ ἔτους ἐκείνου, ἡνίκα ὁ ἥλιος εἰσέρχεται εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ Κριοῦ. καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ ἑκάστου μηνὸς οὕτως ἦν, ὅτε ὁ ἥλιος ἀπὸ ζωδίου μεταβαίνει εἰς ζώδιον. Η ἀρχὴ τοῦ ἔτους τούτου ἡμέρα α ἦν. Εἴπερ οὖν ἐκ τῆς κτίσεως κόσμου ἐτῶν χρόνους ϛφπϛ ἀφαιρήσεις, καταλειφθέντες ἐστὶ τὸ ἔτος Μελιξᾶ, ἀρχὴ ἰσημερίας, ἥτις ἐστὶ τῇ ιγ τοῦ Μαρτίου μηνός. Ἐπεὶ δὲ ἡ τοῦ χρόνου τῶν Περσῶν ἀρχὴ μὴν ὁ Φαρβαρδίν. Alibi: ἡ τοῦ Σουλτάνου τοίνυν Μελιξᾶ χρόνου ἀρχή ἐστιν, ὁπηνίκα ὁ ἥλιος εἰσέρχεται εἰς τὸν Κριόν. εἰσέρχεται δὲ νῦν τῇ ιγ τοῦ Μαρτίου μηνός. Illud præclare, a Rege Melicſa, vel Melic Sa, hanc Epochen inſtitutam fuiſſe: item eam inire ab ingreſſu Solis in Arietem. Propterea prima dies huius anni Tropici a Perſis hodieque dicitur *Neuruz Sultani.* ἰσημερία Σουλτανική. Quin & ipſe Chryſococces hanc Epocham vocat χρόνους Σουλτανικούς. Rurſus Μελιξᾶ dicit, quod proprie dicendum erat Μελὶκ Σᾶ. Nam *Melic* Arabibus eſt Rex. *Sa*, vel *Scha*, Perſis eſt nomen attributum regibus: ut is, qui Perſis hodie imperat, egregius Princeps, dicitur *Scha Habas*: & qui ante XVI annos rerum potiebatur, ei nomen erat, *Scha Tamas*. Aliquando τὸ *Scha* præcedit, ut in his duobus: aliquando ſequitur, *ut Adel-Scha. Nizamo-Scha, Cotumi-Scha. Melic-Scha.* In Achmetis Onirocriticis legimus, Σαὰ Νισὰν βασιλεὺς Περσῶν. Vbi præter *Scha* eſt aliud nomen multis principibus Perſarum commune, *Niſa.* Id eorum lingua eſt *Haſta*. Denique *Scha* Perſis eſt, quod infimæ vetuſtatis ſcriptoribus DOMNVS, & quod ab eo deprauatum ab Hiſpanis uſurpatur DON. Inde Agathiæ Σεγὰν Σαά. Δύναται, inquit, τοῦτο τῇ Ἑλλήνων φωνῇ Σεγεστανῶν βασιλεύς. Scribitur Iudaice שאה Neque aliter Arabice. Iſte autem Melic Sa erat ex

stirpe Turcarum, ut monet scriptor diligentissimus Leo Africanus libro II Africæ. Vide locum necessario, Capite de diuersis sectis Muhammedismi. Erat enim, ut antea diximus, Selgiuk, ex qua gente fuit celebris ille Tagroli pix. Vnde a Turcis hodieque vocatur Saldoki. Nam pro *Selgiuki* Turcæ dicunt *Saldoki*. Apud Haytonum vitiose legitur *Sadok*, pro *Saldok*. Rursus ab hoc *Sa Gelil* familia in Persis hodie nobilissima *Istigelu* denominata est. *Melic Scha* igitur est, quod Gallis *Monsieur*, Hispanis *Don*. Sic שאחי *Schahi* lingua Persica nummus dicitur, qui ad verbum Arabice *Sultani* dici posset. Illa, inquam, præclare a Chrysococce. Cætera vero pessime, quod dicit anno primo illius Aeræ neomenias omnes Persicorum mensium Sultanicorum concurrisse cum ingressu Solis in aliquod signum Zodiaci. Hoc nullo modo fieri potest. Menses enim Tropici sunt valde inæquales: menses autem Persici omnes sunt τριακονθήμεροι. Hoc indignum est Mathematico. Neque illud vere ab eo dictum, fuisse feriam primam. Erat enim quinta, ut diximus. Præterea & illud falsum, illum annum iniuisse a XIII Martij. Imo, quando hæc scribebat Chrysococces, æquinoctium conficiebatur post meridiem XIII Martij. Scribebat autem anno periodi Iulianæ Constantinopolitanæ 6854, Christi 1346. Illud autem recte: de annis periodi Iulianæ Constantinopolitanæ detrahenda esse 6586, ut adipiscaris æram Persarum Sultanicam. Abiecto interuallo, quod est a capite Aeræ Græcorum, ad primum annum Christi, nimirum 5508, de anno currente 6587, relinquetur annus Christi 1079, primus Aeræ Sultanicæ; vel Neuruz Gelaleæ Sultanicæ. Ab eo tempore, ad hanc usque diem, Persæ hac forma utuntur, relicto anno vago Iezdegird, a cuius Pharauardin decima octaua incipit neomenia Pharauardin Sultanici. In hac autem anni forma intercalatur aliquando post quinquennium, prout ratio epilogismi Solaris exigit. Perperam enim Chrysococces omnium quadrienniorum exitu intercalari scribit, ut in anno Iuliano: quum is sit annus Tropicus, non Iulianus. Anni autem vagi Iezdegirdici nullius hodie in ciuilis actibus usus est apud Persas. In solis Tabulis astronomicis adhibetur. Huius autem Tropici in omnibus actibus, quæ ἀνθημερινά Chrysococces vocat, hoc est Quotidiana, Arabes autem טואיף usus apud populum remansit. Porro in nostris Tabulis Arabicis octo sapientes ad institutionem huius anni aduocati sunt a Melic-sa: in quibus recensetur Abinsena. quod ridiculum est. Nam Abinsena mortuus est annis XLI ante huius anni editionem, anno Hegiræ CCCCXXVIII, cuius Muharram incidit anno Christi MXXXVII. Octobris XXIII, feria prima, mense Rhamadam, cuius neomenia XVI Iunj anni MXXXVIII, feria VI. quo die obijt Abinsena.

IN CAPVT SECVNDVM.

TEMPVS PROLEPTICON.] Quanuis hic multa sunt, quæ in tempus prolepticon conferuntur, ut pote quorum quædam anteuertunt epocham Mosaicarum rationum annis MCCCXXXVI: tamen quia ex eis illa, quæ in tempus historicon incidunt, & veritati maxime consentanea sunt, & cum initijs temporis mythici ita cohærent, ut sine maxima perturbatione interrumpi non possint, nos non solum ea integra referre necessarium duximus, sed etiam rem ridiculam facturi videremur, si seriem regum & Dynastiarum truncaremus, ut epocham historici temporis ab inchoatis & imperfectis Regum annis repeteremus. Quam ioculare enim esset, si, exempli gratia, a CVIII anno nonæ Dynastiæ Aegyptiorum inciperem, & octo Dynastijs omissis, a decima imperfecta ordirer, ut Eusebius a XLIII anno Nini, & XXII Europis? Quod probare non possumus. Ab eo enim tempore initium deducendum est, κατ' πρόληψιν, ante quod nulla est temporis memoria siue mythici, siue historici. Quare quum & necessaria sit simul & iucunda totius temporis ab ipso usque capite continuatio, nos iure eum ordinem integrum & intactum reliquimus, quem ab ipsis auctoribus accepimus, ab hac licentia manus & stilum continentes, quam in truncandis, mutandis, extendendis, & corripiendis Regum, & imperiorum interuallis, atque temporibus Eusebius sibi permisit.

DYNASTIARVM ÆGYPTI.] De excessu annorum, quos supra rationes Biblicas sibi vindicant Aegyptij, & aliæ priscæ nationes, vide Augustinum libro XII, cap. X de Ciuit. De vetustate vero Aegyptiorum multi multa scripserunt, quorum antiquissimus pater historiæ Herodotus ea in literas retulit, quæ a Sacerdotibus Aegypti acceperat, quorum ut quædam cum ipsis Dynastijs conueniunt, ita alia longe ab ipsis discedunt, siue imperiti fuerunt illi, quos interrogabat Herodotus, siue homini peregrino prudentes imposuerunt, siue interpretis vitio hoc accidit, qui aut ei illuserit, aut eum Herodotus assecutus non sit: siue & ipse

ipse vitio Græculorum usus est, quibus ludus fuit veris falsa immiscere. Vtcunque acciderit, nos maiorem fidem his Dynastijs adhibemus, quam Herodoto homini peregrino, quum eas ex veteribus sacrorum Aegyptiorum scrinijs Manethos genere & domo Aegyptius, & sacerdos eruerit. Opus autem suum in tres Tomos diuiserat. primo XI Dynastiæ continebantur, secundo VIII, tertio XII. Euagoras quoque Lindius libros de Regibus Aegypti reliquerat: sed quos auctores secutus sit, aut unde initium earum Originum instituerit, id vero nobis incompertum est. Nos nullas vetustatis reliquias cum istis comparandas esse putamus, neque felicius nobiscum agi potuisse, quam si integri illi Tomi ad nos peruenissent, quorum hanc epitomen Africano debemus, qui primus Christianorum fontes Chronologiæ reclusit, in cuius librorum quoque interitu negari non potest magnum detrimentum historiam temporum accepisse.

PRIMA DYNASTIA. *Menes.*] Hic dicitur Herodoto & Diodoro Μὴν. Eidem Diodoro etiam Μηνας.

SECVNDA DYNASTIA. *Vt boues, Apis quidem in urbe Memphi.*] Duos boues cæci illi colebant, Apim Lunæ dicatum in urbe Memphi, ubi, ut refert Strabo, erat templum Lunæ. Mneuin autem Soli sacrum Heliopoli. Quod Apis Lunæ, Mneuis Soli sacer esset, auctorem damus Aelianum lib. XI, cap. XI ζώων.

VII. *Sub hoc fertur Nilum.*] Huius fabulæ meminit Philostratus de vita Apollonij lib. VII: καὶ δίδως τὶ μεῖζον Αιγυπτίοις, ἢ εἰ πάλιν αὐτοῖς, ὡς αὐτοὶ ἄδουσι, μέλιτι συγκεκραμένος ἀναβαίη ὁ Νεῖλος.

QVARTA DYNASTIA. II. *& librum, qui sacer vocatur.*] Citatur a Stobæo in Physicis. Ita quoque vocatus fuisse videtur ille libellus, cuius interpretatio Apuleio attribuitur.

IX. *Iste dicitur longus fuisse cubitum V, palmor. III.*] Aliter Diodorus; qui scribit eum fuisse μεγέθει τετρασι παλαισαῖς μείζονα τῶν τεττάρων πηχῶν. hoc est septem pedum præcise. Secundum Africanum, uel potius Manethonem, fuit pedum octo cum quadrante, siue tribus uncijs.

SEXTA DYNASTIA. VI *Nitocris.*] Caue confundas hanc cum Babylonia. Ambæ præstantissimæ Heroinæ. Ambarum meminit Herodotus. Hæc videtur prima feminarum in Aegypto regnasse, annis MLXVI, postquam a Binothri secundo rege secundæ Dynastiæ lege sancitum, ut mulieres ex successione regnarent. Sic post hanc ann. DCCCCLXVII, Scemmiophris Ammenemis soror rerum in Aegypto potita est septimo loco Dynastiæ XII. Fuit & alia Nitocris in Dynastia Thebanorum, quæ regnauit anno post hanc 2294.

DVODECIMA DYNASTIA. III *Sesostris.*] Sic Herodoto, & Suidæ, Valerio Flacco, Lucano. Diodoro vero Σεσόωσις. Paulino Sesoostris: *Et qui regnauit sine nomine mox Sesoostris.* Sine nomine, hoc est sine heredibus.

IIII *Iste Labyrinthum.*] Labyrinthi istius admirandi conditorem Petesucen vocat Plinius libro XXXVI, cap. XIII. & a conditu illius, ad id tempus, quo illa scribebat, putat annos MMMDC. Itaque conditus fuerit circiter annum periodi Iulianæ plus minus 1190, non 1440, ut hic, undecima Dynastia. Sed potuit alius esse illi cognominis.

QVINTADECIMA DYNASTIA. PASTORVM.] Aegyptiorum quatuor genera erant, (quanquam Herodotus septem constituit, nos in quatuor redegimus) ἱερεῖς primi loco & dignitate, secundi μάχιμοι, qui & Καλασίριες & Ερμοτύβιες. tertium genus τεχνῖται, homines quidem ingenuæ, sed tamen humilis conditionis. quartum βουκόλοι, καὶ ποιμένες abiectissimum & despicatissimum genus, atque adeo Aegyptijs execrabile. Geneseos XLVI, 34. Eos Manethos prisca Aegyptiorum lingua ΥΣΚ dictos fuisse scribit, referente Iosepho. Erant autem omnes aduenæ, cuiusmodi Hebræi fuerunt, ut ex eodem Capite, & sequenti, constat. Hi, quum dure ab Aegyptijs tractarentur, quod loco bestiarum aut καθαρμάτων habebantur, non semel sese in libertatem vindicarunt, adeo ut regem & sedem regni sibi constituerent: quod accidit primo annis MCXII ante Exodum, in hac Dynastia, quæ est quintadecima Pastorum. Secundo alij Pastores rebellarunt annis DCCCLX ante Exodum. Tertia rebellio annis CXC ante idem tempus Exodi.

XVI DYNASTIA.] Iosepho sex tantum ex Manetho Reges designantur, Salatis anno XLIII. Apachnas ann. XXXVI, mens. VII. Apophis ann. LXI. Ianias ann. L. mens. I Assis ann. XLIX. mens. II. Hos, & posteritatem eorum, ann. DXI regnasse scribit idem Iosephus ex Manetho. Africanus ex eodem Manetho ann. DXVIII. Differentia ann. VII duntaxat.

XVII DYNASTIA.] Africanus τετάρτῳ χρονογραφιῶν: Apion, inquit, Grammaticus πατέρη τῶν ἱερέων scribebat, κατ' Ἴναχον Αργους βασιλέα, Αμώσιος Αιγυπτίων βασιλεύοντος ἀποστῆναι Ιουδαίους. Sane anno huius Dynastiæ cētesimo tertio plus minus cæpit regnare Inachus, & verum erit sub Inacho Pastores hos a Regibus Aegypti defecisse; sed illos pastores Hebræos, aut Mosem

 illius

illius defectionis signiferum fuisse, qui multis post annis natus fuerit, quis sanus non solum dicere, sed & putare audeat?

XIX DYNASTIA. III *Rameses.*] Huius nominis urbs in Aegypto fuit, quam labore, καὶ ταλαιπωρίᾳ Israelitarum condiderunt Aegypti Reges annis plusquam CCC ante hunc Ramesem, cuius cognominis fuit alius quintusdecimus XVIII Dynastiæ, qui cæpit regnare annis LXVI post Exodum. Sed Ramesem Plinius dicit claruisse Iliacis temporibus: qui sine dubio est, non ille quintusdecimus XVIII Dynastiæ, sed hic, de quo nunc agimus. Ab eius enim initio, ad annum capti Ilij, intersunt tantum anni XCVI. Nondum enim explorata erat vera excidij Troiæ epocha antequam Ephorus, Erathosthenes eam ex doctrina anni Attici indagarent.

XXI DYNASTIA. VII *Susennes.*] Annus decimus huius Regis conuenit anno periodi Iulianæ 3737, qui erat quintus Roboami filij Solomonis, quando Sesak rex Aegypti Templum Ierosolymorum spoliauit. Itaque secundum hæc Susennes fuerit idem cum Sesak, vel Susak. quod non videtur, quum is, qui proxime hunc sequitur, vocatus fuerit Sesochosis, quod quid aliud est, quam Sesak? idem profecto nomen est, neque negari potest. Quare in istis Dynastijs aliquid turbasse videtur Africanus, ut consuleret rationibus suis, quemadmodum fecit Eusebius. Omnino Σέσογχις idem est, qui Susak, aut Sesak. Quia tamen exiguus est anachronismus, quadriennij puta, aut quinquennij, dicamus Sesonchin, siue Sesac, viuo patre in Palæstinam hanc excursionem fecisse, quatuor, aut quinque annis ante obitum patris Susennis. Hoc, ut verisimile est, ita non inuitus credam. In quo videmus rursus consensum harum Dynastiarum cum sacræ historiæ monimentis. quod os obstruere possit istis exoticæ, &, ut ipsi vocant, profanæ historiæ obtrectatoribus.

XXII DYNASTIA.] Reges innominati III, IIII, V, quantum iudicare possumus, fuerunt Aethiopes: quorum ultimus Zara cum toto exercitu ab Asa Rege Iuda deletus est. II Chron. XII, 9. Tempus enim conuenit. Neque vero dubitamus.

XXV DYNASTIA. I *Sabacon.*] Huius meminit Herodotus, & Anysin cæcum, non Bocchorin ab eo interfectum scribit. Nos non solum cum Manethone, & Africano Bocchorin hunc a Sabacone combustum fuisse, & magnam mutationem ac rerum confusionem in Aegypto tunc accidisse, sed etiam id perspicue ab Isaia prædictum fuisse asserimus, cap. XIX, & commate 4 eiusdem Cap. Rex crudelis, de quo vaticinatur, is est Sabacon, qui anno V Ezekiæ, Bocchoride sublato, regnum Aegypti inuasit: eodemque tractu temporis magnam siccitatem, & squalorem propheta futurum prædicit, ita ut Nilus diebus æstiuis, ut solet, nulla incrementa capiat, neque Aegyptum irriget. Hoc prædixit Propheta sub Achas. Sed lib. II Reg. Cap. XVII, 4, eodem tempore Sua in Aegypto regnasse dicitur, qui aut est idem cum hoc Sabacon, aut alius Dynastiæ, quæ eodem tempore in alia parte Aegypti rerum potiebatur.

III *Tarachus.*] Iste Tarachus, ut hinc constat, fuit Aethiops, qui ex ultima Aethiopia profectus præpotenti & numeroso exercitu Aegyptum per multos annos infestauit: unde in Syriam se impressionem facturum minabatur, ut ex Isaiæ XXXVII, 9, patet. quod certe fecisset, nisi cum Seuecho Rege Aegypti, qui eius conatus aliquandiu remoratus est, res illi fuisset. Tandem interfecto Seuecho, anno XXVII Ezekiæ, regnum Aegypti occupauit. Porro scriptura Tharacham non Tarachon vocat. De quo Hieronym. in Esa. cap. XXXVII. *Pugnasse autem Sennacherib regem Assyriorum contra Aegyptios, & obsedisse Pelusium, iamque extructis aggeribus urbi capiendæ, venisse Taracham regem Aethiopum in auxilium, & una nocte iuxta Ierusalem* CLXXXV *millia exercitus Assyrij pestilentia corruisse narrat Herodotus, & plenissime Berosus Chaldaicæ scriptor historiæ.* Herodotus sane nihil eiusmodi de Ierosolymis, neque de numero hostium. Sed ex scriptura & ex Herodoto hanc congeriem gestorum in unum coaceruauit vel Hieronymus, vel auctor, unde hausit.

XXVI DYNASTIA.] Hactenus Manethon secuti sumus in superioribus XXV Dynastijs, in hac sola XXVI Herodotum, quod consentanea historiæ Bibliacæ scribat; & præterea, quod secundus ille Nechao, qui profertur ab Africano, suspectus nobis sit, quum unicum ponat Herodotus, a quo Iosiam interfectum fuisse ratio temporum secundum Herodotum vincit, secundum Africanum vero ille Nechao posterior quinto anno a cæde Iosiæ regnare cæperit. quod est absurdum. Nam proculdubio Africanus multa ex sacris libris & de suo his Manethо Dynastijs admiscuit, ut cum rationibus sacræ historiæ suas componeret. quæ ut aliquando male conferuntur, aliquando tamen aliquatenus concordant, ut quod ait, Ioachaz regem spoliatum regno a Nechaone fuisse, quem Nechao cum Nabuchodonosoro prælio congressurus secum abduxerit in ultimas partes Syriæ, ubi prælio

prælio infeliciter commiſſo victus pedem retulerit, ſecum captiuum Ioachas abducens. Hæc Africanus. quanquam non omnia vere. Qui ex Ieremiæ XLVI, 2, colligunt Nechaonem interfectum fuiſſe in illa clade, ad locum Carchamis, ubi pugna commiſſa, næ illi ſtrenue nugantur: quum Ieremias eo capite, non cæſos Aegyptios, ſed victos fuga ſibi conſuluiſſe dicat, Commatib. 5, 6. & præterea peccant prochroniſmo integri triennij. Hoc enim contigit initio expeditionis Nabuchodonoſori, quæ prima illi victoria Syriam ingredienti contigit. anno quarto Ioakim regis Iudæ fratris Ioachaz. Sane Africanus ex illo Ieremiæ loco ſuſpicatus Nechaonem in illo prælio interfectum fuiſſe, illi non ultra annos VI conceſſit. Totidem enim aut proxime ſunt a cæde Ioſiæ, ad illam cladem. Nam annus illius cladis, qui & primus expeditionis Nabuchodonoſori, eſt quintus a cæde Ioſiæ. Duo igitur παρεισδύματα Africani ſunt, Νεχαὼ ἕτερος, quum unus tantum fuerit, & falſa de eius cæde in tam anguſto interuallo ſuſpitio. Eiuſcemodi παρεγχειρήματα quot in Euſebio deprehendimus, ex noſtris animaduerſionibus lector intelligere poteſt. Sed impoſuit Africano, quod non aduerterit duas expeditiones Nechaonis in Syriam fuiſſe. In priore poſt cædem Ioſiæ tres tantum menſes in Palæſtina moratus, vinctum ſecum abducens Ioachaz in Aegyptum reuerſus eſt. In poſteriore victus eſt anno Ioakim IIII, ut eſt apud Ieremiam. Ex iſtis duabus unici Nechaonis expeditionibus duos Nechaonas conflauit Africanus quæ eſt in certiſſima hallucinationis eius cauſſa. Liber poſterior Regum XXIIII, 7. videtur velle Nechaonem ſuperfuiſſe Ioakimo: quum hic non vltra III annum Ioakim vitam produxiſſe dicatur.

II *Nechepſos.*] Alium Nechepſon memorat Paulinus, cui Seſoſtrin ſucceſſiſſe ſcribit:

Quique magos docuit myſteria vana Nechepſos,
Et qui regnauit ſine nomine mox Seſooſtris.

VI *VVaphris.*] Απρίης ab Herodoto, & חפרע ab Ieremia vocari alibi indicauimus. Cum hoc pactum aduerſus Regem Nabuchodonoſorum, cuius beneficarius erat, Sedekias fecit. Ezekiel XVII, 13, 14, 15. Exitium iſtius Regis, quod illi ab Aſſyrijs imminebat, prædictum ab Ezekiele XXXII, anno 4125 periodi Iulianæ, annis XX, antequam accideret. Sed Herodotus ab Amaſi captum & interfectum dicit. Ieremias XLIIII, 30, conuenientiſſime Herodoto dicit in manus inimici ſui (Amaſios) traditum iri eodem modo, quo Sedekias in poteſtatem inimici ſui Nabuchodonoſori venit. Quæ vero eodem Capite Ezekielis dicuntur de Aegypti deſolatione, ita ut in deſertum redigenda ſit, hoc Dei miſericordia remiſſum fuiſſe, neque contigiſſe certiſſimum eſt, quemadmodum neque Niniuen deleuit, ut per Ionam & Nahum interminatus erat. Et multa ſunt eiuſcemodi apud Ezekielem, Eſaiam & Ieremiam.

ALIA DYNASTIA THEBANORVM.] Ex hac Dynaſtia patet diuerſos reges eodem tempore in Aegypto in diuerſis partibus imperium obtinuiſſe. Nam quando Saites primus Dynaſtiæ XV ex latrunculis paſtoribus circa Bucolia Aegypti iam decimum annum regnabat, in partibus Thebaidos regnum iniuit Menes Thebanus cognominis illius, qui primus in Aegypto imperium obtinuiſſe dicitur poſt Heroas & Semideos. Deſiuit autem hæc Dynaſtia Thebanorum in anno XXII Amenophtis quarti in Dynaſtia decima octaua: quo tempore etiam in ijſdem partibus diuerſi reges imperabant. Nam XVIII Dynaſtia urbe ipſa Dioſpoli, id eſt Thebis, potiebatur, iſta vero agro Thebano. Et profecto illa vetuſtiſſima regna fuerunt inſtar latrociniorum, ubi vis, non lex, aut ſucceſſio, aut ſuffragia populi reges in ſolio regni collocabat. Denique apud Græcos ſcriptores, qui multa audacter in hiſtoria innouabant, longe a Manetho diuerſa & in geſtorum ratione, & in annorum interuallis prodita fuerunt. in quibus ea, quæ de initijs regnorum Aegyptiacorum Dicæarchus retulit, qui poſt Oſirin & Iſin, ſtatim Seſonchoſim ponit, a quo, ad primam Olympiadem, putat annos bis mille nongentos triginta ſex. In vetuſtiſſimis Scholijs in Apollonium Rhodium: Δικαίαρχος ἐν πρώτῳ, μετὰ τὸν Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος Ὧρον, βασιλέα γεγονέναι Σεσόγχωσιν λέγει.. ὥστε γίνεσθαι ἀπὸ τῆς Σεσογχώσιδος βασιλείας, μέχρι τῆς Νείλου, ἔτη δισχίλια φ, ἀπὸ δὲ τῆς Νείλου βασιλείας, μέχρι τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος, ἔτη υλς. ὡς εἶναι τὰ πάντα ὁμοῦ δισχίλια ἐννεακόσια λς. Ergo initium Seſonchoſidos inciderit in annum periodi Iulianæ 1002, qui erat 348 Dynaſtiæ nonæ. initium vero Nili congruerit anno 3502, qui erat tertius Regis Thuoris. Sed Græculorum eſt mentiri, & falſa veris affingere.

PRIMA DYNASTIA BABYLONIORVM.] Non primus Belus in partibus Orientis regnauit, ut maximæ parti Hiſtoricorum placuit. Nam ante Belum Arabes in Babylonia, ante illos Chaldæi ibidem regnum obtinuerunt. Et ut Chaldæos Arabes, ſic illos Aſſyrij de regni poſſeſſione deturbarunt; Aſſyrios Medi, Medos Perſæ, Perſas Macedones, Macedonas Parthi, Parthos iterum Perſæ temporibus Alexandri Mamææ, Perſas Saraceni, Saracenos Turcæ,

Turcas Tatari, Tataros Sophiani, quorum hodie imperium est in Perside, quanquam varia belli fortuna iactentur, illos Turcis, illis Turcas infestantibus.

TERTIA DYNASTIA ASSYRIORVM] Constat Assyrios totius Orientis, præterquam Indorum, dominos fuisse. Atque ut illud certum est, ita hoc controuersum, quot reges fuerint, & quot annos imperarint. Diodorus triginta quinque memorat ex Ctesia. Ita enim Eusebius legebat apud Diodorum: Σαρδανάπαλος δὲ τριακοστὸς μὲν καὶ πέμπτος ἀπὸ Νίνου τοῦ συστησαμένου τὴν μοναρχίαν. At in editione Henrici Stephani nostri τριακοστὸς tantum legitur. Quare locus corrigendus. Cephallion XXIII tanquam numerat. Sed fuit ille nugacissimus scriptor. Velleius Sardanapalum tertio & trigesimo loco a Nino ponit, uno tantum rege a Ctesia & Diodoro dissidens, nisi error sit, cuiusmodi non pauci in illo luculento scriptore leguntur, non illius, sed librariorum vitio. De duratione imperij non minor est dissensio. Cephallion ille nugator mille annos durasse: Iustinus MCCC. quod sequitur Aur. Augustinus lib. XII, cap. X de ciuit. Diodorus sexaginta amplius, quam Iustinus, sed verecunde, ut ait Georgius Syncellus: qui postquam Diodori illud, quod supra posuimus, testimonium produxisset, Ταῦτα, inquit, ὁ Διόδωρος ἡμῖν παραδίδωσιν, μηδ' οὕτω θαρρήσας ἀποφαίνεσθαι τὸν τῶν βασιλέων ἀριθμὸν, ἢ χρόνου τὴν ἀκριβῆ ποσότητα, προσηγορίας τε αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τίνος ἡ κατὰ Τροίας τῶν χρόνων ἔφοδος γέγονεν. ἀλλὰ πάντα φειδομένως, διὰ τὸ τῶν παλαιοτέρων αὐτοῦ ἱστορικῶν ἀσύμφωνον. μόνον δὲ ὅτι πλείω τῶν α τῶν ἐτῶν ὁ χρόνος τῶν ἀπὸ Νίνου λε βασιλέων ἐστὶν, ἀπεφήνατο, &c. Aemilius Sura vetus scriptor apud Velleium Paterculum ab initio Nini, ad euersam a Scipione Africano minore Carthaginem, putat annos MDCCCCXCV. quibus deductis de anno periodi Iulianæ 4568, quo Carthago deleta est, remanet annus periodi Iulianæ 2573, qui est penultimus Aralij sexti Assyriorum regis. Idem Velleius ab initio Arbacis, ad Consulatum Vinitij, hoc est annum periodi Iulianæ 4743, numeri vero Eusebiani MMXLVI, putat annos DCCLXX. Sed deesse centenarium vel cæco paret, & legendum DCCCLXX, quod nec clarissimum virum, optimeque de bonis literis meritum Iustum Lipsium nostrum latuit. Deductis DCCCLXX de MMXLVI, remanet numerus Eusebianus MCLXXVI, post quem ponitur initium Sardanapali, ut in id tempus initium Sardanapali ab Eusebio conijciatur, in quod exitum eius Velleius contulit, nisi aut error viginti annorum sit apud Velleium, aut hallucinatio Velleij exitum Sardanapali pro initio ponentis. Si igitur de anno periodi Iulianæ 3873, qui respondet numero Eusebiano MCLXXVI, deducatur annus periodi Iulianæ 2573, in quo initium Sardanapali ab Aemilio Sura statuitur, remanebit duratio imperij Assyriorum anni MCCC, quantum interuallum a Iustino assignatur. Sed apud Velleium longissimo spatio luxata sunt Aemilij Suræ verba ab eo loco, quem Velleius illis dederat. Ponam verba Velleij, ut legenda esse nemo, nisi qui iudicio omni careat, dubitauerit, quum, ut hodie leguntur, non mendosam modo, sed etiam ridiculam sententiam concipiant. Ita scripsit Velleius. *Insequenti tempore imperium Asiaticum ab Assyrijs, qui id obtinuerunt annis MLXX, translatum est ad Medos ab hinc annis ferme DCCCLXX. Quippe Sardanapalum eorum regem mollitijs fluentem, & nimium felicem malo suo, tertio & trigesimo loco ab Nino & Semiramide, qui Babylona condiderant, natum, ita ut semper successor regni paterni foret filius, Arbaces Medus imperio vitaque* » *priuauit. Aemilius Sura de annis populi Romani. Assyrij principes omnium gentium rerum po-* » *titi sunt, deinde Medi, postea Persæ, deinde Macedones, exinde duobus Regibus Philippo & Antio-* » *cho, qui a Macedonibus oriundi erant, haud multo post Carthaginem subactam deuictis, summa* » *imperij ad populum Romanum peruenit. Inter hoc tempus, & initium Nini Regis Assyriorum,* » *qui princeps rerum potitus, intersunt anni MDCCCCXCV. Ea ætate clarissimus Graij nominis Lycurgus Lacedæmonius, vir generis regij fuit, seuerissimarum, iustissimarumque legum auctor, & disciplinæ conuenientissimæ vir: cuius quandiu Sparta diligens fuit, excelsissime floruit. Hoc tractu temporum, ante annos V & LX, quam urbs Roma conderetur, ab Elissa Tyria, quam quidam Dido autumant, Carthago conditur: circa quod tempus Caranus vir generis regij, sextusdecimus ab Hercule profectus Argis regnum Macedoniæ occupauit: a quo magnus Alexander quum fuerit septimusdecimus, materni generis auctore, paterni Hercule gloriatus est. Huius temporis æqualis Hesiodus,* &c. Totum locum apponere libuit, ut in conspectu esset omnibus, & appareret Aemilij Suræ verba non ad populi Romani victorias & progressus belli, quia ea hoc loco alienissima sunt, spectare, sed ea gratia a Velleio produci, ut ex illis vetustatem imperij Assyrij ostenderet, de quo, non de populo Romano, sermo iniectus erat. Huic restitutioni fidem fecerit, quod in idem tempus Lycurgus, Caranus, & Hesiodus a Velleio conferuntur. Lycurgus enim numero Eusebiano MCXCVII clarebat. Carani vero initium incidit in numerum MCCIIII. Hesiodus florebat numero MCCX: &, quod præcipuum est, cuius caussa etiam sermo institutus est, Arbacis initium congruit numero MCXCVIII. Re-

MCXCVIII. Recte igitur hæc quatuor σύγχρονα facit Velleius, utpote quæ intra X annos contigerunt.

I *Belus.*] Hos XII reges Assyriorum Africano luculento scriptori debemus, qui non a Nino, ut Ctesias; sed a Belo Dynastiæ Arabum euersore initium regni Assyriorum capit. Sane Ctesiam, ut erat homo vanissimus, aliquot Reges detraxisse, minime dubitamus, ut æram Chaldæorum initio Nini accommodaret, quum tamen eius initium sit a XVIII anno Semiramidis, quæ multis egregijs operibus ita Babylonem exornauit, ut propterea eam condidisse creditum sit. Aliorum regum Assyriorum mendacissimi Græculi meminerunt, ut Οζυμανδύς ὁ Ασσυρίων βασιλέως Tzetzes CXIIII. Cæterum alium Assyriorum Belum a Belo Tyriorum esse, multumque ea nomina inter se differre alibi ostendimus. Bel Assyriorum est בל, Bel Tyriorum בעל, & Syriace בעל. Quare Græci Belum Assyrium non distinguunt a Belo Phœnicio. de quo Virgil.——*qua Belus, & omnes A Belo soliti*——Hieronymus quoque, quanquam hanc nominum distinctionem non ignorauit, Commentario in II Cap. Osee, patrem Nini Belum eundem cum Virgiliano facit, hoc est בל & בעל eundem esse intelligit. Apud Photium 559, 3. ὅτι Φοίνικες, καὶ Σύροι τὸν Κρόνον Ηλ, καὶ Βὴλ, καὶ Βολάθην ἐπονομάζουσιν. Atqui Βὴλ est בעל. At Βολάθης perperam pro Βολάθις, est femininum, בעלה. Sed ἢλ est אל, id est *Deus.*

IIII *Ninyas.*] Qui condidit magnam urbem, quam Græci Νίνον vocant, is Νινύας illis dicitur, quod est nomen Hebraicum ipsius urbis נינוה Νινύα. Sed Masoritæ maluerunt eam vocari Νινευί. Eadem forma est nominis Νινύας, quæ & Πανύας XXIIII regis. quod Hebraice esset פנוה

XXVII *Teutamus.*] Diodorus ex Ctesia perhibet excidium Troiæ sub hoc rege contigisse, quanquam timide, & per concessionem. quod non tacuit Georgius Syncellus de hac re verba faciens: καὶ ὅτι τὴν Τροίας ἅλωσιν ἐπὶ τοῦ κς´ ἀπὸ Νίνου βασιλεύσαντος Ασσυρίων φησὶ γενέσθαι μετὰ ἔτη πλείω, ἄλλοις ἐπιγράφων τὰ λεγόμενα, ὡς μὴ πάντη συντιθέμενος. Ab initio enim Teutami, ad excidium Ilij, anni intersunt CCLXVI: & ab initio Beli, ad initium Teutami, anni DCCCCLX, non DCCCCXLIII, ut hallucinatur Georgius.

Colliguntur ab initio Beli, anni MCCCCLXXXIIII. Eusebio MCCXL. Definit enim in numero MCXCVII. Adiectis annis LXIII, fiunt anni MCCXL. Ex illo quoque loco Eusebij eundem numerum annorum retulit Augustinus lib. IIII, cap. VI de Ciuit. *Nam sicut scribunt, qui Chronicam historiam persecuti sunt, mille ducentos & quadraginta annos ab anno primo, quo Ninus regnare cæpit, permansit hoc regnum* (*Assyriorum*) *donec transferretur ad Medos.* Apud Orosium mendose legitur MCXL. Scribendum MCCXL. Sed multa mendorum portenta sunt apud illum scriptorem: ut quum dicit quinquaginta Assyriorum reges fuisse. item quum conijcit casum Sardanapali in annum LX ante Vrbem conditam. Vere dixisset, si septem annis plus dixisset. Aemilius Sura ponit interuallum ab initio Nini, ad excidium Karthaginis annos MDCCCCXCV. qui ab anno periodi Iulianæ 4568, quo capta fuit Carthago, retro retexti relinquent annum periodi Iulianæ 2573, vnde capiendum fuerit initium Nini; circa quod tempus sextus a Belo regnare cæpit Aralius, centesimo octagesimo anno ab initio Beli, centesimo sexagesimo secundo postquam Ninus regnare cæpit. Ergo CLXII annis eius rationes discrepant ab Africani & nostris.

QVARTA DYNASTIA MEDORVM.] Medorum Reges, & annos ordine exponit Diodorus Siculus, ita ut Regum, aut annorum numerum alium ab hoc statuere, hoc sit insanire, quum & numerum Regum, & annos ipsos conceptos haberent διφθέραι, siue κεφαλίδες Persicæ, in quibus omnes reges & gesta regum tam Medorum, quam Persarum perscribi solita perhibet Diodorus. Itaque ab illis discedere, est historiæ præscribere. Sane actum erat tum de epocha Beli absque Regibus Medis esset, tum etiam de epocha Arbacis, nisi initium Cyaxaris haberemus, quem anno secundo Olympiadis XXXVII imperium inijsse & Eusebius noster, & alij veteres auctores sunt. Deprehenso itaque Cyaxaris initio, non solum Arbacis, sed etiam Beli, initium adipiscimur. Iandudum mendum apud Diodorum notauimus, apud quem legimus Cyaxarem regnum inijsse anno II Olymp. XVII. quum legendum sit ὀλυμπιάδος λζ´, non autem ιζ´. Est enim error librarij, non auctoris.

VIII *Astibaras.*] Hunc, qui aliter Cyaxares dicitur, a Nabuchodonosoro suppetias vocatum ad Ierosolyma oppugnanda scribit Alexander Polyhistor apud Eusebium libro X προπαρασκευῆς. Quod vanissimum mendacium auctoritate sacræ historiæ satis eluditur, non utique quod tempora repugnent, (obijt enim Cyaxares anno quinto Nabuchodonosori) sed quia nulla mentio Medorum fit ad oppugnanda Ierosolyma in sacris libris.

IX *Huius anno septimo, &c. defectio Solis.*] Defectionem Solis Medis cum Lydis bellum gerentibus sub Cyaxare contigisse testis est Herodotus. De defectione Solis tam verum est, quam falsum eam sub Cyaxare contigisse. Accidit enim anno VII Astyagis.

DYNA-

DYNASTIA ASSYRIORVM, POSTQVAM A MEDIS DEFECERVNT.] Ingens illud Aſſyriorum imperium, quod integrum inuaſit & tutatus eſt Arbaces, in multas lacinias ſub Arbacis ſucceſſoribus diſcerptum eſt: quod perſpicue docet Oroſius libro I cap. XIX. *Exin regum Aſſyriorum imperium in Medos conceſſit. deinde multis prælijs undique ſcatentibus, quæ per ordinem diſſerere nequaquam aptum eſt, per varios prouentus ad Scythas Chaldeoſque, & rurſus ad Medos parili via rediјt.* Sub Artyca enim Nabonaſſarus a Medis deficiens nouam dynaſtiam in Babylonia condidit, & Salmanaſſar rex Aſſyriorum decem tribus in Mediam deportauit. Rurſus ſub Arbiane Sennacherib rex Aſſyriorum a filijs occiditur. ita ut Medis imperantibus non ſolum Aſſyriam alij inuaſerint, ſed etiam partem Mediæ iam tum Salmanaſſar obtineret, quum in eas regiones decem Tribus deportauit. Præterea Eſaias, qui ſub Soſarmo III Medorum rege prophetare cæpit, XIII, Aſſyriæ exitium minatur a Medis. Non ergo ſemper Aſſyrij Medis paruerunt: ſed, quod iam diximus, Chaldæi ab ipſis non ſemel defecerunt, & rurſus Medi eorum rebellionem ulti ſunt. quod tam certo conſtat, ut ex eo Eſaiæ loco, & ex verbis Oroſij paulo ante productis colligi poſſit, imperium Medorum varia rebellionum & defectionum fortuna agitatum fuiſſe. Quin etiam non ſolum ſub Artyca Nabuchodonoſorus a Medis defecit, ſed etiam ſub Panya XXIIII Aſſyriorum rege Chaldæi Phœnicibus bellum intulerunt, non facturi, ſiquidem Aſſyriorum imperio ſubiecti fuiſſent. Quare illud imperium clarius eſt origine & vetuſtate ſua, quam amplitudine, quam non ſemper integram perpetuauit: quæ initio quidem immenſa fuit, poſtea per ſubditarum nationum defectiones in multas quaſi lacinias diuulſum eſt, regibus Aſſyriorum in luxum ſolutis, & quiduis potius, quam arma, & ſalutem regni ſui meditantibus. Denique ſi Cteſiæ credimus, vivente Sardanapalo, alius rex in urbe Nino regnabat. Athenæus enim libro XII hæc ex Cteſia refert de Sardanapalo: τοὺς γὰρ τρεῖς υἱοὺς, καὶ δύο θυγατέρας, ὁρῶν τὰ πράγματα κακούμενα, προπεπόμφει ἐς Νίνον πρὸς τὸν ἐκεῖ βασιλέα, &c. Cteſiam ſecutus Diodorus Sardanapalum alibi, quam in urbe Nino perijſſe ſcribit. Primi, ut nobis videtur, iugo Medorum excuſſo priſtini regni ius aſſeruerunt Aſſyrij, quorum quinque tantum Reges nobis ſubminiſtrat ſacra hiſtoria, in quibus etiam Sennacheribi meminit Herodotus, quem Arabum regem vocat, quia, ut putamus, Arabes Scenitæ Babylonijs finitimi, gens acris & ſtrenua, Medis iam in luxum & molliorem vitam ſolutis, videntur Aſſyriorum fines inuaſiſſe, & in illis regnum obtinuiſſe. Secundo Babylonij rebellarunt annis CXXVI ab exitio Sardanapali, duce Nabonaſſaro, a cuius initio omnes motuum cæleſtium rationes deducuntur, ut nullum vetuſtiorem temporum titulum nouerit aſtronomia. Non enim ſub Arbace Babylonij rebellarunt, ut comminiſcitur Oroſius lib. II, cap. II. *Diſcedente autem Arbace in Medos, partem regni penes ſe retinuere Chaldæi, qui Babyloniam ſibi aduerſus Medos vindicarunt.* Sed fallitur. Primus enim Nabonaſſarus defecit a Medis, & nouum imperium in Babylonia condidit. Poſt Nabonaſſarum illud ingens imperium diuerſis caſibus, interregnis, latrocinijs, tyrannorum inuaſionibus concuſſum tandem in poteſtatem Cyri venit. Seriem vero regum a Nabonaſſaro, ad Cyrum uſque, quam hic damus, imperitorum audacia contaminatam ex Ptolemæo partim, partim etiam a coniectura reſtituimus.

I *Nabonaſſarus.*] Huius Nabonaſſari mentio apud unum Ptolemæum extat, pro quo Arabs interpres ineptiſſime Nabuchodonoſorum vertit. Abſque Ptolemæo foret, perierat huius regis memoria, niſi quod obiter eius annorum meminit Cenſorinus. Succeſſionem huius imperij, uſque ad Cyrum, nunc primum publicamus. Hactenus enim ea ignorata fuerat.

V *Mardokempadus.*] Hunc eſſe eundem, quem Merodach ſcriptura vocat, alibi a nobis demonſtratum eſt. Primo & ſecundo huius anno Luna defecit, ut ex obſeruationibus Chaldæorum Hipparchus, & poſt eum Ptolemæus, notarunt. Anno XIIII Ezekiæ iuſti, regis Iuda, Mardokempadus legatos miſit Ieroſolyma, qui erat eius imperij ſeptimus, & periodi Iulianæ 3999, anno primo Hebdomadis, ſiue Semittah, qui annus Romuli morte inſignis fuit, & defectione Solari, quam maximæ tenebræ conſecutæ ſunt, XXVI Mai, neomenia Sivvan. item miraculum umbræ retroactæ hoc anno contigit. Qui epocham mundi maiorem XVIII annis faciunt, quam nos, & quam ratio poſtulat, ij neceſſario annum XIIII Ezekiæ ſtatuere coguntur in anno 3984 periodi Iulianæ, annis IX ante initium Mardokempadi. Quod abſurdiſſimum eſt.

XVII *Nabuchodonoſorus.*] Hunc male Nebuchadnetzer Maſoritæ vocant, & multi hodie ἑβραΐζοντες multum ſe in Hebraiſmo profeciſſe putant, ſi ita potius, quam quomodo omnis vetuſtas eum vocauit, appellent. Hic in Syria, viuo patre, cum imperio, iure, ac nomine regio bellum adminiſtrauit annos XIII, uſque ad exitum patris Nabopollaſſari, poſt quem XXX annos ſolus regnauit. Vnde ſecundus annus Nabuchodonoſori apud Danielem Cap. II, eſt

ſecundus

ſecundus horum triginta, quos ſolus regnauit. Sciendum vero Nabuchodonoſorum poſt mortem patris reuerſum in Babyloniam omnia per legatos ſuos in Palæſtina geſſiſſe. Quum enim Ieroſolyma capta ſunt, ipſe erat in Rebla. Conſtat vero illum locum ii cap. Danielis & veteribus, & recentioribus ignoratum fuiſſe. ubi Benedictus Pererius, *ut latis equa trima campis Ludit exultim*——

xxi *Nabonidus.*] Hunc Darium Medorum ſanguine oriundum vocat Daniel. Vnde Abidyno ex Megaſthene Μήδης cognominatur. Chronologorum acumen regem Medorum vocat, quem tantum ex Medis oriundum Daniel dixit. In Apendice librorum de Emend. temp. ſatis de eo a nobis diſputatum eſt. Hunc in munimento Borſippeno incluſum tandem poſt diuturnam obſidionem expugnauit Cyrus. quod ab Ieremia ita ordine prædictum fuerat, ut dubitem, maiorne voluptas, an admiratio ſit, ea legere. Non enim vaticinium, ſed res geſta videtur. τὰ Βόρσιππα autem, quibus ſeſe Nabonidus Medes tutatus eſt, Strabo Apollinis & Dianæ tutelam fuiſſe ſcribit, & λινουργεῖον μέγα vocat, & poſt eum Stephanus. Iudæorum quoque Digeſti Talmudici in Capite חֵלֶק, τῶν Βορσίππων mentionem faciunt in illo Prouerbio: בָּבֶל וּבוֹרְסִיף סִימָן רַע לְתוֹרָה. Βαβυλὼν καὶ Βόρσιππα σημεῖον κακὸν τῷ νόμῳ. Iudæi adhuc quærunt, quid ſit בּוֹרְסִיף.

xxii *Cyrus.*] Babylonij initium Cyri ſumunt a xxii anno imperij eius Perſici, quod eſſet primus captæ Babylonis: quemadmodum Iudæi primum annum Cyri vocant, qui erat xxix imperij Perſici, & primus tam imperij totius Aſiæ, quam laxatæ Iudæorum captiuitatis. Sic Italis alius olim fuit primus annus Karoli Magni, nimirum imperij Romani, alius Francis; regni Francorum. Sic Babylonijs primus annus Alexandri erat, qui ſeptimus regni Macedonici Græcis. Abſurde vero Babylonem captam ante Lydos ſubactos refert Paulus Oroſius, auctor alioquin valde bonus. libro autem ii, cap. vi, ridicule ait Croeſum obſeſſæ a Cyro Babyloni ſuppetias iuiſſe.

Hinc ad defectionem Arſacis.] Arſaces a Macedonibus defecit primo bello Punico, L. Manlio Volſone, M. Atilio Regulo Coss. Auctor Iuſtinus. Hoc par Conſulum congruit anno periodi Iulianæ 4464, numero Euſebiano MDCCLXVII. Sed obſtrigillat Suidas: Ἀρσάκης ὁ Παρθυαῖος τοὺς Μακεδόνας, κρατήσας τῆς Περσῶν ἀρχῆς, ἔτει σϟγ ἐκβαλών, Πάρθοις τὴν βασιλείαν παραδέδωκεν. ἔνθεν Ἀρσακίδαι ἐκλήθησαν οἱ Παρθῶν βασιλεῖς. *Arſaces,* inquit, *Parthus imperio Perſarum potitus anno* CCXCIII, *eiectis Macedonibus, regnum Parthis tradidit.* Nam unde illi CCXCIII anni deducendi? Non dubium ab initio Cyri. Sed abſunt a Conſulatu Vulſonis & Reguli annis XVII, poſt mortem Alexandri LVII. Maior diſcrepantia apud Ammianum Marcellinum, qui Seleucum Nicatora ab hoc Arſace debellatum perhibet, ac tum Arſacidarum imperium inijſſe. quod falſum eſt. Parthorum vero regum ſucceſſionem quandam ut texeret, multa de ingenio diuinare cogitur Onufrius Panuinius noſter præſidijs veteris hiſtoriæ defectus, ut confidenter annos ſingulis Regibus attribuat, tanquam ſcriptores vetuſtiſſimi extent, unde illos annos, & regni interualla hauſerit. Nos eiuſmodi exemplum neque laudamus, neque ſequimur; qui neque regum illorum, neque rerum ab illis geſtarum memoriam, neque annos, per quos regnarunt, tenemus: ut temerarium ſit, quot annos imperarunt, aſſerere, quum ne ipſos quidem reges ſatis exploratos habeamus. Romæ in hortis Mediceis hæc inſcripto extat.

SERASPADANES. PHRAATIS
ARSACIS. REGVM. REGIS. F.
PARTHVS
RHODASPES. PHRAATIS
ARSACIS. REGVM. REGIS. F.
PARTHVS.

In ijs duo, Seraſpades, Rhodaſpes Romam obſides miſſi ſunt a patre Phraate, una cum ſignis, quæ Craſſo parthi abſtulerant. Strabo non duos, ſed quatuor filios obſides miſſos ait: ὁ δὲ ἐκεῖνον διαδεξάμενος Φραάτης τοσοῦτον ἐσπούδασε περὶ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς Καίσαρα τὸν Σεβαστόν, ὥστε καὶ τὰ τρόπαια ἔπεμψεν, ἃ κατὰ Ῥωμαίων ἀνέστησαν Παρθυαῖοι. καὶ καλέσας εἰς σύλλογον Τίτιον, τὸν ἐπιστατοῦντα τότε τῆς Συρίας, τέτταρας παῖδας γνησίους ἐνεχείρισεν ὅμηρα αὐτῷ Σαρασπάδην, καὶ Κεροσπάδην, καὶ Φραάτην, καὶ Βοώνην (Βονώνην) καὶ γυναῖκας τούτων δύο, καὶ υἱεῖς τέτταρας, δεδιὼς τὰς στάσεις, καὶ τοὺς ἐπιτιθεμένους αὐτῷ. Itaque Rhodaſpes a Strabone non ponitur.

DYNASTIA SECVNDA PERSARVM.] Arſacidarum ultimo Artabano interfecto, imperium Perſis reſtituit Artaxares: a quo, ad annum quintum Imp. Iuſtiniani, interſunt anni CCCI, ut ex annis ſucceſſionis horum regum conſtare poteſt. Anno quinto Iuſtiniani

Choſroes

Chosroes regnare cœpit cognomento Magnus, ut ait Agathias, qui temporibus huius regis claruit, neque eius initium ignorare potuit. Deductis ergo 301 de anno Christi 531, in quem conuenit quintus Iustiniani, remanet annus Christi ccxxx, qui est nonus Imp. Alexandri Mamææ. Quare error est in codice Græco Agathiæ, ubi lib. quarto ita legitur, pag. 129 editionis Bon. Vulcanij nostri, cuius beneficio illo auctore Græco fruimur: ὡς ἔπεσιν ὕστερον ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα, καὶ πεντακοσίοις Ἀλεξάνδρου τοῦ πάνυ τοῦ Μακεδόνος, τετάρτῳ δὲ ἔτει τοῦ θατέρου Ἀλεξάνδρου τοῦ Μαμαίας ἀρχῆς, τῆς τῶν Περσῶν βασιλείας ἐπιλαβομένω τῷ Ἀρταξάρῃ. Quod pro τεσσαράκοντα legendum sit τεσσαράκοντα, ex ratione temporum manifestum est. Quartus enim annus Alexandri Mamææ est quingentesimus quadragesimus nonus ab obitu Alexandri Magni. Sed a quarto Alexandri Mamææ, ad quintum Imp. Iustiniani, cccvi, non ccci anni sunt. Itaque non est dubium, quin παραχρονισμὸς quinquennij ab Agathia commissus sit, aut saltem triennij, siquidem xiiii annos, cum x mensibus illi attribuamus, ut facit Agathias. Vnde in illis verbis Agathiæ duplex error est, alter auctoris, alter librarij: cuiusmodi & duo alij, qui extant pag. 131. κατὰ δὲ τὸν τέταρτόν τε καὶ εἰκοστὸν τῆς τοῦδε ἀρχῆς ἐνιαυτὸν Νίσιβις ἡ πόλις ὑπὸ Πέρσαις γεγένηται. Tradita, vel potius prodita fuit Nisibis Sabori Persarum regi ab Imp. Iouiano, anno Christi ccclxiii, quinquagesimo autem & quinto ipsius Saboris. Quare εἰκοστὸν ἀντὶ τοῦ πεντηκοστὸν erratum a librario. τέταρτον autem ἀντὶ τοῦ πέμπτον est καταχρήσεως annum absolutum pro currente usurpans. Fuit enim πέμπτον ἔτος ἐπὶ τοῖς πεντήκοντα. Portentosa annorum dinumeratio horum regum apud Georgium, ex cuius rationibus, a primo anno Artaxaris, ad primum Cosrois Magni colliguntur anni 295, quibus deductis de 531 Christi Dyonysianis, remanet annus Christi Dionysianus 236, quo cœperit regnare Artaxares. Nugatoria sunt. Hoc enim modo initium Artaxaris caderet in annum secundum Maximini. Siquis velit Artaxari annos xv attribuere, necessario eos a vi, non a iiii Alexandri Mammææ deducat oportet, detrahendo tres annos de epocha omnium regum. Ita nec initium Artaxaris incidit in annum periodi Iulianæ 4940. Initium Saporis in 4592 &c.

I *Artaxares.*] Ita vocatur ab Agathia is, qui imperium Parthis ademptum primus Persis restituit. Apud Dionem legitur Ἀρταξέρξης solenni librariorum errore, quod Zonaras retinuit, qui totam historiam ex Dione exscripsit: quanquam Ἀρταξάρης, & Ἀρταξέρξης idem est totidem literis Hebraicis ארת אחשורוש. cuius membrum prius est ארת, quale est in Artabano, posterius אחשורוש est Ὀξυάρης, vel Ξέρξης, vel Ἀσσυῆρος pro apicum varietate, quo nomine maritus Ester vocatus est, cui quum omnia, quæ Xerxi, conueniant, opes, tempus, nomen uxoris, nomen ipsius regis, tamen magni Censores hodierni aliud potius eum, quam Xerxem fuisse volunt. Nam uxor eius Ἀμ-ιστρις. hoc est Am Ester dicta fuit. Et sine priore membro Στατίρα. Quis negauerit Ester & Στατίραν eandem esse? Ita vocatam fuisse testis Phylarchus apud Athen. lib. xiii. Quod ipsis mirum videtur, id mediocriter Hebraice scienti non videbitur, qui ex literis Hebraicis facile deprehenderit Assuerum & Xerxem unum idemque nomen esse. Magis mirentur, *Hispal* Latinum, & *Seuila* Arabicum totidem literis idem esse. Nam סבאל, vel אסבאל, ut nonnulli scribunt, est Hispal, & Seuil. Memed Turcæ dicunt, Muhammadun Arabes; quod utrisque scribitur מחמד. Massoritæ Hebræorum Critici Hebraismi peritissimi, linguarum & historiarum exoticarum fuerunt imperitissimi, & nomina propria exterarum gentium alienis apicibus additis ita transformarunt, ut ab ipsis gentibus agnosci non possint. Quia Græcorum lingua plene non potest assequi אחשורוש, ideo quod erat ξσερς, id Ξέρξης ipsis est, leuiter deflexo in Hellenismum barbaro sono: ut pro Ἀξαδραπὰν dixere Σατράπην, quod rectius erat Ξαδράπης. Prius membrum אחש unico Ξ concipitur a Græcis, Massoritis id non est litera unica Ξ, sed nomen dissyllabon Ahas, אחש. Sane non leuis discrepantia est litera Ξ, & vocis Ahas. Ideo non parum differunt Assuerus, & Xerxes, ijsdem tamen literis concepta. Ἀρταξάρης igitur, & Ἀρταξέρξης, & Ἀρτοξυάρης totidem literis Hebraice possunt designari. Tamen apud Nehemiam Artaxesta dicitur, qui Græcis Ἀρταξέρξης: quod indicandum fuit, ne quis eandem scripturam esse putaret. Quare vero Septuaginta virum Ester Ἀρταξέρξην vocent aduersus fidem Hebraici contextus, caussam nullam possum comminisci.

XXIII *Cosroes.*] Hic quinto anno imperij sui, Christi dxci, indictione ix a suis patrio regno euersus a Romanis restitutus est. Chronicon Casaub. Ἰνδ. θ μετ' ὑπατείαν Μαυρικίου Τιβερίου τὸ η. τούτῳ τῷ ἐνιαυτῷ Χοσρόης ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἦλθε πρὸς Ῥωμαίους ἀντάρσιαν ὑπομείνας ἀπὸ Βαράμ τοῦ αὐτοῦ συμφυλέτου, καὶ διὰ συμμαχίας Ῥωμαϊκῆς ἀπεκατέστη εἰς τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν.

XXVIII *Ormisda Iezdegird.*] Quod annos imperarit, non constat inter auctores. Ex ratione magni mensis Neuruz Persici necesse est, eum iii annos ut minimum regnasse, quot anni a nobis

nobis assignati sunt. & quidem tot annorum a quibusdam eius regni tempus definitum est. Sed vide quæ de eo in anno Iezdegirdico diximus, & in libris quoque de emend. temp.

DYNASTIA ARABVM SCENITARVM.] Hoc initium cum sequenti Dynastia conferre potes. Primo duces belli, Dynastæ, & magistri militiæ post Muhammeden Pseudoprophetam dicti sunt Emirelmumenin, *præfecti Orthodoxorum.* Deinde quia specie religionis non solum primatum Sacerdotum Muhammedicorum, sed & tyrannidem inuaserunt, Chaliphæ, id est Vicarij, dici maluerunt. Primus Emirelmumenin fuit Abubecher, quem alij Abukara corrupte vocant. Quum ab eius successoribus rectores in Africam & Hispaniam mitterentur, illi Rectores aliquandiu sub eorum imperio regiones illas tutati sunt, iura illis administrantes; ut quanuis ius regium usurparent, & eorum potentiæ nihil præter nomen regis deesset, tamen ut suspitiones omnes nouarũ rerum amolirentur, ij omnia non suo, sed ipsorum Emirelmumenin nomine gerere profitebantur: donec palam & ipsi Emire elmumenin se dici & voluerunt, & iusserunt, & ex præpositis veri reges, aut meri tyranni facti sunt. Vnde non solum omnes Reguli Hispaniæ, sed & Africani quoque Dynastæ Emire elmumenin dicti sunt. Rex quoque Maroci & Fessæ hodie post nomen suum appellationem maiestatis apponit Emirelmumenin. Non enim est nomen proprium, ut neque Francorum Regum Christianissimus, neque Hispanorum Catholicus. Notum, quam miseris modis illud nomen concipiant Historici, Amumin, Amonemin, Miramamolin. Cedrenus Ἀμερμουμνῶ 430, 18. Ἀμερμουμνης Ἠμπραΐλ hoc est, Emirelmumnin Ibrahim. Et 450, 16. quem vocat Μαμουῶ, antea Ἀμερμουμνῶ vocauerat. 12. Mumenin Arabice proprie est, quod Græcis ὀρθόδοξοι, aut πιστοί. non autem ceremoniæ, ut doctissimus Lewnclauius putauit.

VII *Maavvi.*] vel *Moavvia.* Istius mentio est in libro locorum Actuum Apostolicorum inter opera Hieronymiana, Tomo III. Verba ex eo hæc sunt: *Damascus vrbs nobilis Phœnices, quæ & quondam in omni Syria tenuit principatum, & nunc Saracenorum metropolis perhibetur. Vnde & rex eorum Maavvias famosam in ea sibi suæque genti Basilicam dedicauit, Christianis in circuitu ciuibus Baptistæ Iohannis Ecclesiam frequentantibus.* Basilicam vocat, quam Arabes Mesgedam: In editionibus perperam *Nauuias* legitur. Erasmus hoc opusculum elegans quidem, eruditum, & Hieronymo dignum perhibet: sed Hieronymi non esse ex eo colligit, quod Hieronymum citet. Adijcere debebat, quod Maavviæ Arabis meminerit, qui anno Christi DCLXI regnare cœpit, ducentis circiter annis post Hieronymi obitum. Alius Maavvia est, cuius in Eusebianis nostris mentio numero MDCCXCIIII.

DYNASTIA CHALIPHARVM.] חליפה cum puncto aspero, CHALIPHA, est *vicarius.* & ita vocari vicarios præfecti prætorij nihil impediret, siquidem Arabice appellandi essent. Sed quum *Naib* idem sit, quod Chalipha, tamen Pontifices soli dicti sunt *Chaliphæ*, Legati autem & vicem principum Prouincias regentes vocantur *Naibin.* ut *Naib essam.* Legatus Syriæ. Ita legendum apud Leonem Afric. lib. VIII, non, ut excusum est, *Nai Bessan.* Chalipharum nomine vocati sunt, qui post Muhammedem rerum potiti sunt, qui & diuinis & humanis præessent. Hoc autem Chronicon ex eo excerpsimus, quod Abraham Zacuthi Salmanticensis ex Ismaelitarum monimentis collegit: & ea, quæ ad Arabes spectant, omissis ijs, quæ ad Christianos pertinent, huc coniecimus, nude & simpliciter rem tractantes, ne quis fortasse simplicitatem barbariem vocare velit.

IX *Ciuitati Irak præfuit.*] Vt Græcis Lacedæmon modo pro regione, modo pro urbe usurpatur, ita etiam hic Irab dicitur vrbs, quæ tamen est regio, cuius Tauris est metropolis. Auctor Marcus Polus Venetus lib. I, cap. IX. Chrysococces vero huius regionis Irak duas urbes ponit, Κοῦφα long. 69, 30. lat. 31. 0. item Ουασιτ long. 71, 30. lat. 32, 20. Istis autem longitudinibus addendi sunt X gradus. De Kupha mentio paulo ante VI in Hasen filio Ali.

XX *Primus ædificare cœpit urbem Bagded.*] Geographus Arabs etiam hunc Mantzor conditorem urbis Bagded fuisse dicit: qui Seleuciam illam amplissimam, cuius vicinitate Babylonem suo æuo in diem exhauriri scribit Plinius, bellorum tempestatibus euersam denuo excitauit, eamque Bagded vocauit. Caussa nominis mihi ignota. Βαγδᾶ vocat Zonaras in Theophilo, eamque cum imperito vulgo Babylonem vocat, Βαβυλὼν Περσικὴ πόλις μετρόπολις Σελεύκεια καλουμένη. Geographus Arabs constituit eam ad confluentes Euphratis, & Tigridis. Plinius dubitare non sinit lib. V, cap. XXVI, de Euphrate: *Et parte Læua in Mesopotamiam vadit per ipsam Seleuciam, circa eam præfluenti infusus Tigri.* vnde constat eos rationem fugere, qui in itinerarijs suis scribunt ex ruderibus Ctesiphontis Bagded excitatã fuisse. Laonico Πουγδάτης dicitur.

XXIIII *Iohannes filius Masavvia.*] Qui vulgo Mesuæ.

XXX *Turcomanni.*] Ita vocat semper, quos alij Mamluchos. Proprie Turcoman, aut Turcmen est νομαδικός, qui stabile stabulum, ut Plautus loquitur, non habet. cuiusmodi est natio, unde

isti Turcomanni sumebantur, Circassis finitima. Apud Haytonum Armenium semper vitiose Tarquinij, pro Turcomannis legitur. Turcoman est nomen gentis, unde multi venalitij, ex quibus, & ex Circassis, corpus stipatorum Soldani Aegyptiorum constabat. Mamluch vero Arabice est ἀργυρώνητος, mancipium ære emptum, item αἰχμάλωτος, qui bello captus in seruitutem redactus est. Non enim audiendi sunt, qui scribunt significare subditos regi. quod ridiculum. Et tamen ij vindicant sibi peritiam Arabismi.

Ibid. *Ab hoc tempore cæperunt serui.*] Leo in sua Africa primum eum, qui ex Mamluchis Soldanus creatus fuit, vocat Piperitim, in capite de Caire. Scriptoribus belli sacri dicitur Turconienius, quum, ut iam diximus, ita omnes Mamluchi vocarentur.

XLII *Kadar.*] Omnes hi reges superba & magnifica nomina, & cognomina assumebant. *Kadar* est potens, *Elkahar* XXXVI, præualens, καλλιχύων. *Natzar*, *Mantzur*, *Mustenatzer*, omnia hæc sunt ἐπώνυμα νίκης, Νικητής, Νικηφόρος, &c. Deinde vox DIN, cum qua nomina componuntur, significat θρησκείαν, religionem, cultum diuinum. Sed neque locus, neque voluntas est omnia persequi: ut neque omnia, quæ ad horum regum historiam pertinent, ex historia Byzantina, Haytone, Polo Veneto, & alijs, hausta in hunc librum conijcere. Hæc alijs relinquenda.

Ibid. *Obijt Noah in Buchar.*] Iste dicitur Nuch in vita Abinsenæ. Buchar autem est urbs Chorasan in vita Auisenæ, quam Sorsan eius discipulus conscripsit; Andreas Alpagus Latine interpretatus est.

Ibid. *Mantzur.*] In vita Abinsenæ *victoriosissimum.* verum quidem eam esse notionem nominis Mantzur. sed reponendum est ipsum nomen Mantzur. Itaque aut hic, aut apud Sorsanum est error. Nam ibi Noah siue Nuch, est filius Mantzur. hic vero est pater.

XLV. *Eo tempore, quum Astrologi assererent.*] Simile Decretum vanitatis Genethliacæ anno Christi MCLXXIX lege in Prolegomenis Manilianis.

XLIX *Tzelaheddin.*] Qui nobis Saladin, felicissimus & prudentissimus bellator. Tzelaheddin est iustitia religionis, δικαιόθρησκος βασιλεύς.

Ibid. *a quo Baldvvinus Rex victus.*] Baldvvinum regem Historiæ nostrates captum perhibent a Saladino anno MCLXXXVII, qui hic summersus in fluuio dicitur non longe ab urbe Tripoli. At Geographus Arabs mendose in flumine Nilo.

LI. Quæ in hac perioche de incunabulis imperij, & opum Tatarorum narrantur, compara cum ijs, quæ Polus Venetus, & Hayton literis prodiderunt. Nam in multis non parua discrepantia.

LIIII. Historiam huius Sultani Aegyptij, qui & igne & aqua perijt, plene habes in libro gestorum, & expeditionum Ludouici IX Francorum regis, auctore viro illustri eius contubernali Iohanne Dynasta Ionuillæ in Campania Remensi, cap. XLIIII. Quare hic fuerit aliquot annorum ἀναχρονισμός. Hoc Sultano extincto, parum abfuit, quin S. Ludouicus in Sultanum creatus sit, quanquam suæ potestatis non esset, & captiuus a Turcomannis detineretur, qui ab eo tempore ex corpore suo Sultanos creare cæperunt.

Ibid. *Halacho igitur venit in Bagded, eaque vastata.*] Vastata fuit a Tataris anno Hegiræ DCLVI Christi MCCLVII, ut est apud Leonem Africanum, libro II, capite de sectis Muhammedismi. ubi perperam excusum 1207, pro 1257.

Ibid. *Ab eo tempore hactenus nullus fuit Chaliphas in Aegypto.*] Historia copiosa extat apud Marcum Polum Venetum lib. I, cap. VIII, qui hunc Tatarum vocat Vlau Chan, qui hic est Halacho, Haytono Halau.

DYNASTIA OTHMENIDARVM.] Hæc conferri possunt cum Annalibus Turcicis, quos edidit & illustrauit vir impense doctus Iohannes Levvnclaius. Idem enim principium est huic Chronologiæ, quod illis Annalibus. Sed utrisque non semper conuenit in nominibus. Erit quædam voluptas, neque minor fructus hæc cum ipsis Annalibus contendere. Auctor huius Chronici aliquando more Turcorum nomina Arabica truncare solet, ut מוראד Morad illi est Turcice, quod Arabibus עמורת Amurath. & quædam alia, quæ sciens prætermitto.

IX MORADCHAN: *Anno* DCCCXXXV *defecit Sol.*] Imo DCCCXXXVI, Iunij XVII, anno Christi MCCCCXXXII, Schevval XXVIII, Sivvan XXX. Epacta Iuliana tam æquabilis, quam castigata: IX.

X. SVLTAN MEHEMED. *Anno* DCCCLVII *capit regiam urbem.*] Muharram illius anni conuenit XII Ianuarij feria VI, anno Christiano Dionysij MCCCCLVII. Quo anno omnes fere captam scribunt XXIX Maj, feria III, quæ erat XX Giundi prioris. Nam delirat auctor annalium Turcicorum, quos vir eruditus Lewnclaius a se illustratos edidit.

XI. SVLTAN BAIAZET. *Anno* DCCCXC *defecit Sol dodrantem.*] Verum. Hoc enim accidit XXVIII Sephar XVI Martij anni Christi Dionysiani, MCCCCLXXXV,

DYNASTIÆ FLORENTISSIMI, AMPLISSIMI, AC VETVSTISSIMI SINARVM IMPERII] Sinas etiam Σίνας Marcianus ὁ περιηγητὴς scriptor vetustissimus vocat. Post quem Ptolemæus circumscribit eos ab Oriente γῆ ἀγνώςῳ, *terra incognita*, quum satis constet, non terra, sed Oceano Iappanensi, eos finiri. Arabibus dicuntur צינין *Tzinin*. Vnde eorum metropolis Θῖναι: quia Θ cum leni sibilo, *Tz* cum densiore effertur. Propterea Lusitani primi omnium, quod illud sibilum exprimere non possent, *Chinas* vocarunt, a quibus vitiosa appellatio Chinarum ἀντὶ τοῦ *Sinarum*, aut *Tzinarum*, in omnem Europam propagata est. Durius extulit Chrysococces, apud quem scriptum extat NTZIN ἀντὶ τῶν Σινῶν, cuius regni metropolim unicam ponit Χαῦζε long. grad. CLXII. lat. XXXIII. quæ dimensio tractui ad Gangem conuenit. Sed longitudini addendi sunt grad. decem, ut supra monui. Ita recte Sinarum tractui longitudo conueniet. Nos contenti erimus *Sinas* vocare, ut ratio postulat, ac suum cuique pronunciandi usum relinquere. Castigandi uero sunt, qui Esaiæ XLIX, 12 סינים pro *Sinis* accipiunt. Quum Sinæ dicantur, צינין ut diximus. סינים autem sint in terra Chanaan, vicini Hevæis in finibus Arabiæ. Genes. X, 17. Eorum vetustissimam Regum successionem, & Dynastias ex itinerario Augustinianorum Eremitarum hic posuimus, dum ex nostrorum Argonautarum velificationibus certiora de illis expectamus: quum plenum aleæ sit de illis aliquid statuere, quæ nobis per caliginem duntaxat nota sunt. Quo tempore Marcus Polus Venetus in illis partibus degebat, Tatari ea loca virtute atque armis occupata obtinebant, quibus per annos XCIII potiti sunt. Iis pulsis iterum Sinæ pristini regni solium asseruerunt. Eorum rex Bonog regnabat admodum iuuenis anno Christi MDLXXX. Ab initio Tzintzom Regis, ad propositum annum Christi, intersunt anni MM. qui retro ab eodem anno Christi putati desinunt in duodecimo anno belli Peloponnesiaci, quando stupendus ille murus, qui Tataros a Sinis diuidit, a Tzintzom constructus est. Eum murum cum omnibus Sinarum prouincijs in eorum Mappis Geographicis pictum cum summa voluptate vidimus.

DYNASTIÆ REGVM LYDIÆ.] Tres familiæ Sardibus imperarunt: Ατυάδαι, ab Aty patre Lydi, a quo Λυδοὶ dicti, qui Μῄονες antea. Ηρακλεῖδαι, quorum primus Argon, ultimus Candaules. Μερμνιάδαι, quorum primus Gyges, ultimus Croesus, & ipsi quoque Ηρακλεῖδαι.

ATYADARVM STEMMA.

Pater	*Mater*
Iupiter	Terra
Manes Iouis F.	Calirrhoe Oceani F.
Cotys Manetis F.	Halie Tylli Aboriginis F.
Adies & Atys Cotyos F F.	Callithea Choræi F.
Tyrrhenus, & Lydus Atyos F F. a quo Λυδία ἡ πρότερον Μῃονίς.	

In Atyadarum quoque numero fuit, ut puto, Ερμων Rex, qui Lydis & Phrygibus dicebatur Αδραμυς, καὶ Αδραμων, & a quo urbs Αδραμύττιον. Sane τοῦ Ατυος nomen Lydis venerabile fuisse, argumento fuerint nomina Αλυάτης, Σαδυατης, composita ex Αλυς, Σάδυς, & Ατης. Vni etiam ex liberis Crœsi nomen Ατης fuisse auctor Val. Maximus. In nominis orthographia auctores variant; quibus Ατης, & Αττης, item Ατυς Ατυος, Αττης Αττου. quod nomen quum esset illi Cybeles amasio, totidem modis a scriptoribus mythologis & Poetis enunciatur: ut Nicandro ὀργαστήριον Αττεω, est ἀπὸ τοῦ Αττης Αττου, non ἀπὸ τοῦ Ατυς Ατυος. Etiam unus de posteritate Herculis Ατυς dictus fuit, filius Omphales Lydorum Reginæ. Strabo lib. V. ὁ Ατυς εἷς τῶν ἀπογόνων Ηρακλέους καὶ Ομφάλης δυοῖν παίδων ὄντων, κλήρῳ Λυδὸν μὲν κατέσχε, τὸν δὲ Τυρρηνὸν, τὸν πλείω συστείλας λαὸν, ἐξέστειλε. Quot autem reges ex dynastia Atyadarum fuerint, aut quot annos singuli, & simul imperarint, incompertum est nobis. Videtur Hermon ex illis fuisse, & Κάμβλης, quem Xanthus ἐν Λυδιακοῖς scribit uxorem suam in frusta sectam comedisse. Κάμβης, non Κάμβλης, una litera minus Aeliano dicitur, lib. I. cap. XXV ποικίλ. Omphale quoque ex Atyadarum familia fuit. Hactenus de prima Lydorum regum familia. Secundo loco Dynastia Heraclidarum, auctore Argone Herculis ex Alcæo nepote. Alcæus enim Herculis & Omphales filius. Herodoto est nepos, non abnepos. Κανδαύλης, inquit, ὃν οἱ Ελληνες Μυρσίλον καλέουσι, τύραννος Σαρδίων, ἀπόγονος δὲ Αλκαίου τοῦ Ηρακλέους. Αργων μὲν γὰρ τοῦ Νίνου τοῦ Βήλου, τοῦ Αλκαίου πρῶτος Ηρακλειδέων βασιλεὺς Σαρδίων ἐγένετο, Κανδαύλης δὲ ὁ Μύρσου ὕστατος. Ita Argon iste quintus fuerit ab Hercule. Sed quis non miretur Ninum Beli filium unum ex posteris Herculis fuisse, qui annis mille ut minimum Nino Beli filio posterior fuit?

Aut est Herodoti, aut librariorũ error. Porro Herodotus scribit Alcæũ Herculis filiũ non ex Omphale, sed ἐκ τῆς δούλης τοῦ Ἰαρδάνου: quem non Ἀλκαῖον, sed Κλεόλαον vocat Diodorus lib. IIII: προϋπῆρχε δὲ τῷ Ἡρακλεῖ καὶ τὸν τῆς δουλείας καιρὸν ἐκ δούλης υἱὸς Κλεόλαος. Ita δούλην intelligit τὴν τοῦ Ἰαρδάνου, ut Herodotus. quam tamen Omphalen alij dicunt. vnde Ἰαρδανίην, vocat Musæus,

ὡς θεράπων Ἡρακλῆα θοὸς χρυσόρραπις Ἑρμῆς
θηλύνειν ἐκόμιζεν Ἰαρδανίην ποτὶ νύμφην.

Ex Omphale autẽ Hercules Laomedonta genuit, ut scribit Palæphatus, qui Diodoro Λαμὼς dicitur, Apollodoro Ἀγέλαος, qui potius videtur idem cum Cleolao fuisse. Igitur ex Regina Omphale, eiusque filio Laomedonte stemma regum Heraclidarum Lydiæ demittitur, qui Sardibus secundo loco post Atyadas imperarunt; per viginti duos reges παῖς παρὰ πατρὸς δεξάμενος, ut scribit Herodotus, quingẽtos & quinque annos: de quibus XXII Regibus, tres tantum in hoc Catologo extant, Ardysus, Alyattes, & Meles, qui μήλης est Herodoto; Μέλης Eusebio, qui ab ipso Herodoto dicitur πρότερος βασιλεὺς Σαρδίων, non utique primus rex Sardium, sed prior rex, quam Mermnadæ regnarent. Aliud enim est πρῶτος βασιλεὺς, aliud πρότερος βασιλεὺς. Nam πρῶτος βασιλεὺς est primus ordine eorum, de quibus agitur. πρότερος βασιλεὺς, qui prior est tempore, & ante eum, de quo sermo est, regnauit, etiam si de ordine non agatur. Denique πρῶτος βασιλεὺς est τάξει, πρότερος χρόνῳ. Valla enim male *primum regem* vertit. Tertia Dynastia fuit Mermnadarum, ad quos quomodo ex Heraclidis imperium translatum sit, habes apud Herodotum. Sed & ipsi quoque Heraclidæ fuerunt. Nam ex Omphale duos suscepit filios Hercules, Laomedonta, a quo prior familia regum Lydiæ Heraclidarum: item Agelaon, a quo Mermnadę. Appollodorus: ἐξ Ὀμφάλης δὲ Ἀγέλαος, ὅθεν καὶ τὸ Κροίσου γένος. His animaduersis, nunc ad epocham Ardysi veniamus. Herodotus scribit Crœsum captiuũ apud Cyrum consenuisse. Alij eundem Crœso finem, quem regno eius, statuunt; in quibus Sosicrates Lacon vetustissimus Chronologus refert Periandrum Cypseli filium Corinthiorum tyrannum obijsse ante Croesum annis XLI, cæde Crœsi proculdubio imperium Lydorum terminãs. Obijt autem Periander, teste Laertio, exitu Olympiadis XLVIII, hoc est anno Iphiteo desinente CXCII. Accedentibus annis XLI, colliguntur ab initio primæ Olympiadis, ad exitum Croesi, anni CCXXXIII. Ergo Croesus obierit anno periodi Iulianæ 4170. Ab initio autem Ardysi, ad exitum Croesi, interuallum est annorum CCXLVII: quibus de 4170 deductis, relinquitur initium Ardysi annus periodi Iulianæ 3923. Et proinde initium Gygis primi Mermnadarum congruit anno 4002. Herodotus autem ab initio Agronos, ad initium Gygis, putat annos DV: quibus deductis de 4002, remanet initium Agronos, 3497, annis 280 post Exodum Hebræorum. Tanta est huius imperij vetustas. Itaque initium Gygis concurrit cum anno primo Olympiadis XVII, non autem XVIII, ut est apud Clementem: qui fortasse est error librariorum. Longius a vero abest post Africanum Eusebius, qui secundo anno vigesimæ Olympiadis initium Gygis statuit. Herodotus perhibet, captis Sardibus, & Lydia subacta, Cyrum ad subigendam Babyloniam animum applicasse. Ideo non leuiter hallucinatus est Paulus Orosius, qui post Babylonem captam, Sardium expugnationem ponit. Nam a capta Babylone, statim ad partes Orientis subigendas Cyrus se contulit: neque unquã ab eo tempore in Asiam minorem pedem retulit. Ab Agrone igitur primo Heraclidarũ Lydiæ Regum, ad exitũ Croesi Mermnadarum ultimi, & XXVII regum Lydiæ, colliguntur anni absoluti DCLXXIIII desinentes in exitu Olympiadis LIX, non, ut Eusebius, & Solinus cap. VII, in Olymp. LVIII.

XXII *Candaules*.] Iste Myrsi filius fuit, teste Herodoto: & tamen Meleti, non Myrso patri successit. Præterea dictus fuit a Græcis Μυρσίλος, ut prehibet idem Herodotus. Fuit alius Myrsilus tyrannus Alcæo poetæ infestus, ut ipsemet prodit, Νῦν χρὴ μεθύσκειν, νῦν τινὰ πρὸς βίαν πίνειν, ἐπειδὴ κάτθανε Μυρσίλος.

DYNASTIA SEX REGVM PERGAMI.] Attalus, qui hic Regum ordine tertius est, decessit anno quadragesimo quarto regni, septuagesimo & altero ætatis suæ, C. Cornelio Cethego, Q. Minutio Rufo Coss. teste Liuio, lib. XXXIII. Attalus autem Φιλομήτωρ sextus in ordine regum obijt P. Mucio Scæuola, L. Calpurnio Pisone Frugi Coss. Interuallum, anni LXIIII, qui cum XLIII solidis compositi, quot Attalus tertius Rex imperauit, ab initio eius, ad exitum huius Attali postremi, fiunt anni CVII absoluti. Apud Strabonem tamen decennio amplius legimus, quem decem annorum errorem in annis Eumenis commissum esse non dubitamus, ut pro ΜΘ in Strabonis codice, ΛΘ legendum sit. Reliqua constant. Attalus tertio loco positus est is, qui Gallos debellauit, atque illis eam regionem, quæ ab eis Galatia postea dicta est, assignauit, quo tractu temporis, eodem mense, utrunque sidus defecit. Ipsius pater Attalus frater Φιλεταίρου τοῦ Θολιέου vocatus est Ταυρογενὴς ab oraculo, ipse autem Ταυρόκερως, vt auctor est Pausanias, qui eius rei rationem non reddit, quæ tamen manifesta

manifeſta extat in nummis Regum Ἐπιγόνων, id eſt Alexandri ſucceſſorum, in quorum alijs reges ſunt taurinis, in alijs arietinis cornibus, ut in Lyſimachi nummis. Nam Philetæros ὁ θλιβίας fuit præpoſitus Gazæ Lyſimachi, quæ repoſita erat in caſtro munitiſſimo Pergamo. Vnde notum illud Daphidæ poetæ maledicentiſſimi in reges Pergami:

πορφύρεοι μώλωπες ἀποῤῥινήματα γάζης
Λυσιμάχου, Λυδῶν ἄρχετε, καὶ Φρυγίης.

μώλωπας, ſiue vibices, vocat, id eſt mancipia, quod primus eorum Philetærus eunuchus tanquam ſeruus Pergamenæ gazæ cuſtos ab hero Lyſimacho impoſitus fuit. ἀποῤῥινήματα γάζης Λυσιμάχου, tanquam ipſi fuerint ramenta Gazæ Lyſimachi, quam primus Philetærus vindicatam poſt mortem Lyſimachi, deinde ipſe moriens tranſmiſit ad fratres ſuos. Itaque reges Attali vocat ſcobem illarum diuitiarum, quarum ſubſidio Lydiæ & Phrygiæ imperium occuparunt. Primus vero horum Regum, ſiquidem Straboni credimus, qui & diadema ſumpſit, & nomen Regium uſurpauit, is fuit Attalus tertius in ordine Regum. Straboni aduerſari videtur nummus, quem vidimus, Philetæri τοῦ θλιβίου, in quo hæ literæ extant, ΦΙΛΕΤΑΙΡΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, quum tamen in numiſmate Farneſij Cardinalis is diadema non habeat, ſed coronam frondeam, tanquam Regis nomen aſſumere vereretur. Tzetzes ſcribit Lydorum lingua Ἄτταλον eſſe, quod Hebræis Νῶε, id eſt παῦσιν.

Νῶε κατ' Ἑβραίους γὰρ, παῦσιν δ' ὁ Νῶε λέγει,
ὡς τοῖς Λυδοῖς ὁ Ἄτταλος παῦσιν ὁμοίως λέγει.

De crudelitate & ferinis moribus ultimi Attali habes apud Iuſtinum extremo libro XXXVI. Hunc φιλομήτορα vocat Strabo, Marcianus ὁ περιηγητὴς φιλάδελφον.

REGES TYRI. Hæc Regum Tyriorum præſtantiſſima Chronologia ex ipſorum Tyriorum & Phœnicum Annalibus deſumpta eſt: de quibus ſatis egimus in Appendice Fragmentorum Beroſi, & aliorum. Hic ab initio Iromi Abibali filij, ad initium Pygmalionis, interſunt anni CXXXI, ad fugam autem Didonis, anni CXXXVII. Anno periodi Iulianæ 4568 euerſa eſt Carthago a Scipione Africano minore, annis ſecundum quoſdam, ab eius conditu, ut refert Euſebius, DCCXLVIII: quibus deductis de 4568, remanet annus conditæ Carthaginis, aut fugæ Didonis, 3820. Rurſus deductis 137 de 3820, remanet annus primus Iromi 3683. Sed Annales Tyrij, referente Ioſepho, ſtatuunt conditum templi Solomonici anno XI Iromi completo. Conditus autem Templi incurrit in annum periodi Iulianæ 3696. ſi anno currente 480 Exodi, non abſoluta ſtatuatur. Deductis 3683, remanent anni ſolidi XIII. Atqui debebant eſſe tantum XI abſoluti. Biennij igitur tantum diſcrimen eſt inter Annalium Phæniciorum, & ſacræ paginæ rationes. Nos igitur, qui ſcimus conditum Templi in annum 3696 periodi Iulianæ incidiſſe, deductis undecim ſolidis, ſtatuimus verum initium Iromi in anno 3865 periodi Iulianæ. Vides Annalium Phœniciorum & ſacræ Chronologiæ manifeſtum conſenſum aduerſus Catharorum huius ſæculi oracula.

Pygmalion huius anno VII *Dido.*] Annus ſeptimus Pygmalionis congruit anno 3822 periodi Iulianæ, qui deductus de anno Carthaginis euerſæ 4568, relinquit interuallum a fuga Didonis, ad coloniam Tyriorum Carthaginem a Didone profuga deductam, annos DCCXLVI, non DCCXLVIII, ut eſt apud Euſebium. quod tamen paruum dictu diſcrimen eſt in tanta vetuſtate geſtorum, & tanto temporis interuallo. Græcos illos, unde illam epocham hauſit Euſebius, non aliunde, quam ex Tyriorum annalibus hoc didiciſſe credimus. Nam certum eſt, quum eſſent pagani, eos ex ſacris literis, quas nunquam legerant, hoc haurire non potuiſſe, quum etiam hodie illarum periti, atque in illis ſubacti, in epocha Templi eruenda multum a veris rationibus aberrarint: qui ſi ex Tyriorum Annalibus id indagaſſent, biennij tantum προχρονισμὸν commiſiſſent, qui non fuiſſet tanti, præut ille XVIII annorum, quo rationes omnes Chronologiæ contaminarunt.

Ithobalus.] Alterum fragmentum huius Chronologiæ. Magnum χάσμα inter utrunque. Initium huius Ithobali demonſtratum eſt Capite ſuperiore de Epochis. Ex epocha huius Ithobali pendet demonſtratio initij expeditionis Syriacæ Nabuchodonoſori.

IVDICES.] Apud Pœnos, Tyrios, & Hebræos, quorum una dialectus fuit Chananæa, magiſtratus optimo maximo iure ita diſtinguuntur, ut alij ſint Reges, alij Iudices. Nam quos Athenienſes ἄρχοντας διὰ βίου, eos Hebræi & Tyrij *Sophetin*, Carthaginienſes Tyriorum coloni *Suphet*, eodem verbo appellabant, id eſt κριτάς. bini creabantur teſte Cor. Nepote, qui eos Reges vocat, ut & Cato, qui in Originibus ſcribebat πολιτείαν Carthaginienſium tribus membris conſtare, plebe, optimatibus, regibus. nimirum per reges, duos Suffetes intelligit. Vide Seruium IIII Aeneid. in illud --- *Populumque patreſque Sidonios* --- Tertullianus, quum librum Iudicum, librum Cenſorum vertit, non plene ſatisfacit notioni verbi. Græci, ut

 dixi,

dixi, recte ἄρχοντας διὰ βίȣ vocauerunt. Philon βιβλίον χρημάτων, potius, quam κελ̓ῶν, quemadmodum quidam βίβλον τ̃ βασιλέων maluerunt, quam τ̃ βασιλέων.

Merbal Babylone accitus.] Verum est Babylone ad Tyriorum dynastian venisse, non tamen a ciuibus accitum, sed a Nabuchodonosoro regem illum Tyrijs impositum, Mytgono, & Gerasto fratribus, qui a Babylonijs defecerant, a Nabuchodonosoro subactis: quanquam unum tantum alloquitur Ezekiel capitibus XXVI., XXVII, XXVIII, annis XII ante euentum hæc prædicens. Anno enim periodi Iulianæ 4136, qui erat XXXI ab expeditione Nabuchodonosori, & ultimus vitæ eius, Merbal Babylone accitus a Nabuchodonosoro rex, aut Iudex, siue Suffet, Tyrijs datus est.

HEBRAEORVM TEMPORA.] De epocha Adam & conditu rerum non opus iterare, quæ in Capite de Epochis, & alibi abunde tractauimus. De Exodi quoque epocha satis demonstratum. Ἐπιλογισμοὶ χρονολογικοὶ dupliciter fiunt; aut ἀποδεικτικῶς, *demonstratiue*, ut per motus cælestes, per characterem hebdomadicum, per comparationem priorum temporum cum posterioribus, per notationem anni apud auctores: aut προσθαφαιρετικῶς, id est, κατὰ πρόσθεσιν καὶ ἀφαίρεσιν, *adiectione*, aut *detractione*. Priori modo præscribi non potest. Posterior in controuersiam sæpe vocatur, lubricus & plenus aleæ. Nam ex dinumeratione annorum, qui est modus κατὰ πρόσθεσιν, a conditu rerum, ad Exodum, fuerint anni 2667 absoluti. Sed ex comparatione interualli, quod interiectum est inter descensum Iacob patriarchæ in Aegyptum, & annum Exodi, posterior modus arguitur, & locum habere non potest. Nam Kahath auus Mosis descendit cum auo suo Iacobo in Aegyptum. Genes. XLVII, II. Itaque a Kahath, ad annum Mosis octagesimum, interuallum angustius est, quam ut annis CCCCXXX, qui a Mose præscripti sunt, complendis satis esse possit.

ANNI AB ADAM κατὰ πρόσθεσιν.

Ad Diluuium,	1655.	1659
Ad natum Abraham,	293	1948
Ad natum Isaac	100	2048
Ad natum Iacob	60	2108
Ad descensum in Aegyptum	129	2237
Ad Exodum.	430	2667

Atque hæc interualla hoc modo posteriore, id est κατὰ πρόσθεσιν, & dinumeratiue, colliguntur. Sed quia, ut dixi, a descensu Kahath vix dimidium annorum CCCCXXX colligi potest, propterea vetustissimi Iudæi tam ante, quam post Christum, item Paulus Apostolus ad Galatas, Iosephus, interpretes Christiani, omnes uno ore, ab anno promissionis, qui est septuagesimus quintus Abrahami, illos CCCCXXX annos ordiuntur. Aduersus tot sententias aliter pronunciare, id fuerit, ut Lyricus dicebat, ὁμόσε χωρεῖν τῷ χρόνῳ, *cum rationibus temporis manum conserere*: ne addam, hoc facto verbum diuinum contumeliæ exponi, & libidini furiosorum, stolidorum, impudentissimorum interpretum vexandũ obijcere. Quare contenti simus hac simplicissima interpretatione, quæ auctoritate, non demonstratione, nititur. Qui negant Paulum Apostolum in illo celebri ad Galatas loco interuallum annorum CCCCXXX ab anno promissionis deducere, ne, quo digni sunt, audiant, fruantur suo sensu. εἰ δέ τις δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι, ἡμεῖς τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν, οὐδὲ ἡ ἐκκλησία Θεοῦ. Ab Adamo igitur, ad natalem Abrahami, anni sunt ex dinumeratione, καὶ κατὰ πρόσθεσιν: ab Exodo autem, ad nos, ex demonstratione. medium interuallum ex auctoritate, & interpretatione. Ab Adam igitur ad LXXV annum Abrahami, interuallum est, anni 2023. quibus si accedat 430, fient omnes ab Adam, ad Exodum, anni 2453. Itaque hoc modo anni ab Adam, ad Exodum, absoluti sunt 2452, quibus deductis de interuallo annorum κατὰ πρόσθεσιν collectorum 2667, remanent anni 215 excurrentes supra rationes interualli demonstratiui, quod est dimidium annorum CCCCXXX. Ergo alteros CCXV morati sunt in Aegypto: quos Epiphanius vocat διακόσια πεντεκαίδεκα τ̃ Ἰσραηλιτῶν παροικίας ἔτη. Idem etiam reperies apud Iosephum initio cap. IIII lib. II. quod tamen κατὰ τὸ ῥητὸν aduersatur Commati 40, Cap. XII Exodi, secundum interpretationem autem, & consequentias, conciliatur veritati. Aliter enim facere non possumus. Sciant vero studiosi, quosdam biennium, plusquam nos, ab Adam, ad Exodum, putare, 2454 annos absolutos, idque propter natalem Arphaxad, qui contigerit anno secundo diluuij. Nos non omisimus quidem illum annum, sed annum D Noe, & MLX LVI Diluuij currentes acci-

pimus,

pimus, non absolutos. Ita pariabunt rationes. Et de hoc plenius in Elencho Orationis Chronologicæ prophetæ cuiusdam. Præterea maior pars meliorum Chronologorum annum Exodi labentem ponunt non 2455, sed, ut nos, 2453.

Abraham.] Nos hic annos nullos apposuimus, quod procliue sit eos inuenire. & præterea relinquendum aliquid industriæ studiosorum exercendæ.

Amram.] Ita Hebraice, & in Biblijs Latinis, scribitur. Græci cum β, ἀμβράμ, quia eorum ὀρθογραφία non patitur μ cum ρ continuari. Ex hac LXX interpretum orthographia multi ex veteribus ἀντὶ τοῦ Ἀμβράμ, Ἀβραάμ extulerunt, ut vetustissimus Scriptor Demetrius, citante Eusebio, προπαρασκευ. τῷ 248. 249. quod mendum non librario, sed auctori adscribendum. quater enim legitur. Quin etiam Epiphanius diserte Ἀβραάμ patrem Mosis vocat, non Ἀμβράμ, aut Ἀμβράμ: & ut distinguat eum a patriarcha patre Isaac, auo Iacob, Ἀβραὰμ ἔσχατον eum vocat. Verba eius ἐν Ἀγκυρωτῷ, pag. 515. Καθ' ἣν μετὰ τὴν εἰς Αἴγυπτον κάθοδον ἐν τῷ ἑξηκοστῷ πέμπτῳ αὐτοῦ ἔτει γεννᾷ τὸν πατέρα Μωυσέως Ἀβραάμ. γίνονται τοίνυν ἀπὸ τοῦ πρώτου Ἀβραὰμ τοῦ ἑβδομηκοστοῦ αὐτοῦ πέμπτου ἔτους, ἕως τῆς γενέσεως τοῦ ἐσχάτου Ἀβραάμ, ἔτη σπ. Itaque patrem Isaac Ἀβραὰμ πρῶτον, patrem Mosis Ἀβραὰμ ἔσχατον, κατὰ διαστολὴν vocat, nimirum quod idem utriusque nomen esse putauit אַבְרָהָם & אַמְרָם.

Iosua.] Quemadmodum a descensu Iacob Patriarchæ in Aegyptum, ad Exodum, interuallum minus est, quam dinumeratio colligit: ita a morte Mosis, ad conditum Templi, plus colligitur ex dinumeratione, quam ex auctoritate Scripturæ, quæ illud interuallum definit annorum CCCCLXXX, aut CCCCLXXIX. Vtrunque interuallum controuersum est, alterum κατὰ τὸ ἔλαττον, alterum κατὰ τὸ πλέον. Nos tam veteres Iudæos, quam recentiores Chronologos nostros sequuti annos ἀναρχίας distinximus, & non omnia interualla Allophylorum ipsis attribuimus, sed ex illis ea Iudicibus tantum reddidimus, quæ a scriptura definiuntur, ut ex Chronographio ipso paret.

REGVM HEBRÆORVM SVCCESSIO.] Epocha Exodi validis argumentis asserta, & initium Nabuchodonosori, & casus Ierosolymorum ab hoc Capite; tanquam catena, deducta non sinunt nos de initio Dauidis dubitare. Proinde quum epochæ Exodi & exitij Sedekiæ demonstratiue inuestigatæ sint, facile erit deinceps regum seriem deducere, qua deprehensa, a conditu Templi, ad casum Sedekiæ, anni sunt præcise 427. quod quidem interuallum, præter quam quod ἐκ τῆς προσθαφαιρέσεως constat, etiam ex demonstratione asseri potest. & quidem ἐκ τῆς προσθαφαιρέσεως, quod κατὰ πρόσθεσιν, ab Exodo ad conditum Templi, & hinc, ad casum Sedekiæ, interualla diserte concepta sunt. ab Exodo quidem, ad fundamenta Templi, ex testimonio Scripturæ, a Templo, ad cladem Sedekiæ, ex dinumeratione annorum Regni Iuda. Rursus demonstratiue idem interuallum asseritur, quod de eo deductis XLVII, numerus residuus est septenarius. Quare autem XLVII sint deducenda, suo loco explicatum est, & infra repetetur. Quod si residuum non esset numerus septenarius, error calculo interuenisset, idque ex eo, quod anni labentes pro absolutis sumpti essent. Dicimus igitur, ab anno Exodi, ad finem Sedekiæ, annos absolutos interesse 907, & annũ 908 labentem fuisse ultimum Sedekiæ, qui erat Sabbaticus. Primus annus septenarius erat quadragesimus septimus ab Exodo, & quadragesimus octauus erat primus primæ Hebdomadis. Quadraginta septem igitur solidi anni de annis Exodi deducendi ad methodum Hebdomadis, & Iobeleorum. Deductis igitur 47 solidis, de anno Exodi labente 908, remanet annus 861 ab initio primi Iobel. quæ sunt Hebdomades CXXIII, Iobelea XVII absoluta, hebdomades quatuor de Iobelæo XVIII. Itaque Templi excidium contigit anno ultimo ad finem decurrente Hebdomadis quartæ Iobelæi decimi octaui. Quare demonstratio hæc ostendit ἐν τῇ προσθαφαιρέσει nullum errorem dinumerationi interuenisse. De annis igitur Exodi absolutis 907, deducto interuallo annorum 480 ab Exodo, ad templi fundamenta, superest interuallum a templi conditu, ad casum Sedekiæ, annorum 427. de quo doctiores quidem Chronologi nihil mutant. Sed viderint, quomodo interuallum hoc, quod ipsi definiunt annorum 427, tueri possint, quum Regi Ioramo annos XIII aduersus definitum a scriptura modum, attribuunt, quæ VIII tantum annos regnasse testatur. Hoc modo interuallum illud fuerit annorum 432, non autem 427. Rursus intra fines huius licentiæ continere sese noluerunt, sed laxiores habenas confidentiæ permiserunt, quum interregnum inter finem Amasiæ, & initium Azariæ infindunt. Ita pro 427 annis 443 consurgunt a conditu templi, ad casum Sedekiæ. Et tamen 427 annos illud interuallum esse dicunt: qui 430 duntaxat fuerint si κατὰ πρόσθεσιν negotium transigatur. Nam non semel diximus, a Scriptura labentem annum pro completo usurpari. Regi Abiam attribuit annos III, qui solidum biennium regnauit, & tertio regni obijt. Iniuit enim regnum anno Ieroboami regis Israel XVIII. Asæ

autem ſucceſſoris Abiam regnum incipit anno XX eiuſdem Ieroboami. Interuallum anni duo ſolidi, quot ſcilicet Abiam regnauit, inſuperhabito tempore, quod inchoauit de tertio anno. Rurſus omnes Chronologi Athaliæ annos VII imptudenter aſſignant. Nam ſex annos duntaxat occultatus fuit puer Ioas, ſeptimo autem Athaliæ matris collocatus eſt in throno auito. II Regum, XI, 3, 4. Denique viginti duo anni donantur Ioakimo & Sedekiæ, qui XXI tantum annos ſolidos regnarunt. Anni vero labentis pro abſoluto, & vice verſa, plurima extant in ſacris libris teſtimonia. Tribus ſelectis contenti erimus. II Regum, cap. VIII, 25, Ochozias Iorami F. Ieroſolymis regnare incipit anno duodecimo Ioram filij Achab. At cap. IX, 29, init regnum eiuſdem anno undecimo. Rurſus I Regum, cap. XV, 33, Baaſa init regnum in Iſrael anno tertio Aſa regis Iuda. regnauit annos XXIIII. ibid. Succeſſor autem eius Ela cæpit regnare anno XXVI eiuſdem Aſa. Exod. XVI, 8. Atquin a tertio Aſa, ad viceſimum ſextum eiuſdem, ſunt anni abſoluti XXIII, non XXIIII. Poſtremo Ochozias rex Iſraelis regnauit annos duos. I Reg. XXII, 52. Cæpit regnare anno XVII Ioſaphat. Ioram vero ſucceſſor eius iniuit regnum anno XVIII Ioſaphat. II Reg. I, 17. Ergo unum annum ſolidum, non duos, regnauit. Hinc animaduertere licet, quam periculoſum negotium ſit προσθαφαίρεσις temporum, & congeries interuallorum, & dinumeratio annorum nuda, niſi demonſtratione adiuuetur. Hac ſola methodo qui utuntur, plus diligentiæ, quam lucis ad Chronologiam adferunt. Africanus lib. III χρονογραφιῶν: Λαβόμενος μιᾶς πράξεως Ἑβραϊκῆς ὁμοχρόνου πράξει ὑφ' Ἑλλήνων ἱστορηθείσῃ, καὶ ταύτης ἐχόμενος, ἀφαιρῶν τε καὶ προστιθεὶς τίς τε Ἕλλησι τε καὶ Πέρσαις, ἢ καὶ ὅστισιν τῇ Ἑβραίων συνεχρόνισεν, ἐπισημειούμενος, ἴσως ἂν τοῦ σκοποῦ τύχοιμι. Ille ſane προσθαφαίρεσις, qua ſe uſum teſtatur, primas quidem ἐν τῇ χρόνων στοιχειώσει obtinet, ſed ut dixi, demonſtratio ex charactere adhibenda eſt, ne cui forte anni labentes pro abſolutis obrepant: quod & illi erudito ſcriptori, & ipſi, qui eius Chronicon recoxit, Euſebio, contigit.

DYNASTIA FAMILIAE HASAMVNAEORVM.] בית השמוני οἶκος Ἀσαμωναίου vocatur omnis poſteritas Mattathiæ Sacerdotis, qui Ieroſolymis & ſummum ſacerdotium, & principatum gentis obtinuerunt. Ioſephus omnem Mattathiæ poſteritatem Ἀσαμωναίου παῖδας vocat tam in vita ſua, quam extremo XIIII libro. παύεται δὲ οὕτως ἡ τοῦ Ἀσαμωναίου ἀρχή. Quod mirum videri poſſit, quia non ipſe Mattathias Aſſamonæus vocabatur, ſed eius proauus. Apud Iudæos qui auctorem generis habent inſigni aliqua re illuſtrem, ab eo deinceps omnes poſteri cognominantur. Sic ille celeberrimus Magiſter Rabbi Solomo, quem quidam ירחי *Iarhi* vocant, etiam יצחקי *Iſacides* cognominatus fuit; ab Iſaac uno ex maioribus eius, qui aliquo facto, dicto, aut merito illuſtris fuerit: quod quidem ex familiari Iudæorum colloquio didicimus. Et certe verum eſt, Iudæos antiquitus, & hodie nomine alicuius inſignis ex auctoribus familiarum ſuarum delectatos. quod quidem contigit domui Mattathiæ, qui quum proauum habuerit nomine Haſmunai, pater, filij, & poſteritas omnis eius Haſmunæi dicti fuerunt. חשמנים Pſalmo LXVIII principes exponuntur ab interpretibus Hebræorum, ac propterea Mattathiam Haſmunæum cognominatum fuiſſe fabulantur, tanquam principem. Sed neque חשמונאי eſt idem cum חשמן, neque ſolus Mattathias ita cognominatus fuit, quum id fuerit nomen proprium proavi Mattathiæ, quem Iudæi inepte ſummum Sacerdotem fuiſſe ſcribunt.

IVDAS *cognomento Maccabæus.*] Omnes filij Mattathiæ, ſuo ſinguli cognomento præditi fuerunt, quod hic ſingulis redditum eſt. Maximo natu Iudæ cognomentum fuit מכבי Μακκαβαῖος, idque iam a puero: ut deſinant Iudæi nugari, qui non prius illi nomen datum hariolantur, quam princeps gentis fuit, a quo tempore illum & ſe ita cognominari voluiſſe, & in caſtris vexillo ſuo illas ſingulares literas intexi curraſſe, quæ ſingulorum verborum initia eſſent, & expreſſa hoc conciperent: מי כמוכה באלים יהוה. *Quis inter Deos ſimilis tibi, o Deus?* Exodi XV, 11. Potuit fieri, ut nomen cum agnomine ſimul geſtarit, ſed non tamen ut illud verum fuerit de loco Exodi. Alioquin ex vetuſtiſſimis Iudæorum monimentis ſcimus Leonem eius vexillo intextum fuiſſe. quem imitatus Rabbi Haai ultimus eorum, qui גאונים dicti ſunt, & ipſe Leonem in annulo ſignatorio geſtauit. Sed fortaſſe fuerit hallucinatio illius Rabbi Hai, qui Iudam Maccabæum pro tribu Iuda accepit. In libro Numerorum, cap. II omnis exercitus Iſraelitarum tributus eſt in IIII vexillationes, Iudam, Ruben, Ephraim, Dan. vetuſtiſſimi Talmudiſtæ aiunt vexillis quatuor illorum exercituum intexta fuiſſe quatuor animalia, quorum meminit Ezekiel Cap. I in viſionis deſcriptione; quorum animalium Leonem intextum fuiſſe vexillo Iuda, bouem vexillo Ephraim, Aquilam vexillo Dan, hominem vexillo Ruben. Hinc Rabbinum illum puto Iudam, quod nomen pro tota tribu accipitur, Iuda Maccabæo accepiſſe. Sed utrumque poteſt verum eſſe. Ideo nihil temere affirmamus. Illud omnino falſum eſt de quatuor literis

literis initialibus, quæ מיבות ראשי vocantur, hoc est יבבי. Est commentum Rabbinicum. Illud vero non semel monuimus, quod non mirari non possumus, quum unus Iuda Maccabæus cognominaretur, non solum illum, sed & fratres eius, &, quod magis mirandum, posteros eorum &, quod omne mirum superat, omnes, qui ab Antiocho propter cultum Dei excruciati sunt, a scriptoribus Ecclesiasticis Maccabæos dictos fuisse. neque id satis. Qui ante Iudam Maccabæum & Antiochum Epiphanem Elephantorum furori a Rege Aegypti obijciendi erant, ij etiam Maccabæi vocati videntur, quia liber eius historiæ ἡ τρίτη τ̃ Μακκαβαϊκῶν inscribitur, tertia ordine librorum, historia, sed prior tempore, quam reliquæ duæ, quæ illi antepositæ sunt.

Templum ab Antiocho Epiphane profanatum expiat.] Quo nomine solenne Encænia institutum xxv Casleu. Ἑλληνιστὴς auctor breuiarij τ̃ πεντεβίβλου Μακκαβαϊκῆς Iasonos Cyrenæi, qui dicitur lib. secundus Maccabæorum, hoc solenne vocat σκηνοπηγίαν, Cap. I, 9, 18. quod valde miramur, quum in eo festo neque Iudas Maccabæus ulla Tabernacula poni instituerit, neque hactenus a Iudæis unquam posita fuerint, quod tamen faciendum erat, siquidem illud solenne ea gratia tantum institutum fuisset, ut σκηνοπηγία, quam mense Tisri antecedente per hostium furorem celebrare non licuerit, in mense Casleu instauretur. Quis nescit non ad σκηνοπηγίαν instaurandam id institutum fuisse, sed in memoriam expiati a Iuda Templi? Denique non σκηνοπηγία, sed ἐγκαίνια vocatur: & hoc tantum cum scenopegia commune habet quod per octo continuos dies instar scenopegiæ cum summa lætitia celebraretur. Iosephus 370: ἑόρτασε δὲ ὁ Ἰούδας μετὰ τ̃ πολιτῶν ἀνάκτησιν τ̃ περὶ τὸν ναὸν θυσίας ἐφ᾽ ἡμέρας η̄, μηδὲν ἀπολιπὼν ἡδονῆς εἶδος, &c. Paulo post: τοσαύτη δὲ ἐχάρησαν τῇ περὶ τὴν ἀνανέωσιν τ̃ ἐθῶν ἡδονῇ, μετὰ χρόνον πολὺν ἀπροσδοκήτως ἐν ἐξουσίᾳ γενόμενοι τ̃ θρησκείας, ὡς νόμον θεῖναι τοῖς μετ᾽ αὐτοὺς ἑορτάζειν τὴν ἀνάκτησιν τ̃ περὶ τὸν ναὸν ἐφ᾽ ἡμέρας ὀκτώ. Vide reliqua. Hodie per octo dies celebratur, ut sciunt, qui Iudæorum solennibus interfuerunt.

Pont. Max. a populo declaratur.] Nam tertio anno sacerdotij perijt. Iosephus XIII, in fine: ἀρχιερωσύνην ἔτος τρίτον κατασχών.

Interficitur numero Euseb. MDCCCLVI.] Nimirum anno Seleucidarum CLII; ex I Maccab. IX, 3, 18, tertio anno Pontificatus, ut iam dictum est.

II IONATHAN.] Quadriennio post cædem Iudæ hæc gesta. Iosephus 385. δεξάμενος τὴν ἐπιστολὴν ὁ Ἰωνάθης ἐνδύεται μὲν τὴν ἀρχιερατικὴν στολὴν τ̃ σκηνοπηγίας ἐνστάσης, μετὰ ἔτη τέσσαρα, ἢ τὸν ἀδελφὸν αὐτ̃ Ἰούδαν ἀποθανεῖν. καὶ γὰρ οὐδὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἀρχιερεύς τις ἐγεγόνει. Non extat in historia sacra aliud exemplum tanti interualli sine pontifice Maximo. Nam summo sacerdote mortuo, statim filius, aut nepos, aut frater iure successionis ad Pontificatum nullo impediente, aut controuersiam mouente, in locum demortui veniebat.

III SIMON.] Eius annus primus incidit in CLXX Seleucidarum. I Maccab. XIII, 41. Σίμων autem tam in Μακκαβαϊκοῖς, quam apud Iosephum dicitur, quum potius Συμεὼν vocandus esset, שמעון ut filius Iacob. Nam Σίμων Græcum est, non Hebraicum. Sic Μαριάμμη uxor Herodis Iosepho dicitur inflexione Græca, quæ tamen Hebraice erat Μαριάμ, cognominis uxori Aharon.

IIII IOHANNES.] Frater eius Simon præfuit rebus annos octo. Ioseph. XIII, cap. XIIII. Interficitur anno Græcorum CLXXVII. I Maccab. XVI, 14, 16. Erat annus Sabbaticus. Ioseph. XIII, cap. XV. Fuit igitur annus Iudaicus 3626, numero Eusebiano MDCCCLXXXII. Anno sequente, numero MDCCCLXXXIII, Pentecoste fuit feria prima. Ioseph. XIII, cap. XVI. ἐνέστη ἡ πεντηκοστὴ μετὰ τὸ σάββατον, Hoc nunquam contingit, nisi quando neomenia Nisan est sabbatum, ut anno passionis Dominicæ pentecoste incidit in feriam primam, quia neomenia Nisan, & ἑορτὴ τῶν Ἀζύμων fuit sabbatum. Proinde ἡ δευτέρα τ̃ Πάσχα fuit feria prima, qua resurrexit Dominus, unde κυριακὴ ab eo tempore vocatur. Canon est Computi Iudaici, Pentecoste est semper eadem feria, quæ ἡ δευτέρα τ̃ Πάσχα. Quare Doctor Theologus Commentario in Euangelium secundum Iohannem insigniter delirauit, quum diem, qua passus Dominus, fuisse dicit τὴν ἑορτὴν τ̃ Πάσχα. hoc enim modo Pentecoste fuisset sabbatum aduersus historiam, ritum veterem legis, & Ecclesiasticum hodiernum. Sed hanc fanaticam sententiam olim confutauimus. Reuertamur ad Iohannem. Neomenia igitur illius Nisan, qui in Computo hodierno fuisset 3627, fuit 6. 11. 706, Mart. XXVI, litera Dominicali B, feria VI, cyclo Solis XVI. Pentecoste Mai vigesima nona, feria prima. Et tamen secundum motum Lunæ Neomenia Nisan concurrebat cum feria sexta. Itaque est locus notabilis ad vetus institutum transferendæ feriæ confirmandum. Igitur Numerus Eusebianus MDCCCLXXXII est annus primus Iohannis Hyrcani, quandoquidem eius annus secundus demonstratiuus est, insignitus scilicet charactere Sabbati in neomenia Nisan. primus vero erat sabbaticus.

Duobus

Duobus igitur characteribus epocha Iohannis Hyrcani nititur, anno Sabbatico primo; & feria prima Pentecostes in secundo.

Postea Hyrcanus] Iosephus in vita sua, ὃς πρῶτος ἀρχιερέων Ὑρκανὸς ὠνομάσθη. Primum omnium summorum Sacerdotum Hyrcanum vocatum fuisse ait, quum alioquin hoc nomen inter Iudæos vulgatissimum esset. Nam Hyrcanus Iosephi filius multis annis ante hunc viuebat manceps redituum regiorum & vectigalium in Iudæa. Eusebius commentus est Iohannem hunc hoc cognomen sua sibi fortitudine peperisse in bello, quod illi cum Hyrcanis populis ad ultimum Caspium mare procul summotis fuerit. Quod quam verum sit, potes ex nostris Eusebianis intelligere.

V ARISTOBVLVS.] Pater eius Iohannes cognomento Hyrcanus, postquam XXXI annos solidos regnasset, obijt numero Eusebiano MDCCCCXIII, qui est unicus annus huius Aristobuli. Non enim ultra illum regni tempus extendit.

VII ALEXANDRA] Neque in Aristobuli, neque Iannæi annis, neque initio Alexandræ Salomæ error esse potest, quod anni diserte a Iosepho definiti sint, Iannæi quidem XXVII, lib. XIII, cap. XXIII, Alexandræ autem IX solidi, extremo lib. XIII. Hæc autem Regina nomine proprio Iudaico Salome, Græco Alexandra vocabatur. Maior pars enim Iudæorum binomines erant, altero nomine Iudaico, altero Græco, ut Iannæus Alexander: Ioakimus Alcimus: Iesus Iason: Onias Menelaus: Iohannes Hyrcanus: Saulus Paulus, cuius nominis Latini non prius est mentio in Actis, quam ad Gentiles missus est, quibus notior erat Romana appellatio, quam Iudaica. Actorum. XIII, 9. Σαλίναν autem, quæ Σαλώμη vocabatur, cur maluerit appellare Eusebius, ne ipse quidem, puto, sciebat. neque illa est unica Eusebij hallucinatio.

IX ARISTOBVLVS.] De possessione regni fratrem Hyrcanum deiecit tertio mense, postquam regnare cæpisset. Proinde idem annus illi initium regni, qui Alexandræ matri finis vitæ fuit.

X HYRCANVS *iterum*.] Restitutus a Cn. Pompeio Magno, captis Ierosolymis, M. Tullio Cicerone, C. Antonio Coss. numero Eusebiano MDCCCCLIIII.

XI ANTIGONVS] Iosephus lib. XIIII, toto capite XXIIII, scribit Pacorum multis pollicitationibus ab Antigono Aristobuli filio inuitatum, ut patruo Hyrcano eiecto, se in eius solio collocaret, in Palæstinam cum magno exercitu venisse. Hoc actum prodit Dio lib. XLVIII, Cn. Domitio Caluino, C. Asinio Pollione Coss. id est numero Eusebiano MDCCCCLXXVII, in quo ut illi constat ratio, ita in eo illum fugit, quum a Pacoro non Antigonum, sed patrem eius regno restitutum dicit. Τὰ δὲ ἄλλα ὁ Πάκορος λαβὼν, ἐς Παλαιστίνην ἐσέβαλε, καὶ τόν τε Ὑρκανὸν, ὃς τότε τὰ πράγματα αὐτῶν παρὰ τῶν Ῥωμαίων ἐπιτραπεὶς εἶχεν, ἔπαυσε, καὶ τὸν Ἀριστόβουλον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἄρχοντα κατὰ τὸ ἐκείνων ἔθος ἀντικατέστησεν. Igitur a restituto per Pompeium Hyrcano, ad eius abdicationem, intersunt anni XXIII, quibus sine offensione regnauit. Videndum igitur, quæ fuerit Iosephi mens, & quid habebat in animo, quum illa scriberet lib. XV, cap. IX, 467, de Hyrcano: εὐθὺς μὲν ἐν ἀρχῇ βασιλευούσης αὐτοῦ τῆς μητρὸς Ἀλεξάνδρας ἀρχιερεὺς κατασταθεὶς τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ἔτεσι θ τὴν τιμὴν κατεῖχε. παραλαβὼν δὲ τὴν βασιλείαν ἀποθανούσης τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ ταύτην κατασχὼν γ μῆνας ἐξέπεσε μὲν ὑπὸ Ἀριστοβούλου τοῦ ἀδελφοῦ, κατάγεται δὲ αὖθις ὑπὸ Πομπηΐου, καὶ πάσας τὰς τιμὰς ἀπολαβὼν, ἔτη μ διετέλεσεν ἐν αὐταῖς. nouem, inquit, annis, quot scilicet mater regnum obtinuit, sacerdotio potitus est, tribus mensibus regno, post mortem matris: pulsus a fratre, dehinc restitutus a Pompeio, sacerdotium & regnum obtinuit annos XL. Atqui, ut diximus, a captis a Pompeio Ierosolymis, ad Consulatum Cn. Domitij, & C. Asinij, anni tantum sunt XXIII. Exutus enim regno fuit ab Antigono illis Consulibus, numero MDCCCCLXXVII, de quo deductis XL, superest numerus MDCCCCXXXVII, qui erat vigesimus octauus regni Iannæi patris istius Hyrcani.

Securi percutitur.] Gestum Ierosolymis a Sossio & Herode Captis, M. Agrippa, L. Caninio Coss. numero Eusebiano MDCCCCLXXX, annis XXVI expletis, postquam a Pompeio expugnata M. Tullio Cicerone, C. Antonio Coss. Interuallum anni XXVI absoluti, non XXVII, ut mendose Iosephus: qui & illud obscure, ἐπὶ τῆς ρπε Ὀλυμπιάδος. id enim esset ex consuetudine scribendi, anno primo propositæ Olympiadis. At id contigit anno IIII ineunte eiusdem Olymp. Capta vero sunt Ierosolyma XVII die Tamuz, τῇ ἑορτῇ τῆς νηστείας, quem mensem tertium Iosephus vocat, qui est tamen quartus a Nisan. Annus ille conuenit hodierno Computo Iudaico 3724, qui est septenarius. Fuit enim annus Sabbaticus, teste Iosepho. Erat annus abundans Nisan feria tertia, cyclo Solis primo, II Aprilis. Neomenia Tamuz XXX Iunij feria I. Proinde ἡ ἑορτὴ τῆς νηστείας XVI Iulij, feria tertia: qua die Ierosolyma capta, Agrippa, & Caninio Coss. & Antigonus securi percussus, non, ut Dio hallucinatur, Appio Claudio,

Claudio, C. Norbano Coss. in quotum Consulum annum hoc gestum confert. Verba eius non potui præterire: καὶ τοσοῦτό γε τῆς θρησκείας αὐτοῖς περιῆν, ὥστε τοὺς προτέρους τούς μετὰ τοῦ ἱεροῦ χειρωθέντας παραιτήσασθαί τε τὸν Σόσσιον, ἐπειδὴ ἡμέρα αὐτοῖς τοῦ Κρόνου ἐνέστη, ἀνελθόντας εἰς αὐτὸ πάντα μετὰ τῶν λοιπῶν τὰ νομιζόμενα ποιῆσαι. ἐκείνους μὲν οὖν Ἡρώδῃ τινὶ ὁ Ἀντώνιος ἄρχειν ἐπέτρεψε, τὸν δὲ Ἀντίγονον ἐμαστίγωσε, σταυρῷ προσδήσας (ὃ μηδεὶς ἄλλος βασιλεὺς ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐπεπόνθει.) καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ἀπέσφαξεν. ἐπὶ μέντοι τοῦ τε Κλαυδίου, τοῦ τε Νωρβανοῦ τοῦτο οὕτως ἐγένετο. Prius membrum de non interrupto sacro, etiam hoste muros quatiente, alibi produximus. De Consulibus igitur hallucinatur Dio: quemadmodum & Appianus, qui refert Pompeium, & Imp. Hadrianum τὰ Ἱεροσόλυμα κατασκάψαι. Atqui Pompeius οὐ κατέσκαψε, sed partem tantum murorum diruit. Imperator vero Hadrianus deletam, euersam, solo æquatam a Tito, & nihil minus, quam vestigia urbis retinentem instaurauit. Sed multa temere Appiano excidunt, quem auctorem studiosi cum delectu tractare debent. De Antigono vero quis credat, quod Dio tradit, ad crucem alligatum, postea iugulatum fuisse? Quis harum rerum magis idoneus testis Iosepho vernaculo historiæ Iudaicæ scriptore, qui securi percussum ait, non cruci alligatum, aut iugulatum? Sed verum est prius flagellatum postea securi percussum more Romano, non iugulatum, nisi, quod aliquam speciem veri habet, affixus cruci iugulatus est. In hoc Antigono finem cæpit domus Hassamonæi, teste Iosepho, post centum viginti sex annos, inquit: quibus de numero Euseb. MDCCCCLXXX deductis, remanet numerus MDCCCLIIII, qui erat annus primus Sacerdotij Iudæ Maccabæi.

HERODES.] Declaratus rex numero MDCCCCLXXVII. Obijt numero MMXVI. Interuallum anni XXXIX. Saltem XXXVIII solidos imperauit, quæ sunt enneadecaeterides duæ. Iosephus uno minus dicit XXXVII:

AGRIPPA *Herodis ex Aristobulo.*] Quadriennium potitus est tetrarchijs patruorum Philippi & Herodis, antequam totius Iudææ (exceptis Ierosolymis) rex a Claudio declararetur. Quatuor quidem annos solidos ab obitu Philippi, tres a relegatione Herodis. Iosephus 603. τὸν βίον κατέστρεψεν, ἀπὸ γενέσεως ἄγων πεντηκοστὸν ἔτος καὶ τέταρτον, τῆς βασιλείας δὲ ἕβδομον. τέτταρας μὲν οὖν ἐπὶ Γαΐου Καίσαρος ἐβασίλευσεν ἐνιαυτούς, τῆς Φιλίππου μὲν τετραρχίας εἰς τριετίαν ἄρξας, τῷ τετάρτῳ δὲ καὶ τὴν Ἡρώδου προσειληφώς, τρεῖς δὲ ἐπιλαβὼν τῆς Καίσαρος Κλαυδίου αὐτοκρατορίας.

AGRIPPA *Agrippæ superioris* F.] Hunc Iustus Tiberiadensis apud Photium septimum vocat Herodiadarum, ultimum autem Regum Iudææ: eumque dicit a Claudio Aug. regnum accepisse, quod a Nerone, deinde a Vespasiano, aliquot accessionibus auctum fuerit: decessisse anno III Traiani, hoc est numero Eusebiano MMCXVI. Accepit regnum numero MMLX. Interuallum anni LVI, quot intersunt ab accepto regno, ad excessum eius.

REGES X TRIBVVM.] Græcis dicitur ἡ δεκάφυλος βασιλεία, item δεκάσκηπτρος βασιλεία; quia ἡ φυλὴ vocatur שבט σκῆπτρον. Quod de Iudicum interuallo, ab excessu Mosis, ad conditum Templi, diximus, idem de Regibus Israel dixerim, longe dissimile esse interuallum id, quod ἐκ τῆς προσθαφαιρέσεως colligitur, ei, quod est a primo anno Ieroboami Apostatæ, ad sextum Ezekiæ. Si enim annus periodi Iulianæ 3733, qui est primus Ieroboami, de anno 3992, qui est sextus Ezekiæ, & ultimus regni Israel, detrahatur, remanebit tempus indubitatum regni Israel, & durationis interuallum, anni 259. At minor numerus colligitur ex dinumeratione annorum, nempe 235. Differentia anni 24. Rursus per terminos Regum Iuda interualla collecta propius absunt a vero. Colliguntur enim anni 250. Desunt anni IX. Omnia, ne te diutius morer, patent in subiecto Diagrammate: in quo primum Reges Iuda cum annis regni in secundo versu, in tertio cum epochis Iulianis. In altera parte Tabellæ primum Reges Israel, in secundo versu anni regni, in tertio, quoto anno Regis Iuda iniuit quisque regnum, in quarto epochæ periodi Iulianæ, in quinto interualla Epocharum, quæ videntur illorum regno competere, si quidem initia regum Israel ad aliquem annum Regum Iuda referantur, quæ longe discedunt ab eo numero annorum, qui illis regibus sigillatim a scriptura attribuuntur: ut mirari liceat, potius, quam iudicare, unde tanta discrepantia. Interregna, & alia eiusmodi παρεγχειρήματα, quæ ab alijs adferuntur, neque moramur, neque unius æstimamus assis. Quanto simplicius erat dicere, ἐπέχω.

REGES

REGES IVDA.	Anni regni.	Period. Iuliana.
Roboam	XVII	3733
Abiam	II	3750
Asa	XLI	3752
Iosaphat	XXV	3793
Ioram	VIII	3818
Ochozias	I	3826
Atalia	VI	3827
Ioas	XL	3833
Amasias	XXIX	3873
Azarias	LII	3902
Ioatham	XVI	3954
Achas	XVI	3970
Ezekias	XXIX	3986
Manasses	LV	4015
Amon	II	4070
Iosias	XXXI	4072
Ioachaz mens. III		
Eliakim	XI	4103
Ioachin mens. III		
Sedekias	X	4114

REGES ISRAELIS.	Anni regni.		Period. Iuliana.	Interual.
Ieroboam	XXII		3733	20
Nadab	I	II Asa	3753	1
Baasa	XXIIII	III Asa	3754	23
Ela	II	XXVI Asa	3777	1
Zambri		XXVII Asa	3778	4
Omri	XII	XXXI Asa	3782	7
Achab	XXII	XXXVIII Asa	3789	20
Ochozias	II	XVII Iosaphat	3809	10
Ioram	XII	II Ioram	3819	8
Iehu	XXVIII		3827	28
Ioachas	XVII	XXIII Ioas	3855	14
Ioas	XVI	XXXVII Ioas	3869	18
Ieroboam	XLI	XV Amaziæ	3887	52
Zacharias		XXXVIII Azariæ	3939	1
Sellum		XXXIX Azariæ	3940	
Menahem	X	XXXIX Azariæ	3940	12
Phaceia	II	L Azariæ	3952	2
Phacea	XX	LII Azariæ	3954	20
Osea	IX	XX Ioathan	3974	9
Colliguntur Regum Israel anni CCXXXV				250

IN CAPVT TERTIVM.

Hæc est pars tertia huius tertij libri. Regna quidem Asiæ abunde nobis suppeditantur ex veteribus monimentis: neque nobis defuerunt in exornandis Europæ imperijs. Propterea singula illis orbis partibus capita dicauimus. Sola Africa queri possit sese a nobis destitutam esse. Sed de illa nihil nobis reliquum fecit iniuria temporum præter inconditum quoddam Regum Abyssinorum Chronicon, per cuius menda & mendacia non licet illi locum ullum in hoc opere habere. Cyrenarum etiam Reges ad Africam pertinebant. Sed solus, qui eorum nomina edidit, Herodotus, non omnium annos, & tempora regni retulit. Spes erat quædam in regum Muhammedanorum, & eorum, qui Emirelmumenim vocati sunt, Chronographijs: quorum quædam iam collegeramus, sed monimentis & alijs præsidijs exclusi rem ad exitum perducere non potuimus. Relicto itaque alijs, qui feliciores erunt, negotio, ad Europam ab Asia transeamus.

REGNVM SICYONIORVM.] De vetustate huius Dynastiæ, præter Pausaniam, Augustinus lib. De Ciuit. XVIII, cap. II. *Erat etiam tempore illo regnum Sicyoniorum admodum paruum, a quo ille undecunque doctissimus Varro scribens de gente populi Romani velut antiquo tempore exorsus est. Ab his enim Sicyonijs Regibus, ad Athenienses peruenit: a quibus ad Latinos: inde ad Romanos.* Nullus alius eorum, qui extant hodie, scriptorum eius regni mentionem fecit, præter Pausaniam, qui Reges quidem ipsos, non annos eorum, & tempora regni apposuit, & in quibusdam ab Africano dissentit. Ab Africano enim hausit Eusebius. Itaque quum tanta illius Dynastiæ vetustas sit, merito quæri possit, quare Homerus in Bœotia primum omnium Sicyone Adrastum regnasse canit. καὶ Σικυῶν' ὅθ' ἄρ' Ἄδρηστος πρῶτ' ἐμβασίλευεν. neque hic hilum nos iuuant vetera Scholia. An intelligit Adrastum non primum omnium Sicyone regnasse, vel primum regem Sicyonis fuisse, sed prius Sicyone, quam Argis imperasse? Hanc ego mentem poetæ fuisse puto. neque aliter illi loco lux adferri potest.

I AEGIALEVS.] Ab hoc primum Αἰγιάλειαν, quæ postea Ἀπία, & postremo Peloponnesus dicta fuerit, appellatam Scriptores perhibent. Pausanias non totam illam peninsulam, sed oram tantum maritimam, quæ Græce αἰγιαλὸς dicitur, vocatam fuisse scribit, non autem ab Aegialeo Rege, quem quidam fuisse negant, & nobis probant. Ratio analogiæ postulat, ut αἰγιαλὸς prius sit, quam Αἰγιαλεύς, imo ut αἰγιαλὸς primum sit, deinde αἰγιάλεια, postremo αἰγιαλεύς. Sic Ἀλέξανδρος, Ἀλεξάνδρεια, Ἀλεξανδρεύς. Ἀντίοχος, Ἀντιόχεια, Ἀντιοχεύς.

DYNA-

DYNASTIA SECVNDA SICYONIORVM SACERDOTVM SEPTEM KARNEI APOLLINIS.] Hos ſeptem Sacerdotes τοῦ Καρνείου Ἀπόλλωνος, qui nuſquam apud Euſebium comparent, Excerptis barbarolatinis acceptos referimus. Sed ridicule ibi Charidemo ultimo Sacerdotum unicus annus pro XVIII attribuitur. Diſerte enim Africanus ex Caſtore, & poſt eum Euſebius, aiunt ſummam rerum Sacerdotes Karnei obtinuiſſe per annos XXXII, de quibus deductis antecedentum ſex Sacerdotum XIIII annis, reliqui XVIII imputentur Charidemo neceſſe eſt. De iſtis τοῦ Καρνείου ſacerdotibus, nihil aliud, præter hæc, quæ Africano & Euſebio debemus, nobis relictum eſt.

Colliguntur Sacerdotum.] Euſebius quidem poſt Africanum annos XXXII. in Excerptis barbarolatinis XXXVIII, manifeſto mendo pro XXXIII. Itaque ultimus annus Charidemi anteuertit primam Olympiadem annis CCCXX Excerpta, ann. CCCXXVIII.

Colliguntur ab initio Aegialei anni DCCCCXCIII] Fragmentum Græcum a Cedreno interpolatum ἔτη ἐνακόσια ὀγδοήκοντα, ab initio Aegialei, ad exitum Zeuxippi: quibus ſi adieceris XXXII Sacerdotum ſeptem Karnei, fient omnes anni MXII. Excerptorum barbarolatinorum liberalitas largius ſuppeditat; annos MCCCXXXVII. Sed CCC abundare manifeſtum eſt ex antecedentibus apud eadem Excerpta, in quibus ex Africani ſententia vitioſe ponuntur anni MVII, pro MXII.

ARGIVORVM DYNASTIA.] Apponam Reges Argiuorum ſecundum Tatianum, Pauſaniam, & Hygenum Mythologum.

REGES ARGIVORVM.

Ex Tatiano.	*Ex Pauſania.*	*Ex Hygeno Mythologo.*
Ἴναχος.	Ἴναχος.	Inachus.
Φορωνεύς.	Φορωνεὺς Ἰνάχου.	Phoroneus Inachi F.
Ἆπις.	Ἄργος Φορωνέως θυγατριδοῦς.	Argus Ionis F.
Ἀργεῖος.	Πείρασος Ἄργου.	Peranthus Argi F.
Κρίασις.	Τριόπας Φόρβαντος τοῦ Ἄργου.	Triopas Peranthi F.
Φόρβας.	Ἴασος Τριόπα.	Pelaſgus Agenoris F.
Τριόπας.	Κροτωπὸς Ἀγήνορος τοῦ Τριόπα.	Danaus Beli F.
Κροτωπός.	Σθενέλας Κροτωποῦ.	Tantalus Iouis F.
Σθενέλαος.	Γελάνωρ Σθενέλα.	Pelops Tantali F.
Δαναός.	Δαναὸς ὁ Βήλου, ὁ καταπλεύσας ἀπ'	Atreus Pelopis F.
Λυγκεύς.	Αἰγύπτου, καὶ Γελάνορα τοῦ βασι-	Temenus Ariſtomachi F.
Ἄβας.	λεύειν καταπαύσας:	Thyeſtes Pelopis F.
Προῖτος.	Λυγκεύς.	Agamemnon Atrei F.
Ἀκρίσιος.	Ἄβας Λυγκέως, καὶ Ὑπερμνήστρας.	Aegiſthus Thyeſtis F.
Περσεύς.	Προῖτος Λυγκέως, ὁ τῆς παραθαλασ-	Oreſtes Agamemnonis F.
Εὐρυσθεύς.	σίας τῆς Ἀργείας βασιλεύσας.	Clytus Temeni F.
Ἀτρεύς.	Ἀκρίσιος Λυγκέως.	Aletes Aegiſthi F.
Θυέστης.		Tiſamenus Oreſtis F.
Ἀγαμέμνων. οὗ κατὰ τὸ ὀκτωκαιδέκατον ἔτος τῆς βασιλείας Ἴλιον ἑάλω.		Alexander Euryſthei F.

Quæ de his regibus Argiuorum diſcrepantia ſit apud auctores, ex triplici Catologo eorum animaduertere licet. Qui Piraſus Africano & Euſebio, is Πείρανθος Apollodoro & Hygeno Mythologis. Pro Piraſo autem Criaſum fratrem Piraſi agnoſcit Apollodorus, ut & Euſebius. Apis vero Phoronei filius a Pauſania omittitur: in quo Apollodorum ſequitur, qui antea eum ab Aetolo interfectum perhibet. Apud Hygenum Pelaſgus prior eſt Danao. Apud Aeſchylum ἱκέτισι, quo tempore Danaus in Peloponneſum appulit, filius Pelaſgi regnabat, cuius nomen tacetur.

> τοῦ γηγενοῦς γάρ εἰμ' ἐγὼ Παλαίχθονος
> ἶνις Πελασγὸς, τῆσδε γῆς ἀρχηγέτης.

Vbi ridicule vetera Scholia Παλαίχθων nomen proprium faciunt: Atqui Πελασγὸς erat nomen patris, qui antea Argis regnauerat, & apud Hygenum ſextus ponitur ab Inacho. Eum vero γηγενῆ, ſiue αὐτόχθονα, vetuſtiſſimi Mythologi dicunt. Apollodorus: Ἡσίοδος τὸν Πελασγὸν αὐτόχθονα φησὶν εἶναι. Clemens: Τὰ Ἀρκαδικὰ τὰ ἀπὸ Πελασγοῦ. λέγεται δὲ καὶ αὐτόχθων. Igitur παλαίχθων Aeſchylo idem quod αὐτόχθων. In Agamemnone vero παλαίχθων Ἄρης eſt παλαιός. Vnde ille rex ait Pelaſgos a patre ſuo nominatos, quos oportebat dictos

Palæchtho-

Palæchthonios, si quidem proprium ei nomen Palæchthoni fuisset. Quare autem Talaos, & eius filius Adrastus, qui Argis regnum obtinuerunt, in his Regibus non ponuntur, caussam, quam nescimus, alijs diuinandam relinquimus. Nam Adrasto successorem in regno Argiuorum Tydeum dat Theocritus ἐν Ἡρακλίσκῳ,

ὁππόκα κλᾶρον ἅπαντα, καὶ οἰνόπεδον μέγα Τυδεὺς
ναῖε, πὰρ Ἀδράστοιο λαβὼν ἱππήλατον Ἄργος.

Idem dicas licet & de Megapentheo, & eius filio Anaxagora, de Melampode, & Biante. Sed quia quidam reges ab alijs proditi ab alijs omittuntur, hinc factum, ut uni regi longissimum tempus in regno attribuatur, & duum, aut trium Regum ignoratorum interuallum uni certo assignatum sit. Familias, siue Dynastias, regum Argiuorum has ponunt Scriptores Græci, τοὺς Φορωνίδας, Ἀργείδας, Δαναΐδας, Λυγκείδας, Περσείδας, Ἡρακλείδας. Excerpta barbarolatina regnum Argiuorum Sicyonio antiquius constituunt: item Fragmentum Africani apud Cedrenum 66, 22. & Dionysius Halicarnassensis apud Clementem. παλαιότερα γὰρ τῶν Ἑλληνικῶν τὰ Ἀργολικά. τὰ ἀπὸ Ἰνάχου λέγω, ὡς Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἐν τοῖς χρόνοις διδάσκει. Argiui vero tempora sua non regum suorum, sed Sacerdotum Iunonis annis designabant, & propterea Callithyiæ primæ Iunonis Argiuæ sacerdotis mentio est in Canone Eusebiano, nimirum quia illarum Sacerdotum annis Fasti signabantur. qui quidem mos adhuc temporibus Peloponnesiaci belli obtinebat, cuius initium Thucydides confert ad annum XLVIII Chrysidis Argiuæ Sacerdotis. τῷ δέ, inquit, πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει ἐπὶ Χρυσίδος ἐν Ἄργει. lib. II. Vbi Glossæ: ἡ Χρυσὶς ἱέρεια ἦν ἐν Ἄργει. ἠρίθμουν γὰρ τοὺς χρόνους οἱ Ἀργεῖοι ἀπὸ τῶν ἱερειῶν. *Numerabant*, inquit, *Argiui annos suos a Sacerdotibus.*

Agamemnon.] Excerpta barbarolatina citant Porphyrium ex historia Philosophiæ, qui scripserit post Ilij vastationem XV annos Agamemnonem regnasse: quod eo iocularius, quod a Philosopho doctissimo id proditum.

Colliguntur ab Inacho anni DCCXXXII.] Excerpta barbarolatina, DCCXC. Non dubito legendum, DCCXL, octo annis amplius.

DYNASTIA PRIMA ATHENIENSIVM.] Triplicis generis Dynastæ hic ponuntur, Reges, Archontes perpetui, Archontes decennales. Regum primus Cecrops, quem γηγενῆ dixit vetustas, quod eius pater ignoraretur. Apollodorus.: Κέκροψ αὐτόχθων συμφυὲς ἔχων σῶμα, ἀνδρὸς καὶ δράκοντος, τῆς Ἀττικῆς ἐβασίλευσε πρῶτος. Qui scripserunt Actæum primum Atticæ regem fuisse, eos confutat Africanus libro III χρονογραφιῶν, negans ullum unquam Actæum fuisse: τὸν γὰρ μετ' Ὤγυγον, Ἀκταῖον, ἢ τὰ πλασσόμενα τῶν ὀνομάτων, οὐδὲ γενέσθαι φησὶ Φιλόχορος. In his regibus raro filius succedit patri. Nam Craneus neque Actæo, si modo ullus fuit, neque Cecropi ullo cognationis iure coniunctus fuit. quia vero primas in optimatibus obtinebat, ideo regnum adeptus est. Regno euertitur a genero Amphictyone, ut Amphion ab Erichthonio, cui successit filius Pandion prior: & sequentes filij a patribus regnum acceperunt, usque ad Melanthum. Seriem τῆς πατροπαραδότου βασιλείας interrupit Menestheus Peteo filius, quam post eius mortem continuauit Demophoon Thesei filius anno tertio post deletum Ilium. Huius generis primus Erichthonius, ultimus Thymœtes. Pausanias: Θυμοίτης Θησειδῶν ἔσχατος ἐβασίλευσεν Ἀθηναίων. Tamen inter Thymœten, & filium eius Oxynten, interponitur alienus Aphidas, quemadmodum inter Theseum, & eius filium Demophoonta, Menestheus. τοῦ Ἀφείδαντος etiam meminit Pausanias, sub quo Athenienses oraculum de non violandis supplicibus accepisse refert. Denique Thymœtes regno priuatur a Melantho. Sed & de serie horum regum controuersia oriri potest, quod Metionidæ familia regij generis apud Athenienses a Metione Erechthei filio demissa Pandionem priorem de possessione regni vi eiecit, qui hic octauus ponitur, Cecropis posterioris filium. Atque adeo Pandion iste priuatus diem obijt apud socerum Pylam Megarensium regulum. Horum Metionidarum tempus, quantum regnarunt, nescimus. Atque hæc ita Pausanias. Apollodorus aliter: quem adi.

XVII *Codrus.*] Istum ultimum regum οἱ διὰ βίου ἄρχοντες sequuntur. Mirum vero de hoc Codro quosdam ex veteribus illud Virgilianum intellexisse---*aut iurgia Codri:* in quibus Seruius, & eum sequutus Augustinus lib. XVIII, cap. XIX. quod absurdum est, ex pastore regem facere. De hoc Codro producam versus Tzetzæ politicos, tum quia historiam huius Codri continent, tum etiam quia series Regum Atheniensium in illis ordine exponitur.

ὁ βασιλεὺς τῶν Ἀθηνῶν Κόδρος ὁ παῖς Μελάνθου
εἰς Ἐριχθόνιον αὐτοῦ τὸ γένος ἀναφέρει,
ἕλκων σειρὰν βασιλικὴν ἀπείρων βασιλέων.
Κέκροψ γὰρ πρῶτος βασιλεὺς τῶν Ἀθηνῶν ὑπῆρχε.

καὶ

καὶ μετ' αὐτὸν ὁ Κρανάος, καὶ τρίτος Ἀμφικτύων.
ὁ Ἐριχθόνιος δ' αὐτὸν διώξας βασιλεύει
Ἡφαίστου παῖς καὶ Ἀθηνᾶς τοῦ Κραναοῦ ὑπάρχων
ἐκ Φρασιθέας. τούτῳ δὲ γίνεται παῖς Πανδίων.
Ζευξίππης καὶ Πανδίονος ὁ Ἐρεχθεὺς ἐξέφυ.
Πρόκνην καὶ Φιλομήλαν δὲ, καὶ Βούτην ἑατέον.
ἐκ Πραξιθέας Ἐρεχθεὺς τὸν Κέκροπα λοχεύει,
ὁ Κέκροψ τὸ Πανδίονα ἐκ τῆς Μητιαδούσης.
τούτῳ δὲ τῷ Πανδίονι Αἰγεὺς πατὴρ Θησέως.
Ἀκάμας δὲ καὶ Δημοφῶν Θησέως πάλιν παῖδες.
ὁ Δημοφῶν γεγέννηκεν ἔπειτα τὸν Ὀξύντην.
Ὀξύντης τὸν Θυμοίτην δὲ, τὸν Μέλανθον Θυμοίτης.
ἐκ τοῦ Μελάνθου Κόδρος δέ. Κόδρου Νηλεὺς καὶ Μέδων,
πάντες, οὓς εἶπον, βασιλεῖς, καὶ κατωτέρω τούτων.
τινὲς δὲ γένος λέγουσι ταύτης τῆς ῥιζουχίας
ἄχρι Θυμοίτου, Μέλανθον οὐκ εἶναι δὲ τοῦ γένους.
πρὸς τὸ μονομαχῆσαι δὲ τῷ Βοιωτῷ Ξανθίᾳ
Θυμοίτης δῶρον δίδωσι τούτῳ τὴν βασιλείαν.
οὗτος ὁ Κόδρος εὐγενὴς οὐκ ἦν τῷ γένει μόνον,
ἀλλὰ πανευγενέστατος καὶ τὴν ψυχὴν ὑπῆρχε.
Λακώνων Ἀθηναίων τε ποτὲ γὰρ πολεμούντων
χρησμὸς ἐδόθη Λάκωσι, μεγάλως ἡττηθῆναι,
ἄν τις ἐκ τούτων στρατηγὸν τῶν Ἀθηναίων κτείνοι.
ὁ γνοὺς ὁ Κόδρος, καὶ στολὴν ἀψάμενος δρυτόμου.
πλέκει Λακωνά τινα κτείνας ἀνταναιρεῖται.
ὅπερ καὶ γνόντες φεύγουσιν οἱ Λάκωνες εὐθέως.

Marcianus Ἡρακλεώτης ὁ περιηγητὴς tres dynaſtias regum Athenienſium conſtituit, Κραναΐδας, Κεκροπίδας, Ἐρεχθεΐδας.

ARCHONTES ATHENIENSIVM.] ἄρχοντες Ἀθηναίων triplicis generis, οἱ διὰ βίου, οἱ δεκαετεῖς, οἱ ἐπέτειοι: *perpetui, decennales, annui.* Velleius: *Tum Athenis perpetui Archontes eſſe deſierunt, quum fuiſſet ultimus Alcmæon: cæperuntque in denos annos creari: quæ conſuetudo in annos* LXX *manſit. ac deinde annuis commiſſa eſt Magiſtratibus reſpublica. Ex ijs, qui denis annis fuerunt, primus fuit Charops, ultimus Eryx. Ex annuis primus Creon.* Iſti Archontes perpetui eo differunt a Regib. quod illi ἀνυπεύθυνοι eſſent, hi ὑπεύθυνοι, cuiuſmodi erant apud Hebræos *Sophetim,* apud Poenos, Tyrios, & Carthaginenſes *Suphetes.* Mortuo Codro Melanthi filio, qui pro patria animam Dis manibus deuotauerat, ut apud Romanos Decij, multum delibatum eſt de iure poſteriorum eius, qui dicti ſunt Medontidæ, ut non amplius βασιλεῖς, ſed ἄρχοντες dicerentur. Habebant aliquid regium, quod eſſent perpetui: minus regibus habebant, quod imperio eorum deerat τὸ ἀνυπεύθυνον. Itaque verius magiſtratus erant, quam reges, quo iure etiam erant Lacedæmoniorum Reges, quibus nihil regium, præter nomen καὶ προεδρίαν relictum erat. Pauſanias Meſſeniacis: Ἀθήνησι δὲ οὐκ ἦσάν πω τότε οἱ τῷ κλήρῳ κατ' ἐνιαυτὸν ἄρχοντες. τοὺς γὰρ ἀπὸ Μελάνθου, καλουμένους δὲ Μεδοντίδας, κατ' ἀρχὰς μὲν ἀφείλοντο ὁ δῆμος τῆς ἐξουσίας τὸ πολὺ, καὶ ἀντὶ βασιλείας μετέστησαν εἰς ἀρχὴν ὑπεύθυνον. Horum autem Medontidarum pauca nomina apud Scriptores extant, Aeſchyli, Aeſimedis, Clidici. Tempus Hippomenis clarum reddidit bellum Meſſeniacum, quod ſub illo contigit, auctore Pauſania.

ARCHONTES DECENNALES.] Ea felicitate uſi ſunt, ut nemini in magiſtratu mori contigerit, quum eorum tempus decennio finitum eſſet.

DYNASTIA SECVNDA LACEDÆMONIORVM.] Ariſtodemus Cleodæi (Κλεόδα Aeliano) filius, nepos Hylli, pronepos Herculis ex Argia Auteſionos filia, Tiſameni nepti, Therſandri ponepti, Polynicis abnepti, Oedipodis adnepti gemellos filios ſuſcepit, Euryſthenem, & Proclen duarum Lacedæmone regiarum familiarum auctores, a quibus Euryſthenidæ & Proclidæ dicti ſunt. Euryſthenidæ vero Proclidis antecelluerunt, qui & Agidæ quoque dicti ſunt ab Agi filio Euryſthenis, ut & Proclidæ quoque Eurypontidæ dicti ab Euriponte eius familiæ tertio. Itaque Sparta nunquam ſine Regibus fuit, qui, quod eſſent ὑπεύθυνοι, ἄρχοντες potius, quam βασιλεῖς vocari debuerunt. Iſti titulo tenus Reges tandiu obtinuerunt, donec Eurydamidas Agidis filius Eurypontidarum ultimus ab altero Rege, & ipſo quoque Agidarum ultimo Cleomede veneno ſublatus eſt. Horum regum initium ſumitur

mitur a reditu Heraclidarum in Peloponnesum olim inde ab Euristheo Mycenarum rege expulsorum, qui LXXX annis post excidium Ilij Peloponnesum repetiuerunt. Herodotus refert Aristodemum Lacedæmone regnasse, Apollodorus fulmine ictum perijsse, relictis filijs Eurysthene & Procle, qui primi Spartæ reges dicti sunt. τῶν Ευρυσθενιδῶν καὶ τῶν Προκλειδῶν strictim meminit Strabo libro VIII. Corn. Nepos: *Mos est Lacedæmonijs traditus, ut duos semper Reges haberent ex duabus familijs Proclis, & Eurysthenis, qui principes ex progenie Herculis Spartæ fuere.* Continuata vero Regum Lacedæmonis series fuit ab Eurota usque vetustissimo rege, ad Eurysthenidas, & Proclidas. Nam sub Tisameno duodecimo ab Eurota Heraclidarum reditus contigit: ut negari non possit vetustissimum esse Spartæ regnum. Horum autem Regum adeo explorata fuerunt tempora, ut ad eorum annos Græcam historiam Diodorus Siculus exegerit, qui in ijs, quæ ante primam Olympiadem gesta sunt, nihil certius habuit, quo tempora referret, quam annos regum Spartanorum. συλλογιζόμενοι, inquit, τοὺς χρόνους ἀπὸ τῶν ἐν Λακεδαίμονι βασιλευσάντων. Si illa locupletissima diligentissimi Scriptoris Bibliotheca ad nos integra peruenisset, omnibus Regibus sua tempora suique anni redditi fuissent, quod omnia ibi accuratissime obseruata essent. Idem præstantissimus auctor lib. XI meminit Leotychidæ Regis, quem annos XXII regnasse prodit, obijsse anno primo Olymp. LXXVI, filio successore Archelao relicto, qui in regno annos XLII expleuerit. Proclidarum quidem sextusdecimus est Λεωτυχίδας, sed eius successor est Ἀρχίδαμος Ζευξιδάμου, non Ἀρχέλαος Λεωτυχίδου. Deinde apud eundem Ἄγις succedit Archidamo, anno III Olym. LXXXVI. regnat annos XXVII. Sunt & aliorum regum tempora apud eundem notata. Occurrunt tamen mille ἀναλογίαι in eius scriptis: ut, verbi gratia, quum de morte Archidami diuersis temporibus diuersa prodit; primo ad ann. III Olymp. CVIII, deinde ad ann. III Olymp. CX. Præterea primo Agidi attribuit ann. XV, deinde IX. Sed & mira hallucinatio pag. 488: obijsse Cleomenem, postquam regnasset ann. XXXIIII, eique filium Ἀρέα successisse, qui regnauerit ann. XLIIII. Rursus pag. 747 scribit Cleomenem decessisse, postquam annos LX in regno exegisset, menses X: cuius successor filius nomine Aretas regnauerit ann. XLIIII. Sed Ἀρέτας non est nomen Laconicum, & manifesto legendum Ἀρεύς. Iste igitur Cleomenes obijt, ut scribit ille, anno ultimo Olymp. CXVII, periodi Iulianæ 4406. Deductis LXI, initium eius conuenerit anno 4545, quod procul dubio est initium Cleomenis Cleombroti filij. At iste Cleomenes alius est ab illo: & ὁμωνυμία Diodoro eo modo imposuit, quo Karolo Sigonio, qui eum sequutus est, neque aduertit ἀλογιστίαν. Ἀρεύς vero iste, de quo Diodorus loquitur, cæpit regnare anno primo Olymp. CII, a numero Eusebiano MDCLXXXI, ad numerum MDCCXXIIII, hoc est, ad annum XX Seleucidarum, quo tempore Iadduæ filium Oniam Pont. Max. floruisse scribit Eusebius in libris προπαρασκευῆς. Atque is est Ὀνίας, cuius mentio priore Maccabaicon, cap. XII, 7, 19, 20. ubi dicitur Ἄρειος, non Ἀρεύς, quia pro diuersitate apicum Hebraice conceptum idem nomen utrunq; esse potest ארוס Ἀρεύς, אריס Ἄρειος. Priorem τῶν Μακκαβαϊκῶν Hebraice prius scriptum fuisse nemo paulo aut Hebraismi, aut Hellenismi peritior ignorare potest. Non igitur mirum, si in epistola Ionathæ ad Lacædemonios legimus longo ante tempore Area regem Spartanorum, ad Oniam Sacerdotem scripsisse: quantum scilicet est a temporibus Seleuci Nicanoris, ad tempora Demetrij Σωτῆρος, & eius successoris Alexandri: ut minimum centum anni intercesserint. πολλοὶ γὰρ καιροὶ διῆλθον, ἀφ' οὗ ἀπεστείλατε πρὸς ἡμᾶς. Hoc igitur monere voluimus, quum fuerint tres Oniæ summi Sacerdotes, & duo Arces Lacedæmonij, uter ex duobus Lacedæmonijs, & quotus ex tribus Pontificibus Hebræis fuerit. Certum est enim Iosephum ὁμωνυμίᾳ hallucinatum, qui tertium Oniam Simonis filium, qui sub Antiocho claruit, fuisse putauerit eum, ad quem Ἀρεύς Lacedæmoniorum rex scripserit, quum eo tempore reges Lacedæmon ex Eurysthenidis aut Proclidis habere desijsset. Mirum vero videmus discrimen epistolæ regis Arei apud Iosephum, & eius, quæ priore Maccabaico extat. Apud Iosephum: Βασιλεὺς Λακεδαιμονίων Ἄρειος Ὀνίᾳ χαίρειν. Ἐντυχόντες γραφῇ τινὶ εὕρομεν, ὡς ἐξ ἑνὸς εἶεν γένους Ἰουδαῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι ἐκ τῆς πρὸς Ἀβραὰμ οἰκειότητος. Δίκαιον οὖν ἐστὶν ἀδελφοὺς ἡμᾶς ὄντας διαπέμπεσθαι πρὸς ἡμᾶς περὶ ὧν ἂν βούλησθε. ποιήσομεν δὲ καὶ ἡμεῖς τὸ αὐτὸ, καὶ τά τε ὑμέτερα ἴδια νομιοῦμεν, καὶ τὰ αὐτῶν κοινὰ πρὸς ὑμᾶς ἕξομεν. Δημοτέλης ὁ φέρων τὰ γράμματα διαπέμπει τὰς ἐπιστολάς. Τὰ γεγραμμένα ἐστὶ τετράγωνα, ἡ σφραγίς ἐστιν ἀετὸς δράκοντος ἐπειλημμένος. Elegantissimum quidem epistolion, nisi & longius pro modo Laconico esset, & κοινῇ διαλέκτῳ potius, quam Λακωνικῇ loqueretur. ἐπιστολὰς verte *mandata*. Nam neque imperitus interpres vetus, quod mirum non est, neque nouus eruditissimus assecutus est. Vult enim dicere Demotelen mandata gerere, quæ in literis non continerentur. In Maccabaico priore exemplum epistolæ tantum abest, ut non multum ab illo Iosephi discrepet, ut aliud & diuersum potius videri possit. Βασιλεὺς Σπαρτιατῶν Ὀνίᾳ ἱερεῖ μεγάλῳ χαίρειν. Εὑρέθη ἐν γραφῇ περί τε τῶν Σπαρτιατῶν, καὶ Ἰουδαίων, ὅτι εἰσὶν ἀδελφοὶ, καὶ ὅτι εἰσὶν ἐκ γένους Ἀβραάμ. καὶ νῦν ἀφ' οὗ ἔγνωμεν

ταῦτα, καλῶς ποιήσετε γράφοντες ἡμῖν περὶ τῆς εἰρήνης ὑμῶν, καὶ ἡμεῖς δὲ ἀντιγράφομεν ὑμῖν, τὰ κτήνη ἡμῶν, καὶ ἡ ὕπαρξις ὑμῶν ἡμῖν ἐστι, καὶ τὰ ἡμῶν ὑμῖν ἐστίν. ἐντελλόμεθα οὖν ὅπως ἀπαγγέλωσιν ὑμῖν κατὰ ταῦτα. Illa ultima ἐντελλόμεθα οὖν, ostendunt quid velint illa apud Iosephum, διαπέμπειν τὰς ἐπιστολάς, hoc est, τὰς ἐντολάς. διαπέμπεται τὰς ἐπιστολὰς mandator, διαπέμπει mandatarius: quomodo πρεσβεύεται Rex aut Respublica, πρεσβεύει legatus. Non dubium est Iosephum παραφράσασθαι ea, quæ in exemplo prioris Maccabaici legerat, quæ paulo a consuetudine Hellenismi usitatioris remotiora videntur. Nam exemplum, quod extat apud Iosephum, est interpretatio κατὰ πλάτος eorum, quæ Laconice concepta erant in epistolio regis Spartani. Sed, ne rem non exigui momenti prætereamus, unde illa cognatio Iudæis cum Lacedæmonijs? Quid magis mirum, quam Iudæos ab Abraham prognatos esse? Quidam vaticinantur Oebalum patrem Tyndarei, avum Castorum, & Helenæ, eum esse, qui Ebal nominatur Genes. x, 28. quod multis de caussis futilissimum est. Primo, Eber suscepit filios duos, Iektan & Phaleg. Ebal est filius Iektan, Abrahaam est sextus a Phaleg. Quomodo igitur prognati Abrahaamo possunt deduci ab Ebal, qui fuit frater Phaleg atavi Abraham? Deinde habitatio posteritatis Ebal fuit in partibus Orientis, in finibus Syriæ, unde profecto nullæ unquam coloniæ deductæ fuerunt in agrum Spartanum: quod vel putare ridiculum est. Postremo Oebalus fuit infra centum annos ante excidium Troiæ. Phaleg autem obijt anno mundi 1993, annis plusquam DCLXIIII ante Oebalum. Sed, nugis omissis, ad reges Lacedæmonis revertamur. Annos omnibus Regibus apponere per subsidiorum penuriam nobis non licuit. Quos notavimus, eos partim Eusebio, partim Diodoro acceptos ferimus. Etiam Sosicrates Lacon apud Clementem Alexandrinum scribit Charillum ex familia Proclidarum annos LXIIII regnasse: eius filium Nicandrum annorum XXXIX, in cuius anno XXXIIII instituta fuerit prima Olympias ab Iphito: ita ut annus XXXIIII Nicandri Proclidæ concurrat cum anno primo Polydori Eurysthenidæ. Ambæ familiæ desierunt circiter annum Seleucidarum XC plus minus, sub Arato Sicyoniorum Prætore. Quæ gesta sub istis regibus colligi potuere, habes ἐν συναγωγῇ ἱστοριῶν.

DYNASTIÆ QVINQVE CORINTHIORVM.] Primi Corinthiorum regnum obtinuerunt Sisyphidæ, quo per sex generationes potiti, eo a Doriensibus exuti sunt. Nam ultimos familiæ Sisyphidarum Doridan, & Hyanthidan regno evertit dux Doriensium Αλήτης Ιππότου τοῦ Φύλαντος, τοῦ Αντιόχου, τοῦ Ηρακλέους, quintus scilicet ab Hercule, non sextus, ut est apud Velleium. Non convenit Pausaniæ cum Eusebio. Pausanias ab Alete, ad Prumnidis exitum, κατὰ γενεὰς πέντε regnatum fuisse. Apud Eusebium autem Prumnis est quartus, non quintus ab Alete. Rursus Pausanias a Bacchide, a quo Βακχιάδαι, ad Telestis exitum, alias quinque generationes statuit, quum Eusebio Telestes septimus sit, non quintus Bacchiadarum. Hoc pacto ab Alete, ad exitum Telestis, essent tantum novem γενεαί, quæ tamen sunt undecim. Eusebio favet Strabo, qui Bacchiadas διακόσια σχεδὸν ἔτη regnasse perhibet. Certe ab initio Bacchidis, ad exitum Telestis, intersunt anni CLXXVIII, qui propius absunt a ducentis, quam si, ut voluit Pausanias, quinque tantum generationes ab initio Bacchidis, ad finem Telestis, intercessissent. Fuerunt vero & alij reges Corinthi, qui ad harum Dynastiarum successiones non pertinent: ut Polybus, qui Oedipodem in Cithærone monte expositum educavit, cuius uxor Merope. item Aeetes pater Medeæ, & Bunus custos regni post Aeeten: ut testatur vetustissimus Poeta Eumelus ex gente Bacchiadarum: cuius versus extant in Scholijs Pindari, & a Tzetze in Lycophronem repetuntur:

ἀλλ' ὅτε δ' Αἰήτης καὶ Αλωεὺς ἐξεγένοντο
Ηελίου τε καὶ Αντιόπης, τότε δ' ἄνδιχα χώρην
δάσατο παισὶν ἑοῖς Υπερίονος ἀγλαὸς υἱός,
ἣν μὲν ἔναιεν Ασωπὸς, τὴν πόρε δίῳ Αλωεῖ.
ἣ δ' Εφύρη κτεάτισσ', Αἰήτῃ δῶκεν ἅπασαν.
Αἰήτης δ' ἄρ' ἑκὼν Βούνῳ παρέδωκε φυλάσσειν,
εἰσόκεν αὐτὸς ἀνὴρ εἰς ὕστερον αὖθις ἵκοιτο,
ἤ τις ἐξ αὐτοῦ τις. ὁ δ' ὤχετο Κολχίδα γαῖαν.

Hos versus Pausanias in animo habebat Corinthiacis: Εὔμηλος δὲ, inquit, Ηλιον ἔφη δοῦναι τὴν χώραν Αλωεῖ.

TERTIA DYNASTIA BACCHIADARVM.] Βακχιάδαι, qui & Βακχίδαι, & ipsi quoque erant Ηρακλεῖδαι ab Alete. Mortuo enim Alete, ὁ πρεσβύτατος τῶν ἐκγόνων ἐβασίλευσεν, auctore Diodoro. Addit: διὰ τὸν Βάκχιν ἐπιφανέστατον τῶν πρὸ αὐτοῦ γενόμενον συνέβη τοὺς μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντας οὐκέτι Ηρακλείδας, ἀλλὰ Βακχίδας προσαγορεύεσθαι. Demaratus pater Tarquinij Prisci erat ἐκ τῆς Βακχιαδῶν συγγενείας, ut docet Dionysius Halicarnassensis, qui paulo post τοὺς

Βακχιάδας vocat ὀλιγαρχικὴν οἰκίαν. Ab initio vero Cypseli, ad initium ipsius Tarquinij, sunt anni XL. Apud Hesychium non solum Corinthi, sed & Mileti Bachiadas fuisse legimus.

QVARTA DYNASTIA PRYTANEON.] Πρυτάνεις isti nihil a Prætoribus annuis Atheniensibus differebant, quos ἄρχοντας ἐπωνύμους vocabant; hoc uno excepto, quod ἄρχων annuus Atheniensis de populo sorte creabatur; πρύτανις vero Chorinthius de Bacchiadarum gente. Alioquin tam Chorinthius πρύτανις, quam Atticus ἄρχων Fastos signabant: Pausanias; καὶ Τελέστην μὲν κατὰ ἔχθος Ἀριεὺς, καὶ Περάντας κτείνουσι. βασιλεὺς δὲ οὐδεὶς ἔτι ἐγένετο, Πρυτάνεις δὲ ἐκ Βακχιαδῶν ἐνιαυτὸν ἄρχοντες. Diodorus, referente Eusebio libro priore Chronico: ᾑροῦντο πρύτανιν, ὃς τὴν τοῦ βασιλέως εἶχε τάξιν, ἐπὶ ἔτη Ϟ. Si, ut vult Diodorus, loco Regis fuisse, id est ἀνυπεύθυνος, non dubium est, quin ipse pede semel in possessionem misso, stationem illam nunquam deserturus fuerit, sed perpetuus Prytanis fuisset. Deinde quod addit, XC annos τῶν Πρυτάνεων magistratum obtinuisse, id pendet ex illa hallucinatione, qua ab Haraclidarum reditu, ad Cypseli tyrannidem, putat annos CCCCXLVII, quum tantum fuerint CCCCXVII, triginta minus.

QVINTA DYNASTIA CYPSELIDARVM.] Duo tantum Cypselidæ fuerunt, Cypselus pater, & Periander filius. Quod oraculum ipsi Cypselo datum confirmare videtur.

Ὄλβιος οὗτος ἀνὴρ, ὃς ἐμὸν δόμον εἰσκαταβαίνει,
Κύψελος Ἠετίδης βασιλεὺς κλειτοῖο Κορίνθου.
αὐτὸς, καὶ παῖδες, παίδων γε μὲν οὐκέτι παῖδες.

Filios tantum regnaturos, etiam si unus duntaxat fuerit, non autem filiorum filios. quo ut nihil clarius dictum, ita nihil verius esse euentus docuit. Et tamen Strabo huic oraculi sententiæ aduersatur, qui παίδων παῖδας etiam regnasse scribit. Κύψελος τοὺς Βακχιάδας καταλύσας μέχρι τριγονίας ἐτυράννησεν. Intra tres generationes Bacchiadas regnasse arbitratur: & sententiæ suæ suffragatorem reperit Ælianum lib. VI, cap. XIII ποικίλ. καλῶς τὸ δαιμόνιον ἐπὶ τριγονίαν τυραννίδας μὴ ἄγον, ἀλλ' ἢ παραχρῆμα ἐκτρίβειν τοὺς τυράννους πίτυος δίκην, ἢ παῖδας ἐξισχύον. Μνημονεύονται δὲ ὑφ' Ἑλλήνων ἐξ αἰῶνος καὶ εἰς ἐκγόνους διαρκέσαι αἵδε, ἥ τε Γέλωνος ἐν Σικελίᾳ, καὶ ἡ τῶν Λευκανίων (Λευκωνιδῶν) περὶ Βόσπορον, καὶ ἡ τῶν Κυψελιδῶν ἐν Κορίνθῳ. Diserte ait τὴν τριγονίαν, id est nepotes Cypseli regnasse. quod falsum est. Virgilius in Ciri diuino poematio Cypselidarum regnum Corinthum vocat.

Cypselidum magni florentia regna Corinthi.

non, aut alij legunt, *Cypselidæ*. Quum autem ex duobus Periandri filijs Lycophrona minore natu Corcyræi interfecerint, alter autem Cypselus auo cognominis mente captus fuerit, ad omnem rerum actum minime idoneus, testibus Herodoto, & Laertio, qui eum ἄφρονα vocat, non dubium est, quin Corinthi tyrannis, atque adeo omnis Cypselidarum successio cum Periandri morte finem cæperit. Cypselum annos XXX regnasse auctor est Herodotus, Laertius filium Periandrum XL, Sosicrates Lacon eum obijsse anno ultimo Olymp. XLVIII, annos natum LXXX, annis XLI ante mortem Crœsi. Si decem Olympiadas regnauit, obijt autem Olympiade XLVIII ad finem decurrente, eius ergo pater Cypselus obierit Olympiadis XXXVIII anno ultimo. quod & Diogenis Laertij auctoritate firmatur. ἤκμαζε δὲ (Περίανδρος) περὶ τὴν τεσσαρακοστὴν ὀγδόην Ὀλυμπιάδα, καὶ ἐτυράννησεν ἔτη τετταράκοντα. Si Periander cæpit inclarescere Olympiade XLVIII, ergo circa obitum patris. Proinde pater Cypselus, qui obijt in exitu Olympiadis XLVIII, & regnauit annis XXX, iniuerit tyrannidem anno secundo Olympiadis XXXI, periodi Iulianæ 4059. cui rei firmandæ locuples testis Diodorus apud Eusebium, libro priore Chronico, qui scribebat tyrannidem Cypseli ὑστερῆσαι τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου, *posteriorem Heraclidarum reditu fuisse*, annis CCCCXLVII. Annus primus Cypseli 4059 in periodo Iuliana. Annus reditus Heraclidarum 3611. Interuallum, anni CCCCXLVIII, uno tantum amplius, quam apud Diodorum. Quum igitur Periander obierit extrema Olympiade XLVIII, ergo eunte XLIX Olympiade liberata est Corinthus Cypselidarum tyrannide. Itaque Solinus capite XIII scribit *Isthmium ludicrum pristinæ solennitati restitutum Olympiade XLIX, quod ludicrum intermissum fuerat a Cypselo tyranno*. Nimirum ludicrum restitutum statim mortuo tyranno, Olympiade XLIX, non XLVIII, ut Eusebius. Hinc igitur colligi potest & initium Cypseli, & interuallum a cæde Telestis ultimi Bacchiadarum regis, ad initium tyrannidis Cypseli, qui fuerunt omnino anni CXXIIII, & totidem ἄρχοντες, siue πρυτάνεις annui, quanuis XC tantum annos interponat Eusebius ex Diodoro inter cædem Telestis, & initium Cypseli. XXXIIII enim annorum prochronismus est. Apud Aelianum legimus libro primo, cap. XIX ποικίλ. καὶ ἡ τῶν Βακχιαδῶν δὲ τῶν ἐν Κορίνθῳ ἀρχὴ ἐπὶ μέγα δυνάμεως προελθοῦσα ὅμως, διὰ τὴν τρυφὴν τὴν ἔξω τοῦ μέτρου, καὶ αὐτὴ κατελύθη. Dubitare quis possit, περὶ βασιλέων Βακχιαδῶν, an περὶ πρυτάνεων loquatur. Mihi videtur περὶ πρυτάνεων.

SVCCES-

SVCCESSIO REGVM MACEDONIÆ.] Succeſſio proprie, ut omnes ſciunt, eſt regni per ſeriem generis perpetuatio, ut Græci loquuntur, παιδὸς ἀεὶ τὴν ἀρχὴν παρὰ πατρὸς δεχομένου. Sic Tatianus dicit Μακεδονικὴν διαδοχὴν, Αντιοχικὴν, Πτολεμαϊκήν. Aliquando etiam διαδοχὴ dicitur, tametſi ſeries generis interrumpatur, incolumi regno manente. A Carano igitur auctore regni Macedonici continuata eſt per multos reges patrum in filios ſucceſſio: a quo etiam legem tranſmiſſam obſeruarunt, nullum de victis hoſtibus erigendi trophæum, auctore Pauſania extremis Boeoticis. Carani etiam Paulinus meminerat libro ſuo de Regibus:

Et Caranus, Pellæa dedit qui nomina Regum.

Non repetam, quæ Solinus cap. XV, Suidas Κάρανος, Iuſtinus lib. VII diffuſe, neque parcius Livius lib. XLV memorant. unde multa hautias licet. Iuſtinus quidem in dinumeratione horum Regum multos conſulto omittit. Suidas etiam ſucceſſionem Carani a Pauſania interruptam fuiſſe teſtatur. Velleio Caranus eſt ſextuſdecimus ab Hercule, Alexander Magnus ſeptimus decimus a Carano, quum tamen conſtet vigeſimum quartum eſſe ex Euſebio, vel potius Africano, quem in hoc ſequimur. Velleio, ut ita ſentiret, præiuit Diodorus Siculus, qui a Carano, ad Alexandrum Magnum, reges XVIII numerat, in quibus tutorem Oreſtis Aeropam. Hoc igitur inſeſſore regni ex legitimorum regum ſerie expuncto cum Ptolemæo Alorite alieno huic generi, & Amynta XIII, qui & ipſe quoque extrarius fuit, XVI tantum reges fuerint a Carano, ad Alexandrum Magnum, ac proinde a Carano decimum ſeptimum generis, vigeſimum regni ſucceſſione. Nam proculdubio neque Velleius, neque is, quem ſequutus eſt, Diodorus Siculus, intelligunt Alexandrum decimum ſeptimum regem fuiſſe, ſed ἑκκαίδεκα γενεὰς a Carano, ad Alexandrum eſſe. Diagramma ſubiecimus ex reliquijs Diodori, quas ex Africano producebat Euſebius libro priore Chronographias: ſecundum quam ſucceſſionem Caranus regnum iniuerit anno undecimæ Olympiadis primo.

REGES MACEDONIÆ EX DIODORO.

		Anni regni.	Period. Iuliana.
I	Caranus	XXX	3978.
II	Coenus Carani F.	XXXVIII	4008.
III	Tyrimmas Coeni F.	XLV	4036.
IIII	Argius Tyrimmæ F.	XXXIIII	4081.
V	Philippus Argij F.	XXXV	4115.
VI	Aeropas Philippi F.	XXIII	4150.
VII	Alcetas Aeropæ F.	XXVIII	4173.
VIII	Amyntas Alcetæ F.	XLII	4201.
IX	Alexander Amyntæ F.	XLIIII	4243.
X	Perdicas Alexandri F.	XXIII	4287.
XI	Archelaus Perdiccæ F. Euripidis hoſpes	XIIII	4310.
XII	Oreſtes Archelai F.	IIII	4324.
XIII	Aeropes tutor Oreſtis	IIII	4328.
XIIII	Amyntas	I	4332.
XV	Amyntas Aridæi F. Amyntæ N. Alexandri pron.	XII	4333.
XVI	Alexander Amyntæ F.	I	4345.
XVII	Ptolemæus Alorites alienus	III	4346.
XVIII	Perdiccas Amyntæ F.	VI	4349.
XIX	Philippus Amyntæ F.	XXIII	4355.
XX	Alexander Magnus	XII	4378.

Colliguntur ab initio Carani, ad initium Alexandri Magni, anni CCCC. Atque hæc quidem regni Macedoniæ ſucceſſio ſecundum Diodorum, quæ multis partibus mendoſa eſt. Vt alia taceam, Archelaus undecimus in ordine regum mortuo Perdiccæ in regnum ſucceſſit anno tertio belli Peloponneſiaci, Επαμείνονος ἄρχοντος, quo anno etiam Pericles obijt, qui erat 4284 periodi Iulianæ. Hic vero init regnum anno 4310. Differentia, anni XXVI. quod non mirum, quum magna inter ſcriptores de Perdicæ regni interuallo fuerit diſſenſio. Nicomedes Acanthius annos XLI regnaſſe ſcribit, Theopompus XXXV, Anaximenes XL, Hieronymus XXVIII, Marſyas, & Philochorus XXIII, quos Diodorus ſequitur. In tanta diſſenſione difficile eſt verum adipiſci. De Archelao ita Ariſtides Sophiſta: τί οὖν εἰ Αρχέλαος

τὸν αὐτοῦ δεσπότην καὶ θεῖον ἀποκτείνας κατέσχε τὴν ἀρχὴν, ἢ τὸν ἑπταετῆ ἐκείνου παῖδα εἰς τὸ φρέαρ ἐμβαλὼν ἔφη πρὸς Κλεοπάτραν, διώκοντα τὸν χῆνα ἐμπεσεῖν, ἢ μανίᾳ τινὶ παρελήρησεν ἐπὶ τοῦ μύλης, &c. Sed quia duo Archelai fuerunt, non est is, qui Diodoro undecimus ordine est, sed qui quartusdecimus Eusebio. & ὁμωνυμία imponere potest etiam accuratissimis.

Colliguntur ab initio Carani, ad exitum Persei, anni DCXLV.] Secundum Eusebium & Excerpta barbarolatina, biennio amplius, DCXLVII. Recte vero Excerpta imperium Macedonicum terminant anno primo Olympiadis CLIII. Illi enim anno congruit Consulatus L. Aemilij Paulli, C. Licinij Crassi, sub quo in Macedonia debellatum Persem fuisse constat. Quare euersio regni Macedonici competit in annum 4546 periodi Iulianæ. Polybius ab initio Philippi penultimi Macedonum regis, ad debellatum Persen, & finem regni Macedonici, putat annos solidos LIII. quibus deductis de 4546, remanet annus 4493, initium Philippi. Adiectis annis XLII regni eius, componitur annus 4535, initium Persei, numero Eusebiano MDCCCXXXVIII, L. Manlio Acidino, Q. Fuluio Flacco Coss. sub quorum magistratu regnum accepisse Perseus memoratur a T. Liuio, ut de eius initio dubitari minime possit. Annos XI regni illi attribuit idem Liuius, qui putati a Consulatu L. Manlij Acidini, & Q. Fuluij desinunt in Consulatu L. Aemilij debellatoris ipsius Persei. His animaduersis, a morte Alexandri, ad Persei exitum, anni sunt præcise CLVI, Eusebio triennio amplius, CLIX. quod triennium abundare dubium non est. Nos Excerptorum fidem sequuti regum Macedoniæ tempora sic digessimus, non in omnibus Eusebio addicti, cuius leuitas satis nobis perspecta.

DYNASTIÆ TRES LATINORVM.] De quinque regibus Aboriginum, ut alios scriptores taceam, satis multa collegit ex veteribus Græcorum & Latinorum monimentis Dionysius Halicarnassensis, & post illum auctor libelli de origine gentis Romanæ ab Andrea Schotto editi. Horum autem quinque regum CL annorum definit Eusebius, & trium ultimorum singulis annos suos definitos attribuit Georgius Syncellus ex eodem Eusebio: qui colliguntur anni CXVII; ita ut Iano, & Saturno XXXIII duntaxat anni excepti sint: quorum sexdecim priori, alteri reliquos dedimus, quia aliter facere non potuimus: nisi quis malit omnes illos annos Iano dare, & Saturnum omittere, qui hospes tantum Iani, non rex Latinorum fuerit. Idem bonus auctor recte censet regnante Fauno annis IX ante aduentum Aeneæ Euandrum in Latium venisse: quod tempus congruit XXI anno Fauni, annis XXXII ante prima Olympia ab Hercule instituta. Scholia in Lycophronem collectore Isacio Tzeze, pag. 158. tradunt πεντηκοστῷ ἔτει, *quinquagesimo anno*, μετὰ τὸν Ἡρακλέα, Aeneam ad littus Laurentum appulisse. Quinquaginta anni ante aduentum Aeneæ desinunt in anno periodi Iulianæ 3489, qui est trigesimus primus Fauni, undecimus ab appulsu Euandri, XXII ante Olympia ab Hercule instaurata.

SECVNDA DYNASTIA ÆNEADARVM.] Dionysium accuratissimum, & dulcissimum scriptorem sequuti sumus, qui unus omnium veterum diligentissime hæc inuestigauit; ut aliorum industriæ nihil reliquum fecerit. Quæ differentia sit inter Dionysium, Excerpta barbarolatina, Eusebium, Ouidium tam in Metamorphoseon, quam Fastorum libris, ex comparatione omnium non obscure iudicari potest. Ἀλλάδης pro Remulo, Capetos, Calpetos, Aegyptos inter se confusa esse quis non miretur? In Fastis vulgo excusus est:

Ille dedit captæ repetita vocabula Troiæ.

qui versiculus non ab omnibus capitur: & in eo nemo mendum inesse odoratus est. Ouidius scripserat:

Ille dedit Capyi repetita vocabula Troiæ.

Duo Capyes fuerunt. prior Troianus Assaraci filius. Alter Albæ rex, in quo repetitum ait Ouidius nomen illius veteris Troiani Assaraci filij. Huic priscæ emendationi nostræ qui faueat, non pridem nacti sumus Seruium veterem Virgilij interpretem in illud: *Et Capys. hinc nomen Campanæ ducitur urbi.* Ibi enim ille doctus Grammaticus versum illum Ouidianum producit, in quo quanquam mendis oblito expressa extant emendationis nostræ vestigia. In libello de origine gentis Latinæ, item apud Dionysium, filius Aeneæ primus rex Albæ est trinominis, Iulius Ascanius Euryleo. In Excerptis barbarolatinis bis hi reges quidem iterantur, sed pauciores, quam hic.

TERTIA DYNASTIA LATINORVM.] Quomodo primus omnium Romanorum M. Porcius Cato epocham Paliliorum deprehenderit, notum ex Dionysij Halicarnassensis Originum Romanarum libro primo. Nam a Regifugio, ad urbem a Gallis captam, interuallum in Tabulis Censorijs perscriptum inuenit. Ab urbe autem capta, ad se, tempus ignorare non potuit propter Consulum paria diligenter in Fastis notata. A Regifugio igitur, ad Cato-

ad Catonis æuum, quo tempore Origines ſuas ſcribebat, duo interualla indubitata non ſinunt totum interuallum ex duobus certis compoſitum incertum eſſe. Certum igitur interuallum eſt a Regifugio, ad id tempus, quo Origines Catonis ſcribebantur. Pro demonſtratione enim ſunt Tabulæ Cenſoriæ, & Faſti Conſulares; quibus præſcribi non poteſt. Quod autem idem Dionyſius reliquum interuallum a Regifugio, ad Palilia, conſtare ait *καὶ γνωρίζεσθαι ταῖς βασιλέων διαδοχαῖς*, fruſtra eſt, niſi demonſtretur aut ex monimentis & Tabulis publicis, aut ex aliquo nobili geſto. Nullus enim eorum, qui hæc tractauit, producere potuit aut hiſtoricum æqualem ſæculi regum Romæ, aut aliquod monimentum, quo aliquid anno tali Romuli, Numæ, aut Tarquinij Priſci geſtum eſſe diceretur. Præterquam enim quod totum interuallum a Palilibus, ad Regifugium, ignoratur, regum anni in incerto ſunt: & ſi concedamus de interuallo conſtare, de annis tamen Regum erit controuerſia. Varro demonſtrationibus deſtitutus ad L. Tarrutij Firmani apoteleſma confugit. Is a Varrone conſultus ex aſtronomicis rationibus, *καὶ ἐκ τῆς γενεθλιακῆς πινακογραφίας* reſpondit Romulum conceptum fuiſſe defectione Solis, quam in illa die, quam produxit Tarrutius, nullam potuiſſe contingere ex latitudine Lunæ certiſſimum eſt. Rurſus ut conceptum, ita & mortem Romuli defectione eiuſdem ſideris contigiſſe idem ex ijſdem Tabulis aſſerebat. Quod Sol defecerit, propterea neceſſe fuiſſe Romulum obire, nullam video rationem, quæ nos ad id concedendum adigere poſſit. Quod ſi concedamus per manus traditum fuiſſe Romulum deceſſiſſe deliquio Solari, ab obitu quidem Romuli, ad Regifugium, interuallum determinari poterit, ut non tamen quantum a Palilibus, ad defectionem Solarem interſit, definire poſſimus. Dionyſius quidem Regum interuallum ex eorum ſucceſſione cognoſci ait, quam prius probatam oportuit. Regnarunt enim ij, quando nullum geſtum in Acta referebatur, ſed geſtorum memoria a patribus ad filios ſine titulo temporis, aut geſtorum diſtinctione tranſmittebatur. At ſine literis nulla interuallorum memoria exquiſite ſeruari poteſt. Varro non dubitabat Romulum obijſſe Solis defectione ex apoteleſmate L. Tarrutij, ut erat apud Ciceronem in libris de Republica, citante L. Seneca. Quia illa eclipſis incidit in illud tempus, quo omnis vetuſtas credidit Romulum obijſſe, aut ſaltem propius abeſt ab illo tempore, ea nos utemur, tanquam vera epocha obitus Romuli, quia aliter facere non poſſumus, & aduerſus receptam de Palilibus opinionem obniti, de qua per tot ſæcula nemo dubitare auſus eſt, ſine alijs rationibus, quæ illam infirmare poſſint, ambitioſæ dementiæ eſt. Defectus ergo Solis ille, ut ante xxi annos oſtendimus, contigit die xxvi Mai, Epacta tam æquabili quam æquata ii. quæ ſane eſt e regione xxvi Mai, anno periodi Iulianæ 3999, Olympiadis xvi primo, numero Euſebiano mcccii, ut etiam in Canone Euſebij notatum eſt, anno xiiii Ezechiæ Regis Iuda, ſeptimo Merodach, ſiue Mardokempadi Chaldæi. Ita Romulus obierit uno anno citius, quam viſum Dionyſio, ex cuius rationibus obitus eius anno ſequente contigerit. Idem ſcriptor optimus opinionem receptam de defectione Solis in Romuli conceptu, & de altera in eius obitu, tanquam indubitatum argumentum proferre non veritus eſt, quum tamen eius opinionis pater ſit L. Tarrutius Firmanus. Verba eius, quia ſine illis hæc concipi non poſſunt, adducam: *ἔοικε δὲ οὐ μικρὰν ἀφορμὴν παρέχειν τοῖς θεοποιοῦσι τὰ θνητὰ καὶ εἰς οὐρανὸν ἀναβιβάζουσι τὰς ψυχὰς τῶν ἐπιφανῶν, τὰ συμβάντα ἐκ τοῦ θεοῦ περὶ τὴν σύγκρισιν τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου, καὶ τὴν διάκρισιν. ἔν τε γὰρ τῷ βιασμῷ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, εἴθ' ὑπ' ἀνθρώπων τινός, εἴθ' ὑπὸ θεοῦ γινομένῳ, τὸν ἥλιον ἐκλιπεῖν φασὶν ὅλον, καὶ σκότος παντελῶς, ὥσπερ ἐν νυκτί, τὴν γῆν κατασχεῖν, ἔν τε τῇ τελευτῇ αὐτοῦ ταυτὸ συμβῆναι λέγουσι πάθος. Defectionem Solis contigiſſe ἐν τῷ συγκριθῆναι αὐτόν, in conceptu eius, καὶ ἐν τῷ διακριθῆναι, & interitu ipſius.* Videndum, an dictis conſtet ratio. Mortuus eſt, inquit, *πεντηκοστὸν καὶ πέμπτον ἄγων ἔτος, anno ætatis quinquageſimo quinto.* Annus defectionis Solaris, quæ in eius mortem incurrit, contigit anno periodi Iulianæ, ut diximus, 3999. Deductis lv, remanet annus tam conceptus eius 3944, quam alterius defectionis, quæ ſine ullo dubio contigit die v Mai, Epactis tam æquabilibus, quam æquatis, xxiii, 25. quarum xxiii eſt e regione quintæ Mai, annis xxiii abſolutis ante epocham Nabonaſſari, Athyr Aegyptiaci die tertia, feria prima, anno ſecundo Olympiadis ſecundæ. Natus ergo Romulus anno periodi Iulianæ 3945, Olympiadis ſecundæ tertio, iiii Non. Februarij, feria prima, Meſori Aegyptiaci vi. Proinde vixerit annos ſolidos liiii, dies xcv: ut recte dixerit Dionyſius, quum ageret ætatis annum quinquageſimum quintum, obijſſe, non quum eſſet natus annos quinquaginta quinque. Rurſus obijt, eodem teſte, *ἑπτὰ καὶ τριάκοντα ἔτη βασιλεύσας, quum annos* xxxvii regnaſſet. Deductis annis xxxvii regni eius de liiii ſolidis vitæ, ſupereſt annus xvii abſolutus ætatis eius, & xviii currens, quum urbem conderet: quod conuenit fere Dionyſianis rationibus. *νέος γὰρ δή*, inquit, *παντάπασιν ἔτυχε τῆς ἡγεμονίας, ὀκτωκαιδεκαέτης, ὡς ἅπαντες ὁμολογοῦσιν οἱ τὰς περὶ αὐτοῦ συγγράψαντες ἱστορίας.* Secundum rationes

tiones nostras est ἔτος ἄγων ὀκτωκαιδέκατον τῆς ἡλικίας, *agens annum ætatis decimum octauum*, quod est minus, quam ὀκτωκαιδεκαέτης, *annos natus decem octo*. Solinus ex L. Tarrutio: *Romulus auspicato fundamenta murorum iecit duodeviginti natus annos* &c. Vno igitur anno, ut iam diximus, serius esset initium Romuli, quam pro rationibus Dionysij. quod nos tamen statuimus in illis Palilibus, quæ proxime annum primum Olympiadis VII antecesserunt; sequuti tempus conceptionis. Nam si conceptus anno 3944, ergo natus anno 3945. Agebat igitur annum decimum octauum anno 3962, in cuius Palilibus initium eius posuimus, quæ incurrerunt in tertium mensem decimi octaui anni ætatis eius. Palilia nostra conueniunt cum Catonianis.

Colliguntur a Palilibus vrbis, ad regifugium, anni CCXLIIII.] Hæc est probabilior sententia, quam Fastorum Capitolinorum, & aliorum Scriptorum, qui hoc interuallum definiunt anno uno minus CCXLIII. Errorem insignem iandudum apud Clementem Alexandrinum indicauimus. πάλιν ἀπὸ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος ἔνιοί φασιν ἐπὶ Ῥώμης κτίσιν συνάγεσθαι ἔτη εἰκοσιτέσσαρα. ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνος ἀναίρεσιν, ὕπατοι ἐγένοντο ἐπ' ἔτη διακόσια τεσσαράκοντα τρία. Legendum enim, ἐπὶ τὴν βασιλέων ἀναίρεσιν, *ad sublatos, & abdicatos reges*. idem error non multo post. ἀπὸ γὰρ τῆς Βαβυλῶνος ἁλώσεως, ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν, ἔτη ἑκατὸν ὀγδοήκοντα ἕξ. Legimus, ἀπὸ γὰρ τῆς βασιλέων καταλύσεως, quod & mediocriter docto paret verum esse. Neque vero id monuissem, nisi viderem & doctos viros ad illum lapidem offendisse, & in indicem quoque Clementis illud insultum fuisse. Non dubium est vetustissimum errorem esse. Vides hunc Chronologum a Palilibus Vrbis primis, ad Regifugium, annos tantum putare CCXLIII, quum tamen non possint esse pauciores, quam CCXLIIII. & quum terminus Regifugij hæreat in anno periodi Iulianæ 4206, initium autem Romuli in 3962, omnino interuallum est annorum CCXLIIII. Sed nec delirium Appiani, cuiusmodi non pauca apud illum Scriptorem extant, prætermittendum est, qui tempus septem Regum Romanorum centum Olympiadibus, & alteris centum interuallum a Regifugio, ad Olympiadem CLXXVII, definit, libro α ἐμφυλ. οὕτω μὲν τοι Ῥωμαῖοι βασιλεῦσιν ὑπὲρ τὰς ἑκατὸν Ὀλυμπιάδας χρησάμενοι, ἐπὶ δ' ἐκείνοις δημοκρατίᾳ τε, καὶ ὑπάτοις ἐτησίοις προστάταις ἐς ἄλλας ἑκατὸν Ὀλυμπιάδας, αὖθις ἐπείρωντο βασιλείας, Ὀλυμπιάδων οὐσῶν Ἕλλησιν ἑκατὸν ἑβδομήκοντα πέντε. Satis fuerit proponere. Nam confutare est otiosorum. Porro illud interuallum a primis Palilibus, ad Regifugium, pro concesso sumit Dionysius, quod, inquit, nemo de eo dubitauit. Tamen aliud est demonstratio, aliud recepta opinio. Et profecto illud interuallum a nemine potuisse probari docet eximius & elegans auctor Censorinus: cuius verba notet eruditus Lector: *Hinc animaduertere licet, neque post centum annos ut hi referrentur ludi, statutum esse, neque post centum decem: quorum etiam si alterum retro fuisset obseruatum, non tamen id satis argumento esset, quo quis his ludis sæcula discerni constanter affirmet, præsertim quum ab Vrbis primordio, ad Reges exactos* CCXLIIII *factos esse nemo sit auctor*. Quid clarius dicere potuit, quam interualli a primis Palilibus, ad Regifugium, nullum certum auctorem extare? Est ergo tantum recepta opinio. Mirum tamen est M. Porcium Catonem prima Palilia in eo anno statuisse, qui proxime abest a vero, præsertim quum trigesimus octauus annus ab illis Palilibus eam eclipsim habeat, quam cum morte Romuli coniungit Tarrutius Firmanus. Ante Catonem multi multa de Palilibus primis, alij aliter, pronunciarunt, L. Cincius, & Ennius, & longo post annorum interuallo Ausonius nostras, qui a primis Palilibus, ad Consulatum suum, putat annos MCXVIII, manifesta alogistia, ut secundum eius rationes Roma condita fuerit anno primo Olympiadis decimæ. Quod si ita sentit, errat. Sin aliter, ita castigandus foret:

> *Mille annos, centum, ter denos, nomen adusque*
> *Consulis Ausonij, præterijsse leges.*

Duodecim enim annis minus dicit. De interuallo quidem a primis Palilibus, ad Regifugium, unius anni differentia interuenire potest propter sententias Catonis, & Varronis uno anno discrepantes. Regifugium tamen collocandum est in illis Palilibus, quæ proxime initium Olympiadis LXVIII antecesserunt, & hoc conuenit rationibus Dionysij Halicarnass. item Hesychij Illustris, cuius tertium Chronologicon Photius refert complexum fuisse τὰ ἀπὸ τῆς κτίσεως Ῥώμης, μέχρις ὅτε Ῥωμαίοις ἡ τῶν ὑπάτων εἰσήχθη ἡγεμονία καταλύσασι τοὺς βασιλέας κατὰ τὴν ὀγδόην καὶ ἑξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα.

SEPTIMA DYNASTIA IMPERII AVGVSTOR. VSQVE AD ENCÆNIA CONSTANTINOPOLEOS.] Encænia vrbis Constantinopoleos νέας Ῥώμης celebrata XI die Mai, feria secunda, ut scribunt auctores,, & nos primo Capite huius secundæ partis retulimus, vigesimo quarto

quarto anno Constantini Magni. Erat igitur annus Christi Dionysianus CCCXXX, cyclo Solis tertio, anno periodi Iulianæ Constantinopolitanorum ЕΩΛΗ. hoc est, *quinquies millesimo octingentesimo trigesimo octauo*. Quare error est apud Methodium: ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τῆς παρουσίας Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, μέχρι τῆς οἰκοδομῆς Κωνσταντινουπόλεως, χρόνοι τλζ. Sed sine dubio in manuscripto fuit τλϛ, hoc est CCCXXX. Nam figuram tertiam, quæ non est Z in fine numerorum poni in Codicibus scriptis, omnes, qui eos quotidie legunt, & sciunt & testari possunt. Error est librariorum. Ipse enim postea dicit fuisse annum æræ Constantinopolitanæ ЕΩΛΖ, quanquam uno anno minus dicit. Fuit enim annus, ut dixi, ЕΩΛΗ. Sed & excusari potest. Anno enim ЕΩΛΖ iacta sunt fundamenta. de qua re insignis est locus Codini. χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι τῷ πεντακισχιλιοστῷ ὀκτακοσιοστῷ τριακοστῷ ἑβδόμῳ ἔτει τοῦ κόσμου, τῷ τρίτῳ μηνὶ, τῆς δευτέρας ἐπινεμήσεως, τῇ εἰκοστῇ ἕκτῃ τοῦ Σεπτεμβρίου (Νοεμβρίου) μηνὸς, ἐν ἡμέρᾳ τετάρτῃ, ὄντος τοῦ ἡλίου εἰς τὸ τοῦ Τοξότου ζῴδιον (ὡροσκόπει γὰρ Καρκῖνος) τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς διακοσιοστῆς ἑξηκοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος, ἐπήξαντο τοὺς θεμελίους τῶν δυτικῶν τειχῶν, &c. pro Σεπτεμβρίου legendum esse Νοεμβρίου indicat locus Solis in Sagittario. Præterea eo anno, XXVI Nouembris erat feria IIII. Notandum etiam Nouembrem esse tertium mensem Indictionis, siue anni Constanopolitani. Indictio enim incipit a Septembri. De Olympiade quod adijcit, falsum. Erat enim ἔτος πρῶτον τῆς διακοσιοστῆς ἑβδομηκοστῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος. Non est librarij error, sed ipsius Codini.

DYNASTIA OSTROGOTHORVM.] Gothorum summa differentia est, Maiorum &, Minorum. Maiores, id est antiquiores, qui primi Scandinauiam natale solum reliquerunt. Minores, qui longo post illos tractu temporis relicta Scandinauia, in Germaniam primum effusi, postea loca circa Mæotidem paludem, & ostia Istri occuparunt, & adhuc Ouidio exule, Tomos, & loca sinistræ ripæ vicina obtinebant. Ij temporibus Valentis Aug. Wulfila Episcopo auctore, Christiani quidem facti sunt, sed Arriani. atque adeo etiamnum in ijsdem regionibus degunt sub Præcopensi Tatarorum Dynasta, & utrunque testamentum ijsdem literis, quas excogitauit Wulfila, conscriptum, & eadem lingua, qua tempore Ouidij utebantur, interpretatum legunt. Sermo enim eorum hodiernus maiori ex parte Teutonicus est, ut Iosaphat Barbarus ciuis Venetus scripserit, puerum Teutonem, quem secum habebat, ab ipsis, & ipsos ab eo vicissim intellectos fuisse, ac verba inter se, haud aliter, ac si eadem lingua fuisset, ultro citroq; habuisse. Clarissimus quoq; Augerius Busbekius non pauca de hac gente in epistolis suis memorat, quæ eorum Teutonismi fidem faciunt. Laonicus Chalcondyles de Tataris Præcopensibus loquens, Subegerunt, inquit, *Gotthos, & Genuenses urbem Capham inhabitantes* &c. Nimirum de his Gotthis Christianis accipiendum. Quas igitur hodie literas habent, eas a Wulfila acceperunt. Attestatur & Socrates libro Δ, cap. λγ. Τότε δὲ καὶ Οὐλφίλας ὁ τῶν Γότθων ἐπίσκοπος γράμματα ἐφεῦρε Γοτθικὰ, καὶ τὰς θείας γραφὰς εἰς τὴν Γότθων μεταβαλὼν τοὺς βαρβάρους μανθάνειν τὰ λόγια παρεσκεύασε. Inde Trochaicus (non senarius, ut somniat Crinitus)

VVulfilas prompsit Getarum, quas videmus, ultimas.

An omnes Gothi doctore Wulfila Christo nomen dederint, dubito. Hoc unum scio, tam hos Minores Præcopenses, quam illos Maiores, Arrianos fuisse. Maiores in duo genera diuisi, Ostrogothi in Italia, Wisigothi in Septimania primum Narbonensi, deinde in Hispania late imperarunt. Vtrique Latina lingua in diuinis & ciuilibus literis usi. De minoribus autem mentionem faciebat Procopius libro tertio περὶ κτισμάτων Ἰουστινιανοῦ, qui liber hodie excusus est, dimidia sui fere parte truncatus. In integro exemplari, quod penes eruditissimum Bon. Vulcanium nostrum est, ita legimus: Ἔστι δὲ ἐνταῦθα χώρα (ea regio est in tractu Pontico ad ostia Danubij) κατὰ τὴν παραλίαν Δόρυ ὄνομα, ἵνα δὴ ἐκ παλαιοῦ Γότθοι ᾤκηνται, οἳ Θευδερίχῳ εἰς Ἰταλίαν ἰόντι οὐκ ἐπισπόμενοι, ἀλλ' ἐθελούσιοι αὐτοῦ μείναντες Ῥωμαίων καὶ εἰς ἐμέ εἰσιν ἔνσπονδοι, ξυστρατεύουσι τε αὐτοῖς ἐπὶ πολεμίους τοὺς σφετέρους ἴοισιν, ἡνίκα ἂν βασιλεῖ βουλομένῳ εἴη. ἐξικνοῦνται δὲ εἰς τρισχιλίους, καὶ τά τε πολέμια ἔργα εἰσὶν ἄριστοι, τά τε εἰς τὴν γεωργίαν αὐτουργοὶ δεξιοὶ, καὶ φιλοξενώτατοι δὲ εἰσιν ἀνθρώπων ἁπάντων. αὕτη δὲ ἡ χώρα τὸ Δόρυ τῆς μὲν γῆς ἐν ὑψηλῷ κεῖται, οὐ μέντοι οὐδὲ τραχεῖα, οὐδὲ σκληρά ἐστιν, ἀλλ' ἀγαθή τε καὶ εὔφορος καρπῶν τῶν ἀρίστων. Hæc, quæ hic de bonitate terræ, de hominum ciuilitate, & hospitalitate dicuntur, amplius testari possunt Genuenses, qui a multis annis cum illis degunt circa vrbem Capham, & finitimis locis.

DYNASTIA WISIGOTHORVM.] Septimaniam primum, quæ est prima Narbonensis, deinde Hispanias inuaserunt. Septimaniæ sedes regia Tolosa: fines regni Ligeris. Sed illud amplissimum regnum a Hlodwin Francorum regum Christianorum primo in campis Pictonum Vocladensibus; victo eorum rege, & interfecto Alarico, euersum est. Victor Tunnunensis vocat Boglodoreta, quod Gregorius Turonensis Voclade: cui alludit hodierna appellatio *Voglai*, quasi Vogladum, pronunciatione Pictonici idiomatis.

Qui

Qui negant Vocladum esse *Voglai*, eadem opera negent & Pictauos esse ciuitatem, cuius episcopus fuit magnus Hilarius. Ridiculi sunt, neque audiendi.

EXARCHI RAVENNÆ.] Nemo paulo peritior historiæ Ostrogothicæ ignorare potest, deleto a Narse Ostrogothorum imperio, relictum ab eo Rauennæ Præsidem, qui imperatoris nomine ibi ius redderet, ac bella administraret. Ἔξαρχος is dictus est, qui erat instar eius, qui in Occidente Præfecti prætorio Vicarius, cuiusmodi in Gallijs tres fuerunt, quorum sedes Lugdunum, Vienna Allobrogum, Augusta Treuerorum. Omnino enim Ἔξαρχος est vice sacra iudicans, vice sacra regens. Hodieque in Ecclesia Constantinopolitana Ἔξαρχος est, qui cum potestate vicariatus a Patriarcha in alias Diœceses mittitur. In Canone νη τῆς ἐν Τρούλλῳ: ὁ πρωτεύων ἐπίσκοπος ἔξαρχος τῶν ἱερέων, ἢ ἄκρος ἀρχιερεὺς μὴ λεγέσθω, ἀλλ' ἐπίσκοπος τῆς πρώτης καθέδρας. Scholion θ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ: χωρεπίσκοποι, οἱ νῦν λεγόμενοι ἔξαρχοι, εἴτε πατριάρχου εἰσὶν, εἴτε μητροπολίτου. Vbi ἔξαρχος manifesto est vicarius. Exarchus igitur Rauennæ est proprie Præfecti Prætorio vicarius, qui Rauennam cum aliquot urbibus imperij Romani nomine aduersus Longobardos, & Romanos tuebatur. quorum primus, ut in historijs proditum est, fuit Fl. Longinus. Sed in eorum administrationis tempore magna est apud Scriptores dissensio. Nos Onufrium, virum in historia incomparabilem, sed quem non raro humanitus peccare contingit, sequimur. Qui certiora de illis attulerit, illis uti nulla inuidia est.

CHRONOLOGIA VETVS.] Varro, quod sæpe repetere cogimur, interuallorum tria discrimina fecit, ἄδηλον ab hominum initio, ad Cataclysmum priorem: μυθικὸν, a Cataclysmo priore, ad primam Olympiadem: ἱστορικὸν, a prima Olympiade, ad nos: quanquam secundum interuallum mixtum est ex fabuloso, & historico. Quia enim eos, de quibus falso prædicatur, non dubium est fuisse, propter eos quidem historicum fuerit, propter falso attributa, fabulosum. Proinde nobis placuit heroicum potius vocare, quam mythicon: in cuius epochis & terminis designandis nobiles scriptores multum studij posuerunt: quorum tantus numerus fuit, ut historia nullum fertilius argumentum habuisse videatur: in quibus familiam olim ducebant Philochorus, Apollodorus, Dionysius Halicarnassensis, alij. Hi ex rationibus cælestis doctrinæ quædam interualla eruerunt, de quibus non magis dubitari potest, quam de ipsis cæli conuersionibus, ex quibus argumenta sua adstruxerunt. Ea sunt excidium Ilij, Agon Olympicus a Pelope primum institutus, ab Hercule & Atreo instauratus. Huius enim ludicri obseruatio pendet ex obseruatione nouilunij ciuilis, quod proxime post κέντρον θερινὸν sequitur. quod tempus semper congruit diei nonæ Quintilis Iuliani: unde propter hunc fixum terminum, huius ludicri tam institutio, quam instauratio indubitata est. Eodem modo ἐκ τῶν ἱστορικῶν περιστάσεων deprehensum est, excidium Ilij necessario ea die contigisse, quæ conuenit in vigesimamtertiam Thargelionis anni undecimi periodi Atticæ: quæ diuina obseruatio est Ephori, rationibus postea Eratostenis, & aliorum, illustrata ex Calippica anni Attici editione, ut Dionysius perspicue docet, ὡς οἱ Ἀττικοὶ νῦν χρόνους ἄγουσι, nimirum ex periodo Calippica. Neque vero minus miranda L. Tarrutij Firmani industria in morte Romuli per defectionem Solis inuestiganda: in qua acutior fuit, quam veracior. sed tamen, ut dixi, industria eius commendanda. Atque hæc interualla, pauca quidem, sed certa, & a quibus ad alia incognita gradus fieri potest, ab illis summis viris mira solertia eruta sunt. In reliquis, quia neque a motibus cælestibus, neque ab historiæ monimentis, ullum præsidium erat, alia via grassandum fuit. Itaque sumpto aliquo certo, & indubitato termino, puta Ilij excidio, aut Pelopis ludicro Olympico, quot generationes interuenerunt tam in antecedentia, quam in consequentia, considerantes, ab auctore alicuius gentis, ad epocham sumptam, aut ab epocha, ad aliquem Heroem, inita ratione generationum, trinis generationibus centenos annos attribuerunt, γενεὰν ut Herodotus, medium tempus vitæ humanæ vocantes, intra quod homo generare, & liberos suscipere, non autem quantum viuere potest. Deinde pro portione temporis rerum in una quaque generatione gestarum, κατὰ πρόσθεσιν καὶ ἀφαίρεσιν plus minus temporis impertiendo, verum, aut vero proximum eruerunt. Neque fieri potuit, ut in tanta rerum obscuritate, in qua non demonstrationi, sed coniecturæ locus est, diuersa diuersi non senserint: quæ æquus Lector aut meliora facere conari debet, aut, si non potest, boni saltem consulere. οἱ μὲν Ἑλλήνων λόγοι, inquit Pausanias διάφοροι τὰ πλείονα, καὶ οὐχ ἥκιστα ἐν γένεσιν εἰσί. *Non parum inter se dissentire Græcos in mythici temporis interuallis disquirendis, præcipue vero in serie generum.* Quibus opponemus accuratissimi scriptoris Diodori Siculi verba: ἔνιοι τῶν ἀναγινωσκόντων οὐ δικαίᾳ χρώμενοι κρίσει τἀκριβὲς ἐπιζητοῦσιν ἐν ταῖς ἀρχαίαις μυθολογίαις ἐπίσης τοῖς πραττομένοις ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς χρόνῳ. *Multos inique de heroicis temporibus iudicare. tamen non eandem esse fidem exigendam in illis fabulosis,*

bulosis, quam in ijs, quæ hodie gesta sunt. Interualla, quibus tanquam terminis ad verum eruendum usi sunt, arbitraria sunt. Alijs enim alia fuere. Vetustissima Africano, & post eum Eusebio, Sicyonia, Argolica, Attica. alijs παλαίτερα τῶν Ἑλληνικῶν Ἀργολικὰ, τὰ ἀπὸ Ἰνάχου, ut scribebat Dionysius Halicarnassensis ἐν τοῖς χρόνοις. Proxime Ἀττικὰ τῶν Ἀργολικῶν νεώτερα τεσσαράκοντα γενεαῖς, τὰ ἀπὸ Κέκροπος. id est, Attica recentiora Argolicis, quadraginta generationibus; annis vicenis quinis τῇ γενεᾷ imputatis, ut scribit Censorinus. unde mille annorum interuallum inter Argolica & Attica intercesserit. quod mendosum est. Tertio loco τὰ Ἀρκαδικὰ τῶν Ἀττικῶν νεώτερα ἐννέα γενεαῖς. Ab Atticis, ad Arcadica, interuallum, generationes nouem, ἀπὸ Πελασγοῦ αὐτόχθονος. Quarto loco τὰ Φθιωτικὰ τῶν Ἀρκαδικῶν νεώτερα τετταράκοντα δυοῖν γενεαῖς, τὰ ἀπὸ Δευκαλίωνος. quod est immane interuallum, nisi mendum sit. Sed his omissis, quia sibi non constant, meliora sequamur; cuiusmodi hoc Chronographij ἀποσπασμάτιον, quod nobis suppeditat eruditissimus scriptor Clemens Alexandrinus, in quo ut plura, ita certiora temporis heroici interualla designata sunt. De cuius fide postea constare poterit.

A secundo sub Deucalione Diluuio.] Ogygij diluuium a Varrone dicitur prior Cataclysmus, ad discrimen Cataclysmi Deucalionei, qui multis sæculis posterior. Ogygen veteres auctores quidam in Aegypto regnasse tradunt Thebis Hecatompylis, unde profectus urbem, quam in Bœotia condidit, a patria Thebas, & unam ex septem portis a se Ὠγυγίας πύλας vocauerit. Alij Ogygen in Attica regnasse, & templum Eleusine condidisse, sub quo Diluuium prius acciderit. Varro libros suos de Gente populi Romani ab initijs Sicyonij regni velut antiquissimo tempore exorsus est, auctore Aur. Augustino lib. XVIII, cap. II de Ciuit. item cap. VIII: *Quanquam Ogygius ipse quando fuerit, cuius temporibus diluuium magnum factum est (non illud maximum, in quo nulli homines euaserunt, nisi qui in Arca esse potuerunt, quod Gentium nec Græca, nec Latina nouit historia, sed tamen maius, quam postea tempore Deucalionis fuit) inter scriptores historiæ non conuenit. Nam Varro inde exorsus est librum, cuius superius mentionem feci, & nihil, ex quo perueniat ad res Romanas, proponit antiquius, quam Ogygij diluuium, hoc est Ogygij factum temporibus.* Hic primum vides Ogygen conferri ad initium regni Sicyonij. Nam cap. II dixerat Varronem ab initio regni Sicyonij opus suum de Gente populi Romani exorsum fuisse, cap. autem VIII, a diluuio Ogygio. Ergo diluuium Ogygium incurrit circiter initia regni Sicyonij, ut dicebamus. Proinde regnum Sicyoniorum cœperit proxime post diluuium Ogygium, qui fuit terminus interuallo illius, quod Varro vocat ἄδηλον: ex cuius sententia initium regni Sicyonij est finis τοῦ ἀδήλου διαστήματος, & principium τοῦ μυθικοῦ. At iste noster Chronologus ἀνώνυμος epocham non longissimi temporis, sed sui instituti, ponit Diluuium secundum, quod sub Deucalione accidit. Tertium ordine Diluuium a Nonno perhibetur, quod sub Dardano contigit, ut primum, quod sub Ogyge: Πρώτου γὰρ κελάδοντος ἐπεφρήθη νιφετοῖο Ὠγύγιος ----

Ad Idæ incendium.] Putidum fuerit, si rem tritissimam docere velim, ferrum in Ida monte a Dactylis Idæis inuentum. Quis hoc nescit? Sed quod de Idæ incendio hic ponitur, intellige, quum fortuito Ida conflagrasset, metalla ferri, quæ in illius montis visceribus erant, vi ignis liquefacta erupisse, ac tum Idæ montis incolas ferrum rem antea humanis usibus ignotam elaborasse: idque fuisse initium operi ferrario, ut in Gallia argentario, teste Athenæo lib. VI: ἐπειδὴ τῆς Γαλατίας, αὐτομάτως ὕλης ἐμπρησθείσης, ἀργύρῳ διεῤῥύη. Lucretius:

> *Quod superest, æs, atque aurum, ferrumque repertum est,*
> *Et simul argenti pondus, plumbique potestas,*
> *Ignis ubi ingentes siluas ardore cremarat*
> *Montibus in magnis, seu cæli fulmine misso,* &c.

Seneca epistola XC: *In hoc quoque dissentio, Sapientes fuisse, qui æris metalla & ferri inuenerunt, quum incendio siluarum adusta tellus in summo venas iacentes liquefacta fudisset.* Atqui multis post sæculis, quam hic proditum est, ferrum in Ida monte effossum & elaboratum fuisse significabat Homerus apud Herodotum his versiculis:

> ἄλλη σεῦ τις πεύκη ἀμείνονα καρπὸν ἵησιν
> Ἴδης ἐν κορυφῇσι πολυπτύχου ἠνεμοέσσης,
> ἔνθα σίδηρος Ἄρηος ἐπιχθονίοισι βροτοῖσιν
> ἔσσεται, εὖτ' ἄν μιν Κεβρήνιοι ἄνδρες ἔχωσι.

Quando Cumæi condent Cebrenida vrbem in Ida, tunc fore, ut ferrum in ea reperiatur. Hoc Homerus vaticinatur, aut vaticinantem inducunt Græculi. Hoc modo Ἰδαίου σιδήρου ἐργασία Homeri seculo posterior fuerit. Coniunge cum his ea, quæ ad numerum Eusebianum DXCVIII notauimus.

Glauci Isthmia.] Melicertæ filio fratris sui primus Isthmia ludos instituit Sisyphus pater Glauci. Vtrum intelligendum sit, Isthmia non a Sisypho, sed Sisyphi filio Glauco, Melicertæ patrueli suo instituta, an aliud quid, quærant eruditiores.

& Helenæ raptum a Theseo.] Tempus incidit in numerum Eusebianum DCCCIX. qui erat annus regni Thesei XVII. A Theseo rege, sed antequam rex esset, rapta videtur. Et magnam hic ἀνιστορησίαν committi alibi notauimus. Nam initium regni Thesei apud Eusebium nimio altius petitum est. Non enim in hoc præstantissimo Chronico peccatum in tempore raptus Helenæ, sed ab Eusebio in initio Thesei constituendo, quod sine dubio posterius est raptu Helenæ priore.

Colliguntur a diluuio Deucalionis, ad primam Olympiadem, anni DCCXXXVII.] Conuenit tempus Diluuij numero Eusebiano DIIII, annis XVI ante Exodum. Apud Eusebium assignatur numero CCCCXC. Differentia, anni XIIII.

CANONVM ISAGOGICORVM

FINIS.

IOSEPHVS IVSTVS SCALIGER, Iulij Cæsaris cognomento A BVRDEN filius, Benedicti nepos, Nicolai pronepos, Gulielmi cognomento GROSSI abnepos, Canis II cognomento FACINI adnepos, &c. explicui hos Canones

Anno Christi Dionysiano MDCIII, Nonis Augusti, natali meo LXV, feria prima, cyclo Solis Romano XVII, aureo numero IX.

Anno vero MESSIÆ Regis æterni MDCVI.

Anno periodi Iulianæ 6317, Epacta tam castigata, quam æquabili, IX, vigesima Ab Lunaris.

Anno periodi Iulianæ Constantinopolitanæ 7112.

Anno Mundi 5553, Λεοντῶνος κδ.

Anno Computi Iudaici Hillelis 5364, Ab XIX. Erat annus abundans.

Anno IX periodi quartæ Dionysianæ, sextadecima die Lunationis quintæ.

Anno γεωργίας 3054, secundo Hebdomadis tertiæ sexagesimi tertij Iobel.

Anno MDCLII χρηματισμοῦ Αντιοχέας, καὶ πρώτης ἐπινεμήσεως Ιουλιανῆς, Λώου ε.

Anno II Indictionis LXXXVII Constantinianæ, qui est pacis Ecclesijs redditæ MCCXCII, usque ad XXIIII Septembris.

Anno Seleucidarum Alexandreo MDCCCCXV, Ab Antiocheni V.

Anno Iuliano MDCXLIX.

Anno Gazensium MDCLXVI, Λώου ιϛ.

Anno Θεῶν Σεβαστῶν αχλβ, ἡμέραις Ωρου, Μεσορὴ ιϛ.

Anno Sanctorum martyrum Diocletianeo MCCCXX, diebus Iohannis, Musre Elkupti, & Nahase Aethiopum die XII.

Anno quarto Olympiadis Iphiteæ DXCV, mensis primi τῇ εἰκάδι.

Anno LXII periodi Atticæ, πέμπτῃ Εκατομβαιῶνος ἱσαμένου.

Anno XXXIIII vigesimæ sextæ περιόδου πρυτανείας Καλίππου, Τεσσαρεσκαιδεκάτῃ Εκατομβαιῶνος.

Anno tertio centesimæ octauæ ἐννεαδεκαετηρίδος Metonicæ, Σκιῤῥοφοριῶνος ἑπτακαιδεκάτῃ. Propter XXVI dies μετεμπτώσεως, Scirrophorion inuaserat locum Hecatombæonos.

Anno 3837 Babyloniorum Semirameo, primo lustri trigesimi Σάρου Marchesvvan, vigesima nona Adar.

Anno 2157 panegyreos epochæ imperij Asiatici Cyri Magni, primo lustri Aniran, Mensis magni Schehariz, vigesima quarta Di.

Anno Ναβωνασάρου βτνγ, Θὼθ ιθ.

Anno Armeniorum Christianismi MLIII, Harvvatsis XXI.

Anno panegyreos Epochæ æquinoctialis Iezdegirdicæ DCCCCLXXIII, Behemen XXIIII.

Anno panegyreos Neuruz Gelalæi Sultan Melic-Scha DXXVI, Mardad XXX.

Anno LVI octauæ periodi Damascenæ, Rabie prioris XV.

Anno Indorum MDCC, Rabie prioris XVI.

Anno MXIII Hegiræ, Rabie prioris XIX.

FVIMVS TROES.

INDEX

INDEX IN TRES LIBROS
CANONVM ISAGOGICORVM
IOSEPHI SCALIGERI.

A.

Abinſena quando mortuus. 316.
Actæus rex Atticæ nullus fuit. 338.
Actorum Apoſtolicorum locus reſtititutus. 225.
Adda Bar Ahaba, doctiſſimus Iudæus. 176. 217.
Adriani Imp. Græca numiſmata interpretata. 301. 302.
Aera Omer. 224.
Aera Sanctorum Martyrum. 180. 274.
Agathiæ locus emendatus. 324. eius error. *ibid.*
Alexandrini conditores τοῦ Παχαλίȣ. 274.
Alexander bicorniger. 300.
Alfonſinæ Tabulæ optimæ. 315.
Alfonſinorum errores. 249. 313. 314.
Ambroſij error. 182. Eius locus egregius reſtitutus. 185.
Amiſenorum Æra inſtaurata ab Auguſto. 301.
Anaſtaſij Bibliothecarij locus perplexus. 184.
Anatolij Enneadecaeteris. 182. Eius ætas. *ibid.*
Angulus communis. 17.
Annus Atticus dierum CCCLX. 233.
Anni Gratiæ. 180. Hierophantici. 238. Auguſtorum. 274.
Annus dierum. Iulianus. 177. Tropicus. *ibid.* & 213. Solſtitialis. 213.
Anonymi Scriptoris Græci error. 314.
Anticipatio fit ab anno Enneadecaeteridos ad ſimilem annum Enneadecaeteridos. 178.
Apoſtolorum Canones commentitij. 308.
Apparentis Æquinoctij monſtrum a Copernico excogitatum. 219. 315.
Appiani deliria. 335. 346.
Aratrum ducere, circunducere. 311.
Areus rex Spartæ, qui Arios auctori primi Maccabaici, & Ioſepho. 340.
Argyrus Græci Computi corrector ineptiſſimus. 220. 176. 259. Correctus. 258.
Arriani error. 299.
Auguſti nummus Græcus expoſitus. 301.
Aureus numerus & inventum Chriſtianorum. 178. 180.
Auſonij error de annis Vrbis. 346.

B.

Bagded urbs quando condita. 144. 325. eadem eſt *Seleucia.* *ibid.* quando vaſtata. 151. 326.
Beda Venerabilis correctus. 176.
Belus Aſſyrius alius a Belo Tyrio. 321.
Benedicti Pererij in Daniele lapſus. 323.
Biblia ſacra ab Helleniſtis converſa eſſe ægre ferebant Iudæi Hebræi. 224.
Biduum dubij Lunæ feſtum Iudæis. 231.
Biſextum. 181.
Borſippa. 323.

C.

Canones nomine Apoſtolorum ſuppoſititij. 308.
Canones nomine Clementis commentitij. *ibid.*
Cardines anni. * 224. 225.
Calipha, quid. 325.
Character neomeniæ eſt ſepes & tutela novilunij. 229. neceſſarius. * 171.
China vitioſe a Luſitanis dicuntur, qui *Sinæ.* 327.
Chryſococcæ medici errores. 249. 250. 316.
Chryſoſtomi error. 307.
Clavius omnium bonarum literarum imperitiſſimus. 183.
Clavij errores. 177. 178. 183. 186. 188. 189. *per totum.* 192. *& ſeqq.* 195. 197. 199. 204. *& ſeqq.* 219. 220. 230. *& ſeqq.* 235. 240.
Clavij & Scaligeri impar congreſſus. 197.
Clavius portentum menſis Lunaris dierum XXXI peperit. 187. 235.
Clavius quatuor dicit eſſe tria. 204.
Clavius divinum inventum vocat editionem ſuam anni novi. *ibid.*
Clementis Alexandrini locus emendatus. 346.
Clementis Canones ſuppoſititij, quando ſcripti. 308.
Cleoſtrati Tenedij Octaeteris. 238.
Codicis Theodoſiani locus emendatus. 312.
Codrus apud Virgilium non eſt ille rex Athenarũ. 338.
Complementum Epactæ. 186. 199.
Concurrentes. 119. 181.
Copernici laus. 202.
Copernici Libramentum ridiculum. 206. 315. Apparentis Æquinoctij monſtrum Copernicianũ. 219.
Cteſias ſcriptor vaniſſimus. 321.
Cyclus Solis Romanus. 177. Mexicanus. 178. Nundinarum. *ibid.*

D.

Danielis locus male expoſitus. 322. 325.
Diocletianea Epocha init a menſib. Paſchalib. in Eccleſia Latina. 274. 275.
Diodorus Siculus accuratiſſimus ſcriptor. 348.
Diodori Siculi locus illuſtris. 233. locus alius ſuppletus. 320. 321. alius correctus. 340.
Diodori Siculi hallucinationes. 340. 342. 343.
Dionis error. 335. item alius. *ibid.*
Dionyſij Exigui Paſchale. 179. 180. 182
Dodecaeteris Chaldaica. 181. eadem duplex. *ibi*
Dubia Luna. 4.
Dubium bidui Iudaici. 31

E.

Enneadecaeteris Metonis. 240.
Epacta plenilunij. 199.
Epactæ æquabiles non ſunt indicia primi novilunij. 194.
Epactæ, inventum Chriſtianorum. 179.
Epactæ ἄμεσοι, ἔμμεσοι. 191.
Epactæ menſium. 199.
Epactarum Clavianarum Elenchus. 187.
Epactarum initium a Martio, non Ianuario, inſtituendum. 179.
Epiphanij error. 308. 330.
Epiphanij fœtus ſuppoſititius. 308.
Epocha Arbacis, Nabonaſſari, Nabopollaſſari. 253. 254.
Euſebius Pamphili non eſt auctor numeri aurei. 180.

F.

Flustrum. 179.
Furiva dies. 256.

G.

Gazæ libellus aureus de mensibus Atticis. 233.
Gelal---Eddin. 315.
Gelalæus. *ibid.*
Genebrandus monachus maledicentissimus & insolentissimus. 227. Eius error. *ibid.*
Gnomonis inventum. 253.
Gesmid Persa, idem qui *Sapores.* 258.
Georgij Chrysococcæ errores. 249. 250. 316.

H.

Hararath rex Persarum, idem qui *Artycas.* 254.
Haytoni loci correcti. 227. 315. 316. 326.
Hebdomas annalis. 184.
Hegira, quid. 313.
Herodoti locus animadversus. 327. 328.
Hieronymi locus correctus. 311. eius hallucinatio. *ibid.*
Eiusdem luculentus locus. 225.
Hierophantici Græcorum anni ijdem qui Iuliani. 238.
Hyrcanum ab Hyrcanis a se domitis cognominatum fabulatur Eusebius. 334.

I.

Iana novella. 186. 264.
Ieiunium indictivum Ierosolymis. 224.
Iesus Bar Haly Grammaticus Syrus lexicographos. 198. 264.
Indictio. 179.
Indictionis Antiochenæ initium a Maio. 301.
Ab ea omnes Indictiones derivatæ. 302.
Indictionum mentio vetustissima. 179.
Inscriptio vetus Puteolana emendata. 204.
Interlunium. 198.
Iosephi anachronismus immanis. 300. eius errores. 309. 334. Idem illustratus. 307. 340. 341.
Irak. 325.
Irenæi editores maledicentissimi, & κακοήθεις, eorumque delirium. 224.
Isidori Pelusiotæ error. 225.
Iudæ Maccabæi vexillo Leo intextus. 332.
Iudæorum epocha Iuliana omnium, quæ hodie in usu sunt, longe vetustissima. 264.
Iudæorum nudipedalia. 228.
...ti Lipsij laus. 185. 320.

K.

Kal...dæ Februarij Tataris, Indis, & multis Orientis na...nib. initium anni civilis. 181.
Keb...sa 188. 229. 247. 250.

L.

Laterculu... Septizonij. 176. 181.
Leo Africa...s, scriptor diligentissimus. 316.
Emendat... 325. 326.
Leo Iudæ Ma...bæi vexillo intextus. 332.
Libramenti Co...niciani monstrũ unde natũ. 206. 315.
Lucæ Gaurici err... 178.
Lustrum, quid. 177. 179.

M.

Maccabæi. 333.
Maccabaicus primus Hebraismo Græce conversus. 340.
Maccabaici secundi error... 333.
Mamluchi. 325.
Marcellini Comitis error. 307.
Masora Iudæorum *sepes scripturæ,* φραγμὸς τ̃ γραφῆς. 229.
Matque Æthiopicum. 199. 220. 273.
Maximi Monachi hallucinatio. 302.
Melic-Scha rex Chorasan. 315.
Mensis Lunaris definitio vetustissima apud Iudæos. 176.
Mensis dierum. 177.
Mensis sæcularis Chaldæorum. 251.
Mensis popularis Atticus. 238.
Methodij error. 313.
Metonici Solstitij observatio perfunctoria. 206.
Michaelis Pselli hallucinatio. 302. eius locus emendatus. 303.
Momentum Rab Adda. 176. 217. & *seqq.*
Moses Maimonides doctissimus Rabbi. 221. 222. Eius error. 310.

N.

Naib Arabice. 325.
Nalka Arabice. 245. 283. 313.
Natalis Christi Epiphania. 305.
Nehemiæ locus de Sacerdotibus, tam a Iudæis, quam a nostris male intellectus. 304.
Neuruz. 121. 254. 315.
Nisa Persice. 315.
Nomina bina Iudæi habebant, Græcum aut Romanum, & Hebraicum. 334.
Novilunia in eandem diem bis in eodem cyclo incurrere possunt. 197.
Nudipedalia Iudæorum. 228.
Numismata Græca Augusti, Adriani, L. Veri, apud Occonem illustrata. 301. 302.

O.

Octaeteris. 238 eius vitia. 239. & *seqq.*
Ogdoas Romanorum, Nundinæ. 195. 205.
Omer. 224.
Onomacriti (vulgo Orphei) *Dodecaeteris.* 182.
Onufrius Panuinius annos, quos regnarunt reges Parthici, commentus est. 323.
Ovidij locus in Fastis correctus. 344.

P.

Palilia prima Vrbis controversa. 345. & *seq.*
Pascha remotissimum olim in xxv Aprilis, hodie in xxvi Aprilis Liliani, adversus deliria Clavij. 189.
Pascha anni 1598, & 1605 vitiose celebratum, propter deliria Clavij. *ibid.* & 190.
Pasita Arabice. 250.
Patriarcha Iudæorum Alexandrinensium. 303.
Pauli Alexandrini locus emendatus. 276.
Pauli Orosij errores. 321. 322. 323. 328.
Periodus Iuliana. 180. eius fructus, utilitas, commendatio. *ibid.*
Periodus Calippica. 241.
Periodus Damascenorum. 243. (*ita emenda, pro* 242.)
Plinthion 119. 275.
Plutarchi error. 239. 299.
Porphyrij error. 338.
Puteolana inscriptio vetus emendata. 204.

Q.

Quadriennium sine Pontifice Max. Ierosolymis transactum. 333.

Regum

R.

Regum Pergami & Ἐπιγόνων Alexandri ſucceſſorum effigies, aliæ taurinis, aliæ arietinis cornibus expreſſæ in nummis. 329.

S.

Saadia Gaon Arabs. 177.
Sabbat Sabbaton. 307.
Sacerdotis (*Iunonis*) Argivæ annis tempora in Faſtis. ſignabantur. 338.
Sæculum Chaldaicum. 251. 252.
Salchodai. 86. 249. 264
Saldoki, ſive *Selgiuki*. 316.
Samaritæ, quot ſunt δεύτεραι τοῦ Πάσχα, tot dies feſtos habent. 226. quare *Sebuai* a Iudæis appellati. *ibid.* Eadem ſentire, quæ Sadducæos, falso Iudæi calumniantur, & noſtri credunt. 227. Immortalitatem animæ, Angelos, & ſpiritus fatentur. *ibid.*
Scaligeri & Clavij impar congreſſus. 197.
Scha Perſice. 315.
Schaichun. 181. 182
Scholiaſtæ Æſchyli error. 337.
Scholiaſtæ Ariſtophanis locus emendatus. 298.
Scholiaſtes Heſiodi interpolatus. 254.
Scholiaſtæ Horatij locus inſignis. 251.
Scripulum Iudaicum. 176.
Seleucia, quæ & *Bagded*. 1. 325.
Silgiuki & *Saldoki*. 316.
Septenarij vis divina occulta. 205.
Septizonij Laterculus. 176. 181.
Servij Grammatici locus. 344.
Sigonij Diodorum ſecuti error. 340.
Silphion herba in Cyrenæorum nummis. 300.
Solis deliquium in conceptu & morte Romuli. 345.
R. Solomo Iarhæus Rabbinorum columen. 177.
Solſtitialis annus, Tropicus. 313.
Suffetes, ſive *Suphetes*. 329. 339.

T.

Tabulæ Alfonſinæ optimæ. 315.
Tabulæ Prutenicæ moroſiſſimæ. *ibid.*
Terminus Paſchalis. 178. 198.
Terminus Paſchalis, ἡ πανσέληνος. 182.
Terminus remotiſſimus hodiernus in XIX Aprilis Liliani, adverſus deliria Clavij. 189.
Terminus citimus reprobus, ſive XIIII Adar Chriſtiani. 189.
Terminorum error fœdiſſimus ex temeritate Clavij natus. 189. & *ſeq.*
Tetracoſieteridos diſpenſatio Claviana ridicula. 204.
Theſei initium nimio altius repertum. 350.
Tohu & *Bohu* Hebræis. 230.
Toleti Ieſuitæ error. 228. 333.
Trepidationis motus portentum, unde. 206.
Trigeſima Sabbata Horatio. 198. 231. 264.
Tril kædecas Mexicana. 205.
Turannius Rufus impreſſit aratrum ſolo templi Ieroſolymitani. 311.
Turcomanni, qui. 325. 326.
Tychonis Brahe V. N. laus. 206.
Tyrus Colonia Conſularis. 301.

V.

Velleius Paterculus ſcriptor optimus. 288. Locus luculentus, eiuſque traiectio in integrum reſtituta. 320. Eius error. *ibid.* & 341.
Veneris dies Arabibus ante Hegiræ tempora a multis retro ſæculis cultus. 313.
L. Veri nummus Græcus emendatus atque expoſitus. 301.
Vettij Valentis ἀνθολογία γενεθλιακή. 302. 176. 275.
Victorij Aquitani magnum Paſchale. 179. 180.

A.

Ἀδραμὺς, καὶ Ἀδραμών. 327.
ἀνακυκλούμενοι τόμοι. 180. 275. 276.
ἄναρχοι ἡμέραι. 62. 237. 238.
ἀναχρονισμός. 123. 279.
ἀντικατάστασις. 27. 213. 214. 216.
Ἀρκάδες προσέληνοι. 345.
ἀρχιερεῖς. 304.
ἄρχοντες Ἀθηναίων. 338. 339.
Ἄτταλος. 328. 329.
Ἀτυάδαι. 327.
αὐθημερινά. 315.

B.

Βακχιάδαι ὀλιγαρχικὴ οἰκία ἐν Κορίνθῳ. 341. 342.
Βασίλαι apud *Elidenſes*, qui *Athenis* ἱεροφάνται. 237.
Βολᾶθες. 313.
Βόρσιππα. 323.
Βουκόλοι, καὶ ποιμένες Αἰγυπτίων. 317.

Δ.

Δεκάφυλος, δεκάσκηπτρος βασιλεία. 335.
Δευτερόπρωτον. 224.
Διαδοχή. 343.
Διαπέμπειν τὰς ἐπιστολάς. 441.
Διαπέμπεσθαι. *ibid.*
Διάφορον. 38. 201. 212.
Δίμοιρον. 229.
Δισεξαιρεσιμαῖος. 62. 237.
Διφθέραι Περσικαί. 321

E.

ἑβδομαῖται. 74.
εἰκοσιπενταετηρίς. 68.
ἐκβολή. 213.
ἐκβόλιμος μήν. 62. 16. 214.
ἔμπλαστροι πάγχρηστοι. 183.
ἐνδελεχισμός. 227.
ἐνδιάθετον. 272.
ἕνη καὶ νέα. 16. 186. 198. *Neomeniandorum.* 82.
ἐξαιρεσιμαῖος. 62. 237.
ἐξαιρέσιμοι. 62. 234.
ἐξαίρεσις Ἀττική. 62. 234. 237.
ἑορταστικοὶ κύκλοι. 180. 271.
ἐπινέμησις. 180.
ἐπτάζωνον. 176.
Ἑρμοτύβιες Αἰγυπτίων. 317.
ἑσπεροπρώϊον. 249.
ἔτη εἰρήνης τῶν ἐκκλησιῶν. 312.
ἔτος ἡλιακὸν μικρόν 270.

ἔτος θεοῦ. 249.
ἔτος θεῶν Σεβαστῶν. 273.
ἔτος κυνικὸν μέγα. 106. (*ibid.* ἔτος κυνικὸν μικρόν.) 270. 271.
εὐαγγελισμὸς Μαριάμ. 307.
εὐαγγελισμὸς Σαχαρίου. 305. 307.
ἐφημερίαι. 303. 304.

Η.

ἡλιοτρόπιον. 298.
ἡμεροδρόμιον. 176.
ἡμερονύκτιον. 249.

Θ.

Θεοὶ Σεβαστοί. 272.
Θεοὶ σύνθρονοι. 273.

Ι.

Ιερατικὸς κύκλος. 304.
Ιερεῖς Αἰγυπτίων. 317.

Κ.

Καθολικὰ μηνῶν. 276.
Καλασίριες Αἰγυπτίων. 317.
Καπισά. 247.
κέντρα ὡρῶν ἔτους. 233.
κεφαλίδες Περσικαί. 321.
κλοπιμαῖοι ἡμέραι. 268. 256.
Κουπὰ πόλις. 325.

Λ.

Λυδοί. 327.
Λοῦστρον, *lustrum*. 179.

Μ.

Μακκαβαῖος. 332.
Μάχιμοι Αἰγυπτίων. 317.
Μέθοδος ἀπὸ χειρός. 41. 202. 244.
Μερμνάδαι. 327.
Μετάβασις. 16. 196. 197.
Μεταβολὴ ἐπακτῆς. 16. 198.
Μεταχρονισμός. 123. 278.
Μετεμπτωσις. 16. 197. 198. 213.
Μήονες. 327.

Ν.

Νουμηνία σελήνης. 233.

Ξ.

Ξαδεκάν. 324.

Ο.

Ουάσιτ πόλις. 325.

Π.

Παλαίχθων. 337.
Πασιτά. 247. 250.
Πασχάλιον. 274. 276.
Πατριαί. 303.
Πατριάρχης. ibid.
Ποσιδεία. 277.
Περίοδος ἑβδομαδική. 81. 248.
Περίοδος Σωθιακή. 256. 275.
Προέμπτωσις. 16. 197. 198. 215.
Προήγησις. 272. σεληνιακή. 16. 106. 178. & *seqq.* 192. ἰσημερινὴ χρονική. 27. τοπική. 27. 213.
Ιππάρχειος. 38. 219.
Προνεομηνία. 265.
Προσέληνοι ἡμέραι. 245.
Προσέληνοι νύμφαι, αἱ Αρκαδικαί. *ibid.*
Προσπλίς. 17.
Προσθαφαίρεσις χρονολογική. 330. 332.
Πρότερος βασιλεύς. 328.
Προχρονισμός. 123. 278.
Πρυτανεία. 68. 241.
Πρωτόκλητος ἡμέρα. 310.

Σ.

Σαα Περσικί. 315.
Σαββατικὴ ἡμέρα. 176. 184.
Σάρος. 86. 251. 264.
Σὴθ, Σῶθις. 275.
Σιναι. 324.
Σταλωνάριοι. 204.
Στοιχείωσις ἀποδεικτική. 123. 278.
Στοιχείωσις χρονογραφική. 123. 278.
Στοιχειωτὴς *Euclides*. *ibid.*
Συνδρομὴ ἐνθρονισμοῦ. 86.
Σύνθρονοι θεοί. 273.
Συντελεία μηνός. 265.
Σῶθις. 256. 272. 275.

Τ.

Ταυροθύτης. 328.
Ταυρόκερως. *ibid.*
Τεχνῖται Αἰγυπτίων. 317.
Τριακονταετηρὶς Αραβική. 81. 247.
Τρισκαιδεκάς. 195.
Τροπαί. 233. 235. 236.
Τυκτᾶ *Persarum convivia.* 260.

Υ.

ὑπαυγασμός. 264.
ὑπερήμερος. 197. 221. 228. 230.
ὑπεροχὴ ἡλιακή. 50.
ὑπόληψις. 27. 197. 198. 212. 213. 218. 272. 273.
ὑπόληψις ἱππάρχειος. 38. 218.
ὑστερισμός. 213. 273.

Φ.

φεγγάριον. 245. 283. 313.
Φραγμὸς τῶν χρόνων, Φραγμὸς τῆς φιλοσοφίας. 229.
φύλαρχοι Αράβων. 242.

Χ.

Χαντζοῦ πόλις. 327.
Χρηματισμὸς Αντιοχέων. 179. 301.
Χρόνοι Συλλανικοί. 315.

Ω.

ὧροι. 236. 256.

FINIS.